

# HIEROGLYPHICA, SIVE DE SACRIS AEGY- PTIORVM, ALIARVM QVE GENTIVM literis Commentarij IOANNIS PIERII Vale- riani Bolzanij Bellunensis,


A CÆLIO AVGVSTINO Curione duobus Libris aucti, &  
multis imaginibus illustrati.

## LECTORI.

Habes in hisce Commentariis non solum variarum historiarū, numismatum, veterūmq; in-  
scriptionum explicationem, verum etiam præter Aegyptiaca & alia pleraq; mystica, tum loco-  
rum communium ingentem cum oblatione syllam: tum sacrarum literarum, in qui-  
bus haud raro & Christum ipsum, & Apostolos Prophetasq; huiusmodi locutionibus usos fui-  
se videmus, exquisitam interpretationem: ut sanè non temerè Pythagoram, Platonem, aliósq;  
summos viros ad Aegyptios doctrinæ gratia profectos intelligas: quippe cùm hieroglyphicè lo-  
qui nihil aliud sit, quam diuinarum humanarumq; rerum naturam aperire. Vale,  
& hoc pericundo iam per Pierium oblato beneficio feliciter fruere.

Coll: Ford:

Sociae: Jesu



BASILEÆ,  
PER THOMAM GVARINVM, M. D. LXXV.



ILLVSTRISSIMO COSMO  
MEDICI FLORENTINORVM DVCI, HE-  
TRVRIA& QVE PRINCIPI, HEROI INCOMPARABILI,  
IOANNES PIERIVS VALERIANVS  
S. P. D.



Vm mecum reproto, C O S M E Princeps Illustrissime, reproto autem s̄epissimè, quanta fuerit & genij & ingenij tui felicitas in laudatissimæ vite tuæ negotiorumq; elec̄tionib; cùm omnes te vnanimi totius patriæ tuæ consensu, in tam tenera ætate, ditioni amplissimæ præponeret, & in hanc celsam honoris sedem extollerent, tum certè quonam modo tantani rerū molem in hac temporū perturbatione ferre ac sustinere posses, sanè quām, pro eo ac debui, sollicitus esse cœpi. Verūm cùm actionis administratiōnisq; tuæ progressum, & quam vitæ rationem complexus es, considero, gaudio planè maximo ita perfundor ac exulto, vt etiam planè videā te Fortunæ locum illum, singulari omnium benevolentia & summa virtutis existimatione non solūm tueri potuisse, sed etiam eam virtutis opinionem de te concitauisse, vt vel maximis regnis gubernandis te dignum præbueris. Nam qui fructus à bono verōq; principe soleat expectari vel maximus, hūiuse iam non adumbratam imaginem, sed luculentam expressamq; formam nobis exhibuisti: atq; vt insigne cōmodum subditis tuis adferre posses, in primis operam dedisti, vt tanquā agrum melioribus ferendis segetibus destinatū, Iolio zizaniāve, sic Rempub. tuā labe vitijsq; contagiosis perpurgares, dum corruptores coērces, externas diuini nominis cōtumelias, blasphemias, periuria, & id genus extrema scelerā pro virili, iureq; tuo prohibes, emēdas, tollis, ac punis: nihilq; magis è tua dignitate, nec rē Deo(huius enim minister & est & dicitur bonus quivis Princeps) gratiorem, nec ciuibus tuis salubriorē existimasti, quām si ad huiuscemodi honestatis ac pietatis scopū & metā in curriculo tuo gnauiter & strenuè contendas: pro quo etiam labore & indefesso studio certò nouisti tibi diuinitū immortale præmium esse propo sitū, cùm tā gloriōsi conatus & cursus dux & magister C H R I S T V S prolixè polliceatur illis rerum omniū felicissimos successus, qui religionem puriorem ardenter amant, & ornare sedulō contendunt. Quamobrem Cosme Princeps ornatissime, fas mihi sit queso, meo quodam more, & singulari quadam erga te gentemq; vestram pietate, liberius quædā usurpare & adferre, quæ ex officio prætermitt-

# Ad Illustriss. Cosmum Medicem

tere non possum: teq; exhortari, & admonere, vel iam currentem, vt dici solet, incitare potius, vt quem hactenus animū ad publica iuuanda cōmoda attulisti, eum nō depónas, sed tibi etiam atq; etiam vigilandum, ac pro Repub. consilio & labore excubandū existimes: studiaq; omnia, cogitationes & curas in iis rebus ponendas, quibus clauum tanti dominij in maximis fluctibus tenere, et amplas ditiones tuas, in summis rerum difficultatibus tueri ac gubernare possis. Hoc ipsum facile totum assequēris, si Deum verum in C H R I S T O verè, vt facis, agnoscēs, summa fide & obseruantia colas, ames, veneris, & gloriæ sanctissimi nominis eius, doctrinæ cœlesti, Ecclesiæ tranquillitati amplificandæ conseruandæq; dies noctesq; studeas: in dominio ad quod es adhibitus, publicam, vt hactenus fecisti, salutem quæras, subditorum incolumente cures & tuearis, honestam disciplinam instituas, veliam institutam conserues, florentem ditionem legibus, iustitia, concordia stabilire pergas. Magnum, inquies, est hoc et arduum munus, molestiarumq; plenum, & quod non nisi ab iis præstari potest, quibus diuinitus peculiare donū concessum est: mihi autem homini satis alto perfruenti otio hæc præscribere longè facilius, quam inuenire quenquam qui ad hunc scopum proprius collimet. Rectè sanè, sed quorū hęc? Ut te ipsum, Clarissime Princeps, respicias, teq; eum esse firmè credas, in quem Deus Opt: Max. immensa sua benignitate, tam ampla cōferre voluit beneficia, vnumq; constituere Duce, ac veluti pastore, magnis & latè dissitis populis, vt eos cōmodè prudenterq; regendo pascendoq;, in hoc tuo principatu idea quædam sanctæ Reipub. eluceres: ideoq; duos præclaros tibi comites addere voluit, Iustitiam et Religionem: quarum altera fortunas, vitam & dignitatem ciuium & popolorū conseruas & contines: altera ad veram salutem veramq; felicitatem omnes cōuocas, & proprio laudabiliq; exemplo tantū non adducis. Responde igitur C O S M E Princeps munus tibi assignatū à Deo, talentumq; tam liberaliter tibi impertitū, ac cœleste tuum illud nomen non sine diuino numine ideo tibi obvenisse, vt (quod olim de Sparta prouerbium iactatum est) quam naētus es Hetruriam, eam excolas, & omni virtutū genere exornes. In primis autē, vt decet veræ virtutis amatorem, artes quibus doctrinæ liberales continentur, studio, liberalitate, & officiis tuis cōpletearis: insunt enim in artibus illis fontes & causæ sapientiæ, virtutum, legum, & honestæ disciplinæ, quę omnia quam principatui & prouinciis tuis necessaria sint, unus omnium Principum optimè nouisti, qui nullis sumptibus, laboribus nullis pepercisti, vt præstantiores ingenuarum artium doctores gymnaſiis

# Epistola huncupatoria.

mnaſiis præficerentur, iuuentutemq; liberaliter instituerent. Et si quis tandem inveniatur qui ab egregia aliqua virtute commendationem ducit, hunc tua benevolentia dignum iudicas, ac benignè complecteris, autoritate defendis, foues, & dignis præmiis ornas: vt iam nemo mirari debeat, probos homines & doctissimos quosq; certatim ingenij sui partus libenter illi cōmendare, cuius vel nominiſ splendore, gratiam & ornamentū scriptis conciliant suis. Quā quidem ob rem nec mihi, qui annos permultos in vestrā sum clien-tela, cōmittendum putaui, vt, cūm multi eam voluptatem, quā in-credibilem ex ista magna dignitate animis suis perciperent, scriptis declararent, velléntq; te hunc summū honorē ex tuo merito splen-dore diutissimē administrare, ego vnum in tanta omnium lætitia ta-cerē, nec scripto testificarer cōmune omniū nostrū gaudium ex eo potissimum natū esse, quod te vnum in hac durioris temporis propagatione diuinitū delectum videmus, qui literas literatosq; vi-ros singulari benignitate foues atq; illuſtras, ac adversus intoleran-dam inficiām & immanem barbariem defendis. Vt igitur huiuscē perceptae meae lætitiae aliquam significationem darem, cōmenta-rios satis multos diuersorū anicorū, quibus id denegare nec potui nec debui, rogātu, de sacris Aegyptiorū literis hoc tempore in v-nū veluti corpus cōstrictos in tuo nomine apparere volui: in qui-bus vel describendis vel tractandis magnā operam & sedulum stu-dium nos posuisse, boni omnes qui nostra legere dignabuntur, faci-lē intelligent. Quā verò felicitē id à nobis tentatū sit, aliorum iu-dicium erit: labores certè incredibiles sustinuimus, dum earum re-rum explicationem adferre studuimus, quæ nature obscuritate va-rietatēq; involutæ, multisq; obstruētæ difficultatibus, plurimorū vel insigniter eruditōrū hominū ingenia exercere detinerēq; potue-rint: vt etiā æquiorem mihi fore Lectorē sperem, vbi viderit me pri-mum in tanta reruni varietate, magnitudine ac difficultate, maxi-mo studio maximāq; animi contentione in hoc argumento elabo-rare voluisse, & honesto exēplo multorū studia excitare. Quānq; hoc loco extiterunt, qui in ipso operis vestibulo à tam laborioso me deterrere ita studuerunt incoepio, vt etiā vel arrogantiæ vel impru-detię nota & crimine me verberarint, quod vnuſ ē multis existimā-re aliquā absolutā explicationem me nunc tandem huic tam obscuro argumento adferre, & tam immensam rerū abditarū seriem ex Ae-gyptiorū sacerdotū arcanis eruere posse confiderem. Quin potius rei difficultate ob oculos versata, inexhausti operis laborem declinā-dū censuerūt, præsertim cūm in huiusmodi enodandis nō pauci ex-

# Ad Illustriss. Cosmum Medicem

Grēcis & Latinis Barbarisq; scriptorib. omne studiū & operā sine fruge cōsumpserint, quòd opus tale rerū atq; artium omniū prop̄modum rationem naturāmq; comprehendat. Præterea vetustis earum literarum monumētis partim temporū, partim hominū incuria deperditis, ea dicebant scriptorū inopia laborandū esse, vt si ętas, si ingeniū, si alia pleraq; adessent, vix tamen ad exitū perducere concederetur tantę molis argumentum, quod idem adeò sit ex hominum memoriā sublatum, vel potius abolitum, vt nulli vnquam yſui sit hæc elucubratiō futura, cùm præsertim hoc ipso tēpore nul lus quātūlibet profunda eruditione sit, qui vel obeliscos qui Romę aut alibi adhuc visuntur, vel admirandam illam Bembī mēsam intelligat, aut interpretari possit: vanūmq; esse, ingenium in eo pertinacius intendere, quod te nunquā omnino sp̄eres affeceturum. His ego responsum volo, me non esse nescium plurima ex his vnā cum Aegyptiorū regno, doctrina, institutione, ac ferè omni eorum nomine ita esse abolita, vt si vel ipse reviuiscat Heraiscus, qui fertur olim omnia sacerdotū eorum monumenta literasq; mysticas vno ſta tim obtutu intellexisse, rerūmq; simul interpretationē cōfecisse, iā nunc laboret incassum, si quid tale aggrediatur. Sed esto non posse me, non posse alium quempiam totum hoc sacrū perlustrare, idcirkōne præclaro & laborioso incœpto desistēdū, quòd vni omnia præſtare negatū sit? Idcirkōne veterū numismata & statuas artificiosius elaboratas, quas tanto studio perquirimus, tanta diligentia effodimus, tanto sumptu refarcire curamus, quæcunq; fuerint vel nare, vel manu, vel pede, vel alio quopiam membro mutilæ, in fornacalem ignem ad yſum calcis coniiciemus? quomodo enim nobis vel voluptati vel admirationi esse poterunt, si non vndecunq; perfectæ fuerint, quando nihil isti dignum putant, preciosum nihil, niſi quod est absolutissimū? Agè igitur Coſme, si horū ſententiā probas, monumenta aliquot tum vetera tum recentia ex amoenissimis tuis ędibus abiice: statuas illas mira Michaëlis Angeli Bonaroti induſtria fabrefactas, è Diui Laurentij tēplo eliminandas cura:nam & illis aliquid deest, & hę extremā artificis desiderant manum: vt de his tantūm loquamur quos in nostræ cōmentationis serie duces libenter fuscipimus. Pliniū habere domi nemo velit: professus enim ſe naturalis aut mundi historiæ libros editurum, non omnia nouit, non omnia perquisiuit, in orbis descriptione multa prætermisit, montes aliquot non recensuit, flumina pleraque non commemorauit, vrbes tunc celebres non agnouit omnes, quadrupedum, piscium, auium, stirpium, ac aliarum quarundam vim ac proprietatē parum accu-

# Epistola nuncupatoria:

accuratè proposuit? Quid Plutarchū, quid Aelianū, quid Athenæū, quid Paulaniā memorem, cùm horū nemo omnia, quæ in suscepto argumēto dici potuissent, dixerit? Quid Paulum Iouium, cuius tantā in scribenda historia laus est, vt eandem plerisq; veterū eripuerit, & cum vel primis parē habeat? Huius' ne incomparabilis viri scripta reijciemus, quòd in ea temporū serie aliquot annorū historia concisior sit? Id existimo nemo, nisi prorsus humanarū rerū imperitus, ap probauerit. Tu certè Cosme Princeps domestico id ipsum improbas exéplo, qui quanto potes studio, quicquid reparari potest, instauras, & quorū virtutes vel imitaris, vel etiam excellis, eorū etiam imágenes vel opera studiose perquiris. Sed ne in hoc multus sim; harum cōmentationum labor nulli rei magis mihi videtur assimilandus, quām illi de quo dixi statuarū effodiendarum & instaurandarū studio: vt enim illæ vtcūq; mutilæ, gratae esse solent, sic nostra hæc (nisi me instituti Operis fallat amor) et si nō omnia cōpleteetur, habitura tamen spero aliquid, quo sese humana ingenia oblectare possint. Nihil igitur mihi cum illis sit, qui quòd desperét invicti mébra Glyconis, Nodosa corpus nolint prohibere chiragra. Nouimus humanarum viriū terminos circūscriptos, & aliquid esse prodire tenus, si nō datur vltra. Quamobrē quis tandem iniquiore in eum erit animo qui mortaliū ingenia, industria & laborib. suis quocunq; modo vel delectare, vel iuuare conetur? Nam de præsentis argumenti vel oblectatione vel vtilitate, quam earum rerum explicatio & cognitio affert, si velim pro dignitate dicere, nullus vñquam exitus reperietur. Quòd si vnicuiq; rei nō exigua nobilitas ex antiquitate comparatur, scriptorū opinio est, literas has quibus inde vsi sunt Aegyptij, tunc primū excogitatas, cùm veteres illi ante diluuium viri, qui rerum cœlestium rationem primi mortalium indagasse tradūtur, duas diuersa materia columnas constituerunt, lateritiā vnam, alterā lapideam, in quibus totū de consummatione mundi arcanū exscriberent: sunt enim qui descriptionē huiusmodi, animaliū ceterarūq; rerum figuris constitisse astruerent, in quibus tamē philosophi, poëtæ, historici, diuinorum etiam disciplinarum sententias delitescere viderunt. Constantissima enim fama celebratum fuit, sacerdotes illos Aegyptios omnem naturæ obscuritatem adeò manifestè sibi cognitam professos, vt eandem quasi per manus traditā, disciplinā hereditariā possiderent. Hac ipsa præclara fama cōmotus admirandus ille Pythagoras, Aegyptū libi adeundā lustrādāq; putauit, ac ab iisdē ibi sacerdotibus talia cepit arcana rerum docimēta, vt non ab rede illo passim dictum sit, mente Deos adiit, & quæ natura negauit

# Ad Illustriss. Cosmum Medicem

visib⁹ humanis; oculis ea pectoris haſſit. Tātaq; huius viri fuit admiratio, vt Crotoniatæ & Metapontini ( apud quos etiā de vita decessisse fertur) ex eius domo templum facerēt, ac veluti numen colerēt. Quid Plato, vt ingenij doctrinæq; princeps, & philosophorū Deus & haberetur & vocaretur, nōnne id Aegyptiacē peregrinatio ni debet referre acceptum? Nōnne Moses ipſe, quem Pharaonis filia adoptauit, regiōq; modo peritis Aegyptiorū adhibitis præceptoribus educauit ac erudiuit, magni sapientisq; nomine honoratus est? Sed ne in cōquirendis multis laborare videar, cum hac hieroglyphica instituendi ratione similitudinem habere comperio diuinis nostrorum literas, ita om̄nia mystico quodam sensu scripta quæcunq; Moses, quæ David, quæ Prophetæ reliqui cœlesti spiritu afflati protulerunt. In noua verò lege nouóq; instrumento cùm Assertor noster ait, Aperiam in parabolis os meum, & in ænigmate antiqua loquar, quid aliud sibi voluit, quām hieroglyphicē sermonem faciam, & allegoricē vetusta rerum proferam monumenta? Et illud, I E S V S in Parabolis loquebatur ad turbas, nōne sermones suos arcano quāsi velamine quodam contegebant? Pari modo videmus Apostolos ab visitato loquendi more recessisse, vt sacra de Deo dicta à cæteris scriptis, sicut merita dignitate, ita & forma quadam discernerentur, ne cœlestium mysteriorū maiestas passim & indiscretè patesceret, sanctūm q; canibus, & margarita porcis exponerentur. Demetrius certè Phalereus apud Philadelphum Alexandrię regem, plerisq; audiētibus affirmauit, nō licuisse Gr̄cis Hebraicā historiā attingere: quin illustriū scriptorū quosdā eam rē tractare ausos, adversa mētis valitudine & languore corporis tandiu conflictatos, donec ab incœpto destitissent, tanquā id arcanum profanis esset gentibus manifesta ira numinis interdictum. Ad quod ipsum si nunc multi respicerēt, modestius aliquando se gererēt. Vides enim quæ de humana diuinaq; disciplina vetustas illa sub rerum verborumq; quorundam involucris occultauerat, & quod peritissimi quiq; inter se hoc veluti ænigmatum genere vti consueuerūt. Mihi igitur vitio verti non debet, si omnem operā & studiū ad harū rerum explicationē contulerim, quas tanto in precio à præstantissimis quibusq; semper habitas nouimus. Angelo Politiano, Petro Crinito, Philippo Beroaldo summae laudi datum, quod primi vnum vel alterum ex his locum interpretati sint. Mihi igitur vt idem attentem cur negetur? Et si is non sum, qui cum illis ausim eruditione contendere, (fuerunt enim ex iis quos æquus amauit Iupiter) si quid tamen non intermis-sus labor, & in evoluendis remotioribus libris perseuerantia va-  
lent

# Epistola nuncupatoria.

lent, non vniū iam aut alterum locum, sed ad multa volumina de  
arcans huiusmodi, aliqua posteritatis gratulatione me cōscripsisse  
grati, ni fallor, profitebuntur, ac oblectationē & utilitatē ab harum  
rerū tractatione nō disiunxisse. Maximas certè cōmoditates & utili-  
tates cōsequemūr, si ex multis expertibusq; rationis animantibus  
exempla sumere voluerimus, & virtutū quas sequamur, & vitiorū  
quæ fugiamus. Nec deerit occasio rectè sentientibus, qui accōmo-  
datè ad religionē nostrā hæc retulerint & exposuerint. Nec etiam  
arborum & herbarum cōsideratio nobis ociosa est, cùm B. Paulus,  
& ante eum Dauid ex rerū creatarū cognitione, Dei magnitudinē  
& dignitatē intelligi tradant. Quæ cùm ita sint, quis nostrū tam  
torpescenti, ac tērenis fæcibusq; immerso erit animo, qui se nō in-  
numeris obstrictū à Deo beneficiis fateatur, cùm se hominē creatū  
videat, & omnia quæ cœlo, aëre, aqua terraq; continentur, hominis  
causa generata esse, seq; non solum rerum cœlestium contemplatō  
rem esse, verū etiam eorum omniū quæ vniuersum cōplexu suo  
continet, dominum esse conditum? Hæc si ita suis viribus et animo  
expendererint, atq; oculis quotidie cernūtur, mirabilē excitarent  
in nobis erga Deum amorē. Verū iam tempus, vt quæ, cōiunctissimis  
efflagitantibus amicis, cōmentariis singulis cōprehensa sint;  
vno veluti obtutu spectanda exhibeā: quos quidem cōmentarios,  
optime Princeps, ad te mitto, vt quibus possim officiis meā in te fi-  
dem, perpetuamq; obseruantia declararē, vehementer etiam atq; e-  
tiam rogans, vt hos ipsos ad te veniētes, id est, munusculū Pierij tui,  
quo se præstantē virtutē tuam memoria sempiterna colere velle de-  
clarat, ne aspernēre, librosq; ipsos vñā cum autore tuendos conser-  
uandosq; suscipias. A Leone animantiū omniū præstantissimo for-  
tissimoq; auspicandum putauī, in quem cùm oculos attentius cōie-  
cissem, statim ardentissimus ille animi tui vigor affulsi: quare nemī  
ni cōuenientius quām vni tibi eum etiam peculiariter dedicari pos-  
se iudicauī: meq; ad id faciendum in primis incitauit, quod in tua ci-  
uitate, quæ semper fuit leonum altrix, magna spes afferebatur, vt  
Leo meus nuper ablaetatus, educationis incrementa opiparē es-  
set apud te consecuturus. Multo enim indiget cibo: nec quenquam  
hodie noui, qui liberalius ac libentius vno te sit impensam hanc,  
quæ tua est humanitas, facturus, cùm præfertim largissima tibi sit  
earum rerum copia, quibus Leo meus pascendus est: inox verò vbi  
vires indeptus idoneas fuerit, tuorum literatorum ope curaq; sagi-  
natus, nulla nostra verecundia theatris exhibitus, spectaculo quo-  
vis publico felicissimis tui nominis auspiciis emittatur. Vale.

S R E R V M Q V A E S E X A G I N T A H I S  
 C O M M E N T A R I I S C O N T I N E N T V R,  
 C A T A L O G V S.

<b>P</b>	Rimo Commentario, ad Cos- num Medicen Florentino- rum Ducem, describitur Leo, cuius, ut reliquorum omnium, symbola suo loco in Indice copiose notatur fol. i	
	Secundo, ad Guidonem Ascaniū Sfortiam Card. Elephantus & Rhinoceros 17	
	Tertio, ad Lælium Taurellum Iureconsul- tum, Taurus, & Bubulum genus 22	
	Quarto, ad Petrum Victorium, Equus 31	
	Quinto, ad Floriū Maresium Bellunensem, Canis 39	
	Sexto, ad Cælium Calcagninum, Cynocepha- lus, Simia 45	
	Septimo, ad Achillem Bochium Bononiensem, Ceruus, Cornua. 51	
	Octavo, ad Romulum Amasæum, Formica, Scarabæus, Echinus terrestris 57	
	Nono, ad Fabium Vigilem Spoletanū, Por- cus sive sacra Sus 63	
	Decimo ad Lactantium Ptolemaeum, grega- lia quædam, nempe Capra, Hircus, Oryx, Ovis, Aries 71	
	Undecimo, ad Prosperum Sanctacrucium Romanum, Lupus, Hyæna, Lynx, Ursus, Panthera, Tigris, Ursus 79	
	Duodecimo, ad Petrum Cursum Romanū, Asinus, Mulus, Camelus 87	
	Decimotertio, ad Ioannem Antoniū Egre- gium, Lepus, Vulpes, Fiber, Talpa, Mu- stela, Mus, Felis vel Aelurus 95	
	Decimoquarto, ad Bernardinū Maffæum Cardinalem Serpens in genere, Basiliscus, Vipera 102	
	Decimoquinto, ad Achillem Maffæum Ro- manum, Serpens in signis militaribus, Ca- duceus 111	
	Decimosexto, ad Marium Maffæum Ro- manum, Aesculapius, Gorgona, Scor- pius, Salamandra, Dipsas, Medusa, Hy- dra 117	
	Decimo septimo, ad Aegidium Uiterbien- sem Card. Ciconia, Merops, Cucupha, Ibis, Dagnis, Grus, Milvius 124	
	Decimo octavo, ad Cornelium Museum Epi- scopum Bipontinum, Vultur 130	
	Decimonono, ad Paulum Iustinianum Ab- batem, Aquila 137	
	Vicesimo, ad Attium Syncerum, Phœnix, Pelecanus, Vulp-anser, Noctua, Cornix, Passer 144	
	Vicesimoprimo, ad Iacobum Sadoleatum, Ac- cipiter 151	
	Vicesimosecundo, ad Victoriam Dauolam, Piscaria Dominæ, Columba, Turtur, Hi- rundo 157	
	Vicesimotertio, ad Angelum Colotium Bas- sum, Olor, Luscinia, Psittacus, Pica, La- rus, Cephus, Gryphs, Coruus 164	
	Vicesimoquarto, ad Nicolaum Cordatū, Pe- no, Gallus, Gallina, Callinago, Anser, Per- dix, Coturnix 170	
	Vicesimoquinto, ad Thomam Miliarium Bellunensem, Struthiocamelus, Vesperi- lio, Otis, Alcedo, Curuca, Cuculus, Capri- ceps, Upupa, Florus, Salus, Ardea, Cinna- mus, Uelia, Asio, Lynx, Caprimulgus, Turdus, Erythacus, Cinclus 178	
	Vicesimosexto, ad Petrum Melinum, Roma- num, Apis, Culex, Coxi, Fucus, Vespa, Musca, Ephemerus, Cicada, Araneus, Tippula 185	
	Vicesimoseptimo, ad Ioannem Grimanū pa- triarcham Aquilegiensem, Delphinus, Polypus, Chamæleo, Taranda 194	
	Vicesimo octavo, ad Linū Podocatharū Cy- pri Archiepiscopū, Testudo, Cancer, Pin- na, Ostrea, Locusta, Ochlea, Sepia, Pur- pura, Echinus marinus, Conchyliū 200	
	Vicesimonono, ad Matthæum Macingum, Crocodilus, Fluinalis equus, Phocas, Mu- ræna, Anguilla, Rana 206	
	Trigesimo	

# Index Librorum.

- Trigesimo, ad Paulum Iouium Episcopum  
 Nucerinorum, Pisces, Torpedo, Remora,  
 Anthia, Cephalus, Scarus, Mullus, Sar-  
 gus, Pastinaca, Nebrias, Fuca, Raia, Sco-  
 topendra, Pholis, Squatina, Clupea, A-  
 pua, Hirundo, Lepus marinus, Spon-  
 gia, Glanis, Silurus, Thunnus      111
- Trigesimoprimo, ad Cosmam Gerium, ea quæ  
 per Piscem in vniuersum      117
- Trigesimosecundo, ad Ioannem Iacobum Fug-  
 gerum, Caput, Bicipitum, Tricipitum,  
 Quadrifrons, Coma, Semicrinitum ca-  
 put, Canities, Barba, Ceruix, Dorsum,  
 Humeri      225
- Trigesimotertio, ad Urbanum Bolzanum,  
 Oculi, Aures, Nasus, Os & dentes, Lin-  
 gua, Gustus      233
- Trigesimoquarto, ad Sebastianum Corra-  
 dum, Cor, Clibanus, Sartago, Craticu-  
 la, Spina dorsi, Pudenda, Umbilicus,  
 Venter, Pellis      241
- Trigesimosequinto, ad Ioannem Manardum,  
 Manus, Pedes, Calcaneum, Genua      250
- Trigesimosexto, ad Franciscum Robortel-  
 lum, Digitus & Mensuræ      259
- Trigesimoseptimo, ad Bernardinum Tomi-  
 tanum, Digitus & Numeri      267
- Trigesimooctavo, ad Herculem Gonzagam  
 Card. Literæ & Disciplinae      276
- Trigesimonono, ad M. Antonium Passerem  
 Patavinum, Ihs, Circulus, Rota, Qua-  
 dratum, Metà, Trinum      285
- Quadragesimo, ad Ianum Vitalem Panor-  
 mitanum, Vestimenta, Pileus, Indumen-  
 ta atrata, Pera      293
- Quadragesimoprimo, ad Ioannem Corne-  
 lium Fantini F. Venetum, Bulla, Anu-  
 lus, Diadema, Titulus, Sceptrum, Tor-  
 ques & Phaleræ, Adamas, Sapphirus,  
 Smaragdus, Iaspis, Uniones, Amethy-  
 stus, Pecten, Speculum      301
- Quadragesimosecundo, ad Nicolaum Rodi-  
 uum Olicæ dicem, Arma, Arcus, Sa-  
 gitæ, Hasta, Framea, Scutum, Gladius,  
 Securis, Falx, Serra, Galea, Thorax, Pu-
- gio, Castra      308
- Quadragesmotertio, ad Nicolaum Scom-  
 bergum Card. Sedes seu Sella, Currus, Ful-  
 men      319
- Quadragesimoquarto, ad Ioannem Bapti-  
 stam Montanum, Sol, Luna, Stella      326
- Quadragesimoquinto, ad Thomam Campe-  
 gium Episcopum Feltrensem, Nauis &  
 partes, nempe Anchora, Temo, Retia,  
 Hamus, Tridens      334
- Quadragesimosexto, ad Benedictum Ag-  
 nellum, Urna Nili, Lucerna, Fa-  
 ces, Turibulu, Phiala, Ignis, Fumus      338
- Quadragesimoseptimo, ad Marcum Man-  
 toum Iureconsultum, Lyra, Fistula, Tu-  
 ba, Tibie, Tympanum, Tintinnabulum,  
 Vocales septem, Liber      346
- Quadragesimooctavo, ad Arnaldum Ar-  
 lenium, Incus, Malleus, Tridens, Ara-  
 trum, Flagellum, Frænum, Colus &  
 fucus, Laqueus, Catena, Iugum, Cla-  
 nus, Cuneus, Uncus, Plumbum, Uextis,  
 Clavis      353
- Quadragesimonono, ad Aloisium Corne-  
 lium, Lapis, Mola, Ara, Aedes, Iani,  
 Columnæ, Obelisci, Mutili, Perpendicu-  
 lum, Cardo      361
- Quinquagesimo, ad Hieronymum Fraca-  
 storium, Palma, Laurus, Cedrus, Myr-  
 tus      368
- Quinquagesimoprimo, ad Hieronymum Ro-  
 boreum, Quercus, Hedera, Smilax, A-  
 mygdala, Nux iuglans, Capparis      375
- Quinquagesimosecundo, ad Laurentium  
 Granam, Funestæ arbores, nempe Cu-  
 pressus, Pinus, Populus, Apium, Myr-  
 tus, Salix, Morus, Caprificus, Lotos  
 folio      379
- Quinquagesmotertio, ad Reginaldum Po-  
 lum Card. Olea, Uitis, Ficus      385
- Quinquagesimoquarto, ad Aloisium Priul-  
 lum, Pomum Italum, Persicum, Pun-  
 cum      394
- Quinquagesimoquinto, ad Iulium Mer-  
 dicem, Rosa, Uepres, Cardui scolymus,

# Index Librorum.

<i>Amaranthus, Ferula</i>	399	<i>Capillum Veneris, Apiastrum, Bras-</i>
<i>Quinquagesimo sexto, ad Ioannem Antoniu</i>		<i>sica</i>
<i>Polionem, Spica, Lolium, Milium, Mo-</i>		416
<i>diius sive Calathus, Cornu copiae</i>	404	<i>Quinquagesimono, ad Basiliū Amer-</i>
<i>Quinquagesimo septimo, ad Ludouicū Bec</i>		<i>bachium, varia Deorum &amp; hominū si-</i>
<i>cadellum Archiepiscopū Ragusinū, Pa-</i>		<i>mulacra</i>
<i>pyrus, Faba, Cicer, Arundo, Sinapi</i>	410	427
<i>Quinquagesimo octauo, ad Franciscū Fan-</i>		<i>Sexagesimo, ad Theodorum Zuinggerum,</i>
<i>tonū, Hortensia, Āape, Allium, Rapum,</i>		<i>Serpens, Cerberus, Felis, Vitulus, Ca-</i>
<i>Fungus, Cucurbita, Papauer, Verbena,</i>		<i>pricornus, Cancer, Aquila, Crater, Ly-</i>
<i>Filix, Absinthium, Hyssopus, Aspa-</i>		<i>ra, Arcus, Nodus, Catena, Quinarius</i>
<i>ragus, Capparis, Mandragora, Bulbi,</i>		<i>numerus, Pentagonum, Pyramis, Cubus,</i>
<i>Cicuta, Ruta, Coniza, Heliotropium,</i>		<i>Octaēdrum, Icosaēdrum, Papauer, Iris,</i>
<i>Lupinum, Nycteretum, Blittum, Beta,</i>		<i>Hyacinthus, Narcissus, Hyssopus, Myr-</i>
		<i>tus, Salix, Cedrus, Palma, &amp; quatuor</i>
		<i>anni temporum hieroglyphica.</i>
		438

## AVTORES, QVORVM TESTIMONIIS IN HIS COMMENTARIIS VSVS EST PIERIVS.

	Bsinis Rhe-	Aristophanis interp.	Cleomedes
	tor	Aristides Adrianus	Columella
	Absyrtus	Aristoteles	Cornelius Celsus
Acron	Arrianus	Artemidorus	Cornelius Fronto
Aelianus	Athanasius	Athanasius	Cornelius Tacitus
Aegyptij sacerdotes	Athenæus	D. Augustinus	Demetrius Triclinius
Aeneas Platonicus	D. Augustinus	Auerroës	Demetrius Phalereus
Aeschylus	Ausonius Burdegalensis	Ausonius Burdegalensis	Demosthenes
Africanus in Georg.	Basilius Magnus	Basilius Magnus	Didymus
Agriculturæ libri Con-	Bedas Venerabilis	Boëtius Seuerinus	Diodorus Siculus
stant. Imp. inscripti	D. Bernardus	Callimachus	Dionysius Halicar.
Albertus Magnus	Biblia sacra	Cassiodorus	Diogenianus
Alcinous Platonicus	Boëtius Seuerinus	Catullus	Dion Cocceius histori-
Alexander Aphrod.	Callimachus	Cebes Thebanus	cus
D. Ambrosius	Cassiodorus	Censorinus	Dion Prusensis Chryse-
Ammianus Marcell.	Catullus	Charisius Sosipater	stomus
Anacreon Teius	Cebes Thebanus	D. Chrysostomus	Dioscorides
Apollodorus	Censorinus	Cicero	Ennius
Apollonius Rhodius	Charisius Sosipater	Claudianus	Erasmus Roterod.
Apollonij Rhodij inter-	D. Chrysostomus	Clemens Alexand.	Eucherius
pres	Cicero	Clemens Pontifex	Euripides
Appianus Alexandrinus	Claudianus		Eusebius
Apuleius	Clemens Alexand.		Eustathius
Aratus	Clemens Pontifex		Eutropius
Arati interpres			Festus Pompeius
Aristophanes			Flavius Vopiscus

Flo-

A V T O R V M N O M I N A.

Florentinus de re Rust.	Julius Capitolinus	Plautus
Fortunatus	Julius Firmicus	Plinius in Naturalibus
Franciscus Petrarcha	Julius Frontinus	historijs
Fulgentius	Julius Pollux	Plinius iunior
Galenus.	Julius Nypsus	Plotinus
A. Gellius	Iustinus historicus	Plutarchus
Gregorius Nazianzenus	Iuuenalis	Pontius Paulinus
Gregorius Pont.	Lactantius Firmianus	Porphyrius philosophus
Hali Amberagel	Lactantius Statij interpres	Porphyriion Grammaticus
Haliabbes Arabs	Lucas Minoritanus	Priscianus Grammaticus
Harpocration	Lucianus	Probus Valerius
Heliodorus	Lucretius	Probus Æmilius
Heraclides Ponticus	Lycophron	Proclus Lycius
Hermes Astronomus	Macrobius	Procopius
Hermes Trismegistus	Manethon	Propertius
Hermolaus Byzantius	Martialis	Prudentius
Herodotus	Martianus Capella	Psellus
Herodianus	Maximus Tyrius	Ptolemæus Alexandrinus
Hesiodus	Michael Byzantius	Quintilianus
Hesiodi interpres	Musonius	Quintus Curtius
Hesychius Hierosolymitanus	Nicander	Quintus Calaber
Hesychius Grammaticus	Nicandri interpres	Ruffinus Aquilegianus
Hicrocles	Nicephorus	Salomon Trecensis
D. Hieronymus	Nonius Marcellus	Seneca
Hippocrates	Numenius	Seruius Honoratus
Homerus	Oppianus	Sextius Medicus
Homcri interpres	Origenes Adamantius	Sextus Aurelius historiographus
Horatius	Orpheus	Sibyllini libri
Horus Apollo	Ouidius	Sidonius Apollinaris
Jacobus Zieglerus	Pandectæ Iuris	Silius Italicus
Iamblichus	Papinius Statius	Solinus
Ioannes Picus Mirandulanus	Paulus Diaconus	Sophocles
Ioannes Reuchlin Phorcensis	Paulus Iurisconsultus	Spartianus
Ioannes Scholasticus	Paulus Orosius	Speusippus
Ioannes Stobæus	Pausanias	Stephanus de Gentibus
Ioannes Scotus	Petronius Arbiter	Strabo
Ioannes Grammaticus Zezes	Petrus Aponensis	Suetonius
Josephus	Philo Iudæus	Simeon Antiochenus
Irenæus	Philostratus	
Isaacius Zezes	Phocylides	
	Phurnutus	
	Pindarus	
	Pindari interpres	
	Plato	

A V T O R V M N O M I N A.

Synesius	Diuus Thomas Aquinas	Vegetius
Tertullianus	Thucydides	Veterum varia numis-
Themistius	Tiberius Donatus	mata
Theocritus	Tibullus	Victorinus Rhetor
Theocriti interpres	Titus Luuius	Virgilius Maro
Theodorus Gaza	Trogs Pompeius	Vitruuius
Theon Arati inter- pres	Tryphon Grammaticus	Vlpianus Iureconsul-
Theophilus Iurisconsul- tus	Valerius Flaccus	tus
Theophylactus	Varro	Xenophon
Theophrastus	Vectius Bassus	Zenodotus
		Zezes
		Zoroastres

A V T O R V M , Q V O R V M T E S T I M O N I I S I N  
*Hieroglyphicis Pierius vsus est, finis.*

L O C O :

LOCORVM QVORVN DAM SACRAE  
SCRIPTVRÆ, QVÆ HIC PAS-  
sim exponuntur, Index.

GENESIS.

- Cap. III. Insidiaberis calcaneo eius 434.  
a.b  
Cap. III. Homo ipse tuum obseruabit ca-  
put, & tu illius calcaneum 258.c  
6 Non permanebit spiritus meus in homi-  
nibus istis, sunt quia caro 414.a  
9 Anima illius in sanguine est 154.d  
23 Habitabat autem Ephron in medio fi-  
liorum Kethios 111.a  
35 Reges de lumbis tuis egredientur 245.a  
36 Tauri decor eius 31.a

EXODI.

- Cap. XXVIII. Et fecerunt vestimentum  
poderem sub vmbone, &c. 295.f  
33 Posteriora mea videbis, faciem, & cat.  
160.e

LEVITICI.

- Cap. II. Quicquid obtuleris sacrificij, sale  
condies, &c. 220.b  
2 Cum autem obtuleris sacrificium coctum  
in cibano de simila 243.e  
6 Quæcumque illa attigerit, sanctificabitur  
253.a  
8 Sacrificium pro sacerdotum consecratio-  
ne, pollices manuum & dexterorum pe-  
dum, hostiæ sanguine oblinuntur 257.d  
8 Azymorum calathus ab Aarone & fi-  
lius eius offerendus 277.c  
11 Et quicunque morticina eorum tetigerit,  
&c. 283.b  
11 Ut adoretis talpas & vespertiliones 179.f  
15 Vertantur in lapides, donec pertranseat  
populus tuus Domine 363.a  
17 Ubi monemur sanguinem non esse come-  
dendum 154.c  
19 Manus eius offerant hostiam Domino.  
250.f  
21 Non radent caput, neq; barbam 232.a  
22 Si fractum, si cicatricem habens 58.b.c

- Si non poterat manus eius inuenire. 255.d  
23 Septem diebus comedetis azyma 262.f  
23 Animam quæ peccauerit, offerre donum  
similam cum oleo 385.f  
23 Panes duo primitiarum dicti ex duabus  
decimis similæ fermentatae 277.c  
23 Salices de torrente sumi præcipiuntur.  
383.c  
27 Omnis æstimatio siclo, &c. 145.e  
27 De consecratione, præsertim Aaronis.  
238.a  
28 Adimas tunica fimbrias aurea cur tin-  
tinnabula, malaq; Punica 349.e  
Pontifex humeros primùm præcingi iube-  
tur, mox logium assumere 279.b

DEUTERONOMII.

- Cap. VII. De Dipsade, vbi terrifica illam  
describit solitudinem 121.d  
12 Ubis sanguinem hostiarum pro anima es-  
set, monet Moses 154.b  
17 Quicunq; rex fuerit constitutus, non mul-  
tiplicabit sibi equos 34.f  
21 Si mulierē quis ex hostico viderit, ut vxo-  
remducere concupiscat 231.b  
23 Locum habebis extra castra, &c. gerens  
paxillum in baltheo 101.f  
25 Pro mensura peccati erit & plagarū mo-  
dus, &c. 274.b  
32 Comedit Iacob, & impletus est, & recal-  
citrauit 31.a  
32 Funiculus hæreditatis suæ Israel 266.d  
32 Sanguinem vuæ biberunt 390.c  
33 Qui appropinquant pedibus eius, de do-  
ctrina eius, &c. 256.f  
53 Et sanguinem vuæ biberet meracissimū  
390.c

IVDICVM.

- Cap. VI. Si ros in solo vellere fuerit, & rogo  
vt solum vellus siccum sit 281.f. 282.a  
7 Curuatis genibus biberunt 46.d

# Locorum Scripturæ Index.

## R E G V M.

- 1 Reg. 5. Arca Domini iuxta locata, noctu fractum disiliisse, manéque dorsum, &c.  
232.f  
1 Reg. 24. Canem mortuum persequeris.  
43.b  
1 Reg. 28. Mulierem quæ Pythonem habet, sibi sisti cupit Saul. 109.c  
2 Reg. 9. Ecquis ego sum seruus tuus, &c.  
43.b  
2 Reg. 22. Ascendit fumus de naribus eius.  
237.d  
3 Reg. 12. Minimus digitus meus compa-  
ctior est lumbis patris mei 245.a  
3 Reg. 1. Ponite filium meum Salomonem in  
mulam 92.e  
4 Reg. 4. Mors in olla est 381.a.b  
4 Reg. 6. Eliseus vidit auxiliares equites in  
monte 33.c

## I O B.

- Cap. III. Si non ex ventre matris meæ dux  
illisfui 249.b  
19 Manus Domini tetigit me 253.b  
38 De cuius vtero egressa est glacies? 249.e  
39 Quis dimittet asinum liberum 89.f  
39 Num derelinquet oua sua in terra, vt  
quæ puluis, &c. de Herodio 126.e  
Nunquid in sapientia tua plumeſcit accipi-  
ter. Ibid.  
Struthio in terra relinquit oua sua, &c.  
179.a

## P S A L M O R V M.

- Psal. 1. Tanquam lignum quod plantatum est  
secus decursus aquarum, &c. 365.f  
1 Kic arboris similis est ad aquæ riuum satæ.  
441.a  
7 Caligo sub pedibus eius 282.e  
8 Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuo-  
rum 259.e  
10 Palpebrae eius interrogant filios homi-  
num 235.b  
17 Deus posuit tenebras latibulum suum.  
206.f  
18 Pes meus stetit in viarecta 257.c  
20 Quoniam pone eos dorsum 232.f

- 21 Ego sum vermis, & non homo 60.e  
21 Circundederunt me canes multi 45.b  
22 Circundederunt me vituli multi, tauri  
pingues, &c. 30.f  
26 Ne repellas me 169.b  
26 Delinquentis hominis brachium conte-  
ritur 255.e  
28 Dominus diluuium inhabitare fa. 284.d  
29 Vox Domini quæ ceruos perficit. 55.f  
& 56.a  
31 Nolite fieri sicut equus & mulus 36.c  
& 92.c  
31 Conuersus sum in ærumna mea dum con-  
figitur spina 400.e  
35 Homines & iumenta saluabis Domine  
74.f  
38 Tabescere fecisti quasi araneam animam  
meam 193.b  
39 Ecce commensurabiles posuisti dies meos  
264.a  
29 Seruasti me ne deciderem in lacum  
284.f  
40 In Idumæam extendam calceamentum  
meum 300.c  
41 Abyssus abyssum inuocat 284.e  
44 Eructauit cor meum verbum bonum.  
242.b  
44 Cum nobis aderas, inimicos nostros cor-  
nu petebamus 30.f  
49 Peccatori autem dixit Deus, Quare tu  
enarras iusticias meas, &c. 240.a  
50 Asperges me Deus hyssopo, & munda-  
bor 440.e  
57 Furor eorum par est anguium furori.  
106.c.d  
27 Alienati sunt peccatores ab vtero, ira  
eis secundum similitudinem 107.b  
58 Conuertentur ad vesperam, & fame con-  
ficientur vt canes 43.b  
59 Moab lebes spei meæ 408.c  
63 Tenuisti manum dexteram tuæ 254.b  
63 Super oves pascuæ tuae 277.e  
64 Quoniam calix in manu Domini.  
409.b  
65 Ignem nosexaminasti, &c. 344.e  
66 Im,

# Locorum Scripturæ Index.

- 66 Imposuisti homines super capita nostra  
 257.c  
 67 Et virtus eius in nubibus 282.f  
 67 Congregatio taurorum in raccis populo-  
     rum 31.a  
 67 Extimula feras ex arundineto 415.b  
 68 Lingua canum tuorum hostium, &c.  
 140.a  
 69 Fiat mensa eorum in laqueum 277.f  
 70 Quasi prodigium factus sum multis.  
 145.a  
 70 Donec annuncie brachium tuum gene-  
     rationi omni quæ ventura est 251.a  
 72 Penè effusi sunt gressus mei 406.f  
 73 Mei penè moti sunt pedes 256.e  
 73 Tu confringes caput draconis in aquis.  
 113.c  
 77 Ego confirmaui columnas eius 367.c  
 77 Calix in manu Domini vini meri ple-  
     nus mixto 390.e  
 77 Exacerbauerūt Altissimum in inaquo  
     so 281.b  
 77 Et forte diuisi eis terram in funiculo di-  
     stributionis 266.d  
 78 Deum exquisui manibus meis nocte co-  
     ram eo 250.f  
 79 Exterminauit eum aper de sylua 67.e  
 80 Educo de petra melle saturauit eos.  
 283.c  
 80 Vastauit vineam tuam, Domine, sus syl-  
     uestris 65.d  
 80 Manus eius ad cophinum seruierunt.  
 408.c  
 81 Et erit tempus eorum in seculum 104.d  
 83 Inuenit turtur nidum, ubi poneret pullos  
     suos 161.c  
 83 Inuenit sibi passer domum 150.f  
 83 Deus meus pone eos ut rotam 289.b.f  
 90 Anni nostri quasi aranea reputantur  
 193.b  
 91 Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Et,  
     Confringet Deus cedros Libani 373.e  
 92 Senectus mea in oleo pingui 387.e  
 101 Factus sum sicut nycticorax in domici-  
     lio 148.e
- 102 Renouabitur ut aquila iuuentus tua  
 141.b  
 103 Qui facit angelos suos spiritus, & mini-  
     stros suos flammarum vrentem 433.e  
 103 Inter montes transibunt aquæ, potabūt  
     eas omnes bestiæ agri 283.b  
 103 Herodij domus dux eorū 126.d.130.a  
 106 Deserta reddidit flumina, & aquarū  
     fluxus in sitim transmutauit 283.e  
 109 Ex vtero ante luciferū genui te 249.e  
 110 Dixit Dominus Dominomeo, sede à de-  
     xtris meis 252.d  
 113 Iordanis conuersus retrorsum 220.c  
 115 Calicem salutaris accipiam 409.b  
 115 Preciosa in conspectu Domini mors san-  
     ctorum eius 427.e  
 117 Labores manuū tuarū comedes 255.b  
 123 Erepta anima nostra sicut passer de la-  
     queo, &c. 150.f  
 125 Sicut torrens in austro 283.f  
 126 Sicut sagittæ in manu potentis 309.f  
 130 Impiorum concisa ceruices 232.d  
 134 Educit nubes ab extrema terra, fulgu-  
     ra vertit in pluiam 325.d  
 136 In salicibus, in medio eius suspendimus  
     organa nostra 383.c.d  
 138 Semitam meam & funiculum meum  
     inuestigasti 266.e  
 146 Et pullis coruorum inuocantibus eum  
     alimenta subministrat Deus 168.d
- PROVERBIORVM.
- Cap. I. Fili mi, audi doctrinam patris, &c.  
 135.d  
 5 Non respicies ad mulierem meretricem; fa-  
     uus enim destillans, &c. 187.c  
 6 Vade ad formicam o piger, &c. 57.e  
 58.c  
 7 Donec transfigat sagitta iecur 244.f  
 7 Quasi bos ductus ad victimam 28.c  
 30 Lepusculus plebs inualida 95.d  
 30 Effodiant eum corui de torrente  
 169.b  
 30 Lepusculus sapientibus sapientior 96.e  
 30 Ceruus amicitiae, & gratiarum pullus fa-  
     bulentur tecum 56.b

# Locorum Scripturæ Index.

## ECCLESIASTES.

- Cap. IX. Melior est canis viuus leone mortuo 42.e  
 21 Florebit amygdalum, & pinguescet locusta, &c. 379.a  
 21 Et dissipetur capparis 379.c

## CANTICORVM.

- Cap. I. & III. Oculi tui columbarū. 160.e  
 Cap. I. Osculetur me osculo oris sui 430.c  
 2 Vox turturis audita est in terra nostra. 161.f  
 2 Capite nobis vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas 97.f  
 5 Fratruelis meus albus & rubicundus. 296.f  
 5 Similis es tu fratruelis meus damulæ, aut hinnulo ceruorum 56.b  
 5 Comæ tuae iunctæ canalibus 435.b  
 7 Staturatua similis facta est palmae 371.a

## SAPIENTIÆ.

- Cap. XII. Misisti antecessores exercitus tui vespas 189.f  
 12 Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens 246.c

## ECCLESIASTICI.

- Cap. VI. Cauendum ne animos, velutit aurus, extollamus 30.f  
 10 Si momorderit serpens in silentio 109.b

## ESSAIEÆ.

- Cap. I. Caupones tui miscent vinum aqua 282.c  
 1 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis 95.d  
 2 Projicer idola, &c. ut adoraret talpas & vespertilioes 99.c  
 5 Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbre 282.e  
 5 Mandatum est nubibus, ne pluerent imbre super vineam Soreth ibid.b  
 6 De Seraphim duabus, qui senis singuli alis prædicti, &c. 225.b  
 34 Erit cubile draconum, et pascua struthionum 179.a  
 38 Sicut pullus hirundinis, sic clamabo. 162.d

- 40 Quis mensus est pugillo aquas 264.e  
 55 Venite, emite absq; argento & absq; commutatione vinum & lac 188.b

## HIEREMIAE.

- Cap. IIII. Ventrem meum ventrem meum doleo 242.c.249.e  
 5 Vos igitur non timebitis me, qui posui arenam terminum maris 251.e.f  
 8 Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui 161.d.176.a  
 17 Clamauit perdix, congregauit que non peperit 176.e  
 46 Fugite ab occursu gladij, quem columba vibrabit 158.f

## EZECHIELIS.

- Cap. XIII. Usque iis qui assidunt ceruicalia sub omni cubito manuum 265.a.b  
 16 Et catena circa collum tuum 301.d  
 Et imposui tibi armillas circa manus tuas 305.f  
 17 Aquila grandis magnarum alarum 142.e  
 32 Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terrā, campos implebis, &c. 338.a  
 34 Et cum purissimam aquam biberetis, reliquā pedibus vestris turbabatis 177.b  
 37 Aperiām sepulturas vestras, & educamus de Babylone 284.f  
 47 Joseph duplice funiculum habet 266.d

## OSEA.

- Cap. VII. Corda eorum sicut clibanus incluerunt 243.d

## MICHEÆ.

- Cap. VIII. Tu peccata nostra in profundum mare demerges 218.c

## ABA CV.

- Cap. III. Quia ascendes super equos tuos 32.c.33.c  
 3 Ubi dicit, in aquas salinas armatum à Deo induendm 281.c  
 3 Fluminum terra scindetur 283.e  
 3 Venter meus turbatus est in me 249.e  
 3 Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopie, turbabutur pelles terræ Nadian 250.a

Bonae

# Locorum Scripturæ Index.

3. Boues non assunt ad præsepiæ 277.e  
 S O P H O N I A E.
- Cap. I. Extendam manum meam super Iu-  
 dam, & super habitantes Israël 253.b  
 Z A C H A R I A E.
- Cap. IX. Ecce rex tuus veniet tibi 88.b  
 M A T T H A E I.
- Cap. V I. Cum facis eleemosynam, noli tuba  
 canere ante te 434.e  
 6. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextra.  
 434.e  
 10. De calceamentis pedibus non inducendis  
 interpretatur 413.a  
 10. Qui non habuerit odio animam suam,  
 perdet eam 435.a  
 13. Simile est regnum cœlorum reti misso in  
 mare 222.d  
 15. Non decet panem filiorum dare canibus.  
 35.b  
 15. Quare vos transgredimini præceptū Dei  
 propter traditionem vestram 282.c  
 17. De iuuene lunatico, qui nonnunquam  
 in ignem, nonnunquam in aquam, &c.  
 329.d  
 17. Si quis habeat fidem quantum est granū  
 finapis . 415.e  
 19. Facilius est camelum per foramen acus  
 intrare 93.f  
 23. Camelum deglutiunt, & culicem liquat.  
 93.d  
 24. Ubi fuerit cadaver, illic & aquilæ con-  
 gregabuntur 141.c  
 24. Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sab-  
 bato 282.f  
 26. Tristis est anima mea usq; ad mortē 434.f  
 M A R C I.
- Cap. X. Calix quem ego bibo 409.b  
 L V C A E.
- Cap. XXIIII. Pisces assos comedunt 222.d
- I O A N N I S.
- Cap. VII. Nisi lauero te, non habebis par-  
 tem mecum 434.a  
 12. Nisi granum frumenti cadens in terram  
 mortuum fuerit, ipsum solum manet: si au-  
 tem mortuum fuerit, multum fructū ad-  
 fert 427.e
- A C T. A P O S T.
- Cap. II. Dispertitæ linguae tanquam ignis.  
 240.a  
 5. Illi autem ibant à conspectu concilij, quod  
 digni habiti essent qui pro, &c. 274.a
- D. P A V L I A D R O M.
- Cap. II. Qui ostendunt opus legis scriptum in  
 cordibus suis 242.a
- A D C O R I N T H.
1. Cor. 15. Omnes quidem resurgent, sed non  
 omnes immutabimur 403.c
- A D C O L O Q S S.
2. Coloss. 3. Mortui estis, & vita vestra abscon-  
 dicta est cum Christo in Deo 427.e
- A D E P H E S.
- Cap. III. Sol non occidat super iram vestram.  
 408.b
- A D P H I L I P.
- Cap. I. Cupio dissolui, & esse cum Christo.  
 430.c
3. Cauete canes, cauete malos operarios 39.f  
 4. State in Domino 46.c
- A D H E B R A E O S.
- Cap. VII. Adhuc enim in lumbis patris e-  
 rat, quando obuius ei factus est Melchise-  
 dech 245.a  
 11. Circumierunt in melotis. 395.f
- A P O C A L.
- Cap. XVI. Et vidi de ore draconis spiritus tres  
 immundos in ranarū similitudinem 211.b  
 17. Aquæ quas vidisti, super quas meretrix  
 illa sedet 283.d

I N D I C I S L O C O R V M S A-  
 cræ Scripturæ finis,

CAROLI UTENHOVII IUNIORIS GAN-  
dani, ad clarissimos viros, Arnoldum Arlenium Peraxylum, & Mi-  
chaelem Isingrinium, in Ioannis Pierij Valeriani Hiero-  
glyphicōn Libros quinquaginta octo,  
Epigramma.

Δδύτ' ἄχι Πιεσίδην, πίς μοι λέγει θεόπα τε μάστιχ,  
Αὐρηλίθεος μέλπειν ἔστε τοι, σίσα μέλην;  
Θεῖορθόπως σφέτορος τίκιθεος ὑπόθικμεν επούνοις  
Γιέσειν, χαείτην φῶς τε κλεός τε τειῶ,  
Γιέσειν γάικος ὑπάζειν ιράτθεος Αὐθικήν,  
Πέρειν οὐλώης ἀλιού Αὐθικήν.  
Δδύτ' ἄχι, Πιεσίδην κλείθεος αθαίναζει μεστίων  
Κλείτη, Πιεσίδην τροφός ἔγκειοί, δληταὶ μητηρέ,  
Πιεσίδης ἐπί τε, πατηρός Φείδηθεος μαιτίς ίσια.  
Η νη ἐπί τε, πατηρός Φείδηθεος μαιτίς ίσια.  
Πιεσίδης δινικεῖσσα γαρ Αἴσθαλων τοκῆ  
Γέναιος μιας γαδεῖφας απέργματ' ἀξέρμανον.  
Οὐδὲν δινηματὸν καί παρὰ πολὺ φόρτατος ίσιος  
Πιεσίδης καὶ θεοφάνεια, ήδε λαλεῖν.  
Οὐ πετόσιν Μεγάλης ταῖς χιλιάδεσι Εράσμος,  
Η ταῖς βοσκίαις χαλκογεράφεια πετόσιοι  
Αἴρετο χαρακορούντας μορόπων πετόρποτος τάσσον,  
Ηὲ Μελαχθονίαις τόσον ἔχασετο Βίβλοις.  
Οὔσοι ίδιων, ἔχασφιν, τόδε Πιεσίδης πόνημα  
Αμφὶ ίδροῖς λεγόντας γεράμμασι Μεμφιτίων.  
Ἐν θάλει Νειλιακῷν γνώσιν μυστεῖα λαῶ,  
Ἐν θάλει ἀχρέψτην ἐκναστὸς ίσωρειλ,  
Ἐν θάλει μαστύσει παλιγγονίσιον σίχα μνήσων,  
Πειθῶν γεμικῶν, παντὸς πατῶν λαπίων.  
Τὸν πάρθεον ἔγγων, πλεύτουνικὸν ἔπικην  
Χαλκογεράφων πολλῶν ἔσχος Ιστηγγένιος,  
Χαλκογυραφῶν θυντῆς Βασιλείου οἰστεί τοι τῆς,  
(Καί πηρ ἔχει πολλές ή Βασιλειακούσι)  
Μήπε τιῶν θεοπάνων έστι φέιδεο, μήπε πόσο,  
Εἰς τὸ φέθεος βελεῖς ηρέασονας ὅφα βαλλεσ.  
Τίνετε Πιεσίδης περιφέτονος κάρεν, ἵτα καὶ αὐτῷ  
Αἴρετο πάντην κύδει Φλανδρογελῶν  
Αἴρετο πάντην κύδει Φλανδρογελῶν  
Ηδὲ ίέστι, Γεμικῷν Ἀρματικῶν τε βίβλοι.  
Ὕστατη Ιστηγγενίων θεοφάνης χαλκογεράφων θύξαντος,  
Οἵς τοι δε λαυπτεπότοις σφοῖς ἐχαλεξεῖς τύποι.  
Τὸν λαβεῖ Θησαυρόν, τοι κύριον Ειρηλιοθήκην  
Οὐ γελεμοῦθεον αναξεπέντε πείνωστος έχοντα, ἐών.  
Οὐδὲν ιαλόφρετος, τάχεις καὶ θύμοια πολέσια γεράστον  
Βιβλίοι, καὶ σὺ χράφη βιβλεων θεοφάνης,  
Ρέπεις καὶ ωσκεις ἀπόρετεσιαστοῖς ταῖς γε, μάστιχε  
Σοὶ βιότοιο θεός τορματοῖς πολυνυχόνιον.

Է՞՞րամի, ԿԱՆ ԻԳՇՈԱՐ ԸՆԿԵՐ.

IO· PIERIVS VALERIA-  
NVS AD COSMVM MEDICEM FLOREN-  
TINORVM DVCEM, DE IIS QVÆ  
*per Leonem significantur, ex sacris Aegyptio-  
rum literis.*

A  VLT A quidem sunt, quæ Leone super tam philosophi quām historici, neq; nō aruspices differuere: sed neq; ve- riora, neq; admirāda magis ab eorū villo, quām ab Āgyptijs sacerdotibus & obseruata, & posteritati cōmēdata sunt: tot ea scilicet extāt, quæ viri illi totius ausim dicere arcanorum naturæ consciij, super animaliū ingeniis ma- ximè omniū diligenter explorauerunt. Eam verò esse in Leone præstantiam norint omnes, vt vel singula eius membra non eorū tantum sacerdotū inuētione, sed & gentiū, ætatumq; penè o- mniū cōsensu, mystici alicuius significati argumentū prebuerint. Tot sunt vete- rum monumenta, in quibus Leonina facies variis hieroglyphicis expressa nūc magnanimitatem, nunc animi corporisq; vires, nunc Solem & terram, nunc na- torum erga parentes obsequiū, nūc animi domitorē significat: aliis mox pictu-

B ris amoris petulantia, oratoriæ partem facultatis, vigilantiam, custodiam, terri- ficum hominem, dominatorem, Nili incrementū, clementiā, vindictam, & ple- raq; alia cōmonstrabat. Nulla tamen naturæ vi admirabilior esse iudicat quam ipsa qua egregiè pollet magnanimitate. Ab ea igitur primū omniū ordiemur, *De magna* quam Āgyptijs sacerdotes ea de causa per Leonē pīctū intelligi volebāt, quod *nimitate.* *Leonis.* inter quadrupedes nullū aliud animal præstare magis animo exploratū habue- re. Eam præterea Leonis esse imaginem, vt magni & generosi animi simulacruū præ se ferat, vt in Physiognomoruū obseruationibus inuenitur. Caput enim ma- gnum habet, pupillas ignitas, faciem obrotūdam, & ad radiorū similitudinem iubas vndecūq; diffusas, quibus colla armosq; vestiat. Id enim Leonum genus animosius esse theatra Romana sæpius ostendere. Atq; hę quidem, quò diffuse magis, vulnerū eò magis cōtemptum indicant. Eos Homerus ἄνγειρος appellat: de quibus dicitur, leonē nō terreri laruis, neq; à subula excipi. Quare Diogenes cùm apud Xeniadē seruiret, amicis volētibus eum redimere, negauit velle se:

C An nescitis, inquiens, Leones nō iis seruire à quibus aluntur, sed altiores potius seruire leonibus? Parī magnanimitate Antigonus Demetrij filius, cùm vrgen- tibus hostib; olim retrocedere cogeret, negabat se fugere, sed vtilitatē à tergo sitam persequi. Huiusmodi verò faciem horridē iubatam in morem histricis ir- ritatæ aspicias in Antonini nummo, qualesq; illi sunt, quos throno Solis Āgyptijs subiecere affinitatē demonstrantes, quam cum ipso Deo iubarū imitatione *Antonini nu- misma.* habere viderētur. Nam degeneres ac perinde pauidiores illi omnino sunt, qui crispiorib. breuioribusq; sunt iubis. Necq; aliud sibi vult diuina lectio, cùm Dei populum sicut catulū Leonis exurgere, & sicut leonem exilire scribit. Quanta enim illa sunt indicia magni animi, cùm quis crucem suā tollit, & Christū sequi- tur, cùm Principū furias cōtemnit, cùm ferocia sæuaq; verbera aspernatur, cùm cæsus deniq; gladiis bidentis instar nullā neq; murmure, neq; querimonia con- sternationē ostendit, cùm victo seculi terrore, spretisq; corporis pœnis, igni, be- stiis, tortoribusq; traduntur: despiciunt enim & contemnunt omnia quæ sunt

in potestate mortaliū, & imitātur eum, qui Leo de tribu Iuda nuncupatur: atq; D hic demū ille ille homo est impavidus, qualem dari sibi Democritus postulabat ad summi boni specimen, qui scilicet animū à terrore liberasset.

**A**lunt verò, Admetū leonem & aprum iūxisse, ex quo illū animi corporisq; virtutes copulasse intelligendū. Per leonem enim animi vim: per aprum, vt suo loco dictum, robur corporis interpretantur. Addūt, eum eodem argumento Apollini atq; Herculi acceptissimū fuisse, quos media sapientia & ingenitæ cuiusdam virtutis indole sibi cōciliaasset. Quinetiam Poëtæ feroceſ in bello viros λεόντας vocare consueuerunt.

ANIMI CORPORISQ; VIRES.



E

**E**st & illud hieroglyphicum, per anteriora leonis robur significare, propterea quod in eo animali membra illa robustiora sunt: ab excellenti enim vi quadā vniuersaliter rei significata sua Aegyptiū desumebant. Expressit robur hoc Lucret. Carus cūm ita scripsit:

*Principio genus acre leonum saeūq; secla*

*Tutata est virtus.* Neq; alia de causa leonem cœlo adscriptum multi prodidere, nisi q; sol eo tempore quo signū id permeat, maximè sit validus atq; robustus, moxq; degeneret in posteriora declinās. Quia verò, vt Pausanias ait, de cet bellatorē hominem in cōfictu aduersus hostem, omni posthabita māsuetudine atq; clementia, saeuire, Lacedemonij Martem Συρεταν appellauere: eoīq; spectare Homericum illud ait de Achille dictum, λέον δ' ὁς ἄγριος Θεός. Cuiusmodi signum in Simandrij Aegyptiorū regis nominatissimi sepulchro spectari solitū autores tradūt, quem leonis specie figuratū hostes in fugam vertere vidisses, vt ex eo & animū & robur & vigilantiā regis perspicere liceret. Videre verò est in

Traiani numismata.

Neruæ Traiani nummo fortitudinē hanc ita figuratā, vt claua leonino insideat capiti, per clauam fortitudinē significari dictum in Roboris cōmentario: per caput verò leoninū animi generositatē interpretamur: vtroq; enim opus est, qui Ducis inuicti nomē affectet sibi vēdicare. Quod verò pertinet ad leonis robur, tradunt autores Hyllum Herculis filium, eò quod viribus prestaret, Leonē Citheroniū cognominatū: quem cūm Euchemus Arcas interfecisset, Rex à Mageribus salutatus est, apud quos oraculū erat, eum sibi adsciscendum, qui leonē interfecisset. Quod simile fuit Diocletiani factō, qui tunc ad se rerum summam peruenturā acceperat ab oraculis, cū primū aprū interemisset: ob idq; cūm plurimos cōfecisset apros, queri per iocū solebat, se quotidie apros interficere, nūquā aut Imperatorē declarari, donec virū nomine Aprum iugulasset. In nūmo

C. Poblicij quodam pulcherrimo C. P O B L I C I I Q. F. cernere est fortitudinis simulacrū, Q. F. numismata. quod leonē suffocat claua à pedib. strata, pharetra cū sagittis anteposita. Hippothoon Poëta robur hoc leoninū pulcherrimo descripsit senariolo, quā apud Io. Stobēū invenimus: γῆρας λέοντος κρέπαιον ἀκμαίων νεφέων: cuiusmodi verba senex ille dicit apud Aristophanē, Vespis, ἐγώ τὸ μὲν νομίζω γῆρας ἐνδικρέπαιον ἡ πολλῶν κοκκίνης νεανίων. Leonis senectā maximè florēte hinnulorū iuuētute meliore esse scribit Hippothoon: & senex ille Aristophanicus senectutē suā pubescenti multorū iuuētute


virtutē

**A** virtuti gloriabundus anteponit. Cicero verò in Officiis, vim nō aliter leoni peculiarem esse dicit, quām vulpeculæ fraudem.

VIGILANTIA CVSTODIAQ.

**V**Erumenim verò per leonis caput Aegy-

pti sacerdotes vigilantiā atq; custodiam ostendebant. Causam addebant, quod solum hoc ex animalibus recuruos vngues habentibus, simulatq; natum est, cernit. atq; hinc Plutarchus solare animal Iconē haberī putat. Sanè illi nomen Λέων οὐδεὶς inditū aiunt etymologiarum indagatores. Somni præterea parcissimi est, oculoq; habet inter dormendum splendescentes, ac quodammodo patefactos, quod in custodiæ signum receperere: & sanè multi crediderunt leones omnino insomnies esse, quod Manethon Aegyptius in iis



**B** quæ scripsit ad Herodotum tradit. Huiusc rei argumentū nonnulli obseruaue re, quod caudam assidue inter quiescendum motat. Cæterū incredibile est, vt putat Aristoteles, animal vllum perpetua vti vigilia: sed inde persuasi sunt qui talia se obseruasse profitetur, quod leo magnos habet oculos palpebrasq; per exigas, vt non oculum possit penitus obtregere, intuentiq; splendor ille fere of fert, qui plurimus emicat ab eius pupilla: quare semper somni expers esse videatur.

Quapropter significanter admodum, non tantū Mycenarum portis, sed Portis val- etiam reliquorum ædificiorum, præcipuè verò fanorū valuis, ædiūq; sacrarum vestibulis leones, tanquam diuinorum custodes, vt est passim cernere, statue- bantur. Quiq; iis insomniam attribuunt, inde eos Soli dedicatos autumāt, ean- dem cum leone conditionem habenti, quippe qui patentī igneoq; oculo terram conspectu perpetuo atq; infatigabili tucatur. Cùm verò cōstet, Alexandrū Magnum præter alia quæ in homine præclara fuerunt, vigilantissimū etiam fuisse, quod in exemplo à grue sumpto alibi diximus, non miror, et si aliæ etiam huius rei causæ esse possunt, cum in nummis quibusdā leonino spolio caput indutum spectari, ab cuius altera facie simulacrū Iouis est sedēs, læua baculo innixus, dex-

**C** tera Aquilam pretendens, literæ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, nēpe quod ab Hercule per Caranum primū Macedoniæ regem duceret genus: nam Hercules Nemei Leonis spolio vbiq; insignis, vel quod eximię magnitudinis leonē spectate Spartanorū legato stravit. Quanquā non sum nescius, Philippum regem post Olympiæ nuptias per quietem sibi visum coniugis aluo insignem infixisse bullam, cuius sculptura leonis imaginem haberet: quod & vxorem grauidā esse, & aniniosum filium pariturā, coniectores periti respondere. Hinc Alexander in matris honorem leonis spolio maximè gauisus, & eadem de causa cùm somnio monitus Alexander in Ægypto ædificasset, eam Leontopolim appellauit: quāvis eius suc Leontopolis.cessores Alexandriā à cōditore ipso maluerint vocitari. Quod verò pertinet ad leonis somnū, Physiologos ait Adamantius hęc de catulo leonis scribere, cum quippe simulac natus est, tribus diebus et tribus noctibus dormire, tum deinde patris rugitu tanquā tremefacto concussoq; cubilis loco catulum dormientem expergefieri, eoq; trahit dictū illud à Iacobo in sacra lectione: Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescēs accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Atq; etiam illud ex secundo Balaamis responso: Recumbens ut

leo requiescet, & quasi leæna, quā suscitare quis audebit: quod dubio procul ad D. Christi sepulturā pertinet. Sedenim intelligere etiam possumus dormisse cum sicut leo, ob splendescentes inter dormiendum oculos, vt scilicet diuinitatem ipsam cum eo nihil quicquā sopitam intelligamus. Quod autem de oculis inter dormiendum splendescētibus à nobis additū est, ea de causa factum, vt aurem iis velleremus, qui viri alioqui doctrina magni atque pīj, in eo tamen lapsi sunt, quōd animam Christi putarū per tēpus illud, quo cadaver eius sepulchro conditum fuit, apud inferos passam: quod humana ipsa natura piorum hominum audire reformidat. Animaduerte autem Origenis traductionem Latinam loco hoc, vt ferè passim, valde corruptam esse.

## T E R R I F I C V S.

**A**Tque eo quidem signo quo robur & vigilantiā indicabant, eodem & terribilem hominē, qui reliquos aspectu solo consternaret, significabant: cuiusmodi simulachrū in Agamēnonis clypeo fuisse, Pausanias testis est, ad formidinem aliis incutendam. quod quidem scutum in Olympiæ templo per aliquot tempora pependerit, inscriptione etiam adiecta:

Οὐτος μέλι φίλος τοῦ θεοῦ οὐδὲ εχόγει αγαμένων.

Quod ita reddere possumus:

Terror hic est hominum, quiq; hunc gerit est Agamemnon.

Est autem Leo eius naturæ, vt etiam si ferum nihil moliatur, intuentes tamen terreat: ea est in oculis eius vis, ea maiestas. Vnde tam Græci quām Latini Poëtæ terrorē descripturi, comparationem ab huiusmodi animalis ferocia libenter desumpsere. Meritò itaq; Chabrias Atheniensū dux, vt alij, Philippus Macedo, dicere solebat, formidabiliorē esse ceruorū exercitū duce leone, quām leonū duce ceruo. Atq; tāta porrō vis tantusq; vigor animali alioqui robustissimo ita in oculis consistere tota videtur, vt eorū vel minima offensione supradictum credibile sit debilitari videatur, leuissimiq; obiectu amictus pecude ignavia uior fiat: quod & in theatris sāpius Roma spectauit, & Lysimachi exemplo cōprobatū est, quem Alex. Magnus in idem claustrū cum ferociente leone incluse etū numis rat: ille verò hanc ingressus viā, domita strangulataq; belua, & Regi admiratio- ni fuit, & vite cōsuluit suæ, meruitq; vt huiusmodi factū æterna numismatū memoria prorogaretur. Quin non in oculis tantū eius terror, verū etiā in rugitu

cōstat: itaq; Pindarus cū δέρμασι Olympiis, hoc est, latè rugientē vocat, Agesi- damo, vt in Vulpe diximus. Id verò fit tāta ferarū omniū trepidatione, vt, quod Ambrosius cum Basilio testant̄, animantiū multa quæ vel ciūs impetu per celeritatē euaserint, horrenda tamē eius indignantis audita voce, velutī vi quadam perculta atq; attonita cōsternentur, & plerūq; ita deficiant præ metu perdita, vt nullo negocio capiātur. Quinetiam qui per somniū imaginatus fuerit habere se leoninū caput, Onirocritæ volūt eū in aduersarios terribilē fore significari, nō nunq; verò & principatus & dominationes assecuturū. Ab huiusmodi verò rugitus magnitudine Marcus è quatuor Euāgelistis vñus, leonis imagine, vt est à geliste ima- Daniele preuisus, ita in hodiernū usq; diem hieroglyphicē figuratur, quōd ipso go hierogly- statim operis initio vocem in deserto clamantē ingēti ore tonat. Ita Eucherius. phica.

## D O M I N A T O R.

**S**Anè Basilius leonē pro dominatore animaliū rationis expertiū ponit: obseruatūq; est in ostentis, vt si fortè mulier aliqua leonē pariat, fore vt ab extensis gentibus vinceretur ea respublica in qua id cōtigisset: quod non in humano

tantū

**A** tantum genere, sed etiam in quocunq; alio diuersæ formæ animanti pollere tandem comperias apud aruspices. Obseruatum est in Cō insula, cūm ouis de grege Nicippi cuiusdam priuati hominis leonem peperisset, non fuisse huiusc rci euentū irritum, arrepta inde ab eo dominatione. Hinc illa societas leonina, quæ longè plura sibi assumit quām relinquit, de qua Aristo. Iur. Cons. Cassium respondisse refert, societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiret: & hanc societatem leoninam solitum appellare L. ff. x v i i. T. pro Socio. l. x i x. & Dion Chrysostomus sermone περὶ θαυμάτων, Homerū ait sapienter boui æquiparasse Agamemnonem eo versu,

Ὕπη δές ἀγέλην μέγ' ἔξοχος ἐπλεπτος ταῖς τρίαις.

Minimè verò vel leoni, vel aquilæ similem dixit, propterea quod dominationis ea sunt exempla.

#### S V M M A C A L L I D I T A S I N G E N I I.

**N**ihil verò grauabor antiquā in argumentū huiusmodi fabulā subiungere, *fabula cle-  
quæ mortalibus vtili admodū documento futura sit. Diuulgata per orbē g̃ans.*

**B** erat fama oraculi quod ab Ioue Ammon prodierat, Alexandrū Macedonē bre ui ad se venturū, quem filiū esse confitebat suū; solicitari hinc ad obsequiū terre Reges Principemq; vt sibi conciliarent inter se certare muneribus: præcipueq; Ptolemæus Ägypti Rex dei sui filiū veneratus magnam pecuniæ vim parat, quantū scilicet vectigalis vno die ex Nili ostiis & Memphiticæ vrbis portoriis collegisset. Erant verò cuiusq; generis pecuniæ ex rebus omnibus hinc inde collectæ ad aliquot talentorum millia, id totū sine delectu xenij nomine ad Alexandrum deferri curat. Obtulerunt sponte veterinam operā, mulus, equus, asinus, & camelus, qui pecuniā cum fide conuectandā suscepere. Hi vix biduū à Memphis progressi facti sunt obuiam leoni, qui & ipse intellecto Herculis cultu, quē Macedo suscepisset, dum rebus studet suis, Regē salutaturus iter in Macedoniā tēdebat. Data itaq; & accepta hinc inde salute, cūm destinatū, vt fit, omnes iter enarrassent, adsciscit comes leo quasi custos atq; præsidii aduersus latrocinantes affuturus. Hic de pecuniis certior factus, habere dixit se quoq; certam drachmarum summā quas pro cōmeatu ferret: sed esse illas sibi plurimū incommo-

**C** das, quod oneribus gestandis nequaquam assuetus esset: rogat itaq; oneris additamentū leue singulis futurum inter se dispartitū suscipiant, magni hoc beneficij loco habiturus: obsequuntur illi officiosissimè, ac paucas admodū illas leonis drachmas inter se ditisas in sacculos quisq; suos admiscet, iterq; mox continuat suū. Venerat in pingues Asiae cāpos, cūm leo armentorū multitudine cōspecta dies aliquot ibi commorari ē re sua forc designauit, simulataq; lassitudine aliquot dierū quiete sibi opus necesse dixit, quasq; deposuerat pecunias reposcīt: illi adapertis cōfestim sacculis, ipsum, quæ sua essent, sibi desumere licere inquistunt. Leo cū plerasq; alias magno numero drachmas eadē nota signatas in uno quoq; sacculo conspexisset, læto magnoq; rugitu ædito: Drachmæ, inquit, meq; multas admodū drachmas singulæ peperere, atq; mox quotquot erant suis similes abstulit pro suis. Quid quod Hannonē Carthaginem præclarū virū, cuius meminit Plinius, in exilium actum ferūt, quia leonem ferundis oneribus asfuefecerat, arguento inde capto, vt Plutarchus ait ἡ τὸ λίθον τὸ πάγγελμα ad Traianum, quod qui leonem cicurare potuisset, ad longè maiora ctiam aspiraret.

H O M O Q V I V E L S V A M V E L A L I E N A M ,

ferocitatem edomuerit.

**E** Odem ostento mortaliū triumphis icones iūctos à M. Antonio, atq; id qui

dem ciuili bello generosos spiritus iugum subituros portendere. id quod Cicer D  
ro Philippicis illi obiicit, dum currū cius leonibus iunctum, imperiosi hominis  
inuidiā ostentare memorat. Et Epistolis ad Atticū, qui auguriū id formidabat,  
ait: Tu Antonij leones pertimescas, caue, nihil est illo homine iucundius: & que  
sequuntur reliqua. Sanè hominem qui arte, ingenio vel autoritate longè poten  
tiorem se addicat sibi atq; subiiciat, per leonē ab homine domitū intelligimus,  
quippe quod feret alioqui ferocissimæ validissimæq; impetum ferocitatemq;  
sopire mollireq; potuerit. Hac vtitur cōparatione Nazianzenus, vbi Basilium  
ait non modò sibi conciliasse prius Eusebium, sed in suam ita sententiam attra  
xisse, vt eius consiliis & monitis in omnibus parere videretur. Notum ex histo  
riis quid Megarensibus acciderit, apud quos Cassius Iones, quos ædilibus lu  
dis præparauerat, reliquisset. Cūm verò ciuitas per Calenum caperetur, Mega  
renses ferarū carceres effregerūt, earum vinculis relaxatis, vt irruentibus hosti  
bus obiectæ, negotiū eis tantisper faceſſerent, dum sibi per morā aliquam con  
ſulere poſſent: sed enīm longè aliter euenit, quia leones in ciues ipsos truculentí  
ſæuitia cōuersi, tantā inermium stragem edidere, dum obuios quosq; adorunt, E  
ſternunt, atq; dilacerāt, vt ſpectaculum id fuerit vel ipſis hostibus perquam mi  
ſerabile. Atq; vt huiusmodi multa prætereamus, iam verò Pythagoricum præ  
ceptum eſt, animalia curuunguia (ita mihi liceat γαμήλωνχα interpretari) nutrien  
da non eſſe, quippe rapacitatem ē ciuitate summuendā. Idem ſentit Aeschylus,  
cūm Iconis catulum in Republica non alendum eſſe dicit his verbis:

Οὐ χρὶ λέοντος οκύμιον ἀπόλει τρέφει,  
Μέλλισαι μὲν λέοντα μὲν ἀπόλει τρέφει.  
Ἵψ δὲ ἐκ τραφῆ πεδίοις τρόποις ὑπηρετεῖ.

*Catulum leonis alere in urbe non iuuat,  
Magis cauendum ne leonem nutrias,  
Quem qui educarit, eius & mores ferat.*

Euripides verò nullo eos pacto censet admittendos, Pythagore preceptū ſecu  
tus, in quo sapienter quidem Aeschylus hæc ſuper Alcibiade, impotentiores id  
genus homines non accipiendos: ceterū ſi accepti fuerint æquo animo ferendos. At Euripides, vt Aristophanicus clamat Dionysius Ranis, ingenuè magis  
locutus, ſiquidem vt apud Homerum habetur,

εὐη τῇ λέσπει, αἰσθάσι ὅρκια πιστά.

FVROR IN DOMITVS.

F

Immensum itaq; furorem, quo quis impo  
tētius exardescat, ſignificare ſi collibuiſſet,  
leonem effingebat catulos ſuos diſerpente,  
imò exoſſantem, vt Grecum vocabulum ἡζω  
σίζοντα interpretetur, non autē ἐπιζοντα (vt in  
vulgatis Horī exemplaribus codē Capite bis  
poſitum nihil ſignificat) quo quidem furore  
corruptum olim Herculem, autores tradunt,  
eoq; infanīa prouectum, vt non hospitis tan  
tum filios enecarit, verū & in ſuos ipſius fi  
lios uſquadeò ſæuire ſolitū, vt eos interfec  
rit: quod nō abſimile eſt à pictura leonis pro  
prios catulos diſerpentis. Sanè Theocritus  
in Megara Herculis foemina, de furore quem is in liberos exercuerit hæc dicit:

Σχέτλιος τόξοισι μέοι τόξεν αὐτὸς ἀπόλλων

• ΗΠΙΘ



A

Ηὲ πνοὴ κηρῶμε, οὐκέπινόθ αὖτε βέλεμνα  
Παιδας ἐστις ιατέωφε, καὶ ἐπι φίλοφη ἔλεπο θυμῷ,  
Μανόβιλι Θεὸς οἰκεψόδη ἔμπλεθεθέοντο φόνοιο.  
Τὸς μὲν ἐπι δύστιλοθέμωντος θύμῳ διφθελμοῖσι      Βαλλομέγες οὐ πότεται.  
*Infelix qui misilibus de munere Phœbi*  
*Sine ea Parcarum, vel Erinnyos impiatela,*  
*Gnatis ipse suis furiis agitatus ademit*  
*Charam animam, ut domus ipsa cruore affersa nataret.*  
*Hos ego confosso manibus cecidisse paternis*  
*Iussa oculis spectare meis, miserable visu.*

Poëtæ quoq; nostri leonem iracundū notant, vnde illud apud Horatiū: Promethea insani leonis vim stomacho apposuisse nostro, cùm de excandescientia loqueretur. Elegātissimè quoq; nec nō eruditissimè Lucretius causam furoris istius perquirit, cuius carmina nō iniucunda quæ repetantur ponere nō pigeat:

*Sed calidi plus est illis quibus acris corda*  
*Iracundaque mens facile effervescit in ira,*  
*Quo genere in primis vis est violenta leonum,*  
*Pectora qui fremitu rumpant plerunq; gementes,*  
*Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.*

Superius verò dixerat cùm de varietate animi loqueretur:

*Est etiam calor ille animo quem sumit in ira,*  
*Cum feruescit, & ex oculis micat acris ardor.*

Eius verò indicium excandescientiæ est, cùm caudæ verberibus sese excitare vi-sus fuerit, quod ita Hesiodus tangit in Herculis scuto:

Γλαυκά τε ήδη ὄμοις  
Οὐρῆμαστιχόωρ πεστι χελφε, θάλης αὐτὸν  
Ἐπληστε αἴτια ιδὼν χεισθν έλθειν. θάλη μάχεθαι.

Quem Catullus secutus Galliambico super Atti dixit:

*Agè cæde terga cauda, tua verbera pateant*  
*Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.*

C

Et quæ ad furoris incitamentū & indicium sequuntur: nam & corrugare frontem pugnaturus cernitur, quod σκύλεν Græci dixerunt: & superciliorū contractiō nem ὑδροντιών vocat. Index autem præcipuum est leonini animi cauda, perinde ac equorum aures, eaq; propriè in leone dicitur alcea, quod præcipuum in ea robur constet: vel quod incitamentum quoddā sit ad assumendas vires animūq; commouendum: initio irarum terra flagellatur, increscente verò excandescētiā terga etiā sua verberant: id ea de causa fieri putat Alexāder Aphrodiseus, quod eorum anima vehementius moueat, sitq; vltionis admodum appetēs: cauda verò vtatur veluti homines manu, qua illi se plerūq; in excandescientia complo-dere solent: ita animalia hæc ira cōmota, cùm id quod sese lædit vlcisci nequeat, eo sibi modo solatium solent excogitare. Est itaq; furor leoni familiaris, vnde apud Maronem, Iræq; leonum, legitur. & Ouidius: Iram vultus habet, de eisdem ait. quare Poëtæ leonem peculiariter feram dicunt. ita Callimachus:

Εκεῖσθατη πάλιζων δέρμα καταμαθεῖσιον,  
Quod verò catulos ab eo exossari pingerent, causa est, quod medulla leoni vel nulla, vel per exigua est, vt omnium animalium solidis omnino ossibus consta-re videantur, quasi inde accrescat furor, quod labor his confringēdis sit merce-

de minor cum minimū id sit quod suetui possit inseruire. Sunt præterea ossa illa dura adeò, ut ex collisis ignis veluti ex silice excutiatur. Hinc animal est maxime febri obnoxius. Febrē verò nihil aliud esse, quam superantē totius corporis calorem, medicorū omniū cōsensu manifestum est. Febri deniqz nomē ab igne Grecum πυρῆς, à ferore Latinū est: quo morbo leones toto vitæ tempore cruciari feruntur: eaqz de causa Lucretius triste leonum seminum appellauit. Sanè proverbiū hinc emanauit, ἡλαστερόλεων, quotiens rarū aliquod hilaritatis exemplum intueamur. Thucydidis id dictū in Cylonio scelere subnotando, cum scilicet indoluisset demū Atheniensis populus Cylonem per factiosissimas factiones quietum Reipub. statum interturbare, & quasi post diuturnam mœstiam ad hilaritatem demum respexisset, ut impetu in hominem facto, eum vel in inviolabilis Deæ templum aufugientem persecuti sint pleriqz, distractumqz inde magno totius ciuitatis gaudio trucidarint.

**E**O itaqz incommodo vexantur leones: tametsi vñus Albertus negat esse eos februlosos: cui in Germania nato, alito atqz educato, vbi totum ferè vitæ spatum consumpsit, vtrum de leone loquenti potior sit adhibenda fides, quam Ägyptiis inter leones quodāmodo genitis, cumqz ipsis totum vitæ tempus versatis, alij viderint. Ego sanè disciplinas eorum in huiusmodi re secutus, compertum esse inquam, leonem febri corruptum vel si ad furorem usque exæstuat, vnius pastione simiae liberari. Quapropter Ägyptij sacerdotes si febricitantem hominem, & sibimet auxilia comparantem significare vellent, leonis simiam uiscens hieroglyphicum ponere soliti sunt: tanta enim indignatione simiam fert leo, ut nullum animal audius perdere desideret. Causa est animalis petulantia, leonem indignissimis modis exagitantis. Nam simulac vel ex arbore aliqua vel ex alio tuto latentiqz loco naecta fuerit occasionem in leonem insiliendi, pro magno negotio caudæ sese eius applicare, natibusqz affigere, atque ita quibuscumque potest ludibriis Regi suo illudere: quod cum impatienter ferat leo, impotenter admodum in huiusmodi animal efferascit: quæ plenius in Cynoccephali commentario discussimus. Sed ut mirari desinamus animal adeò ignobile generosissimo omnium infestum esse, scimus etiam culices in leonum greges petulanter adeò ferocire, ut eos magna interdum clade ad internectionem adiungant. Inter enim arundineta Mesopotamiæ leones innumerí iuxta fluminū ripas et fructa vagātur, eo tempore quo hyemis clementia ibi mollissima est, semper innocui: verū vbi per aëstatem cœlum exarserit, regionibus iis aëstu cunctis ambustisqz propemodum, ipsi tam vapore sideris quam multitudine culicum agitantur, quorum densissimis examinibus per eas terras omnia referata sunt, qui quidem ad splendorem oculorum tanquam ad humidiora membra conuolantes eos appetunt, palpebrarū libramentis mordicus insidentes. Hinc leones cruciatī diutius, aut fluminibus, ad quæ remedij causa confugiūt, absorbentur, aut amissis oculis immanius efferascant, quod ni fieret, omnis ea que ad Orientē latè diffunditur plaga, huiusmodi bestiis oppleretur. Id sibi cōpertum esse

## REMEDIUM IN FEBRE

nactus.



E

F

A esse testatur Ammianus Marcellinus Rerum gestarum libro decimo octauo.

S V P E R I G N E S O L I C I T V S .

**A**Tque hoc quidem animal, quod dignem ingenitum, & in ipsis ossibus astrusum gestat, ignem tamen præcipue formidat, adeò ut nihil è quæ vereatur atq; prætentas faces, quibus ad ferociam eius domitandam nihil efficacius: quod & Homerus testatur eo carmine:

καιόπλει τε δέ του τοῖς τε τρέψι λωνύμιοις πόρ.

*Ardentesq; faces, quas quamvis saeuiat, horret.*

Et Pindarus Nemeis: Πῦρ δὲ ταναγρίς θρασυμάχαν τε λεόντην ὄνυχας δέντρα τε Αἴγαμά τε δεντρότην ωχάραν δέδειται. In cuius trepidationis admirationem adducti Ägyptij sacerdotes, hominem super igne formidolose sollicitum, & quasi vesanientem, ostendere si vellent, leonis simulachrū, & faculam pingebant. Id nos vix autoribus credebamus, antequā & Florentiæ, & demū Romæ leones hac potissimū ratione domari cōspiceremus. Simulachrū hoc in marmore cæsum Romę vidi via Leoniana, quæ ad Popularem ædem ducit, erutum frustum ex Augustorū mauso-

**B**leo. Leo erat humi sessitans capite sublato, & in tergus verso; in trāsuersum adsculta erat fax pinea cum nuce in summo capulo, teniaq; à face in leonis tergus porrigebatur. Quāuis verò apud autores scriptū repererim, nihil aliud ex hieroglyphico huiusmodi significari, quām, vt dicebamus, eum qui super igne pauidus esset: si tamen liceat mihi sententiā his meā admiscere, rei istius interpretationem esse dixerim, edomitū fuorem. Causam cur ita ignē expauescat leo, Peripatetici eam asserunt, quod eius animalis vis præcipua in oculis cōsistat: quiq; oculos sicciores ealidioresq; habent, nō maximè omniū ignem auersant. In idem verò significatū adduci possit ilicis folium leonino pedi subiectū: si quidem Magi scrunt leonem iligneo folio calcato torpescere: eandemq; vim esse folio scillæ traditum à Zoroastre, non illo inquam antiquo, sed qui post Plutarchum fuit.

**E**T ne lōgius à leonina formidine digredia RELIGIOSA FORMIDO.

**E**mur, gallū is identidē, et præcipue albū, vt Ambros. ait, à quo etiā Pythagoras abstinendum iubet, mirū in modū perhorrescit: quod pro symbolo colendę diuinitatis accipi quidā

**C**prodidere. Siquidē gallus, de quo Lucretius,

*Quem nequeunt rabidi contra consolare leones*

*Inq; tueri, ita continuo meminere fugiā.*

diuinū quiddam præ se fert, vt latius in Commentario devolucre ea perscripto disseruimus. Diuinitatē verò omnis terrena potestas refomidat, ac reueref. Leones porrò cùm Deūm matri sint dedicati Terræ, ipsi addicti intelliguntur; et superius bonā leonis partem, quippe quod à iubis est reliquū terram præ se ferre diebamus. Sedenim alia huius formidinis causam adducit Proclus libello de Magia: ait enim, gallū & leonē præcipue solaria esse animalia: sed cur gallū leones vereant, nō posse nos à materia, sensuue rationē assignare, sed à superni tantū ordinis contemplatione, quia scilicet præsentia visue solaris virtutis magis gallo infusa sit, quām leoni cōcessa. quod ex eo cōiectare videt, quod exploratu omnibus est, applaudere illum hymnis surgenti Soli, quasicq; iubar eius aduocare, co presertim tēporc, quo ex medio Antipodū cœlo digressus ad nos



deflectit. Affirmat etiam solares quosdā angelos in galli effigie nōnunquam appa-  
ruisse, qui cūm in se sine forma sint, nobis tamen, qui sumus in certā effigiē infor-  
mati, formā se preditos ea videndos exhibuērē. Contrā verò Dēmones nōnun-  
quā leonina fronte visos, qui obiecto gallo repente in auras euanuerint: quare  
solent etiamnū diebus his, superstitionis eius studiosi, gallinaceū pullū in pelli-  
ciendis eis conciliū causa premaectare. Ad hēc tradunt Gr̄ecorum nonnulli, qui  
doctrinā Āgyptiorū sequuntur, animā Cecropis, quē in leonem trāsmutatum  
credebant, immolatis gallis gallinaceis, characteribus quibusdam subscriptis e-  
uocari, sc̄q; illam eis ostendere: quod tamen esse ludibrium Āneius Euxitheus  
affirmat, Dēmones c̄q ita nos pr̄stigiis fallere contendit. Quòd verò Dēmo-  
nes, qui leonina fronte apparuerint, obiecto euanescant gallo, inde procedere  
dicit Proclus, quòd in eodem ordine constituta, quæ inferiora sunt, superiora  
semper vereri coguntur. Quemadmodū modesti pleriq; viri, dum virorū diui-  
norū imagines intuentur, hoc ipso aspectu vereri solent turpe aliquid perpetra-  
re. Lucretius verò ex sectā suā p̄ceptis ait esse gallorum in corpore quædam

*Semina, quæ cūm sunt oculis immissa leonum*

*Pupillas interfodiunt, ac rēm q; dolorem*

*Pr̄abent, vt nequeant contrā durare feroce.*

E

Mirum verò, quòd veteres obseruarunt lconem etiā herbā ita nuncupatā, quæ  
surculis sese circumplicando plurimū nocet, gallū ita abhorrere, vt si puella ad-  
huc intacta, menstrua tamē, nuda passis crinibus leguminū segetem circumeat,  
gallum in manibus habēs, exarescat gramen id, prorsus c̄q deficiat. Id qualecūq;  
est, à Democrito tamē traditū est, vt asserit Sotion. Sed qui alienores à supersti-  
tione sunt, arcanāq; naturæ vim quandā contēplanū, semina aiūt galli sanguine  
contingi debere, hæc c̄q ita sata ab Leone herba nulla postmodum iniuria affici.

#### I N V N D A T I O.

**I**Ncrementū verò Nili, quē NVM Āgyptiaca lingua nuncupant, quod apud  
nos significat nouum atq; recens, ostendere cūm vellent, leonis identidē hie-  
roglyphicum faciebāt: quippe cūm Sol Herculei terga leonis adit, Nili diluuiū  
excitat, duplumq; recentis aquæ Sole in eo signo commorāte s̄epius exundat:  
quæ vis aquæ per spatiōsam Āgypti planitiem latè diffusa, solū ea fertilitate gra-  
uidum reddit, qua non ipsi tantum indigenæ sibi alimenta colligunt, sed magnā F  
orbis partem fame leuant. Propter eam verò aquarū redundantia, quam Leo-  
nis beneficio consequi se quotannis experιuntur, institutum est, & apud gentes

*Leonina ea-  
pita aquas e-  
ructantia.*

omnes vno iam consensu receptum, vt canales, tubiç & siphones, qui aquam  
eructāt, per terebrata foramina in leonina capita ad id locis opportunis adscul-  
pi solita aquam immittant, quæ inde ex leoninis rictibus euomi videatur. Qua-  
ratione autem capita ea leonum in simis p̄cipue constituenda sint, quoq; or-  
dine disponenda, atq; vt ea tātūm quæ contra columnas fuerint perterebrari de-  
beant ad canalem vsc̄q;, qui coelestem aquam ex tegulis excipit, reliquis inter hēc  
solidis, vti quæ cadit vis aquæ per tegulas in canalem ne deiiciatur per interco-  
lumnia, né ue transeuntes perfundat, sed ea tantūm quæ sunt contra columnas,  
ex ore ructus aquarū emitterē debeāt, Vitruvius latè docet. Obseruauerat siqui  
demīs, aquarum redundantiam per leonem apud Āgyptios significari, atque  
hoc in omnibus antiquorum ædificiis fieri passim viderat. Et vt semel dicam,  
fontes & aquarum tubi, qui ab aqueductibus quibuscunq; prominebant, leo-  
ninis figuris ornabantur: vt qui fons admirabili opere Viterbij antiquam hanc  
disci-

**A** disciplinam ostentat. Et ut alia dissimilem, Romæ in Area Lateranensi leones duo sunt nigri lapidis ante æneam M. Aureli statuam positi, qui dubio procul fontibus inferuiebant. Indicio sunt ora perterebrata in adaperto rictu, & infernè foramina in guttur vscq; immissa, & inter pedes pro pectore canaliculus excipiundæ aquæ, dimittundæq; intercauatus. Tale aliquid obseruauit in agro Brixiiano extra portam Orientalem ad secundum lapidem, ubi iuxta viam, quæ tota magnis aquarum riuis atque diuertiis instructa est, leo marmoreus antiquissimi operis, vtris instar inflatus, rictum eodem modo ad aquarum effluuium pertrefaciebat. Sed neq; in iis tantum quæ ad aquam euomendam pertinent, leonum effigies apponi consueuerunt, verùm etiā propterea quod leo, cœlestis ille inquam, aperire claudereq; videtur aquarum cataractas. Atq; in hæc vscq; tempora nunquam antiquata est veterum consuetudo, vt ostiorum clausuræ, claves, annulicq; foribus affixi leoninis rictibus ornentur, quod apud Ægyptios factitari solitum ait Theon in Arati commentariis: quāmuis quod ad ostia pertinet, ad eam, qua de superius dictum est, custodiā potius respicere, quām ad aquarum fluctus, crediderim. Illud non omitam quod Horus Apollo tradit, in supplicationibus pluuias exposcentibus plerisq; in locis leonum ora vino prouisi fuisse morem. Sed aduertendum est vulgatos Horī codices hoc loco depravatos esse.

## SEMEL TANTVM ENIXA:

**C**Vm verò persuasum haberent Ægyptij, leænas semel tantum in vita parere, id quod cū Herodoto pleriq; alij prodidere: mulierē itidem quæ vnius tantum filij mater fuisset, per leænam sculptā significare consuerunt. Est in hanc sententiam Æsopi fabella veteribus scriptoribus approbata. Cū vulpes leænae fecunditatem suam obiiceret in generositatis commendationem: illam verò incesseret, quod & semel in vita, & vnu tantum pareret: leænam respondisse, se quidem semel & vnum parere, sed cum leonem. Huius raritatis causam pleriq; reddere commenti sunt, eamq; potissimum adinuentre, quod catuli in vtero iam vnguibus obortis matricem discindant, ediq; partum, ea vnguum acie in enixa lacerata: vel quod vna cum primo partu locos amittat, quam deliram esse fabulam Aristoteles asseuerat, easq; vel quinquies vita parere, quod explorauerit in terra Syria, demonstrat. Primū enim quincq;, ac per annos singulos uno subinde pauciores, donec ad vnicum, & mox ad sterilitatem declinauerint, in qua reliquum vitæ spatium degant. Alias magna ex parte geminos, quod per longam annorum seriem Florentiæ experimento compertū est: sed cū plurimum sex, nonnunquam etiam vnum. Philostratus affirmari ait à rerum peritis, ter eas tota vita parere: primò quidem treis, mox duos, inde vnu: visam tamen aliquando leænam quæ octo vtero gestarit. Sedenim quam Philosophi rationem raritatis huiusc in pariundo conati sunt inuenire, Basilius Magnus ad prouidentiam Dei refert, cuius imperio factū sit, vt animalium ea quæ facile capi possent, longè essent ceteris fecundiora: quo circa tam lepores, quam damæ, quam etiam oues, ferè sæpius & geminos pluresq; pariunt factus, ne genus deficiat feris iis, quæ sanguine gaudent, carniuoræq; sunt. At ea quibus pro cibatu cætera sunt, certum est longè minus fecunda esse: quapropter ait, Leonis vix vnius Leænae mater euadit, quæ quidem raritas pariundi, cū non alij animalium generi certius contingat, meritò Ægyptij, quod in pluribus accidit obseruantes, semel param per Leænae hieroglyphicum ostendebant.

C L E M E N T I A.

D

**P**Ræter hæc alia quoque, leone super, hieroglyphica inueniuntur, quæ quoniam apud eos non reperi qui literas hieroglyphicas interpretati sunt, sed potius obseruatione inuenta mihi videntur, breuiter attingā. Ex iis clementia est, quæ per leonem & substratum hominem, ita tamen ut leo sit in columis, significetur, propterea quod infestissimè solicitatus ab homine leo, dummodo sit intactus, non vnguis eum lacerat, nec vlla iniuria afficit, sed quatit solum, atq; vbi ita perterruerit, dimittit: quod ita Ouid. scribit:

*Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.*

*Seueri Pij Aug. num. mus.* Ad huiusmodi significatum non frustra vidimus in Seueri Pij Aug. nummo simulacrum mulieris quod leoni exorrecto insidet, manu quidem vna hastam terræ affixam tenens, altera fulmen quasi abiiciens, non autem in iaculandi gestu, cū inscriptione huiusmodi, IN D V L G E N T I A AVG. IN C A R. neq; quicquam aliud legi potest.

## C A S T I G A T I O.

**P**Ræter clementiam inesse Leonis castigationis etiam iudicium, ex eo didicimus, quod traditū ab Eudomo citat Älianu, leonem, vrsam, & canem eodem cōtubernio à magistro quodam alitos & educatos, sine vlla iniuria aliquā diu pacatissimè conuixisse, ac si domestica & eiusdem generis animalia fuissent: verū cùm vrsa quodam impetu percita cōtubernalem canem dilacerasset, cōmotum leonem violati hospitiū scelere in vrsam proruisse, caçp pariter dilacera ta meritas pro cane pœnas exegisse.

## V I N D I C T A.

**L**ongè verò diuersum à superiori significato est, quod vlciscendi studiū per leonē telo confossum pleriq; pingere instituerū. Vulneratus enim leo obseruatione mira percussorem nouit, & in quantalibet multitudine vñū appetit, & si detur copia, fcedissimè lacerat & discerpit. Ferunt Iuba Maurorū regi prestantis animi iuuem fuisse comitem, dum per deserta Africe rerū suarum compendarū studio rex cū exercitu proficeret, ex itinere verò leonem obuiā factum à iuuene illo ipso sagitta percussum in syluā recessisse: anno verò post cùm Iuba rebus ex voto cōpositis eādem copias traduceret, eundē illum leonem obseruato iuuene à quo vulnus acceperat, vñū illum è tam magno militū numero violentissimo cursu hostiliter aggressum nulla vi cohiberi potuisse, quin corruptum iuuē miserabiliter dilaceraret, nemineq; aliorū lēso vltione ea contentū decessisse. Pythagorici porrò animā Cambysæ regis Ägypti in leone se deprehendisse aiebāt, vnde illi animus imperij cupidissimus fuerit, & maxima quæq; semper appetierit. Cæterū hæc quoq; potest assignari causa, q; illis temporibus, quibus claruit, nemine in vltione eo magis propensum fuisse notū est, qui nunquā Ägyptios perseq̄ odiis armisq; & omni vexationis incōmodo affligerē destitit, eis semper infensus, donec in omni Ägypto rerū potitus, sacrī omnibus profanatis, populos totius regionis male tractādo, defessus potius quam satiatus est. Facit ad hoc illud, q; visi leonis ostentū, belli principiū cōiectores atq; augures tradūt indicare, quod quidē eleganti trimetro apud Gr̄cos exprimit,

*Λεοντος ἴδειν δυρφωῶν διλέγη μάχας.*

*Visae leonum imagines noctu indicant occidionem ab hostibus.*

R E G I V M A V G V R I V M.

**A**lioqui regibus augurium dare leones soliti sunt, vt is qui Juliano Imperatori

**A** tori Gordiani tumulum cum exercitu prætergresso sese obtulit immanissimo corpore eius aciem inuasurus, à qua multipli telorum iictu confossus est. Obi-  
tus enim regis ex hoc portendebatur, inquit Ammianus. Verùm antea Maxi-  
mino Cæsari cum Narseo Persarum rege iam cōgressuro, itidem leo & aper in-  
gentes trucidati simul oblati sunt: tamen euenit vt is ea fera admodum gente su-  
perata, in columis & sine damno discesserit. Et Sandrocottus Indus obscurō ge  
<sup>Sandrocotti</sup> nere, cūm Alexandri furorem pedum perniciitate declinasset, fessusq; somnū in <sup>augurium.</sup>  
sylua captaret, à lambente leone sudorem sibi sensit abstergi: quoq; pacto inde,  
præfectis Alexandri oppressis, Indiæ regnum inuaserit, à Togo traditur.

A N N V S   M E N S E S Q V E.

**E**T quoniam incidimus in auguria, non ab resucri id commemorare, quod  
leæna, quæ catulos octo vtero gestabat, à venatoribus in Mesopotamia cæ-  
sa exenterataq; quo tempore Apollonius Tyancus eà iter faciebat, indicauit eo  
interpretante annum unum, & menses octo illum apud Barsanem Babyloniam  
moraturum. Interrogantibusq; comitibus, cur non potius annos IX interpre-  
**B**taretur, cūm ex passere & pullis octo à serpente deuoratis apud Homerum an-  
nos identidem nouem Calchas intellexisset: Editi iam illi fuerant, respondit A-  
pollonius, hi verò adhuc in vtero nondum focturam compleuerant, quare men-  
sibus potius quam annis assimilantur.

C R A P V L A.

**S**Vnt etiam qui hominem ad satietatem usq; crapulatum, per leonem frusta car-  
nium depascentem indicari velint. Animal siquidem hoc cibo incōtinenter  
admodū vtitur, multaq; deuorat solida sine ullo dissectu quæcunq; potest: mox  
à saturitate nihil biduo aut triduo edit. quam scilicet voracitatem luuinalis tan-  
git, vbi multa pascendum carne leonem dixit: atq; inde fit vt grauis illi ob ciudi-  
tatem exhalet anima, quæ tetrici semper odoris est: quocirca nonnulli gravē  
animam significantes, leonis os hians facere consueuerunt. Huius foetoris ergo  
Martialis videtur muliebre pudendum leonem appellasse eo versu:

Quare si pudor est Ligella, noli  
Barbam vellere mortuo leoni.

**C**Taxat enim eam, quæ cūm vetula esset, pilos vellere pertentaret. & alij lupanar  
olidum dixerunt. Quanquam non desint, qui loci huius interpretationē longius  
accersitam ad Cenchrenas, quas leones Nicander appellauit, referant: huiusmo-  
di enim serpentes morsu sanguinem exorbent, & genitale semen ex preciosissi-  
ma sanguinis decoctione fieri Medici consen-  
tiunt, vnde dixit luuinalis:

Accipiat sanè mercedem sanguinis.

**S**Anè meretrices per leæna nomen intelli-  
gi, multis veterum sententiis & monumen-  
tis constat. Tale aliquid habes apud Aristoph.  
Lysistrate in iuramento fœminarum: Non sta-  
bo leæna in Tyrocnesti. Huiusmodi petulan-  
tiæ causa Ezechiel Hierosolymam leænam vo-  
cat, & Heliachim catulum eius, qui ductus est  
in Ægyptum. Alium rursus catulum loachim,  
quem in cauca, vt LXX ediderunt, Nabucho-  
donosor Babylona traduxit, Michaël Byzan-

M E R E T R I X.



b

# Pierii Val. Leo, siue

tius meretrices quasdam ex Megara Sphinges appellatas ait, quod humano capite mansuetudinem praeserrent, ceterum corpore reliquo leonino rapacitem, & imperium quod in amatores exercent, indicaret. Et Megarice Sphinges in opprobrium dici solitum de meretricibus, ob impuros scilicet mores Megarenium, quos veterum scriptores omnes damnant. Facit ad hanc rem veteris Poetæ senariolus admodum venustus:

Ἴων λεανὴς καὶ γυναικὸς ὀμόθης.

*Par est leanae & feminæ crudelitas.*

Sed & ante urbem Corinthum Veneris erat templum, iuxtaq; Laidis tumulus, cui leænæ simulacrum appositum videbatur, ariete inter priores pedes apprehenso: quod nimis petulantiam eam indicabat, qua præcipue lasciuunt arietes, de quibus loco suo diximus.

## T A C I T U R N I T A S.

**L**eænæ verò elinguis simulachru ex ære quod Athenienses statuere Iphicratæ opus, ex effigie quidē leænæ, meretricis nomen, ex linguae verò defectu taciturnitatē eius indicabant. Cum enim Armodius & Aristogiton de liberanda à tyrannis patria cōsiliū iniissent, coniuratioq; delata esset, comprehensam illi leænam scortum eorum vtricq; admodum familiare, ad mortem usq; tormentis variis exacerbarunt: ea tamen constantissimè omnia pertulit, nec quenquam prodidit, supra fccmineam imbecillitatem fortitudinis admirandæ memorandū exemplū: quam Athenienses ut honoribus honestarent, ne scortum tamen celebrazione viderentur, eiusdem nominis animal ob taciturnitatem elingue, erigendū decreuere. Constantissimū meretricis huius exemplum citat Tertullianus, quod nostri animosiores fierent, cum leui adeò de causa repartæ sint vel mulieres quem tam fortis animo pro amicorū salute non solum tormenta paruifecerint intolerabilia, sed sponte suum ipse cruciatū auxerint. Nam hæc eadem, ut ille ait, carnifice iam fatigato, postremo linguā suam comedam in faciem tyrani fæuentis expuit, ut expueret & vocem, ne cōjuratos cōfiteri possit, si etiā victa voluisset.

## C Y Z I C E N I.

**C**yzicenoru pecunia. **S**i quis verò incidat in monetam, quæ leonis imaginem ex una parte habeat, sex altera verò Cybelem deorum matrem, sciat eam esse Cyzicenoru pecuniā, quæ celebris admodum est ob id, quod pulcherrimè scalpti erant. Et quia pro XXVII drachmis Atticis imputabatur, quæ summa duales auricos duos redidit, & aliquantulum plus: una enim argenti drachma Marcelli Veneti pondus æquat. Atq; hi sunt Cyziceni stateres, qui rem egregiè factam indicabant.

Magorum porrò superstitione, cōsiderata leonis alacritate perniciissimoq; cursu, mustelæ dentem leonino corio adalligatum, ad pedum tumorem atq; adeò imbecillitatem adhibere cōmenta est, id quod apud Lucianū Tychiades ridet, orta inter Cleodemū & Dinomachū medicos contentione, uno eorum leoninū, altero ceruinū corium præferente, ut per incantamenta Eucrati laboranti amuletum aliquod apponenterent. Controversia verò omnis inter eos est, dum ille formū aliquod miserabiliter implorat, vtrum ceruus an leo magis pedibus valeat, atq; eorum uter alacrioriferatur cursu. Merito igitur Virgilianus Æneas, tergum Getuli immane leonis dat Salio, velocitatis præmium, qui primam in stadio coronam meruerat, nisi dolo Nisi fuisset interturbatus.

## H E R C U L A N V S   L E O   Q V I D.

**Q**Vid verò sibi velit Herculanus leo, magis diuulgatum est, quam vlo sit opus

A opus cōmento latius declarare. Illud tamen nō omiscrim, Herculem illum Ägyptium, qui cum Osiride, vt Antiquitatum scriptores tradunt, Italiam ab amarissimo Gigantum iugo liberavit, per leonem intelligi, neq; quenquam alium. Plures enim Hercules fuisse, & Arrianus & Diodorus historici prodidere: hunc autem omnium primum leonis insignia gestasse, tradunt. Cæterū Heraclitus Ponticus superatū ab Hercule leonem ideo fingi dicit, quia Argiuus ille, de quo Græci plurima scripserunt, Hercules, furorem illum, quo ex atra bili plurimum laboravit, tandem edomuerit. Satis enim exploratum est ex iis quæ antea dicta sunt, animal id per se metipsum immoderatis animis excitari. Sunt tamē qui per Herculem mysticè Solis lumen intelligent: leo verò cùm Soli dicatus sit, manifestū est quid sibi velit Hercules, & leo. Nam & hinc Iubari stellæ nomen, qui Phosphorus est, quod splendor eius in modum Iconinæ iubæ diffunditur.

## V I R T V S.

**V**Tcunq; verò leoninum spolium virtutis hieroglyphicum est, eaq; de causa Herculī dicatur, quem pro virtute veteres posuere: ideoq; Diogenes conspicatus quandam eo ornatū sibi gloriose placentem, exclamauit: Ecquid virtutis indumentum vituperas? Sedenim non leonis tantum, verūm alterius etiam animantis gestare pellem, heroicum fuisse morem, didicimus ex Apolloniū commentariis, vbi Poëta scribit:

Δρόμα δὲ θύμη πάνειο πδλωτικές ἀμφ' ἔχετ' ὄμοις.

Et apud Virgilium Euandrus:

Demissa ab læna Panteræ terga retorquet.

**I**N Antiochi numo videoas leonem quendam propemodum humi procumbentem, & superuolantem noctuam, quod nonnulli vespertinum crepusculum indicare arbitrati sunt: quippe cadente Sole, noctem, quam per auem eam intelligi volunt, exurgere. Ego verò per huiusmodi hieroglyphici figmentum significare crediderim, vires cedere sapientiæ.

**C**NAM per leonem robur, per noctuam Mincrum intelliġi, suis locis cōmentaria hæc ostendere. Eiusdem argumenti esse puto leonem in numo, cuius inscriptio est, ΜΙΛΗΤΩΝ, qui anterioribus pedibus inclinat ad humum, superne verò caducus exporrigitur, vt scilicet id ostendat, vires quantumlibet feroes sapientum eloquentiæ cedere. Numum vidi apud Masseos Romæ. Quod verò signum Iunonis Argis spectabatur palmite redimitum, subiecto pedibus eius corio leonino, id habebat hieroglyphici, quod nouercam vtriusque priuigni exuuiis insultantem ostenderet. Callimachi id inuentum tradunt, qui Iunoni vitem induxit. Rem huiusmodi tangit Tertullianus.

VIRES CEDERE SAPIENTIÆ.



VIRES CEDERE ELOQUENTIÆ.



# Pierii Val. Leo, siue

L V N A.

D

**V**lsebatur in Olympiæ templo Dianæ simulachrum alatum, dextera pantheram, sinistra leonem continens. Per alas volucrem Lunæ cursum interpretetur, quæ septem viginti dierū spatio totum permeat signiferū, quem Sol vix annuo temporis spatio perlustrat. Panthera varietates eius indicat, quas unoquoq; mense XI suis nominibus designatas alibi recensuimus. Leo Solis viii; qua splendorem sibi cōparat, ea tantum parte lucens, qua eius radiis illustratur.

S O L.

T E R R A.



B

**F**leri etiam solita erant apud veteres simulachra quædam radiata, ita tamē ut vnius simulachri radij omnes sursum versus tenderent, alterius ad inferiora demitterentur, atq; ea ita cōformata, vectanda leonibus cōmendantur. Scendum autem ex Vectij cōmentatione, Solem & Terrā ex eo figmento veteres intellexisse, quippe quos Assyrīj A D A D, & A D A G A R T I N vocabant: A D A D quidem Solem, qui radiis dorsum inclinatis inferiora viuiscitat, mulcet, educat, omnī quippe terra nascentiū autor: A D A G A R T I N verò Terram, quæ cōceptam à solaribus radiis virtutē, eandem, quā licet, sursum versus erigit. Ita veluti sponsa viri appetens, vt Platonicū dictum interim usurpemus, rerum omnium suarū stipata fœtu, sese habendā exporrigit. Sedenim ipsa leonis effigies vtrunque referre videtur hieroglyphicum, quippe quæ anterioribus partibus Solem F exscribit, posterioribus verò Terram. Quod tamen Adagartī pro tellure positum putat Vectius Bassus in cōmentario Germanicī, qui Phænomena scripsit, vbi de Erigone agitur, virginē, inquit, dici Cererem arbitratī sunt pleriq; spicarum quas tenet īdicio: alij Adagartī malunt. Sunt qui & Fortunam, quoniam sine capite astris inseritur. Nigidio Figulo placet iustitiam, vel æquitatem, quo nomine etiā Terram ipsam dici alibi comprobauimus, & legiferam vbiq; Cererem apud Poëtas appellari comperias, vt ab iustitiæ nuncupatione, neq; hoc quidem alienum videatur, & cum Tellure iustissima consensum habeat. Hinc apud Maronem prospero terræ subiugandæ omnine Æneia puppis: Prima tenet rostro Phrygios subiuncta leones. Veluti etiam homines insidentem leoni nonnunquā videoas, quem ī stimulo

A N I M I D O M I T O R.



**A** stimulo regat, quod esse animi regem omnino videtur significare: neque enim Aeneum illud ad sacra tantum patria refertur, quæ in Cybeles honorem fieri solita: nec solum respicit beneficium, quod, ut additum est, fuerit

*Ida profugis gratissima Teucris.*

Subiiciuntur verò leones Magnæ Deæ vehiculo, identidemq; trahunt & currum Solis: atq; tam varie à veteribus tradita, ad vnum eundemq; demuni intellectum tendunt. Demum hæc duplex in leone natura, qua quidem anterioribus partibus cœlestia refert, posterioribus verò terram, quæstionem illam facile potest soluere, qua nonnulli mirantur, cur leonis effigies in diuinis nostrorum literis modò Christo, modò Dæmoni attribuatur: pro Christo quippe apud Prophetas non semel positus, ut suprà diximus: pro maligno verò, Petrus epistola prima rugiente in leonem dixit: & Dauid, Libera à leonibus vnicam meam, clamat. Quibus responsum facio, anteriora quæ sunt leonis, fortitudinis, & regiae virtutis habere significatum, atq; ita pro Christo ponи. Nam Ireneus ubi mystrium Dei in rebus strenue gerendis, in dominando, in regendo vim & autoritatem ostendi disputat, leonis imaginem ait id præmonstrasse, quæ vni ex quatuor Euangelistis fuerit attributa: inferiora autem, partem quippe terream, fugacitatis & insidiarum: caudam enim subter uterum cum fugit subiicit: cauda ferit ex obliquo per insidias: quæ omnia Dæmonem exscribunt, quo nihil à bono fugacius, nihil in mortales insidiosius.

### CHRISTVS HOMO DEVS.

**D**Eniq; ut etiam aliter philosophemur, cœlestis est anteriore parte leo, ideo admiranda Christi opera veram nobis ante oculos proponūt diuinitatē. Nemo enim qui à Deo nō sit, ait Nicodemus, opera ea facere possit quæ ipse faciebat. Posteriore terrā sapere videtur: ea frigida est, inde ad minima quædam, galli quippe cantum, pretentam facem, leuis obiectum amictus, quin ad simiā, & ilicis folia, atq; etiam scillæ, leo timidus est, & ad fugam promptissimus. Ethu manus Christus mortem timet, perpetuæ non ignarus, quæ statim subsecutura esset, immortalitatis: effugere cruciatum tentat, patremq; orat, ut acerbissimus à se calix auferatur: & inde ita debilitatus, ut præ trepidatione genibus insistere non posset. Quod si vtraq; natura in Christo est, leo cum sit eiusmodi, recte in diuinis literis modò Deo, modò mortalibus accommodatur.

**E**tiam approbarim, qui ferociores quoque animos iustitiæ sese subiicere p̄ hieroglyphicū huiusmodi arbitrantur: quia nuper in Caurtiano agri Bellunēsis vico suburbano reperti sunt magno numero numi, ab quorum una facie mulier corona insignis longaq; induita palla sedet, manum ad ensis inuersi capulum extendens, ita ut apex ipsius capuli volam impheet: literæ circumscriptæ, I V S T I T I A. Ab altera facie, eadem mulieris effigies penè nulla, amictu quidem toto in exorrectam retro dextram appenso, læua supra leonis caput postremis pedibus residentis iniecta: literæ ad sculptæ sunt, L E O N I S H V M I L I T A S.

I V S T I T I A  
cultus.



# Pierii Val. Leo, siue

**L**eones autem domitos, & Magnæ Deæ currui succedentes, Lucretius aliter interpretatur, qui velit figmentum id significare, liberos quantumlibet feroes obsequētes esse debere parentibus: ait enim,

*Adiunxere feras, quod quamuis effera proles  
Officiis debet molliri victa parentum.*

## A G R I C U L T U R A.


**V**Arro tamen in Cybeleio curru duo considerasse videtur, leonem utique terrę symbolū, vt paulo antè dicebamus: mox quia genus id animalium in longinquis, & à nobis remotissimis regionibus inuenitur, nullā ait esse terrae partem tam remotā quam colī subigitur, nō oporteat: ita omnes, que vel hieroglyphica sunt, vel quoquo modo mystica, in suam quisque artem, vel disciplinā quam profitetur, trahunt. Diodorus autem, vti suus est mos, historias sibi configit ex cōmodo suo, leonesque ideo Cybeles currum trahere confitū ait, quod ab his ea educata fuerit. Vtū verò curru vehatur Dea, an sella sedeat, quantum ad significatū pertinet, parui refert: nam in Faustinae numo Cybelem Turritam leoninæ sellæ insidentem videoas, quæ ornumus, bem intra manum & genu tenet: inscriptio, M A T R I M A G N A E.

## M I X T A Q V I D.

**Q**uod verò pluribus in antiquorū monumentis, præcipueque sepulchralib. cernere est, leones aliquod animal apprehēdisse, quippe vel ouem, vel taurum, vel anguē, vel huiusmodi quippiā, ex eo coniicere potes, sepulti animū aut naturam talem fuisse, cuiusmodi est illud, quod apprehensum fuerit: quippe si ouem, vel agnū, vt in sepulchro quodā Romæ sub Aesculapij pronao habetur, intelligas hominē ferocitate demolita mansuetudinem amplexatum: si taurum, temperantiam: si anguem, prudentiā, vel quid huiusmodi, prout animalis quod detētum fuerit significatū exiget, interpretaberis. Si verò hostiliter captum vel discerptum, eius naturæ hostem malè habitum. Nam in numero quodam argenti Augusti Cæsaris validissimæ formæ leonē videoas, qui ceruū superat dentes, bus in armos affixis: quod fortè referri potest ad Actiacam victoriam, quam is


FEROCITATE POSITA  
assumpta mansuetudo.

ACTIACA VICTORIA.



NATORVM OBSEQVIVM  
erga parentes.

D



Apollinis

A Apollinis fauore consecutus est, in qua, ut apud Maronem,

*Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.*

Pauorem enim ex ceruo loco suo significare diximus.

#### A M O R I S P E T V L A N T I A .

**Q**uæsierit h̄ic aliquis, quid sibi velint leonis anteriora, quæ in Chimæra fu-

isse traduntur, cuius figuram Homerus ita descripsit:

*Ἐρόστε λέων, ὅπις δὲ οὐδέν τις μεσόν δὲ χίμαιρα.*

Eam autem amoris petulantiam, quæ fuerit à Bellerophonte coercita, significa-

re clari pleriq; autores volūt. Huiusmodi enim sunt amoris initia, qui primo sta-

tim insultu leonina feritate nos aggredi videtur; dictumq; Epicharmi Comici:

*Amoris mollitiem, leonis robore domitandam.*

*Δομητής δρός λευκτέας διωλθει ταλαρός.*

Eoq; respexisse videtur Horatius, cùm de iuuene perduto amore capto ait:

*Vix illigatum te triformi*

*Pegasus expediet chimæra.*

**B** Capra procacitatem atq; lasciuiam, cui animosus idem Heros fortiter obstitit.

Draco, insultusq; pugnam adeò periculosam, quæ omnia ex peculiaribus com-

mentariis toto hoc Opere suis quæq; locis explicantur.

#### T R E S O R A T O R I A E P A R T E S .

**N**Azianzenus verò, neq; nō interpres Hesiodi, per chimærā treis Rhetori-

cæ partes intelligūt: ludicialem quippe per leonē, ob terrorē quē reis incu-

tit: Demonstratiuā per capram, quod in eo genere dictio plurimū soleat lasciuī-

re: Deliberatiuam demum per draconem, ob varietatem argumentorū, longio-

resq; circunductus, & spiras quibus in persuadendo opus est: vnde etiam mon-

strimator singitur ab Hesiodo, Echidna nomine, per quam πίκλων ισην καὶ πλευρὴν,

intelligi contendunt, quippe mentem multis & variis præditam disciplinis.

#### S A C R O R V M I N I T I A .

**N**Eq; prætereunda est leonis facies illa, quæ omnium prima vīsa est Ezechie-

li, per quam eius disciplinæ periti aiunt initiādorum sacrorum admonitio-

nem nobis oblatam. Eam verò in primis visam, quod à principū vita soleat to-

**C**tius populi consensus legem sibi cōstituere. Ad valvas igitur templorum, susti-

nendis modò postibus, modò hyperthyris, modò pronais locorū vbiq; leones

subiiciuntur, vt cum Maronis dicto, vel præcipuo potius summi Dei præcepto,

Deos primūm venerari meminerimus. Et nullam esse gentem tam efferam, neq;

animum tam indomitū, qui non possit religionis cicuratione, beneficioq; mol-

liri, atq; ita mitescere, vt nullum inde sit onus decrectaturus.

#### L E O N E S T A R V I S I N I Q V I D .

**L**eones duo pro foribus, vt ferè passim insigniora templa habent, Taruisij

sunt, qui in pronao cathedralis à dextera draconem alatum vnguibus impa-

ctis cōprimit, draco retorto collo leonis pectus admordet: praua quidem cogi-

tatio cor incessit, fortis verò animus eam actutūm elidit: à lœua leo leunculū ap-

prehensum pectori subiicit suo: generosus quippe animus seipsum vincit.

#### S P H I N G E S Q V I D .

**Q**uæsierit h̄ic aliquis, quid sibi velint leonis anteriora, quæ in Chimæra fu-

isse traduntur, cuius figuram Homerus ita descripsit:

*Ἐρόστε λέων, ὅπις δὲ οὐδέν τις μεσόν δὲ χίμαιρα.*

# Pierii Val. Elephantus.

Leonem autem brutorum omnium principem esse, manifestum, qui humano D  
subiectus imperio reliqua secum trahit. In diuinis verò literis imperium in bru-  
ta omnia homini datum legimus. Sphinga sanè monstrum ex parte dimidia vir-  
ginis formam præ se tulisse, figmento Græcorum tradit Adamantius. Alij inter-  
pretantur, totius terræ dominiū religioni cedere, cui ferocia quantumlibet ani-  
malia sese subiiciant, imperiumq; suscipiant.

LIBRI PRIMI FINIS.

## AD CLARISSIMVM ET REVERENDISSI- MVM GVIDONEM ASCANIVM SFORTIAM, CAR- DINALEM S. FLORAE, DE IIS QVAE PER ELE- phantum & Rhinoceronta significantur ex sacris Ægyptiorum literis.



ERRESTRIUꝝ Animalium hieroglyphica publico spectaculo emis- E  
sorus, Leonemq; in primis, quippe eorum dominum, auspiciis inclytissimi Cosmi  
Medicei Florentinorum Ducus exire procuraui, & quod studium clarissimæ eius  
ciuitatis semper fuit Leones publicè alere, & quodam Ægyptiorum more hono-  
rificè tueri, & quod generosa eorum magnanimitas in ipso Duce laudabilibus tot effulget exem-  
pli, ut non alijs cuiquam argumentum huiusmodi dedicari deberetur. Sequebatur Elephas, ani-  
mal quippe quo neq; vastius, neq; portentosius natura rerum tulit: sed deformitatem bestiæ tot  
dotibus, ipsisq; tam præclaris insigniuit, ut in omni vita tenore humanum genus (quod sanctius  
animal Poëtæ canunt) ab eo bruto si non superatum, certè laceſſitum esse videatur, aut pari con-  
ditione decertare. In eo autē excellit Elephas, quod à se natura ſug gerente & morum, & vir-  
tutum documenta præbeat: quod homines niſi doceantur, vix aſſequi poſſe fateantur: sed multa  
ſunt quæ ab eo tanquam à morum idea homines deſumere & imitari coacti fuerint. Et enim  
Elephas ingenita munificentia nobilis, temperantia insignis, æquitate ſumma conficiuus, præ-  
cipiuſ declinator insania, vaniloquentia hostis, pietatus cultor, & ea celebris mansuetudine, vt F  
alienam etiam crudelitatem abhorreat, contra minus validas feras pugnare deditur, in  
iram autem nunquam efferatur, niſi acerbitate iniqua, enormiq; aliqua iniuria concitatus: de-  
niq; regalem & ipſe animum, ne omnia hic accumulem, in omnibus referre videatur. Quæ  
quidem Reuerendissime Domine tibi, non vt te doceam, non enim ſus dixeruam, aiunt, ſed vt  
in memoriam redigantur, hoc Commentario enarrabuntur, exemplisq; citatis cōprobabuntur.  
Nec ad quenq; ex veftro ordine hic Commentarius mitti potuit vel aptius, vel conuenientius,  
quam ad eum qui humanitate, fide, pietate, & multarum virtutum, quæ ſupra etat-  
tem in te conficiuntur, commendatione longè clarissimus  
& eſſet, & haberetur. Vale.

## S V I S   V I R I B V S   P O L L E N S .

**A**T igitur ab iis ordiamur quæ super Elephanto Ægyptij tradiderunt: hominem, in primis opulentum, suis quippe viribus pollenter, aliorū nihil indigum, qui dicere tutò possit, in me est omnis spes mihi, qui sibi conducentia olfactu quasi quodam enanciscatur, per animal hoc, imò per vnam tantùm eius promuscidem, hie roglyphicè significabant, in eam scilicet admirationem adducti, quòd tales, tantamq; habeat, vt ea vna officiis ferè omnibus illi oppidò sufficiat: ea vice manus vtatur, vnde etiam nomē: ea bibat, ea cibum ad os admoueat, eam rectori, cuius omnibus imperiis se præbet obsequentissimū, erigat, offeratq; siue is in ceruicē animalis summā sustolli voluerit, siue ad terrā descendere: quin arbores eadem prosternit, in acie tela de manibus dimicantiū detrahit, equites ab equo deripit, pedites correptos quoquò libuerit proiicit, & quotiens immersus per aquas ingreditur, ea ipsa ædita in sublime reflat atq; respirat. Proprio itaq; & elegāti vocabulo Lucretius hac de causa elephantos anguimanos dixit, quòd promuscidem ipsam instar anguis quoquo versum flectat, reflectat, contrahat, porrigat, lubricet & incuruet. Sunt qui visos ætate nostra affirmarint gladiū longitudine duorum cubitū ad promuscidem alligatū gestantes, atrocissimas in bello cædes edidisse. Sanè quantū ad vires pertinet, nunquā se Cato apud Ciceronē ait cum adolescens esset, vires tauri aut elephantī desiderasse: quod dubio procul indicat, inter bruta tauros & elephantos viribus alia omnia antecedere.

## R E X.

**A**D hæc Ægyptij regem hominem per elephanti simulachrū intelligebant, nō ea tantum de causa, quòd cùm gregatim semper ingrediantur, is qui maximus est natu gregem ducit, quod in regibus eligendis multarū nationum & gentium mos fuit, vt id muneris senioribus demandaretur: hinc apud Hebræos Seniores, apud Athenienses Palæologi, apud Romanos Senatores rerum habenas moderare soliti: verū n propterea quòd habet hoc animi regij peculiare, vt genua non flectat adeò notabiliter vt animalia reliqua, calcaneū verò leuiter incuruet. Nam genua non flectere, dubio procul ostendit supplicabundum nō esse: flectere verò calcaneum, humanitatem, qua maximè præditus est, indicat. Nam apud Philosophos morū institutores, pes indicium est affectus illius qui

**C**humilioribus applicatur. Penes verò quem sit rerū potestas, decet quidem eum humanum esse, humanisq; rebus commoueri: genua verò flectere non oportere, manifestum est. Habitus & in ostentis elephantus regiè sublimitatis signum, qui Aureliano, multò ante eius imperium donatus est, solusq; tunc omnū priuatus elephantī dominus fuit, vt legere est apud Fl. Vopiscū. Nam & Scandro-cotto Indo homini humili genere nato, quē Alexāder Magnus ob linguæ procacitatē interfici iusserat, pernici fuga clapsō, cùm mox latronib. cōtractis aduersus Alexandri Præfectos bellum moliretur, Indiam ab eorū dominatione liberaturus, visendæ magnitudinis elephātus ferus vlrō se obtulit, & velut domita mansuetudine eum in tergū sustulit: quod eum regē futurū portento fuit, nec fellit euentus. Siquidem oppressis Alexandri præfectis, Indiæ sibi regnum asserruit, eaq; autoritate polluit, vt Seleucus Alexandri successor in Perside cùm Indiam affectaret, regno illi relicto res cum eo cōponere satis habuerit. Præterea scriptores rerum, assiduum cum serpentibus certamen gerere tradunt elephantos, serpētes inter alia significata loco suo disposita, terrarū orbem, prouincias,

# Pierii Val. Elephantus.

& regiones pro vario picturæ gestu significa  
re ostendimus: eas verò qui domitari volue  
rit, viribus in primis esse præditum oportet,  
abundare opibus, vt quæ bello necessaria  
sunt facilè comparet, & cum ipsis prouinciis  
arma semper exercere. Quapropter, vt mihi  
videtur, Natura ipsa rerum humanarum co  
gnitionem hoc exemplo descriptis, quippe  
quæ elephantum suis viribus optimè premu  
nientur, & quæ regem addeceant adiecerit or  
namenta, moresq; & virtutes etiam regias  
vni illi ante omnia bruta, vt paulo infrà do  
cebimus, elargita sit. Quod verò pertinet ad  
prouinciarū subiugationem, videre est in C.

C. Cæsar is  
numus. Cæsar is numo elephatū promuscidere surre  
cta, aduersus quem serpens quasi concertatus  
rus insurgit: in altero videoas serpentē ipsis  
elephantī pedibus obtritus, in quo inscriptio  
est, CÆSAR. Potes ex illo, lacesitū bello, &  
hoc, confessum intelligere. Neq; verò me fu  
git, elephantū Maurorum lingua Cæsam ap  
pellari solitū, quod Spartanus in Älio Vero  
tradit, primumq; Cæsar is cognomine nuncu  
patum, qui elephantum occiderat. Sed inepta  
hęc inscriptionis causa mihi videtur: credide  
rim autem potius ad munificentia spectare, qua Cæsar elephantos exhibuerit.

## A F R I C A.

Q. C. Mari  
numus. Q Vem verò elephantum in Q. C. M A R I numo compereris, ibidibus adie  
ctis hieroglyphicum id Africam prouinciam ab eo domitam, ditionemq; Im  
perijs in Ägyptū usq; propagata, significare crediderim. Elephanti porrò Pom  
peij Magni currum subiere Africo triumpho: & in numo argenteo admodum F  
Scipionis ar  
genteus nu  
muspulchro Scipionis Imp. inscriptio, cuius galea elephantini capitinis specie habet,  
inferne aratum, antè spica posita est: que omnia ad Aphricę triumphum, & an  
nonam inde largiter adiectam spectant. Inscriptio, Q. METELLVS.

## V. L E G I O.

T N militaribus verò signis, elephanti legionis quintæ vexillis adpingebantur,  
propterea quod C. Cæsare aduersus Lucium Scipionem ciuili bello decertan  
te, ea legio negotium sibi contra elephantos dari postulauit, recq; strenue gesta  
reliqua victoriæ occasionem præbuit.

## O R I E N S.

S Ed Augusto currum ex quatuor elephantis S. P. Q. Romanus in numis de  
creuit, quod, vt puto, spoliis Orientis onustus Imperioriū inde triumphū  
duxerit. Id honoris Tib. Cæsar post adeptum imperium patri deferendum cu  
rauit, quod ipsa testatur inscriptio, que sic habet: TIB. CÆSAR DIVI AVG.  
F. AVGUST. P. M. TR. PO. XXIIIX. DIVO AVGUST S. P. Q. R.  
D. Vesp. fls.  
ni numus. Eundem honorē Claudius Auiæ Liuię Circensi pompa, currū quippe elephan  
torū Augusto similē decernēdū curauit. Sed & DIVO AVG. Vespasiano cur  
rus ex



C A E S A R.



E

**A**rus ex quatuor elephantis in numo est, cuius latus alterum inscriptionem habet ad reliquos honores tertij consulatus; nam qui sua virtute ad Imperatorij fastigij culmen euectus erat, re in Oriente bene gesta, paribus cum Augusto hono-ribus honestandus fuit: ita Elephas iunctus, prouinciam patriam subiugatam hieroglyphicè significabit. Est & Philippi Imperatoris numus, in quo elephan-  
tus gradiens sub magistro cum inscriptione, **Æ T E R N I T A S A V G.**

*Philippi Im-  
peratoris nu-  
mus.*

M V N I F I C E N T I A.

**E**St autem inter virtutes regias illa, quæ solet ante alias populorum bencuo-lentiā conciliare, munificentia: hac ostendanda magni principes elephanto plurimū vñi sunt. Hinc videoas in Antonini Pj̄ numo elephantem promuscidē in semicirculū sursum versus lunata; inscriptio est, **M V N I F I C E N T I A A V G.** Atq; itidem in numo L. Septimi Seueri Pertinacis Aug. Imp. **V I I I.** elephas est promuscidē in eundem modum curuata, cum eadem ipsa inscriptione, **M V N I F I C E N T I A A V G. s. c.** Nanq; hoc eos spectaculis exhibitos ostendit, atq; hinc corū Imperatorū intelligenda munificentia, qui eos modò in certamen cōmisere, modò in saltationem, modò vt funes scanderēt & inambularent, edide-re. Quod si ad eorum quoq; animalium liberalitatem trahere volueris, sanè mu-

**B**nificos hos & liberales inuenias, siue ij curatoribus suis, siue etiam puellis, qua-rum amore se captos ostendere, munera elargiri soliti sunt: quandam enim ad-mirandam eorum in homines bencuentiam, gratumq; in educatores animū scribit Ælianus, exemplo illius qui pro domino multū diuīq; pugnauit, cumq; sagittis interfectum, promuscidē sublatum ad præsepe suum asportauit.

T E M P E R A N T I A.

**S**Ed quid illud, quod etiam in temperantiae significatum, aut eius qui seruare modum in rebus norit, per elephantū qui cibum capret exprimebant? As-suetus enim certæ pabuli mensuræ, si quid largius opulentiusq; apposueris, tan-tum assumit quantū quotidiana cōsuctudine pascere sit institutus. In Syria cùm domi quidam educaretur, magister accepta hordei mensura dimidium singulis diebus interuerterebat: cumq; aliquando præsente domino totam illi mensuram apposuissest, simulatq; animaduertit elephantus duplicatam esse pabuli portio-nem, hordeū id in partes duas promuscidē disgregauit, tam æquas, ac si vel mo-dio quis demensus esset, vnaq; magistro portione derelicta, cōsuctam sibi par-C tem absumpsit; cuius facti meminit Plutarchus.

**Æ Q V I T A S.**

**N**Ec quidem exemplum aliud prætreui-dum, ex quo æquitatis etiā idem hoc ani-mal seruantissimū esse fateamur. Quidā men-suræ quę magistro impendebatur, & lapillos, & puluerem immiscebat, quò de pondere ali-quit fraudaret; animaduertit elephas apud il-lum carnes elixari, accedensq; cinerem è foco in ollam paria facturus iniecit.

**E**St illud verè regium, insanos & demen-tes homines cuitare. Quapropter Ægyptj hominem tali prudentia præditū, vt nihil sibi cum stultis & fatuis esse vellet, ostendere cùm studerent, elephantum & caprum hie-

DECLINATOR INSANIAE.



# Pierii Val. Elephantus.

roglyphicè ponere soliti sunt: ac de Capro quidem suo cōmentario quæ vsui ve D  
nerunt, perscripta sunt. Causam picturæ huius esse dicunt, quod elephantus in-  
specto capro quam primū fugit, tantum est inter eos naturæ morumq; dissidiū,  
vt virtus vitium nullo possit pacto tolerare. Facit ad hoc etiam antiquissimum  
Mosaicæ legis institutum, quo principes vbi deliquerint, sacra facere admonen-  
tur ex hirco, cùm alioqui priuati homines capram vel agnum immolarent.


**C**Vm verò vaniloquum genus hominum  
regi cuiquam despectui habitum, ac sedu-  
lō euitatum ostendere curassent, elephantum  
& porcum adpingebant: Elephas enim porci  
audito grunnitu, in fugam se proripit euesti-  
giò, nō secus ac generosiores equi præsertim  
Scythici, asinorū ruditum impotenter admo-  
dum exhorrescūt, quod exemplo Darij explo-  
ratū est. Nihil porrò quicquā tam cōueniens  
Regi, quām dicacitatē vaniloquentiamq; ab  
ædibus suis procul summouere, eamq; inimi-  
cam sibi constituere, vt adagio receptum sit,  
Fidem regiam assuerando in iis que omnino  
credi volumus attestari. De porcis autē, quos  
pice oblitos, & mox igne flammatos Megarēses in Antipatri élphantos immi-  
serint, eosq; ita sugarint, in Porci ipsius commentario historia recitata.

VANILOQVENTIA  
euitata.



E

REX VILIVM ASSE-  
ctator.



F

**Q**Via verò cornua animalium nulli maio-  
ra, nec speciosiora quām elephanto, hac  
ipsa etiam de causa regem ostendit: cornua e-  
nim, vt in Cerui cōmentario declaratum est,  
dignitatis & sublimium honorum significa-  
tum habent. Hominē igitur Ägyptij amplio-  
ri aliqua dignitate tituloq; honestatū, qui ta-  
men nulla vel maiestatis vel decori ratione ha-  
bita vilissima quæq; sectaretur, sordesq; om-  
nes perscrutarctur, significare si vellēt, hiero-  
glyphicū elephanti qui mures venaretur pro-  
ponebant, indignus quidem tam vasta mole  
labor. Eademq; nota inurendum facinus, quo  
Domitianum iam Imperatorem stylo muscas  
perfodientem derisum accepimus: vel patrem eius Vespasianum de lotio vecti-  
gal exigentem, quanquam eius lucelli odor ei bonus videretur. Verū super  
hac re notum adagium, Mures negligit elephantus. Ac ne quis cauilletur, ele-  
phanti dentes insignes esse, non cornua, Pausanias omnino esse cornua conten-  
dit, tum aliquorū animalium exemplo, quibus aut in supercilio, aut in naribus  
cornua nascantur, tum quod per aliquot annorum periodos corrupta decidat,  
& noua suppululēt, igneç moliantur, quod in dentibus haudquaquam fit, &  
quod in crānio orientur.

M E T I C V L O S V S.

**E**St & illud regum ferè omnium proprium, vt ipsi ad suam (quod aiunt) vni-  
bram expauescant, ita potentiae comes additus vniuersiç rci metus. Ele-  
phant-

*Mures negligit elephan-  
tum, Adagium.*

**A**phantum autem consternationis hieroglyphicū esse manifestum, si præsertim īj ad stagna līmpidā aquā, vnde sese tanquam in speculo contemplari queant, deducti pingantur: quam speciem supra modum reformidant, aut certè abhorrent, & auersantur, ea' q̄d de causa turbidam omnino bibūt. Atq̄ hinc Indorum populi, apud quos magnus earum belluarū prouentus est, si quos fluuios cum his tranare parent, illunes nubilasq; noctes obseruare consuerunt.

## LONGO TEMPORE QVID EFFECTVM.

**S**Vnt qui pullum elephanti pingāt, quippe cui nondum dentes enasci eceperint, si longo quid temporis interuallo factum significare voluerint: hunc enim vtero gestari Theophrastus decennium scribit: quamquam Aristoteles, Älianus, & alij annos longē pauciores ponant: vt cunctū vulgatum inde dicterit, Citius elephantos párere, quotiens tarditatē negotiū alicuius incessere voluerimus. De iis verò quæ minimè fieri posse speremus, Ennius dixit, prius locusta pepererit Luçam bouem. Ita enim prius Romanī vocauerūt elephantos, quod à nostris in Lucania primūm visi.

## B VICTVS PROVISIONE.

**E**st & illud apud Horum celebre hieroglyphicum super elephanto, vt si hominem frugi, & de viētus ratione sollicitum indicare vellent, elephantū pingērent dentes suos terra condentem. Eum siquidem aiunt simulac caducos dentes suos intellexerit, spontē auellere, & terra infodere. Verū ego crediderim potius vitæ suæ prospicientem, quām viētui legendum, Philippumq; ipsum deceptum aliqua forsitan Ägyptij vocabuli æquiuocatiōne. Manifestū enim est ex receptorum autorum probatione, elephātos dentes suos nonnunquā in venatu allisōs arboribus excutere, scientes se eorum causa peti, vt ita præda derelicta vitæ ipsi suæ prospiciant. Et ne indicio sint venatoribus, quotiens præ senecta deciderint, eos etiam tum humo condunt, vnicuiq; tamen sit integrum quam maluerit sentiam sequi.

## CONCORDIÆ DISCORDIÆ Q. EFFECTVS.

**H**ic verò significato subiiciemus illud, quo nonnulli Sallustij sententiam, quæ est, Concordia paruæ res crescent, discordia maximæ dilabuntur, nō uo cōmento pingere, non tamen infeliciter excogitarūt. In illo Formica in Elephantū crescit apposito caduceo, in hoc Elephantus in Formicā desinit, aqua & igni pro rebus maximè contrariis adiectis. Verū ex huiusmodi figmento si caduceum et aquā et ignē summoucas, perfectus etiā intellectus significari potest, quippe qui minimorū æquè ac maximorū cognitionem sit optimè consecutus, omniumq; vnam quasi scientiā coniunxerit. Sed enim interpretamentū hoc perinde ac illud arbitrariū esse, nō inficior. Sed dicet aliquis, Quorsum Elephātus ad Formicā? Plutarchus porrò de formica multa magnificè locutus, quod animal est omnium minimum, ita de maximo non dissimilia se diciturū profitetur.

## S T V P O R.

**A**Tq̄ hic qui mentis tot exhibuit experimenta, quo vel Cicerone id asserente libro de natura Deorum primo, belluarum nulla prudenter, stuporis tamen nota propter vñā vastitatē nonnullis habitus, vt legere est apud Diogenianum, cui Philostratus etiam subscribere videtur, dum neq; elephanto, neq; dentibus eius quicquam esse cum lyra dixit, neq; quidem cum peritis viris, cuius hæc Amphione verba sunt, quæ quidem ideo Græcē ponere libuit, quia in impressis exemplaribus corrupta leguntur: Ἐλέφασ ζελαμῆ τῆς λύρας ζπω οἰ αἴθησαν

# Pierii Val. Elephantus.

εποτεσ την αυτην ζει, οτι η πιστηρα αυτης χεισην. quod perinde esset, atque illud D  
quod de asino fert, Nihil illi cū lyra. Quin & Plautus in hāc sententiā: Meus he-  
rus elephanti corio tectus non suo est, nec plus habet sapientiæ, quam lapis. In  
quā sententiā Græci dicunt ἡλίφαντος φύσις θάνατος. Et Tertullianus eū bestiam vo-  
cat insulsissimā, et si quam in diuinis literis præ se ferat imaginem. Eucherius ho-  
minem eū signo huius dicit indicari, qui magna & enormia scelera perpetravit,  
citato ad hoc Solomonis loco: Et adducebant ad Solomonē simias & elephan-  
tos. Et tamen Indici, cūm omniū sint ferocissimi, adeò vt difficulter cicurari pos-  
sint, ad instrumēti musici pulsationem cantilenarumq; modulationes animum  
intendunt, auresq; ad audiendum arrigunt, atq; hinc ita demulcentur, vt nullo  
alio cōmento efficacius comprimant ferocitatem. Sanè tria elephantorum ge-  
nera autores ponunt, palustres, montanos, & campestres. Palustres omnino  
dementes leuesq; esse, montanos prauos & insidiosos, campestres mansucieri  
facilius, & longè dociliores esse: quos nequaquam stupidos existimāt illi qui eos  
in theatris figurarum notas & mutationes varietatesq; callere, multorū testimo-  
nio compertū afferunt. Rome illud accidisse proditū est, cūm eorū greci & salta-  
tiones, & orbū lubricationes edoceretur, indo ciliore fuisse vnu: qui cūm à ma-  
gistris increpatus & castigatus esset, noctu visus est ad umbrā Lunæ institutio-  
nis documēta illa per semetipsum attentare, meditari, & exercere. Verū hāc nō  
ita fortè videantur admiranda, quæ fame magistra discere cogantur: illa potius  
admiremur, quæ faciūt feri nullis vnuquā legibus instituti, probitate, prudentia,  
& equitate, nullis ferè animātibus inferiores.

PIETAS.

**Q** Vid q; sponte sua naturæ quadam sub-  
limitate prædicti, pietatem colunt, & reli-  
gionem obseruāt: Noua enim apparente Lu-  
na, sponte, vbi iure suo degunt, viuo se flumi-  
ne purificant: si morbis infestantur, Deorum  
auxilium implorant, herbas coclum versus ia-  
ciunt, earum internuncio eō preces allegan-  
tes: qui quidem gestus excipiendus est ab iis,  
qui pietatē ex elephanto picto exprimere vo-  
luerint. Idem humanis proximi sensibus, ser-  
monem patriū intelligūt, gloriam & honores  
ambiant, ignominia notati mortē infamæ vi-  
tae præferunt, quā interdū, alia sibi consicen-  
dæ mortis occasione negata inedia finierunt.  
Quoties verò in theatris oppressi, amissa fu-  
gæ spe vulgi misericordiā supplicarūt, et qua-  
dam sese lamentatione complorantes, totū ca-  
ueæ confessum in lachrymas concitarunt.

**C**Vm tamen tanta ipsi sint æquitate man-  
suetudineq; vt crudelitatis alienæ mini-  
sterio fungi minimè cogi possint, quod irri-  
to olim Bocchi conatu apparuit, cōtra minus  
validas feras pugnare prorsus negant, cūmc; maioribus non nisi lacessiti: & in grege pecu-  
dum ambulantes, occurrentia manu dimo-



MANSVETVDO.



uent,

A uent, ne quid obterant imprudentes, tantaq; illi imbecillioris huius gregis reue rentia, vt vel feri ex arietis cōspectu mirificē cicurentur, lenesq; atq; tractabiles fiant. autor Plutarchus Symposiacān X 11. Quid quōd aberrantem hominem in solitudine factum obuiam non modō nō trucidant, aut alia afficiunt iniuria, sed clementer & placide sese duces præbent, & viam illi commonstrant. Quod verò de sermone dicebamus, quem patrūm intelligent, ac etiam certū eos inter se habere tradit Oppianus, verūm nō nisi à magistris suis intellectum. Iam illud ætati nostræ claro innotuit experimento, eos magistri sui dicto audientes esse, siue progrediendum, siue regrediendū sit: quem feriāt, quibus abstineant, quos inuadant, vbi temperandum irg, ex ipsius magistri sermone cognoscere: vt non immerito confirmata sit opinio, huiusmodi esse quandā illi belluæ cum genere humano societatē, vt M. Tullij dictum ea re super identidem usurpemus. Cūm igitur elephas iusti & moderati imperij species quodāmodo esse videatur, meritò Regis nomē, tum ob virtutes, quas superius in eo recensuimus, tū ob hanc ipsam mansuetudinem atq; clementiā adeptus est. M. Antonius cognomento

B Philosophus, nihil quicquam esse dicebat quod Imperatorem Romanū magis commendaret gentibus, quām clemētia, eaq; de causa, necq; quidem in rebelles suos sœvitum voluit. Hæc Cæsarem Dcorū adscripsit numero, hæc Augustum consecrauit, hæc Pio cognomentum dedit, hac eadem de causa Senatus Ro. timore eo liberatus, quem ex Maximini Imp. immanitate cōtraxerat, clementissi mis Impp. Maximo Balbino et Gordiano sta

## IRA LACESSITA.

tuas cū elephantis decreuit. Quamuis alia de causa Gordiano tertio quadrigæ elephantorum decretæ sunt, quippe vt qui Persas vicisset triumpho Persico triumpharet. Sed qualis ea in animali bruto māsuetudo fuit, quam recitat Plutarchus! Romæ cùm pueri quidam per lasciuiam elephāti promuscidem stylis pugissent, iratus ille vnum ex illis arripuit, cū in sublime iaculaturus, sublatoq; ad hoc præ metu puerorum ingenti clamore, socij mori-

C turi vicem deplorantium, tanto omnium mōrōre elephas intellecto, arreptum puerum humili molliter depositus, satis habens metu illo puerilem audaciam castigasse.



Q Vamuis verò ita natura mansueti sint, in iras tamen acriter incitātur, perturbatiq; irritatione aliqua acerbiore immaniter efferasūt (Iustus enim, vt in Diuinis habet literis, cùm irascitur, peior est) eo casu tā hostibus quām duotoribus suis perniciosi. Quā in eo animali naturā cùm non ignoraret Annibal, eam in vsum suum conuertit: quippe cùm in prēlati fluminis transitū elephātos compellere non posset, necq; materiæ qua naues cōficeret copiā haberet, ferocissimū elephantem sub aure vulnerari iussit, percussoremq; transnatao statim flu mine procurrcere: elephas exasperatus ad persequendum sui doloris autorem, transiuit amnem, & ita reliquis idem audendi exemplum fecit, vt Stratagēmatōn libro primo apud Iulium Frontinum habetur: idq; in traiciendo Rhodano factum Liuius tradit: quamuis variatam actæ rei memoriam esse confiteatur. Sanè Mauri affirmant cor duplex elephanto esse, altero quidem irasci, altero ad lenitatem induci: atq; hoc illud est quod horum vtruncq; munus supra modum

# Pierii Val. Elephantus.

exequitur. Sanè elephas ad hæc vscꝫ tempora longa seculorum serie in Italia fabulosus habitus, neqꝫ hominū quisquam adduci poterat tam deformem immāne mē belluam, qualem quantamqꝫ in picturis aspiciebat, iis dotibus excellere, quibus apud rerum scriptores insignis habebatur. Nam quamuis trecentesimo abhinc anno Fridericus II. Imp. elephantum ad nos ex Idumæa transuexerit, & superiori ætate alter in Italia visus fuerit, nihil tamen præter corporis vastitatem. quod celebratione dignū censeretur, super illis memoriae proditū extabat. Cæterū omnē historiæ antiquæ fidem adimpleuit Hanno elephas, quē initio diximus ab Emanuele Lusitanæ rege, Indiae qꝫ triumphatore, Leoni x. Pont. Maximo dono missum, ac Romæ vidimus, Reuerendissime Domine: tanta ingenij, intelligētiæ atqꝫ docilitatis exempla præstítit ea ætatula: quadrimus enim huc adiectus erat, vt nō modò quæ à scriptoribus tradita fuerant credamus, verū autem autores ipsos in hoc animantiū genus quasi inuidos, cleuasse plurima, quæ longè magnificētius illustranda fuerant, suspicio sit. Hinc factū, vt ad eius significata, & eorū causas recensendas effusior accesserim, qui priusquā animal inspi-  
cerem, ne pro anilibus fabulis eorū bona pars acciperetur, veritus fuisse. Illud autem profiteri possumus, de reliquis animantibus quæcunqꝫ fidem excedere videantur, scriptorum autoritati nos acquiescere: super elephāto verò quæcunqꝫ admirāda traduntur, nos in Hannone, vel paria, vel veteribus illis longè maiora, oculata fide deprehendisse, cuius rei Romā ipsam frequentissimū totius orbis theatrū testem appellamus. Sed minimè loco hoc dissimulandum, quod super eiusdem Hannonis ingenio Michaël Sylvius, regis sui ad summū Pontifice orator, summat, vt nosti, vir integratissimæ, atqꝫ alij narravere,  
*De elephanto, historia iucunda.* reinqꝫ multorum testimonio comprobauere. Cūm destinasset Emanuel Rex eum Romam Pontifici Maximo donū ire, nauī quam inscenderet iam instructa parataqꝫ ad profectionem, nullo vñquam pacto per aliquot dies fieri potuisse, vt Hanno vel duci se ad nauim, vel si quo modo adductus fuisse, eam vellet inscendere, vsqueadèò auersabundus profectionem huiusmodi reformidabat. Cumqꝫ rex ea re super solitus admodum esset, magnisqꝫ pollicitationibus vnumquenqꝫ inuitaret, qui deducendi asportandiqꝫ Hannonis negotium suscepissent, neqꝫ quisquam nomen profiteretur suum, insusurratū demum est regiis auribus, eius belluæ magistri dolo hæc fieri, quippe qui puellæ cuiusdā amore perditus ægrè ferret se in tam longinas regiones ablegari, proindeqꝫ Hanno ni persuasisset ne se abduci pateretur abuehendum: quippe eum in loca sterilia, in amœna & barbara, vbi ludibrio contumeliisqꝫ omnibus tanquā hosticæ terræ animal afficeretur, neqꝫ victui neqꝫ ornatui eius vel necessaria, vel commoda sufficiatura: longum ad hæc iter & incōmodum, & vastum maris æquor arandū, vt satius esset in qua tunc erat terra quam primū contrucidari, quām per tot viarū difficultates ad ærumnissimā deniqꝫ vitā peruenire. Rex hac re cognita, magistrū Hannonis ad se quam primū accersiri iubet, seqꝫ dolos eius cōperisse dicit, ageret itaqꝫ vt intra triduū Hanno in nauim imponeretur, idqꝫ ni proprè fieret, interminatus est actutū se hominem extremo supplicio affecturū, vt aliis exemplo esset, qui mandatis regiis fucum facere ausi essent. Hac regi asperitate territus elephanti magister, cūm nullā in cunctatione salutē intueretur, discipulā belluam aggreditur, docet se maleuolorū quorūdam fraude subornatū, qui & felicitati vtriusqꝫ inuidarent, & regi optimo malè obtemperantes essent: longè autem secus rem habere, quām illi mentiti essent. Siquidem nō ad immānia

A nja & effera loca profecturi erant, sed ad urbem orbis terrarum dominā, amce-  
no loco sitam, vbi rcrum deliciarumq; omniū quotquot vcl auidissimi cuiusq;  
cupiditate expeti possint, copia fertilissima redundaret. Ibi esse Principem, cui  
totus penē terrarū orbis assurget: apud quem is in deliciis habendus esset, &  
tanquam Lusciniæ pullus, lautiarum blanditiarumq; affluentia nutricandus:  
proinde bono animo esset, secumq; primo quoq; tempore latus & alacer nauē  
in scenderet, affuturos nauigationi Deos, & cursum omnem incredibili felicita-  
te prosecuturos. Ita Hannonem ab eodem magistro in aliam sententiam dedu-  
ctum, vbi signa data sunt, vltro nauem concendiſſe, necq; vlla ynquam imperia  
toto itinere detrectasse.

## DE RHINOCERONTE.



Vi Rhinoceronta in Domitianī numis inspexērre, quid id signū si. Rhinoceros  
bi velit, quæritare solent. Ego factū id ad Principis adulationem di- in Domitia-  
xerim, qui animalia huiusmodi spectaculis obtulerit, cuius inodi mu- ni numis.  
nus illud fuit, quod à Valerio Martiale celebratur:

B Præstit exhibitus tota tibi Cæsar arena,  
Quæ non promisit prælia Rhinoceros.  
O quam terribiles exarsit pronus in iras,  
Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat.

S Vnt enim qui lentitudinē irascendi, ac nul-  
lum mox adhibitū modum excandescen-  
tiæ, per huius animalis hieroglyphicū intelli-  
gant. Nam in eo conueniunt autores, magna  
id indigere irritationē: sed vbi irasci cœperit,  
esse ferociſimū, quod & altero Martialis ex-  
pressit epigrammate:


Sollicitant panidi dum Rhinoceronta magistri,  
Seq; diu magiae colligit ira feræ.  
Desperabantur promisi prælia Martis,  
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.  
Nanq; grauem gemino cornu sic extulit ursum,  
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

S Vnt qui volentes potentē aliquem regē  
Simbecillioris alicuius artibus vexatū intel-  
ligere, elephantū pingunt in certamen à Rhinoceronte laceſſitū. Nascitur hic siquidem na-  
tura hostis elephanto, longitudine ei penē pa-  
ri, sed cruribus multò brevioribus, colore bu-  
xeo, vt Plinius. Cornu is ad saxa limato se pu-  
gnæ preparat: in dimicatione aluum maximè  
penit, quam esse molliorem intelligit, eaç; per-  
fossa actutū superat elephantum.

## ROBUSTVS.

S Anē fortē atcq; robustū Diuinæ literæ, vt Eucherius tradit, per Rhinocer-  
ontis imaginem accipiunt, illudq; lobis ex Hebræo fertur: Nunquid vult  
rhinoceros seruire tibi? Terribilis, ait is, fera rhinoceros, cui geinma in naribus  
cornua; atcq; ita in Domitianī numis obseruauimus, in quibus Rhinoceros spe-

IRACUNDIA EX TAR-  
ditate ferocior.



REX POTENS IMBECIL-  
lioris artificio petitus.



# Pierii Val. Rhinoceros.

Ctatur nares gemino cornu insignis, qualem celebrat Martialis. Præterea qui D  
nuper allatus est ex India inferiori ad Lusitanæ regem, cuius imaginē ad Leo-  
nem X. P. M. transmissam vidimus, vnum quidem in nare cornu habet, alterū  
superne prorumpit, non adeò magnum, sed præualidum esse Lusitani omnes,  
qui animal viderunt, attestantur. At longè curiosius hoc videndū; in Diuinis si-  
quidem literis μενοκέρωπα, & ἔνοκέρωπα, Vnicornē scilicet & Naricornē pleriqꝫ lo-  
cis confusim acceptum fuisse, nimirū à nouis & veteribus Theologis, qui cùm  
historiā ignorarent, duo hæc vnum eundemqꝫ esse crediderūt, ita vbiqꝫ ab aliis  
vnicornē, ab aliis naricornem vno eodemqꝫ loco positū inuenias. Id quod ac-  
cidisse puto, quòd, vt diximus, pleriqꝫ horū idem esse animal arbitratī sunt Rhi-  
noceronta & Monoceronta, cùm alioqui longè diuersa sint, separatimqꝫ à Pli-  
nio vtruncqꝫ positum, qui libro octauo. capite post vigesimum primo, Monoce-  
rotē asperrimam ait ferā, reliquo corpore equo similem, capite ceruino, pedi-  
bus elephanto similis, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media frōte  
cubitorum duūm eminente. Quæ quidem descriptio eum signat, quem vulgus  
Halicornū vocat, quem aiunt pudicitiae ita amantem esse, vt nō nisi puellæ vir-  
ginis ope capi possit, quā venatores ibi statuerint sedentem quò animal id po-  
tum pabulatumue se conferre animaduerterint. Accurrere enim vnicornem ad  
puellam huiuscmodi, inclinatumqꝫ caput in eius gremiū collocare, altissimoqꝫ  
mox occupari somno: signoqꝫ venatoribus à puella dato appoperare eos, & fe-  
ram nullo negotio capere, atqꝫ hoc vnius tantū cornu p̄emio, quod contra ve-  
nena pollere prædicant: ramenta quippe eius efficacissimè sanare, & toris stratis  
partem eius impositam, si quid veneno vitiatum apponatur, sudorem emittere.  
Rhinoceronta verò eodē libro Plinius capite X X. ponit, qui cornu nō in fron-  
te habeat, sed in naribus: alterum eum à Dracone hostē genitum elephanto, &  
quæ superius allata sunt de vtriusqꝫ pugna. Sanè alibi in Diuinis literis Rhinoceronta hieroglyphicū esse fortis & robusti viri, vt superius dictum notat Eu-  
cherius citato ex lobe loco: Nūquid volet Rhinoceros seruire tibi? Et apud Ba-  
laam scriptum inuenias, Cuius fortitudo quasi Rhinocerōtis, vt Latinæ pleriqꝫ  
omnes habent interpretationes, quamuis Sanctes vnicornis reddiderit. Igitur  
si quid ariolandum, cùm Psalmo hoc vigesimo primo comparatio referatur ad  
animalia robustissima & indomita, diuinumqꝫ auxilium contra eorū impetum F  
atqꝫ vim imploret, quippe vt Chaldæi & Arabes exposuerūt. Salua me à fero-  
ci fortissimo sicut leone, & à rege potēte, cuius potētia sit sicut Naricornis, eāqꝫ  
pleriqꝫ lectionē probent, non dubitarim asserere loco hoc Rhinocerontis lege-  
re. Vbi verò Psalmo X X V I I I mentio fit amabilioris animalis, dicatur quippe  
Sarion apud Hebraeos, quod Græci reddidēre ιχαμπλίθως ήδος μενοκέρωπην, Latini  
verbum verbo reddētes, dilectus quemadmodū filius Vnicornium: vetus etiā  
traductio Vnicorniū habeat, nulli dubiū esse crediderim, quin castior istius lo-  
ci lectio sit μενοκέρωπη. Atqꝫ hæc, mi Domine, sunt quæ super Elephanto, qui Rhi-  
noceronta secum traxit, colligere per occupationes licuit. Tu qui ætatē omnē,  
horasqꝫ omnes assiduæ lectioni soles impendere, longè illustriora reconditio-  
raqꝫ forsitan inueneris, quæ si ad manus meas peruenire nō potuerūt indulgen-  
dum est mihi: non enim ignarus es quantum mihi Principū obsequia, negotio-  
rumqꝫ turbationes de studiis literarum subtrahant, crebrisqꝫ me interpellatio-  
nibus auocent. Quare tu atqꝫ alij, qui vitæ meæ rationem inspicitis, mihi estote  
æquiores, cùm præsertim admoneat Maro, neminem esse qui possit omnia.

AD

AD ERVDITISSIMVM LAELIVM TAVREL  
 LVM ILLVSTRISS. COSMI DVCIS FLORENTI,  
 norum iuri Præfectum, de iis quæ per taurum & bubu-  
 lum omne genus significantur ex sacris  
 Ägyptiorum literis.

**T**N publica peccare commoda videar, doctissime Taurelle, si Tauri mei mugitus nescio quos Serenissimo Duci Cosmo meo, imò tuo, imò proborum omnium patro- no, dedicare non erubuerim. Nam quamuis non sim nescius eum studiosorū com- modis applaudere, maiorum suorū exemplo, qui omnes summā & eam eternam laudem cōparauere, dum scilicet literas & virtutes, & bonos omnes mores in Italia, atque adeò in ipsa clarissima ciuitate Florentia florere, & in honore esse, omni studio, conatuq; omni cura- uere: negotia tamen, quibus iuuenis ornatisimus nunc in tanto rerum Italicarū motu & per- turbatione detinetur, non permittunt, vt importunus accedam, tametsi sapientissime & ma- gna cum ciuium suorū commendatione omnia temperet & moderetur, ita vt omnes, curam stu- diumq; senile in aetate tam viridi admirentur. Quare Taurello potius amico benignissimo eum alendum curandumq; dedi, cui cibis is, quo Taurus noster pascitur, sufficit abunde, vt cùm op- portunū fuerit, resq; ipsa monuerit, suo tempore & loco Taurellus de TAURO, quæ in eo sunt lau- dabilia, atq; magnæ etiā admirationis, proferat, & ratiocinetur, Principemq; ingenio præstan- tem, quibus dotibus animal polleat, & si dicere licet, quibus virtutibus insignis habeatur, inter- dum commonefaciat. Nam quæ homines recte laudabiliterq; faciunt, cùm illi ad hæc agenda na- ti sint, & unusquisq; ab animo suo, qui ratione pollet, posset exempla desumere, quia tamen do- tes hæ ab humana natura demanant, non vsque adeò sunt in nobis admirandæ: sed quæ ferent fa- ciunt animalia, quibus singuli ferè singulis motus sunt imperiti, si ultra naturæ suæ fines proue- hantur, eo preciosiora iudicantur, quo magis interdum humanum genus in certamen prouo- care comperiuntur: cuiusmodi multa admiranda super Elephanto proximo Commen- tario ad Reuerendissimum Sfortiam commemorauimus, quibus non inferiora forsitan de taurō vel bouillo omni gene- re dicturi sumus.

# Pierii Val. Taurus.

T E M P E R A N T I A.

D

 Dmirabilem quandam in Tauro continentiam cùm animaduer-  
tissent Ägyptij Sacerdotes, temperantia præditum hominem,  
ab humanarum quippe rerum affectu non alienum, cæterum mo-  
destiæ seruantissimum, significare si vellent, Taurum naturæ ad-  
modum robustæ ac validæ faciebant: cuiusmodi speciem Philo-  
stratus Pasiphæ descriptissime mihi videtur, cùm ductorem illum gregis pugna-  
cem, superbum, exultantem, speciosum cornibus, colore niueo, lato gutture,  
ceruice crassa, palearibus latè longèq; pendentibus, armis ad aspectum inhore-  
rescentibus effingit: qualem quippe faciem habemus in numo quodam argen-  
teo, cuius inscriptio est, M. L. T H O R I V S. Causam huius hieroglyphici eam  
Philosophi tradunt, quòd animal hoc sit calidissimum, atque inguine præci-  
puè potens, ita vt uno tantum initu citra motum impleat efficacissimè. quòd si  
cōtingat vt ab naturali aberrarit loco, vaccam ea in quam occur sarit parte, qua  
præditus est inguinis firmitate, vulnerat, non secus ac si telo eam acuto impe-  
tiisset. Usque adeò vero semen illi promptuarium est, vt exectum taurum im-  
plesse tradat Aristoteles: atque hinc pleriq; veteres scriptores, viri pudēda Tau-  
rum appellauere, vt muliebria *βεβάλην*. Animal tamen hoc in libidinem usque-  
adeo concitatum & furens non sæpius quām bis die inscendit, à conceptu vero  
ipsius vaccæ modestus castusq; nihil ulterius tentat. Huius rei causam in vacca  
multi ponunt, quæ taurum propter rigorem genitalis nimiamq; tentiginē, ve-  
luti ceruæ etiam, neque non testudines faciunt, raro patiatur. Vnde dixerit Ho-  
ratius de fugitiua puella:

*Nondum subacta ferre iugum valet*

*Aequare, nec tauri ruentis*

*Ceruice, nondum munia comparis*

*In venerem tolerare pondus.*

Sed enim spectandum hoc exemplum continentiae habere causam in tauro, ma-  
nifestum est ex eo, quòd sponte taurus à conceptu diuortio quasi facto secubat,  
ac vt in Epiro maximè videre est, trium plerunq; mensium spatio non apparet,  
sed errabundus, vt apud Virgilium est, *Latus niucum molli fultus hyacintho,*  
*Illice sub nigra pallentes ruminat herbas;* & quod ait Aristoteles, *ἀπμαχελᾶ*, quod  
non infeliciter quidam abarmentatur dixere, hoc est, seorsum à vaccarum con-  
sortio, grege coniunctuq; pascitur. Quod dictum volui, vt unusquisq; sciret quo  
gestu taurus pingendus sit in continentiae significatum. Ut vero ad verbū *ἀπμα-  
χελᾶ*, & ex historia prouerbium reuertamur, hæc eò spectant, vt impositum pe-  
tulantiae modū, & probatissimā ex ea pictura continentia intelligamus: atq; ita  
forte accipiendū illud apud Theocritū, *Ἐλα καὶ ταῦρος ἀντί οὐλῶν*, in syluā abscessit tau-  
rus, sed hæc tamē, q; copiose & feliciter sunt ab eruditissimis plerisq; viris, præ-  
sertim Erasmo Roterodamo, tractata, nos nō ulterius prosequemur. Necq; vero  
me latet in Epiro Pyrrhicas boues fuisse mira magnitudinis, quæ quia Veneris  
expertes essent, & omnino intactæ custodirent, *ἀπωφελε* dicebantur: sed hoc illis  
hominū cura, nō natura dabat. Eadem neq; iungebantur, ideoq; iniuges dictæ,  
quòd intaminatae pudicitiae symbolum præ se ferrent. Mineruæ in primis ma-  
ctabantur, virginitatis, quæ iugum nesciat, indicium. Ex iis autem satis manife-  
stum est, nos in libidinis tēperātia dubio procul ab eo genere vinci, quod alio-  
qui procacissimū, & in riuales pugnacissimū esse constat. Quare haudquaquam  
Icū de causa cœlestis ille Taurus Veneri dedicatus: necq; Venus temerè à sapi-  
tissimis Poëtis aurea vocitata, quæ quidē syncerā, castā & purā generandi cupi-  
ditatem

A ditatē cœlitū inspirat, non lasciuias petulantiores, adulteria turpia, & impudicam humani generis contumeliam, quam voluptatibus dediti mortales, dum appetentius & quo per summā incontinentiam consectetur, cogi se vi siderum affirmare audent, quō suæ velum impudentiæ pretendant, cùm tamen à cœlo nihil non vnde cunq; sanctissimū emanare verissimè dicat Plato. Sedenim si nō ex ciuilis vitæ moribus, si non ex disciplinis, & sapientum præceptis, si non denique legum minis ad honestatē institui potuimus, agè agè iam à brutis rectam viuendi rationē indipiscamur, & ingenii eorum secuti, nostræ opem feramus imbecillitati. Tali autem continentia fuisse præditum Drusum, fama canit, qui se vxori, quandiu in expeditione Germanica fuit, conseruauit. Et quod de Tau-ri secubitu dicebamus, Pescenium quoq; Nigrum ferunt ignarum rei venereæ fuisse, nisi quantum procreandis liberis impenderetur. Inuenies huiusmodi exempla in historiis etiā recentioribus, vt de Pemone Bellunensi, quem Vtinenses ob integratam, iustitiam, summamq; prudentiam, Principem sibi delege-re. Neq; sua in hoc fraudandū laude fœmineum genus, cùm Zenobia illa Au-  
relianī Imp. etiam hostis epistola cōmendetur, quæ Gallieno remp. negligenter administrante, imperium sibi cōparauit. Eam ferunt cùm semel concubuis-set expectatis menstruis se continere solitam, si prægnans esset: sin minus, potestate in quærendis liberis viro concessisse. Vulgo tamen apud Seras nefas est à conceptu fœminam adiri. Eius continentia atq; modestiæ causa, qua boues ita, vti ostensum est, commendantur, Mycerinus Ägypti rex Cleopis filius, filiam quæ se suspenderat, quōd stupratam sese a patre ferret indignissimè, lignea bo-ue auro solido superinducto condiderat. Et antiquissimis Hebræorū sacris of-ferre vitulum, est carnis impotentia peruciisse, vt Origenes Leuitico interpre-tatur. Exempla verò huiusmodi ea de causa nonnunquā interserimus, quia to-tus hic noster labor ad eorū usum suscepimus, qui pictura delectantur, vt præ- Hieroglyphi ter Ägyptiaca, & alia pleraq; mystica, historiam etiā habeant, quam ad id quod corum usus elegerint argumentum accommodare possint.

## M O D E S T I A.

**N**Eq; alia de causa crediderim ego mulieres Elienses, cùm Baccho, quē cole-bant, preces funderent, orare solitas, vt Boeū θωδί, taurino quippe pede ad C se veniret, nisi vt suam ita modestiā ostentarent: nihil enim minus fœminam de-cet quām præcipitantia, vel ardor audaciæ. Quare Dido Virgiliana cū mode-sta inducitur, breuiter, & vultū demissa profatur. Figurabant verò Græci Dio-nysium tauri specie, quōd eundē, & Osirim intelligebāt: de cuius probitate atq; iustitia, summisq; in humanū genus beneficiis, multa multis in locis hoc cōmen-tandi genere dicenda sunt. Porrò Dionysius apud Argiuos ΒΥΛΛΗΣ, quasi boui-genā aut ex bouillo genere dicere vellent, cognominabatur. Quōd verò su-pe-rius dictū est, cœlestē Taurū pios & honestos atq; legitimos amores afflare, nō sum nescius, Iulium Maternum iis impudicitia minari, qui Taurum habuerint in horoscopo: maluissem eum prolificum, aut fecundum dicere, ne notam eam cœlo inuississet immerito. Huius sanè fertilitatis, & præsentanæ seminis facul-tatis ergo, institutū aiunt boni ominis causa, vt in condendis oppidis sulco illo primigenio imprimendo, bos mas non castratus, & vacca iungerentur, & cùm sacrificabant circum mœnia, quinto quoq; anno integra animalia mactabant. Sanè Orpheus mensem μοναδίων ταύρου appellat, vnicornē quippe vitulū. Et Eu-stathius ΙΛΙΑΣ. a. mensem ait bouem dici, vt pote qui sit generationis effector,

# Pierii Val. Taurus

P E T V L A N T I A E  
frænum.

D

**A**d hæc Niliaci illi sacrorum custodes, cùm hominē à priori petulantia sibi modestius consulentem significare vellent, non simplici forma taurū, sed capriflico caput, colla, armosq; redimitum pro istiusmodi virtutis hieroglyphico proponebant. Capriflico enim ea vis est, vt lasciuientium taurorum, & quantumuis ferocientium naturam usque adeò cōpescat eorū collo circundata, vt immobiles propemodū eos reddat: cuiusmodi taurum ab Hercule compressum domitumq; mystico fabulamēto Græcia cōfinxit, peripheratus. de ac reliqua etiam monstra superata, cessisse virtuti vitium hieroglyphicè significat: tam, et si non sum ignarus, quæ de tauro Herculeo traduntur, referri à plerisque ad Acheloum amnem, cuius fabula quia omnibus est scholis tritissima, mihi nunc fuerit dissimulanda. Origenes Adamantius taurorum immolationem, quæ in diuini numinis tabernaculo fieri iussa est per Hebræorum legem, significare dicit apud nos superbiæ tumorem & insolentiam esse mactandam. De vitulo verò in holocaustum offerendo copiosissimè scribitur ab eodem, Leuitico homilia secunda.

## O B T V T V S A M A T O R I V S.

**N**Eç tamen illud omitti debet, obtutum amatorium, qui modestia seruata fiat, ad Tauri oculos referri solitū à peritissimis. Vnde illud, βλέπεν τωειδήν, quod tum in Platonis, tum in Xenophontis Cōuiuiis, & Phædone, & alibi, eadem ferè sententia positum animaduertas: tametsi nonnulli rem ad indignationis significatum retraxere, toruumq; tueri interpretantur: quo significato apud Aristophanem super Æschylo dictum, οὐαὶ γε γάρ τωειδήν ἐγκύτασ κατώ. Aspexit igitur tauricè ad humum lumina deiectus. Hac enim facie iratus Æschylus inducitur ab Aristophane. Nec sum nescius toruitatem à taurorū ferocia dictam, vt etymologiarum autores tradunt, qui toruitatem tauri acerbitatem interpretantur. Huic longè dissimile est βοῶπς, quo quidem oculorū pulchritudo atq; gratia significatur. In iis tamen quos superius citaui, nimirum de amatorio obtutu intelligitur, in quo modestia primas obtinet, isq; plurimum fieri solet in obliquum, & id toruum est.

BONORVM OBSEQVIVM.

**A**Lia porrò picturæ specie, hominem ea modestia præditum, vt facile eum queas à perperam factis auertere, indicare si vellent, taurum genu dextero illigatum pingebant: hunc enim si dextero alligaueris genu, manusuetū & vincula consequentē inuenies. Hoc cū Romæ Clementis VII. principatu Græcius quidā effecisset, ducto saepius ferociissimo tauro per vniuersam urbem, quē tenui admodum funicolo ita religarat à genu, peritissimi Magi nomen apud imperitos assecutus est. Edomitæ aut ferociæ hieroglyphicæ apud



A apud Georg. Anselmū vidi, impressum numo taurū, cauda surrecta, capite cernuo, anteriore crure lœuo genuflexū, sub querno stipite, à quo laurea pēdebat: ab altero latere caput leonino spolio armatum. Inscriptio, M I L O C R O T O N.

## PROLES MASCULĀ, PROLES FOEMINĒA.

**A** Egyptij iidem sacerdotes, vbi masculā prolem mysticè describere vellent. Taurum ab inseنسionē in dextram se partem demittentem figurabant: si vero sc̄emineum sc̄etum exprimere voluissent, eundem in lœuam auertentē se pingebant. Compertum siquidem est, taurum à conceptu discedentem si deflexerit in dextram, marem esse genitum: si ab lœua abscesserit, sc̄emineum esse sc̄etū. Ad hæc Parmenides, sc̄etū tunc esse patri similem asserit, cùm à dextra locorū parte editur: matri verò, cùm ab lœua. Hippocrates tradit sinistro teste obligato marem generari, dextro verò sc̄eminam: tantiçq; esse dextrarū sinistrarūq; partium in maribus sc̄eminisq; cognoscendis obseruationem, vt si mammarū prægnantis mulieris dextra flaccescat, macrāue repente fiat, si gemellos paritura fuerat, marem abortū fieri dicant: si verò sinistra macrascat, sc̄eminam deperdi. Quin & Onirocritæ hæc eadem intelligunt, cùm imaginari dextra parte dentes amissos, marium consanguineorum obitū ariolantur, ex sinistra verò sc̄eminarū. In dextra autem parte vteri materni sæpius moueri mares, in lœua verò sc̄eminas cōstat. Albertus sibi compertū ait, mulierem quādam sc̄eminas tantū párere solitam ea de causa, quod à conceptu semper in lœuū latus decüberet: admonitam verò cœpisse in dextrā conquiescere, ac solos deinde mares genuisse. Neq; verò dissimulandum quod ad Ægyptiorū commentū facit, Septentrioni vim masculam inesse, quod neq; quidem Aristoteles dissimulauit: docet enim is, si masculos plures creari volumus, admissuræ tempore dies siccōs, & halitū Septētrōnis eligendū, & cōtra eum ventū greges pascendum: si verò sc̄eminas generari velimus, Austri captandos flatus, & in eum pascua dirigenda, quod vis in eo vento muliebris insit. Africanus quoque rem hanc tangit in Georg. Ait enim: Si marem velis, Aquilone spirante admissurā faciendā: si sc̄eminā, Āstro. Sed, enim de lœuis dexterisq; mundi partibus magnū est inter autores dissidiū. Vnā enim cum Ægyptiis dexteras mundi partes solstitiales, sinistras brumales inteligit Empedocles: de quo ita Galenus, ἡταῖσκλης δὲ θεῖα ἀνα τὰ κατὰ θεων γροπιῶν, ἀεισφάγει τὸν χειμενῶν. Neq; desunt qui primas olim sc̄eminas ad ortū & meridiē terra genitas, mares verò ad Septentrionē & occasum fabulentur. Plato tamen Aristotelesq; alia ratione orbem diuidentes, Orientales esse dextras, à quibus initū motus: lœuas autē occiduas tradidere, vt idē Galenus recitat, πυθαγόρειον καὶ τὸν αὐτὸν ἀειστέλης δέξια τὸν κύριον ἐφυσαι εἰν τὰ ἔωτε, ἐφ' ἀναρχίᾳ εἰν τὸν κανόνας, ἀεισφάγει τὰ ἔωτεια. Contrà Varro Latinę linguę lib. VI. cœlum ait dictū templū: eius cœli partes: quatuor constitui, sinistram ab Oriente, dexterā ab occasu, anticam ad meridiē, posticam ad septentrionē. Cui Plinius subscribit dicens, errantia sidera contrarium mundo cursum agere, quippe lœuū semper illo in dexterā præcipiti. quāuis Festus anticam eam cœli partem, quæ ad meridiem sole illustratur, dexterā vocat, ita enim anticā interpretatur: posticam verò ad septentrionē, sinistrā. Alcinous in Græcorū monumentis adnotatum ait morem sacrificādi seruatū diu, vt circumcurrerent aras, cursum auspicati ab lœuo dextrorum, Zodiaci quadā imagine, cuius motus sit mundo diuersus ad exortum vergens: mox verò ab dexteris lœuorum procurrerent, quo motu cœlum rotari manifestum. Contrà Ægyptiorū positionē T. Liuius libro ab Urbe cōdita primo, dexteras ad meri-

# Pierii Val. Taurus, siue

diem partes Augurū instituto, ad septentrionem sinistras statutas ait. Ad hanc D sententiam facit quod Psalmo apud Hebr. 89 legitur, Aquilonem & dextrum tu creasti: quod nonnulli Austrum interpretantur, alijs mare. Cum Hebræis vero consentiunt & Chaldæi, qui Austrum ponunt. Sed enim & Auster pro mari nō ineptè accipitur, si sphæra recta statuatur polis ad finitorem inclinatis. Nam Ægypti, quos Cleomedes, non postremi nominis autor, secutus est, ipsam mundi totius figurā aliter descripsere, vtpote qui Aurorā esse caput, Borealia dextra, Australia sinistra constituere: maritimisq; piscibus tum ob alias causas, quas loco suo recensuimus, tum ob id præcipuè abstinebat, quod Nilum à sinistra orum, quippe fœminea fecundaq; parte, in dexteram quippe virilem sterilemq; (ita enim erant eorum cōmenta) illapsum, quippe ubi mare sit, corrumpi dicebant. Nam de maris ipsius sterilitate suo loco diximus: atq; ita dexteram oram, hoc est, maritimam, cōsiderato Ægypti situ, perditionis symbolum statuebant. Nec hīc dissimulandum, quod apud Eucherium, ubi de Aquilone loquitur, qui pro Dæmone accipiatur, inuenies eum vocari dexterum, & ita ipsum quoque sibi dexteri nomen adsciscere. Nam & Hieronymus quartis Hebræorum castris Aquilonem dexterum appellari tradit, sed falsum ait nomē cum de Dæmone eius venti domino intelligatur, qui vndeūq; sinister, sinistra omnia mortalibus oggerat appetenda. Causam tamen Eucherius super dexteri nomine a liam ab hac arbitratur, quippe quod perperā agere volenti dexter adsit obsecundando, suadendo, procliuiter attrahendo. Nam illud palam est, ait, in Sacris literis diabolum gestare Aquilonis nomē, eaq; locutione quicquid bonis conatribus aduersatur accipi: is enim bonorum operum ardorem extinguit, atq; omnia frigescit: & ob id & infideles & impij, contumaces sceleratiq; homines, eō notant hieroglyphico. Vnde illud: Ab Aquilone pandet omne malum. Et quia flatus vehemens quod frigidior, eō magis ignem in quem inciderit exfuscat, dictum, Ab Aquilone exardescet mala super terrā. Tetigere et Poëtæ nostri dexteras lœuasq; eccli partes. Sed enim Maro & Naso, nullius addicti iurare in verba magistri, eas non distinxere. Lucanus Ægyptiorum adhæsit factioni, & sententiam ipse suam declarauit eo loco:

*Ignotum vobis Arabes venisti in orbem,*

*Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

hoc est, in Australes partes non porrigi. In hoc autem id interest, ubi quis universi statuat caput: quo super argumento plura dicere nostri nō est instituti, quare ad ipsas rerum significaciones reuertamur.

Auditu enim duo ex quadrupedum genere maximè pollut, Ceruus & Bos: quamvis, vt in Asino dictum, Aristophanis interpres Murem & Asinum præferat: quod alijs viderint. Sed enim Ceruus quamvis acerbius sit auditus, tantisper tamen eo excellit, quandiu arrectas auriculas tenet, quas ubi demiserit, non solum non præstat auditu, verum etiam laborat surditate. In Tauru aures ad audiendum promptæ semper, atq; eo præseruunt tempore, quo fœmina pruritu exagitata mugierit, quo non amplius quam per ho-

AUDITVS PROMPTVS.



**A** per horas ad summum treis afficitur, eo tempusculi spatio nisi taurus accesserit, naturam colligit, neq; antea quàm vigesimo pòst dic mas à fœmina repetitur, quod raro tamē accedit, quia taurus quantumlibet longè abfuerit, accepta voce statim accurrit. Eaq; de causa Ægyptij sacerdotes per auriculā tauri pictam, & auditum & obsequij sedulitatem indicabant. Pari modo iuuencia quoq; tauro se morigerā præbct. Sanè Vaccam Ægyptij Veneri dedicarūt, quam cœlestem vocant: & Isidis suæ frontem cornibus insignitam ostentabant, quippe ob obse quiū quo ipsa quoq; tauro paret, simulac incitari eius ad venerem mugitū au dierit. Licet verò singulis animantibus voces propriæ ad initum sint, vt ſuibus, & capris, & ouibus, nulli tamē grauior quàm bubus fœminis. In reliquis porrò animaliū generibus mares grauius ſonant quàm fœminæ: in bubus econtrariò est, ait Aristoteles: nam boum fœmina grauiorem quàm mas vocem habet.

N E P T V N V S.

**A**T cùm mugitus pelagi taurino sit nō abſimilis, & ipſi Neptuno tauros im molabant, & eum ab eodem mugitu μυκυταὶ appellabant: quia idem Deus B à sacerdotibus nonnunquā τάύρον nuncupatus est. Quos verò tauros Neptuno ſacros eſſe volebant, vnde cuncti nigros deligi iuſſerūt, vt ita pelagi colorem exhiberent. Atram enim, nigram obſcurāmue maris aquā dicere moſ vbiq; eſt: vnde etiam Aquilam ab aquæ colore, quippe fulvo, dictam volunt, deumq; ip ſum cærulicomū, & cæruleo indumento vſtitū paſſim invenimus. Ad hæc pe Etus illi præualidum, armiq; taurorum in morē carnosiores attribuuntur. Hinc in pulcherrimo Syracusanorum numo latum conſpicias portū, in cuius medio *syracusano* ea membrorū habitudine taurus procumbit; delphinis circūm colludentibus. *rum numerus*. Qui verò ludi Taurij nuncupati fuerunt apud Romanos, haudquaquam Neptu *Ludi Taurij*. no, ſed inferis diis instituti erant ad ſedandam pestilentiam quæ Tarquinio Su perbo Rege in mulieres grauidas ſauiebat: inde ſcilicet ortam, quod caro tau rina populo diuendita fuerat. De Neptuno verò qui τάύρος, vt apud Hesiodum Scuto Herculis, vocaretur, alij dicunt propter vndarum ſonum, que, vti diceba mus, boum iſtar mugiāt: alij, quia Neptunus taurina induebaſt galea: vcl quia ita eū Boeotij vocitabant à tauri ſacrificio quod illi erat institutū, de quo Maro: *Taurum Neptyno, taurum tibi pulcher Apollo.*

F L V V I I .

**Q**VIN & fluuios ipſos cornigeros vel ταυρονηπάτες, hoc eſt, tauricipetes, & tau rituos, vt luculentam apud Græcos locutionem interpretemur, paſſim effingunt. Hinc Tybris Maroni,

*Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,  
Et gemina auratus taurino cornua vultu.*

**Eridanus** Ut apud Ouidiū in Metam. Granico nata bicorni, nō vt vulga ta habet exemplaria, Gracili cognata Granico. Sic tauriformis Aufidus Horatio. Nam & taurū à Perilao Phalaridi dono datum, Gelonis fluuij fuſſe imaginem, apud Pindarū Pythiis legas. Et Timæus taurū eum quamuis ita dicatum, ab Agrigentinis in mare proiectum afferit, ne quā tam ſæui tyranni memoria ſupereret. Cōpluribusq; demū in locis flumina taurina ſpecie ſingi ſolita cōperi mus, vt Eurotas aquid Lacedæmonios, Cephisus apud Argiuos, Asopus apud Sicyonios et Phliasios fuere: quem tamen Athenienses humana facie figurabāt, cornibus tantū à fronte prominentibus: ſive propter mugitū, quem, vti dicitū, ciere flumina taurorum iſtar videntur, & taurorum iſtar atrocia ſunt, vt Fe

# Pierii Val. Taurus.

stus ait: siue quòd cornua fluminibus ab flexuosis eorū lapsibus attribuuntur. D

T O N I T R V S.

**Q**uod verò pertinet ad mugitum, mythologí philosophí ab actas Geryonis boues impulsu Herculis, tonitus hieroglyphico significato intelligi debe re autumant: quæ quidem sententia eorum est, qui Hesiodi philosophiam interpretantur, ea scilicet de causa, quòd Poëtæ plerūq; tonitus auditos mugire dixerint. Abigi verò ab Hercule dicuntur, quia Solem per Herculem intelligebat. Solis igitur calor in nubes illapsus, earumq; rigore coarctatus, simulac defractis nubibus erumpit, mugitus eos ciere consuevit.

L A E T I T I A.

**L**Atè verò diffusum est hieroglyphicum illud, vt per vituli signum lætitia significetur: vnde etiam Vitulari verbum, hoc est, lætitiae signum præbere, & exultando, gestire, apud veteres vitulantes, gaudentes, lætabundoq; dici com perias: vt nō temerè apud coniectores Hebræos legas, lasciuientē currentemq; taurum per somnium imaginari, futuræ lætitiae signum esse: addi verò lucri aduentantis significatum, si per huiusmodi quietem paſcentes viſi fuerint. Eius ve rò lasciuiae cauſa Psalmographus clamat circundatum ſe à vitulis multis, & à pinguibus tauris obſeffum.

A N N O N A E F E L I C I T A S E T P E N V R I A.

**Q**uoniam verò & in ſomnia, & in id bouis significatum incidimus, quo læta nobis omnia proponuntur: qua ratione quóue modo bouillum pecus annæ ferocitatem, atq; itidem penuriā significet, ex diuinis noſtrorū literis hi ſtoriam repetere minimè fuerit importunum. Satis enim conſtat, quemadmo dum Iosippus ille ſomniator Jacobis filius, ob inuidiā fuerit à fratribus venu datus, atq; in Ægyptū adductus, vbi longam ſeruierit ſeruitutem, vtq; poſtmu dū primas apud regem obtinuerit, poſte aquā nocturnam eam imaginē, quæ ſe Pharaoni altius dormienti obtulerat, interpretatus eſt. Imaginatus enim era ille ſeptem boues, pulchro, hilari & pingui aspectu ab ripa Nili ad paludem aberrantes, quas ſeptē alig deformi macie palustri eo loco emergentes exceptas conficerent: mox verò existimabat ſe ſpicas cernere multa fruge cōſpi cuas, & quæ iam ſecari poterant: eas totidem numero ſpicæ sterilitate inſigni ex proximo occupare videbantur (hoc verò viſum ſeundo loco, quod ex Hetru ſca disciplina in oſtentis expetitur, primo additum, attestatum facit, vt etiam in Gedeonis vellere diximus.) Hic iuuenis rerum prudentiſſimus, eximiam quan dam ſeptem annorum feracitatem ex eo portendi pollicitus eſt, quam optimę il læ boues cum frugiferis ſpicis inſpectæ denunciarent: quippe quòd ſit animal agrorum cultui præcipue idoneū, telluris felicitatem per eas interpretari oportere: cuius lætitiae cauſa futura eſſet Nili inundatio, vnde viſa eſſent illæ boues emergere: idq; per ſpicas, que hilari eſſent aspectu manifestius ſignificari, anno rum quippe ſeptem lætiſſimū prouentum: cætera quæ his auera apparuiffent, totidem annorū famem demonstrare, quæ vbertatem illam euestigio ſubſec tura eſſet. Eſt nimirū palus sterilitatis inſidium, ſteriliſq; paſſim tū à poëtis, tum ab oratoribus appellatur. Cum autem interpretationē huiusmodi euentus approbasset, Rex Iosippi consilio fretus nō modò famem ab Ægypto depulit, ſed finitimos etiam populos abunde ſaturauit. Aiunt itaq; Ægyptij, eius beneficij memores, homini gratiā ita relatā voluisse, vt ſimulacrū Serapidis cū modio in capite, huius rei monumētū eſſe decreuerint. Sedenim alibi de Serapi. Mirū au tem

A tem memoratu est, quantū honoris vetustas iis attribuerit, qui humano victui vel industria, vel cura, vel ope priuata consuluisserent. Liuius autor est, aurata in bouem extra portam Trigeminam Minutio Auguri positam à populo collata stipe, quod farris preciū intīmis nundinis ad assem redēgisset. Farre enim victus populu Rom. per CCC annos ab Urbe cōdita, Verrius Flaccus p̄didit.

**A** Pud Persas barbara ceremonia bos frō-

TERRA FRVGIFERA.



te in leoninā faciem conformata, ex antro cornibus arreptus educebatur ad sacrificium: de quo Papinius:

*Indignata sequi torquentem cornua mitram.*

quippe cūm taurus plurimū terrenum animal sit, terrae & inferis potestatibus damnum, Soli tamen ab ea gente dedicatus, vim eam ostendere videbatur, quā Sol in vniuersam terrā exercet. Quod autem extraheretur

B ex antro, delitescere vim eius in terrae visceribus indicabat, quam vt euocarent, & frugum feracitati consulerent, sacrificij genus id insti-  
tuerunt. de quo etiam in Leone. Nec quidem alia de causa bouem quādam ab Argo tot luminibus prædicto custoditam fabulantur, nisi vt terram ipsam ostenderent noctu ab ipso cœlo tot stellarum luminibus insignito non indiligenter obseruari, donec à Mercurio, quippe à Sole cōficiatur, cuius oriente iubare stellarum lumina passim extingui videantur. Quid autem aliud portendere visus est bos ille arator, qui decusso iugo triclinium, in quo coenabat Vespasianus, ir-  
rupit, ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis tentum.  
pedes, ceruicemq; summisit, nisi terrarū orbē amarissimo Vitellianæ dominationis iugo pressum, opem à gente Flavia deposcere, quæ iam rerum esset poti-  
tura? Terram itaq; bos eo ostento præ se tulit.

#### O P I S I M P L O R A T I O.

C **H**Æc autem opis imploratio per bouem facta, adducit in memoriā alteram Scythař more bouillo interueniente corio factam: apud eos enim opis & auxiliij imploratio fieri solebat mactato boue, in corio cuius, qui opē sibi afferri ab amicis posceret, reiectis in tergum manibus sessitabat: qui verò auxilium pollicerentur, dextero pede corium calcabant. profati quantū prestatre possent: quem morem latè scribit Lucianus dialogo de amicitia, cui titulus Toxaris. Et quod ad hoc fertur de Homolottorum sacrificio, qui foedera sancientes bouem in munitissimas partes dissecabant, etiamnum durat apud eosdem Scythas, qui oram inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Cercassios appellatos: eos nōnuli Ziccos esse volunt: hi autem si grauem aliquam iniuriam acceperint, imploraturi amicorum auxilium bouem mactant, pelleq; detracta, & humili distenta, in eaq; sedentes, carnis bouis in minutissima frusta diuisis, partē vnicuiq; aduenienti porrigunt: quiq; accipiunt, ita sc eo feedere devinctos intelligūt, vt se, fortunasq; suas omnes parati sint exponere pro amici, qui viscerationem hanc fecerit, iniuria vindicanda.

#### F R V G V M · O P V L E N T I A.

**Q** Vi verò boues iuncti in numo Vespasiani iam Imperatoris & Cos. v. ha-  
bentur, atq; alijs similiter iugati in C. Marij C. T. numo, nimirum aratio-

Pos in Vespa-  
siani & C.  
Marij C. T.  
numo.

# Pierii Val. Taurus.

nis partes procuratas, & rei frumentariæ cōmoda declarant: nam & apud con- D  
iectores, ut superius dictum, arantes boues imaginari, lātissimam prænunciāt  
frugem, & opulentam rerum felicitatem. Quin & nomen boui à nutriendo fa-  
ctum, & quippe nutrio: labore enim suo in exercenda terra continuò nos pa-  
scit. Hinc Græci Βέφαρος felicem agriculturam vocant, quibus φαρθος agricultura  
est, & bouis etiam epitheton.

## I V S. T I T I A.

**Q**uoniam verò ipsa frugū opulentia s̄epe sub iustitię vocabulum cadit, eaq; de causa Gentes Legiferam Cererem appellarunt: longè cōuenientius Di- uinæ literæ per bouē eos intelligunt, qui iustitię iugum trahunt, bonisq; & fru- galibus operibus labore suum intendunt. De quibus Paulus citat illud ex Mo- se: Non alligabis os boui tritauranti, quod mox ita declarat: Nunquid de bubus cura est Deo? an propter nos vtq; dixit: quia debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Et Hierosolymitanus Hesychius plerisq; di- uinarū literarū locis bouem ponit pro homine ait, qui iustitię sit operibus inten- tis: idq; est bouē offerre in sacris: vt ouem, à malis abstinere. Alibi verò Aaron E  
vitulum pro se & pro domo sua tanquam iustus, hircum verò pro peccato iube- tur immolare. Sed quod obseruat Hesychius memoria repetendum, Leuitico, Pontificem, hoc est, doctores prohiberi ad Arcam testimonij quoq; tempore ingredi, ne vtq; curiosius inquirant, quemadmodum verbum caro factum est: quomodo qui forma Dei erat, in forma Dei factus est: quomodo exinan- uit semetipsum, & in cœlis mansit. Horum enim fides salutem affert, periculum inquisitio. Sed nunc demū indulget vt ingrediatur, cùm pro peccato arietem in holocaustū obtulerit, tunicam linteā induerit, femoralibus linteis pudenda cela- rit, zona linta succinctus fuerit, linteā cydarim imposuerit capiti: hoc est, quan- do Deo conciliatus erit, perpurgatus mentem corpusq; nitidus, castus, iustus, & intellectum diuini munera gratia, decorēq; hoc est, sapientia rediinitus.

## P E C V N I A.

**Bouis effi- gies in nu- mismate A- thenienſi.** **A**Thenienses autem quò frugali adeò labori gratiam referrent, Bouis effi- giem numismatis honestarū: id autem didrachmū erat, vt nono libro Pol- lux: vnde prouerbium, οὐδὲ ἡδὶ Μάῶσης Βενικεῖ. Per linguam bos inambulat: de iis qui accepta ab aduersariis pecunia, mox præuaricati suscepitas causas deseruere, vt feceisse Demosthenes fertur, qui etiam id sibi gloriæ vertit, quod vt taceret plus accepisset, quam qui diu orauerat. Hinc apud Homerum & alios tot numero boum precium rebus præstitū inuenias, vt illud Iliad. Β. εἰν τῷ μετονομασθεῖσα, quorum singuli scilicet flocci centum aureis numis æstimabantur. Id enim honoris boui veteres habuerunt, ob multas, quas ex eo consequimur utilitates, vt in aureorū numum parte vna bouis effigies, in altera principis facies cudere. Nam quod pecunia aliquando fuerit ex corio bubulo, eoq; spectare Didūs mercaturam, asseuerare non ausim: tametsi Tib. Donato commentū placet. & Græcorū non nulli ante Numam scortreas & ostracinas pecunias in vslu fuisse dicunt: quod & Trāquillus literis mandauit, & illud fama tenet, asses ligneos & scorteos ab eo- dem Numa, qui postea ferrum admixto ære signarit, in cōgiario populo datos, Apud rerum scriptores inuenias s̄epe Imperatores exercituum rei pecuniariæ inopia, scorteas persoluisse stipendia, mox illatis pecuniis iustū vnicuiq; preciū restitutū. Præclara Venetiis est Michaëlium familia, quæ aureos insculptos cly- peis gestat, quod illi honori, vt aiūt, datum; quia bello quod contra Saracenos pro

Scortea in-  
mi.

A pro Hierosolymis Balduino Rege susceptū fuerat, duce classis & Venetiarum Dominico Michaële, deficiente stipendiorū commeatu, qui remigibus et sociis naualibus exolueretur, excogitauerit is coriū signare minutioribus frustis, idqz pro stipendio, aliis pro argenteorū, aliis pro aureorum precio numeratis, impe rauit promulgatione solenni, vt pro certi precij denariis à lixis & cauponibus, & cuiuscqz mercis institutoribus acciperentur, multa indicta recusantibus: ita oc cursum exercitus necessitati: cùmqz domum reuersus esset, publicam fidem per soluturus, conuocatis omnibus qui pecunias scorteas eas haberent, totidem argenteas iis, aliis aureas repræsentauit. Sed numus hic scorteus, qui à Numa di stributus, tesseræ potius vicem gessit, quàm pecuniæ: temporarius enim fuit. Numum tamen scorteum D. etiam Hieronymus agnoscit. Nam quod de boue precij nomine pronunciato dicebamus, apud Homerum Hecatomben ἀναβοῖν institutam legimus, quod interpretes nonnulli nouem boum precio comparatam intelligunt. Erat in Draconis legibus irrogata multa quædam Ἀγελοῖν. In spectaculis, quæ Deli celebrabantur, præco pronunciare solitus erat tot boues

B datum iri; vnde putarunt quidam, bouem Deliorum potius fuisse numū, quàm Atheniensium. Cæterū Plutarchus bouis figuram in numis eudere institutum Bouis figura ram cur numero insculpsit Theseus. à Theseo tradit, vel ob Taurum Marathonium, quem ipse edomuerit: vel ob Minois ducem, quem singulari certamine decuicit: vel vt hoc honore bobus præstito ciues ad agriculturam alliceret. Sanè vt idem Plutarchus Publicolæ vita, bouis precium centum obolis imputabatur, quamuis Pollux, vt superius dictum, didrachmum tradat: pecudis verò decem. Prius enim quàm numorum usus esset, pecudibus atqz iumentis plectebantur fontes. Quare bouis, pecudis, suisqz etiam signa pleruncqz in numis incisa sunt.

## V O C A L I S P R I M A.

**S**ed vt ad rem nostrā reuertamur, à Phœnicibus etiā est honos habitus boui, qui literarū, vt fama est, inuentores, primæ vocalis nomine bouē appellabant, cùm animal sit humano usui maximè necessarium. Quod verò necessarium est, vti dicit Hesiodus, neqz secundum, neqz tertium esse debet, sed primum ilicò: prima verò litera est A, quæ suapte natura ex imo barathri, nullius veluti reliquæ instrumenti indiga, vtputa linguæ, dentium aut labiorū, libera pronunciatur, primaç in infantibus articulata dignoscit. At & terra, cuius symbolum est bos, prima omnium humanæ consuluit infirmitati, prima alimenta submini strauit, prima rerum omnium usus, vtilitatem, ab ea poscentibus elargita est.

## I T A L I A.

**R**omani porro tantum honoris boui tribuerunt, vt Italiam ipsam ab olim Italis nuncupatis Bobus appellatam prædicent: quamuis Græcorum figmento Eratosthenisqz in primis confictū sit, Italiam ab Italo rege dictam, qui Emorgeti successerit. Non temere tamen Varro boues cæteris pecudibus honore præstare præsertim in Italia, & propter vtilitatem, & propter cognomen existimauit. Neqz dignati sunt Romani, quod memorat Plutarchus, Bubuli nomen in familias admittere, perinde ac etiam & Porcios, et Caprarios dici se alij non erubuerunt.


**V**isebatur olim in Argiolorum foro taurus à lupo superatus: hieroglyphi cum id pugnam indicabat, quæ inter Danaum & Gelanorem de regno fuit. Horum siquidem animaliū portento, dum comitia procrastinantur, oblati, victoreqz lupo, omnium suffragia ad Danaum declinarunt, quem vtpote

# Pierii Val. Taurus.

CIVIS OPPRESSVS  
à peregrino.

D

externum lupum esse dicebant, cum Gelanor inter eos versatus ciuilia eorum negotia tra-  
ctasset, ideoq; ciuis, vt bos humanæ consue-  
tudinis consortia non reformidat, haberetur.  
Argui itaq; figuram eam rei monumentum  
esse voluerunt, quod in Lupi cōmentario la-  
tius explicauimus. Antiquissimā porrò legē  
fuisse, memoriæ proditū est, eum qui bouem  
occidisset, non aliter capite damnari, quām si  
ciuem interfecisset. Vnde apud Athenienses  
Erechtheo imperante, cum sacro quodā Bo-  
uem mactare necesse esset, vt sacram ritè per-  
ageretur, necq; legi fraus fieret, institutum vt  
Popa, quem illi Βεφόνον appellabant, simul ac  
bouem percussisset, relicta ad aram securi, arrepta statim fuga solum verteret, &  
ex Attica prorsus aufugeret: quod facinus ne impunitum relinqueretur, decre-  
tum sit securim ipsam in iudicio ream constituere: ex quo illa iudicandi quotan-  
nis consuetudo postmodum inoleuit. Apud Priscos etiam Romanos inuenias  
capitale fuisse, si quis bouem interemisset.



## O P V S E T L A B O R.

**D**E operē demū & labore hieroglyphica passim vulgata sunt, descripta qui-  
dem cornua, caputue bouis, maris opus: fœminæ verò laborem anxiet-  
Hori locus temq; significare: quamuis in impressis Hori codicibus βούς dictio vtroq; lem-  
emēdatus. mate desideratur: scribendum enim est ex vetustis codicibus manuscriptis,  
βοῦς ἀργετηθεῖσας; & inferius, βούς οὐ θηλεῖσας οὐδέτερος. Distinguūtur verò à cornuum spe-  
cie mas & fœmina: quippe quod marium & maiora & tortuosiora sint, fœmi-  
narum verò & minora, & uno flexu conspicua, cuiusmodi ferè sunt nouæ Lunæ  
cornua; sed in hoc significato nonnulli sarcula, ligones, &, si Deo placet, rastra  
etiā ad cornua religarunt. Sunt qui nulla maris fœminæq; differentia, bouillum  
caput exertum pelle, purgatumq; carne, pro labore & tolerantia proponant.

## F R V C T V S E X L A B O R I B V S.

**E**T si fructū ex laboribus perceptū indicare velint, caput huiusmodi floribus F  
& corollis redimitū faciat, corymbosq; & serta hinc inde à cornibus suspen-  
dāt: cuiusmodi fascia molem Aeliā ambibat, vt frusta quædā quæ adhuc integra  
operis parte permanserūt, ostendūt: siue id sacrificiorū videlicet Tauroboli aut  
quid huiusmodi sit indicium, cum iuxta vicissim & patina adsculpi soleat, quod  
principiū in templorū parietibus, inter triglyphos vbiq; spectamus, eaq; de cau-  
sa capita illa coronata plurimū habentur: siue larga laborū præmia interpretari  
malimus, vt Romæ in eadē Adriani mole patina, munificentia, bouillo capite la-  
bores, siue res fortiter gestas ostentatibus. Nam post vitæ præclarè acte cursus  
laboresq; superatos, apotheosis ipsa præmium Imperatoriis familiis decerneba-  
tur: aut ea excitabantur mausolea, vel pyramides, vel columnæ, que ibi cōditos  
supra mortales euectos gloria cōmonstrarent. Apud Petrum Melinum Rome  
vidimus ahenū bouis caput antiquissimi operis scitè factum & venustè, quod  
olim fuit ad trabis alicuius simam, aut mutilum, aut coronā, pro futura accom-  
modatū, eo omnino gestu factum, vt laborioso nixu sustentasse aliquid videa-  
tur: est enim caput gutturi appressum, crīspantibusq; palearibus conatus specie  
osten-

Germanorū  
olim mos in  
ducenda v-  
xore.

**A** ostentat, quod dubio procul ad tolerantiae laborisq; significatum referendum est. Memorabile sanè veterum Germanorum institutū fuit, vxori ducendæ bo- ues iunctos, frænatū equum, & scutū cum framea gladioq; mittere dotis nomi- ne, vt vxor (ait Tacitus) venire se laborū periculorumq; sociam his incipientis matrimonij auspiciis admoneretur; idem in pace, idem in præliis se passuram, ausuramq;. Laborem enim iūcti boues, bellum paratus equus, & data arma de- nunciabant. Apud autores Græcos inuenias bouē, quod terræ laboribus exer- cendis sit destinatus, γαῦνον appellari. Apud Mathematicos Tauro ascendentे ge- nitos, laboriosos atq; perpetuæ deditos seruituti, propterea quod animal ad iu- gum præcipue natū est. Qua de causa Tyriis Carthaginem ædificare aggressis, intermissum opus est bouillo capite adinuento, alioq; vrbis mcenia translata: videbatur enim ostentum id nil nisi laborem & anxietatē minitari, donec equi mox adinuento capite, læti alacresq; belli signum excepere. Horum alterū Vir- gilius dissimulauit, qui fabulam scribebat, non historiam, rem tamen agnouisse visus, quod bello genus intractabile futurum dixit, sed facilem victu per secula gentem, quippe quæ vel iugum acceptura esset, vel fræno coercenda: quamuis non postremi nominis interpretes facilem victu interpretari malint ad victum comparandum: qua in sententia Seruius est,

A B S V S D A R E S.

**A**Tq; ne à boue & equo longius discedamus, est illud ex horū alterutro hie- roglyphicum, vt cùm absurdè & imperitè factum quid ostendere volueri- mus, bouem cum clitella, vel equum aratro adiunctū figuremus: quam quidem rem & absurdam sanè, & ab cuiuslibet ingenio vel viribus alienam prouinciam innuere volumus: quod luculenter uno versu complexus est Horatius:

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Quod etiam Quintil. ex Epistolis ad Atticum tangit, vbi libro quinto inquit: Non nostrum onus, bos clitellas. Dixerat enim Cicero quinto ad Atticū libro: Clitellæ boui sunt impositæ, illāne, non est nostrum onus, sed feramus. Sed ad nostra redeamus.

I V D A E I.

**C**IN Diuinis literis Iudæi, vt sæpe dictum, hieroglyphicè per bouem intelligun- tur. Nam Hierosolymitanus Hesychius bouem eum accipit qui mādata tan- tum legis simpliciter obseruat, vtpote quod bos sit laboris signum. Eucherius significationem ad omnes trahit, qui vitam laboribus exercent; & Mosaicum il- lud, Non alligabis os boui trituranti, interpretatur, vt neminem mercede sua fraudandum intelligat.

A P O S T O L I.

**A**Postolos quoque per boues accipit, qui suscepto Christi iugo vniuersum terrarum orbem Euangelico vomere perarauerunt. Illud verò, Quasi bos ductus ad victimam, quod pro recordia nonnulli dictum accipiunt, de Domi- no omnino intelligit, qui pro salute nostra eam quasi stultitiā suscepit. Ante fo- res templi ad abluedas ingredientiū manus lauacrum aheneum boues X I I. sustinebant, qui quidem frontibus tantū extabant, terga & posteriora occul- tabant. Per boues eo gestu hieroglyphicè factos, Gregorius Pastores Ecclesia- rum intelligit, quorū aperta & in propatulo proposita opera cernimus, sed que ipsi clām faciant sentiantue, Dei iudicium, non nostrum esse debet: id enim ait sibi velle, quod eorum lateant posteriora.

# Pierii Val. Taurus.

V I T I O S V S.

D

**Q**uod verò pertinet ad vaccā, per hieroglyphicū eius Diuinæ literæ, vt idē tradit Eucherius, hominem vitiis, quæ corporis sunt, plenū indicant, citato loco ex Psalmo, Inter vaccas populorū. Sed illud de vaccis fcetis quas Palæstini ad trahendam arcam Domini sine rectore iunxerūt, vitulis earū intra causas domi detentis, ita interpretatur: fideles quidem intelligi, qui tamen foris humanis affectibus torqueant, illi alligati à recto tamē itinere non declinent, quia arcam Domini portāt, mandata quippe eius menti firmiter insidentia. Et idem alibi ad Valerianū: Tūc verè Bethsamis rēdimus, cùm viā rectitudinis gradientes, ad vicina erroris latera, etiālī affectus pignorū auocēt, minimē declinamus.

P O D A G R O S V S,

**S**ed quid illud, quo ex bouillo pede podagrosum hominē significabāt: Bos enim prēcipue vngulis cū dolore articulorum laborat, quo quāuis non intereat, vngulas tamen interdū amittit, & pedes vehementer intumescūt: vnde fitum ab Āgyptiis, Tauri coelestis pedem extra regionē suā in Āethiopas exporigi, quorū & pedes, & articulos esse tumorī egregiē obnoxios, exploratū est: E & in Italiā transgressos, paucissimos inuenias qui nō articulorū vitio laborent.

A' L A B O R I B V S Q V I E S.

**S**olutus porrò bos, & præsepi redditus, partā à laboribus quietem ostendit: quod antiquissimum Āgyptiorum hieroglyphicum Græci adagio prosecuti sunt, βέβιον Φύτην dicentes, cùm exautoratū hominem, & donatum iam rude, ocioq; & tranquilliori vitæ restitutum significare voluerint, quia scilicet moris est ab laboribus boues ad præsepe sistere, atq; illis pabulū sumministrare. quamquam sunt qui prouerbium ad mollioris vitæ significatum detorqueant, & ingeniu à labore proclive ad libidinem ex hoc intelligi contendant. Sanè quidem Hebræi coniectores, cessationis & ignauiae signū esse dicunt, cùm quis dormientes tauros videre se per somnium viſus fuerit. Vt cunctū autem, x i i . illi maiores qui regnum à Sabaco Āgyptiorū rege relictum spontē moderandū suscepērē, vt oneri magis quām honori tantam regni curā sibi fuisse testarentur, in celebri illa pyramide, quam cōmune collegarū omniū sepulchrū construxere, cōtignationē recti, quæ vno constabat lapide, præsepibus adsculptis insigniūre, ad quę scilicet tot laboribus exantlatis, tot curis abiectis & ablegatis, requieturi demū essent. Huic contrariū est, Bos sub iugo, de iis qui perpetuo labore fatigantur. Quod verò nos ab Iesu asserti in libertatē censemur, id ita intelligendū, Iudæis impositum fuisse legis iugum tanquam seruis, vt quasi per vinculum ad præceptorum obedientiam traherentur, atq; ita Deo seruire discerent, & assueferent: prēcipit enim lex, Non mœchaberis, nō occides. An verò nos, quia sumus liberi, mœchandi licentia abutemur, & sicariā sine metu faciemus? nequaquā: imò nobis necq; quidē concupiscere, necq; vel irasci præceptū est. Arctiora igitur sunt iugi nostri vincula: at non ita, si rem rectē perpendamus. Nam lex imperatoriē mandat, ne quid perperām agamus. Assertor noster præcidendas monet vitiorum causas, vt necq; quidem facere quicquam præter ius & fas in animū inducamus. Hæc enim est vera libertas, cùm nosmetipsi sponte abiicimus vitiorū iugum, cùm libidinum ergastula confringimus, & è malarum cogitationū voraginebus emergentes, vinculis omnibus expediti, in synceritatis liberos campos euadimus, abstinemusq; nō tanquā serui à flagitiis metu flagri, sed tanquā ingenui, piè sancteç educati, sponte probi modestiç filij, & quia patrem diligimus, omni

A omni studio, meditatione conatuq; monitis eius ita obtemperare contēdimus, vt ne cogitare quidem vllum velimus scelus. Boni enim qui sunt, nisi spontē boni sint, nullum ex bonitate sua præmiū assequūtur. Nam & Abraam & Enoch, Noë, & patrum pleriq; alij, sine legis seruitute Deo placuerunt. Lex verò tunc data est, cùm seruili contumacia non modò Mosi non audire, sed ipsius etiam Dei, qui videntes eos atq; sentientes in libertatem ex Ægyptiorum oppressione asseruerat, mandata detrectare pertinacissimè cœperunt: & quæ plurima in hanc sententiā disputat Irenæus. Sed iam ad diuersorum deorum, quos sub builla imagine supersticio antiqua coluit, conuertemur.

## B V C E P H A L I.

P R̄ctereundum autem non est, etiamsi Ἐπεφύρη bouilli capitī notam equis inustam, illis ex signo dedisse nomen apud Thessalos, quippe vt Bucephali appellarentur: ita enim Gens eos vocabat equos ea nota insignitos, cuiusmodi fuit nominatissimus ille Bucephalus qui Alexādro Macedoni tam charus fuit. Falluntur autem qui putant equū cum à bouillo capite, vel à cornibus quibus

B animal id præditum fuisse dicitur, ita nuncupatum. Nam quòd equi nonnulli apud Thessalos Bucephali vocent, ostendit Aristophanes αἰαγύρος. Quantæ verò commendationis essent equi Thessalici, vel Delphico probatur oraculo:

*Thessalicus præstat sonipes, mulierq; Lacena.*

& quæ prosequitur Strabo.

## I V P I T E R.

N Eç verò Græci tantū mutatū in bouem Iouē confinxerunt, verumetiam Ægyptij Iouem illum suū, qui & Osiris, & Pater, & Iustus, & Dux, & Rex, & Consultor in sacris eorū literis appellatur, per bouē indicabant, eūq; Apim cognominauerunt. Quem quidem tanto prosecuti sunt cultu, vt ingentia super eo volumina scripta fuerint à pleriq;: eoq; vanitatis progressum, vt eum boue alioqui sterili genitum prædicarent. Bouem nanc⁹ fulgure afflatam fieri grauidam, eoq; conceptu Apim nasci, persuasum habuere: de quo quidem cùm nulla sit magis decantata fabula, consultò ego illam præteribo, si modò signa tantū, quibus Apis insignitus esset, indicauero. Toto is corpore niger erat, in fronte candorem quadræ præ se ferebat, in tergo effigiem aquilæ, cantharū in palato,

C duplices in cauda pilos: qui verò multis locis sculptus visitur, Lunæ etiam speciem in latere gestat, vt in palatio quodam Romæ apud D. Marcelli ædem. Atque hic ille est Apis quem Hebræi, Moysè in monte morā trahente, sibi Deum conflauere, eam secuti consuetudinem, quām in Ægypto esse conspexerant.

## D I A N A.

I Nuenies etiam Dianam, quam Tauri Scythica gens colunt, Taurionem appellari: Tauris enim eam opitulari putant. Eadem etiam παροπίλη dicitur, vt apud Apollodorū: & à cornuū figura παροπόδις: παρέ verò apud Taurios. Cur verò παροπόδις vocaret, varia est opinio: dicunt enim alij, ὅτι παρέ πριεστοὶ παῖς τοῦ alij, quia Taurū à Neptuno in Hippolytum immissum cestro affixo per vniuersam terram exagitauerit. Alij dicunt Iphigenia cùm è Scythia in Africā aufugisset, Deæq; simulachrū dicasset, παροπόδιον Dianam appellatam, propterea quòd è Tauris populis eò allata esset. Alij nomen ex historia ea defumptum putant, quòd Nicander ait taurum à Diana suppositum loco Iphigeniæ, cùm eā in Aulide Græci essent immolaturi: quamuis Phanodemus vrsam eam fuisse dicat, pleriq; verò ccruam. tanta fuit in ea superstitione varietas, & inconstātia.

# Pierii Val. Taurus.

P A L L A S.

**Q**VIN & Pallas ταυροφόλα dicta, & apud Andrios ταυροτάσθι. Nam cùm An-  
thropius Taurum Agamemnoni & Menelao dedisset, ius sit ut vbí tau-  
rus è nauí prosiliisset, ibi Mineruæ simulachrum erigerent: ita enim numen  
conciliari posse, prosperamq; illis nauigationem futurā. Accidit autem ut tau-  
rus is in Andrum insulam exiliret: memores ergo præcepti reges, statuam eri-  
gendam curauere, quæ postea id cognomenti Mineruæ dederit.

B A C C H V S.

**E**T Bacchus, vt superius dictū, in tauri nuncupationē venit, quem ταυροφόλευ  
veteres appellauere, propterea quòd, vt Sophocles autor est, qui Dithyrā-  
bum vicisset, bouem assequebatur præmium, veluti Tragicis olim hircus debe-  
batur. Aristophanes tamē nomē id in Cratini contumeliam detorquet, quasi e-  
brium insimularet. Apud Athenacum legere est, Bacchum tauro & pardali esse  
similem, ob ebriosorum violentiam: vinofam enim esse pardalim, loco suo po-  
sitū. Lycophron eum omnino taurum vocat, Poëtæ Draconem Tauri patrem  
canūt, per illum Iouem, per hunc Bacchum intelligentes. Sed vt ad Apim reuer E  
tamur, is in ciuitate Memphi Solis instar excipiebatur, & apud Heliopolim tau-  
rus Soli facer erat, quem Neriton appellabant. Illud verò fabulosum iudico,  
quod Hermiti oppido tradunt fuisse taurum, qui maculas per singulas diei ho-  
ras permutaret: de quo Macrobius. Verūm hoc nihil ad hieroglyphica.

B I T H O N I S R O B V R.

**Q**VI verò taurus humanis humeris gestatus Argis visebatur, Bithonis fa-  
ctum indicabat, qui suo fretus robore, dum Arguii Ioui sacrificarent tau-  
rum in humeros sustulisse fertur: summum enim virium experimentū apud ve-  
teres erat tauris robore præstare. Hinc Milo apud Theocritum celebratus, qui  
taurum pede arreptum ad amicam traxerit. Hinc Busiris nomen, quòd duos  
solus boues quaquà vellet traheret. Fuit verò is Ägypti rex, quem Poëtæ cru-  
delitatis in humanum genus atrocissimæ notauerunt. In Seleuci autem numis  
& taurus & alibi tantum cornua spectant, quippe quòd is Alexandro sacrificata-  
turo, sylvestrem taurum è vinculis elapsum ambabus tenuit. In eius statuis vi-  
dcas nonnunquam cornua superaddita.

P I E T A S.

**I**N antiquis operibus iuuenes duo subiecti iugo, currum trahere conspicie-  
bantur, erant hi Bithon & Cleobes fratres. Hieroglyphicū id eorum indica-  
bat pietatem, qui matrem currui impositam ad Iunonis templum vixerint. Hi-  
storiam & Pausanias & alijs tradidere.

V E L O C I T A S N E G O T I O R V M.

**D**VO verò tauri inter se pugnare per nocturnam imaginem visi, negotiorū  
velocitatem præsigire dicuntur, vt Hebraicæ quædam somniorum inter-  
pretationes prodiderunt. Astronomi eum furiis agitandum dicūt, cui decimus  
octauus tauri gradus nascenti affulserit: eaq; de causa locum eum tauris duobus  
sese cornu potentibus signatum veteres voluere.

D I S E R T A P R O L E S.

**H**Ebræi verò iuniores cornupetam taurum per somnum imaginari, indi-  
cium esse dicunt disertissimæ prolis suscipiendæ: quò fortè spectat Virgi-  
lianum ilud, taurum Polloni pascendum:

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam,

D

F

**A** propterea quod noua ille carmina faciat, qui quidem sunt ingeniorum foetus, καὶ πάρηστος & hoc addam (quamvis non sum nescius, quid Grammatici super locutione quae noua est, disputatione) dici tamen posse Virgilium ad Pindaricum illud respexisse, quod Olympiis habetur Epharmosto:

αἴτιος δὲ παλαιὸν μῆλον οἶνον, αἴτιος δὲ ὑμνων νεωπόρων.

Vinum quippe à vetustate commendare congruum esse: à nouitate autem poëmatum. Flores enim pro recenti re positum aiunt interpres.

O C C V L T V M C O N S I L I V M.

**A** pud Romanos signa militaria, alia vocalia, alia muta dicebantur. Vocalia quae Imperator tribunis, tribuni mox ordinibus dabant, ut scilicet aut noctu, aut in peragendis vigiliis, aut explorationibus obeundis, ac in ipsa quoque interdum acie, cum tumultu omnia confusa essent, ipsis se vicissim noscitarēt. Mutata variis animalium figuris elaborata præferebantur, sed suū quęc significatum habebant, quippe ut vnum exempli causa ponam, Minotauri effigies tunc extollebatur, cum secretò & tacitè rem gerendā admonebantur: ostendebat enim hieroglyphicum id, consilia ducum non minus occulta esse debere, quam fuerit Minotauri sedes, quippe Labyrinthus. Hinc ille sapiens videlicet eorum Imperator Q. Cecilius Metellus Macedonicus, percontantibus tribunis quoniam exercitum huc illuc agitaret: Si putarem, respondit, tunica meam meorū esse consiliorum conscientiam, eam actutum abscinderem, combureremque. Tutissimum enim (ait Vegetius) in expeditionibus creditur, facienda nesciri.

V I C T O R I A.

**M**actatus autem bos, quales vbiq; locorum conspicuntur, victoriæ plurimum, partiç triumphi signum erat, præsertim apud Romanos, vnde Iuuenalis huiusmodi significato,

Duc in Capitolia magnum, cretatumq; bouem.

Id verò obseruatione dignum est, quod Spartiatæ in hoc sacrificij genere, diuersam à Romanis rationem fecuti sunt. Nam cum Romani, victoria per hostium cædes parta, bouem sacrificare consuissent: cum verò sine pugna & sanguine rerum potiti essent, ouem immolare: hi contra in victoria pacata taurum sacrificabant: si verò pugnando vicissent, gallum: quandoquidem ampliora, magisq;

**C** homine digna, quae ratione atq; prudentia, quam quae vi atq; corporis tantum fortitudine confecta essent, iudicabant.

L V C A S E V A N G E L I S T A.

**E**t quoniam multa sunt quae de pietatis nostræ institutis ad hanc faciūt doctrinam, quæ Christianorū cōuentus sanctionibus suis per imagines exprimenta concessere, ea nequaquam dissimulanda sunt: cuiusmodi ea est quæ per aiatū bouē Lucā Euangelij scriptore ostendit: siue propter eam ipsam tauri continentiam atq; temperantiā, qua de facta est superius mentio, cum Lucas ipse castissimus ab ineunte ætate, ut fertur, fuerit, omnēcq; vitā egerit incorruptus, immaculatus, sine vxore, sine liberis, in celibatu perseverās, nullū vnquam veneris usum nouerit: siue propterea, q; per vituli mysticū vultū, Christum nobis prædicat immolatū, quem Dauid super altare prædictit imponendū: atq; mansuetudinem, quā præ se tulit Deus homo factus, testimonio suo literarū monumentis illustratam posteritati commendauit: siue quod à sacrificiis, vel à sacerdotio sumat, ut ait Eucherius, operis exordiū, ita enim scribit: Fuit in diebus Herodis sacerdos nomine Zacharias: quam interpretationem admittit etiam Irenæus

# Pierii Val. Taurus.

M A N S V E T V D O.

**Q**VANTUM VERÒ PERTINET AD ANIMALIS ISTIUS MANSUETUDINEM, LUCRETIUS POËTA ITA CAUSAS EIUS REDDIDIT:

*At natura boum placido magis aëre viuit,  
Nec nimis irai fax vñquam subdita percit,  
Fumida suffundens cæcæ caliginis umbras,  
Nec gelidi torpet telis perfixa pauoris,  
Inter utrosq; sita est, ceruos, sœuosq; leones.*

PAULÒ VERÒ ANTÈ, CÙM DE VARIETATE ANIMI LOQUERETUR, MANSUETUDINEM HANC IN AËREIS CORPORIBUS ESSE CONTENDERAT: & QUA CAUSAS REDDIDERAT, CUR LEO INDIGNABUNDUS ESSET, CUR CERUUS TIMIDUS, NON IMMENOR NATURAM HUMANAM RERUM OMNIUM SPECIES AMPLEXARI, SIC SUBDIT:

*Sic hominum genus est, quamvis doctrina politos  
Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit  
Naturæ cuiusq; animi vestigia prima,  
Nec radicitus euelli mala posse putandum est,  
Qua procliuius hic iras decurrat in acres,  
Ille metu citius paulo tentetur, at ille  
Tertius accipiat quædam clementius æquo:  
Inq; aliis rebus multum differre necesse est  
Naturas hominum varias, morēsq; sequaces.*

PROUT VERÒ VARIIS AFFECTIBUS MOUETUR HOMO, AD EIUS ANIMALIS BRUTI NATURAM COMPARATUR CUI PER EAM SIT ASSIMILIS: NAM IN BRUTIS SIMPLICES PLURIMÙM SUNT NATURÆ, VT INITIO DIXIMUS.

## F E R O C I T A S   E V I T A N D A.

**Q**VAM DIUERSUM AUTEM ILLUD EST, QUOD MANSUETUDINEM EX BOUE PICTO SIGNIFI-  
CANTES, FEROCITATĒ ITIDEM & FURIBUNDAM PETULANTIĀ PER TAURUM INDICABANT,  
VBI SCENI FASCICULUM CORNIBUS ALLIGASSENT: RECEPTA SUNT HÆC IAM APUD OMNES,  
VNDE DIXERIT HORATIUS:

*Fœnum habet in cornu, longè fuge.*

PSALMOGRAPHUS NOSTER EODEM VITUR DICTERIO, DUM PSALMO 44. DICIT: CÙM NO-  
BIS ADERAS INIMICOS NOSTROS CORNUPETEBAMUS: *καὶ πονηρὸν enim habet Græcus co-*  
*dex, pro'q; valida & vicitrici pugna* THEOLOGI COMMENTANT. ET V 1. ECCLESIASTICI  
CAPITE LEGAS: CAUENDUM NE ANIMOS, VELUTI TAURUS, EXTOLLAMUS. QUOD VERÒ ATTI-  
NET AD SCENŪ, ID IDEO FACTITARI SOLITŪ, AIT PLUTARCHUS, VT FEROCITATĒ LASCIUIĀC; EX NI-  
MIA PABLII VBERTATE RESULTARE ADMONEREMUR. DICTERIŪ VERÒ CELEBRITATEM ACCE-  
PISSE À SICINIO QUODAM, PRODIIT, QUI CÙM EFFUSISSIMA DICACITATE OMNES CARPERET,  
VNI M. CRASSO PARCERE COMPERTUS EST, CUR'q; VNIILLI PARCERET, INTERROGATUS, SCENŪ  
EUM IN CORNU GESTARE RESPONDIT. SANÈ ROMANIS MOS FUIT CORNUPETARŪ BOŪ COR-  
NUA SCENO CIRCUMLIGARE, QUÒ OBUIAM PRODEUNTES ADMONERENT AB ILLO CAUENDŪ.  
EO FIGM̄TO HESIODUS POPULIUOROS (LICEAT ITA MIHI ΔΗΜΟΦΡΥΣ) GRÆCŪ VOCABULUM  
LATINŪ FACERE) NUCUPAUIT, QUI QUIDEM DIUITIARŪ OPULENTIA LASCIUENTES RELIQUOS  
IMPETERENT, AC PROCULCARENT. EST & TALE ALIQUID APUD SOPHOCLEM, & SOLONIS AD  
HOC DICTUM HAUDQUAQ; ASPERNANDUM. SED ILLUD POTIUS AFFERAMUS, QUOD PSAL-  
MO X X I I. SCRIPTUM, CIRCUNDEDERUNT ME VITULI MULTI, TAURI, PINGUES OBSEDERŪT  
ME: VBI INTEPRETES PER VITULOS PLEBEIĀ IUDÆORŪ MULTITUDINEM INTELLIGŪT, LASCI-  
UENTEM QUIPPE, SOLUTAM'q; IUVENTUTEM OMNI PRORSUS REGULA CARENTĒ: PER TAU-  
ROS

A ros verò Pontifices, Scribas, & Seniores, propter ætatem nimirum, & prærogativa, qua cæteris antestabant, pingues appellati: quia multis Dei donis ante alios omnes fruebantur. Nam & alibi Moyses in hanc sententiam futura longè præuidens: Comedit, inquit, Iacob, & impletus est, & recalcitrauit dilectus: pinguedine & carne distetus est & obductus, & dereliquit Deum factorem suum. Eodem modo accipiunt Theologi dictum Psalmο L X V I I I . Taurorum congregationem, Pontifices & Scribas, & reliquos Iudæorum Principes intelligendo, qui & temerarij, & cornupetæ essent, Christumq; & Apostolos ferociter incessuri forent. Minimè verò loco hoc prætereundum est, quod Theologi nostri Iacobis prædiuinationem de Iosippo, Tauri decor eius, transferunt ad Christū: Taurus quidem ob vtrancq; dispositionem, aliis ferus ut iudex, aliis mansuetus ut assertor, qui generi humano salutē dedit, cuius cornua essent crucis extrema. Nam & de parte nauis antenna, dictum inuenimus,

*Cornua velatarum obuertimus antennarum.*

Hac autem virtute crucis, & hoc more cornutus, ait Tertullianus, vniuersas gentes etiamnū ventilat, per fidem auferens à terra in ccelum, & tunc ventilabit per iudicium, deiiciens de ccelo in terrā. Vbi etiam de Simeone & Leui loquitur: In concupiscentia sua subneruauerunt taurum, de Christo identidem intelligi volunt, cuius neruos sacerdotes præcipue, clavis suffigendos curauerunt.

PIERIVS VALERIANVS AD PETRVM VI-  
CTORIVM, DE IIS QVÆ PER EQVM SIGNI-  
FICANTVR EX SACRIS AEGYPTIO-  
rum literis.

**C**UPERE S Petre Victori, ut ex amicis nonnullis intellexi, qua ratione modiq; hieroglyphica Leonis, Elephanti, & id genus animalium plurimorum explicuisse me acceperisti, quæ fuerint Equi quoq; significata apud eosdem Aegyptios tibi describi. Verūm scias pauca ea esse quæ super equo Sacerdotes illi tradiderint: quippe qui animal id vti profanum aspernabantur: neq; enim Sacerdoti licebat equo vchi. Sed enim Græci Latiniq;, neq; non Hebræi, multa super eo scitu dignissima memoria prodiderunt, quæ hoc explicabimus Commentario. Præter enim id quod obsequi tibi iucundissimum existimabam, inuitauit me ad huiusmodi lucubrationem animalis ipsius dignitas, vigor, & naturæ eius spectatissima quedam excellentia. Non enim ex eo genere est, quod parui facere debeamus, cùm tot ex equo humano generi commoditates obueniant, siue domesticis, siue publicis sit usibus adhibendus. Sed frustra hic equum laudare ag gredior, cùm super eo tam multa, tam præclarar toto passim Commentario reperiantur: quæ qualianam sint, hinc iam, ut instituimus, dicere incipiamus.

# Pierii Val. Equus.

B E L L V M .

D



R I M V M verò omnium equi hieroglyphicum est, belli signū esse, clarissimo Virgilij testimonio, dicentis,  
Bello armantur equi, bellum hæc armata minantur.



Et duellicam equorum prolem Lucretius appellat. Idem hoc intellexisse Agyptios didicimus ex Plutarcho, quod & in Leone tetigimus: Horū quippe post obitum apparuisse Osiridi, quem multarum rerum vsum edocuerit, præcipueç quod animal bello utilius esset sciscitanti, equum ei negotio maximè commodum, responderit. Cumç Osiris Leonem præstare arbitraretur, respondisse Horum: Posse quidem eum auxilio esse, verùm ubi semel fugam arripuisse, irreuocabilem abire, cùm alioqui bellatori necesse esset nonnunquam cedere, nonnunquam ex inclinata iam acie rursum hostes aggredi, proç loco & tempore Fortunæ sese imperiis accōmodare: idcircoç equum omnibus his officiis omnino magis officiosum esse. vnde Xenophon tertio de Græcorum reditu: Vna, ait, equites re præstāt, quòd in fuga certius est illis subsidium. Aristoteles Ethicis, virtutem in equo eam præcipue laudat, qua sit ad currendum portandumç hominem idoneus, & ad inuadendū expectādumç hostem minimè formidolosus. Galenus de Partibus, præualidum ait animal & generosum, cùm ιχνεύ dicit, μή τι ἀθυλον. Hinc illud apud Maronem,

Generosus pullus in aruis.

## P V G N A C I T A S .

**N**Eç temerè Vespas ἱδρυητῶν ex equino cadauerere significari tradiderunt Agyptij: imò non temerè esse dixerunt, quòd ex corrupto eius cadauerere vespæ progeneretur. Hoc enim tantùm apud Horum super equo reperias, & peruulgatus apud omnes versus fertur:

ἴωσι μὲν σφυκέν θύεσις: παροῖ δὲ μελισῶν.

Nam culices ab equi, sed apes ab origine tauri.

V E S P A E .



Diligentes enim rerum naturalium obseruatores ex bouillo occipitis cerebro apes gigni tradidere: ex asini cerebro crabrones, vt ex equo vespas, atç ex humano cadauere serpentem. Non tamen hic simpliciter vespæ intelligendum, sed quod per vespam identidem soliti essent significare: per cuius hieroglyphicum pugnacitatem & infestum aduersus hostes ingenium ostendebant, de qua inter infecta loco suo disseruimus.

## C E L E R I T A S .

**A**D hæc celeritatis indicium est equus: quodç apud Lucretium Fortis equi avis legit, Marcellus celeris exponit: eoç spectare volunt Virgilianū illud,

Quidnam egregium si fæmina forti Fidis equo?

vbi Arruns Camillam equi perniciitate fretam, non virtute sua strenuā incusat. Multa verò inuenias apud rerum scriptores super equorum perniciitate, sed id ego tantùm memorabo, quòd Alanis à Probo Imper. deuictis, equus in præda repertus est, qui, vt captiuī attestabantur, centum ad diem passuū millia decurseret, perç octo vel decē dies vigore minimè fracto perduraret. Sedenim eam in mi-

A in militaribus equis fugacitatem imperator ipse contempsit, repudiatumq; fugitiuo militi potius quam forti conuenire iudicauit. *Ιωνίων Νύμφην* apud Hesiodum inuenias, quod nomen ob velocitatem effectum autumant interpres: vim quippe aquarum eam intelligentes, qua nauigia cursu celerrimo rapiuntur. Quiq; Neptuno adpinguntur equi, pernicis eiusdem cursus indices habent, qui maritima sit nauigatione. Naves enim equorum curruumq; usum affatim suggerunt: vnde & equos & currum Neptuno videmus attributos; nam is apud Maronem,

*Flectit equos curruq; volans dat lora secundo.*

Iam & prouerbiū à Cicerone usurpatū super celeritate, tum equis tum velis, ad Quint. Frat. Sic ego te saepe excitante cursu, corrigam tarditatem tuam tum equis tum velis. De omni verò conatu adhibito, Officiis: Cum his velis equisq; decer tandem est. Astronomi vndecimo Virginis gradu equum admouent ad hominis velocitatē indicādā, qui cum eo sit gradui lucem auspicatus. Adpingebatur verò Neptuno equus anteriore parte figura sua, posteriore verò effigie piscis, B qui caudā in spiram replicaret: quod & veteres sculpturæ passim & pleriq; Galieni numi palam faciūt, in quibus inscriptio est, **N E P T V N O C O N S. A V G.** Nota præterea est fabula, in Deorum concilio pro imponendo Athenis nomine, percussa à Neptuno petra exiliisse ferum. Nam & interpres Pindari rem tangit huiusmodi. Passim verò apud veteres Neptunus Equestris dictus. Aut in super, primo illi equo quem Neptunus protulit Scyphio nomen fuisse: adeò si bi concors in nugis tota Græcia semper fuit, ut nulla sit tam absurdā fabula, quæ aliquo assertionis testimonio careat. Quodq; fictum à Poëtis est, Saturnum in equum versum, quem tunc etiam pernicitate insignem canunt, vti Maro,

*Pernix Saturnus & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit equino.*

quidam ex Astronomis ad astri velocitatem figmentum referunt, cùm amplissima cœli spatia diurno motu velocissimè transcurrat, si quanto distet interuersalo, quamq; magno circuitu supra planetas reliquos feratur considerauerimus: quamuis altero motu, quem hi naturalem dicunt, tardissimus planetarum omnium videatur. Ab huiusmodi pernicitate Abacuntis prophetæ dictum, Quia C ascendes super equos tuos, Theologi de Apostolis prædictum volunt, vnde repentina salus esset omnibus piis prouentura. Et vnius sanè celeritatis ergò Virgilianus Æneas præmia prima proponit, equum insignem phaleris, ei qui pedū cursu primus metam attigerit. Et in numismatis, nunc equus currens, nunc ipse Pegasus alis adiectis cusu, summa rem alacritate gestam ostendit.

### S O L.

**A**Liás verò alatus equus Soli etiam attribuitur. Nam in Galieni numis alatus equus est cum inscriptione, **S O L I C O N S. A V G.** In numo verò Q. *T I T I* in quo Pegasus, quasi nō satis ex eo expressa esset celeritas, qua in obcundi Reipub. negotiis usus fuerat, barbato eius capiti ex altero latere cuso additæ alæ, cuiusmodi specie Mercurius aliquot in veterū monumentis conspicitur insignitus. Non desunt verò qui Pegasm in monetis etiā Corinthiorum fuisse tradat, quē Eubolus, Anchise, *παλάθι πάλοι* appellari. Porrò Pindarus Bellrophontem eo inuestum Pegaso, frænum aureum dono à Pallade per somniū acceptissime commemorat, vnde postea infrænandorum equorum usus ad posteros emanarit: eoq; monumento voluerint Corinthij rei memoriam testatam. Maro autem noster fræna Lapitharum inuentum tradit eo Georgicon loco,

# Pierii Val. Equus.

*Fræna Pelethonij Lapithæ, gyrosq; dedere  
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis  
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

D

**S**Vnt & qui Centauros in hoc eodem accipient significato: quodq; illi pubetenus humana forma, reliquū equina fingantur, vitæ nostræ terminū pernicí cursu occupari significare potent, propterea quòd mira lapsi lubricitate incauti semper arripimur. Nul lus enim tam senex, qui se annum adhuc non speret superaturū. Sedenim Centauro alibi erit locus suus.

**N**On sum verò nescius, autores esse, qui Pegasum, qualem quippe passim in Hadriani & L. Pap. Cursoris, & aliorum quorundam numis aspiciimus, famæ potius quàm celeritatis indicium esse contendant. Nascitur is ex Medusæ cæde: siquidem virtus cùm terrorem amputauerit, famam generat. Terroris & admirationis hieroglyphicum esse Medusæ caput, ostendimus in Serpente, cùm de Domitianis gestamine loqueremur. Fama autem vbi primum genita per hominum ora incipit volitare, Musarum excitat fontem in Parnasso, quippe quòd illustrium virorum præclara facinora vatibus scribendi suggerunt argumentum. Quòd verò in Papirio à re ipsa etiam cognomento Cursoris honestato, ex Pegaso alacritatem & festinatiam hominis significari dixeramus, capreæ insuper fugacis spolium & fulmen & sagitta, quæ in eodem spectantur numero, ad nostrum faciunt intellectum.

P R O F V G V S.

**S**Ed quoniam esse video qui Persea quoq; Pegaso inuestiū putent, examinan dus est apud Hesiodū locus, Scuto Herculis, vbi ἵππον τὸ πόσθιον, à poëta dictū: quo loco Commentatores aiunt, animaduertendum ἵππον τὸ προστύχον significare: eamq; esse glossographorum interpretationem. Auus enim Acrisius Persea domo expulit, quem minimè moris est vsquam equitem inducere, sed talaribus à Mercurio acceptis præditum aëra persulcare: de quo sic Ouidius:

*Pennis ligat ille resumptis  
Parte ab viraq; pedes, teloq; accingitur vno,  
Et liquidum motis talaribus aëra findit.*

Vnde etiam Catullo pinnipes appellatur. Eodem modo apud Homerum inuenies Hippotā Nestorem, pro profugo, ut vetustiores grammatici interpretantur eo τὸ βοιωτικὸν loco:

*Toīs δὲ καὶ μετέπειτα γέλω Θεῖαν τὰ Νέστων.*

His inde Gerenius exul Nestor ait. Talemq; recitant fabulam: Herculem Pylo bellum intulisse, propterea quòd Neleus eum à cæde lphiti purgare recusasset. Tum etiam propter filiorū eius insolentiam, qui cùm XII. essent, eo freti numero præclara omnia sibi pollicebantur. Diu verò bellum protractū, necq; quan diu Periclymenus, vñus ex ipsis Nelei filiis vixit, vrbs vnquā capi potuit: postea verò quàm is mutatus in Apem Herculano currui explorator insedit, summonente prodēteq; Pallade extinctus est ab Hercule: capta itidem euersaq; Pylos

HUMANÆ VITÆ  
lubricitas.



F A M A.



E

A los est, vnde cimiq; Nestoris fratres interempti. Sedenim Nestor prius emissus fuerat ad Gerenios vbi educaretur, qui solus superstes in patriā inde restitutus est, & ab educationis loco Gerenius: ab effugio verò quo saluatus est, Hippota.

## FRÆNATA FERO CITAS.

Vulgatissimum illud est argumentum, hominem feroci in uictoq; animo, in perio tamen & rationi obsequentem, hieroglyphicè per frænatum equum significari. Hinc Panætius apud Cic. Africanum solitum ait dicere, ut equos propter crebras contentiones præriorū ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, vt his facilioribus vti possint: sic homines secundis rebus effrænatos sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. Animal nimirum ferox atq; magnanimū, quod leges tamen subiit, nec frænum depulit ore, vt ait Horatius, de equo qui hominis opem implorauit, seq; fræni sit passus. Et Maro:

*Sed tamen iudem olim curru succedere sueti  
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre.*

B In huiusmodi sententiam est Scipionis dictum non incelebre. Quum Romani contra Antiochum iam in Asiam traieissent, isq; legatos demum de pace misisset ad Scipionem, respondit is: Id prius factum oportuit, non postquam & frænum & sessorem accepisset. Sed illud quoq; animaduertendum est, de Carthaginis portento, quod murorum fundamenta fodientibus oblatum est: quippe vt apud Maroneum, caput acris equi, hinc gentem fore bello egregiā præmonstratum. Quod verò subiungit, Facilem victu, nō de bouillo capite, vt Seruius, sed de ipso eodem equino intelligendū, cuius ostenti ea sit interpretatio, vt facilem victu per sécula gentem, faciliem que tandem vinceretur, exponamus: hoc enim magis ad Virgilianā accedit sententiam, quamvis in Tauri cōmentario Seruianum intellectum illustrare conati sumus. Coniectores verò, vt eò redeam, eos qui se caput equinum, vel caninum, vel asinimum habere somniarunt, in seruitatem vel id genus ærumnas dedendos esse suspicantur. Sunt enim tria hæc animalia seruituti mirum in modum obnoxia. Addam & illud eorundem Onirocritarum interpretamentum, quo visum aiunt in somnis equum qui se portet,

C polliceri, vt amica amantis imperio facile sit subiicienda, morigeraque in posterū futura. Nam de pullo indomito pro puella adhuc intacta, Anacreontis carmina paulò inferius loco suo recitabuntur. In Diuinis literis, vbi Elisæus montem auxiliaribus equitibus plenum per adapertos pueri oculos cōspexit, quosq; vates Abachus Domini equos, & equitatus nominat, animas intelligit Adamantius, quæ frænū disciplinæ sanctioris accipiunt, iugumque suavitatis, quæ ab ipso Domino proficiscitur, portat, eiusq; spiritu regi patiuntur. Beatasq; illas appellat, quæ dorsum curuauere suum, vt dorso verbū Dei sessorem accipient: cuius fræna patientur. & quoquouersum ille impulerit iter arripiant: eius deniq; habenis moderati, nō ex libidine sua, sed tanti sessoris arbitrio flecantur, cursum ineant, & consistant. Eucherius sanè inueniri ait in Diuinis literis equum pro viro sanctitate prædicto ponit: eoq; spectare Abachuntis illud alibi dictum, Qui ascēdes super equos tuos. Sanè Græci Palladi nomen ab equo domito inditū tradunt: & vti suprà diximus, apud Pindarū legas frænum Corinthi ab ea inuenium, & Pelopi dono datum: & in Ilij capture instar montis equum Græci Palladi deocarunt. Hoc verò significat, ferocitatem omnem doctrina molliri atq; cicurari, quod ita luculenter Horatius expressit:

# Pierii Val. Equus.

Nemo adeò ferus est, vt non mitescere posset:  
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

D

## I M P E R I V M.

**I**Naugurali verò disciplina, equos imperij significatum sæpe fuisse, compēimus, vt qui apud C. Iulium Cæsarem natus est, humanis propè pedibus, vngulis scilicet in digitorum modum subscissis. Ei enim orbis terræ imperium portendi, Aruspices respondere, apud quem equus huiusmodi esset editus. Eum itaque Cæsar magna aluit cura, nec patientem sessoris alterius primus ascendit. Cuius etiam instar pro æde Veneris geneticis dedicauit: quamuis prodigia reliqua ita respectui semper habuerit, vt ab incepto nunquā ullo, prodigiis quantumlibet aduersis absterritus aut retardatus sit. Sedenim eadem animalis species quæ imperium illi præsagiuerait, eadem inquam & mortem premonstrauit. Siquidem equorum greges, quos in traiiciendo Rubicone consecrauerat, ac vagos sine custode dimiserat, paulò antea quām occisus esset comprexit pertinacis simè pabulo abstinere, vbertimq; flere. Eo porrò affectu equi pleriq; in dominos sunt, vt eos interemptos lugeant, inquit Plinius, lachrymasq; interdū desi- derio fundant. Vnde non inscīte de Pallante Virgilius:

*Post bellator equis positis insignibus Aethon  
It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.*

Ad huius imitationem non minori forsitan affectu alterius equi amorem in dominum Sillius Italicus ita decantat:

*Agnouit sonipes, arrectisq; auribus acrem  
Hinnitum effundens sternit tellure Uagesum,  
Quem tunc captiuo portabat in agmina dorso:  
Hinc rapidum glomerans cursum per lubrica pinguis  
Stante cruce soli, & mutilata cadavera cæde  
Euolat, ac domini consiftit in ora iacentis:  
Inde inclinatus collum summissus & armos,  
De more inflexis præbebat scandere terga  
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.*

Sed vt ad portenta reuertamur, illud memoriae proditū est, quemadmodū Ne-ro asturconē, quo maximè delectabatur, posteriore corporis parte in simiæ speciem abiisse per quietē videre visus, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros, ostento fuit quod illa equi ferocitas in simiæ ludibriū essetabitura. Dedidit & Ælio Pertinaci feroci viro, qui post sublatū Commodū imperiū arripuit, inuadendi regni signum equus. Nam ea qua natus est hora, equus pullus in regulas ascendit, atq; ibi breui temporis spacio cōmoratus, simul & decidit & expiravit. Quod quidē huic in Villa Martis genito, & ad bellica negotia nato, futuræ sublimitatis, quamuis breui duraturæ, augurium fuit.

## A LABORIBVS QVIES.

*Equi in Nera  
ue numis.*

**Q**Vid verò soluti, pascentesq; in Neruae numis equi sibi velint, cusæ ibidē literæ declarant, in hunc scilicet modū: VEHICULATIONE ITAL. REMISSA. quod nonnulli referunt ad argumentum illud quod in Boue ad præsepe tractauimus. Sed accipiendum potius de tributo quod Italia omnis in vchiculationes exoluebat, vt & Magistratum sarcinæ, & exercituum, & alia huiusmodi publica transportarentur: quod tributi genus Nerua vti onerosum nimis Italiæ remiserit vniuersæ: qua de sententia plura dicerem, nisi doctissimus

mus

A mus planè vir Fab. Vigil Spoletanus rem exactissimè pertractasset.

## I T A L I A.

**S**Vnt qui putent equos in hoc numo Italiam significare, eoq; adducuntur argumento, quod in argenteo numo & aliquot æreis obseruatur caput equi frænati cum inscriptione R O M A. Ab eius occipitio sceptrum, in cuius summa parte caput itidē equi videatur: ab altera parte, Roma ipsa galeata, vti mos est. Alij numi sunt cum equinis capitibus ab vtraq; parte singulis, cum inscriptione R O M A. Sedenim cùm equum ipsum multifariam in Latinorum & Græcorum numis obseruauerim, necq; Italiam neque aliam quampiam prouinciam, regionem' ve, aut ciuitatē significare contenderim, sed aut bellum, aut itinerationem, aut decursionem, vt in Neronianis plerisq; aut velocitatem, vt in Papirianis; & alia prout locis suis explicantur.

## M A V R E T A N I A.

**N**isi qui (si videant in Hadriani numo equum à pedite rectum cum inscriptione M A V R E T A N I A, ita enim scriptū per E secunda syllaba) intelligere velint prouinciam eam in deditioñem acceptā, vel quid huiusmodi. Sanè aliquot ex huiusmodi numis vna in parte caput habent Hadriani, ab altera equum, quem mulier duobus armata iaculis ductat: quod nimirum indicat genus id bellandi, quo plurimum vtitur ea prouincia.

## M A V R I F E R O C E S.

**Q**uin posterioribus etiam seculis militares quidam ordines, qui sub equitū magistro militabāt, dimidiōs rutili coloris equos duos in alba parma sese quodammodo lacescentes, orbe viridi, cuius luteus erat vmbilicus, interposito, præferebant, iicq; M A V R I F E R O C E S appellabantur. Quod verò aliqui ex numis Italiam per equum significari crediderint, fortè suspicati sunt ex eo numo qui equum exultantem habet, flore quodam supernè sito: ab cuius altero latere inscriptio est, R O M A N O R.

## E Q. V I C T O R I A.

**C**VR verò potius nō putemus numum hunc in rei gestæ monumentum esse cusum: quia bello Punico, quod cum Hannibale gestum est, cœperint aliquando Romani etiam equis superiores esse, cùm prius robur eorum omne in legionibus consisteret: flos enim ille supernè additus, principium atq; spem bonæ frugis indicat. Sanè Virgilius rem tantam haudquaquam reliquit indictam, cùm de Marcelli laudib⁹ ita cecinit:

Hic rem Romanam magno trepidante tumultu  
Sistet, equis sternet Pœnos.

At in Cephaleniorum etiam numis equus signari solitus, cuius rei mentio apud Plutarchum. Apud Smyrnæos Fortunæ simulachrum fuit à Bupalo quodam probo sanè viro factum, in cuius capite pullus equinus insidebat, & Amaltheæ cornu manum implebat, de quo apud Pausaniam Messenicis.

## S Y R A C U S A N I.

**V**Tebantur & Syracusani equi nota. Nam Atheniensibus illis qui apud Syracusas capti Niciana clade pro seruis veniere sub hasta, frons equi charætē inusta est. In aliquot eorum numis equus & scissor habetur cum inscriptione I E P O N O S, quod nimirum eius in cuestri militia, sed præcipuam in certaminibus gloriam ostendit, quem ea de causa tot laudibus Pindarus poëta immortalitati consecravit. Aliæ quoque Respub. atque alij plerique Princi-

# Pierii Val. Equus.

pes cqui signo vñi sunt, vt nihil deniq; priuatum vidcam, quod ad Italiā spectat. D  
T A R E N T I N I.

**Q**Vinetiam in numo, cuius inscriptio ΤΑΡΑΣ, eques etiam iaculator inspi-  
citur, ob equestrem scilicet militiam, quam egregiè Tarentini sunt exerce-  
re soliti: vnde apud Græcos, Tarentinos ordines inuenias ex equitibus huius-  
modi constitutos: & ταρεντινον verbum, eo se militiae genere exercere.

## SAGITTARII SENIORES ORIENTALES.

**E**Qui verò duo dimidiati coloris lutei, in cœruleo clypeo, quem ruber circu-  
lus ambibat, auersi prossilentes à centro, quod luteum in medio rubræ pel-  
tæ, pro vmbilico appositū erat, ita vt ab ipsa pelta trames coloris eiusdem ad ru-  
brum vñq; ambitum protenderetur, eius ordinis erat insigne, qui SAGITTARII SENIORES ORIENTALES appellabantur. Militabant ī sub magi-  
stro militum Præsentiali nuncupato.

## SECUNDI THEODOSIANI.

**L**Vteus etiam equus erat in imo parma ferrugineæ colorationis, cuius vñ-  
bilicus albus rubro continebatur circulo, quem alter coloris lutei circuibat. E  
SECUNDORVM THEODOSIANORVM hic erat clypeus, qui sub eo-  
dem militum magistro stipendia faciebant. Hi nimirum Theodosij principatu  
in militiam adlecti.

## CONSTANTIA.

**E**Rat & alia legio, quæ rutilum equum in cœrulea parma gestabat: in medio  
viridis orbis constitutus, cui quadrupes toto inniti pectore videbatur: ea  
CONSTANTIA nuncupabatur, quæ sub magistro peditum merebat, Con-  
stantio quippe Principe instituta.

## IMMODERATUS IMPETVS.

**R**Es ipsa adhortari videtur, vt & historiæ sacræ mysterium, quantū ad equū  
pertinet, reuelē. Nam pro immoderato & rationis experte impetu equū po-  
ni apud legislatorē Mosem, ex eo manifestū est, quod non designari principem  
equorū educatorē dicit: quod ita capiundū est ex Philonis sententia, vt ineptum  
eum ad principatū existimemus, qui voluptatibus cupiditatibusq; & nequitiæ  
deditus stare loco nesciat, & fræna ferox spumantia mandat. Lex ipsa est Deut.  
cap. 17. Quiq; rex fuerit cōstitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet po-  
pulū in Ægyptū, equitatus numero subleuatus, præsertim cùm Dominus præ-  
ceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandē viā reuertamini. Nam qui talia  
mente cōcipit, effraeno illi & feroci equo similis est, de quo vulgarū adagiū, Se-  
cede equinis à pedibus procul, ab equo inquam illo, qui semper Ægyptum, hoc  
est, voluptatum & illecebrarum planitiem appetit insultare, quo circa frænis ca-  
tenisq; compescendum, nisi velimus in perniciem rapi, & nos meti ipsos vna cum  
fortunis dare præcipites. Nā vt optimè ait Euripides, ἐχαλίνων σομάτην αρόμετ' ἀφρο-  
διών πλάθε δυσνήσα, Infrænis oris exlegisq; dementiæ finis infortunium. Sæpe au-  
tem in Diuinis literis equus aberratē & vagum hominem indicat, qui sine ra-  
tione vlla feratur: vt, Fallax equus ad salutem. &, Nolite fieri sicut equus & mu-  
lus, quibus non est intellectus. Callidum verò Antisthenis dicterium, cùm Pla-  
to vehementer laudaret equū in pompa quadam equestrī, hinnitu crebro fero-  
ciaq; excelsos spiritus præ se ferentē, is qui hominis iactantiam libenter incesse-  
bat. Et tu, inquit, videris bonus equus euasurus. At Themistocles, cùm muta-  
tos eius mores ex procacissimo in maximè temperantem pleriq; admirarentur,

An

**A** An non, inquit ille, videtis asperos & indomitos pullos in optimos equos euadere? Non imprudenter itaq; Prudentius elationem animi describens ait:

*Fortè per effusas inflata superbia turbas*

*Infræni volitabat equo.*

## NEQVITIA IN TEMPERANTIAM VERSA.

**Q** Vod verò super Aegypti delitij dictū, D. Ambrosius ex Apostoli dicta-  
tis eo tempore ait Pascha celebrari, quo Israëlitici Aegyptum reliquere, so-  
lennitatemq; eam, animarum transitum interpretari, à vitiis ad virtutem, à cor-  
poris affectibus ad animi constantiam atq; sobrietatem, à malitię nequitiaq; fer-  
mento, ad veritatem & stabilem sinceri propositi firmitatem. Mollitem quip-  
pe in Aegyptiis & alia multa carpit Hadrianus, maximęq; optare videtur, vt  
melius esset morata ciuitas, Alexandriam notans. Legitur in libris Sibyllinis,

**MILES ROMANE AEGYPTVM C A V E.** Quod licet de Pompeio Ma-  
gno dictum interpretati sint multi, sollicitiq; aliquando Romani fuerint, ne Pto-  
lemæum armis in regnum restituerent, hac religione deterriti: alia tamen, eaq;

**B** longè verior, eius oraculi videtur interpretatio, præceptum scilicet esse illis hoc  
velamento, vt quibus datum esset imperio populos regere, Aegyptum cauerēt:  
quippe delitias & mollitem, eaq; omnia quæ mox fortissimum id genus homi-  
num, vt primū lasciuire cœpit, turpiter adeò effeminauit, vt pessum penitus  
ierit, imperio in eos translato, quos vt omnium despiciatissimos expuebant, &  
omni contumeliarum genere insectabantur. Sed quanto erat ominosior Aegy-  
ptus Pop. Romano, successum tanto prosperiorem Aegyptiis ex Romanorum  
aduentu in regionem eam oracula pollicebantur. Apud Memphis enim in au-  
rea columna literis Aegyptiis scriptum erat, tum deum Aegyptum liberam fo-  
re, cum in eam venissent Romani fasces, eorumq; prætexta: quod apud Proclū  
grammaticum se legisse testatur Pollio. nimirum qui virtutem & rerum discipli-  
nam admittit, vitiis liberatur. Sedenim Romani pace iam terra mariq; parta,  
molles Aegyptiorum delitias suscepere: illi, delitii amotis, pristinam Romano-  
rum virtutem industriamq; sibi mox vendicauere. Sed alio loco de fascibus di-  
cendum erit. Quod verò facit ad rem, Adamantius ad dictum illud de Iosippo,

**C** Et totius Aegypti principatum obtinet, ita philosophatur: Libidinem quippe  
calcauit, nequitiam evitauit, omnesq; corporis voluptates edomuit atq; fræna-  
uit. Hoc enim est totum Aegypti principatum gerere. Vide verò Chrysostomū  
oratione quam habuit in vigilia Epiphaniæ, de Aegypto multa in hanc senten-  
tiam differentem.

## R A T I O E T C V P I D I T A S.

**E** St tale aliquid apud Platonem, Phædro, qui rationem atq; cupiditatem per  
dexterum & sinistrum bigarum equos intelligendum proponit, improbiq;  
ac impuri ora lupatis frangenda ad crux vscq; illisum præcipit:

*Donec humi sonipes temeraria crura superbus*

*Imprimat, & tellus clunibus ita tremat,*

*Mox facili des lora manu, pariterq; feratur*

*Obsequio parens manus vterq; tuo.*

**S V P E R B I A.      P E R T I N A C I A.**

**C E S P I T A T I O.      I N S O L E N T I A.**

**N** Am & in Mosaico illo quadrupede vitia quatuor deprehendit Philo, quæ  
vnā cum sessore in mare proiicienda deperdendaq; sint. Elatum in primis

# Pierii Val. Equus.

pedem illum, quem superbiam illi vocauere: quam pes alter comitatur, qui secū D  
trahit velocem ad vitæ perniciem procliuitatem, in quam frequēter admodum  
cespitat, cernuusq; canterij more in fossam lapsabundus corruit. Ex posticis pes  
alter malæ perseverantiæ subsequentem pertinaciam ostendit, alter perperam  
factorum exultationem: quæ omnia effrænum & exultantem Platonis equum  
mira similitudine describunt. Iocose verò Teius Anacreon cùm muliebrem fa-  
stum, arroganterq; animum incesseret, puellam quandam equino comparauit  
pullo, in quem nemo adhuc inscendisset, atq; ita assultim nullo cohibita fræno  
temerè vagaretur: cuius sententiæ versus hi superfuere:

Πῶλε Θρηικόν πή δή με  
Λοξὸν ὅμμαστις λέπτον  
Νηλέως φθύγεις; θοκάει δὲ  
Μηδὼν ἐδάκανε Θρόνον. οὐθὶ  
Τοῦ ικαλέσε μὲν αὖ τοι ἦν χαλινόν  
Ἐμβάλλομι, λώιασ δὲ ἔχων

Σπέρφοιμ ἀμφὶ πόρματα δέσμυς.  
Νωῦ δὲ λεμένασ πε βόσκωσ,  
Κέφατ τί σκιετ ὄντα παιζεις.  
Διεῖὸν γαρ ἵστασπείρισ  
Οὐχ ἔξεις ἐπεμβάτω.

Quos quidem vtcunq; potui, candore haudquaquam pari Latinos feci:

Pulle Thraicia ecquid, ô, me	Actæ in ambitum, atq; finem.
Torue luminibus petitum	At tu amæna prata pascis,
Impiè fugis? videris.	Mallo sed lasciuienti
Nil quidem sapere: at perita	Non erit magister vsquam
Pulch'è eris tibi si lupatos	Sessor, insultare qui te
Illigauero, moxq; habenas	In modum probe instruat.
Sumpfero, atq; circumuertero	

Ad hoc facit lepidissima Ode illa Horatiana de indomita vitula:

Nondum subacta ferre iugum valet	
Ceruice, nondum munia comparis	
Aequare, nec tauri ruentis	
In venerem tolerare pondus:	
Circa virentes est animus tūæ	
Campos iuuencæ, nunc fluijis grauem	
Solantis æstum, nunc in vdo	
Ludere cum vitulis salicto	
Prægestientis.      Et altera, vbi hæc sunt super equa:	
Quæ velut latis equa trima campis	
Ludit exultim, metuitq; tangi	
Nuptiarum expers & adhuc proteruo	Cruda marito.

Quòd vcrò Anacreon mulierem equini pulli cognomine vocitarit, facit idem Nicander, metaphoram eandem scitè prosecutus, vbi de iis agit, quæ contra venenum vtilia sunt: puellare quippe lac adhiberi commodum. Is enim lac pulli, pro lac puellare, Anacreontio vocabulo posuit, eo versu:

Θηλυτόρης πώλειο χέωσθω δωδεκάλο πε νύμφαις.

quod castigatius in manuscriptis codicibus νύμφαι legitur. Fceminæi quippe pulli lac, & si fieri possit, virginis, viridissimo scilicet ætatis flore vigentis, balsamo (vt vulgata obiter corrigantur exemplaria, in quibus βλαστόμοι scriptum est) instillandum monuit. Hic interpres nō de equini pulli lacte dictum volunt, sed de muliebri, quod Erasistrati autoritate confirmant, dicentis ἡ θεοποιητική πόλις θεατρίου, vtile esse lac muliebre.

Mere-

E

F

## MERETRICIA PROCACITAS.

**A**D Iomedis verò filiæ ( illius inquam Thracij Regis insanissimi ) libidinis furore famosissimæ, equis, quæ aduentantes deuorarent, cōparantur à Poëtis. Vnde ortum prouerbium tradunt autores Græci, διορθείται ανθυμη. Atq; ita interpres Aristophanis ἐπεκληπταζόσις interpretatur : quanquā Eustathius hospites à patre solitos interimi, & equis in pabulum apponi tradit, fabulam scilicet secutus, quam à Poëtis fictam vno omnium consensu repererat. Quò verò hæc eo accipi intellectu debere, quē ex clarissimis autoribus excerptissimus, vnicuiq; magis constet, à peritis usurpatū inuenias hippobinon appellari hominem, qui sit libidini venereisq; negotiis intemperanter deditus: quod nomen ab equi natura deductum, ignorat nemo. Adde quòd hippopornon ad extremam dicimus cōtumeliam, cùm supremam cuiuspiam nequitiam, & immoderatam lasciuiam exprobramus. In Diuinis quoq; literis dictum in hanc sententiam, insanentes quosdam factos in fœminas, quòd vnuſquisq; super vxorem proximi sui hinniebat. Equinam vates ille dedit homini vocem, vt equinam in eo petulantiam arqueret. Non enim est omnis homo, homo, diceret Adamantius, sed ea quis nequitia præditus homo cquis est: vt homo in honore positus, nulla tamē prædictus sapientia, homo iumentū est: iumentis enim insipientibus is perquam similis habetur. Et generatio viperarum, de qua Dominus, homouipera appellari potest. Necq; aliud quippiā hieroglyphicè per duplē centauri formā intelligi vult Maximus Tyrius, quam voluptatis vinculum. Quotiescunq; enim accidit, vt feminæ partes tyrannidem in nobis occupent, ardorq; cupiditatis nobilitatem animi corripiat, opprimat, seruitioq; addicat suo, propter turpitudinum obsequia homo in belluam vertitur. Ridiculè vero faceteq; admodum Aristophanes, Xenophantis, rusticorū morum hominem, & furibundum à Nebulis sub Centauri specie repræsentari dicit. Ipsumq; Chironis nomen ex ea significatione, quod & deteriorē significat, ioco ansam dedit, cùm Centauros duos inter se pugnantes in tabula pessimè pictos Diogenes conspexisset: interrogauit enim, vter eorum Chiron esset, visus de nomine querere, cùm sensu vter peior esset intelligeret. Et quoniā in Diuinis literis, qui turpibus & immundis officiis detinentur, C iumenta sunt, pecoraq; prona & ventri obediētia, fornicatores Hierosolymitanus Hesychius admissarios equos vocat hieroglyphico admodū proprio. Idem Psal. XXXI. Nolite fieri sicut equus & mulus : quod ita exponunt interpretes, Nolite amore mulierū furere, sicut infrænes equi. Notum enim est, eos suam ad voluptates intemperatiā hinnitu subinde prodere, vtpote qui omnino quid bonum, quid malum, quid honestum, quid turpe sit prorsus ignorat. Sedenim meretriciam hanc petulantiam à tam multis per equinæ imaginis hieroglyphicum indicatam, nemo Virgilio melius & plenius expressit, vbi Georg. ita canit:

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,  
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
Potniades malis membra absumpserit quadrigæ:  
Illas dicit amor trans Gargara, transq; sonantem  
Ascanium, superant montes, & flumina tranant,  
Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,  
Vere magis, quia Vere calor redit ossibus, illæ  
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,  
Exceptantq; leues auras, & sape sine ullis

# Pierii Val. Equus.

Coniugiis vento granidae, mirabile dictu,  
Saxa per & scopulos, & depressas conualles  
Diffugunt, non Eure tuos, non solis ad ortus  
In Boream, Corumq; aut unde nigerrimus Auster  
Nascitur, & pluuiio contristat sidere cælum.  
Hic demum hippomanes, vero quod nomine dicunt  
Pastores, lendum destillat ab inguine virus  
Hippomanes, quod saepe malæ legere noueræ,  
At scueruntq; herbas, & non innoxia verba.

D

Sed neq; minor est equorum furor, qui zelotypia etiam ita laborant, vt riuales acerrimè castigent. Visum enim aiunt in Syria, vbi sylvestriū equarum armenta vulgo pascuntur, præire ducem, qui, si iunior aliquis libidinis causa equam inscenderit eam initurus, ita indignetur, vt cū nulla interiecta mora persecutatur, donec comprehensum verendis mordicūs priuet. In hoc autem animalium generē fœminæ maribus cōtinentiores sunt. Absyrtus enim ait equam vbi se concepisse nouit, marem vterius nō admittere. Necq; verò loco hoc prætereundū, quod & ad hippomanis vim, & ad immodicam equorū impotentia, & subitam in venerē concitationē pertinet, venenū illud, quod saepe malæ, vt dicebamus, legere noueræ, à furore, in quem agit equos, appellatū, tanti esse roboris & efficiaciae, vt cùm Phormis quidam Mænalius equos duos à Dionysio Argiuo fabrefactos in Olympia dicasset, abdito in eorum altero, vt Elci arbitrabantur, eo viru, vt alij, in liquatum metallum immixto, cōstiterit allectos ita esse equos ad initum sui, vt non nisi flagellis amoueri potuerint. Historiam ponit Pausanias. Varia autem est antiquorū super hippomane viru sententia. Nam Theocritus Hesiodum secutus, plantam esse videtur existimasse, qui φαρυκεύτεια dicat:

Ιωνος ρητορος φυτην δει προ αριστ. Λογ. δ' επ πάσου  
Και πάλαι μοιένονται οι θρηνοι, και ιδαι ιωνοι.

idq; periti, diligentesq; agnoscunt viri. Alij Theocrito pertinaciter aduersantur, neq; plantam esse hippomanes, neq; tale aliquid in Arcadia nasci asseuerantes; idq; vnum verissimum autumant, quod de caruncula fici instar in pulli fronte recens editi inhærente traditum est à Theophrasto. Agnoscit tamē & Cratidas plantam, eamq; fructum habere fici sylvestris instar, folium verò fuscum docet, quemadmodū papauer: quin & spinosum esse, idq; beneficiis amatoriis immixtum mirificè pollere: hinc nonnulli φυτό illud Theocritianum pro φύμα, hoc est, tuberculum, fronti quippe huiusmodi pulli adnatum, interpretantur. Nam & Archilochus φυτό pro φύμα posuit, atq; ita facile de caruncula posse intelligi. Sedenim quod Theocritus ait id apud Arcadas inueniri, nimirum ad plantam referri debet: non enim dicendū, pullos in Arcadia tantum editos, hippomanes in fronte gestare, quod omnibus ferè accidit vbicunque locorū genitis. De plantis verò verissimum est, alias alio loco nasci, vel pollere magis hoc quam illo loco prouenientes: sed ambiguitas hæc omnis ex locutionis huius quæ est hippomanes, æquiuoco orta est, cùm tria sint vocis huius significata: vnum virus illud, quod equa in libidinem concitata emittere soleat è natura: de quo Maro,

Lendum destillat ab inguine virus. idq; tantus autor, in re seria vero dici nomine hippomanes autumat. Dixerat & Tibullus:

Et quod, vbi indomit is gregibus Venus afflat amores,  
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.

Mani

A Manifestum enim est ex horum descriptione, hippomanes h̄ic neq; pro planta, neq; pro caruncula poni. In Arcadia autem esse plantam, etiam furoribus amatoriis damnatam, cur inficiari possit quispam, non video, antiquis tot autoribus rem ipsam agnoscētibus. Inueniri demum carunculam, instar caricæ, in fronte pulli applicitam, quam mater nisi mordicus decerpserit deuoraueritq;, ab amore curaç; educandi filij ab alienetur, Theophrasto, Plinio, & aliis id tridentibus. Qua de re idem Maro:

*Queritur e& nascentis equi de fronte reuulsus  
Et matri præceptus amor,*

Causam nullam video cur quispam aduersetur. Neque audiendi sunt qui nihil aliud hippomanes apud Maronem & Theocritum, addam & Tibullum, significare contendunt scholiis in Dioscoridem, nisi furorē grandem, vt eorum verbis vtar, & vbiq; adiectui nominis modo ponit, cūm iam vocem eā triū esse rerum, quæ quidem & cerni, & manibus attractari possunt, vocabulū substantiū verum indicauerimus. Necq; tamen negamus, locutionem plerisq;

B nominibus applicatam, magnitudinem proceritatemq; significare, vt hippolelinon, hippomarathrū, et multa huiusmodi, quæ superfluum est enumerare: sed hæc non sunt tanti, vt negare possint hippomanes veram esse in Arcadia plantam, cuius figuram neq; non vim amatoriis beneficiis peculiarē, Crateuas apud Theocritum descripsérunt: neq; carunculam auferant, quæ sit omnibus manifesta: neq; destillationem amoueant, quæ Tibulli, Virgilij, Probi, Aristotelis de nīq; ipsius autoritate continetur: in eandem enim furoris efficaciam conueniūt virus illud, planta Arcadica, & sicutneus ille tuber à maleficiis propinata. Hæc fortè nos morosius prosecuti sumus, quām suscepit operis ratio postulasset: sed grauissimo viro, ætate nostra præstanti, qui tria hæc de rerum natura tollere co natur, respondendum fuit, si Veneri Poëtæ nostri, si Romani, si Siculi dignitatem in suo cuiuscq; genere summorum tueri concedatur.

P R O F A N V S.

S Anè quidem Ægyptij sacerdotes animal hoc alioqui tam generosum, tam vtile, tam domesticum, repudiauerent, ac per hieroglyphicum eius profanum intelligi decreuere: cuius rei causam eam fuisse suspicor, quæ maiores etiam nostrōs in Italia ab eo abstinere tam religiosē iussērunt, vt à sacrorum flamine minime tangeretur, propterea quòd damnatum inter venena fel habere proditū est. Alij rem simplicius interpretantes, dicunt inde factū, ne si longius digrederentur, fraus interdum ex negligentia fieret sacris. Ea enim de causa sacerdotum etiam nostrorū familiis data ocia, ne profanis occupationibus, aut curis distraherentur, sed in precibus tantum Deo allegandis occupati essent, & laudes illi septies in die dicerent. Perseuerarit autem in nostra vsc tempora, vt primores Antistites equo per urbem vehi, solennibus præsertim diebus, contra morem & decorum haberetur, præterquām uno maximè omnium festo die, quo nūus Pontifex Maximus ad Lateranum deducitur: tunc enim in albis equis omnes Præfules conuehi moris est.

A V T O R I T A S.

C Vmīq; apud Romanos veteres Dictatoria dignitas admodū sacrosancta esset, vetusta quadam lege nefas Dictatori erat equitare. Causas alias atq; alias memorat Plutarchus, vita Fabij: siue quòd maiores vires pedestribus inesse copiis arbitrarent, proptereaç; oportere Imperatorē in phalange perma-

## Pierii Val. Equus.

nere, neque locum deserere: siue quòd eius principatus autoritas & magna es-  
set, et quodammodo tyrannica in reliquarum omnium rerum administratione,  
voluerint tamen in hoc Dictatorem inferiorem populo videri. Fabio tamen  
Maximo Dictatori designato, post cladem ad Thrasymenum acceptā, primū  
equus concessus in tanto rerum discrimine, quòd principatus magnitudo ac mo-  
les ostenderetur, maiorisq; apud omnes autoritatis haberetur. Est enim equus  
animal omnino superbum, & equitare magnificentum habet. Vnde Aristippus  
apud Horatium, cùm Diogenis vilitatem argueret, splendidius multò esse di-  
cit, equus ut me portet, alat Rex. Id verò Diogenes, ac pleriq; aliij, philosopho  
minus dignum arbitrabantur. Quare Plato cùm in equum aliquando conscen-  
disset, statim desiliit ad terram, se vereri dicens μή ἵπποτν φίλη ληφθῆ, ne equino quo-  
piam fastu contaminaretur.

### FABII CONTATORIS VIRTUTES.

**S**ed ut ad imagines nostras reuertamur: in lapillo Onyce argumentū multi-  
plex vidi artificiose admodum scalptum. Equino enim capite est, humana fa-  
cie in pectus barbata, gruinis pedibus, cauda gallinacei: literæ sunt, F A B. Ex E  
quo quidem figmento virtutes eas facile coniectes, quibus Fabius Contator  
insignis fuit. Nam principatum in bello ex equino capite, prudentiam ex huma-  
no pectore barbato, prouidentiam & contationem, atque etiā speculationem  
ex pedibus gruinis, victoriā ex pulli gallinacei cauda interpretamur: quorum  
omnium causæ in suis quæcq; Commentariis sunt explicatae.

### ANIMI DE SPONSI O.

**N**Eç fortè ingratum fuerit hieroglyphicū, quo desperatio, aut rei quā quis-  
piam aggressus fuerit, inauspicatus ingressus significetur, vbi quis equum  
cespitantē, aut prioribus prolapsum pedibus adpingeret, cùm ipsa præsertim  
res & prouerbio & auguriis veterum confirmetur. Nam quod ad prouerbium  
attinet, quod fertur: Rideo, inquit Galba, canterie, Sisinnius Capito ita inter-  
pretatur, qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Nā cùm Sulpicius Galba in prouinciā exiens, ad portam ipsam canterium suū animaduertis-  
set cecidisse: Rideo, inquit, canterie te iam lapsum esse, cùm tam longū iter itu-  
rus, vix id sis ingressus. Ex ostentis verò vnū sufficiat cōmemorasse, quod Fla- F  
minio Cōsuli feroci viro Arretij fertur obtigisse, cùm is indignè ferens per me-  
diā iam Italiā vagari P̄cenū, atq; obſtente nullo cædibus & incendiis omnia  
vastantē, ad ipsa Romana mœnia oppugnanda proficisci, signa ocyus conuelli  
iussisset, cùm primū in equū insiliit, equus repente corruit, Consulem'q; la-  
psum super caput effudit: inauspicati nimirū incepti signū, quo paulo pōst ipse  
cum exercitu concidit, scđissima ad Thrasymenum clade superatus.

### DIFFICULTAS.

**N**Eç indecenter inter picturas huiusmodi referetur, equus in fossam prola-  
psus, aut in voragine aliquam demersus, vbi luti tenacitate pertinacissimè  
detineatur, neque sese valeat expedire, si negotij alicuius difficultatem, aut in-  
commodum exprimere voluerimus: quippe quòd plurimū ita est canteriorū  
natura, quos oneribus cōportandis addicimus, vt si aliquā in voraginem deci-  
derint, tam ob onus quo grauantur, quàm ob liuidæ paludis ecenū, in quo re-  
cumbant, supra modū implicitur, vnde ægrè attolli queant. Hinc illud apud  
Liuū a lubellio Taurea Campano obiectū, Minimè sis canterius in fossa, cùm  
longo certamine cū Claudio Asellio Ro. delassatus se subducere meditaretur:  
cuius

A cuius rei nō apparente ratione, ad dolos conuersus hosti suasit, vt equo dimisso in cauam viam descenderet, vbi secum pedes congressurus esset. Quod cūm Romanus intrepide, nulla interposita cunctatione, fecisset, Taurea eo iactato dicerio, admisso statim equo profugit: quasi dicere voluerit, nolle se eō demittere, vnde difficillima futura esset emersio.

## C E R E S.

**S**ed vt nihil quod ad equi imaginem faciat, quantū industria consequi possūmus, omittamus: fuisse legimus apud Phigalenses simulachrum Cereris in antro consecratum, habitu sedentis in petra, equinis capite comaqz, cæterā muliebri simile, adnexis draconum & ferarum pluriū imaginibus, quæ circa caput illudebant, palla nigra ad talos demissa, in cuius manu vna delphinus, in altera columba sustineretur. Sedenim quamuis huiusmodi simulachrū Cereris non nulli fuisse dicant, ego tamē Veneris potius crediderim: nisi dicamus pabulum & opulentiam, quæ per Cererem significatur, incitamentū esse ad illecebras & petulantiam. Equinum enim caput non esse ab lasciuia alienū, ex iis quæ paulo B antè diximus, manifestum est. Draconū spiras amatorios nodos, voluptariasqz implicationes significare, Serpente super indicat commentarium. Delphinum amoris simulachrū esse, tam ex historia, quām ex tot Veneris signis, quibus id genus piscis admouetur, alibi comprobauimus. Columbam deniqz referre Venerem, suo capite disputatum est. Acquiescendum tamen Pausaniæ, Cererem eam esse dicenti. Sedenim, vt in Sue differuimus, eandem esse Cererem & Venerem Ptolemæi Assertoris tempore declaratum est. Cæterum potest huiusmodi picturæ species ipsius etiam rerum naturæ hieroglyphicum esse: Equinum quippe caput ob insitam animali pernicitatem innuere velocissimos cœlestium orbium motus: Columbam tractus aërios, vt suo loco dictum: Mare Delphinum, vt in numis passim: Anguium inuolucra sinuosos omnium toto terrarum orbe lapsus, de quibus apud Platonem Socrates, vt in Serpente testatum fecimus. Feræ reliquæ vitas animantium omnes ostendere videntur. Saxum terræ firmam & stabilem sedem sua se soliditate continentem. Antrum denique ac nigram pallam ea plurima, quæ de rerum causis & originibus minus adhuc comperta delitescunt, vt in simulachris Isidis caput pedesqz ex nigro lapide, de qua dictum alibi.

## Q V I B V S D I I S E Q V I S A C R I.

**Q**uod verò Marti primum omnium sacer equus esset, ex eo constat, quod Decembr. Idibus, illi equus, qui à dextra victor fuisset, immolabatur. Dextera enim masculina censeri diximus in Tauro: & mares animos Marti passim videmus attributos: de quo latius in pudendi virilis interpretatione, neque non in Scarabeo. Sacrificij verò huius causam nonnulli putant, vt Martem hostia, quæ illi plurimum esset accepta conciliarent. Nam & Pausanias ait, Tyndarum raptæ filiæ iniurias vlturum, cum Menelao marito procis aliis in locum vnum conuocatis, immolato prius equo, vt bellum aduersus Troianos susciperent, iuramento adegitse. Necqz desunt qui sacrū quod Decemb. Idib. fieri solitum dicebamus, Octobri mense factum autument, eaqz de causa equū eum Octobrem itidem appellatum: fuisseqz non leuem Romæ de capite eius contentionē inter Suburranenses & Sacrauienses, vt id scilicet ī Regiæ pariete, illi ad Turrem Maniliam affigerent. Vt cunqz verò, equus panibus caput redimitum habens, Octobribus Idibus pro frugibus in campo Martio mactabatur.

# Pierii Val. Equus.

Ideo verò equum potius quàm bouem immolabant, quia equus animal bello Dicatum, ad frugum potius perniciem, quàm auctum, spectare videbatur. Bos verò ad frugum prouentum & commoditatem natus. Quin etiam autores sunt, equos à Romanis non ideo mactari solitos, vt Martem sibi conciliarent, sed vt supplicium ex eo sumerent, per quem constat Troiam fuisse captam, unde se oriundos illi profitebantur. Sedenim perfrigida & iejuna admodum calunia hæc mihi videtur in Romanum nomen, vt populus tot virtutibus insignis, immeritum animal quotannis ita multarent: quiç grauissimas iniurias hostibus sæpe condonare soliti essent, vni huic immortali in equos odio tam pertinaciter inhærerent. Lacedæmonij verò, vt Festus asserit, equū ventis in monte Taygeto soliti sunt immolare, eundemq; ibidem adolere, vt cīnis ventorum flatu per fines quamlatissimè dispargeretur. Cæterū Pausanias Soli equum in eo monte tradit à Lacedæmoniis mactari solitum Persarum more. Hinc Curioni Xenophon equum donat, quem Soli sacrificet, cùm eam apud Persas esse Solis victimam non ignoraret. Idem autor est apud Sauromatas equos ad sacra, & ad cibos ali: vnde apud Epigrammatarium nostrum.

E

Venit ab epoto Sarmata pastus equo.

Sarmatas enim Romani dicunt, quos Græci Sauromatas, vt Plinius quarto. Apud Stephanum diuersi populi, quāvis vtraque gens Scythica. Apud Salentinos loui dicatus equus viuus in ignem coniiciebatur: perinde ac Rhodij quotannis quadrigas Soli consecratae in mare iaciebant, quòd vulgatū est eum tali vehiculo circumuehi mundum. Vt etiam in Illyrico, ea de causa quòd Tridentis iectu terra equū excierit, quatuor equos nono quoque anno marinis fluctibus habendos iaciebant. Apud Philostratū, Heroicis, legas pullum equinū coloris albi, & freni sessorisq; adhuc ignarum, Soli sacrificandum pro victoria sequenda, idq; suasu Palamedis perterrefactis aliquando Græcis, quòd Solis deliquium dum circūsident Troiam inspexissent. Has quasdam veluti phaleras equo libuit addere, quas sumptu nostro comparatas si quis approbaret, iis vteretur: qui verò ornatum alium expetuerit, vel ex aliis querat, vel impensa sibi comparet sua.

F

## PIERIVS VALERIANVS AD FLORIVM MARESIVM BELLVNENSEM, DE IIS quæ per canem significantur ex sacrī Ægyptiorum literis.



Ui verò potius Canem meum sacrī quidem Aegyptiorum adytis educatum, sed mea huc adiectum diligentia, dono dare debueram, quàm tibi, mi Flori iucundiſime? Quotiescunque enim ea considerabam, quæ sapientissimi illi viri per Canis hieroglyphica significari tradiderunt, dum diuinæ mentis interpretarem, dum sacerdotem, dum tutelares Deos eo posito subinnuebant, dum grati animi signum, dum memoriae & amicitiae simulachrum, dum vatem, dum philosophum, ac ipsum literarum autorem Mercurium, fidem, obsequium, & pleraque alia per idem animal intelligebant, toties mihi tui, qui alumnus meus es, species offerebatur: cuius studium in disciplinis, integerrimos mores, insignem pietatem, liberrimi benevolentissimiq; animali can-

**A** mi candorem & sinceritatem, tam longa multorum annorum experientia perspexisse. Sed parum existimabant hac me cogitationis hilaritate perfusum, nisi rem ipsam scriptis etiam mandare studuisse, atque ita longe affluentiori voluptate commemorando perfunderer. Hunc igitur ex omnium animantium grege delectum tibi dedicavi, non ut quæ Canis fuerint significata, docere te mihi consilium esset: sed ut sèpius inter scribendum relegendumq; obueniret, vnde ego bonitatis tuæ frequentius memor, hac ipsa diuturnius iucunditate perfruerer. Reliquum est, ut ex benevolentissimo eius ingenio meam erga te benevolentiam contemplere, perinde ac commendabiles ego mores tuos præclaris, quæ Cani attribuuntur, dotibus æquiparare soleo: quippe qui existimem, speremq; velut ille ad Heroum, deorumq; simulachra contemplanda natura ipsa promptissimus inuenitur, tu quoq;, quod non ignauiter facis, Canem vitæ quoddam exemplar tibi sis propositurus. Verùm agè iam ex ipso commentario Canis ipsius ingenium exploremus.



**B** N P R I M I S autem rerum diuina-  
rum professorem per canis effigiem  
interpretabant, propterea quòd cum,  
qui sacras literas professurus sit, id o-  
mnium plurimùm meditari oportet,  
vt canis instar assiduè latret: hominum vitia nunquā  
incessere desistat, animum ferum gerat, nullius pro-  
fani gratiam ineat, quod et canes faciunt in eos, quos  
herilis non esse familiæ, vel visu, vel olfactu depre-  
henderint. Tales apud Hebreos habentur Elias, Hic-  
remias, Ezechiel, Osce, ac plerique alij. Talis apud Græcos cum primis Dio-  
genes, cui nomen à cane vulgo etiam dictatum, & ab eo Cynica familia per-  
petua vitæ austeritate celebris. Cui quidem haud multum absimilis altera  
per omnem penè orbem in nostram usque diem propagata: quanquam ea san-  
ctioribus apud nos institutis, & verioris disciplinæ professione, laudabilioré  
que profanæ cuiusque rei contemptu, sub eodem duplice panno, & perpetua  
pedum nuditate conspicua. Non defuerunt enim unoquoq; tempore, qui lu-  
**C**xum & delicias aspernarentur, paruoq; & minimo contenti, cùm vitam ipsi à  
vitiis liberam profitarentur impuros omnes reprehensionibus arguerent, casti-  
garentq;. Atq; huc deniq; progredi debet sacerdos optimus, vt dum nullum fla-  
gitiosum hominem verbis incastigatum præterit, vel ipsam impudentiæ no-  
tam minimè pertimescat.

SACRARVM LITERA-  
rum professor.



#### P R O P H E T A.

**S**Anè propter increpandi libertatem Prophetam ad similauiimus cani, eiq; la-  
tranti. Huius significati ratio alia apud Horum est, quia scilicet præter reli-  
quoru animalium morem simulachris Deorum custodiendis canes apponun-  
tur, eaq; ipsi identidem intuendo videntur admirari, nō secus ac propheta me-  
ditationi deditus, omnem cogitationis suæ conatum dirigit in Deum. Sanè fa-  
norum antistites, sacrorumq; & oraculorum interpretes, Liuius Adastro, Pro-  
phetas vocat, de quibus ita:

Cum capita viridi lauro velari imperant  
Prophetæ, sancta ita castæ qui purant sacra.

Animaduertendum est autem, omnem canis usum aut à latratu, aut à dentibus

# Pierii Val. Canis.

expeti. Ac de mordacitate quidem satis. Quod verò ad latratum facit. nō igno- D  
remus esse os interpres eorum, quæ mens in penetralibus meditatur; sanè Pro-  
pheta vates itidē est, perq; os ipsa mēs ex imis arcanisq; adytis oracula sua pro-  
mulgat: frater enim mentis est os, mens verò verborum fons: atq; ita per os ex-  
cogitata omnia veluti fluenta de fonte profluūt. Sedenim quia parum esset alio  
rum vitia damnare, deterrire, dilacerare, nisi ad rectā viuendi rationem omnia  
conuerterentur, ad ipsius inquam diuinitatis contemplationem dirigerentur,  
cùm Aegyptij sacerdotes animaduertissent canem, vt ex fragmentis Hori dice-  
bamus, præter aliorum animantium morem, ad simulachra Deorum aspectare,  
firmoq; ea lumine contueri, quasi Propheta idem factitare soleat meditationi  
tantūm deditus, vnde per arcana Dei penetralia referentur, atq; is hinc futuro-  
rum scientiam aucupetur, hieroglyphicum huiusmodi congruenter admodum  
excogitarunt, qui artē hanc diuinandi, teste Tullio, putātur longinquitate tem-  
porum innumerabilibus penē seculis cōsecuti: & ab his acceptum crediderim,  
quod Thrasybulo cuidam inter Iamidas, ita ab Iamo, cuius meminit Pindarus,  
appellatos, celeberrimo, statua est in Olympia posita, per cuius humerum de- E  
xtrum mustela obreperet, & disiectus canis exerto iecinore iuxta iaceret. Quod  
vaticinij signum interpretor, cùm nonnulli tradant Thrasybulum à cane vatici-  
nium excogitasse. Nam & mustelæ cor linguae ieunæ suppositum, fatidicam  
mentem excitare ferunt Magi. Pausanias tamen incompertum sibi esse profite-  
tur, quis primus è cane vaticinia desumpserit, tametsi Thrasybulum scripsit so-  
lum hoc aruspiciæ genere vsum, eiusq; rei coniecturam ex statua, quam in O-  
lympia illi positam cōmemorauimus, desumi. Vt verò ad Prophetam reuerta-  
mur, Gregorius Pont. cùm professores legū sacerdotes appellari dicat, eosdem  
ait & prophetas nonnunquam appellari consuetum esse, quòd talem animū  
gerere debent, qualem superius in Cane descripsimus: id quod à plerisque mi-  
nimè præstari idem his verbis lamentatur: Sæpe nanc; rectores improuidi hu-  
manam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescant, & iu-  
xta veritatis vocem, nequaquam gregis custodiæ pastorum studio, sed merce-  
nariorum vice deseruiunt, quia lupo veniente fugiunt, dum se sub silentio ab-  
scondunt. Hos itaque per Prophetam Dominus increpat Esaiam, canes mutos  
eos appellans, qui latrare nequeant. Ne verò quis in vates & sacerdotes calum- F  
niæ ansam ex eo capiat, quod D. Paulus ait, Cauete canes, cauete malos opera-  
rios, Ambrosius de marinis eo loco intelligendum ait, quorum omnino mu-  
nus tantūm est, vt reliquum animantium genus deprædentur. Sed quām hor-  
renda sunt quæ ad Esaiæ increpationem addidit Ezechiel: Fili hominis specu-  
latorem dedi te domui Israël, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis  
ex me: Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; lo-  
cutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse in impietate sua morie-  
tur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Quod quidem eo periculo-  
sius est, ait Hesychius, quòd ignavia hæc pluribus est nocuēto: sacerdos enim  
negligens, aut ipse peccans, aut non vindicans in peccatoribus, illicit eos qui ru-  
des sunt, ad similia: ideoq; legislator, Leuitico, peccatum ipsius sacerdotis, pec-  
catum populi appellavit.

C V S T O D I A.

ID quod etiam ex Ambrosij sententia ad excubias pro salute dominorū refer-  
tur: debereq; nos, ait is, promptuarium tenere verbum, ne quasi mutæ canes  
commissam

**A** commissam nobis fidei custodiam, quodam præuaricationis silentio deseruisse videamus. Hoc eodem significato theologi accipiūt illud ex L X V I I I . Psalmus: Lingua canum tuorum hostium intinguetur sanguine: vbi per canes, Christi ædium sacrarū antistites interpretantur: hi siquidē parandi sunt in aduersarios, qui gregibus insidias meditantur, vt oues ab omni hostium iniuria tutæ custodiuntur. Quam propemodum sententiam secutus Plato libro de Repub. II , vbi militem ciuitatis custodem informat: Naturam, ait, generosi adolescētis qui ad disciplinā huiusmodi educetur, nihil differre à generosi canis ingenio: vtrūq; ipsorum sagacem esse oportere, mansuetum erga suos, aduersus autem hostes immitem. Nam ea est generosi canis natura, vt erga familiares & notos sit mitissimus, aduersus verò alienos & ignotos ferociissimus, quos simulac viderit, ægrè ferre se indicat, etiam si nihil quicquam mali sit ab eis perpetratus: sufficereq; ad inimicitias satis habet, si qui recens venerit, non fuerit è domesticis. Non ab re igitur, qui D. Bernardi viri de pietate Christiana optimè meriti vitâ scribūt, matrem eius aiunt prægnantem imaginatam in somniis esse, catulum se candi-

**B**dum, dorso rutilum, & latrante in utero gestare: vnde illi à sapiente viro responsum, futuram eam optimi catuli matrem, qui diuinorum ædium custodiam susciperet, latratumq; assiduum contra profanos & impios exerceret. Hinc etiam canis comes, & viator angelum comitatur, quem Raphel in libro Prophetico non ociose sibi & Tobiæ filio adiungendum putauit.

**E** Ad ratione canes apud ethnicos Laribus præsidies fuisse dicunt, Deosq; ipsos Romani ideo caninis pellibus induerāt, quod sicuti canes mites mansuetiq; sunt in domesticos, in alienos verò feri, formidolosiq;: ita & Lares, quibus totius familiæ cura credita esset, haberentur. Proditū sanè memoriæ est, Iliados Mineruæ templum in Daulia fuisse, in quo canes alerentur, qui Græcis tantum aduentantibus se mites, mansuetos ac ludibundos offerrent: in barbaros verò feri, atroces ac indignabundi semper irruerent. Necque desunt ho-

**C** die barbarorum nationes aliquot, quæ canes hostium cadaveribus quoquo modo conquisitis alant, eosq; in prælia mox ducant, quibus in hostem immisis, scedissimæ interdum stragis spectaculo perfrauantur. Aesculapij simulachro, quod Epidauri fuit, à Thrasimede Pario Arignoti filio elaboratum, canis adsculptus assistebat, cum Deus in throno sedens dextera baculum teneret, laeuanum supra draconis caput porrigeret: cuius meminit Pausanias. Eius argumenti eam ait historiam fuisse, quod Aesculapius in solitudine Tithei montis expousitus ab auro Phlegya, cuius filiam Apollo clam compresserat, à capella alitus, & à cane custoditus fuerit.

## DII LARES.



## A R B I T E R G E N I V S' V E.

**S**Ed aliam Chrysippus rationem cur Lares caninis tergoribus vclarentur at-tulisse dicitur: quippe quod ipsi genios præferunt, qui custodie nostrę ideo tanquam arbitri sint delegati, vt improbè factorum dictorumq; pecnam à nobis exigant, sceleracq; & impietatem omnem vlciscantur, quotiens humanitate post-habita in brutorū vitam declinauerimus, quam ipsi genij, nō secus ac sagaciissimi canes, insequantur, & ad merita supplicia pertrahant. Hoc ipsum Censorinus, multis aliorum opinionibus allatis demum affirmat, esseq; genios ita assiduos

# Pierii Val. Canis.

nobis obseruatores appositos, vt ne puncto quidē temporis longius abscedāt. D  
Atq; hi sunt qui nos nōnunquam impellunt, s̄epe reuocant, prout nunc saluta-  
ria, nūc pernicioſa appetierimus. Sed nostræ pietatis autor, ne ab aliis hęc quæ-  
Matth. 18. ramus, Genios custodiæ nostræ appositos, & affirmauit, & Dei patris faciem  
eos quotidie contueri commonuit. Meritò itaq; Laribus (quando iidem & Ge-  
niū sunt, nos Angelos dicere maluimus) canis vtpote tutelare animal hierogly-  
phicè dedicabatur. Sed nō sine piaculo videor mihi præterire posse quod apud  
veteres scriptores legi, Vulcani templum apud A'tnam Siciliæ montem fuisse,  
cuius lucum incolarent canes, qui castè pieq; adeuntibus adblandirentur, im-  
puros verò pollutosq; rem quasi diuinitū preſagientes miserabiliter lacerarēt.

## V E S P I L L O.

**E**X his itaq; factum vt A'gyptij vespillonem, sacrorumq; tutelarem, æditu-  
mumq; libitinarium per canis effigiem indicarent, obseruato firmo illo im-  
mobiliq; obtutu, quo animal id ipsa Deorū ho-  
minumq; simulachra custodiæ suæ credita con-  
templaſ. Nam cùm apud A'gyptios cadauer-  
vitro condita, non adipe suillo, vt nonnulli sunt  
interpretando decepti, in longum tempus asser-  
uarentur, erantq; & libitinarij quibus curę erat  
ea custodire, eò spectare crediderim canē apud  
Maffæos Romæ, in pulcherrimi operis cippo POTS.  
humī iacentem, surrecto verò capite inscriptio-  
nem, quæ huiusmodi est, intuentem.

C. IVLIO VRBANO  
ET IVLIAE OPTA-  
TÆ CONTVBERNA-  
LI, ET C. IVLIO VR-  
BANO PE CVLIARI  
FILIO



## G R A T V S A N I M V S.

**N**Ecq; tamen ignoro esse aliquos, qui huiusmodi hieroglyphicum, quo scili-  
cet canis vel simulachrum aliquod vel conditum cadauer intueretur, ho-  
minem beneficij accepti memorem significare contendant. Canis porrò illos  
qui de ſe benemeriti fuerint nunquam obliuioni tradit, cuius rei paulo pōst mi-  
rifica quædam exempla subiiciemus.

## M E M O R I A.

**V**Nde & memoriae simulachrum Canis est, quæ scilicet circa præterita ver-  
fatur: & in prudentiæ tricipitio, id ſibi vult caninum caput, cùm Leoninū,  
intelligentiam, & preſentium considerationem: lupi verò caput prouidentiam,  
ac perinde futura indicet, quod alibi diffusius explicauimus. Socrates quoque  
tunc per canem iurat in Phædro, cùm illam Lysiae orationem memoriae tradi-  
diffe firmiter arbitratur.

## F I D E S.

C. Mamiliij numus. **I**N Phædone verò per canem iurat, cùm putat fidem & obsequium præstan-  
dum iis, qui rerum habenas in ciuitatibus moderantur. Sanè C. Mamiliij nu-  
mus est, qui limitibus metandis S. C. præfectus aliquandiu fuit, in quo canis ei  
videtur allatrare: eo quippe significato, vt fidem præstandam in primis admo-  
neatur is, qui negotio eiusmodi præficitur.

## A M I C I T I A.

**E**IUS verò fidei ratione habita, hieroglyphicū pro amicitia pleruncq; canis po-  
nitur, in qua quidem primū fides expetiſ ex Ciceronis & omniū sententia:  
mox animus, ſi vſu veniat, ad promerendum promptissimus. Mirifice verò spe-  
ctatur in canibus illa officiosa adeo dominorū adulatio. At hīc mihi temperare  
ne-

**A** nequeo, quin amoris & fidei exēpla quædā cōmemorem, quæ in ipsis canibus elucescere plerūq; cōperiuntur. Nā Leutricas puellas treis à Spartanis iuuenib; quibusdā constupratas, mox occisas, & in puteū deiectas indicio canis See- daso patri peregrè aduenienti, & latratu & cursitatione ad puteum fuisse prodi tas nunc dissimulabo, alia quædā maioris forsan admirationis repetiturus. Cō- follo enim intestinis bellis ciue Romano, aiunt nō potuisse quempiā caput eius abscondere, vsquequo canē qui dominū custodiebat, proq; eo ferociter pugna bat, ab instantibus interemptū summotūq; vidissent. Ambrosius refert, occiso Antiochiæ milite canem cadaueri comitē adstitisse, qui dum eiulatu m̄cēsto ra- pti domini desideriū diu testaretur, ingentem hominū coronā ad fidelitatis spe- etaculum contraxerit, donec eo inspecto qui cædem patrauerat, in eū insilierit, tamq; diu prehensum cōtinuerit, donec re patefacta percussor sit in supplicium raptus. Illud verò p̄cipua est admiratione dignū, quod ab Aeliano traditū est, Colophoniū quendam vñā cum seruo & cane, mercatum in Ioniam concessisse ad vrbem Theon: cūmq; seruus, qui pecunias ferebat, naturæ satisfacturus ali-

**B** quantulū à via deflexisset, loculo humi deposito immemorē abiisse: canē ad eius custodiā perstisſe, donec illi re infecta, quod pecuniæ nō aderant, rediissent, canemq; in eodem loco apud marsupium offendissent, qui quodd absq; potu, ci- boq; diu perseuerauerat, ita reddito deposito expirauerit. Sed quid illud quod apud Plutar̄chū de Pyrrho fertur: eum aliquando factum obuiam cani, qui ca- dauer herile custodiebat, vbi triduū absq; cibo permāserat: quod cūm Pyrrhus sepelire iussisset, canem sibi diligenter curandum imperauit: euenit vt haud ita multò p̄st Pyrrhus exercitum lustraret, assidebat regi canis, tacitusq; quiesce- bat, cūm interim interfectores heri nomina daturi præstō fuerunt: exiliit statim canis vbi eos adesse vidit, magnoq; hostes latratu incessens ad Pyrrhum iden- tidē respectabat, vt non illi solūm, verū omnibus qui aderant facti suspicionē concitarit ingentem. Correpti igitur illi, minimisq; quibusdā indiciis conqui- siti, scelus confessi sunt, atq; ita peccas iussi pēdere. Fuit & alter Pyrrhus ab rege illo, qui tantq; fidelitatis canem habuit, vt cūm mortuus, & in rogo positus esset, subsecutus itidē canis in pyram sese coniecerit, & concremari pertinacissimè vo- luerit. Fuit & Polo histrioni apud Gr̄cos celeberrimo canis, qui post impositū

**C** rogo dominum in easdem sponte se coniecerit flamas. & alius eodem quo sal- tator Theodorus sepulchro cōditus fuerat, catellus includi voluit. Iamq; et Eu- polidis Poëtæ comici canis Augeas nomine celebratur, qui mortuo sepultoq; domino p̄c m̄cerore & ipse cōtabuit, erepti domini desiderio tandem extinctus.

#### PHILOSOPHIA COMMUNICATA.

**H**ieroglyphicum & Cerberus argumentum habet: Gr̄corum enim nōnul- lin non incongruè forsan existimariūt, abstractum Herculis opera ex obscu- ris Erebi penetralibus tricipitem Cerberum, patefactā ab Heroë philosophiā, quæ prius in arcanis delitescebat, indicare. Ea verò vna ceruice contenta, tribus distinguit capitibus, quorū vnum Rationi, Naturæ alterum, tertium Moribus inferuit. Vnde preter edomita tot mōstra, Herculem ipsum ferūt sagittas in lu- nonem iaculatū, & Plutonē etiā telo, vt Homerus inquit, trifulco fauciasse. Phi- losophus enim vir, dum solerti indagine sublimia quęq; peruestigat, nactus ali- quid captu dignum, mente veluti pennato quodam vtitur telo, quo quicquid il- lud fuerit assequatur. Neque quidem locus vllus est, negq; abscessus tam remo- tus, tā abditus, tam inaccessus, quod non peruererit philosophia: terræ siquidem

# Pierii Val. Canis.

hęc penetralia perscrutatur, quod est Plutonem ipsum telo impetere, atq; etiam D  
ferire: hoc inquam est rerum naturā enancisci: tot in orbe terrarum monstra do-  
mitat, ferinos quippe mores componit, & ciuilibus, honestis et vtilibus legibus  
addicit. Mox vt de Poëta Flaccus etiam,

Pectus preceptis format amicis,  
Aperitatis & inuidiae corrector & irae.

Cœlum demum inscendit, & inde quicquid rationi obnoxium esse potest aucu-  
patur, cunctaque prospectat, & ad amissim omnia nū recta sint explorat. Hercu-  
lis ad hęc clauam, qua heros is fuerit in domitandis monstris usus, philosophia,   
monstra verò animi vitia significare interpretatur Floridis Apuleius. Atq; vt  
ad Cerberum reuertar, sunt qui rem simpliciter accipiunt, caninis eū capitibus  
effictum à Poëtis, propterea quod Tartareus is custos habeatur. Historiam ta-  
men Hecataeus Milesius super eo tradit, serpentem in Tænaro fuisse, quem ea  
de causa canem appellarint, quod morsu esset admodum lethifero, hominesq;  
quos icisset, statim interficeret, eumq; ab Hercule deductum ad Eurystheam. Sed  
hęc scriptorum semper fuit licentia, vt ex commodo quisq; suo fabulas confin-  
geret. Mihi autem magis arridet figmentum prius positum, qui tam præclaros  
viros, tam eruditę rem ipsam interpretari videam.

A N V B I S.

**A**Ddemus & Anubin Deum per canis effigiem ab eisdem Ägyptiis figura-  
tum, de quo veteres quidam historici prodidere, vnā eum cum Osiride gi-  
gantes ex Italia pepulisse. Canino verò capite fuisse eum, ex eo commentum,  
quod Isidis & Osiridis corpora custodierit, quod vti dictum superius, canibus  
est admodum peculiare, eaq; de causa canem galeis insculpi morem esse, quod  
in veterum numis complusculis obseruauit.

O R I Z O N.

**S**Edenim super Anubi Plutarchus longè eruditius rē perscrutatus, remotio-  
ra disciplinarū penetralia recludit, ac terminatorem in sphærā circulum per  
Anubin in fabulis, per canem inscriptione sacra & hieroglyphica significari tra-  
dit: quippe qui Nephthyn apud Ägyptios infe-  
rius hemisphæriū esse contendit: Isin verò supe-  
rius: lucidum hoc & diurnū, obscurum illud &  
nocturnum: vtriusq; verò participem Anubin,  
qui & interdiu & noctu visu pariter fruatur. Ean-  
dem enim vim apud Ägyptios Anubis habet,  
quā apud Græcos Hecate, cui supera & inferna  
dedicarunt. Nam cùm triceps effingeretur He-  
cate, unū omnino caput caninū, equinum alte-  
rum, humana verò figura tertiu adsculpebatur,  
quod tamen hispida & rusticana facie simula-  
bant: cuius picturæ hieroglyphicæ causam in Equo latius enarrauimus.

S A T V R N V S.

**S**Vnt qui per Anubin Saturnū interpretent, quod omnia ex se se pariat, atq;  
ita sit & luminis, & tenebrarū particeps: quia materia obscura est, forma ve-  
rò conspicua. Qui fabulas de iis, quæ rerū initio facta fuerint ab Oromaze me-  
morant, cœlo inquiunt & astris fabricatis custodem cum adhibitum, atq; hinc  
canis figmentum excogitatum.

Princeps



## P R I N C E P S.

**A**Præter ea quæ iam posita sunt de cane signifata, sacerdotes iidem Ägyptij si principem aut legislatorem significare vellent, canis hieroglyphicum cum diademate, siue fascia, vel amiculo faciebant, reliqua corporis facie nuda, propterea quòd velutileuisomna canum, vt cum Lucretio iocer, fido cū pectori corda in Deorum simulachris diligenter obseruandis detinentur. Sic etiā princeps qui iura sit datum



rus, Regem qui anteacto tempore claruerit nudum contemplari debet, quid'q; sibi velit ea fasciola, examinare: id quod omnium maximè Periclem Athenensem factitare solitum perhibent. Quotiescunq; enim is magistratū aliquem initbat, ipsa honoris delati insignia, & vnumquodq; gestamen pro concione alloquebatur, quid ea sibi vellent, qualem virum poscerent percontabatur, séque mox ad personam quam in duebat, strenuè decenterq; gerendā adhortabatur,

**B**tanta omnium admiratione, vt non immerito eum & tonitus, & fulgura ciere prædicarent, apesq; mel in os eius infantis congesisse faterentur. Quòd verò fascia regiū sit insigne, ostendimus cōmentario de Gestaminibus reliquis. At qui Ptoëmphanes populi ex Africæ parte Canis non effigiem, pro principe coluerunt, sed viuum ipsum pro rege sibi delegere, cuius motum obseruabant, ac ex eo quid faciendum, vbi standum, quò progrediendum, religiosissima quadam auguratione intelligebant.

## M I L E S.

**A**Bsq; fascia verò canis, copula tamen religatus, non incongruū est sacramenato addicti militis hieroglyphicum: copula scilicet obedientiæ iuramentum præ se fert: canis verò ipse militis officium, quod præcipuū est, intentum esse ducis imperio, siue iter arripiendum, siue pugna ineunda sit, siue vbi receptui cani cœptū ad signa redire: quæ quidem obsequia à canibus obseruari quotidie videmus. Quid verò illud, quòd si inter se canes rixentur, offeraturq; fera æquè illic inuisa, facta statim inter se pace vnanimiter in ferā conuertuntur: cuiusmodi decet milites esse, qui tamē inter se aliquando dissident, aduersus tamē com-

**C**munes hostes vnanimiter præliauantur: cuiusmodi exemplum in L. Syllæ legionibus habemus, quæ cùm pernicioſa seditione furerent, efferatis Imperator annūciari iussit hostem adesse, & ad arma vocantium clamorē tolli, atq; ita discussa seditio est, vniuersis aduersus hostes animū intendentibus. Et Scorilus, vel vt alij, Coci, vt alij, Cotio Dacarū Dux, cùm dissociatū bellis ciuilibus pop. Ro. intellexisset, neq; tamen fortunā tentandam arbitraretur, metu' ne externo bello pax inter ciues conciliaretur: hortantibus suis, & acriter depositibus occasionem arripiendam, duos ille canes in conspectu populariū cōmisit, iisq; acer- rimè inter se pugnantibus, mox lupū emisit, quē protinus canes omissa inter se ira vno statim animo aggressi sunt: eoq; exemplo Dux ipse continuit barbaros ne pugnā incæptarent, temerario impetu Romanis profuturo. At ea quoq; generositas animi requiritur in strenuo milite, ne is, vt super Änea Virgil. neque aueros dignet sternere morte, nec imbecilles prouocare bellatores, aut armatus inermes, aut vir fœminas, puerosue. Cōperta est hæc eadē in canibus animi magnitudo: velut in eis, quos Albaniæ rex Alexādro Macedoni dono misit: nā cùm ex duobus quos habebat vnu huic dedisset, exploraturus Alexander ani-

# Pierii Val. Canis.

malis vigorē, iussit vrsos, mox apros, & deinde das emitti; ille verò contem- D  
ptu immobilis iacebat. Sedenim Alexander segnitie tanti corporis offensus, eū  
interimi iussit: quod ubi Regi nunciatum, alterum misit, addito, ne in parvas  
belluas experiri vellet. Imperator itaq; leonem primò, moxq; elephantum in-  
duxit, quos canis statim stravit: cuius insignem pugnam Plinius accuratissimè  
descripsit XL. octauī libri capite.

## M E N A P I I.

**M**inimè mirum igitur quod in canone prouinciarum & militum, qui à Con-  
stantino usq; ad Theodosium, Honorium & inferiores plerosq; alios sub  
Imperatore Romano militabant, clypeus habebatur, in quo luteus canis in al-  
ba parma, cuius medium pelta rubra occupabat: hic verò canis infernè positus  
sub ipsa pelta pedibus sursum versis: erat is eius ordinis insigne, qui M E N A-  
P I I dicti sub magistro militum per Thracas stipendia faciebant.

## T E R T I O D E C I M A N I.

**C**anem eodem gestu inuersum in altero clypeo vidi, sed qui cærulei coloris  
E  
esset, parma identidem alba, cuius umbilicus aureus, quem ruber circulus  
ambibat, ab altero densioris luti cæruleo ipse quoq; circumscrip-  
tus: insigne hoc  
erat T E R T I O D E C I M A N O R V M, qui eiusdem militiae ordo fuit sub eodem  
magistro militum.

**E**rat & illud hieroglyphicum, quod Ägyptij sa-  
cerdotes obsequium, et ad domini iussa nutum-  
ue regressum significare si vellent, canem conuerso  
in dorsum capite pingebant. Nullum porro animal  
cane magis est dicto parens, quem abeuntem facilli-  
mo vociferatu reuoces, etiam si sit iamiam capturus  
prædam, increpitus intermittat, iussus insequi pro-  
uulet, eum denique quotiens erit libitum vltro ci-  
troq; verteris. Theologi nostri veteres dictum illud  
ex Ecclesiaste, Melior est canis viuus leone mortuo, ita interpretantur, vt obse-  
quiū istiusmodi rationem habuisse videantur: nā per leonem mortuū, ait Euche-  
rius, cacodæmonē intelligunt, de cuius salute nihil vltius sperandum est: non  
enim potest ad penitentiā redire: per canem autem viuum, aberrantē quidem,  
F  
& interdum contumacem hominem accipiunt, qui tametsi non nunquam præua-  
ricator fuerit & ceruicosus, ad obsequium tamen & meliora reduci potest. Et vt  
ad canis morigerū admodum ingenium reuertamur, libet ex Plutarcho memo-  
rabile obsequij facillimæq; docilitatis exemplū in animali huiusmodi recitare,  
idq; in theatro Marcelli spectatore Vespasiano editū. Mimus eō quidā canem  
introduxit omnibus ferè saltationibus eruditū, qui cùm ægritudinem postmo-  
dum simularet, panem mimus porrigebat, eo detracto pharmacū propinauit,  
mox is trementi similis cruciari, distorqueri, capitisq; grauedine laborare visus,  
demū quasi mortuus concidere sc̄q; exporrigere, permettereq; vt quoquouer-  
sum traheretur, huc & illuc abiiceretur, vti fabulæ commentū exigebat. Oppor-  
tunè autē cùm res posceret sensim mouisse se tanquā è profundo aliquo somno  
concitatum, prosiliisse demum, & signa quædam veluti lætitiae & exhilaratio-  
nis edidisse, atq; alia pleraq; magna omnium admiratione collusisse. Hæc autor  
ille testatur, qui nihil vñquā incepte moliri deprehensus est. Sed quod pertinet  
ad obsequium erga dominum, habet hoc canis cōmune cum subus, de quibus  
comper-

## O B S E Q V I V M.



A compertum ait Plinius, furto ab actos, agnita voce suarij, merso nauigio inclinazione lateris vnius, ad dominum remeasse.

## A D V L A T O R E T S C V R R A.

**S**Vnt qui adulatorem, blandiloquum, & mordacem simul scurram, per canis hieroglyphicum ostendat, quorum alter in obsequium plus æquo pronus, & alter quælibet in quemuis opprobria fingere saeuus. Diogenica hæc est interpretatio, ipsius de se testimonio. Nā is interrogatus ab Alexādro, ob quæ facta scomma in Canis nomen vulgo sortitus esset: Quia, inquit, dantibus blandior, non dantibus oblatro, malos etiam mordeo. Quin & coniectores, vt apud Hebreos legi, eum qui per nocturnam quietem imaginatus sit canem videre, obtrectatoribus obiectum fore præfigiunt. Alexander idem dum sibi lusum querit, sportulam Diogeni ossium plenam dono misit. Accepit eam Cynicus, & superaddidit: Caninus hic quidem cibus, sed donum haudquaquam regium.

## F A M E S.

**B**CAninam quandam famem memorat, quam Græci Βλιψανη appellauere, nos esuritionem dicere possumus: vt cuncti Dauides hanc eruditissimè tetigit Psalmo L VIII, vbi canit: Conuertent ad vesperā, & fame conficient ut canes, ciuitates hac illa perugantes, cum futuram Iudæorū mendicitatem præfigiret: nam et ipsum famis vocabulum frequenter pro mendicitate usurpatū inuenias.

## D E S P I C A T V S.

**I**N Sacris literis plurimum inuenias canem pro re humili, abiecta et contempti bili positum. Quem sermonem ne quis Neapolitanorū tantum esse putet, de Mephiboseta Ionathæ filio legimus, cum insperatis à Dauidi beneficiis affectus esset, & continuo mensæ Regie sodalitio dignatus, dixisse eum, humilitatem professus suam: Ecquis ego sum seruus tuus, vt respiceres super canem mortuum, cui ego sum similis. Et Dauid ipse cum Regem suum Saulem se hostiliter. <sup>1. Reg. cap.</sup> infectantem in manibus solum habuisset, chlamydis regiae oram præcidisse contentus, subsecutus cum clamauit: Quem persequeris Rex Israël? quem persequeris: canem mortuum persequeris.

## F V G A.

**C**QVod si fugā notare voluerimus, canem identidem, sed subiecta inter crura cauda figurabimus. Hieroglyphici causam nemo eorum quos in hoc argumento sequimur, explicauit. Figmentū ego à re ipsa dubio procul sumptum crediderim, vulgato in hæc tempora prouerbio, vt eum qui animum despondeat, vel ab incepto propter ignauiam percussus meticuloſe desistat, subiicere eum, inter crura caudam obiiciamus. Quotiens enim canes fugam arripiunt, præmetu abacti caudam inter crura subiiciunt. Quod cum insigniter etiam in lupo obseruatum sit, Maro elegantissimè rem ipsam descripsit, vt suo loco dictum.

## C L A D I S P R A E S A G I V M.

**I**N Aruspicina memoria proditum est, huiusmodi gestum caudæ vtero subiectæ, in victimis quæ adolerentur futuræ cladis præfigiū dedisse, obtorta vero si foret cauda, bellorum difficultatem portendere, vt apud Didymū legere est.

## V I C T O R I A E P R A E S A G I V M.

**A**Liter autem cursu perciti seu prædam insequantur, seu temerè lasciuiant, surrectam, aut exorrectam caudam habere solent, cuiusmodi effigies est in numo. C. Posthumus, in quo cernere est currentem canem, cauda ita ut dice-

C. Posthumus  
numus.

# Pierii Val. Canis.

hamus, sursum versus incuruata: quod quidem in hostiis crematis obseruatum, D ex aruspicum disciplina futuræ victoriæ portentum erat. Sedenim in numo eo currentem canē, celeritatem significare coniicimus ex iaculo, quod est infernè situm; vnde rem properanter confectam, victoriām ue citò partam, si sequamur Aruspices, id indicabit.

## I M P V R V S A M A T O R.

**S**Vnt etiā qui satis impuros amatores exprimant pér simulachrū canis, non ea tantum de causa, quòd κύων, vt Eustathius interpretatur, πάλαις κύων, quod à mare est, deducatur, sed quòd lepores àuidiori quodam affectu consectet: quo- rum significatum inter nequitias improbores reposuimus. Necq; quidem Ouidius signatè magis Apollinis affectum incomparabilem exprimere potuisset, quām luculentissima ea quam ponit comparatione, his versibus decantata:

Ut canis in vacuo leporem cùm Gallicus aruo  
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem:  
Alter inhæfuro similis iamiāmq; tenere  
Sperat, & extenso stringit vestigia rostro:  
Alter in ambiguo est, an sit comprehensus, & ipsis  
Morsibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit.  
Sic deus & virgo est, hic spe celer, illa timore:  
Qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris  
Ocyor est, requiemq; negat.

E

## L I E N I S V I T I A.

**H**ominem qui aliquo splenis vitio affectus & grè habeat, quæcūp in vniuer- sum ad lienem attinent, Aegyptij sacerdotes per canis hieroglyphicum si- gnificabant. Gracillimum enim ac tenuissimum lienem canis habet: quòd si vel mors, vel rabies cum inuaserit, à splene est: quin etiam illi ipsi qui correptum ra- bie canem medicare voluerint, morbum contrahunt, ac splenetica plurimū ea labē affecti pereunt: & qui canem eo morbo laborantem dissecuerit, ea afflatus exhalatione: contagionis vim efficacissimā experitur. Vrina quoq; rabiosi ca- nis quomodounque calcata nocet, maximè vlcus aliquod habentibus. Quin F huius lotio, etiā non rabidi: tam perniciosa vis est, vt si quis in id suum conges- serit, ad generationē pigrior torpore lumborum fieri dicatur. Proinde rabido cani contagiosum adeò virus inest, vt omnia rabiant quæ momorderit: exce- pro homine. Nā quæ illi accidit ex huiusmodi contagie lues, mania est, vt eru- ditissimi hac ætate viri disputant: nā & Festo rabies propriè morbus caninus est. Quòd verò scribit Aristoteles, canes ipsos interire morbo hoc, & quæ mor- sa sunt οὐκέτι αἰσθέωνται, nonnulli clari quidem viri οὐκέτι legunt, vt celerius quām ho- mo intereant, exponant. Sedenim vt ea missa faciam, quæ hominibus à rabioso cane morsis accidisse longo pòst tempore Albertus & Auicenna prodidere, le- gi apud Plutarchum, rabiem in homine non fuisse cognitā discretām ue ab aliis morbis Aristotelis tempestate, necq; inde usq; ad Asclepiadēm cuiipiā innotui- se. Cæterūm hæc ipsi viderint clarissimi viri, qui rem enucleandam suscepere. Il- lud ego super hoc addam, vniuscuiuscūp canis morsum tam perniciosum esse, vt ferant, eum qui semel fuerit à cane læsus, pestilenti contagione gallinarum incu- bitus, pecorum foetus, & abortus interuentu suo vitiare, eiuscūp introitu alterius vulnera aggrauari.

Olfactus

## O L F A C T V S.

**A** Ed ut ad Canis significata redeamus, olfactū Aegyptij sacerdotes per id animal inter alia significabant: nempe eum qui, quod prius latuisset, indagine sua deprehendere, ex huiusmodi hieroglyphico intelligebant. Satis enim constat olfactum esse cani præcipuum, de cuius sagacitate (eam enim præcipue canibus attribuit Cicero, & à sagire, quod acutè sentire est, deducetur afferit) plurima passim videntur exempla. Dominum enim qui vel diutissimè absuerit agnoscunt olfactu solo, & ignotū quoq; si repente veniat. Scrutantur in venatu vestigia atq; persequuntur, contantem ad feram inquisitorem loro retrahentes, etiam si aquam ea transilierit, & abditissimo quoquis loco sese occultauerit. Illud sanè quotidianum in canibus præcipue Gallicis, vt quem prius nūmūm alicui eorum ostenderis, abduciq; mox è conspectu canē iussorū, ac sub aliquo tape te vel stragulo numum eū abdideris, introductus mox canis ac numum inquirere iussus, olfactu solo fretus rem tibi quamprimum deprehendat, latebrasque vbi numerus erat absconditus, & latratu & exultatione significet.

## R I S V S.

**B** Via verò canis circa lienem ea quæ suprà memorauimus patitur, totaç; animalis vita inde pendere videtur, factū est vt Aegyptij sacerdotes quæ super risu considerarent, per canem identidem explicarent. Rarissimum enim vel difficillimum esse risum iis qui splene laborant, medici tradunt: & ea est canis prærogatiua, vt is à venatoribus maximè expetatur, qui faciem magis, vt vulgo aiunt, melancholicā præ se ferat: signum enim id esse bonitatis aiunt, perniciōresq; & in cursu perseverantiores, qui tales sunt, esse prædicant. Apud Auctiennam legas lienem ea ad se recipere & attrahere, quæ sanguinem benignum, clarum, copiosum & lucidum reddant, quem inde risus & hilaritatis causam autores esse putant, quippe quòd ex ita affecto sanguine spirituum excitetur multitudo, claritasq; animam exhibaret. Sed enim hoc vtcunq; habeat, coniectores etiam, vt apud Artemidorum legere est, ex splene in somnis viso & risum, & voluptates augurātur: canibus verò cùm lien & tenuis, & vitio maximè obnoxius sit, necesse itidem est eos hoc hilaritatis affectu aut nihil, aut parum moueri. Ab iis verò quæ vel absunt aut supra modum adsunt animali cuiquam Aegyptij significationes suas comminiscabantur. Accidere verò facile potest, vt alicuius hominis memoriis natura huiusmodi sit indicanda, vt in M. Crasso, qui ob id Agelastos vocatus: vt in C. Lælio, & in Socrate, quos eodem semper vultu eademq; fronte fuisse, proditum est.

## L E V I T A S I N M O R I B V S.

**C** Verum habet suum & risus ipse significatum. Interpres enim Apollonij risum leuitatis signum esse dicit: vnde sapienter Isocrates importunū risum minimè amandum esse monuerit.

## C V L T V S C A N I S.

**S** Anè aliæ quoq; nationes, quanti animal id facerent, multis exemplis testatū reliquère. Et Cyrum prædicant, Cyrum illum, inquam, omni laude maiore, à cane nutritū suorum omnium asseueratione, siue studiose conficta fuerit, quòd venerabilior haberetur. Quippe apud Romanos etiā in magno fuere cultu, licet à Capitolij proditione eos in crucem rapere sit exceptum. Annuo enim suppicio inter ædem Iuuentutis & Summani, viui in furcas arbore sambucea figebantur, quòd eorum negligentia iactura ea facta videretur. Alioqui ge-

# Pierii Val. Canis.

nito manè catulo res diuina hostiarū vice fieri solita, adeò puros eos ad cibum D existimabant, adeoq; numinibus placandis idoneos, fuisseq; olim celebriores epulas catulina apposita, nostrorum scriptorum testimonio satis exploratum, & apud Plautum etiam factam huius rei mentionem inuenias Saturione.

## Q V I B V S D J I S C A N E S S A C R I .

**Q**Vibus verò Numinibus canes donarentur, dicere non pigeat. Siquidem Romani eos Genetiæ, Græci Proserpinæ mactabant: vulgo verò Luper-calibus, quæ Romani in Panos Lycei venerationem celebrabant, canē immo-labant, quoniam natura ipsalupis canes aduersarentur. Alij cœptam hoc in Ro muli gratiam factitari tradunt, vti constans fama est eum à lupa nutritum. Sa-cra tamen hæc primùm ab Euandro instituta nonnulli afferunt, Maronianō præcipuè versu freti, quo

*Euander gelida monstrat sub rupe Lupercal*

*Parrhasio dictum Panos de more Lycei.*

Cæterū apud Argiuos Cyoniæ dæ propter partus facilitatē sacri erant. Sed animaduertendum est, plerisq; locis Cyoniæ vocabulum corruptum esse scri-  
ptorum negligentia, qui Lyoniā fecere, vel quòd arbitrati sunt à soluendi par-tum facilitate vocabulum conformatum. Apud Lacedæmonios Marti canis propter audaciam et inuadendi promptitudinē offerebatur: eorum enim ephe-bi inter se certaturi, priusquam certamen inirent, canis catulum illi Deo, vtpote fortissimo, victimam ex cicuribus validissimā offerre se arbitrabantur. Ex aliis Græcis nemo, vt Pausanias ait, præter Colophonios, talibus sunt operati: hi e-nim catellam nigram Triuiæ sacrificabant. Et Caribus mos fuit canem immo-lare, vnde οὐεντούς θύμα. Erant & Canaria apud Romanos auspicia, quibus apud Catulariam portam rutilæ canes non procul scilicet à rubro colore sacrificaban-tur, vti ait Atteius Capito, cùm pro frugibus contra vredine's atq; sœvitiam Ca-niculæ sideris faciebant. De sacrificio huiusmodi Ouid. Fastorum quarto:

*Pro Cane sidereo canis hic imponitur aris,*

*Et quare fiat nil nisi nomen habet.*

Plerique tamen ideo factum dicunt, vt flauescentes fruges ad maturitatem per-  
ducerentur. Sidus enim Caniculæ frugibus est admodum inimicū. Non igno-  
ramus autē & Thracas cùm alibi, tum præcipuè in Zerintho Samothraciæ an-tro nihil ferè libentius immolare, & epulari solitos, quām canem, memorabili  
Euripidis nece, qui propter mactatum ab eo canem, vt nonnulli aiunt, ab Ar-chelai canibus interceptus, miserrimè laceratus est. Quamuis alij dicunt Arri-dei Macedonis, & Crateræ Thessali inuidorum opera, quòd gratia plurimū polleret apud Regem, canes eas immissas fuisse, corrupto pe-cunia Lysimacho, earum curatore.

**N**Am id quoq; canis est significatum, eaq; de causa apud Homerum Helena se canem accusat, quòd abominanda tot malorum causa atque autor fuerit, ita Hectorem allocu-ta: οὐέποιο κακώς ιερόνυμον χαίρει δηρετάκης. Apud eundem Agamem-non quoq; accusatus ab Achille κακός δημιατ' εχειν. Nam vt apud Pollucem legimus, canis oculum habere dicitur is, qui nimio plus impudens est, cui si etiam importunitatem adieceris, Ho-meri eiusdem κωνόμηγαν feceris pro impudentissimo, muscæ sci-licet & canis ingenio copulato. Cynomyiam Euthymius syl-



IMPUDENTIA.

**A** vestris muscæ genus agnoscit, quod inter cætera muscarum genera est impudentissimum, de qua Psal. LXXVII. quanquam super hac alibi. Hanc Catulus impudentiam expressit, vbi Acmen codicillos reddere pernegatam canem censet appellandam. Et Mathematici impudentem litigatorem ostensuri, duobus zodiaci locis canino capite hominem statuunt, secundo quippe Arietis gradu, & Capricorni XVII. Sed nos h̄ic de ea loquimur impudentia, qua quis freatus, pro iustitia vel pietate audeat vnumquenq; vel ex potentioribus hominem erroris admonere, vel impunitatis arguere, dummodo spes profectus affulgeat, nec importuna temeritas in vitium prolabatur.

## P E T V L A N T E S I V N I O R E S.

**N**on præteribo hic militarem ordinem eorum, qui PETVLANTES IVNIORES appellabantur sub magistro militum per Illyricum: ij enim, vt assumptum nomen hieroglyphica pictura testarentur, canem luteum in rubra parma præferebant, in cuius medio orbis erat coloris lutei, canis supernè pèdibus, quoad fieri poterat, ex porrectis. Sanè quidem, vt veterum quorundam est interpretatio, in diuinis literis Romani milites, qui Pilato præsidi adstebant, canes vocitantur, vti Psal. XXI, Circundederunt me canes multi: quippe qui secundum legem immundi censerentur, atq; admodum etiā impudentes essent conspuendo sacrosanctam Domini faciem, caput eius arundine percutiendo, coronam spineam affigendo, & omni opprobrij genere cœli Regem deludendo, vti eius ministerij mortales penè omnes. Eoq; Theologi tradunt Domini dictum in Euangelio, Non decere sumptum de filiorum manibus panem dare canibus. Quæ quidem notæ si à canino genere elui possent, nihil ferè inter animalia rationis expertia cane venerabilius haberetur, vt qui non ciuitates modò sibi honoris positas habuerint, quod ab Alexandro Magno factum amissa cane Pertha nomine Theopompus ait, verū etiam longè maiora præconia monumentaç; secundum Ægyptios ritus omnino meruisse videantur.

PIERIVS VALERIANVS AD CAELIVM  
CALCAGNINVM DE IIS QVÆ PER  
Cynocephalum simiam, & id genus reliqua,  
significantur ex sacris Ægyptiorum literis.

**V**cundissimum illud hospitium, quod mihi apud te per duas continuas hebdomadas Ferrariae fuit, effecit vt ea omnia incomoda, quæ percessus eram, iacturásq; omnes, quas in tanta rerum conuersione feceram, inciperem obliuisci. Nam cum tu me Romana clade perterrefactum, neque non Florentinæ urbis, atque adeò totius Italæ turbationes & motus fugientem, ocy tandem cupidum in patriam meme recipere festinarem, jungere iter iussisse, & apud te dies aliquot commorari, in uitatis quotidie viris literatura præstantibus, magnam mærori meo consolationem adhibuisti, suauissimisque illorum sermonibus ægritudinis totius acerbitatem deliniuisti, præcipue vero eruditissimo Manardo illo tuo saepius vocato. Ea demum fuit utriusq; humanitas, vt nunquam apud quempiam alias hilarius acceptum me meminerim, ita uterque vestris me lucu-

# Pierii Val. Cynocephalus.

brationibus certatim oblectare contendebatis: tu, dum remotissima quæque profundissimæ eru- D  
ditionis arcana, apud autores veteres delitescentia, è tenebris eruebas: ille, dum medicinæ philo-  
sophiaq; loca pleraq; abstrusosq; sensus, & longa annorū serie ad hunc usq; diem ignorata, multis  
ægritudinibus remedia luci dare admitebatur. Hinc factū, vt ego à vobis tali refectus cibo, cùm  
primum ad Aegyptiacā meā Commentaria datus est redditus, vestræ memor liberalitatis, qui  
me nullo laborum vestrorum fructu fraudare voluistis, statim cogitarim amicitiam tam hone-  
sta de causa olim vobiscum initam, aliquo testimonio comprobare. Atq; ita Cynocephali Aegy-  
ptiaci Commentariū (id enim ob varietatem ipsam præcipue placuit) nomini tuo nuncupauī.  
Argumentum quidem, nisi me studiorum meorum ratio fallit, forte non indignum quod tu  
tantæ vir eruditionis euoluas, quo in legendō, tametsi nihil tibi lectionum omnium helluoni no-  
num occurrerit, saltem vt mea erga te benevolentia signum sit atq; monumentum, opto.

A M Cynocephali, quem Latinè Canicipitem interpretabimur, hieroglyphica, tum multa sunt, tum eo nullum apud Ægyptios sanctius animal, neque sacratus fuit. Eadem penè forma est, qua caudata Simia, & propter eam similitudinem ipse quoque CeropitheCUS appellatur. Sedenim noster is corporatura maior, validior, efferatiorq; est, facie caninæ similiOR, vnde & nomen apud Græcos accepit: quamuis multa in hoc genere sunt, quæ humanam potius faciem quā caninam referunt, facileq; apud nos mira mansuescunt cicuratione. Cynocephalorū, de quibus hic agimus, lacte & Numidæ & Menismni viuunt, armensis ex eo genere comparatis, maribus præter sibolis causam interemptis: quod ideo dictum volui, ne quis Cynocephalum hunc, de quo dicturi sumus, accipiat, vt multi perperām, pro genere illo hominum, quod & Megasthenes, & plerique alij prodidēre, capitibus esse caninis, pro voce latratum edere, ferarum pellibus velari, anguibus venatu & aucupio vesci. Nam, vt optimè no-  
sti, agrestes homines huiusmodi Pausanias ab Euphemio quodam ex Caria oriundo visos tradit in insulis Oceani, quo tempestate delatus fuerit, quum in Italiam nauigaret.

C Vmprimis autē Cynocephalus Lunæ erat hieroglyphicum, propterea quòd animal id pari quodam afficitur consensu cum Lunæ coitu. Nam ipsa eadem hora qua Luna, nullo il- luminata candore Soli cōiuncta transit, nobisq; videtur penitus euanuisse, Cynocephalus mas ipse quoq; visu deficere comperitur, neque in- terim cibum capit, sed humi procumbens ægrè habet, quasi Lunæ raptum ingemiscat. Fcminā verò præter id quod ea quoque luminibus ca- pitur, & cum mari pari afficitur ægritudine, san- guinem insuper egerit è natura. Quapropter alebantur in templis Cynocepha- li, ob id potissimum, vt Solis & Lunæ coitus exploratissimè deprehenderetur.

Hinc Cornelius tradit Simias tristes Luna caua: nam affectus idem omnino in id genus omne diffunditur, quanquam in Cynocephalis & maior & ex- ploratior est.

L V N A.



Lunæ

**A** Pud eosdē Ægyptios sacerdotes Cynocephalus stans Lunæ ortum significabat: ad eam speciem addebant, vt manus in cœlū sublatas haberet, & diadema regium capite gestaret, propterea quòd, vt dicebamus, Cynocephalus valde sollicitus est super ortu Lung, qua caua angore afficiatur prorsusq; cæcutiat. Simulac igitur ea cœperit illucescere, et ipse visus particeps fieri, quasi Deo agateo gestu gratias, & sacerdotij ornatu quodā instructus indeptam vtricq; lucem gratuletur, eo quo diximus hieroglyphico figuratur. Ideo verò stantem pingi voluere, quòd stare conueniat adoranti: quem morem fuisse etiam apud Romanos, indicat Val. Martialis Epigrāmar.

*Multis dum precibus Iouem salutat*

*Stans summos resupinus usque in vngues Aethon.*

Borrò adorandæ nouæ Lunæ morem, & manus in prece sustollendi, Horatius attigit, ode illa:

*Cœlo supinas si tuleris manus,  
Nascente Luna rustica Philyre,  
Si thure placaris & horna.  
Fruge Lares audiāq; porca.*

Quinetiā Virgil. statū & sublatas in cœlū manus esse adorationis indicū ostendit, vbi Anchisen inducit obseruato augurali portento illo, quo flamma caput Ascanij corripuerat, mollesq; comas tactu innoxia lambere visa fuerat: is nancq;  
*Oculos ad sidera latus*

*Extrulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.*

Et cùm mox in attestacionem intonisset, & delapsa cœlo stella per umbras faciem ducens multa cum luce cucurisset, signaretq; vias, tum longo limite sulcus lucem daret, & latè circùm loca

*Sulphure fumarent, genitor se tollit in auras,  
Affaturq; Deos, & sanctum fidus adorat.*

C Status porrò Philoni inconuertibilis mentis indicū est, ac sese Deo applicatis, qui nulla praeditus vacillitate, stabilis firmusq; permanēs, vt cuncta moueātur autor est. Videre est in argenteo quodam numo, quē bene literatus adolescens Prosper Publicola Sancrutius mihi Romæ videndū dedit, huius argumenti simulachrum cum inscriptione V O T . P V B . que suscepta sunt in gratiam I M P . CÆS. TRAIANI HADRIANI AVG . Proditū autē est, stantes loui sacrificasse, votaç; & preces allegasse. Sed cùm Opis rem sacram faciebant, illiç; supplicabant, votaue concipiebant, sedentes id facere solitos, eo scilicet signo eam esse Terram matrem indicātes. Sedenim Pythagoras proprio dogmate adoratueros sedere iubet: quamuis Plutarchus usurpatum à Numa dicit: vt hinc colligamus, vota rata firmaç; esse debere. Quod verò ad statū pertinet, magister noster Paulus Apostolus totiens standū admonet, dum dicit: State ergo, neq; velitis iterū summittere vos iugo seruitutis, & illi semper inhærere. Atq; alibi: State conuersi ad Dominū, & alibi: Quoniā tunc viuimus, si statis ad Dominū cōuer si. Et in Gedeonis militia exautorātur illi qui ad aquā ducti flexere genua, & in



# Pierii Val. Cynocephalus.

terram procidere: qui vero stantes accepta in manum aqua eam lambere obser- D  
uati sunt, ad pugnam delecti rem fortiter gesserunt. Quinetiam in Niceno Con-  
cilio statutum legas, ut die Dominica, & diebus Pentecostes, stantes ad oratio-  
nem Domino vota reddamus: alia verò ratione ab ipso resurrectionis Domi-  
nicæ die usq; ad certos dies, de quibus dicere nostri non est instituti: nam toto  
anno plures essent colligendi, idq; importunum videretur. De sustollendis ve-  
rò manibus loco suo, in Manuum Commentario plura.

## Æ Q V I N O C T I A.

A Equinoctium verunque Ägyptij sacerdotes ἡρολανθικῶς scribere si vellent,  
Cynocephalum sedentem effingebant, causam eam secuti, quod animal id  
vtriusq; æquinoctij tempore duodecies, per horas quippe diei singulas, ac dua-  
bus itidem noctibus eiusmodi, potus excrementa profundit: vnde non absur-  
dè factū, vt sedentem cynocephalum in fontium apicibus statuant, quasi iugem  
& perennem aquam ex eo sibi conciliari arbitrentur. Ad hæc, in his ipsis tem-  
porum cardinibus cynocephalus duodecies, horis quippe singulis quanto po-  
test argutiore v lulatu vociferatur. Etenim horarum obseruandarum ratio cle- E  
psydris prius excogitata est, quarū præcipuus usus in vrbe Achanta trans Ni-  
lum fuit, vbi inter alia vas admodum ingens erat, in quod singulis diebus sacer-  
dotes singuli numero trecenti & sexaginta, ad anni scilicet rationē qui apud eos  
habebatur, subductis intercalaribus quincq;, de quibus in Vulture satis dictum,  
aquam ex Nilo deferebant, quæ suo emissa cauo per eius generis horologium  
horas indicaret: inuentum est postea tum vocis, tum sonori tympani significa-  
tione, more cynocephali eas discernere. Mos autem, vti dictum, erat apud Ägy-  
ptios, vt in horologiis aqueis cynocephalum adsculperet, ex pene cuius fistula-  
to aqua destillaret, ea adhibita diligentia, vt quantū satis esset immitteretur, né-  
ue cauum nimis arctum, necq; nimis patens esset; hoc nimis celerem effusionem,  
illo strangulationē s̄pius efficiente. Ex iis verò quæ suprà posita sunt datur in-  
telligi, quodnam sit animantium id genus, quod nullo expresso nomine Victo-  
rinus Rhetor memorat eo loco, vbi M. Tullius Rheticis tēporis finitionem  
quærit. Ait enim is, Trimegistum, quum in Ägypto esset, sacrum quoddam ani-  
mal Serapidi dicatum duodecies toto die vrinam facere obseruasse, idq; pari F  
semper interposito tempore, vnde ipse diem per duodecim horas dimensum es-  
se coniecerit, exindeq; hunc horarum numerum constitutum: quanquam sunt  
qui velint ex cceli dimensione, quæ secundum musicam rationem in duodecim  
partes diuisa fertur, horas itidem duo decim adinuentas. Astronomi enim diem  
& noctem, quotquot alteruter horarū nostrarum fuerit, in horas ipsi suas XII.  
singulos partiuntur. Aquam porrò maiores nostri, quantum per totum diem  
sufficeret, exceperunt tenuissimo cauo diffluentem, eaq; in duodecim partes di-  
uisa, ex partibus horarum numerum statuerunt.

## Q V I E S.

Q Vantum verò pertinet ad sessum, sessus, vt Lamblichus ad Porphyriū scri-  
bit, quietis indicium esse videtur, de quo plura inter arbores differuimus,  
vbi decum in lato sedentem ab antiquis, idq; ex Nasamonum instituto, pingi so-  
litum, & qua causa, declarauimus. In æquinoctiis verò illa vtriusque temporis  
æquè dimensi paritas, quietis cuiusdam indicium haberi potest, cum nihil sub-  
sultet, quod alterutram partem inquietet, vtraq; verò firma stabilisq; in æqui-  
librio conquiescat.

Lite-

**A** Iteras quoque per cynocephali simulachrum intelligebant Aegypti: quia quoddam eorum genus eas callere existimabant, secum illis ob literarum cognitionem cognatos esse: simulac enim cynocephalus in templum inductus erat, eorum ritu educandus colendusque, sacerdos illi albolum, calamum & sepiam apponebat, exploratus an ex eo genere esset, quod in cultum recipi deberet, quippe si quid scribendo cognitionem suam approbasset: ea de causa Mercurio sacer erat, qui literarum omnium autor habebatur. Ex

quo iam credere possumus, simiam olim latrunculis ludere didicisse, & elephantum literarum Græcarum ductus in puluere scriptitasse: muremque quod pro Mus in conuicio. comperto Albertus ponit, in conuiuiis candela discumbentibus praetenta, duchi ministerium præstatisse. Mira haec fortasse videantur iis qui sententiā Ana-

**B**xagoræ probant, animalia omnia ab homine rationē habere dūtaxat actiuam: passiuam autem, ut ita dicam, & tanquam mentē, quamque mentis interpretem dicunt, nunquā habere. Sedenim & Pythagoras & Plato asserere videntur rationis participes animas esse, vel eorum animantium quae vulgo rationis expertia vocentur, tametsi ratione non videntur, tum propter incongruā ineptamque corporū compaginem, tū verò quod differendi facultate careant, ut in simiis & id genus aliis humani cuiuscunque ferè operis imitatrixibus est cernere. Quinimò Diogenes his etiā intelligentiæ aërisque participatiū impertit, quae ut magis minūsue sint humanæ figuræ similia, ita magis minūsue intelligent. Econuersò autem, ut apud Aristotelem & Physiognomos alios habetur, ita mores in humana perpendimus natura, prout effigies, ipsaque corporis species ad brutorū aliquod refertur, utpote asinina labia, crassa quippe prominentiaque, tarditatem & stuporem ingenij: caninas maxillas iracundiam simul & fidelitatem: hispidam angustamque frontem, quippe suillam, impuritatem morum, indocilitatemque hominis indicare: atque ita ferè singulis in articulis ingenium nostrum ad brutorum similitudinem explorari. Pari igitur ratione cynocephali, simiarumque genus o-

**C**mne, quorum bona pars mira quadam similitudine faciem humanam, pedes autem & manus omnino referunt, humano itidem sensui & operationi, artibusque propinquiora sunt, & propemodum intelligere nobiscum pariter iudicantur. Non præteribo hīc, quod ad hanc pertinet similitudinem, quod Galenus in aggressionibus Anatomicis ait, se multas simias & Cynocephalos dissecasse, si humani corporis copia non affuisset, miramque in iis similitudinem cum humano corpore deprehendisse. quare Ennius recte admodum scribit,

*Simia quam similis brutissima bestia nobis.*

Sed esto similitudo haec ingenij causa. Quid hi super elephanto dicturi sunt, quo quid brutum magis, & ab humana figura diuersius? Ei tamen beluae esse quandam cum genere humano societatem, M. Tullius Epistolis ex confirmata hominum opinione non negat.

V N D E   B R V T O R \* V M   C V L T V S  
apud Aegyptios.

**A**Li verò colique animalia, quae rationis expertia dictamus, sunt qui ab Iside tradant institutum, quae honorem hunc coniugi, eidemque fratri Osiridi, præstan-



# Pierii Val. Cynocephalus.

præstandum induxerit, magna agrorum parte sacrificulis adiudicata, morēmque D  
fuisse initio, ut quae quisque vellet animalia in hunc usum aleret, quibus vita fun-  
ctis, tanquam Osiris occubuerit, luctu instaurabant. Cæterum postea delectum  
habitum, & cynocephalo in primis honorē attributum propter excellentem quan-  
dam, ut rerum periti afferunt, animalis istius naturā humano propemodum ge-  
neri proximā: ut verò profani putant, quippe qui rerum historias ex vulgo mu-  
tuantur, factū aiunt, propterea quod Osiris huiusmodi satyrorū genere sit plu-  
rimū delectatus, ut in nostro etiā tempore vanissimi plerique faciunt. At Roma-  
nis etiā id nequitiæ genus in usu fuit. Quare nebulonem Vedium luxuriæ car-  
pit Cicero, quod sibi obuiam factus cum duobus esedis & rheda equis iuncta,  
& lectica, quodque in esedo haberet cynocephalum, neque deessent etiam onagri:  
quare nunquam hominem nequorem autumat se vidisse. Quin verò & Satyros  
eos appellatos constat. Magna horum vis in Subsolanis Indorū mōtibus, quae  
Cartadulorū dicitur regio, humana propemodum effigie, tamque quadrupedes,  
quām recte currentes, tantæ pernicitatis in cursu, ut propter velocitatem non nisi  
senes aut ægri capiantur. Atque hinc ridiculū illud Alexandri Magni militibus E  
obuenit, qui loco quodam per Indiam facientes iter, Cercopithecos adeo mul-  
tos insigniques magnitudine conspicati, qui ad exercitus similitudinē quem infer-  
nè sub signis progredi obseruabāt, ordines & ipsi seruare videbantur, in eos ve-  
lut in hostes montium iuga insidentes impetum fecerunt, suique erroris admoni-  
ti à locorum peritis, non sine rubore arma inhibuerunt.

## S A C E R D O S.



F

**S**ed ut ad hieroglyphica redeamus, sacerdo-  
tem etiam hieroglyphicè per cynocephalum  
Ægyptij significabant; propterea quod aiunt a-  
nimale id neque pisce, neque pane ex piscibus confe-  
cto vesci, quali Oritæ plurimum vtuntur: Indorū  
ea gens, qui nullum alium cibum nouere, quām  
piscium, quos vnguis dissecatos sole torrent,  
atque inde panē ex his faciunt, ut Clitarchus me-  
moriæ prodidit. Veluti tres apud Babylonios  
familiae olim fuere, quae nullo alio cibo victita-  
bant, quām piscibus arefactis & pistillo tuis, ac  
demū in offas coactis, veluti pane: cuiusmodi religio in Christianæ quoque pie-  
tatis collegia quedam emanauit, quae perpetuā carnium abstinentiā sibi consti-  
tuerunt, quod tamē apud eos honestiori de causa & longè maioribus argumen-  
tis institutum: externi tamē sacerdotes & pisce, & huiusmodi etiā pane vescen-  
tur, quo Ægyptij tantum abstinebant, piscesque hi demū omnē, ut Cōmentario  
suo dictum, religiosè admodum abhorrebant: eaque potissimum de causa, tanto cy-  
nocephalum cultu prosequabantur, in quo suæ religionis timore obseruarent.

## C I R C U N C I S I O.

**C**Vmque circuncisionis ritum Ægyptij suscepissent, animaduertissentque cani-  
cipites hos circuncisos nasci, rati, nō temerē, sed diuinitus ei animantiū ge-  
neri id obtigisse, maiori eos habuere venerationi, vnam eademque cognationem  
cum illis omnino profitentes. Circuncidere verò antiquissimum fuisse Ægy-  
ptiorum institutum, ab eisque ritum sumptuisse Iudeos, Diodorus fabula: quem  
Circuncisio - nis Aegyptio rū antiquus mos. secuti scriptores quidam alijs, proprium hoc, & vetus Ægyptiorum arbitrati  
sunt, quem morem Colchi, utpote Ægyptiorum coloni, neque non Hebrei apud  
eos

**A** eos educati postea tenuerint. Sed eorum haec est fabula, qui diuinorum literarum historiam tam longa annorum serie apud populos nationesque omnes receptam obscurare conati sunt: cui tamen & Strabo & Cornelius Tacitus subscribunt, qui circumcidere genitalia Iudeorum institutum asseuererent. Sedenim qui veterum monumenta studiosius perscrutantur, Abrahamum norunt signum populo suo dedit esse circumcisionem, qua sui ab Aegyptiis distinguerentur. Non igitur diceret Irenaeus, ad similitudinem cynocephali circumcidebant Aegypti, sed ab Hebreis ritum hunc Aegyptiorum natio magna, ex parte suscepit, quae virum illum per annos multos in Aegypto degentem, & de diuinis assidue disserentem admirata est, pluribus & veteribus & nouis scriptoribus id afferentibus. Sed factum nihil horum inueniri, validius id mihi argumentum est, quod ex historia desumitur, mutilandorum genitalium legem antiquis temporibus popularem apud Aegyptios non fuisse: cuius rei Pharaonis filiam testem appello locupletissimam, quae cum in ripa profluentis fluuij Mosem comperisset, euangelio circumcisionem agnouit, & foetum gentis Hebraicæ nuncupauit. Quod si

**B** circuncidendi mos Aegyptiorum itidem fuisse, quinam ex hoc signo in cognitionem eam deuenire potuerit? Ex quo illud etiam suspicari licet, non omnium Aegyptiorum institutum fuisse mutilationem huiusmodi, sed sacerdotum tantum, ut a prophanis secererentur: quod apud Hebreos semper populariter obseruatum est. Notum illud est, Iudeos olim contra Hadrianum mouisse bellum, qui ne mutilarentur genitalia vetare voluerit.

#### C O R D I S A P E R T A S I M P L I C I T A S.

**D**e mysteriis autem ratione varia traduntur ab autoribus penè omnibus: sed præcipue quidem nihil praeter obscenorum munditiam ea re quæsitum existimant. Alij figuram eam fuisse aiunt, sed quā ne ipsi quidem Hebrei satis intellexerint. Nō desunt qui id insigne ob cā causam gentiū inditū putent, quo numerosa illa progenies cœlitus Abrahamo promissa, a ceteris esset gētibus discreta. Antiqui omnes Theologi, ex hoc, circuncidendi cordis figuram & typum asserunt, quod ea pars quæ circunciditur, similitudinē quandā habeat cordis: iussisse verò Deū ut ea nudaretur, quod ostenderet, aperto & simplici corde oportere nos

**C** viuere, ut pote quæ in ea corporis parte quæ omniū ferè gentiū ritu pudoreque velari solet, instituta sit: quia secretioris illius circumcisionis quæ in corde fieri debet, indicium fuit. Circuncisi enim sumus, inquit Apostolus, circumcisione non manu facta. Nam & propheta identidem clamat: Circuncidite duritiā cordis vestri. Declamant super hoc Lactantius, Eucherius, Irenaeus, Græci Latinique omnes. Nā illa, inquiunt, carnis mutilatio in Iudeis, nisi significaret cordis circumcisionē, careret utique ratione: quia si Deus id vellet tantum, a principio sic hominem formasset, ut præputiū non haberet. Quæ verò super hac re multa admodum magister noster Paulus senserit, cum sint quotidie in priorū manibus, & publicè recitentur, superuacaneū ea repetere iudicauit: idque sat fuerit monuisse, Originē Adamantiū super hoc legendū epistola ad Romanos cap. 2, lib. 2, & alibi passim, ita tamē, ne Chrysostomū, Basiliū, & ex nostris nemine prætereamus.

#### I R A C V N D I A.

**A**d haec Aegypti sacerdotes iracundiā per Cynocephalum indicabant. Est enim Cynocephalus ante omnia animalia iracundus, indignabundusque, de quo id dici potest quod de Pane Theocritus,

καὶ οἰάσθεμα χολὰ ποτὲ εἴνι κρέπται.      quasi dicamus,

# Pierii Val. Cynocephalus.

Semper acerba illi pro naribus aſidet ira.

Nam omnino & Panes & Satyros & Sphingas & Simias et Cynocephalos idē prop̄ modū genus, diuersis tamen inter se distinctū speciebus, autores ponūt.  
*sphinx.* Nascunt̄ verò Sphinges apud Troglodytas Āethiopes, forma haud ei dissimili qua pinguntur, fusco pilo, mammis in pectore geminis, monstro similes: sunt etiam paulo pinguiores: naturam habent in cicurationem admodū procluem, pluribus exercitiis disciplinisq; aptam. Albertus quoq; inter simiarum genera sphingem agnoscit, insignem duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris itidem subnigri & oblonga. Harū ego vnam Veronæ cùm essem, vidi, mammis illis & glabris & candidis à pectore propendentibus: circumducebat eam circulator quidam Gallus, ex ignotis anteā insulis recens aduectā. Ostentabat idem cuniculos nostris quadruplo maiores, mira quippe corporis obesitate dist̄ctos, & quod, nisi quis viderit, credere vix queat, pr̄editos quaternis singulos genitalibus, humanorū digitorum instar & similitudine coharentibus. Ipsa verò Sphinx toto erat pectore glabello, facie & auribus humanis propriis, dorso hispido supra modum, fusco & oblongo admodū pilo, eoq; densissimo. Rector l̄eum brachium quo catenam, cui erat alligata, regebat, ferrea manica obarmatum habebat, dextra baculum gerebat, quem in faciem animalis identidem pr̄tendens, bipedem secum ambulare, & loco etiam saltare interdum & obgannire faciebat, multamq; hinc à spectatoribus stipem aucupabat.

## A R C A N A T E G E N D A.

**P**orrò Sphinges in Āgyptiorum templis hieroglyphicè admonent mystica dogmata, pr̄ceptaq; & institutiones sacras, per enigmatum nodos à profana procul multitudine inuiolata custodiri debere, & in arcanis tantum tractari: cuius ergo taciturnitatis effigie huius tabellas & literas signare diu delectatus est Octavianus Augustus, quā postea repudiauit, vsus inde, felicis ominis causa, Alexandri imagine.

## I N G E N I I A C V M E N.

**E**a verò hastæ Palladiæ cuspidi subiecta, vt in ea Mineruæ statua, quā Athene olim erectam ait Plinius, ostendit nihil tam abditum & reconditum esse, quod ingenij acumine exerci & palam proferri non possit: ita quidem Sphinges. At qui Cynocephali vocantur, corpore sunt deformi, ferum omnino, vt dimicimus initio, atq; indomitum animal, quod nulla ratione modoq; sœvit: superciliosus aspectuq; sunt horrido & truci, vt genuinām, quā de suprà dicebamus, billem ex facie possis agnoscere.

**A**ddentur & Sileni Cynocephalo, sunt enim & hi, vt Pausanias attestatur, ex Satyrorum grege, quos cùm ætatis iam prouectoris esse cœperint, Silenos appellare consuerunt: quorum hieroglyphicū erat, diuinitatem in re quapiam delitescere. Erāt enim Sileni, vt ex Platonici Alcibiadis dicto colligimus, imagunculae quædam sectiles, ita concinnatæ, vt diduci & explicari possent: quæ vbi clausæ erant, nihil aliud quam ridiculam & monstrosam quandam tibicinis speciem ostentabant: vbi verò aperiebantur, venerabile numen aliquod exerebant. Hinc Alcibiades Symposium, Socratem

DIVINA IN OCCVLTO.



A cratem Silenis similē esse dicit, quod is longē alius esset interius intuenti, quā summo habitu videretur. Vnde etiam Σιλωὶ ἀλκισθὰ dici solet, de re quae prima fronte vilis ac ridicula videatur, interius tamen ac propius contemplanti sit admirabilis.

## V R I N A T O R.

**S**Edenim ne reliqua Cynocephali significata prætercamus, per simulachrum eius vrinatorem etiam intelligebant: quandoquidem animalia reliqua inter natandum obhorrescere, rugisq; strigosa fieri perhibentur: vnuis Cynocephalus, vt apud Horum est, in quencunq; locum tranare perrexerit, nullo vel squal loris vel horroris indicio fertur enatare: cuius quidem natationis facilitas vna cum literarum peritia, quae potissimum in Cynocephalo discernuntur, eam animali cōciliant laudem, quae doctis & experientibus viris tribuebatur, vt scilicet & literas & natare didicissent: contrà verò in ignauos & nulli negotio idoneos, nulliusq; disciplinæ aut exercitij participes, Athenienses dicere solebant, μήτερα, μήτε γέραις, neq; quidem natare, neq; literas. cuius prouerbij mentionem facit **B** in Legibus Plato, atq; etiā Aristides in Apologia quadam. Quod verò hęc libe ralia essent studia, apud Tranquillum legimus, Octavianum Augustum nepo tes suos & literas & natare, aliaq; rudimenta per se plerunq; docuisse. Iam & de Caligula ad eius ignominiā dictum, quod admodū docilis ad cætera, natare ne scierit. Porrò vrinator non est simpliciter positū, sed eum significat qui profunda quæq; peruestiget: vnde locos apud scriptores perdifficiles, Delio natatore indigere dicimus: egregiè enim Delij natandi peritia celebrantur.

## O R B I S T E R R A R V M.

**P**Er idem animal orbem terrarū ἡρονθουμῶς Ägyptij significabant. Nam cùm duas & sexaginta primarias terræ habitabilis regiones poneret, quas & Ha li Amberagel in tractatu vltimo Astrologiae memorat, obseruarunt magna in id genus animaliū cura adhibita, partes totidem in Cynocephalo moriente que quotidie singulæ perirent, mox à secundo & sexagesimo die quod reliquū esset corporis interiret. Erat verò apud eos sacerdotes summa religio, vt quicunque singulis diebus intermortuus esset articulus præsecaretur, riteq; vnguentis mo cre suo obunctus sepeliretur. Quod verò mos fuerit Ägyptiorū vnguento plu rimo cadauera inungendi, durauit etiam apud Christianos diutissimè mos hic: quod ex Tertulliano coniectari possumus, ita dicente: Si Arabiæ queruntur, sci ant Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliēdis profligari, quām Diis sumigandis. Sed vt ad orbis partitionem reuertamur, Deus excelsus, dice ret Clemens, penes quem rerum omnium potestas est, in septuaginta & duas partes diuisit totius terræ nationes, eisq; principes Angelos prefecit: mox Christus Apostolos totidem, antequam pateretur, per omnem terrarum orbem di misit, qui Euangeliū predicarent. Astrologi suam quandam seuti commoditatē, sexagenis tantū partibus orbem diuisere: de quibus ita Proclus in Sphaera: Sed nec interualla circulorum in toto orbe à se inuicem stata sunt, verū pro sphærarū descriptione ad hūc modū dispensari solent. Diuiso in L X partes me ridiano quo quis circulo, septentrionalis circulus à polo sexagesimarum partium quisq; interuallo notatur, Äquator ab utroq; tropico sexagesimis quaternis di stat. Reliqua ex Iacobo Zieglero, huius doctrinæ peritissimo, cognoscere poteris, cuius tu eruditio neminē virum in Italia, atqueadçò in ipsa vrbe Roma reperisset, à quo susciperetur, tu ipse mi Cœli ho-

# Pierii Val. Simia.

minem & probum & literatum, uti Anacharsin Solon, complexus, in contuber D. nium tuum admisisti, & vt doctrinam suam posteritati cōmunicare posset, per ea quæ illi præstas commoda effecisti.

## D E S I M I A.

**A**M verò quædam super Simia conqueramus: qua super id traditur, quod iidem sacerdotes, ubi hæreditatem in inuisos collatam significare voluissent, hieroglyphicum Simiæ, quæ paruulam ponè Simiolam duceret, facere consueuerunt: cuius argumenti causam eam apud Horum legas, quod duas ipsa simolas uno partu perfert. Sedenim earum alteram magis diligit, alteram ita negligit, ut eam etiam odio prosequi videatur. Quam verò curandam suscipit, morose adeò complectitur, & ante se comprehensam gestat, ostentat omnibus, tractariç gaudet, gratulationem intelligens, vt magna ex parte fecerit ipsa suum, cui tanto affectu fauere videbatur, atrectando enecet; mox alterum quem negligere cœperat, educare cogatur, in eum omni mox conuersa cura,

HAERES INVISVS.



E

## H O M O N I H I L I A C N E Q V A M.

**V**Ilgatissimum verò illud est, & omnium scriptorum ætatumq; testimonio receptum, Simiam pro despiciatissimo & maximè nequam homine haberi, vt pro Ctesiphonte Demosthenes, Æschinem tragicam esse simiam dicit, quod personatus quodammodo verborū grauitate videretur, cum alio qui pessimus atq; nequissimus ciuis esset. Et Dion historicus de obtrectatoribus, quos ego, ait, non pluris facio, quam, vt dicit solet, simias. Apud Cic. epistolis, Simium inuenias pro nihili homine positū. Quodq; historiis Græcis memoriarē mandatū est, Simiæ, quam rex Molosorum in delitiis habebat, imprebitas minimè præ. Ftercunda. Illa enim, cum Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent de victoria sciscitantes, legatiq; vas illud in quo inerant sortes collocauissent, vrna euertit, sortesq; dissipauit. Negant verò historici, vt Cicero de Diuinatione refert, Lacedæmoniis vllum unquam ostentū hoc tristius accidisse: nam que præposita erat oraculo sacerdos, dixisse fertur, De salute Lacedæmoniis esse, non de victoria cogitandum. Neq; verò Plautus ineptè Simiam bestiam, nunc nihili vocat, nunc nequissinam, Milite, ac Pseudolo: & Rudente, pro lenone in somniorum coniectatione ponit, quando lenonibus nihil est scelestius neq; perditius, ingrato dubio procul & inuiso mortalibus genere, quodq; est, vt ipse dicit, Deorum odium atq; hominum.

## V I T I O R V M D I S S I M U L A T O R.

**A**D hæc, hominem sua dissimulantē vitia, turpitudinemq; domesticā occulatantem, notare si vellent Ægyptij, Simiam micturientē faciebant: ipsa enim est ea verecundia prædicta, vt quotiescumq; lotiū fecerit, exrementū illud, quod etiam in face reliqua feles faciunt, effossa obruat terra, aut alia quapiam re super ingesta omnino occulat. Sed quoniā impressi codices in damno sunt, quantum ad

A ad Simiæ nomen, quæ sit castior lectio, in Fele, hoc est, in Æluro disputatur.

I M P V D E N T I A.

PETVLANTIA.

**M**ichi quidem longè significantius per Simiā impudentia videtur ostendi posse, quam huiusmodi verecundia. Ea siquidem partibus iis, quas verecundia occultari iubet, assidua sese sione depilatis, natibusq; ita turpiter denudatis, improbum exhibet spectaculum: & eius generis mares, præcipueq; Cercopithei, natura procaciter excitata, frequenti quantumlibet spectatorum theatro, satis cum impudentia pudendi tractatione lasciuiunt, eorum instar satuorum quos nunc Ægypti, ut omnibus ad Nilum locis palam est, Mauriç & Turcae omnes simulacra talia perpetrare conspexerint, magnopere venerantur, summaç & innocentia & simplicitate præditos arbitrantur, remq; putant admodū piam se facere, si cumulatam in hos stipem cōtulerint. Sed vtcunq; illa, Pithœusæ insula, quod ad hanc facit morū prauitatem, notæ sunt in Tyrrheno mari, quibus nomen inditum à simiis, in quas Candulus & Atlantus, ut apud Harpocrationē ex Aschylis Sardiani iambis legit, fratres, omniū ea ætate profligatiissimi impostores à loue transformati sunt, cùm aduersus eum quoq; fallaciarū machinas admouissent. De quibus ita Ouid, Fabulis:

In arimem, Prochytamq; legit, viridiq; locatas  
Colle Pithecusæ, habitantum nomine dictas,  
Quippe Deū genitor fraudem & periuria quondam  
Cercopum exosus, gentisq; admissa dolosa,  
In deforme viros animal mutauit, ut uidem  
Disimiles homini possent similesq; videri.

**C**Sanè quidem petulantiam quis hoc scriptio[n]is genere significaturus, nullo cōmodius animali vtetur, quam simia: cuius improbitate considerata Plato in Civitate sua Thersitem ait, illum omnium qui ad Ilium venere turpissimum, tantęq; impudentię monstrum, vt Achillem Agamemnoni exprobrare nihil verius fuerit, sc̄q; heroibus ingerere temerarius assuerit, in simiam cōmutatum esse, imitariq; adhuc hominum facta, nō re, sed specie ipsa mutata: quod etiam Q. Calaber Paralipomenis tangit. Nam si cùm inter homines ageret, tam perditæ fuit insolentiæ, vt ne regibus quidem imperatoribusq; ipsis quicquam parceret, minimè mirum, si, postquam in bruta transiuit, cundem animi tenorem seruat, importunitatemq; omnem aduersus leonem ipsum ferarum omniū regem exercet. Sanè Lycophron Thersitem ipsum πιθηκόνος appellat: & vulgo genus hominum huiusmodi simiis solemus æquiparare. Ac in eam improbitatem ita nos aliquando lusimus sermone ad Leonem X. P. M.

Deniq; sic petulans generoso infensa Leoni  
Simia, quæ natibus, caudæq; & clunibus huius,  
Tantum animi est parvus, affixa procacibus ausis,  
Hoc tam magnum animal vexatq; agitatq; nec ullam  
Esse moram patitur, musca importunior, apta  
illa feros vitare vngues & dentis acumen,



# Pierii Val. Simia.

D

Lubrica dum fudit saltu, leuibusq; lacertis,  
Dēq; suo querit sibi tot ludibria Rege.

F E B R I S M E D E L A.

R Elicum hic erat, ut ex eorundem sacerdotum dictatis remedium febris ex Leone simiā vescente significari subiiceremus, sed super hoc satis in Leone.

S V I A D M I R A T O R.

**Q**uo sit in prolem suam affectu simia, paulo antē diximus. Hinc autē aliud oritur hieroglyphicum. Fuerunt enim qui Suffenos Catullianos per factā simiam aptē significari posse contenderent, qui scilicet sine riuali dicta facta ve Generosum sua vnicē amant & venerantur. generosum Pindari dictum, qui genus hoc hominum philautia, hoc est, cęco amore sui perditum irridens, adulatores non alter viros probos & amicos videri ait insipientibus, quām simiæ pulchræ pueris iudicantur. Ait enim Pithiis, οὐδέ τοι πάθων πρός πατέρα: bella quidem simiola est pueris. Nam & Horatius adulatorem in obsequium plus & quo prouum, ita ad diuitis nutum mutari scribit, vt credas mimum partes agitare secundas. Simia vero mimum exscribit, quod vna omnium maximē atq; efficacissimē quæcunque Effieri viderit imitatur. De philautia Synesius vir literatissimus, cūm epistolas accuratius à se scriptas aliquando colligeret, vereri se dixit, ne quod simiis accidit, eueniat sibi: illæ enim, ait, cūm natos animalium omnium turpisimos pariant, putant ipsæ tamen eos esse omnium formosissimos. Atq; vtinam, mi Cæli, non idem & ego fallar, qui tantum vigilarum hieroglyphicis his indagandis impenderim, tantum laborum conscribendis exhauserim, vt quod nunc hominum est ingenium, posteaquām me studiosorū animos oblectare existimauero, ludibrio sim. Quid enim, inquiet, ad nos literarum Ægyptiarum fabulæ, cūm nunquā satis temporis per ætatem etiam longissimam supersit, vt vel Latina vel Græca discere quis possit: quanto satius fuerat quatuor hos & viginti annos, qui contextendis sex circiter & quinquaginta huius argumenti commentariis periēre, vel eloquentiæ, vel traducendis autoribus Græcorum optimis impendisse: aut si frigidus obstabat circum præcordia sanguis, mihi potius latenter instituisse vivere, ne per continuam genij defraudationem corpus affligerem, vnde diuturnas grauissimasq; tot & gritudines cōtraherem, necq; tamen hinc vllam apud portentiorum quenquam gratiam mihi compararem. Vera hæc, nō inficior, dicturi sunt. Sed quid agerem? Suus cuique attributus est error. Si quid tamen fuerit quod vel tibi, vel tribus amicis aliis non vsquequaq; displicerit, satis me consecutū arbitratus, habeant sibi sua regna reges, respondebo, meamq; iudicio triū circiter amicorum industriā approbari vsquead eo estimabo, vt pro laboribus tantis ingentem mihi mercedem cumulatissimē persolutam rationibus meis simi nulla contatione relaturus. Vale, meq; Manardo, more tamen illo tuo, plurimum commendata.

PIERIVS

PIERIVS VALERIANVS AD MAGNIFICVM  
 A ACHILLEM BOCCIVM BONONIENSEM, DE IIS  
 QVAE PER CERVVM SIGNIFICANTVR EX  
 sacris Ägyptiorum literis.

**S**ingularis illa mentis integritas, summamq; eruditio tua, Achilles Bocchi nobilissime, nostræq; amicitia & firmitas, perpetuamq; constantia iubent, vt quantum in me est, tui memoriam nullo vñquam tempore apud me desitum aſſiduè celebrem: siue nos coniunxerit olim ſtudiorum ſimilitudo, ſiue fortuna & quædam paritas, quòd eodem tempore pari militia tibi Bononiae, mihi Romæ eadem disciplinas proſiteri contigerit, eorundemq; amicorū, quos diu coluimus, patrocinio protegi. Nullæ tam en te amandi cauſa maiores extiterunt, quām congressus illi periucundi, perutiles, & in primis mihi ſalutiferi, cùm triftissimo illo meo, Italiæq; totius tempore recens Florentia cum Medicis meis electus, Bononiæ te ſuperiori aetate conueni: in tanta enim rerum mearum omnium iactura facta neminem habui, qui ſapientioribus sermonibus mærorem, miseras calamitatesq; meas molliret, alleuareritq; magis, quām amicissimæ officiosissimæq; consolationes tuæ: ita te prudenter per totius vetustatis exempla, pérq; ea que aetate noſtra conſpexeramus, de humanarum rerum viciſtudinibus differentem audire plurimum iuuabat. Accedebat huc tua illa verborū bonitas, mira vultus hilaritas, et festiu a ſemper oratio, qua me ita deliniri ſentiebā, vt ad ærumnas meas mitigandas nihil accidere poſſet utilius, nihil accommodatius. Tecum itaq; totos illos dies eſſe, tecum ambulare, tecum ſedere nunquam defiti, donec maximā eius, quæ me tum oppreſſerat, anxietatis partem à ceruicibus meis excuſiſſe mihi viſus es, ægritudinisq; illius feritatem no parum mitigasse. Poſtea vero quām acerbitas illa temporum in mitiorem versa eſt fortunam, elapsus è custodia Pontifex, patriæ Medicei, Romæ nos reſtituti, mihiq; res ſatis belle ſucceffere, factum eſt vt me tot iam laborum difficultatumq; nihil omnino peneiteret. Hippolyti enim mei liberalitate ſum egere vetitus, liberiūſq; mihi otium indultum eſt. Unde datus eſt ad literarū ſtudia reditus, & deſerta diu Musæ repetita. In his autem ea prima fuit cura, vt quæ traectaffe mie olim noſti hieroglyphica, diutius in ſitu eſſe minimè permitterem. Accinxí me itaq; ad poliendū eo tunc consilio, vt ſi niueus doctoru amicorū calculus acceſſiſſet, modo hoc, modo illud Commentarium emittere. Quod vt coſmodius fieri poſſet, eruditissimis viris amicis meis libellos singulos ſingulis inſcripsi, vt ipſi no magis mea, quām ſua cauſa, quod corrigendū exiſtimaffent, accuratiu emendare quodammodo cogerentur. Ex his Ceruus tibi dedicandus fuſt, propterea quod ſermiones illi, quos calamitoso meo illo tempore tecum fuſſe repetebā, argumentū id præcipue habuiffe memini, vt tot inuectas multis ab hinc annis in plerosq; Principes calamitates, quales & quan tas Europa ferè tota vidimus, eorū delirio deriuatas inde procedere querebamur, quod id hominum genus amicos ſynceriores veridicosq; propemodū fastidiret, plurimūq; adulatores ſubdolosq; parafitos vnicē adamaret. Præcipuum vero Ceruus eſſe hieroglyphicū apud Aegyptios, vt ſi hanc iudicij captiuitatē indicare vellent, Ceruū fistula illeſtū pingere: vt ſi quæ huimodi tendicula pararentur, haberet ſcitus homo quod ſibi proponeret præcipue fugiendum.

## AB ADVLATORIBVS PESSVNDATVS.



Egyptii hominem dolo ab adulatoribus circumuentum ea pictura ſignificabant. Quod vero Ceruo inſitum natura ſit pastorali fistula, vel ſuaui aliquo modulantium concentu demulceri, tantaç; hinc affici voluptate, vt immemor ſui nullo prorsus negotio capiatur, vel inieicto alicunde telo, quod propter animi abalienationem ad eſſe tunc minimè ſuſpicatur.

# Pierii Val. Cenuus.

euestigio transfodiatur, atque ita fiat ad blandientium præda, lætum aliquod ludibrio suo cōuiuum exhilaraturus: quemadmodū cum pernicie sua ridiculi fiunt, qui lenociniis istius modi sese offerunt capiendos: ut recte mihi Antisthenes philosophus dixisse videatur, longè satius esse in coruos, quam in adulatores incidere. Hæc iam tunc in cōgressu illo Bononiensi dicta puto meministi, cùm tu, ut semper soles docte aliiquid declamare, subiecisti: Sapientissimè quidem Antisthenes, qui ut iuuentutē suam (nam ea potissimum ætas huic obnoxia est incommodo) ab Archilocheæ vulpis calliditate liberaret, utli omnibus documento futurus, coruos aiebat non tam hominibus obesse, quam adulatores. Corui siquidem corporis tantū oculos effodiūt, quos ne vtiles quidem non postremi nominis philosophi existimauerūt: alij, ut contemplationis impedimentū nescio quod sponte effossos abiecerūt. Adulatores vero mentis, quæ nostrī diuina pars est, oculos eruunt, intellectum scilicet atq; iudiciū, quibus tantum reliquis prestatamus animantibus, obtenebrant: quibus ita perditis, euenire necesse est, ut nihil fiat humanitati reliquū. Idem etiam dicitabat, Mere trices bona omnia amatoribus suis comprecari, præter vnam mentem atq; prudentiam: ita adulatores iis quos assestantur, omnia felicia ominari, preterquam sapere, ac seipso noscere. Addidisti etiā illud, quod Crispus Passienus dicere solebat, nō esse claudendum hostium adulacioni, sed aperiendum, veluti solet amicæ, quæ si fores impulit, grata est: si effregit, gravior: prodesse enim in hoc arbitratur, ut homo inde qualis esse debeat, admoneret. Respondi ego: Argutè quidem Passienus opinabatur, sed paucissimi quos ardentissima virtus vnde cūq; munierit, hoc assequi potuerunt: reliquis plerisque omnibus, ob humanæ naturæ imbecillitatem periculum imminet, ne si ad hæc aures patefecerint, tanquam vituli inter lupos circumueniantur, ut Cratetis Cynici sententia declarauit. Contrà vero sapienter illi vitam instituerunt, qui non ad ostentationem viuunt, non populares aures captant, sed sibi rerum suarū consciū, rationem ipsam, veram viuendi ducem, sibi proposuerūt. Quare cùm veritas semetipsum noscere doceat, impedit adulatio: illa virtutis viam, hæc vitiorū semitam collaudet: illa bonis, hæc malis parere cōpellat, reiiciatur à nobis penitus adulator more philosophi Timonis, qui Demeam assentatorem ligone percussit. Nullū enim animatum genus assentatoribus, ait Plutarchus, perniciosum magis: nullum quod citius iuuentutem in præcipitum agat: nullum quod facilius fortunas, honores, vitam deniq; ipsam radicitus euertat. Ideoq; Diogenes interrogatus, quæ bestia mortuum haberet nocentissimum: Si de feris, inquit, interrogas, obrectator: si de cicuribus, adulator. Nam veluti aucupes blandulo quodā stridore & mellita vocula simplices auiculas aut in viscum implicant, aut in pedicas iniiciūt: ita pellicit homines adulatio, & mox in omne scelus impellit, eoq; impulsu & inuolutu, in vitam demum calamitosam trahit, perq; caput & pedes in profundissimam ærumnarū voragine demergit. Recte itaq; dicere solebat Aristonymus: Ligna dum ignem nutriunt ab ipso consumi: diuitias, dum adulatores alunt, ab eis la besactari. Excepisti tu: Recte quidem mihi Pieri: nam in memoriam illud mihi re uocasti,



A uocasti, quod & Phauorinus philosophus Actæonis fabulam à suis canibus, quos alebat, deuorati, ad adulotorum trahit euentum, quorum finis & intentio est totum absumere, si possint, dominū. Quod cùm ita sit, Antisthenes siue Diogenes Cynicus cum ligone suo summo opere commendandi, qui quod in vita perniciossimum esset animaduertentes, vrbaniſſimo dicterio alter, castigatio- ne alter, homines ad morum integritatem & prudentiam natos admonere voluerint, ne pessima parasitorum contagie labefactati, per imprudentiam in tam procliuia vitæ discrimina pessum raperentur, omniumq; ignominiæ, contume- liis atq; ludibriis expositi, eorum quibus se suaq; omnia crediderant, proditio- ne perderentur. Subsecutus ego sum: At ne Ceruum tantum musicæ capi leno- cinio persuasum habeamus, equos etiam, ferocia alioqui animalia, eadem affici suauitate, Persica ex historia compertum, magno eorum detimento, qui bella- tores eos effeminatis cantilenis & modulis assuefecissent. Murænas quoq; & thrissas piscium genera euocari concentu & tintinnabulis, exploratum vulgo: quamuis murænas genitrix tantum tempore, vt pote quæ serpentium sequi si- B bila feruntur, quibus eas admisceri tradunt. Iam & Otus, cui nomen inter aues ab auribus est, tanquam cantaminibus circumuentus modulamine afficitur, hu- merosq; iactare, saltitare, & nutare vertice quasi modulos teneat aspicitur: sed nulli horum musica est exitio veluti ceruis, quapropter hinc potius Ägyptij hie rolyphicum suum defumere voluerūt. Sanè quo minus mirum sit ceruum mu- sicæ modulos intelligere, apud Älianum legitur eum Indicæ vocis callere so- num, sermonemq; percipere, necq; alium quempiam ita facilè: quamuis Ptole- mæo Philadelpho ceruus fuerit, qui Græcum idioma prorsus intellexerit. At iam satis super Cerui musica euagati, reliqua nunc eius animalis significata sub- iungamus.

## P R A E C I P I T A N T I A.

Percito quempiam ingenio, temereq; ac nulla ratione sese mouentem (vt ple- runque furores sunt qui Panici vocantur: quippe cùm nulla vrgente causa quis in fugā se proripiatur, negotium' ve, quod præ manibus erat, statim abiiciat, inceputumq; deserat) Ägyptij per ceruum & viperam adpictam intelligebant. C Pugna enim huic cum serpente, cuius etiam cauernas inuestigat, nariunicq; spiri- tu extrahit renitentem, vt luculenter his versibus Lucretius:

Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur

Ducere de latebris serpentia ſecula ferarum.

Ideo singulare abigendis serpentibus remediū, ceruini cornu suffitus, vt apud Nicandrum legitur. Idem ipse tamen tam acer anguium hostis, qui tanto eos co- natu perquirit, simulac ex improuiso viperam conspexerit, in pedes se repente proripit, ac fugit, ingenita ſcilicet naturæ discordia concitus, quæ illi accidit, vt idem Poëta refert,

Propter diſsimilem naturam diſsimilesq;

Texturas inter ſe, primasq; figuræ,

Multa meant inimica per aures, multa per ipsas

Inſinuant nares infesta atq; aſpera tactu.

Sanè coniectores etiam tradunt, eum qui per nocturnam quietem imaginatus fuerit videre se ceruum quempiam instantem tergo, longeq; ſequentem, futurū vt qui tale ſomniū viderit, ea ſit formidaturus, ex quibus nulla ſit offensio ſubſe- cutura, ac perinde fruſtrā timeat.

# Pierii Val. Ceruus.

PRAVITAS EDOMITA.

D

**S**Iquid verò ad vetera significata addere cōcedatur, cùm viperā sit profligatissimis tota vita sceleribus inquinatissima, alia mariti, alia matris parricidio polluta, vnenum' quecius atrocissimū, quod omnem, vt aiunt, exuperat medicinam, aptè mihi fecisse videbitur, si quis vel regem vel magistrum vel iudicem quempiam in scelera vindicem sese acerrimū exhibentem, per ceruum & extractam è cauerinis viperam, quam mordicūs apprehenderit, figurarit. Eodē etiā hieroglyphico virū intellegimus, q̄ morū impuritatē corrigat, scelera eluat, prauitatē emēdet, & quod idē ait Poëta:

*Veridicis hominum perpurget pectora dictis,  
Et finem statuat cupedinis atq; timoris,  
Exponatq; bonum summum, quò tendimus omnes,  
Quale sit, atq; viam commonstret tramite paruo,  
Qua possumus ad id recto contendere cursū,  
Quidve mali immineat rebus mortalibus olim.*

E

Hoc enim est maleficū serpentem, qui clām in insidiis excubat, è latebris extrahere, extractum interficere, imperfectum deniq; deuorare.

F V G A C I T A S.

**F**Vgitiuū dubio procul hieroglyphicè notare qui vellent, currentem ceruum describebāt. Est verò fugacitas ceruo natura insita. Hinc Lucret. Et fuga ceruis A' patribus datur, & patrius pauor incitat artus. Quā verò pedum alacritatem in Achille fuisse autores tradunt, vt πεδαρίης, μέταστρων passim ab Homero vocitetur, sunt qui autument inde partum, quòd eius infantia sub Chirone fuerit ceruorum medullis plurimū enutrita. Porrò illum assecutum esse ceruos absq; canibus, & retium insidiis, Pindarus Nemeis canit:

*κτένον τ' ἐλαφός αἴδη καῶν, θλιῶν δὲ φέκαω.*

Nam de agilitate cerui superfluum est verba facere, cùm scriptis omnium in primis celebretur, præcipue verò καὶ τὸ ιχθύων quandam, Laconū chorus, Aristophanica Lysistrate, dicat, saltandum pedibus est tanquam ceruus aliquis. Sed quod de Achillis nutrimento & nomine positum est Nazianzenus Achillem dictum ait, quòd sine cibo fuerit educatus: οὐδὲ enim cibus & succus est; ille verò crudis tantum ferarum artibus pasci fuerit assuetus. Sed & quod de Chironis institutione circumfertur, mirum ab Homero nusquam huius rei mentionem fieri, cùm tamen Apollonius, & qui post Homerum fuerunt Poëtē pleriq; omnes, educatum Achillem à Chirone tradant. Addam huc Telephum Herculis & Auges filium, quem Alæus Auges pater in Panthium montem exposuerat, à cerua educatum esse, vt apud Lycophronis interpretem habetur, quod & nomen ipsum ostendere videtur: cerui quippe nutricatum significat.

I N T E R Q V I E S C E N S.

**Q**Uamuis autem cursum perniciissimum Ægyptij ex cerui currentis specie intelligi monuissent, quia tamen is requiem inter currendum aliquam facit consistensq; manet, dum qui sequitur appropinquet, tum fugam item arripit, factum est vt hominem aliquam laboribus suis requiem interponentem signifi-



A significare si vellent, currentē quidem ceruū pingerent, sed retrō spectantē, cùm in solius tantū fugacitatis significato caput surrectū statuerent, vt cornua per dorsum demissa residerent. Ideo verò ceruus dum fugit, interquiescere cogitur, quod tenui imbecilloꝝ est intestino, quod leuiter etiā percussum rumpi possit, cute adhuc integrā permanente. Denicꝝ imbecillum adeò animal est ceruus, vt tactus ab aspalatho, ea est spinæ species, emoriatur. Verūm hoc & alia de causa, & alio etiā potest modo pingi, quippe si tres plures' ve ceruos natātes feceris, ca pitibus alterius clunibus impositis, atꝝ eorum primum auertentem se quasi ad postremū se locū recepturū: quo quidem officio mutuo se adiuuant, cùm ex Sicilia transfretant in Calabriam per æstatem, pabuli gratia, idꝝ plurimū iuxta urbem Rhegium, qui propterea quod onus capitū super aquas extantis haud facilē sustinēt, inter natandum singuli super anterioris lumbos caput imponūt: dux verò cùm defessus est ad ultimum trāsit locum, atꝝ ita mox aliis atꝝ aliis labore ita cum quiete communicato in columnes transeunt. Si cui tamen quod superius positum est hieroglyphicum magis placuerit, res in medio posita est.

## B F O R M I D O.

**S** Tuporem præter hæc, formidinemꝝ per ceruum & puniceas pennas prætentas significari, omnibus innotuit, tam ex iis qui Animalium historias cōscripsere, quam ex Virgiliano carmine, qui Turnū aitonito quodā pauore perculsum ceruo æquiparat puniceæ septo formidine pennæ. Libet verò loco hoc de pennis ad ceruorū formidinem excogitatis historiam enarrare, quæ non tantum Virgilij carmen explicabit, verūm etiā hieroglyphico huic argumento plurimum afferet claritatis. Narrabat mihi Io. Antonius Pollio Geloum Princeps, Pontificij contubernij mihi socius, stare adhuc in Sicilia hanc venationis antiquæ rationē, quæ sic fieri soleat. Nobiles vbi renunciatū fuerit ceruorū greges antiquæ re- vsquā oberrare, alter alterū inuitantes properè conueniunt, afferuntꝝ secū scor pionem aut arcum singuli, & fasciculum virgarum, quæ omnes ferrea cuspede præpilatæ sint, quarum caput alterum in summo perforatum est, funiculo perpetuo per virgas singulas ea transmissio. longitudo earum ad pedes quatuor vel circa. Cum ad locū peruenere vbi ceruos congregatos norunt, latè diffusi equi-

C tes peditesꝝ modum agri, quanto satis est ambitu circumsistūt, stationemꝝ vnuſquisꝝ suam per interualla certa suscipiunt. Hic fascem quisꝝ suum explicat, primaꝝ virga ad finitimi ultimam alligata, reliquas per decempedæ circiter interuallum singulas terræ affigit: idem alter, idem alijs faciūt, donec ceruos vnde cunque conclusere. Virgis ita dispositis pennarum punicearum, quas in hunc vsum magno numero fucatas habent, fasciculos licio suspensos ad traductum per virgas funiculū hīc & illic alligant, qui aura vel leuissima impulsi varia iactatione motentur. Stationarij mox in proxima sese quisꝝ abdunt virgulta, sagittisꝝ intentis expectant taciti. Liciorum hoc septum ingreditur eques tantum unus cum odorisequis canibus, iisꝝ non admodum magnis. Hunc venationis magistrum vocant. Is vbi gregem nactus est, sensim accedit, latratuꝝ catulorum tantum fretus, agmen incipit agitare: illi conserti omnes vni fugam capessunt: at cùm ad licia pennisꝝ illas pensiles peruenere, subitò pauefacti ulterius progredi non audent, sed illarum motum & fulgorem declinantes ad latuā non procul flectunt, & rutilantes fasciculos illos prospectantes tanquam in uero inclusi circumaguntur: subscquitur magister, nomine quenq; vocans ex stationariis, prout vnicuiꝝ fit proximus, atque huic primum vel secundum, illi tertium aut

# Pierii Val. Ceruus.

quintum aut septimum ex libidine sua telo excipiendum destinat, futurum sa- D  
gittario dedecori & ignominiae, nisi oblatum à magistro sauciarit, vel si alium  
quempiam quam nuncupatum appetierit. Magister ita agmen tandi circum  
agit quasi per pomœria progressus, donec ita præda omnis per omniū vices cō  
cidat exanimata. Hæ sunt itaq; pennæ illæ, quarum formidine attoniti stupi  
di' ve facti cerui, ab alienato prorsus animo cōsternantur. Has enim nō aliter pa  
uent, quam elephanti colorem album: tauri phœnicium ac rubicundum: tigres  
tympanorū sonitum: vrsi leones' ve mappam, amiculum' ve in caput iniectum:  
de quo locis suis. Sed quod ad ceruum pertinet, dant hoc nonnulli animalis sto  
luditati, ingenitoq; cuidam stupori, qui ei de re qualibet oriatur. Natura omni  
no sunt hi meticulosi, quia frigidiusculi: philosophi enim animalia eo omnia for  
midine magis laborare tradunt, quo frigidiora sunt: idq; quotidiano compro  
batur experimento. Ceruos verò esse frigidos, lachryma dulcis argumento est,  
quæ falsuginosa est apris, qui magna pollent caliditate. Hinc fit vt ille fugiat, hic  
hostem adoriatur, proq; viribus iniuriam vlcisci pertentet. Sed cur non Lucre  
tij Latini philosophi, eaq; de causa mihi sèpius citandi, luculenta super hoc car.  
Emina recitemus:

*At ventosa magis ceruorum frigida mens est,  
Et gelidas citius per viscera concitat auras,  
Quæ tremulum faciunt membris existere motum.*

Atq; idem superius dixerat:  
*Est & frigida multa comes formidinis aura,*  
*Quæ ciet horrorem membris & concitat artus.*

Huius rei doctrinam secutus Horatius ait:

*Quem tu ceruus vii vallis in altera  
Visum parte lupum, graminis immemor  
Sublimi fugies mollis anhelitu.*

Et Græci ἔλαφον αὔρα omnino dixerunt pro maximè formidoloso. Et Cleonymū  
taxat Aristophanes timidissimum hominem, quem Nebulae per figuram cerui  
referebant. Sedenim quod de animalis frigi  
ditate philosophi differunt, longè aliter apud  
Euthymium inueni, vt in subiecto habetur  
hieroglyphico.

VEHEMENTIS APP-  
tentia.

F

**V**ehementissimi enim desiderij signum es.  
se ceruum ad aquæ fontem adspectantē,  
Diuinæ indicat literæ, dum ita canūt: Quem.  
admodum sitibunda cerua inhiat ad aquarū  
riuos, ita anhelat anima mea ad te Deus. Cer  
ua enim suapte natura ita calida est, aiunt sacri  
interpretes, vt frigidissimis reptiliū carnibus  
mirificè releuetur, ideoq; eas audius appetit,  
quibus absumptis naturali illo calore οὐ τὸ  
αιπόθεα magis ac magis concitato, studiosis  
simè gelida fontium fluenta perquirat.

FORMIDO SVBLATA.

**Q**uod autem Herculem ceruum enecantem multa artificum opera propo  
nunt, sumptum ex Poëtarum fabulis argumentū, in quo tamen hierogly  
phicus



A phicus delitescit intellectus, pauorem è mortalium vita sublatum ex eo significari tradit Heraclitus, qui pleraque fabularum figmenta in hieroglyphicum hunc modum interpretatus est. Sed quantum ad timiditatem pertinet, cum affectus huiusmodi in seruis praecipue deprehendatur, utpote qui seorsum ab ingenua liberalitate sint vel educati vel instituti, mos apud Comicos in primis inoleuit, ut fugitiui, quod omnino timidorum est, cerui appellarentur. Eius timoris ergo Achilles apud Homerum ignauiam obiicit Agamemnoni, dum ceruino eum corde praeditum obiurgat. Pomp. Festus seruos fugitiuos vnius tantum literae mutatione ceruos nuncupari solitos tradit. Sedenim ut eo vocitarentur nomine, non ipsa tantum fugacitas in causa fuit, verum etiam historia. Aiunt enim Seruum Tullum ædem in Auentino Dianæ sacrasse, diemque instituisse Idibus Augusti, quo die ipse cerua natus esset: mos vero erat ut Deæ ara ex cornib. fieret, cæsorumque ceruorum capita valuis & parietibus affigerentur, ipsumque Dianæ simulachrum, ut in plerisque numis habetur, cum ceruo effingeretur, quod animalia ea in eius esse tutela dicerentur. Ab utriusque igitur rei similitudine, & scurrili

B propemodum in regem ioco, serui fugitiui cerui cœpti sunt appellari. Addam id, animalia ea ceruos quasi geruos dictos, quod cornua gestat usque adeo gran dia. Nam & Ceres quasi Geres à gerendis frugibus dicta, ut Etymologici putant. Illud vero seruile identidem est, quod onus tam magnum cerui gerunt capite, quoniam ponderum gestatio sit seruorum propria.

## AVDITVS ET SVRDITAS.

**S**orrectas auriculas cerui, auditus acris significatum esse, ostendit illud, quod ἀστιν ἐσῶν proverbiū fertur, quod arrestis auribus Maro, & arrigere aures Terentius interpretatur. Contrà vero pro surditate easdem demissas pingere moris est, quia tunc cerui acutissime audiunt, cum surrectas aures protendere: cum vero eas demisere, vix proximum excipiunt sonum. Nam cum auditus, ut placet Empedocli, fiat illisi spiritus in claviculatam aurium partem introrsus adnexa, quam tintinnabuli vicem præbere dicit, utpote celso loco sitam, pulsusque obuiam, accidit ut negato per huiusmodi aurium depressionem ingressu, surditas obueniat necessario. Alia quædam Medici comminiscuntur, sed quæ nihil C ad rem nostram attinent: hoc siquidem significatum ex gestu desumitur auris, quæ cum surrigitur, patefit: cum vero demittitur, auditum obturat. Nam & Aristotleles ceruos ait, cum aures demiscent, facile capi, quod insidias non senserint: cum vero eas intenderint, facile insidiarum admoneri.

## M V L I E R O S V S.

**S**i qui vero mulierosum hominem, & multarum concubitum appetentem notare vellent, ceruum exorrecto genitali pingebant. Is siquidem cum tur gente iam venere coitum appetit, non in vna tantum immoratur, sed mutat, bre uiisque interposito tempore aliam atque aliam superegreditur. Aiunt vero ceruorum coitum non esse statarium ut reliquorum animalium, sed ceruam simulac marem accepit, identidem currere, applicitumque ceruum & rem nihilo secius peragenter dorso vectare, illum duobus tantum pedibus terræ innixum pertinaciter subsequi, nec nisi perfecta desilire.

## LASCIVIAE POENITENTIA.

**I**llud spectandæ probitatis exemplum est, quod volentes hominem propter propriam petulantiam, qua lapsus fuerit, pudore affectum ingenuo significare, ceruum in scrobe delitescentem ostentabat. Is enim cum fecminam implerit,

# Pierii Val. Ceruus.

separatur per se ipse, & propter libidinis graueolētiam solitarius scrobes fodit: D  
fcent ut hirci: facies quoq; eorum nigrescit aspergine vt hircorum. Degunt igitur hac destinatione quousq; imber accidat, ablutiq; inde pascua rcpetunt.

**A**lia itidem de causa latitare ceruum cūm obseruassent antiqui, hominem qui vel candidatus turpem esset repulsam passus, vel partam dignitatē amisisset, Vatiniana aliqua affectus ignominia, & propterea tanto perfusum pudore, vt in frequentiora loca prodire nō audeat, ostendere si vellent, ceruum marem sine cornibus inter virgulta frutices' ve abditum pingere soliti sunt. Cornua enim mares tantum habēt, quibus amissis tandiu præ pudore latent, quo ad altera renasci cœperint. Alij dicunt, non præ pudore fieri hoc à ceruo, sed natura duce, quod se latebrarum præsidio tutari velit, qui se armis priuatum cernat: ve luti sepia atramento fuso suæ consulit in columbitati, ne capiatur: & polypus coloris mutatione venatores fallit. Quod verò pleriq; historiæ animalium scriptores sc̄eminas è ceruis sine cornibus esse tradunt, longè diuersum est ab eo quod Olympiis ponit Pindarus, ode quæ Theroni scribitur ἐς Στρεψία. Ita enim ibi: ξυσκεψων ἔλαφον θύλαιν ἀξοντ' αὐτὸν τιγχέ παντεῖον δρόσοια ἔχει φειράν: quo loco interpres introductum ait à Poëtis cornutam ceruam, cuiusmodi ea fuit quæ Telephum lactauit. Positum hoc idem ab Anacreonte, sed à Zenodoto correctum, ob vulgaritatem historiæ, quod in eo generis sc̄eminae cornua non habeant: nam quod scripsit Anacreon, γαρ ὡς οἴατε νερῷ ποιηταί γαλακτωδὺς ὅστ' εἰ λαμπρούς καλεῖται φθέεις ιώδη μητρός ἐποκήθη: pro locutione καρπέων, qd' cornigeræ significat, Zenodotus is emunctæ naris censor φορέων, reposuit, hoc est, desideratae vel amabilis. Subiungit interpres, inuentas tamen aliquando, nec incongruū esse aliquas habere cornua, quemadmodum in elephantiis, de quibus tradunt Aethiopicos & Libycos tam mares quam sc̄eminas habere dentes, cūm tamen in India, vt obseruauit Amy F tianus, huius generis sc̄eminae sine dentibus esse conspiciantur.

DE REPULSA  
pudor.



E

ARMORVM APPARATVS SINE CORDE IRRITVS.

**E**x cogitarunt etiam iuniores hieroglyphica quædā argumenta, quæ passim referre, vt ut deposito locus videbatur, haud quaquam puduit: cuiusmodi hoc est, quo apparatum bellicum frustratorium & inanem esse, nisi præsens ardensq; ad sit animus, per ceruum magnis insurgentē cornibus significari posuerunt. Naturam enim inquiunt ceruo animali admodū degeneri cornua magnitudinis adeò spectandæ ac asperitatis horrificæ contribuisse, quò argumentum esset, eos qui audacia & fiducia ipsi prædicti non essent, frustra vllum armorum apparatum, & instrumenta bellica comparare. Dicere solebat Antisthenes, bona omnia à Dis hostibus optanda, preter vñā fortitudinem: illa enim quotquot essent, non esse possidentium, sed eorum qui armis præstarent, & viribus pollerent. Nam nisi ad opes & potentiam præsens acerq; animus adiiciatur, facile vel ipsa infringitur fortitudo. Hinc egregium illud Chabriæ Atheniensium dicitum, quod & Philippus usurpare solitus: formidabiliorem esse ceruorū exercitum Leone duce, quam Leonum duce ceruo. Tantum is animorum vigor, quo

A quo Dux ipse polleret, tribuebat: idcꝫ multis stratagematū exemplis apud rerum scriptores passim verum esse comperitur. In hanc sententiam Demades Philippo, qui contra Athenienses superior euaserat. adulaturus, ἔγνως αὐτὸν, ἐφη, ὁ Βασιλεὺς, τὴν τὸ πόλιος διάκονον μὲν φίλιππον, μακεδόναρχον δὲ χαρής ἐργατήρα. Nosses, inquit, ὦ Rex, ciuitatis robur, si Atheniensium Philippus, Macedonum verò Charēs exercitui præfuerit. Charēs enim Dux fuerat Atheniensium. Non omittendum hic, quod Tertullianus nosse ait se Christiani gregis pastores aliquos in pace leones, in prælio ceruos: quod quidem vir ad martyrij cruciatus impavidus & paratiſſimus, ad ineptias tollendas feruentissimus, necq; animos pusilios, necq; ignauiam quorundam ferre poterat.

## A C T A E O N.

**F**riuola verò mihi videtur Anaximenis interpretatio super Actæonis fabula, de qua superius mentionē fecimus, qui cōuersus ideo dicitur in ceruum, & à canibus suis dilaceratus, quod periculis quæ venādo subierat demūm consideratis, ætate iam ingrauescente timidior factus, in cerū transformari sit viſus, cumcꝫ canes nihilo secius aleret, patrimonium consumpsisse, idcꝫ à canibus laceratum esse significare, cùm potius historia, non fabulæ cuiusquā ſegmentū, inuenio huic dederit argumentū. Actæonē enim & Cippū cornutos editos, Plinius autor est. Quin apud Max. Tyriū legas, apud Corinthios, Bacchiadarū ſacinus in Actæone Dorico adolescentē diſcerpendo admissum, Beotio illi affimatū, in quo Actæon à veris est canibus laceratus. Quod verò Homerūs ait, Dianā per iuga montiū errantem gaudere telis, & capreis ac fugacibus ceruis delectari, ſunt qui ad Actæonis fabulam conuertat: ſunt qui vetus tam philoſophiam ſecuti, ſagittas eas quæ ceruum affequunt hieroglyphicè ſolares radios indicare velint, quorū ſcilicet repercuſſu, cornua ipsa pro loci, vbi Luna eſt, conditione, & appareant & obducant. Nam & Lucretius tela hæc ita interpreta,

*Non radij Solis, neq; lucida tela diei.*

Dianam autem capreis & ceruis tantūm gaudere, Homerus dicit, iconibus autem minimè: nempe quia circa Taygeta aut Erymanthum eam venari dicit, vbi leones non habentur. Elei ſanè Dianā ἡλιαχρᾶ vocant, vt apud Pausaniam eſt, quamvis aliter alij nomen interpretatur. Videas tamen paſſim Dianæ ſimula-

**C**hro ceruum ut plurimum in venatum obiici, qualem præcipue ſpeciem in Hadriani numo cernere eſt, cum inscriptione, <sup>ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ</sup>. In aliis quoque eiusdem Hadriani Dianæ itidem Ephesi simulachrū geminis duūm ceruorum inter ſe auerſorum clunib⁹ inſidere conſpicias, atq; aliter in aliis. Et cerua eſt in multis Gallieni numis cum inscriptione, <sup>Hadriani num.</sup> **D I A N A E C O N S . A V G .** Ea enim <sup>Gallieni num.</sup> ambitione fuit, ingenio vir alioquin impurissimo, vt Deos omnes ad ſuī custodiā & conſeruationem occupatos eſſe iactaret. Hinc feras ferē omnes quotquot numinibus dicauit antiquitas, numis ſuis eadem inscriptione cuſedas curauit, quorum vis magna paucis antē annis in agro Bellunensi reperta eſt. Nec tamen Dianæ tantūm, verūm etiam Milanionī, & Atalantæ heroibus ceruus dedicabatur, quorum ſimulachra cum hinnulo in Olympia fuſſe Pausanias testatur. Quod verò aiunt Iphigeniam cùm iamiam ad aras patris iuſſu maſtan- da conſtitifſet in ceruam demutatam, ac ipsius Dianæ numine in Tauricam re- gionem asportatam, Nicander in taurum ait, Phæodimus in vſam: atque ita omnia variant in Græcorū fabulis, à quibus longè diuersa leguntur apud Ly- cophronem & eius interpretes.

# Pierii Val. Ceruus.

V I V A C I T A S.

D

**V**iuacitatem ex picto ceruo significari, quod Ägyptiorum commentum est, magis exploratum arbitror, quàm vlla sit opus commentarye perquirere. Datum enim illi est à natura, vt quamdiutissimè viuat. Verùm cùm id sacerdotes ostēdere volebant, cornua maximè ramosa faciebāt, siquidem vnoquoq; anno ramus horū cornibus adiicitur, sed vt nonnulli obseruarunt, non ultra sex annos, ab eo tempore similia reuiuiscere, neq; ætatem inde discerni posse, sed ex dentibus, quos tūc cùm grandēus est, aut paucos, aut nullos habeat. Sedenim experimento compertū est, cornua senescentiū asperiora quotannis fieri enor-mioraç, pluribusç tuberculis & mucronibus horrida, quo magis in seniū ver-gant. Animaduertendū autem in manu scriptis Horī codicibus antiquis, ἀλυχόνια σημαινει scriptum, non ἀλυχόνιον, vt in impressis habetur, quod Multa tēpo-ra interpretandum esset. Sed parui hoc momenti. Agathoclea Syracusanorū ty-rannum ferunt ceruum venando interfecisse, circa cuius collum torquis erat a-heneus, superinducta iam pelle tectus, in quo huiusmodi legebatur inscriptio, ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΙ. quē Princeps ipse magna veneratione suscep-tū Dia-næ statim cōsecravit, diutissimeç apud Peucetios Italæ populos in percèletri Dianæ templo, cuius meminit Aristoteles, torquis ille conspicuus fuit. Supera-re verò eos trecentos annos multi prodidēre, pleriq; plures, pleriq; pauciores: quod quidem vtcuncq; habeat, receptissimum est eos esse viuacissimos, & viu-acitatis elogio passim à Latinis Græcisq; scriptoribus appellatos,

**S**ed iam tempus est vt ruminatio signi-ficatum exequamur, si prius tamen locum apud Plinium expenderimus, vbi de cerui ru-minatione loquitur, quem sylvestriū tunc ru-minare, cùm à nobis aluntur, dicere videtur, quasi cicuratio sit ruminatio causa. Sedenim, vt reor, vel aliquid deest, vel, q; adduci non possum, Aristotelem non expressit, qui eo probat argumento ceruos ruminare, quia idem faciunt alti à nobis. Ait enim, ex fe-riis ea tantū ruminare nouimus, quæ ali- quando cum hominibus degunt, vt ceruus, hunc enim ruminare, manifestum est. Huius verò rei significatum ex Diuinis literis inter-pretandum, ex quibus animalia quæ ruminant, & vngulas bifidas habent, pro-fana non esse didicimus: quod quidem eo velamento subinnuit, eum qui sacris sit initiaturus, pietatis meditatione, neq; nō doctrina iudicioç præstare oportet. Bifida siquidem vngula discernēdi doctrinam, & singulorum indicat exami-nationem, quam per ipsas rerum distinctiones assequimur, vt rectum ab indirec-to, lepram à non lepra discernere possimus: ruminatio verò, vt s̄epe dictū, pie-tatem & diuinorum rerū meditationem ostendit: horum qui altero careat, tan-quam ineptus reiiciendus. Alterius siquidem altera poscit opem res & cōjurat amicè, diceret Horatius, de quo tamen significato in Porco latius ex Philone. Eoç forsitan spectat dictū iliud ex xxi x. Psalmo, vt apud Græcos est, φωνὴ καὶ πρέπει λογίσκεται αὐθεντική, Vox Domini quæ ceruos perficit, vt alij, Præparat. Signi-ficat verò καταρπίζειν, instruere aliquem ad negotiū, quod exequendū suscep-erit.

VIR VNDECVNQVE  
perfectus.



F

Vox

**A** Vox igitur Domini, quæ ceruos, hoc est, viros non indignos qui admittantur ad sacra, instruit, & ad certam vitæ rationem inducit, ea est, quæ per Prophetarum vaticinia, per Euangelicam institutionem, per Apostolorum prædicaciones, per Doctorum optimorum interpretationes nobis innotuit. Adamantius, cuius sententiam Euthymius mihi sequi videtur, eò rem trahit, vt eos viros Dominus ad profectum sapientiæ ducat, qui serpentes sint assidue persecuturi (qui sermo merè est hieroglyphicus) hoc est, bellum cum hæreticis, & falsorum dogmatum autoribus gesturi, diaboliq; tentamenta conatusq; eius omnes exuperaturi: quo debellato certamine, triumphabundi mox cantare valeant ex altero supra quadragesimum Psalmo: Quemadmodū anhclat ceruus ad fontes aquarum, ita sitibundus fit animus meus ad te Deus: sitiuit, inquam, animus meus Deum eum qui fortis est, qui viuit. His verò ceruis montes excelsi peruij, sublimitas quippe cœlestis illucescit, supremæq; doctrinæ fastigium, quod nubes omnes exuperat, quò, simulac mortalium insidiis appetuntur, aut canum latribus exagitantur, tutò confugiant, & sine perturbatione sospitentur. Vbi verò

**B** in Diuinis ipsis literis, Prouerb. quippe Solomonis legitur, Ceruus amicitiæ, & gratiarū pullus fabulentur tecū, hieroglyphicè quidem, ait Eucherius, ita interpretantur, vt ceruū amicitiæ accipiendū putent Christum totius dilectionis & charitatis magistrum: nam & alibi, & præcipue Cantico, Christus ex cerui imagine describitur: vt eo loco, Similis es tu fratribus meus damulæ, aut hinnulo ceruorum. Gratiarum verò pullum quem accipiamus, nisi columbinū, ac per inde sanctum Spiritum, qui sit omnium gratiarum, quippe ut veteres vocabulum usurpant, *xæciouixn* distributor? Admonemur ergo per Solomonis præceptionem, ut semper Christi, vel Spiritus sancti solatia requiramus. Sed antequam cornuum ceruinorum genera prætereamus, id obseruandū, è ceruorum genere qui cornibus latis sunt, Tragelaphos, vt tradit Eucherius, Diuinis literis nūcupari. Animaduerti interdum è summis fraxini arboris ramis nasci quid ad huiusmodi cornuum similitudinem, surculo quippe aliquo detruncato, mox gummi de cortice exudante, qui in eam mox speciem Virgiliani visci more crescat, & vario flexu modò in spiram, modò instar acanthi, flexibus anguineis in-

**C** curuetur: id quicquid sit lignum omnino est, atq; admodum solidum, sed forma lata striisq; multiplicibus loricata.

## F E R O C I T A S I N T I M I D I T A T E M

V E R S A.

**S**ed quoniam in Tragelaphum incidimus (qui nomē id adeptus est à cornibus, quæ propter latitudinem & strias huiusmodi hircinis admodum similiæ sunt, ramosa tamen, sed non in acutum tendentia) quid de Hippoceruo dicemus, quem nostra vidit ætas, anteriore parte equum, posteriore ceruum, sessoris & ephippij patientem, ingressu tamen incommodo, vtpote qui modò assultu, infesta modò succussatione sessorem conquassaret? Misit hunc dono Frideslaus primus Mantuæ Dux Francisco Galliarum Regi, salutis nostræ anno X X X I I I I. supra M. D. Quòd si quid huiusmodi pingere voluerimus, non incongruum erit animalis huius hieroglyphicum, ferocem impetu primo hominem significare, qui mox in pauidum eue-

stigio degeneret, & in fugacitatem elabatur,

# Pierii Val. Cenuus.

## DE CORNIBVS.

D

### SPECIOSÆ FORTVNÆ INCONSTANTIA.

 Voniam verò Cenuus ad Lunæ similitudinem cornua nunc amittit, nunc reparat (nam & sideri cornua & decidere & succrescere videntur) hieroglyphicū nonnulli ponunt cerui cornua, si quempiam ab ignobilitate modò ad honores euectum, modò ab honoribus ad ignobilitatem redactum assiduo fortunæ rotatu, variòqz euentu, significare voluerint. Solis enim animaliū cornua decidua recidiuaqz annis omnibus Aristoteles Achaicis Ceruis hoc ait accidere, eosqz, vt suprà dictū, præ pudore tandem latitare, & loca difficilia accessu petere, donec alia renascantur: quamuis castratis aiunt, neque decidere, neque si prius deciderint, renasci. Toto verò opere cornua dignitatis, potentiaz, fortitudinis, autoritatis & imperij indicia esse commonstrantur.

### SACROSANTA DIGNITAS.

**H**inc aliud nascitur hieroglyphicum, vt sacrofæcta dignitas ex unoquoqz E cornu significet, quod antiquissima omnis veterū indicat disciplina. Honoris enim, vti dicebamus, & potentiaz signum tam apud Gentiles, quam apud Christianæ pietatis cultores, quiqz eos præcesserūt Hebræos habita cornua. In Diuinis siquidem libris cornu passim pro Regia positū reperimus, complexaç similitudine quadam inter se, cornu, radiū, & coronā. Inde Moses cornibus insignis effingitur, cuius facies diuini Solis lumine correpta, radiis quibusdam igneis promicare videbatur, adeò vt Israëliticus populus cùm splendorē eū ferre non posset, oculis ad obtutū cæcutientibus, ab eo, vt velata facie verba faceret studiosissimè cōtenderūt. Eadē porrò dictio apud Hebræos, & cornu & coronā denotat. Vnde sæpius apud Latinos in Diuinis literis cornu pro corona positum: passimqz ex instituto veteri coronæ regiæ radiorū referunt similitudinem: vt nō temerè olim institutū sit eas in Apollineo capite X I I. preciosis lapillis cōfici, qui splendore suo promicantes caput vniuersum radiis illustrarēt. Totidem autem radiis coronas regias constare, tum ex numis veterum, monumentisqz aliis vel ære fusis vel marmore incisis, tum ex Virgiliano carmine vides, vbi Latinus foedera certaminis inter Æneam & Turnum sancturus, F

*Quadrivago vehitur curru, cui tempora circum*

*Aurati bis sex radij fulgentia cingunt*

*Solis aui specimen.*

Significarūt & in portentis cornua dignitatē, vt purpurea illa, cum quibus bos albus olim natus, Albino Cludio tū primum in lucem edito: imperatoriā enim illi dignitatē portendisse, persuasum est. Quæ quidē ille iam grādis cùm Tribunus effectus esset, in tēplo Apollinis Cumani suspēdit, sortesqz illis has eduxit:

*Hic rem Romanam magno trepidante tumultu*

*Sistet, equis sternet Pænos, Gallumqz rebellem.*

Sed hæc verbosius forte quam par erat explicuimus, nulla tuarum occupatiōnum ratione habita, mi Bocchi. Sed nosti cerui cornua esse insigniter ramosa, queqz παντάλε τρόπω pro coenaculis ad parietes affingantur, in quorū scilicet ramos hospites domesticiç omnes, annulos, sudaria, pileos, & id genus multa solent appendere, cùm se vel cenaturi, vel accubaturi, volūt expeditos: Hinc tot ea fuerunt quæ cenuinis cornibus applicata reperiisti. Quæ quidem si tuæ non respon-

A respondent expectationi, quid ego veniam à te deprecer, qui maximè omnium vnum nosti occupationes meas. Pro summa verò eruditione tua dabis operam, vt Ceruus meus & torquibus aureis, & insignioribus aliis monilibus adorneatur, vnde aliquid in eo sanctissimæ amicitiae nostræ monumentum posteritati relinquatur.

PIERIVS VALERIANVS AD ROMVLVM  
AMASÆVM, DE IIS QVÆ PER FOR-  
micam & Scarabeum & Echinum signifi-  
cantur ex sacris Ägyptio-  
rum literis.

B  *V*obis maximè omnium animalium duo te, Formica scilicet & Scarabeus (quorum vitæ alterum negotiosa, eius alterum quæ in naturæ Deorumq; contemplatione vsetur, hieroglyphica sunt) in admirationem traxerint minimè mirum est, eruditissime Romule, cùm & veteres Philosophos omnes in certamen commiserint, vtrum brutum, humanum, an diuinum etiam eorum esset ingenium altercantes: & an ea vera sint, quæ lib. de Nat. Deo. apud Ciceronem legimus, in formica non modo sensum, verùm etiam mentem, rationemq; atque memoriam esse. Pythagorici enim, vt optimè nosti, animam omnem quæ sensibus & memoria sit prædicta, rationis identidem atq; etiam orationis esse participem asseuerant, neque interioris tantum, verùm etiam exterioris, qua vniuersiusque generis animalia, quantum necesse habeant, inter se mutuo loquantur. Minimè verò mirum esse, eorum quæ bruta vocamus, verba non discerni à nobis, Italis videlicet aut Græcis, cùm barbarorum etiam multorum verba minimè discernamus, qui vtrum loquantur an vociferentur, distinctè satis non sanè possumus intelligere. Quanquam proditum est, fuisse etiam apud antiquos, qui sermonem animalium omnium intelligerent, inter quos Delampum & Tiresiam præcipue memorant, & multorum scriptis celebratum Apollonium Tyaneum, quem referunt in amicorum cœtu & audisse & intellexisse hirundinem alijs nunciare, asinū prope urbem onustum tritico cecidisse, triticumq; humi diffusum, Philostratus vbi historiam istiusmodi narrat, passerem fuisse scribit, quem ita loquentem Apollo- nius intellexit. Tuncq; verò, calluisse eum & aiuum & brutorum id genus linguas, uno omnes consensu tradunt. Sedenim parū hoc mihi videtur quod, vt alia missa faciamus, Formicæ Scarabeue inter se loquantur, cùm alia in his spectemus, quæ prudentiam, quæ pietatem, quæ legum obseruantiam, quæ agendarum intelligendarumq; rerum, quæ vel Philosophis interdum negotium faceſſere conſuerint, notitiam præſe ferant, quod in multis humanæ vita commoditatibus illa ipsa quotacunq; animalia nobis documento fuerint, & viuendi propemodum rationem indicarint. Sed næ ego ineptus, qui super his ad Romulum Amasæum eruditissimum eloquentissimumq; virum differam. Sedenim dabis hoc amicitiae nostræ, vt etiam liceat ineptire, déq; iis sermonem facere, quæ tu decies in anno longè disertius & eruditius è suggestu publico docere soleas. Nostram verò hanc diligentiam non est vt obscuram quispiam existimet, quod in tam tenui moremur insecto, cùm in eo tam magna naturæ miracula delitescant: quæ Aegypti sacerdotes diligenter contemplati essent, hæc per Formicam suis hieroglyphicis adscriptam significari voluerunt.

# Pierii Val. Formica.

## INVESTIGATIO.

D

**I**lligentissimam in primis investigationem, solertiamq; in iis com-  
parandis, quæ ad usum vitæ facerent, per huius animalis hiero-  
glyphicum ostendebant. Formica siquidem ea quoque depre-  
hendit, quæ quisquam accuratissimè occultauerit, pari cum Sole  
diligentia, qui quotidie omnia terrarū opera visitatione sua col-  
lustrat: quapropter in Isthmo Soli formica immolari solita.

## PROVIDENTIA.

**M**Ox & prouidentiam, quia memor hyemis cibaria comparat & recōdit, &  
cellas promptuarias facit, semina interim ne nascantur morsu secat, abro-  
sacq; condit, ne rursus in fruges exeant ē terra, atq; inutilia inde sibi ad usum ali-  
menti fiant. Quin etiā si ea imbre madefacta senserit, profert atq; exiccat, idq; eo  
tantū tempore, cùm tranquillum atq; serenum cœlum præsenserit. Quamob-  
rem nunquam ex nubibus imbrem effluxisse conspexeris, cùm à formicis expo-  
situm est frumentum, quod supra humanæ intelligētiæ captum esse negarit ne-  
mo, nisi paucissimos cōmemorare velimus ea insignes præsagitura, ut Demo-  
critum fuisse memorant, quem tradunt iussisse fratri cœlo admodum sereno, vt  
quam rapidissimè posset messem omnem sub tecta inferret: atq; effusissimū pau-  
lò post diluuium subsecutum. Ad hæc, hanc prudentiam, siue cœlestium cogni-  
tionem Formicæ adscribit Aelianus, vt cùm nonum à Lunæ coitu diem inauspi-  
catum norit, nunquam eo die de latebris exeat. Sed vt ad asseruādæ frugis pro-  
uidentiā reuertamur, ea si homini largius, aut pari saltem cum formicis portio-  
ne concessa esset, Phalaris Agrigentinorum tyrannus loca quædam in Sicilia  
munitissima, tam paruo negotio minimè cepisset. Is enim simulato cū oppida-  
nis fcedere, frumenta quæ residuò habere se dicebat, apud eos depositus: deinde  
data opera, vt cameræ tectorum, in quibus ea condebātur, rescissæ pluuiam re-  
ciperent, frumentaç; ita computrescerent, illos fiducia additi commeatus pro-  
prio tritico abusos, primo æstatis initio aggressus, in inopia compulit ad dedi-  
tionem. Quod vt exemplo nobis sit, sacræ etiā literæ adhortantur, quæ pigros

Sapien. 6.  
Proverb. 6.  
F

desidesq; admonent, vt ad Formicā se conferāt, atq; illa prudentiores fieri con-  
tentant. Salomon formicam minimum terræ animal, sapientiorem sapientibus  
asseuerat, propterea quod sibi præparat in messe cibum. Deus verò, vt arbitra-  
tur Adamantius, industriam hanc, vel quasi prouidentię similitudinem Formi-  
cis dedit, vt aliis ratione vtentibus perspicuum esset exemplar, vt formicarum  
opera contemplantes, ad res gerendas ipsi quoq; aggrederetur, usui necessaria  
compararent, & parta discerent asseruare.

## LABOR INDEFESSVS.

**A**D hęc laboris perseverantiam ex Formica picta significabant: nam ea non  
interdiu solum, verū etiam noctibus laborem exercet. Quanta verò dili-  
gentia eandem semper itat viam, neq; vñquā aberrat à loco, in quo quicquā re-  
posuerit: quanto nixu semina, quæ præ pōdere gestare nō possit, pedibus pro-  
trudit: quām officiosè aliæ fessis succedunt, opemq; afferunt: vt meritò sit exem-  
plum nobis magni Formica laboris, quæ argutam longè argutius cicadam elu-  
serit, cùm illi, vt in fabulis est, respondit, Aestate quæ cantaueris hyeme salta. Aē-  
neas Platonicus, Theophrasto, vbi differit Euxitheus, eorum opinionem refel-  
lit, qui defunctorum animas aiunt id genus animalium sectari, cuius vitā, dum  
in hu-

**A** in humanis essent, imitabantur, ad diligentissimam hanc inuestigationem, sollicitosq; labores formicam accommodat: quam, si ita esset, Vlysses post obitu assectari cogeretur, qui nobis ab Homero exemplar datus est, in quo quid virtus & quid patientia posset intueremur, idemq; laboriosus omnium Poëtarum celebratione decantatur. Plato autem Phædone tradit, eorum animas qui popularem ciuilemq; virtutem absq; philosophia, consuetudine exercitationeq; freti exercuerint, in formicas abire post obitum. Nam & ea quæ de Myrmidonibus narratur fabula, Theogenes eo quod super Aëgina scribit opere, quem scriptorem Pindaricus interpres citat, Aeginetas ait olim in subterraneis speluncis habitasse, quamq; excauabant terram in cultum arborum egerere solitos, mox frustus congestos introferre, vnde à formicarum similitudine nomen illis Myrmidonum accesserit. Sedenim de Myrmidonibus priscorum fabula est, ne Græci vñquam nugari desinant, Iouem in formicam mutatum Eurymedusam Archei compressisse, vnde Myrmidon genitus eius gentis caput.

## P I E T A S.

**B** Ræctè autem & pietatem, quæq; mutuò mortales mortalibus officia debent, per formicam expresseris, si commeare eas in formicarium spectes formicæ alterius cadauer inferentes, prodire ex cauo aliquas, factasq; obuiam quasi cœsternatas retrocedere, bis idem terçœ factitare: alias demum vermiculos ab inferiori loco, vt pote redemptionis premia, quibus cadauer redimant, cœnectare: alias verò tētare, si quæ dissecatae fuerint, vt partes cōmittant, & cohærere faciat, impellere etiam, vt quæ nihil intermittent, quò explorent, an per se demùm redire queāt. Quòd si quis, vt Æliano teste Cleanthes inquit, animalia hæc rationis expertia contenderet, sola huius rei contemplatio admiratione errorē emendare potest. Quantū verò pertinet ad victus convectionē. Petrarcha noster maluisset hæc de ape potius quām de formica dici, ne furacitati adeò fauere videremur. Nā & in fabulis est, formicæ quæ nunc sunt, homines aliquando fuisse agrestes, codem fermè ingenio, quo reliqui ferè omnes rustici dānantur furaces scilicet & raptore: qui licet in id genus animalia fuerint transmutati, pristinū tamen convectionandi prædas, & rapto viuendi morem obtinuerūt. Animaduertendus verò locus ēst Leuitico cap. x x i i, Si fractum, si cicatricē habēs: vbi

**C** Septuaginta pro Si fractū, Si formiculosum reposuere: per quem loquendi modum hieroglyphicū scilicet, interpretes eum intelligi volunt, qui cogitationem omnem in terrena & secularia negotia conferat, neque pensi habeat quicquam nisi vt cibo potuq; saturetur: quandoquidem hæc est formicarum vita; vt quæ ventri apta sint & commoda, vnde cunctq; contrahant congregētq; vt notat Hesychius: illudq; Solomonis quo de superius, Vade ad formicam o piger, & vias eius considera: ita intelligit, nempe quia pigrum ignāuumq; ad negotia prouocabat, nō vt qualia formica facit, rapto scilicet viuendo, faceret, sed vt labore, diligentiam, prouidentiamq; eius in rectis operibus æmularetur.

## I N A E Q V A L I T A S.

**S**Vnt qui collegas impares, aut inæqualitatem in moribus, in dignitatibus, in censu, & in omni deniq; vitæ colore significantes, camelum & formicam pingant, laboriosum vtrunq; animal, sed facie, magnitudine, reliquoq; ingenio magnopere inter se dissident, vt nullis comparationis terminis circumscribi valeant. Apud Ægyptios fateor hieroglyphicum hoc non haberí, sed vñstatissimi prouerbij citatio, μύρμηξ οὐκέλθει, ne prætereatur monet.

# Pierii Val. Formica.

## O P V L E N T I A.

D

**I**llud exploratum satis, opulentiam per formicas significari non tam apud Ægyptios, quam etiam apud Aruspices, siue de nostratibus, siue de Indicis intelligamus: quarum haec quidem victui necessaria oppidò congerunt, Indicæ aurum, & preciosam supellecilem accumulant: ut non immerito formicaria bona de affluentí diuitiarum copia dicantur, quam augures iis portendi asseuerant, apud quos illæ rem congerat: veluti Midæ illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesse, ex quo ditissimum hunc fore ita prædictum est, ut euenit.

## M V L T I T V D O I N F E S T A.

**A**lioqui formicæ infestæ multitudinis signum apud Aruspices fuere, ut quæ Neroni mortis appropinquantis præsigium attulerunt, qui sibi visus est per somnum pennatarum formicarum multitudine oppleri. Nam & paulò post concitata in eum multitudo, mortem accelerare compulit. Ferales etiam fuere Tiberio, quæ serpentem ab eo in delitiis habitum adhuc viuentem corrovere: nam aruspices cauendum sibi esse à multitudine responderunt. Sunt qui Einauspicatas esse putent ob colorem, qui omnino feralis est: quanquam in Pephno insula Laconiæ formicæ candicant.

## I N T E R I T V S.

**I**N vniuersum autem coniectores ideo formicas indicium esse mortis asseuerant, quod terræ filiae sint, & in subterraneis cauis habitent, quod identidem mortuorum cadauera inferuntur.

## A V D I T O R V M . F R E Q V E N T I A.

**A**t solis literarum professoribus lætum est ex Onirocritarum disciplina formicas in aures obambulantes imaginari: siquidem aiunt puerorum multitudinem hinc significari, quæ ad audiendum cumulato numero sit aduentura: vnde Martialis in optatissima Grammatici commoda iocatus ait:

*Sic te frequentes audiant capillati.*

## F N A N I S T G L O R I A.

**P**robatissimi sapientissimiq; mōrum scriptores quidam ~~καροθεσιας~~ per formicæ hieroglyphicum expressere. Inanem nostri gloriam dicūt, qua nos ipsos supremo dū & meritum æstimamus, tacitiq; nobis applaudimus. Latet enim plurimum hoc vitium in abditis animi recessibus, cogitationisq; delitiis pascitur & educatur. Formica verò in cauernis sese libenter continet; nec nisi necessitatis causa prodit in propatulum, cùm scilicet aut speculatum, aut prædatum properat, vel congestas opes curat: de quarum solitudine superius satis dictū. Habet verò hoc formica cū cenodoxia simillimū, quod laboribus & fructibus insidiatur perinde ac insidiosa pestis: haec quicquid præclarè egerimus, & quascunq; adreas acquisiuemus, labefactare furtim aggredit: illa in opes iam paratas, haec in virtutes, & partā iam existimationē populabunda. Fecimus quid in bello fortiter, fors & corona donati sumus, surrepit haec clanculum, & folia decerpit singula, dum nostra nos facinora narramus, & gloriosum militem, ut in comediarū fabulis est, imitamur. Prudenter aliquid cauimus, id quicquid est cenodoxia vitiat, & gloriando mutat in imprudentiam. Beneficio aliquem affecimus, destruit illud gloriatio, efficitq; ut de quo benemeriti fuerimus; maleficio se à nobis affectum putet, operamq; ita & oleum perdamus. Plurimum tempo-

A temporis in ieuniis, in vigiliis, in orationibus, in continentia, in animi corporisq; moderatione, sine vlla mentis auersione consumpsimus, aduenit cenodoxia, quæ fructum omnem, quem per labores tot collegeramus, rapidissimè de- populetur. Ingeniose, doctè & accuratè aliquid conscripsimus, sed dum nos ipsi illud efferimus, & aut nostros non apparere labores ingemiscimus, aut eorum venditatione molesta gloriam affectamus, cenodoxia illa, illa inquam statim obscurat quæ alioquin futura erant illustria, proq; ingenio stoliditatem, pro doctrina imperitiam, pro studio negligentiam obiectat. Danda itaq; est opera, vt laudabilia quidem faciamus, ex quibus gloria sponte nascatur: sed cum ea vi- si fuerimus acquisiuisse, negligamus potius quam efflagitemus: ita enim cumu- latior, & corollariis etiam aucta vltro percita subsequitur. Siquidem virtus ipsa sibi premium est, nihil indigna laudis, diceret Claudianus: eam tamen vel inui- tam honor & commendatio comitatur.

## D E P O P V L A T I O.

B Ed ut ad Ægyptios reuertamur, agrorum vastationem & infrequentia facta loca, quæ populosa prius fuerant, per formicam & origani fasciculum sacer- dotes illi significabant: per formicam, vti superius declaratum est, hieroglyphi- cum populi, quod passim iam habetur: per origanū, solitudinē eius intelligen- tes. Ea siquidē herba loco apposita quā formicę meant, modico vel salis, vel sul- furis puluisculo simul insperso, efficit vt iter deserant, suisq; relictis cauernis a- liò migrant. Nam & Sotionis in agricultura preceptum est, origanum sylvestre frumenti aceruis circunspargere, ne formicæ grana depopulentur. Sed si actu- tum eas tollere quis velit, experimento compertū est, facilius summoueri posse, si captas aliquot combusseris, & cinerem in cauum inieceris: in agro verò si can- defactū ferrum in cespitem vbi nidificant impegeris. Est verò origanū herba vulgo etiam nota Romæ, & aliis Italiæ locis, Latinè cunila bubula appellatur, quam vtpote præcipue suam Ligures littorales Cornabuliam vocant putri, vt prouerbio fertur, aptissimam saltamento. Cæterū cùm permultæ eius species ab autoribus referantur, eademq; variis cognomentis appellebantur, satis fuerit at- testari cunilam bubulam esse, quæ origanon Græcè dicitur, quam à testudine, cùm ea viperam ederit, ad incolumente carpi dicit Aristoteles, & ab eo Plutar- chus. Apud Plinium legas, contra serpentes priuatim quæ cunila bubula appel- latur: apud Aristotelem, ciconiæ cùm vulnus acceperint (eas enim cum serpen- tibus assidue dimicare cognitum) origanū plagæ imponunt. Theodorus Gaza vir accuratissimus, vbi cunq; sit Origanū interpretandū, Cunilam reddit. quo- rum testimonia fuerunt adducenda, quia nonnulli cunilam bubulam eandem & origanū esse, pertinaciter negant. Addam illud, cùm inter tres præcipuas ori- gani species onites connumeretur, doctissimos ætate nostra viros de hac nō pa- rum dubitare, eamq; sibi incognitā ingenuè profiteri. Nostrī Bellunēses speciē quandam origani, caule, foliis, & floribus grādioribus vulgo apud nos proue- nientem, Puleliū asinīnū vocant, vnde putarim onitis vocabulū, vtpote quod ἄσηνος, qui asinus est, cōmodissimè deduci potest, apud nos ita Latinè interpre- tatum: ea verò herba nimirū cunila est. Ne verò cuiusq; mirū adeo videatur in- esse vim eiusmodi graminis tam vulgari, vt formicas fuget, Ambrōsius herbam quandā memorat Gillam appellatā, cuius folia turtur nidiis suis excluso fœtu su- periace soleat, eoq; pacto pullos ab luporū incurſu deprehensionēq; tutari. Lu- pus enim folium huiusmodi ysque ad fugam abhorret. Leopardus verò allium

# Pierii Val. Formica.

ita sibi sentit abominabile atq; contrarium, vt si quis eo locum vbi ille moretur, D. cōfricuerit, exilire cogatur & aufugere. Ælianuſ primo de naturis Animalium ſcribit, Noctuas à Ciconiis ſuo nido procul ſummoueri, platanī eō foliis importatis, quorū contactū noctuæ ferre nequeant, ex eo in torporem illabentes: ciconiasq; ita pullorū ſuorum in columitati proſpicere, quibus aſſiduè noctuæ inimicabiliter inſidiantur: de quarum alitum inimicitiis ſuo loco dictum. Neq; verò ciconiæ tantū, turturésue aut teſtudines medelā ſibi nanciſcuntur nature ductu, verumetiam & canes & ſues, & ex animalibus pleraq; alia. Canes qui- dem cum fellis vitio laborant, gramen illud ſuū decerpunt. ſues, ſi cephalalgia crucient, fluuiales cancros inuestigat. Mustelæ rutam, ſi quando colubrū come derint, carpunt. Angues marathro lippientes oculos depurgant. Huiusc rei quænam ſit cauſa, non ocioſe quæritur à quibusdam: quippe cum animalia hęc talia neq; didicerint ab aliis, neq; quidē doceri potuerint, cur ita norint quę ſuis ſint ægritudinibus vtilia: quæ nos aliis diſputanda in medio relinquemus, iis iam contenti quæ ad veterum picturas declarandas facere videbuntur.

## I N C O L V M I T A S.

E

**F**eliciter mihi quidam videntur excogitaffe, vt ſi hominem grauiore aliquo morbo confectū, minimæ tamen rei cuiuspiam ope in columitate redditum ſignificare vellent, vrsam lingua in formicas exporrecta hieroglyphicè pingere: vrsam enim ferūt formicarum eſu, quas lingua illexerit, ac mox potu adhibito deglutierit, morbi opem ſibi comparare: quod eo præcipuè tempore facit, cum primū è ſpecu prodit, vbi ieiuna hyemarit. Nam Aron in primis agreste paſcitur (eam dracontij ſpeciem Medici ponunt) cuius acerbitas intestinū inedia concretum laxat: quod ſi nullam attulerit opem, formicis eo modo deuora- tis, in columitate priſtinæ reſtituitur.

## L A T E B R Ā.

**D**E latebris verò in quibus aliquis ſe contineat, per vespertilionis alam, & formicam indicatis, inter reliqua vespertilionis ſignificata diximus.

## D E S C A R A B E O.

C de Formica quidē hęc dicta ſufficiant. Quod verò pertinet ad **F** Scarabeū, Appion ille Grammaticus, quem cymbalum mūdi Ti- berius eſt appellare ſolitus, rideri à plerisq; viſus, quòd curioſa nimīū interpretatione Solis operū ſimilitudinem vermiculo tam exiguo, tā bruto in eſſe collegerit, ad excuſandos gentis ſuę ritus, quæ pilularem scarabeū magna ex Ægypti parte inter numina coluerit, quē reliqui etiā in fabulis tanta veneratione proſecuti ſunt, vt ſcribere nō dubitarint, quemadmodū scarabeus inexorabilē ſe vel ad Iouis preces oppoſuerit, qui mul- tis ab eo verbis contendebat, vt cū aquila rediret in gratiā, coactūq; louē iſpum alia ratione tantæ ire obuiam inimicitiæ. Cæterū ſi quæ de scarabeo traduntur vera ſunt: vera autē vt credamus eſſe, nō iſpuiſ Appionis tantū autoritas, ve- rū & Aristotelis & Plutarchi, & aliorū ſcriptorū excellentium conſensuſ effi- cit. Imò vt nihil hi ſcripſerint, quæ paſſim noſmetiſi fieri poſſumus oculata fi- de perſpicere, non verū aſſeueraſe, per uicacis eſſet ingenij. Tam igit̄ ſuper ope- ribus eius admiranda cum ſint, tantum ab eſt vt vel Appion, vel Ægyptij alij fa- cerdotes, qui ſignatē adeo rem interpretati ſunt, ridendi videant, vt merita po-

A tius, hoc est, magna & ingenti laude fraudandum minimè sit eorum inuentum.  
M V N D V S.

**C**ur enim quis Ägyptios sacerdotes irrideat, quòd mundi speciē, motusq; ipsos per scarabeum significare tradiderint, si pilulas illas, in quibus seminum ex se habuerint, ac in vermiculos primū, mox in certā effigiem conformati fuerint, ad mundi ipsius imaginem & rationem fieri compertum est: Scarabeus enim certo anni tempore bubulum excrementum nactus, materiam eam sibi suscipit elaborandā, quod primo statim Pacis suæ versu mordet Aristophanes, *αἴρει μολὼν ἐς τάχισα κατὰ θάρη*. Quo loco mazā Poëta pro excremento posuit, vt cunctq; primū ex ea pilulas cōficit, vt iam mundi ipsius formā initio imitetur, mox eas ab exortu occasum versus posticis impellens pedibus, non intermissa rotatione protrudit, ipse interim auersus ortum spectat, quasi de industria id det operā, vt cceli ipsius exemplar intuendo, imaginē eius exprime, re conetur. Quid verò illud, quòd inter trudendū à Subsolano in Africū fertur, quasi astrorū cursui fieri obuiam contendat, qui quidē proprio motu ab Africo ad Subsolanū est: Necq; me præterit, esse qui non bouillum, sed asinīnum excrementū ad hoc opus deligi autumant, & ab eo inter volutandum genitale semen fimo superfundi cōminificantur, vnde materies ipsa concipiatur. Addunt etiā, vt historia sit verisimilior, nomen ipsum conuenire, quòd canthon asinus sit, vnde cantharus insectū id denominetur. Sed hęc varietas ad nos nihil, cùm de pila sermo sit, quā ex fimo scarabeus informet, atq; mox in aquas volutādo protrudat.

## G E N E R A T I O.

**P**roximum huic significatū est, rerum procreationē atq; principium, ex eiusdem animalis imagine significare. Siquidē ex aquis in lucem prodeunt scarabei, veluti rerū omnium generationem ab aquis esse Philosophi nō postremē autoritatis autumant: Homerū quippe secuti, qui totiens Oceanū rerum parentem omniū appellat. Nam ea quis quotidie non tueat, scandere aquas in cœlū, diceret Plinius, easdemq; cadentes omniū terra nascentiū esse causam, fruges inde gigni, arbores fruticesq; viuere, vitalem etiā herbis animam elargiri, omnes deniq; terrae vires aquarum esse beneficia: Quod verò scarabeos diximus ex aquis primū lucem auspicari, ex historia cognoscere est, quòd scilicet simul ac pilæ illæ ex fimo fabricatae sunt, scarabeus terrā infodit, vbi cas per dies octo & viginti sepultas occulat, quot itidē diebus Luna duodecim Zodiaci signa perambularit: atq; hęc hyeme potissimū rigente fiunt. Dumq; ita pilæ terra cooptae confouentur, animantur primū in vermiculos, inde paulatim in id genus informantur, fimo tamen uti folliculo quodam inclusi: nono autē & vigesimo die pater ē nido prodit, pilulas egerit, & singulas, uti dicebamus, protrudēdo in aquam prouoluīt, vt pote qui diem eum Solis & Lunæ coitū conciliare non ignorat, ac perinde mundi ipsius generationem quandam assimilare, orbe inde Lunæ nouæ oriri incipiente. Pilæ autē in aquis mollitæ primū, atq; haud ita multò pōst adaptæ cū fuerint, informati iam excluduntur scarabei, & nigrum it campis agmen. Quòd si formica tanto hominum consensu prouidæ titulum consecuta est, quòd in conuetandis asseruandisq; prædis admodū sedula esse videatur, quos honores habendos scarabeo excogitabunt mortales, qui nō humanarū tantū rerū peritos eos, verū & ecclœstium, & diuinarū propemodum non ignaros intueant: Certè non immerito κατὰ θάρη σφόδρᾳ proverbiū celebratur, ab iis qui singularem in eo vermiculo sapientiam animaduerterunt.

# Pierii Val. Scarabeus.

V N I G E N I T V S.

D

**Q**uod verò apud Ægyptios legitur, vnigenitū hieroglyphicè per scarabei figurā significari, non eo tantum modo accipiendum, quo quempiā vnicum filium vnigenitum appellare consueimus: sed ea etiam de causa, quod ab uno tantum genus agnoscat, imo quod solus ipse sibimet seminiū fuerit: singuli enim ex pilulis singulis procreati, nequaquam habet ad quod genus referant suum, sed absq; vlla propagine, nulla maris genitura, nullo fœminæ conceptu, vermium sponte nascentium instar in eam speciem prodierunt.

D E V S I N H V M A N O C O R P O R E.

**E**xigere videtur locus is, ut quod equiores Ægyptiis simus, Deum optimum maximū humano corpore assumpto scarabei similitudinem subiisse, Theologorum dictis ostendamus: neque verò quisquam indignum facinus clamitet, Deum ipsum omni admiratione maiorem, insecto omniū vilissimo, tetroremo putidissimoq; assimilari, qui legerit apud D. Augustinum Soliloquiis, de amanda Christi humanitate dictum: Bonus ille scarabeus meus non ea tantum de causa, quod vnigenitus, quod ipsem suū autor, mortaliū speciem induerit, sed quod in hac fæce nostra sese volutarit, & ex ipsa nasci homo voluerit. Neq; veritus est probus ille Theologus, pietatis & integritatis columē, dum in nitidissimo Dei fulgore cōtemplando, hominisq; ex opposita parte cloacalem quandam putorē expendendo, sub turpitudinem locutionis quodāmodo stomachos & nauseam, delicatori cuipā habitam iri derisui, qui satis exploratum haberet, Deū se verinem etiā per Prophetam appellasse: proindeq; eos qui tanti mysterij cognitionē assequerentur, ac perinde stercorariā scarabei procreationem ex historia callerent, dictū vtroq; pollice probaturos. Quod verò ad Psalmogra-  
*Psal. 21.* phi dictū pertinet, Ego sum vermis, & non homo, fuere nonnulli qui pro Vermis, Sum scarabeus, traduxere: quasi diceret, Contemptissima res ego sum. Eu-  
thymius ita ex Christi persona humiliare sese Dauidem ait, qui alioqui & Pro-  
pheta erat & Rex, alibiq; se canē mortuū appellare, vt libro Regū legitur: Qui  
verò putant dictū hoc propter humanā Christi generationem, quæ absq; vlla  
viri coniunctione fuit, id nobis indicare videntur, quod quemadmodū vermis  
è pluuiā nascitur desuper in terrā veniente, ita & Christus superno sancti Spiriti  
tus in virginem aduentu generatus est, quā ob causam Christus vermis dicitur. F  
reliqua videris apud Adamantiū Concione in Lucam quartadecima, quam de  
Domini circuncisione conscripsit. Porro Augustini ductum eō quocq; deduci  
potest, quod Assessor noster ait, Ego sum vermis, & non homo: quia scilicet ex  
mare & fœmina homo nasci solet, ego verò non ex masculo & fœmina secundū  
ritum humanū, atq; naturam, sed in exemplum vermis natus sum, cuius non est  
aliunde semen, sed in ipsis in quibus coalescit corporibus sua est origo. Clemens  
Recognitionum opus circumfertur qualecunq;, non vocabulis tantum vi-  
tiatum, verū sententiis etiam depravatū, in quo quidem multa à malignis in-  
geniis in institutionis nostræ ludibriū inculcata sunt. Sed hęc corrigeret alterius  
fuerit censura, illud hoc loco tantum attingā, quod circa Sexti finem scriptū est,  
Nos vt canthari libenter volueremur in stercore: vbi is qui glossemata quæ-  
dam adscripsit, non vt Canthari, sed vt Cantherij legendum putat: ratus nimi-  
rum Campanum prouerbium ad hoc facere, Cantherius in fossa. In epistolis ve-  
rò bonus ille vir quisquis censor fuerit, sed nō satis eruditus, audacter Canthe-  
rij fecit, cùm Cāthari dubio procul sit legitima lectio, ex hac ipsa quā retulimus  
historia

A historia naturali desumpta. Sed ne quid quod ad vermem facere succurrat, prætereamus, is prauæ nonnunquā cogitationis inquietudinem hieroglyphicè significat; quod Eucherius ad Esaiæ dictum trahit, Vermis eorū non morietur.

## V I R P A T E R' V E.

**C**Vm verò ita nascatur scarabeus, vt nullo fceminx beneficio prognatur, solaq; patris cura, labore & diligentia vitā auspicetur (nō enim fcemineum est inter eos genus) hinc fit vt Ägyptij sacerdotes P A T R E M significatur, scarabei prætulerint imaginem: & vbi cunq; maris officium, masculamq; vim ex primi voluerint, non alio magis vterentur hieroglyphico: nā veluti pro matris & fceminei sexus symbolo vulturem pingebant, quòd illa absq; patris ope procrearetur, vti commentario suo disputatum est: ita virum ob similem, quam at tulimus, causam, per insectum huiusmodi intelligi voluerunt.

## S T R E N V V S B E L L A T O R.

**E**T quoniam bellatorum animi ea maximè ratione commendātur, si viriles fuerint, virorumq; sit bella gerere, Maronis Homeriq; præcipue autoritate, illi ipsi sacerdotes masculam virtutem atq; ferociam per scarabeum expresse, cuius imaginem anulis insculptam milites gestasse, tradit Älianuſ: de quo plura apud Plutarchum libro de Iside & Osiride. Erat & signum Romanorum militū scarabeus, quo virilem animum præstare se debere admonerentur, necq; muliebriter quicquam meditari faceréue: eaq; de causa dictum ab Horatio,

*Tyrtæusq; mares animos in Martia bella  
Veribus exacuit.*

Contrà verò & Phrygas & Ἀχαιοῖς, in effemimationis opprobriū Virgilius & Homeruſ, vterq; suos appellauit, quòd nihil saperent masculum, sed muliebri torpore ignauiaq; cessarent.

## S O L.

**C**Vm verò plures sint scarabeorum species, trium Ägyptij meminere, quarum una αἰλυρόψφος appellatur, quæ scilicet felis faciem mira refert similitudine, estq; radiis quibusdam insignita: eaq; de causa solis hieroglyphicum formam hanc esse voluerunt. Aliunt verò Äluron, qui apud Latinos nunc cati nūc felis nomine receptus est, oculorum pupillarumq; vsum cū Solis cursu αἱππαδέα quadam commutare, quippe quæ et noctu, & ingruente matutino tempore vegetiores fiunt, & acutius cernunt, ad ortum vsque iubaris, inde sensim incipiūt hebetari meridiem versus, atq; ita quo magis ad occasum declinat Sol, eo minus obscuriores fieri. Ad hæc scarabeo digituli sunt vnicuiq; triginta, totidēq; sunt mensis dies quibus Sol ortu continuo gradatim per singula signa cursum peragit suum.

## L V N A.

**A**Ltera species bicornis est, ideoq; ταυροειδή appellata, tauri quippe insignis facie. Hæc Lunæ subiicit, propterea quòd cœlestem taurū Ägyptij Lunæ exaltationem cōmentati sunt. Gigni hos ex vermibus, Aristoteles, qui lignis ari dis innascunt, asserit. Primū enim vermes ipsi immobiles fiunt, mox disrupto putamine id scarabeorū genus exit. Cæterū Plinius genus hoc, cui tauri cognomen cornicula dedere, terrestre putat: eos idecirco alijs terræ pediculos vocat. Lunanos appellat Nigidius, quibus cornua prælonga bisulcis dentata forcipibus in cacumine cùm libuit ad morsum coeuntibus, quales infantū remediis ex cervice suspendunt: eos in Veneta regione Gramphos, quasi Ceramphos, hoc est

# Pierii Val. Scarabeus.

bicornes appellamus. Cornicula ea non tantum collo suspensa ad quartanas, D quibus id remedij applicat Plinius, verum etiam in frigidiuscula lauatione vri- natoribus ad neruorum stuporem, qui plerunque fit in aquis, amuletum credi- tur: nam & id incommodi vulgo gramphum vocamus.

M E R C V R I V S.

**E**Rat & sua hieroglyphico Mercurij species dedicata, quippe vnicornis, & ab reliquis forma admodum dissimilis. Necq sum nescius, quandam etiā esse paruum admodum scarabeum frumenta erodentem, qui cantharis appellatur: oritur is ex erucis fici, piri, & pini: fiunt enim ex his omnibus vermes, cæterū hę postmodum more muscarū coeunt. Ridiculam Metrodorus Scepsius obserua- tionem ponit, nostro etiam tempore haudquaquam abolitā, in frumentis ole- ribusq ab earum iniuria sospitandis, quod in Cappadocia inuentū prodit, ob multitudinem cantharidū: menstruas quippe mulieres ire per media arua, hor- tōsue, retectis (sit verbo venia) supra clunes vestibus, erucasq ita, ac vermi- los scarabeosq, ac noxia alia decidere. Alibi seruatur vt nudis pedibus eant, capillo cinctuq dissoluto, versu eo pronunciato, φεύχεπι κανθαρίδως, λύκος ἔγειρης θύματος: Faces site cantharides, lupus agrestis vos insequitur. Cauendum verò ne id oriente Sole faciant, sementem enim tunc arescere proditum.

L E T H A L I S A' S O L E F E B R I S.

**A**D hęc Ägyptij hominem lethali febre extinetū, quam sub dio solares ra- dios perpetiendo contraxerit, significare si vellent, scarabeum cæcū effin- gebant, oculos quippe vel acu, vel alia leui cuspide transfossum, ita vt exocula- tus omnino videretur. Aiunt enim solares radios scarabeo inimicos esse, qui- bus si vehementius impetatur, accidere vt statim obcæcetur: simulac verò cæ- cus effectus fuerit, breui etiam commori.

V I R T V S E N E R V A T A D E L I C I I S.

**A**Tque hic tam egregius bellatorū duxtor, tam alienus à mollitia est, vt cùm primū venereas rosas olfecerit, emoriatur: quasi virtutē quantumuis ma- sculam illecebris eneruari documento sit: quod quidem vel ab Aristotele tradi- tum, ansam dat hieroglyphico non insulso: si, puta quis velit Hannibalem durū Capuę desidentem, effeminatū pingere, scutum illi cum scarabei signo tribuat, F oras verò clypei rosarum sertis ambiat, aut quid huiusmodi. Sunt etiam in ho- minum genere permulti qui rosarum halitum ferre non possunt, atque in iis pre- cij quantiuis viri. Nam cùm Romæ essem, vidi Oliuerium Caraffam magnæ ce- lebritatis Cardinalem, qui rosarū tempore quotannis secedere cogebatur, secpue intra suos, quos in Quirinali habebat, hortos claudere, custodiis ad ostia dispo- sitis, ne quis aut salutantum, aut amicorū officij gratia ingredientium rosam in- ferret. Et in Romana nobilitate insignis vir Petrus Melinus, ingenio, eruditio- ne, & loco nobilis, rosarum odore plurimū offendebatur. Atque hęc de scara- beo, quæ memoria complecti potui succurrerunt: plura omnino scripturus, ni- si Commentarium, quod eo super olim paraueram Vulturi adiunctum, ex cla- rissimi viri Alberti Pj Carporum Comitis scrinio surreptum, & à ne- scio quo bibliotapho, vel fuco potius, in Germaniam asportatum, adhuc desiderarem.

De

## A D E E C H I N O T E R R E S T R I .

**E**chinum Aegyptij, quod hactenus legerim, litteris suis non inscrutare: multa tamen super eo significata Græci Latinique excogitarunt, quæ admiratione ingenij propemodum cum iis que Formica super & Scarabeo diximus, conferri possint: atque ea quidem ad humanæ vitæ commoda, utile exemplo futura: cuiusmodi illud est, quod in primis commemoratu dignum existimauit.

**H**ominem quippe temporum omniū conditioni sese accommodantem per id animal significari, et quod ait Phocylides, καὶ οὐ λατερόν τον. Nouit siquidem Echinus (de terrestri nunc loquor, nam de marino inter pisces alibi agitur) cubilia sua Aquilonum & Austrorum mutatione cōmutare. Duas enim cubilibus fēstas facit, alterā Notum versus, Boream versus alteram: quaç parte ventum futurū præcognoscit, fenestram obturat, alterā recludit: sin intra tectum alatur, ad parietem discedit.

Quod Cyzici quidam cum obseruasset, consecutus opinionem est apud omnes, ut ventos qui spiraturi essent ex se ipse præcalleret: id quod alij Byzantij euensis tradunt, forte quod tunc rerum summa apud Byzantinos esset. Sed vbi cūque illud acciderit, satis nobis est id ab Echino fieri, quod documento nobis est, præcavere fieri possit, ne imminens nos occupet calamitas: ea si vicerit, ne aduersus præualentis fortunæ impetum reluctabundi frustra fatigari velimus: flectendam vero viam velis, cum obniti contraria non detur, quoque trahit fortuna, iter intendendum. Non enim est, ut idem inquit Phocylides, in ventum reflandū. Quin potius tales simus, ut quo nos cunque rapit tempestas, æquo animo deferamur, atque ut optimè Virgilius monet, si quo Italiam contingere cœlo nequeamus, quia scilicet

Mutati transuersa fremunt, & vespere ab atro  
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër,  
Nec nos obniti contraria, nec tendere tantum  
Sufficimus, superat quoniam fortuna, sequamur,  
Quaque vocat vertamus iter.

C Atque hoc illud esse crediderim, quod in Echino tanti facere videtur Archilochus, dum super animalis huius prudentia ita scribit:

Γολλ' οὐδὲ ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος εἴ μέγα.

Multa quidem Vulpes, magnum vnum nouit Echinus. Vel ut numero numerum reddamus.


Scit multa Vulpes, vnum Echinus, at magnum.

Sanè Solomon Erinacium inter animalia terræ minima, que sapientibus sapientera sunt, nominat, ut Septuaginta edidere. Nam leporem vulgata ponunt.

## C O N T R A P E R I C U L A M V N I T V S .

Illud quoque super Echino significatum ponunt, ut per hieroglyphicum eius hominem ab insidiis & periculis, ac cuiuscunque fortunæ casibus, tutum ostentent. Si quidem is simulatque ferarum se impetuentium odorem latratuumue sense-

O P P O R T U N I T A T I S  
captator.




# Pierii Val. Echinus.

rit, in orbem sese colligit, rostro pedibusq; in-trinsecus testudinis more contractis, tergore omni pilæ instar conglobato, spinisq; quibus vnde cunctis munitus est, ad incolumitatem erectis otia tur, contactum suum omnibus formidabilem reddens. Ad hæc autem respexisse videtur Horatius poëta, cum se ita contra fortunæ impetum præparatum scribit, ut sua inuolutus virtute, tutus ab eius iniuria fiat. Ita enim inquit:

*Fortuna sæuo lœta negotio, &  
Ludum insolentem ludere pertinax,  
Transmutat incertos honores,  
Nunc mihi nunc alij benigna:  
Laudo manentem: si celeres quatit  
Pinnas, resigno quæ dedit, & mea  
Virtute me inuoluo, probamq;  
Pauperiem sine dote quæro.*


**A**Tque hoc tam prudēs alioqui animal in opportunitate captāda, & periculis euitandis ingenio, & natura præmunitus, damni tamen alicuius, ob procrastinationem ingruentis, hieroglyphicum est, si illi factus adiūciatur suus. Id enim malum ex contatione maius effectum ostendit, propterea quod alio stimulata quandiu potest partū differt, quo fit ut factus magis inolescens, maiorem postmodum in pariundo dolorem afferat. Duo eius genera omnino sunt, maritimum & terrestre, utriusque nomen apud Græcos Echino.

Terrestris de quo iam diximus, omnibus innotuit sub Erinacij nomine. Huius quoq; species duæ sunt, Suilla, & Canina, quæ quidē rectu & pedibus aut suillis aut caninis similibus distinguuntur. De Suillis Eucherius: Erinacij choerogrilli nuncupantur magnitudine propè mediocrum cunicularū, qui de cauernis petrarum procedentes, gregatimq; in eremo, quæ est contra Mare mortuum, pubulantur, qui & Echini dicuntur, ita spinoso defenduntur tegmine, ut nec contingi quidem possint. Par huic cum formica solertia comparando victu, qui pomæ aculeis affixa congerat in cauernam: infamis tantum est inuidiæ nota: quod cum optimè norit se propter cutem præcipue peti, cuius usus poliendis velleribus inferuit, simulac in periculum se adactum videt, vrina sua emissa tergus omne conspergit, sibi conscient id inde putreficer, aculeosq; sponte mox decidere.



D

PROCRASTINA-tionis damna.



E

PIE

A PIERIVS VALERIANVS AD FABIVM  
 VIGILEM, SPOLET. DE IIS QVÆ  
 per sacram suem significantur ex sacrificiis  
 Ägyptiorum literis.

**D**æmonem olim aiunt magni nominis Grammaticum, incomparabilem  
 M. Varronis eruditionem admiratum, literarum eum porcum appellasse, tan-  
 tasibi interea earum prærogativa adrogata, ut Virgilium diceret iam tum de-  
 se præfigisse, cum cecinit:

Audiat hæc tantum vel qui venit ecce Palæmon.

vnum se quippe futurum, qui de scriptoribus iudicaturus esset, cuius ferula atq; censuræ omnes  
 veterum & iuniorum lucubrationes subiici deberent: natas secum literas, secum interitus as  
 summa vanitate iactaret. Hic est Rheminius Palæmon patria Uicetinus, cuius monumentum  
 hodie in Sumano monte agro Uicetino imminentे cum epitaphio ostenditur, ubi rus ei fuisse ve-

**B**risimile est, cum alias etiam agricolationis & vineti studiosissimū fuisse, & C. Plinius ostendat:  
 sed ea fuerit ductus gloria. Certe dictum illud hominis de Varrone non à grammatico, qui lite-  
 rarum tyrocinia doceret, non ab insano aut inepto viro quopiam effusum, sed vt diuinitus potius  
 editum accipimus: nam & olitor sāpe nō contemnenda protulit. Nos quippe Varronem non ea  
 de causa literarum porcum vel à Palæmone vel ab aliis appellatum asserimus, quod scripta eius  
 sint vlla in parte lutulenta, vel ex hara producta, sed quia nihil sit Varrone ipso neq; laetus, ne-  
 que copiosus, neq; magnificentius, qui tam multa, tam varia, tam præclara conscripsérat, magna  
 studiosis omnibus virilitati futura, nisi acerbissima temporum clades thesauros eos posteris inui-  
 disset: quare is omnium consensione vir doctissimus, ac omniū disciplinarū parens, totius prædi-  
 catione vetustatis habitus. Quod verò doctrina eius porco & equiparata sit, ea est causa, quod nul-  
 lum animal à sue, pluribus magisq; variis condimentis aptum, quod nihil ea carne parabilius,  
 & omnium epularum usui magis expositum, quinquaginta propè saporibus ex eo, vt veteres ob-  
 seruarunt, excogitatis, vt non alio ex animali copiosior, neq; laetus humano victui materia sup-  
 peditetur: perinde ac multa et varia Varroni scripta argumentum nullum intactum relique-  
 re, splendidissimōq; rerum omnium apparatu vniuscuiusq; animi famem expluere. Hac igitur

**C**cum super Varrone ipso meditarer, forte accidit vt scripta quædam mea recognoscerem, quæ sci-  
 licet olim ad Ἱερολυφικῶν interpretationem elucubraueram, eaq; inter amicos diuiderem, mei  
 erga se vel amoris vel obseruantiae testimonium: prorupit ex his ecce porcus Aegyptius, quem  
 aufugere tentantem cum postico arreptum pede comprehendissem, cui dono conuenienter hunc  
 mitterem cœpi circunspicere: Varronem quippe aliquem deposcebam: hic mihi tu Fabi Vigil  
 occurristi mortalium eruditissime, cui merito hanc condimentorum lautitiam καὶ σκελινὴν δι-  
 moxiā, quam de porco memorant, vt Varroni congruam, ita tu & perquam similem opulen-  
 tie dedicarem. Nam tu quoq; nullum dicendi genus, argumentum nullum, nullam arcana  
 quantumlibet doctrinæ partem intactā reliquisti, quæ de diuinis humanisq; studiis, de rerum  
 natura, de moribus, de ratione dicendi, de quacunq; demum re vel dici, vel excogitari possunt,  
 tuo illo magno ingenio, felicissimaq; memoria complexus es, vt vix alterum ætate nostra conspi-  
 ciam, quem Varroni illi literatissimo conferre possem. Quare porcum hunc meum tibi deberi  
 merito iudicau, cuius immolatione sanctissimum amicitię fædus tam pie

Semper inter nos cultum & obseruatū, quæ tua est animi  
 sinceritas, spero me perpetuo confirmasse.

# Pierii Val. Porcus.

P E R N I C I E S .

D

**E**GYPTII sacerdotes ut odium; quo suille genus omne persequebantur, literis suis testatum relinquerent, perniciosum hominem Suis hieroglyphico significari instituerunt. Est enim natura animal admodum vitiosa, pruritu impotens, Luna maximè deficiente; constatç pariter eorum corpora vitiari, qui lac eius bibent, lepraç & putida scabie contaminari. Quinetiam frequens suillç carnis es-tatio aciem obtundit ingenij. Vnde iocum Diogenes excepit in athletas, de quibus interrogabat quidam, cur icti non sentirent: Quia, respondit ille, suillis ac bubulis carnibus educati sunt: ad animum scilicet vertens quod alter de corpore quæsicerat. Huiusmodi enim cibi quamvis corpus obdurent, mentis tamen acumen hebetant. Ad hæc, maleficum est etiam monstrum, quia satis clamem non exiguum infert, damnosamç facit pauperiem, dum teneriorem segementum non depascit modò, sed & foedè proculcat, & rostro cruit. Vnde primùm hoc animal Cereri sacrificatum Poëtae testantur: & fabulæ exortæ sunt de Cromyonia sue Apri Calydonij matre, uno ex Thesei laboribus. Itaq; Salaminij legi statuerunt, vt eoru suum dentes attererentur, qui segetibus cladem aliquam intulissent, de quo publicè statutum est apud Bellunenses meos.

S E N S V S   M A X I M E   B R V T V S .

**P**Ræcipua verò fuit apud Ægyptios de sue significatio, vt per eius simularium intellectu mystico sensum materiæ penitus affixum, atq; illi præcipue coalitum indicarent: quod licet in animantiū omnium, nedum in omni brutorum genere conspiciatur: nescio quo pacto tamen longè magis brutū, in sue plurimū apparere: vnicuiç manifestū est. Hic verò sensus rationi plerunq; se se constituit aduersariū, non aliter quām materiæ ratione habita, corpus animæ tā multis in negotiis reluctaç: de quo preclara Platonis, Phædonis, sentētia, τῶ μὲν θέως, καὶ ἀθενάτω, καὶ νοντῷ, καὶ προνοεῖται, καὶ ἀδιαλύτω, καὶ ἀτὰ ωριώτως, @ κῆ τὸν αὐτὸν ἔχοντα ἐντὸν δόμοιο παῖσιν, τῶν δὲ αἰθέρωπτων, καὶ θυντῶν, καὶ αἴροντων, καὶ ταλαντῶν, καὶ μηδὲ ποτὲ κῆ τὸν αὐτὸν ἔχοντα δόμοιο παῖσιν εἰν σῶμα. Animam quidem perquam simillimā esse parti ei quæ diuina est, & immortalis, intelligibilis, vniiformis, & insolubilis, & eodem semper modo circa eadem habeat: corpus verò identidem simillimū humanae, & mortali, & incognito, & multiformi, atq; dissolubili, & quod nunquam circa eadem, eo dem habeat modo. Ex argumentis autem huiusmodi, quicquid apud Philosophos alterationis est in explorandis naturæ secretis, emanauit, aliis rationē rerum, aliis sensum præferentibus, eam illis incorruptibilem perinde ac animam esse afferentibus, his hunc cogitationi, veluti & ipsos corporis affectus, propinquiorem esse concertantibus. Quare minimè mirum est Ægyptios, & qui disciplinam eorum secuti sunt, in contemplandis iis potissimum quæ à corporibus disseparata viderentur, occupatos, porcum quippe animal sensui tantum deditum aspernatos esse: quippe qui corpus identidem suummet, vt in Papyro comonstrauimus, minimi faciebant, eiusq; alendi, curandiq; negocium perexiguum suscipiebant: sensui, quem falli in unoquoq; animantium facillimè posse suspicabantur, parcissimè fidem adhibebat: contrà verò Aristoteles, quiq; eum sequuti sunt, sensum ita sunt admirati, vt eum cogitationibus omnibus prætulisse videantur. Sed nostra nos significata prosequamur.

V A N I L O Q V E N T I A .

**A**Egyptij autem sacerdotes, vt apud Horum est, si vaniloquentiā hieroglyphicè

**A**phicè significare vellent, & suem & auersum Elephantum sculpere consuerunt, idq; perinde erat, ac si rationem à brutali sensu auersam ostendere voluissent. Nam cùm Elephanti significata Cōmentario suo conscriberemus, eum in omni ferè virtutis numero, si de brutis hoc dicere liceat, rationis propemodū participem inueniebamus. Huic sus opponitur, qui antipathiæ ipsius cogente vi, vsq; adeò est elephanto inuisus, vt ab eo nullo possit concilio tolerari: sed cum primū auditus fuerit eius grunitus, fugam elephas arripere cogatur. Nota hi-  
storia est, quemadmodum Megarenses ab Antipatro afflicti, cùm ad manife-  
stum exitium premerentur, vtereturq; ille elephantorum robore, excogitarint  
porcos pice oblitos, & iniecto mox igne flammatos in elephantorum gregem  
immittere: quo facto validissimum Regis conatum negotio minimo irritū red-  
didere, victoria per ingenium sibi comparata.

## VIIS ANIMI LABEFACTATA.

**A**Nimosum alioqui hominem, qui tamen improuisa aliqua specie sit exterri-  
**B**tus, per porcum & fugientem leonem exprimere quorundam inuentum  
fuit. Aiunt enim Leonem Suis congressum declinare: visumq; aliquando cùm  
suem aggrederetur, vt setis horrentem aspexit, aufugisse. Sedenim hoc leoni  
haudquaquam accidit ob naturæ dissidentiam vt elephanto, sed ob horrificam  
Suis indignati speciem, quam cogatur exhorrescere.  
**E**T vt, quod initio dicere coeperamus, prosequa-  
mur, sacerdotes illi cùm nihil eque abhorrerent  
quām inanes sophistarū nugas, & cauilloas verbo-  
rum argutias argumentorumq; decipulas in naturæ  
viribus indagandis, eiusmodi notæ hominē per suis  
hieroglyphicū significabant. Eodem intellectu apud  
Hebræos suillā abstinere præceptū ait Philo, admo-  
nitosq; nos ea diuina lege vt sophistas cuitaremus,  
per evitabilem huiusmodi animalis impuritatem: il-  
li enim acutissimis tantūm accuratissimisq; rerum distinctionibus, quod per  
bifidam animalis vngulam interpretatur, quasi luto inhæsitanter, ita illis adhæ-  
rescunt, vt inde nunquam auelli possint, sed ad extremam vscq; senectutem ibi-  
**C**dem computescunt: nam & porci nihil illustre, nihil purum, nihil limpidum  
amant, sed turbida tantūm, spissa & sordida & fæculenta sectantur: inq; his pre-  
cipiuam statuunt voluptatem.

## SOPHISTAE.

A BONIS MORI-  
bus alienus.

**P**Er porcūm itaq; inhæsitantem luto, vel, vt Crate-  
tis intellectum sequar, rosas conculcante disper-  
gentemq;, à bonis honestisq; moribus alienum ho-  
minē indicabant. Nam cùm Diuinæ passim literę ro-  
sas & odorata omnia ponant pro vitæ morumq; syn-  
ceritate, susq; ita rosas aspernetur, vt de iis qui fini-  
stro, prauo maleficoq; sunt ingenio dicatur, aptissi-  
mum excitatū est hieroglyphicum, ἵεστις ἁδον. quo  
proverbio Cratetē vsum aiūt opusculo quod γέτονας  
vocavit. Quin viuere in Arabia suillum genus vlo-  
genere posse negant: quippe cùm ea regio sit odoramentorum altrix, à boni cu-  
iūsq; odoris hoste meritò declinatur, & vt luculentissimè Lucretius,

Deniq; amaracinum fugit sus, & timet omne

# Pierii Val. Porcus.

Unguentum: nam setigeris subus acre venenum est,  
Quod nos interdum tanquam recreare videtur.  
At contrà nobis cœnum tetterima cùm sit  
Spucities, eadem subus hæc tam munda videtur,  
Insatiabiliter toti vt voluantur ibidem.

D

Eòdem spectat quod Assertor noster, Nolite, inquit, margarita vestra ante porcos proiicere: eos qui scelerum tantum fœtoribus illuiseç delectantur, porcos intelligens, putorem quippe omnem tanquam odorem suauissimum expentes. Nam quod ad lutū pertinet Ciceronis scomma est, actione in Verrem VI. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus?

## D I S T I N C T I O.

**A**D hæc sciendū, vngulam bifidam in Sacris literis electionis & distinctionis symbolum esse: quod apertius dicunt, cùm oportere sacerdotem monent, vt lepram à non lepra sciat internoscere: scelerum quippe differentias, iustum ab iniusto, & à curuo rectum, Horatius poëta diceret.

E

## C O G I T A T I O.

**R**Vminatio autem, vt in Ceruo dictum, memoriam & cogitationē indicat. Vtq; aut horū opus est, si recto & sapienti iudicio esse volumus: præstandum quippe discernendi acumine: vnde aureum illud Pythagoræ præceptum, DE REBUS DIVINIS ABS QVE LVMINE NE LOQVARE. hoc est, dandam esse operā disciplinis, quę veritatis lumen subministrent, si sacra tractare volueris. Sed parū id profuerit, nisi & memoria, & iudicium, bonæç menis accesserit examinatio. Hinc exploditur sus, qui licet vngula sit fissa, minimè tamen ruminat. Tales ij sunt, quanto hodie numero dij boni, qui licet recti prauicç cognitionē optimè callere videantur, cœno tamen volutati cùm doctrinā ipsi suam ad rectam viuendi rationem minimè dirigant, optimè, vt Menander ait, periti praua sestantur. Diuinarū enim literarū doctrina, vt cum Origene loquamur, non solū sacramentorū debet scientiā continere, verū etiam mores gestaç informare discentiū. Plericq; alij quoq; dixerunt, ruminare esse deuovere se ad legis meditationem: fissam verò vngulam habere inter mundum & immundum distinguere: hoc quidem literarū & præceptionum peritiam habere, illud verò meditationē esse, & diuinæ prouidentiæ, qua rectè omnia dispensat, in omnibus cogitationē, quam veteres Prophetæ eructationem, vt nostri redidunt, appellauere: vt, Eructauit cor meum verbum bonū: quancunq; enim virtutem à vitio selegerimus imitandam, eam continua repetitione mandere, & in habitū assuefacere debemus. Seligere verò est diuidere literam à spiritu, & quedam secundū historiam solam edocere, quædam secundum contemplationem, quædam verò secundū vtruncç intelligere. Nam qui præstare hoc idoneus est, ille mundus: qui verò vnius tantum partis est particeps, immundus. Hæc Hesychius. Necq; dissimulanda est Irenæi meditatio super hoc loco, qui cùm proximè fuerit ad Apostolorum tempora, multa diuinæ illius synceritatis interpretamenta percepit: cuiusmodi hoc posito ex lege: Quæcunq; ex animalibus duplensem vngulam habent & ruminant, munda esse: quæcunq; autem aut neutrum, aut alterum tantum horum habent, vt immunda segregari. Per mundos is eos intelligit, qui ea quæ de Patre & Filio tradita sunt ab ecclesia, firmiter credunt, & in vtroq; requiescant, vt pote quæ sit eorū firmitas quę duplii sunt vngula,

F

A gula, & insuper Dei traditiones die noctuqz meditantur, cogitationes suas bonis operibus accommodantes, quae quide[m] præcipua est ruminantium virtus. Immunda autem, quae necqz in Deum fidem habent, necqz traditiones eius meditantur, cuiusmodi sunt qui vocantur Ethnici, idololatriæ abominationibusqz dediti, nil syncerum, nil laudabile sapientes. Ex eorum autem numero, qui quidem ruminant, vngulam verò duplice[m] non habent, Iudæi sunt in primis, quibus quidem mandata Dei plurimū in ore sunt, sed neqz; Patrē & Filium agnoscent, neque sensum à litera distinguere sunt idonei. Alij demū duplice[m] vngulam habent, non tamen ruminant: quo in numero sunt heretici, qui sacras semper literas euoluunt, argutasqz rerum finitiones peruestigant, & quicquid vel inepte vel impiè sentiūt, aliquo semper diuinarum Scripturarum dicto corroborare contendunt, ea tamen nesciunt, aut nolunt ad veri sensus examinatorem conuertere, ad iustitiam, ad bonos mores dirigere quae legerunt. Nam bona eorum pars & Patrem & Filium agnoscere, colere, & toto mentis affectu venerari profitentur, quid tamen aut Pater aut Filius statuerit, ne minimum qui-

B dem meminisse volunt. Et ne longè exempla repetamus, cui nam hominū generi magis in ore est I E S V S C H R I S T V S, quam iis qui hodie concordia[n]ā unanimitatemqz totius Christianismi, quam vnam sibi Iesu Christus Dei filius à nobis omnibus depositis, auersantur, & admittere cane peius & angue vitant. Hinc tot piorum cædes, templorum profanationes, incestus, adulteria promiscua, sacrorum censuum direptiones, conciliandi se Deo contumacia, promissæ diuinitùs expiationis abnegatio, sacrorum ferè omnium irrisio, & omniū que cunqz dictu factuqz abominanda sunt, profligatiſſima expeditio. Quod nō nostri modò Prophetæ præuidere, sed Maro ipse, non nostri generis yates, diuinasse videtur, cùm hæc scribit oracula:

Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,  
Vicina ruptis incer se legibus vrbes  
Arma ferunt, sœnit toto Mars impius orbe:  
Ut cùm carceribus sese effudere quadrigæ,  
Addunt se in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens  
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

P R O F A N V S.

C M Erítò igitur per porci simulachrum Ægyptij profanum intelligebant, Susqz tantæ apud Ægyptios abominationis erat, vt si quis eum vel incuria tetigisset, cum ipsis statim vestibus ad fluum lotum abiret, subulciqz nullum omnino templum ihgredenterur, connubioqz aliorum prohiberentur. Scythæ quoque sues adeò contemnebant, vt ne alere quidem eos in regione sua vellent. Apud Romanos Flamen Dialis porcum tangere sine piaculo non poterat. Quid, quòd religioni, pietatis etiam nostræ fuit pontificibus, ne de sue cognomentum profiterentur: atque ob eam causam institutum vt Romanus Pontifex, quamprimum designatus est, honestum aliquod sibi nomen assumat, more hoc à Sergio cepto, cui cùm nomen à rictu porci esset incuria parentis inditum, ne vox ea cederet in religionis ludibriū, Sergium se vocari iussit. Necqz verò sum nescius, ex Ægyptiorum cognitione solos Panselenos suilla in cibum vsos, propterea quòd aiunt Typhona cùm suem insectaretur, ligneum sepulchrum apud Pansclenon offendisse, in quo Osiridis cadauer vitro conditum, yti gentis mos eius erat, asseruabatur, atqz eo prouectum odio, quod illi aduer-

# Pierii Val. Porcus.

sus Osirim peculiare fuit, membra eruta discerpsisse, mox in rei tam nefandæ me D moriam Panselenos populos ex sue coniuia instituisse, quasi liceret iam sepulchro eo tam fecidè profanato, in profligatissimū quodq; præuaricationis & contumaciæ genus prorumpere.

## N A B V C H O D O N A S O R.

**I**Nuenies in Diuinis literis Nabuchodonasora, quē *ταῦτα οὐκέτε στοιχοὶ* geographus Strabo appellat, Suis nomine vocitatū Psalmo LXX. Vastauit vineā tuā Domine sus sylvestris: idq; ea de causa, quod in voluptatū luto volutaretur, & quia omni spurcitiæ genere immundus esset. quanquam loco hoc nōnulli Salmanasarem potius intelligi volunt. Nos autem per suem, vti superius ex Hesychio dictū, eum accipimus, qui quidem habet scientiam diuinorū, sed ea non rectè vtitur, vtpote quam incongruis polluat facinoribus, vitæ turpi atque immundæ deditus: de quo Petrus, Præstaret his iustitiæ viam non cognouisse, quām ea cognita retrò reuerti, sancta sibi tradita disciplina ignauiter derelicta: quandoquidem his verè accidit prouerbium, Canis ad vomitū suum reuersus: & Sus lota in volutabro cœni, Omnes deniq; qui vel immunditie, vel gulę, vel E reliquæ incuriæ semetipsos dedunt, porcorum & canum vitam desumpsisse lex intelligit, inquit Irenæus. Quin & idipsum nomen *ς*, opprobrij cuiusdam indicium: nam vocalem ipsam *v* Caius Julius Romanus vbi de præpositionibus disserit, ad vituperationis pathos exprimentum idoneam esse dicit ex Hermetis & *τῷ κρυψίῳ λέγω*, testimonio: additam postea fuisse F literam, nostrosq; Fu dixisse. mox Fvse, hodie passim Fy, cùm putoris aliquid perhorrescimus. Facit ad hoc Psalmographi testimonium, Saturati sunt porcina: quam lectionem Eucherius ita agnouit, vt hieroglyphicum etiam eius interpretaretur: Iudæos quippe arcanis diuinæ legis prius instructos abstinuisse profanis, porcina mox sua, id est, priuatorum dogmatum immunditia, quam eis & Christus obiecat, saturatos, dumq; negant Christum, eandem impietatem, dicit, etiam ad suos posteros transmisisse. Glossa illa interlinearis vulgò dicta, minimè quidem contemenda, immunditiem hanc attingit, & pro reliquijs quas reliquerunt paruulis suis, addit: Dixerunt enim, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Animaduerte tamen in Hebraico scriptum esse Beni, quod filios significat, non porcinā. Sed enim ne à hieroglyphicis nostris auocemur, argumentum hoc de humanis F hostijs à Iudaico populo immolatis, commodiori loco, in ipso calce operis, vbi multa huiusmodi repetentur, sine ullius fortè molestia percurremus.

## I N D O C I L I T A S.

**F**Verunt sanè plerique veterum, qui per hieroglyphicum Suis, indocilitatem intelligi voluere: nam apud Physiognomos Suilla frons, breuis quippe & hispida, capillis sursum versus erectis, indocilitatis indicium est manifestissimum: est enim animal maximè brutū Sus, nullumq; animalium magis indocile, cùm reliquæ omnes pecudes aliquid habeant, in quibus dum viuunt, vsus, vel industria, vel frugalitas prosit: suillum autem pecus nihil afferat vtilitatis nisi mortuum tantum. quanquam Spartanorum inuentum fuerit porcos in pugnam instruere, & ad bellandum idoneos reddere: porcorū enim marium ludicra certamina, perinde ac etiam coturnicum, in eorum Phœbeo pueri faciebant, illis ad hunc morē educatis instructisq; magno rei bene gerendæ augurio iis præsumpto, quorum porci vicissent. Eius tamen indocilitatis ergo Marsias, qui Apollinem in Musicæ certamen prouocauit, suillam fertur caudam postmodum habuisse,

**A** buisse, quippe quod temerarius eius conatus turpiter illi ob imperitiā cesserit. Et Philostratus Arcadas rudes appellat, & suibus similes, tum ob alia multa, tum quod arborū fructibus vti sues plurimum turgeant, sintq; vt ait Horatius, fruges consumere nati. Eadem ratione ex hara productū, non schola, ait M. Tullius in Pisonem, indoctū & illiteratum significare volens, quod allatum fuerat. Quin & Hippocratis Coi, Medici illius clarissimi filij, ob indocilitatem & incomptos mores à Comicis proscissi, suem sapere ferebantur: non secus ac Varroñ ipsum, tantæ virum eruditionis, Palæmon Vicentinus grammaticorū dicacissimus, literarū porcum vocitabat: ipse enim hunc literatū quidem, sed sine delectu, intelligi voluit, quod omnia dum sciri expediret, in fascem coniiceret maiore curiositate, quam iudicio, nihil satis pensi aut constituti habens, quid, aut quantū diceret. Quanquā, vt initio diximus, Palæmonis dictum in Varronis laudem, ob doctrinæ copiā & varietatē, qui lautissimus ac suauissimus fuerit animorū pastus, modestiæ causa proposuerimus intelligendū. Cessit deniq; res in prouerbii, vt cum imperitissimū quenq; eruditissimo cuiquam fesc con ferre viderimus, Sus Mineruam dicamus: quod ita Theocritus expressit, οὐ πολλὰ τελέσας εἶπεν θεοῖς. Et eodem ferè intellectu quo asinus ad lyram, σάλπιγγα οὐκ ξύρει. Subiiciamus & illud, οὐκ ἀνώματος, de iis qui faciunt quid ineptè admodū et imperitiè: nam illud, Sus Mineruā, Festus Pompeius exponit, cum is id docet alterum, cuius ipse est inscius. Atq; vtinā, mi Fabi, prouerbium in me non retorqueatur, qui de his ad te scribere sim aggressus, & pleraq; etiā alia argumenti huiuscemo di commentaria ad aliorū institutionē elucubraram. quid enim (dicent nasuti pleriq; viri) sibi vult aulicus vir iste cum Commentariis de sacris Aegyptiorum litteris: quasi non satis sit ad multarum rerum elegantem declarationē Tullius, ad eruditionem Plinius & Plutarchus, ad scientiā Plato vel Aristoteles, totq; aliij Græci atq; Latini scriptores, qui nihil intactū reliquerunt, quibus legendis ætas nulla, quantumuis longa, sufficiat. Sed quid agrem, si quando mihi tēporis aliquid ab officiis vacuum relinquebatur: luderēmne alea: aut latrunculis: aut alio quopiam insaniendi modo? At nunquā ita otiosus fui, vt vllum mihi ludi genus placere potuerit. venaretur, confabularetur, aut quid aliud ciuile faceret, quo ipse sibi non inuisus esset, & nulli molestus viueret, neque nos nugis obtundere cogitaret. Atqui hæc mihi alea cordi semper & pila fuit, hæc venatio, hæc confabulatio mea: inuitum neminem ad lectionem traho, mihi ipse lusi, inuidia nulla sit, si vnuisque sua nouerit ire via.

**P**ari cū Arcadibus ratione Bœotios, quod ven tri & gulæ supra modum dediti essent, crassaque hinc Minerua prædicti mentis tarditate laborarent, ita cognominatos aiunt autores non ignobiles, Achæus, Eubulus, Mnesimachus, & Alexis: vnde adagium οὐδὲ βούληται. Et apud Pindarum & Cratinum constat Bœotios sues aliquando nuncupatos, propterea quod Hyantes, qui expulsi fuerunt à Cadmo, eam olim regionem incoluerint, sumpta inde cauillandi causa, vt pro Hyantibus, Hyas, hoc est, sues eos populos appellarent. Sed & alijs quoq; gentem eam voracitati deditam attestantur. Porro Pindarus Olimpiis, fugere se ait suem Bœotium, probrum scilicet stupidi & stolidi, quod inflictum erat sui generis hominibus.

## STUPIDI TARDIVE.




# Pierii Val. Porcus.

L V X V R I O S A E  
delitiae.

D

**P**ERUETUSTUM AUTEM FUIT APUD HIEROGLYPHICOS  
ÆGYPTI SACERDOTES, DELITIAS, VICTUS LUXUM, & LA-  
SCIUIAM, EX PORCI SIMULACHRO SIGNIFICARE. ARGU-  
MENTO EST COLUMNA IN ÆDE THEBIS ÆGYPTIIS OLIM ERE-  
CTA, IN QUAE PLURIMÆ IN MENIN REGÊ EXECRATIONS DE-  
SCRIPTÆ ERANT, QUI PRIMUS OMNIUM ÆGYPTIOS À PAR-  
SIMONIA AD LUXURIAM, À MODESTIA AD INTEMPERANTIÆ,  
À VIRTUTE AD EFFACEMENTEM ILLEXIT: QUAPROPTER SI-  
MULACHRUM EIUS PORCUM ESSE VOLUERUNT. MERITO  
ITAQ; RHADAMANTHUS APUD CLAUDIANUM HUIUSMO-  
DI GENUS HOMINUM PETULANS, INGLUIOSUM, & VO-  
RAX, IN SUIS CONDENDOS DAMNAT EO LOCO:

*At qui desidia semper vinōq; grauatus,  
Indulgens veneri, voluit torpescere luxu,  
Hunc suis immundæ pingues detrudit in artus.*



AT XENOPHON SOCRATÉ AIT IN CONUIUIIS, AD QUÆ NŌ NISI COACTUS ACCEDEBAT, TEM-  
PERATE SEMPER ATQ; PARCISSIMÈ CIBUM CEPISSÉ, IOCOQ; DICERE SOLITUM, CIRCEN MUL-  
TIS HUIUSMODI APPPOSITIS HOMINES IN SUIS CONUERTISSE: VLYSSEM VERÒ MUTARI MI-  
NIMÈ POTUÍSSE, QUOD MERCURIJ MEMOR ESSET, QUI CONSILIJ EI DEDERAT, TUM SUA-  
MET PARSIMONIA & ABSTINENTIA VTERETUR. TALE ALIQUID APUD MUSONIUM LIBRO DE  
VICTU LEGAS. PLOTINUS QUOCQ; CÙM ANIMAL HOC MAXIMÈ VOLUPTARIÙ AGNOSCERET,  
VBI DISSERTAT DE PALINGENESIA, IN ID EOS REUERTI DÍCIT QUI VITAM OMNEM IN LIBIDI-  
NIBUS & VOLUPTATIBUS EGERINT. EPICURUS, QUI FELICITATEM IN HUIUSMODI VITA PO-  
SUIT, SCITÉ NOTATUR AB HORATIO, QUI SECTATORES EIUS COGNIMENTO PORCORUM NO-  
MINAVIT, EPISTOLIS:

*Me pinguem & nitidum bene curata cute viseſ,  
Cùm ridere voles Epicuri de grege porcum.*

G A N E A.

**S**ANÈ QUANTUM AD EIUS ANIMALIS CARNEM PERTINET, DELICATAM CŒNAM APUD AR-  
CADAS HECATÆUS, VT APUD ATHENÆUM LEGERE EST, EX MAZA & SUILLA CARNE DE-  
SCRIBIT. VERRIUS AIT À SUILLA VESCI CARNIBUS COEPTUM, QUOD ANIMAL ID NULLIUS ESSET  
VTILITATIS. NAM VT VARRO ANIMAMILLI PRO SALE DATAM ASSEREBAT NE PUTRESCERET: AIT  
CHRYSIPPUS, NIHIL PORRÒ SUS HABET PRÆTER ESCAM, NULLUMQ; ANIMAL PLURIBUS & DI-  
UERSIORIBUS CONDIMENTIS IDONEUM. VT NŌ TEMERÈ T. QUINTIUS ROMANORÙ IMPERATOR  
(SUNT QUI T. FLAMINIUM PONANT) DUM APUD CHALCIDENSEM HOSPITEM DI-  
UERTISSET, VARIAQ; SIBI APPPOSITA FERCULA OBSERUASSET, ADMIRATUS FUERIT VNDE EI SOLsti-  
TIALI TEMPORE TAM VARIA & TAM MULTA VENATIO CONTIGISSET: ATQUI, INQUIT HOSPES,  
OMNES ISTIUSMODI DAPES EX SUE DOMESTICO FUERUNT. TUM (QUOD ADDIDISSE NON  
PIGEAT) PROMPTÈ QUINTIUS, & ACUTÈ: TALIS EST, INQUIT, ÆDEPOL ANTIOCHI EXERCi-  
TUS, CATAPHRACti ALIJ, ALIJ VELITES, ALIJ HASTATI AUT LEGIONARIJ PHALANGE COMPOSITI, VE-  
RUM OMNES SYRI SUNT. PORRÒ NIHIL, VTI SUPRÀ DICEBAMUS, EA CARNE PARABILIUS, &  
OMNIÙ EPULARÙ VSUI MAGIS EXPOSITUM: NAM QUINQUAGINTA PROPÈ SAPORES EX EO,  
TESTE PLINIUS, EXCOGITATOS SUPRÀ MEMORAUIMUS, NECQ; ALIO EX ANIMALI NUMERO-  
REM GANEÆ MATERIALIA SUPPEDITARI. HINC APUD COMICOS, LURCONES, PARASITI, GANE-  
ONESQ; SERUI, SUILLAM SEMPER SIBI DEPOSUNT, PERNAM, GLANDEM, SUMEN, CALLUM, PE-  
NITAM OFFULAM, & SIMILIA. ET SERUUSILLE PLAUTINUS CÙM SE SOLUM DOMI AC SINE AR-  
BITRO RELICTUM IRISPERARET: QUANTA, INQUIT, PERNIS PESTIS ERIT, QUANTA LUMBIS. GA-

Ienus

**A**lenus porrò suillam carnem cæteris laudabiliorem facit. Auerroës quoq; porcianam carnem, ex Auicennæ placitis, cæteris præferendam asseuerat, veluti hominibus natura cognatiorem: et humanum suillumq; sanguinem in omnibus exactam habere similitudinem, perinde ac etiam carnis eandem esse rationem, optimi quicq; medici scriptis prodidere.

## C I B O R V M   V A R I E T A T E   S A T V R .

**A** Pud aliquos inuenio, hominem ciborum varietati deditū per paucitatem suem significari: facile enim is vnicuiq; assuescit cibo, necq; suis pareat factibus, neque ab humanæ carnis esu refugit: os enim porci vulgus prouerbio appellat quasi rotundum, & quod nullo escæ genere abstineat, omnia voret, omnia aueritate deglutiat, nihil quantumvis putre atq; impurum horrefeat: ita deniq; animalia hæc gaudet pabuli mutatione, & copia, implenturq; carne, & obesiores facti mirificè opimantur ipsa cibi varietate, cuiusmodi mensam Plato Syracusanā vocat, ἡ τοιλακίων πεπονίας, epistola quadā ad Dionis amicos nominauit. Vnde etiā Horatius inter delicias eas quas Ode prima libri tertij recenset, Siculas estiā dapes ponit, cuiusmodi distentū ingluuie Dionysium minorē Aristoteles refert Politia, quem nonnunquā ad nonagesimum usq; diem ebrium perseverasse tradunt. Necq; absimilem huic Heliogabalum Lampridius incessit, qui nunquam minoris quam centū seftertiis cenarit. Vnde centenarias cenas Septimus Floren, Apologetico, vituperat, cum alioqui centenariæ ceneæ à centū assibus ex ære dictæ sint, ut Grammatici veteres interpretantur. Sed de seftertiis alibi.

## S A L A C I T A S   E T   Æ S T A S .

**E**st & salacitatis signum ipsa Sus, qua pecude, ait Cicero, nihil genuit natura fœcundius: necq; aliam eius improbitatis causam afferunt, quam & multipli cem & assiduā voracitatem, cum longè aliter euenire in agrestibus videamus, quippe qui semel, & eodem ferè omnes die, ut Plutarchus ait, æstate scilicet incipiente, factum edant: vnde vulgatum est dicterium, non expectandum ulterius pluuiam cum sus pepererit. Itaq; nonnulli suem hanc proestate ponunt, de quo quidem versus vulgatus à Plutarcho recitatur:

Μηκέπινοντες υετού θηρευτικήν αγριότητα σὺν.

**C**Domesticæ verò & saepius, & quocunq; tempore pariunt, propter eam quam diximus pabulorum virtutem, quæ geniture redundantiam plantis etiā, nedum animalibus affatim subministrat. Eandem in homine salacitatis causam tradit Empedocles. Hinc ait etiam Euripides, ἀ τάκτων τοι κύπεις, ἀ τελῶν δέ, vult crapulatum Cyprus, haud famelicum: quod ab Achæo sumptum, qui multò ante dixerat, πενῶσι γαρ οἱ κύπεις πλαγαὶ, amara Cyprus est esurientibus. Nostri dixerunt, Sine Cere & Baccho friget Venus. Sanè quidem Ægyptij mortuorum ventres eximere, & in sole discindere soliti sunt, ut qui scelerum omnium causa essent, atq; ita vel expiarent, vel ut de impulsore peccatas sumere viderentur. Huic verò salacitati congruere videtur illud quod χιρωδολεῖν verbum à porco finxere, quod corpus prostituere, quæstuiq; exponere significaret. Apud Aristophanem ξειρόν, id est, porcum, pro muliebri natura positum inuenies: ac nostri identidem porcum virginem inguen blando & iocooso vocabulo appellauere. Idem subare dicunt nequitiae verbum, quo Epodis vtitur Horatius ad rem impudicam translatum, quod est perditè impudenterq; & brutorum more commisceri.

## A N N O R V M   C E R T V S   N V M E R V S .

**I**n portentis verò porcellos supra mammalium numerum editos, tot annorum

# Pierii Val. Porcus.

esse significatores volunt, quot numero nati sunt: ideoq; porcam eam quæ La-  
uinij triginta capitum fœtum peperit, portendisse volūt, X X X annos illos exi-  
gendo sūisse priusquam Lauinienses oppidum Albam cōderent: párere enim  
oportet porcas quot mammas habent, vt obseruat Varro: si minus pariant, fru-  
ctuariam idoneā non esse: si plures, portentū. Eius autem Suis quę fuerit Aeneæ  
portento, ac porcorū vestigia, suis adhuc temporibus apparuisse, affirmat Var-  
ro. Idem, quod eorū simulachra ahena in publico loco statuta erant, & corpus  
matris à sacerdotibus quasi in falsura fuerit ostentabat. Ita nullo vñquā tempo-  
re defuerūt, qui sub diuini cultus velamento, huiusmodi aliquo inuento rudes  
insipientiū mentes per superstitionē modō hanc, modō illā deludere cogitarint,

L A T R O.

**N**Eç quidem prætereunda Sus est tot antiquis scriptoribus celebrata, quā  
Cromyoniā nuncupatam, vt prædictū est, Theseus dicitur sustulisse: cuius  
rei meminit Plutarchus & Strabo. Sunt qui fabulosē, vt eiusmodi pleraq; cer-  
tamen id à Græcis confictum putent: sūisse verò hanc mulierem quę latrociniis  
regionem omnem infestaret, nonnulli prodidēre. Sunt qui Aprum Psalmo 79. E  
Exterminauit eum aper de sylua, pro caco dæmone intelligent. Sunt qui Vespa-  
sianum præmonstratum velint, qui ludæos bello affixit. quodq; sequitur, Sin-  
gularis ferus depastus est eam, Titum hunc esse aiunt eius filium, qui assumptō  
ad imperium patre, profectoq; Romam solus remansit, Hierosolymamq; oppu-  
gnatione consumpsit. & ita Eucherius accipiendum censet.

I M P E T U S.

**Q**uid verò illud, quod omnium poëtarū consensu, impetus & bellica fero-  
citas per suem, verū eum agrestem, indicatur? Feroem enim bellatorē  
si velint insigniori aliquo vocabulo honestare, Apro eum similem dicūt. Apud  
Aristophanē Lysistrate, mulierū chorus, si per Deas, inquit, hodie me cōmoue-  
ris, soluā ego suem meum. Et eadem comedia Laconū chorus minatur se cum  
Leonida tanquā apros irruturū. Nam pugnacitas vsqueadē illi propria est, vt  
prouocatus à venatore minimè fugiat, sed vltro pugnā capessat, & in ostentata  
tela nihil vcritus irruat: vnde in prouerbiū cessit, cūm de audacibus aut nimiū  
promptis loquimur, ad nos venire per hastā vt sylvestrē suem. Romani nostri, B  
vt s̄epius animaduerti, venatores eos ignominia notant, qui feruente iam vena-  
tione Apro conspecto, illum non illicò prouocauerit: atq; hinc de eo qui sibi ri-  
xas contentionēs ve quæritat, ὥδεν dicitur. Harum rerum causa extremæ Ger-  
manorū gentes Aestyi appellatq; pro armis formas aprorum olim gestare solite,  
vnā cum Matris deorū insigni, qua superstitione etiā inter hostes sese tutos ar-  
bitrabantur. Apri porrò vim, & fulmineū illud robur admirat Oppianus: quan-  
doquidē in venatione opressus, tandem cūm occubuerit dentes vsqueadē igni-  
tos præ se ferat, vt setæ de collo adhuc trepidantib. auulsæ, dentibusq; admotæ,  
quasi prunis ardentibus applicitæ concrispentur, siq; proprius adhærescant cō-  
crementur. Sanè canes si tūc temporis eius dentes attigerint, attachi cutem per-  
petuis stigmatibus injuruntur. Tantam hanc tamen belluæ istius ferocitatem &  
impetu (vt Επέρθησαν hoc dicā) facile declinari posse docet Democritus, qui eos  
ab Apris impeti negat qui cācri vngulas ac pedes alligatos gestarint. Quod ve-  
rò aprum hunc vnitestem Homerus dixit, haudquaq; huiusmodi coitus rarita-  
tem, vt aliqui putant, indicat, sed historiam ipsam, quam verissimā esse dicit Ari-  
stoteles: pleruncq; enim inter pascendum eo quo defertur impetu truncis & sti-  
pitibus

A pitibus acutis testes atterere, vt vix vnuſ interdum relinquatur in columis.

## ÆSTAS ET HYEMS.

**A** Estate per fœtam suem significari tam ex historia, quam ex vulgato dicte Ario docuimus. Nunc cur Aper hyemale tempus hieroglyphica imagine significaret, referendum. Hyemis utiq; facies hispida est, aspera & horrida: hispidus, asper & horridus est Aper. Humida, lutoſa, pruinosaq; hyemis est; humidis, lutosis pruinosisq; locis Aper delectatur, quibus dum fruitur, oblaſciuire sibi maximè omnium videtur. Adde quod hyemali fructu, quippe glande, pascitur. Adonin ab Apro confectum, mythologi prodidere, quem Venus luget insolabiliter: id quid sibi velit, operæ premium fuerit explicare. Adonin mysteriorū interpretes solem esse aut: imāt. Hemisphaeria duo statuū Astronomi, lucis vniū, tenebrarum alterum. Fines describunt in Zodiaco hemisphærij superioris ab Arietis puncto primo ad Virginem vſq; permeatā, inferioris à Libra ad extre- mos vſq; Pisces. In superioribus autem his signis maior lucis participatio, in inferioribus longiores tenebræ. Incolit elegans Venus superius hemisphærium, lutulenta sus inferioris. Cūm igitur sol nobis excipi videtur à tenebris, Adonis ipse conficitur: hinc reliquum est vt Venus luctu & mcerore contabescat, quæ luce quam amabat priuata, lugubrē quodāmodo pallā induere cogatur. Hinc idē apud Ægyptios longè quæſitus Osiris, & Cereris tandem inuentus diligētia.

## V E N V S.

**D**iu verò apud Ptolemæū cognomento Assertorem disputatū ferunt à peri- tissimis viris de Plutone, declaratumq; demū est eundem esse & Osirim & Plutonē. Cererem autem eandem ac Venerem haberi: cui cūm nitor & munditia sit cordi, meritò sibi proponit suem semper abominabilem, animal vti mani- festum est, spurcissimū, quod in Adonis elegantiā vſqueadē ſeuire geſtat. Sa- nè apud Sicyonios, cūm victimarum omnium femora Veneri adulteri ſolita eſ- ſent, vnius tantū Suis ob huius facti memoriā femora nō adurebantur. Quo- niā verò Venerē hic eam ponimus quā Cœlité appellat Plato, quæ pura, nitida, lucis ac splendoris studiosa eſt, non humilem vulgaremq;, quæ ſuæ ſibi conſcia turpitudinis in antro ſecubat, fornicibus & arborum umbris ſepta, minime ab- ſurdū eſt quod ex veterib. nōnulli tradidere, ſuillū genus adeo inuifum Veneri, quod immūdiſſimi ſunt ſues ex omni mansueto pecore, vti ſuperius oſtentum.

## A D O N I S.

**Q**Va demum effigie oſtentaretur Adonis iſte in hyemalī temporis hiero- glypticum, recitare non pigeat. Simulachrum enim eius in Libano mon- te olim tali habitu viſebatur, obnupto ſcilicet capite, ſpecie tristi, faciem manu laua, dextra amictum ſuſtinente, in quem lachrymæ confluere videbantur: que omnia ſpeciem hyemis deſcribunt.

## C H A O S.

**E**T quoniā ita ſunt mortaliū ingenia, vt quod ab uno aliquo ſcriptore ſit ex- cogitatum, aut memoriae mandatū, nunquā alij deſint qui priorū industriā labefactare conentur, ſunt qui tradant Ægyptios non ea de cauſa ſuillo generi pepercisse quod impurum id eſſe decreuiffent, ſed venerationis ergo, quod ani- mal id tenebrarum ſymbolum haberetur: cumq; illi tenebras longē antiquiores luce prædicaret, cuiusmodi quippe erat illud quod dixere Chaos, inanis, bruta, & ſtupens materia, formæ expers, ac tenebrarū omniū conceptaculum, eaq; de cauſa porcum tenebrarū & cæcitatis simulachruſ eſſe profiteretur, quod oculos

## Pierii Val. Porcus.

ita superne obumbratos supercilij prominentia sortitus est, vt ccelum tot lumi- D  
nibus insigne, tot lampadibus illustre, nunquam intueatur, cernuus verò semper  
humum despiciat, terram inquam ipsam, & noctis & totius obscuritatis paren-  
tem vnicè contempletur: congrua admodum visa est similitudo, & vera sym-  
pathia, vt qui tanto cultu tenebras prosequerentur, animal auersum à luce identi-  
dem admirarētur: nam ea quoq; de causa Crocodilum, vt loco suo dictum, pro  
Deo coluerunt. Porro Alexander Aphrodisieus suem ait pronum adeò ciboq;  
deditū, vt si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore perculsus sileat ob  
insolentiam. Addunt hepar eius imminui caua Luna, atque consensum cum ea  
quendam habere. Lunæ verò sunt pulla omnia dedicata.

### P O R C I   C V L T V S .

**Q**VINIMÒ adiiciunt, non Ægyptios tantum id honoris porco habitum vo-  
luisse, verùm alias etiam gentes porcum inter numina collocasse. In Creta  
enim sacra erat sus, quod creditum sit animal hoc nascenti loui mammam sum-  
misisse, puericq; vagitum, ne audiretur à quopiam, grunnitu peruicisse: licet hoc  
Amaltheæ capræ assignent plurimi, vsque adeò nullum apud vetustatem illam E  
totius imperitam veritatis, tam impudens mendacium erat, quod vanitas eorū  
temporum non admitteret, & religiosissimè approbaret.

### M I L I T A R I S   O R D O .

**P**Orcum sanè Romani inter signa militaria nō sunt admittere dignati, que  
quintum obtinebant locum, & instructæ aciei rationem figuram ve quan-  
dam, porcinam frontem appellabant.

### I O V I I .

**I**N gestaminibus verò militaribus Romanorum quæsierit forte aliquis, quid  
sibi velit sus coloris rufi, habitu quodam sedentis, positis quippe clunibus,  
ac reliquo corpore surrecto, quæ spectatur in cæruleo clypeo, cuius marginem  
ruber ambit circulus. Insigne hoc erat eorum ordinum qui I O V I I appellabantur;  
Diocletiani principatu, & sub illustri viro Magistro peditum nuncupato  
militabant.

### H O N O R I A N I .

**I**N eadem igitur Romana militia præferebatur & albus clypeus, cuius aureus F  
erat vmbilicus à luteo circulo circumscriptus. Circulo innitebantur dimidia-  
ti porci duo coloris prasini, alter alterū inspectantes. Insigne hoc erat eorum mi-  
litum qui Honoriani vocati sunt ab Honorio principe instituti, hiq; sub Magi-  
stro equitum stipendia faciebant.

### A G R I C O L A .

**S**ed vt ad Ægyptios redeamus, sunt qui aliam etiam affirmēt causam cur ani-  
mal hoc Ægyptij voluerint inuiolabile: nempe quod apud eos porci agrico-  
lationis usum præstarent, frumentariamq; rem alicubi solis eorum operis adiu-  
uarent. Nam qui, vt Exodus ait, propinquiorem Nilo regionem accolunt, quæ  
satis mollis & irrigua est, nullo aratri, rastri' ve aut sarculi usu freti, suilibus tan-  
tum vestigiis terram subigunt, exundante scilicet Nilo remollescit terra, cumq;  
redierit in alueum sementem faciunt, inde porcos abigentes occulunt & terræ  
mandant, dum illi & rictu terram subuertunt, & sparsa per agrum semina pedi-  
bus occulcant. Sanè Latini utriusque satis sulcum porcum appellauere, ra-  
rum eum scilicet, qui deducitur aquæ deriuandæ gratia, quippe vt aquam fru-  
mentis nocere prohibeat. Inde veteres porcare pro prohibere usurpauerunt,  
quamuis

A quamuis Varro elatam terrā inter duos sulcos ideo porcam vocari dicit, quod ea seges frumentum porricit. Sic cùm diis exta dabant, porricere dicebāt. Quoniam autem mirificè inter se congruunt hieroglyphica cum sacrificiorum ritibus, quod vtracq; iisdem causis plurimū inniti videantur (nam vti paulo ante positum est hieroglyphicum vaniloquentiæ per porcum, quem elephantus auersetur: in sacrificiis identidem immolatur porcus ab laborantibus delirio verborum, atq; etiam insania, & quod terrenis præcipue sensibus addictus applicitusq; est, sponteq; & voluptuosè admodum inhæsitat luto lasciuia, turpitudinumq; simulachrum habetur. Idem in sacrificiis Maiæ, & dis terrenis offeratur: & ita demùni in plerisq; aliis hieroglyphicis, idem consensus est) non incongruam rem me facturum existimauī, si de porcorum immolatione plenius quædam apposuisse: ab eo autem quod delirio super nuper attigeramus, incipiam.

**I**Mmolari siquidem porcum ab laborantibus infania verborumq; delirio, multiscius Plautus indicat

B Menæchmis:

Nunc ipsi naturæ Deo mihi respondeas  
Adolescens, quibus hic precijs Porci veneunt,  
Sacres, synceri: nummum vnum en à me accipe,  
lube te piari de mea pecunia:  
Nam ego quidem insanum esse te certoscio.

In eandem sententiam Horatius Sermonibus:

Immolet ecquis hic porcum Laribus.


quod is insanía minime laborare videretur qui diues, necq; periurus necq; folidus haberetur.

**S**ed tam multis porrò mysteriis Porcus sacrificari solitus, vt animaliū soli sues θύναι ἐπὶ τῷ θέατρῳ, quod immolare est, meruerint appellari: Latinè sacres, teneri adhuc, & in veteri comedie sues mysterici nuncupantur, eaq; laudatissima erat hostia, si quis inuenitus esset porcus, qui solidas vngulas non diuinas haberet. Quod ne cui mirum videatur, sciendum est ex Aristotele, in Macedonia Æmatheolicas sues vngibus esse solidis.

#### S A C R A M E N T V M.

**P**Er porcum sanè iurare Agamemnonem apud Homerū legimus. Et pugiles certamē inituros iuxta Horcij Iouis statuam in Elide mactato porco iurare solitos, sine fraude sese comparasse, tradit Pausanias. Quin etiam iudices præfectosq; certaminū eodem sacro, & apud eandem statuā iurasse tradit. Nulli verò porcum illum per quem illi iurassent edere licuisse: quare Talthibius Homericus porcū quem Agamemnon pro iuramento statuerat, arreptū in mare præcipitem dedit. Addemus & illud, censores Romanos cōplete quinquenio lustrari solitos, sacrificia de suc, oue, tauro facientes, quæ vñica dictione S O L I T A V . R I L I A vocabantur, vt obiter apud Pædianū in Diuinationem corrigas, quod duabus locutionibus dissitum legitur in vulgatis codicibus, Soli taurilia. Ceteri autem porcus, vti dictum, in primis mactabatur, siue quod pastu segetū & dissipatione, magnas aruis inferat clades, vt apud Ouidium,

#### DELIRII PIACULVM.



#### S A C R I F I C I V M.



# Pierii Val. Porcus.

*Hostia sus meruisse mori, quia semina rostro  
Eruerit pando, spemq; interceperit anni.*

D

sive conciliandæ fecunditatis gratia, cùm animal sit ( vt id identidem repeta-  
mus ) fecuræ admodum prolificæ. Adhiberi sanè sacrificio Cereali porcam au-  
ream & argenteam nuncupatam, ait Atteius Capito, quæ et si numero hostiarū  
non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento fa-  
ctam. Propudiatus verò porcus dictus est, vt idem asserit Capito, qui sacrificio  
gentis Claudiæ velut pulpamentum, & exolutio omnis recontractæ religionis  
est. Sed vt ad fœdus reuertamur, porco etiam cæso sacra fieri solita, quotiens in-  
ter populos confecto bello, vel pax fieret, vel fœdera cōfirmarentur. Sed quod  
Virgilius fœminino genere, Cæsa iungebat fœdera porca, dixerit, Quintilia-  
nus quædam, ait, non tam ratione quām sensu iudicantur: vt illud, Cæsa iunge-  
bat fœdera porca. fecit elegans fictio nominis: quod si fecisset, porco, vile erat.  
Quod verò Seruius ait falso dictū à Virgilio, porca, quod ad hoc sacrificij ge-  
nus porcus adhiberetur, Tranquillus vita Claudij, cum Regibus fœdus in foro  
icit, porca cæsa, inquit: tametsi Liuius quoq; porcum statuit. Sedenim apud Fe. E  
stum inuenies, hæc porcus, in sacrorum Pontificalium libris scriptum esse. Por-  
cam autem dicit Veranius, quæ familiæ purgandæ causa Cereri itidem solita est  
immolari, quod pars quædam eius sacrificij fieret in conspectu eius mortui, cu-  
ius funus instituebatur. Extant autem etiam hodie sacrificiorum huiusmodi ve-  
stigia Romano solo: nam veteri quodam instituto in defuncti memoriam cor-  
bes suillæ carnis atq; etiam bubulæ in frusta concisæ osfiatim circumferunt, sin-  
gulisq; ædibus frustum carnis vnum impendunt: quiq; lautiorem hanc faciunt  
viscerationem, panem & vini sextarium adiiciunt.

## N V P T I A L I A.

**Q**Vinetiam nuptiarum initii, antiquis regibus porcum mactare mos erat.  
Et potentiores quiq; viri in Hetruria nuptialibus conuiuiis, nouæ nuptæ  
maritiq; Dis tutelaribus porcum immolabant, quod etiam prisci Latini & Græ-  
ci in Italia factitabant. Vnde is qui sponsam ducturus cùm omnia apparasset, &  
spe sponsæ frustratus esset, exclamauit:

*ἀπόλεσε γένες, καὶ τάλανθρη, καὶ γάμον.*

*Periit quidem sus, & talentum, & nuptiæ.*

F

Hysteria sanè festa erant quibus sus Veneri mactabatur Argis instituta, cuius  
rei meminit Callimachus: quanquā apud Sicyonios omne animaliū genus Ve-  
neri, vt alibi diximus, præter vnum suem sacrificari solitum inuenias. Aristoph.  
Sed veneri porcus non sacrificatur. Causam superius exposuimus.

## T E R R A I V N O' V E.

**M**actabatur etiam Maiæ, sed prægnas, quæ omnino terra est, & vt ait Cor-  
nelius Labeo, nomen illi à magnitudine inditum: quæ etiam in sacris Ma-  
gna mater, & Opis vocabatur: cui sceptrum etiam in sinistra manu addeba-  
tur, quod eam lunonis potentiam habere putabant. Quanquam sunt qui Ma-  
iam eandem & Proserpinam interpretantur: ideoq; illi porca fieri, suemq; mo-  
ri meruisse, quia semina, vt dictum est, pando eruerit rostro. Proserpinam ve-  
rò esse vim segetum & frugum omnium per hysiem terræ abditam, per multius  
verò tempus in superiori apertaç; regione commorantem, mythologi docue-  
re. Maiæ autem porcus facer erat, quò illi cum alio quopiā nullo quām cum ter-  
ra quic-

Ara quicquam cōmune esse manifestius intelligamus, siq; deniq; vt Flaccus ait, amica luto sus: victimæ enim numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolabantur: qua in sententia Virgilius dixit,

*Et in verubus torrebitus exta colurnis,*

in antipharmacum scilicet, vt hostia nocens eo itidem virgulto coquatur, quod vitibus nocet: nam ea de causa p̄ceptum ab eodem fuerat, ne inter vites corylus sereretur, quanq; Festus colurnū hastile ex corio arbore maiult esse, quām ex corylo: contrā verò Sosipater Carissimus colurnum barbarissimum esse literarum transmutatione dicit, cūm sit Corylus arbor: ita enim apud eum scribitur.

#### H V M A N A H O S T I A.

**R** Elikum est vt de humanis hostiis loquamur, quando constat porcos id beneficij humano generi contulisse, vt pro nobis in huiusmodi sacrum ipsi succederent. Nam scelera illa mactandorum hominum vbiq; ferè locorum admissa, minimè fabulosum: manifestum siquidem est ciusmodi fuisse sacrificium B Tauricæ Diana, quod receptorum autorum fide testatissimum. Necq; quidem Scythæ solùm hæc perpetrauerent facinora, quos propter ingenitā barbaris ipsis feritatem id fecisse minimè mirum videtur. Sed & Ägyptij antiquitus tales Iunoni hostias immolarunt. Romani quoq; ipsi louem quem Latiale vocabant, humanis hostiis coluere. Iam Sicinius Dentatus multis certaminibus illustris, primus apud Romanos hoc sacrum Marti fecit. Sed enim alios quoq; fuisse dicit Athanasius, qui postquam à bello victores rediissent, captiuos per centurias diuiderent, deq; singulis vnum desumentes, eum Marti iugularent. Hinc Virgilianus Äneas Pallantis satis manibus facturus,

*Sulmone creatos*

*Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Ufens:  
Viventes rapit, inferias quos immolet vmbbris,  
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas.*

Diodorus aheneum Saturni colossum apud Carthaginē fuisse memorat, cuius brachia porrecta in gyrum erant, quiq; ad eum peruenire adolescentes sacrificandi causa cogebantur, in foueam ignis incidebant: hacq; sacrificij crudelitate diutissimè prolem ipsis suam illi mactauerunt Deo, qui & filios suos deuorasse prohibetur: mox cūm aliquādo scelus abhorruissent, seruitia in hūc vsum emere instituerunt. Subsecuta inde pestis est, mox obsidio grauissima, quare illi Saturnum sibi succensere rati, trecentos impuberes ingenuos sacrificarunt: quamuis, vt in Lucernæ hieroglyphicis meminimus, nonnulli ducentos tantum ponunt. Galli etiā morem hunc sacrificandorū iuuenū in Saturni cultum D. Augustino teste suscepérunt. Phœnices quoq; atq; Cretenses cō & ipsis proiecti sunt insaniæ, vt filiorū sacrificiis Saturnū sibi placari arbitrarentur, ne inhumanitatis istius nota vni Heliogabalo inuratur, qui humanas hostias libenter immolauit, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnē Italiam, patrimis & matrimis, vt maior esset vtricq; parenti dolor. Necq; temerè Appion & Julianus Apostata, & alij Hebræos carpunt, quod humanis ostiis abusi sint, cūm in ore omnium versetur lephtæ Galaaditarum principis detestabile facinus, qui contra Ammonitas prefecturus voulit, si victor reuerteretur, illum Deo se immolaturum, quicunque primus de suæ domus foribus egressus occurrisset sibi: accidit verò vt re ex voto confecta reuertenti filia sua vnigenita cum tympanis & choris

# Pierii Val. Porcus.

gratulabunda occurreret prima, qua conspecta scissis sibi vestimentis infeli-  
tatem suam & luctuosam filie calamitatem miserabiliter deplorauit: neq; tamen  
impi abstinuit sacrificio, cum generosa virgo viriliter instaret, ne pater voti  
reus fraudaret Deum, duum tantum mensium implorata mora, qua in monti-  
bus virginitatem suam defleret: quo elapso tempore ad patrem magno animo  
rediit, seq; obtulit sacrificadum. Sed id impie Julianus & Appion, quod Iudaeos  
omnes in vnum eundemq; ordinem redigunt, atque adeo Christianorum quo-  
que instituta, detortis præpostere horum exemplis, maligne admodum insectan-  
tur, contumacium & à diuino præcepto præuaricantium moribus innixi, quos  
neq; nos vñquam imitati sumus, nec ab ullo vñquam pio suscepiti: idq; dissimu-  
lant illi quod à regio Psalmographo tam acriter improbat, vbi Psalmus sexto  
supra centesimum clamat, præuaricatores quosdam à vera pietate alienatos  
eò dementiae prolapsos, vt & filios & filias suas cacodæmonibus mactare non  
exhorruerint: & vt rem magis exacerbaret, indignationemq; suam exaggera-  
ret, eiusdem statim rei repetitione facta, innoxium ait filiorum suorum sangu-  
inem ab eis effusum, & Canaanorum simulachris oblatum, terra fœdissime pol E

<sup>Iudæos etiā hodie humano sanguine sacra facere.</sup> luta, quæ scelus tantum, & vsque adeo impium, execrari videretur. Quin &  
Chrysostomus, oratione cōtra Iudæos tertia obiicit eis, quod filios & filias suas  
dæmoniis immolarint. Negat hoc Adamantius contra Julianum, sed de sacri-  
ficio piorum, & Deo rite facientium loquitur, non esse eos Iudæos intelligens,  
qui à legitimis Iudæorum sacris recesserunt. Chrysostomus præuaricatores ta-  
xat, quia dæmoniis ea faciebant. Et tamen hodie sunt inter Iudæos qui cum nō  
possint Christianæ seueritatis metu homines immolare, qua ratione tamen hu-  
mano sanguine sacra faciant excogitarunt, eo quippe à thermis, à cucurbitula-  
riis quo quis precio promercati: ita eo in vitreum aliquod vas infuso, & ad arden-  
tes carbones admoto exciendis dæmonibus abutuntur, quos appellant, quo-  
ad sanguis ille deserbuerit, ad mandata adstantibus, & ad omnia quæ iis scisci-  
tati fuerint respondentibus. Sed vt hæc non à Iudæis Domini, sed à malis & re-  
bellibus factitata prætereamus, Porcumq; nostrum iam rude donaturi honesta  
etiam missione pro meritis ornemus, quid ab eo beneficij consecuti fuerimus  
confitendum. Siquidem Diophantes Lacedæmonius, qui de sacris Deorum F  
opus admodum curiosum elucubrauit, porcum ait loco hominis immolari cœ-  
ptum ab Atheniensibus: nam prius, vti dictum, qui centum homines cecidisset,  
Martini hominem faciebat. Magna igitur suillo pecori gratia debetur, cuius im-  
molatione vita sit humano generi condonata.

## PIERIVS VALERIANVS AD LACTAN- TIVM PTOLEMÆVM NOB. SENEN. DE IIS QVAE PER GREGALIA QVAEDAM SIGNI- ficantur ex sacris Aegyptiorum literis.



Regalium nonnullorum significationes ex Aegyptiorū adytis erutas, super qui-  
bus multa, literatissime Lactanti, apud egregie probum virū Hieronymūelan-  
dolum Picolomineum cœnantes in amoenissimis eius hortis, locuti fueramus, ve  
in commentarium redigerem suastī, quod argumenti raritas lectionem hanc  
faceret non iniucundam, & vt addebas, etiam optabilem: quod super his Græci pauca admodum  
dixissent,

**A**dixissent, Latini verò pene omnes huiusmodi scientiam propémodum ignorassent, minimè quidem hi atq; illi tacituri, vel rem adèo doctam in tenebris & situ computrescere permisuri, hæsi disciplinæ tunc cognitæ fuissent. Quota enim ea portio est, quam vel Tacitus, vel Ammianus, vel Macrobius, & si qui alij talia curarunt, vix primis libatam labiis attigerunt? Suas igitur incitatus tuo, quæcunq; & hīc & illic comperissim, & ex veterum præcipue numis potius quām ex libris didicissem, in vsum tantum asseruabam meum, quod Principes, quos colimus, huiusmodi antiquitatum cognitione delectari plurimum animaduerteram, vt scilicet pro re quæ nasci posset, interdum haberem quod super his non inepte neq; imperitè dici videretur: quædam enim omnino huius generis esse mihi persuadebam. Postea verò quām & tu & Bartholomæus Carolus Picolomineus, neq; non Martius Bandinus, sodales tui, tam emunetæ naris viri, quiq; vna cœnabāt, egregie ipsi quoq; literati, industriam studiumq; hoc qualecunq; meum commendare cœpistis, tuq; præclara tot, quæscitu iucunda in veterum numis obseruaras, explicasses, essentq; omnes eo in argumento facti attentiores, facile impetrasti, imo, vt verius loquar, per pulisti, ne istiusmodi rei curam, quæ omnium literatorum ingenia videretur oblectatura, desererem. Aiebas enim Latinos hac scilicet in re Græcis inferiores esse, quod præter Marcum illum Tarronem, & nostrum Plinium, vixq; alterum ab eo, neglexisse quodammodo visi fuerint eruditionem, quam Cræci tam veteres quām iuniores tanto studio amplexi sint, vt ne leuisima quidem contempserint, & itares tam publicas quām priuatas minutissimè perquisierint, easq; memoriae commendare nequaquam erubuerint, vt nihil in protritis, curtisq; etiam scrutis præterierint, cuius aliquam non habuerint rationem: hinc magnam antiquitatis tam in verbis quām rebus cognitionem, ad nostram vsq; etatem peruenisse. Fuisse nostros seueriores, & sublimium tantum materiarum amatores: accideréq; hinc, vt eorum multa quæ ad ritus, ad mores, ad rem domesticam, ad negotijs quotidiani vsum faciunt, per nostrorum incuriam incognita nobis sint: per Græcorum vero diligentiam, qui tam Latinorum quām suorum res perquirentes nostræ obuiam ierint negligenter, plurima nauerimus, quorum neminem eorum qui nunc eruditæ habentur, pœnitere possit: & quæ plurima in hanc sententiam differuisti. In hoc igitur studiū cum, quantum per occupationes meas licebat, audiens incubuisse, multa conscripsi commenaria, quæ tamen emendare non potui, quod principum virorum, quibus addictus eram, negotia quæ tractabam, incæptum opus sœpius interrupere cogitationesq; meas alio omnes auertere.

**C**Et quia te in primis impulsore factum hoc est, necesse quoq; tibi fuerit horum partem recognoscere, polire, castigaréq; ne vel ego tibi frustra paruerim, vel tu vir admodum grauis rem nibili consuluisse videaris. Quæ tibi obuenerunt ea sunt, de quibus sermo tunc noster fuit, cum vir rassis Franciscus Bandinus Archiepiscopus vester numismata in agro suo nuper inuenta magno numero in mensam nostram iussisset effundi, in quoru bona parte, hirci, oves, arietes signati erant: traxere hæc reliquum gregem, vt vna viderentur caula posse commode coërceri.

## D E C A P R A.



**S T O** igitur prima de Capra consideratio, quoniam ea vago lasciuoç admodū ingenio prædicta, & vorandi auditate hac illac cursitans, locoç stare nescia, è grege prima omnium prodidit.

### A V D I E N D I   P R O M P T I T V D O.

**H**ominem auditu præpollentem Ägyptij hieroglyphicè significare si vellent, Capram ponere soliti sunt, quam per aures perinde atque per nares spiritum & emittere, & vicissim recipere vna cum Ägyptiis tam Archelaus quam Alcmæon autores grauissimi prodiderc;

# Pierii Val. Capra.

quamvis opinionem hanc maximè reprobat Aristoteles, humanamq; diligen- D  
tiam id nulla adhuc dissectione deprehendisse, aut sensu aliquo evidentiore con-  
iicere potuisse, firmiter asseuerat: Ägyptiis tamen commentum placet.

**S**Vnt qui multitudinem vniuscuiusq; casu cōster- C O N S T E R N A T I O  
multitudinis.  
natā obstupefactam'q; indicare volentes, capram  
villo à mento dependente comprehensam pingant.  
Accidit enim vt si earum vnam ex grege arunco eo  
apprehenderis, cæteræ stent veluti stupidæ, suos in  
illam vnam oculos coniicientes. Sunt verò qui loco  
hoc modò eryngium, modò moly, vel origanum etiā  
quærant, quem caulem si ouis capella've pascendo  
auulserit, & in sublimi conspicuum erexerit, greci reli-  
quus abiecta pabuli cura attonitus reddatur, neque  
prius pabuli memor fiat, quām caulis ille à pastoribus ab ore pecudis abstra-  
ctus abiiciatur. Cuius fabulæ autores etiam citant Aristotelem & Plutarchum.  
Nos hieroglyphicum de apprehensa capræ barba, quam Opilius Aurelius spi- E  
rillum vocari dicit, aruncum Plinius, ex Naturali historia desumpsimus.

## P R O V I T I B V S S A C R V M.

**Q** Vid autem sibi vellet hieroglyphicū aheneæ caprē inaurate, quam Phlia-  
sj tanto cultu prosequebantur, vt illi etiā preces allegarent, Pausanias de-  
clarat. Quippe cùm manifestum sit, sydus, quā Capram appellant, exortu suo vi-  
tibus nocere, id honoris ei habitum voluere, quod, ne id accideret, ea potissimū  
ratione caueri posse iudicarūt. Animal porrò id cùm sit ex domesticis omnibus  
damnosissimum, lege in Acropolin Athenis adire prohibitū, morsu noxio vni-  
uersa gerinina abrodens, & vt more Iurisconsultorū, ac prætorij edicti loquar,  
pauperiem faciens. Alij Baccho Caprum ob hoc mactare maluerunt, vt bestia  
quæ morsu pestilenti vitibus maximè nocet, immolata, Deum vitibus concilia-  
ret. Nam & Ascolia sacra, de quibus Virgilius: Vnctos salière per vtres, ea de  
causa Baccho sunt instituta, quia vtres ex hircinis caprinisq; pellibus fieri con-  
suerunt. Quoniam verò caper vitem abrodens eam veluti veneficio vitiat: exco-  
gitatum est in Bacchi gratiam id in vtres ludibrium, vt scilicet eos flatu tumefa- F  
ctos per humum disponerent, superq; eos saltationibus lasciuirent, vnde lubri-  
citate pellis suopte pingui delibutæ pingues identidem fallerētur, præcipitēsq;  
saltatores, sine vlo tamen incommodo, conciderent, effusumq; omnium risum  
excitarent. Eadem antipathiæ causa dictum à Virgilio autumant:

*Et in verubus torrebimus exta colurnis.*

Corylos enim vitibus vicinitate sua nocere, experimēto compertum est: quam-  
uis Festus colurna hastilia ex corno arbore facta potius, quām ex Corylo velit.  
Contrà verò inuentum est ex tam pestilente in vites animali maximam capere  
vitilitatem, eiusq; beneficio augeri vindemiam: siquidem apud Africanū legas  
cornua caprarum numero tria circum arborem cui vitis maritata sit, in terram  
affigi, acumine deorsum immisso, ore cornuum supra terram paululum extan-  
te, vt pluuiia velut in vas influere possit, id factum vberimæ fertilitatis in viti-  
bus auxilium esse. Nihilo secius, vt idem Africanus autor, non morsus tantum  
vitem lœdit, verū pulmo etiam eius contra vini vim arma capit, si assetur, &  
ebrioso cuiquam in cibum detur: efficit enim vt vapor ille qui temulentiam indu-  
cit, retundatur, inaniterq; diffletur & euaneat. Quin etiā hircinus adeps, quo  
falx



A falx putatoria obuncta fuerit, ne pediculi in vite generentur, prohibet, ab eodem proditum Africano.

**H**ieroglyphicum erat & Panis signum, ex quo tota mudi machina intelligebatur: capripes enim erat, humana reliquum effigie. Inferior ea pars terrā hirtam & hispidam ostendebat: humana verò lāuitas atq; mollities, tranquillum & defēcatum æthera, mundi ipsius ducem. Huic insuper illa in Nymphas procacitas attributa, & nunquam satiata libido: mundus siquidem assidue rerum species progenerat, & humore plurimū vtitur, materia quippe generationi in primis & apta & commoda. Quare simulachrum Panos tam syluis & agris, quam hortis & fontibus & puteis vt tutelaris apponēbatur. Commentiu verò est, quod Pana nonnulli ita dictū arbitrantur, quia Penelopes & totius turbę procorū filius fuerit, qua in sentētia Theocritiana est

**B** apostrophe ad Penelopen, Syringe, θόὸ τίκτε θωμῆρα. quem quidem Epimenides ex Ioue & Callistone genitum asserit, poēmatibus: gemellos enim fuisse Pana & Arcada. Sed Aristippus, Arcadico, Iouis & Nymphæ Āneidos prolem agnoscit. Sed qui veterum fabulas speciem quandam esse philosophiæ autumāt, delitescentem in illis doctrinam ita solent explicare, vt Pana ideo dici velint, quod, vti monueramus, simulachrū eius vniuersi naturam exprimat: forma enim eius rebus quascunq; tuemur accommodata est. Cornua siquidem & Solis & Lunę similitudinem esse perhibent. Nam alibi cùm de Mose loqueremur, radiatā eius faciem pro cornuta à nonnullis acceptam ea de causa docuimus, quod apud Hebræos radius & cornu sint æquiuoca. Pantheræ pellem, stellarum, vt Probus arbitratur, vt quidam alij, simulachrū esse terræ, quæ mira sit varietate conspicua: inferioris partis villos omnium terra nascentiū imaginem haberi. Fistulam spirantium in orbe toto ventorū imitationem. Caprinam faciem repentinās procellarū turbationes, quæc poto aëre sunt mutationes, indicare. Iam per femora hirta, syluosa loca: per crurum exilitatem, montiū abrupta figurari. Sunt qui fal-

**C**cem etiam manu prætentā illi attribuunt, quod dubio procul labores, quos operibus mortales impendunt, indicaret. De hirco autem qui Alexandri Macedonis apud Danielem indicium fuerit, alio loco dictum. Hic illud potius ponam quod Eucherius tradit, ex Capræ symbolo iustos intelligi ex Gentibus præcipue venientes, eoq; spectare Solomonis dictū, Capillatura tua sicut grec caprum quæ reuelatae sunt ex Galea: sumpta scilicet inde similitudine, quod capræ de sublimi cibum petunt, velutī pñ que supernè sunt ad animi cibū inuestigant,

## LIBIDO.

**C**aprinum ad hæc genus in Chimera: capra enim & Chimera idem: quippe in nequitia Bellerophontis virtute domita, mediū tenet: quod libidinis affectū notat, ea videlicet de causa, quod huius generis animal in libidinē & provocatatem sit immodicū, hoedoscq; petulcos eadem ratione dictos à Virgilio legimus. Deq; Satyris identidem capripedibus eadem omniū consensu feruntur, non posse quidem eos libidine satiari. Minime verò fabulosum esse de Satyris cōmentum, ostēdit Plinius, qui illos in Subsolanis Indorum montibus inueniri tradit, humana effigie animal pernicissimū, vt propter velocitatem nisi senes aut ægri capi nequeat. Sed & Pausanias hæc de illis audisse se profitetur, Euphe-

VNIVERSA MVNDI  
machina.

# Pierii Val. Capra.

imum quendam probatē fidei virum aliquando sibi narrasse, cūm in Hispaniam D nauigaret, aduersa tempestate se in exteriorem Oceanum esse delatum, postq; multorum dierum nauigationem, ad insulas quasdam désertas peruenisse, quas homines ferino truciq; aspectu sylvestres inhabitabant, corporibus hirtis, pilorum colore subrufo, caudis equina penè maioribus præditi: qui posteaquam nautas illuc aduectos inspexissent, ocyus omnes ad extremū littus accurere, vocem quidem nullam, sed stridorem quendam informem & inarticulatū emittentes: in sc̄eminas autem quæ nauī illa casu vectabantur, eos adeo furiosos inuasisse, vt ægrè ab iniuria etiā cæsi flagris abigi, summoueriq; potuerint. Veritos verò nautas ne quid indignum paterentur, inhibita nauī procul in anchoris stetisse: barbaram verò quandam mulierem, quam secum habebāt, in littus exposuisse: in quam omnes postea petulantissimè debacchantes per omnia corporis caua libidinem exercuerint; easq; Satyrorum insulas à nauigantibus appellari, Euphemus idem asserebat.

## F E B R I S.

**S**Vnt qui febrem ex Capræ simulachro significet, propterea quòd animal id E eo semper incōmodo laboret: hinc anima illi semper ardenter, ita vt attacta pastu exurere videatur. Vehementem verò in quo cuncq; animali calorē, febrem esse, tum Aristoteles, tum alijs prodidere. Ea autē de causa in eius venditione dominus sanitatem præstare minimè cogitetur: tantum verò sufficere, si eam eo die bibisse comedisseq; profiteatur, Florentinus autor admodum celebris, qui inter multa quæ reliquit literarum monumenta, etiam de re rustica nō incuriose conscripsit, ita semper febricitare capras ait, vt si quando deficiat febris, intereat.

## A V G V S T I    G E N E S I S.

**I**N numis quibusdam argenteis Capricorni cœlestis signum hieroglyphicè cu sum aspicias: indicat id, vt ex Tranquillo didici, Augusti genesim. Nam cūm Theogenes mathematicus ad quem in secessu Apollonię vnā cum Agrippa comite accesserat, genitoram eius inspexisset, exiliissetq; & adorasset eum, tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt schema suum vulgauerit, numumq; illū argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit. Numum hunc numerus. attrectauit, in quo Capricorni signum est in pisces desinens, quòd sphæram in F tra priores pedes positam euoluere videtur: ab altera parte Augusti caput.

## M E R E T R I X.

**V**T verò redeamus ad Capram, ea cūm pestilenti morsu præcipue noceat, ingenij meretricij, conuenienti admodū hieroglyphico, symbolum habetur, ab ore quippe cuius damna tot mortalibus inferuntur: nam veluti germina præcipue Capra peruestigat, quæ depascitur audissimè: ita meretrix cupida est in primis adolescentioris ætatis, vtpote quæ ob imperitiam magis idonea sit vt facillimè decipiatur. Vnde non illepidè Nicò Attica meretrix *αιδη*, id est, Capra cognominata est, quoniam mercatorem adolescentem Thallum, qui in Atticam caricas & mel Hymettium empturus aduenerat, abligurisset. *θαλλος* autem germen est, quem lusum haud iniucundè Machon ita explicat:

ἴπεια λέιτο δ' αἴξ, ὁπ πν μύγαρ  
μετίφεγγ. δράστω των θαλλόν.      quod nos ita reddidimus:

Nicò olim meretrix fuerat, mox Capra vocata

Est, quòd amavorem eximum cognomine Thallum

Fortiter absumpit.

Necq; aliam ob causam capræ lumbi sacrificiis offerri

**A** offerri apud Hebræos prohibebatur: nisi quia necesse erat lumbum esse immaculatum, vel, ut alij, integrum, ut alij, perfectum. Capra vero cum pro delinquentे ponatur, immaculatos lumbos habere non potest.

## NEQUITIAE FACINOROSITAS.

**M**Erito itaque viri libidinosi probra & impudica facinora notare si vellent Ägyptij sacerdotes, hircum potius quam taurum pro hieroglyphico fingere instituerunt. Taurus enim licet inguine sit præcipue validus, & in re verea perpetrandam promptissimus, non tamen inscendit quoad anniculus fiat: neque quidem iuuenga recentior quam annicula venerè patitur, nisi ostento: hircus vero septima posteaquam natus est die, ut apud Älianum, alij septima dixerunt hebdomada, rem venercam aggreditur, improle tamen & infccundum semen eiiciens, veluti tauri quoque vscque ad bimatū, licet alioqui non nisi quadrimos eos generationem implere nonnulli contendant. Sedenim hircus celerius porrò quam quoduis aliud animal inscendit, recteque ab Horatio libidinosus appellatur: cuius fœcuditatis gratia inter Deos insipienti seculo annumeratus ali-

**B** quando est, perinde ac Panes ac Satyri. Is quippe apud Ägyptios Mendesio ciuitate multarum & formosarum puellarū collegio curabatur, sacro inclusus fano, cui selectiores capras non indiligerent educabant. autor Plutarchus. Et Veneris simulachrum, quæ hirco insideret, Pausanias obseruauit, non alia de causa puto, quam ob huiusmodi petulantiam. Et Mathematici mulierem nudam, quæ hircum humero gestet, vigesimo secundo gradui Virginis adscripsere, ex eo impudicitiam eius significaturi, qui gradu eo oriente natus esset. Huic generi brutorum similis fuit Heliogabalus, qui mulieres nunquam iterauit praeter vxorem: ille, ut Alexander Seuerus ait, non solùm bipedum, sed etiam quadrupedū spurcissimus. Iam vero Sacræ literæ dum hircos hædosque immolando monent, nequitiā omnemque libidinem iugulandam indicant, ut interpretatur Adamantius: cuiusmodi etiā interpretamentum habes apud Cyrillum, perinde ac etiam reliqua Leuitico contenta, ut facile iis accedā, qui opus id adscribunt Adamantio. Hædi autem ferè passim in Diuinis literis hieroglyphicè pro perditis & nequam hominibus, libidinis & aliorū scelerum facinoribus inquinatis designantur: idque manifestissime cognoscitur ex eo, quod Dominus noster consummatum seculum, ut ait Hesychius, narraturus, ouibus à dextera statutis pollicitus est eis iustorum benedictionem: in hos autem à sinistra segregatos, dira illa omnia, quæ in profligatissimum quenque decernuntur, comminatus est. Ita vero pro sceleribus hircus ponitur, ut in Diuinis literis statuatur ante aras hircus viuens, sacerdosque vtraque manu super caput eius imposita confiteatur vniuersas populi iniquitates, delicta, admissaque praeue & impotenter, omniaque in eius caput increpans oggerat: mox per hominem certum in inuiam desertamque solitudinem emissum deportari iubeat. Illud etiam addunt ad causam, quod asperum gerit pilorum indumentum: asperum interpretantur peccato refertum: atque ita mortale genus omne mysticè per hircum accipitur, quia nihil est peccato asperius, diceret Hesychius. Sedcnam quod de capro emissario tetigimus, sunt qui eum signum esse velint profugarum legionum quæ à Deo defecerunt, quæque in fœditatem & horrorem damnatae in omne sæculum, ceciderunt.

## DIA BOLVS.

**A**DAMANTIUS itaque hircum ait diaboli symbolum esse, ubi ita interpretantur: Cùm vero ad martyrium ducris hircum obtulisti, quia scilicet autorem

# Pierii Val. Capra.

peccati diabolum iugulasti. Hinc vulgo receptū vt malo dæmoni cornua pa- D  
sim attribuantur. Nequitiam porrò per dæmonem intelligi, in humanicipite  
serpente loco suo declaratū est. Iam hirsutos apud Esaiam inuenias genera dæ-  
monum: hos nonnulli etiam doctissimorum Incubones vel Satyros, aut quos-  
dam sylvestres homines putauerunt. Maximus Tyrius, vbi Midæ fabulam scri-  
bit, qui Satyrum per insidias ceperit, à quo omnia fieri aurea impetrasset, Saty-  
rum, inquit, ebriosum dæmonem, infuso in frontem mero captum.

## P E T V L A N T I A D O M I T A.

G Ræci autem poëtæ caprum ab Hercule domitum ea de causa finxerunt,  
quod is cum procaci lasciuia homines ipsos antecelleret, dominus à virtute, impositū petulantiae modum, extinctosq; libidinis æstus, suppressosq; pro-  
cxitatis impetus demonstraret. Nam eius nequitiae vir fuit, vt triginta vna no-  
ste mulieres aliquando feratur iniisse: & vt apud Athenæum, idem septem die- E  
bus quinquaginta filiabus Thestij virginitatē imminuit. Illud de Proculo, qui  
Probi tempore tyrannidem inuasit, vel ex epistola sua manifestū est, qua se no-  
ste vna captiuas decem ex Sarmatia constuprassæ gloriatur, scq; inter fortis an-  
numerari affectat, dum molliticm suam maximè commemorando manifestat.  
Quod verò Iunoni capras immolare primus Hercules instituerit, id ea de causa  
factum, quod alterius hostiæ sibi facta copia non fuerit, cum ei Deæ sacrificare  
vellet, propterea quod sibi aduersus Hippocoonta pugnanti aduersata non es-  
set: quæ res tangitur à Pausania libro tertio. At Lacædæmonij Dianæ cogni-  
mento Corythaliæ sacrum in agris facientes, non nisi caprarum carnes in obso-  
nium adhibebant, necq; aliud animal præter id in huiusmodi sacris immolari fas  
erat. Apud Xenophontem legas, Athenienses, quo tempore Persæ cum ingen-  
tibus copiis Athenas deleturi in eorum fines inuaserant, Dianæ votum fecisse,  
tot illi se Capras immolatus, quot hostes occidissent.

## A D V L T E R Æ C O N I V G I S M A R I T V S.

N Ecq; illud inuentū adeò nouum est, vt nullam sapiat antiquitatē, quod ho-  
die vulgo caprum eum appellamus, qui coniugem habeat adulteram: erat F  
enim & hoc apud veteres hieroglyphicū: atq; illud insuper adagium ferebatur  
in spurios, si de patre quispiā quæreraret, vt οὐτόποιός εἴη, responderent, Matris  
quippe, vt capra itidem, vtpote qui de patre incertū ferret, propterea quod ca-  
pellis nullum ducem pastores constituunt, vt ait Aristoteles, vel vt siuos ou-  
bus arietes, siuos bubus tauros, & ita plerisq; aliis. Caprarū siquidem natura in-  
stabilis, lubrica, atq; mobilis admodum est: quare hæodus in caprilibus à matre  
tantū dignosci potest. Meritò itaq; vir, de cuius liberis vxor tantū possit  
internoscere, hircus appellatur, & ἵρπαλυκών per hircum figurabatur. Nam &  
Catullus in hanc sententiam, Putare cæteros hircos, dixit. Quod verò sunt non  
illiterati viri, qui dicterium inde sumptū putant, quod hirci suas foemellas iniri  
facilè patiuntur, etiā si coram spectauerint, vt quem notat luuinalis cum dixit,

*Doctus & ad calices vigilanti stertere naso:*

aliter traditum ab Æliano legimus, qui sentire hircos riualitatis affectum testa-  
tur exemplo Grathis pastoris Calabri, cuius dormiētis cerebrū caper cornibus  
in eum incitatis eliserit, propterea quod deprehensus esset ab eo cum capella  
quam amabat venerea copula misceri, de quo Probus Georgicō primo: sed  
vti dictum, copiosius Ælianuſ. Rusticum enim & imperitum id genu shomi-  
num, hac plurimū nequitia famosum inuenias: vnde iocus apud Theocritum,

A

ώστολθ' ὄντα ἐπερη πάς μηνέδωσοῖς βατεύντου,  
πάκεπαι διπλαλμώς, ὅπε τρίχυ Θ αὐτὸς ἔχειτο.  
Αερόλος incendi videat siquando capellas,  
Liquitur obtutu, quod non caper ipse creatus.

Quod vero vulgo Becchum eiusmodi notæ hominem appellant, quippe cui coniunx sit adultera, atque etiamnum animal hoc ita vocitent, antiquissimam esse dictionem, in Græcorum habetur commentariis. Apud historicos enim legere est, Psammetichum Aegypti Regem Phrygiorum antiquitatem de qua magna inter Phrygas & Aegyptios contentio fuerat, in Aegyptiacis pueris humano omni consortio inhibito educatis, eo argumento deprehendisse, quod ex suapte natura Bech pronunciarent, quæ vox propriè caprarum & hircorum est, eoq; vocabulo Phryges panem appellarent. Rostrum vero aiuum plerisq; nūc Italiæ locis, olim verò tota Gallia bechum nuncupabatur: & Beccare passim pro mordere deerperé dicitur. Quasi verò fuerint primitus homines à Capris enutriti, naturaq; ipsa vocem enunciare docuerit, quæ ad alimoniam magis necessaria videretur, id honoris Phrygibus adjudicatum, ut antiquissimi omnium haberentur. Quaç ratione balantes oves, & latrantes canes appellamus, eadem illi bechos hircos vocauere.

## D E O R Y G E.



Nter minores Aegyptij greges Oryx est, quem nonnulli Caprarum adscribunt generi. Hunc ex omnibus animalibus solum auerso pilo esse, autores tradunt.

M A T H E M A T I C V S.

Per hoc animal pictum aut sculptum, mathematicum hominem hieroglyphicè intelligebant: siquidem Aegyptij, cum Sothen astrum illud suū, quam nos Caniculam appellamus, magno cultu prosequerentur, dēç die, quo præcipue oriretur, solicii admodum essent, animaduerterunt Orygem sideris eius ortum sentire, atcq; etiam clamore edito significare, quasi vel ortum nunciet, vel saluere iubeat. Sedenim eo tempore quo astrum illud oritur, aiunt capras omnes, quotquot Aegyptus habet, conuersas ad ortum prospectare, peractamq; ita reuolutionem cum fide fieri exploratam: consentireç in id Mathematicorum supputationes. Quinetiam, vt nonnulli alijs tradunt, oryx stat contrà, contueturq; stellam, ac veluti numen adesse sentiat, procumbit adorabundus: quare primas illi partes in huiusmodi significato tribuere, cum συμπάθεια tam insignis cum eo sidere animal moueret, & ea viderent ab eo deprehensa, quæ longa mortalium studia non nisi multarum ætatum successu & obseruationibus per manus traditis, consequi potuere, cceli motu præsertim assiduè variante, quadāç veluti trepidatione vacillante.

S O B R I E T A S.

Habet & id temperaturæ cum Sirio, quod velut ille sitim semper affert mortalibus (vt Maro dixit) ægris, hic assiduam, imò perpetuam sitiim perfert, & ex natura loci potu omnino caret. Quare virum perpetuò sitiensem, imò dixerim ego maximè sobrium, per huius animalis effigiem significabant: quin & remedia sitiensibus ex eo comparabant, liquore quodam in eius corpore hau-stus saluberrimi reperto.

# Pierii Val. Ouis.

D


## DE OVE.



V I S nunc persequar significata, verūm ea non tam ab Ægyptiis quām ab Hebræis & Græcis autoribus desumpta: quibus nonnulla etiam addemus à Romanis accepta: trahet verò secum hæc dictio agnum simul & arietem.

**I**N primis autem significatum illud super oue comperi, vt ex eius simulachro stultitia significaretur: nam usurpatione vulgi, ouis cognomento insipientes appellantur, in quos adagium etiam fertur, περιπολίς βίον ζωῆς. De socordia verò stoliditateq; animalis illud in ore omnium, περιπολίς ζωῆς, instar ouis Latini dicunt, quod more ouium Græci. Et Aristophanes, Vespis, ad huiusmodi stoliditatem respiciens, considerare ait ouillum pecus in concilio. Quare Accius in somniis ponit ouilem foctum in Tarquinium concitatum, tanto verò impetu arietantem, vt Regem solo prosternat: quod Brutum indicabat, quem Tarquinius hebetem æquè ac pecus esse putabat, nomine etiam ex re quæ simulabatur indito, cùm tamen is pectus egregiè sapientia munitum gereret. Sed & Fabius Maximus, quòd ab ineunte ætate aliquanto hebetior videretur, quietemq; & taciturnitatem adamaret, neque ad capessendas disciplinas promptitudine aut docilitate vlla præditus esse iudicatur, magnamq; de se torporis & insipientiæ suspicionem apud domesticos concitasset, Ouiculæ cognomento appellatus est. Porrò autem in sacris cùm ouem offerre Deo admonentur, expertes rationis motus insipientesq; cogitationes, & quæcunq; per imprudentiam peccauimus, corrigere iubemur, vt admonet Cyrus, sed longè plenius Origenes. Hinc χρυσόλαβον appellauit Diogenes virum quendam indoctum, sed splendidè vestitum. Nam & prouerbium illud, uti superius, Ouiles mores, de iis qui minimum ingenio valent, dictum inuenias. Diuinæ etiam literæ plerisq; locis homines diuinæ institutionis expertes indocilesq; nunc oues, nunc pecora nuncupant, quòd in contemplationis sublimitatem suspicere nequeunt: sed cùm soli sint voluptati dediti, ea imitantur animalia, quæ, vt Græci est nominiæ etymologia, natura prona atque ventri obedientia finxit. De huiusmodi genere hominum quòd rectè olim instituendum esset, dictum aiunt, Homines & pecora saluabis Domine. Nam quòd Dominus præcipit, eum qui voluntaria dona offert, de bubus vel de ouibus offerre, ex utroque iumento similem designans hominem, qui nihil acuminiis neque ad virtutem, necq; ad malitiam haberet, sed traheretur ab alio, uti & boues & oues, quæ animalia sunt insigniter mansueta, eos qui manu trahunt facile sequentia: ideoq; non omnium hæc munera, sed Iudeorum tantum esse videbantur, propterea quòd illis, tametsi virtutis nihil operarentur, sufficiebat tamen nihil iniquè agere. Atq; hoc Dauidicum illud citat Hesychius, Homines & iumenta saluos facies Domine. Neq; sum nescius, pastores ouium apud Ægyptios ignomiñiæ cuiusdam nota & penè profanos habitos, quo nomine Appion, vt apud Josephū est, Israélitos populos appellitabat, neq; ipsi hoc in historia sacra dissimulant. Sed vt simplicitatem illam viuendi, quæ colligitur

S T V L T I T I A.



E

A tur tam ex nostra, quām ex antiqua gintium penē omnium memoria, præterea-  
mus (certatim enim scriptores omnes primum hochumanæ vitæ institutū lau-  
dibus omnibus ad cœlum ferunt) est & mystica interpretatio, qua Ægyptij po-  
steriores ij, qui à priscis illis longè descierant, non pastores ipsos, sed pastorum  
significatū odio prosecuti deprehenduntur. Nam qui corporis incitationibus,  
eiusq; voluptatibus indulgere sibi permiserit, dubio procul hos, qui recta mo-  
neāt, quadā veluti execratione declinabit. Atq; id deniq; erat in causa, vt aboliz-  
tis iam antiquioribus illis priscorum sacerdotū institutionibus, qui papyro vi-  
ctitabant, qui castimoniam & synceram animi puritatem amplectebantur, re-  
centiores mox ex otio & opulentia ad delicias & illecebras prolapsi, in quas  
cursu effusissimo ferebantur, cœperint pastores huiusmodi pariter aspernari &  
abominationi etiam habere, vt pote qui, vt ait Horatius, nil vellent ab iis audi-  
re, nil discere quod ægros leuare posset, fidis offenderentur medicis, amicis ira-  
scerentur, si quando eos à funesta veterni suffocatione arcere properarent. Sic  
& Cainus pastorem fratrem, hominem quippe pietati addictum, ferre non po-  
B tuit, cùm ipse terrenis tantū affectibus emancipatus esset. Sic passim etiam  
nunc probi modesti q; viri à potentioribus ignominiose accipiuntur: sceleri,  
impostores, parasiti, & ambubaiarum collegia in honore sunt. & quæcunq; ap-  
petierint commoda consequuntur, atq; ita demum  
 Potores, bibuli, media de nocte Falerni  
 Oderunt porrecta negantem pocula, quamuis  
 Nocturnos iures te formidare vapores.

## D O C T O R V I R T U T I S.

V T verò ad pastores nostros reuertamur, pastorem ouium Ambrosius in-  
terpretari videtur disceptatorem rationis, doctoremq; virtutis, Et ubi scri-  
ptum, filios arietum Domino afferendos, principes ecclesiarum exponit Eu-  
cherius: & oues intelligit eos, qui simplici, vera, puraç fide pietatem hanc nō  
stram amplectuntur: de quibus Christus, Oues meæ vocē meam audiunt. & ad  
Petrum: Pasce agnos meos. Quo super exclamat Salomon: Pasce animas peco-  
rum tuorum. de quibus scriptum est, Arietes duos in primitiarum sacrificio ad  
C septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum vnum de armento adiici de-  
berc. Præclara quippe mandata, diceret Hesychius, & virtutes quas sequi, alias  
velut oues oportet, ad primā illam oblationē applicandas. Quòd verò Aaron  
pontificalibus iam ornamentiis instructus arietē obtulit in holocaustū, per arie-  
tem Theologi, vt idem Hesychius, Christum intelligunt immolatū; ille enim du-  
catum præbere ouibus euntibus in paicua, & ad egressum ingressumq; à caulis  
& in caulas solet: sicut & Christus dux perfectæ cōuersationis est, à quo videli-  
cet èa sumpsit exordium, atq; ideo intrare per se & exire ouibus præcipiebat.

## I N N O C E N T I A.

A Nte alia autē tam ouis quām agnus hieroglyphicum est innocentia. Hinc  
illud apud Cyprianum sapientissimè scriptum libro de Liuore: Meminisse  
debemus quo vocabulo Christus plebem suam appellat, quo titulo gregem  
suum nuncupet. Oues nominat, vt innocentia Christiana ouibus æquetur.  
Agnos vocat, vt agnorum naturam simplicem, simplicitas mentis imitetur.

## M A N S V E T V D O.

E Timbellem, purum, simplicem, ac egregiè mansuetū hominem, eundemq;  
immaculatum, ac pectore candidissimo præditum hieroglyphicè significa-  
m ij

# Pierii Val. Ouis.

re qui volunt, agnum pingere consuerunt: id enim mansuetissimum eius ingenium exposcere videtur. Nam & ipso vocabulo ἄγνος, puritatem castitatemque significat. Et antiqui sacrificuli auguresque maximam ostiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Comprobant etiam hoc Sacræ literæ, & nostri Seruatoris insigne, Agnus, ab omni Christianorum antiquitate summa exceptus veneratione: de quo fertur illud à priscis variis dictatum, T A N Q V A M A G N U S. Nam ut agnum coram tondente obmutuisse, agnum patibulo applicitum, anniuersaria nobis commiseratio & pro ratus redintegrat. Et præcursor ille Deo plenus, agnum hunc intento digito monstrauit. Hoc verò picturæ genus cum synodo sexta iam antiquatum esse percepissem, necque satis mihi faceret Latina traductio, ad Græca me cōtuli exemplaria, in quibus rem ita traditam inueni. Εν ποι τῇ σεπτέμβρῳ ἐκόνων γερεφᾶς ἀμύνης διατήλω τῆς περισσότερης δικαιούσης θεοῦ χαράζεται, ὃς εἰς τὸν πρῶτον φθίνει τὸ χρεῖον τὸν ἀληθεῖον, ἢ μὴ διὰ νόμου περιστρέψινων ἀμύνης χριστὸν τὸν θεόν ἡμῶν. Τέτοιος δὲ παλαιός τύπος καὶ τὰς σκιάς ὡς τὸν ἀληθεῖον σύμβολον τὸν περιχαράγματα τῷ ἑκατοντάριῳ προσθέτομενα καὶ πασπαλόμενα τὸν χάρεν περιπλάνην, οὐ τούτον ἀληθεῖαν φασκόμενα νόμος πάντων οὐδεὶς ἔχειν γίνεσθαι. ὡς αὖτις δὲ τὸ τέλεον καὶ τοὺς χρωματοτροχίας εἰς τοὺς ἀπαντήσας οὐδεὶς οὐδεὶς τούτην τὴν αἴρεται τὴν ἀμύνην τὸν καρπὸν χριστὸν καὶ τὸν αἰθέρων πνον χαρακτηρίζει. Εἰ τούτος ἐπέστι τὸν αὐτὸν τὸν παλαιόν ἀμύνην αἰτηθεῖσας δεῖξομεν, διὸ αὐτὸν τὸ ταπιφωσων τὸν θεόν λόγον ηγετανούστε τούτην πρὸς μηδέποτε τὸν αὐτὸν τὸν αἰτηθεῖσαν τὸν πατέρας αὐτὸν τὸν σωτηρίαν θαυμάτε χειραρχούσμενον τὸν αὐτούσιαν θεούντος αὐτὸν καὶ τὸν αἰτηθεῖσαν προσώπον. Id est: In quibusdam venerandarum imaginum picturis agnus digito præcursoris indicatus delineatur, qui receptus est in effigiem doni illius optatissimi, quo genus humanū Deus Opt. Max. honestauit, cui gratiæ nomen ab excellentia quadam indidimus. Ille enim sub eo velamento verum agnum, ad quem dictata nostrorum veterum respexere, C H R I S T U M Deum nostrū ostentat. Nos verò figuræ, & descriptiones veterū, prout sunt veritatis notæ, præfigurationesque Ecclesiæ concessæ, honorificè atque libenter amplectentes, gratissimum tamen donum illud à Deo nobis liberaliter erogatum preferimus, ipsam rei veritatem, ut quæ illa veterū dictata iam adimpluerit, admittentes. Ut igitur quod perfectum atque absolutū est in picturatiōnibus etiam, quæ omnī oculis obiiciuntur, describatur, agnū qui peccata mundi tollit C H R I S T U M Deum nostrū humana posthac effigie, pro antiquo illo agno pingendū esse decernimus: quippe qui per huiusmodi figuram humilitatem verbi illius quod à Deo processit, intelligamus, memoresque simus eum nostri corporis exuuias suscepisse, ac perinde cruciatibus affectum morte nobis salvatutem decessisse, mundumque inde redemptum esse, manu quasi præuia doceamus. Quid verò super his Latinus interpres, quid Doctores afferant, alij viderint. Decr. de consecratione. dist. 3. cap. sextā sanctam Synodū. Traducere enim mihi religio fuit, cum illa iam sint ab ecclesia recepta. Quin & ouem pro mansuetudine ponī passim videoas, præcipue verò in Euangelica, ut dictū, disciplina, ubi oues ab hædis segregandæ prædicuntur. Vitam siquidem illi peragunt intaminatam, qui mansuetudinem amplectūtur: & ab eo qui mitis est, & humilis corde, suscipiunt morū rationem, paratiisque sunt tanquam oues ad iugulationem, si sit opus, trahi, ut Dominum imitentur. Sanè ouem Hesychius hominem præ se ferre tradit in Diuinis literis, qui simplex admodū sit, neminiisque noceat, & à perpetuam factis abstineat: de quo plura alibi. Hædi verò petulci sunt atque erratici, qui prærupta quæque rupium, & loca præcipitiis exposita consequantur.

O P V L E N T I A.

A pud alios historiæ sacræ scriptores, ouis est prouentus etiam & feracitatis indicium

A indicium, cui Græcæ dictionis vox ipsa etiam fauere videtur. Nam vt pleriq; interpretantur, πελετην̄ quasi πελετης appellatur, quod rerum earum opulentiam significat, quæ ad victum faciunt. Sed vt in ouibus persistamus (latum enim est καὶ πελετην̄ vocabulum) vbi Hesiodus ait, μαρναμένες μήλων ἀπ' οἰδίτωσι, interpretes aiunt μήλην̄ de imperio & opibus debere intelligi, propterea quod principes olim pastoralem vitam agere soliti sunt. Sanè veteres in tanto oues honore habuere, vt ex iis tantum opes fieri existimarent: & pecuniā & peculium inde dicta Iurisconsulti tradunt: ideoq; fictum oues lanam olim auream habuisse. Hinc cùm Hercules ex Africana victoria nihil præter oues abegisset, aurea Herculis aurea mala. mala secum asportasse dictus est: μῆλον enim dicitur ouis, & ea locutione pomum usurpat. Sunt enim qui scribant in illis hortis, qui Hesperidum fuisse dicuntur, olcastrōs tantum progerminari: alij autem cotonea ibi lætissimè prouenire tradunt, eaq; à colore aurea nuncupata. Nam quæ in manu Herculis poma tria statuuntur in antiquissimis ex ære statuis, cotonea sunt: de quorum significationibus loco suo inter arbores differuimus.

## B F E L I C I T A S.

**I**N Hetrusca disciplina obseruatum inuenio felicitatem ex oue portendi, præsertim si ouis insolito colore fuerit: quod mihi Virgilius optimè tetigisse videtur, vbi, Polllione, dicit:

*Ipse sed in pratis Aries iam suaue rubenti  
Murice, iam croceo mutabit vellera succo.*

De quo legitur apud Hetruscos: Purpureo aureo'ue colore ouis si aspersa fuerit, Principi ordinis & generis summa cum felicitate largitatem auget: genus, progeniem propagat in claritate, lætioremq; efficit. Ex quo nata inter greges Atrei aurea agna, principium discordiarum illi ac Thyesti fuit, fratre scilicet inuidia fraternalē felicitatis exulcerato. Vnde illa citantur à Cicerone ex antiqua tragœdia Atreo, de Nat. Deorum III.

*Addo huc quod mihi portento cælestum pater  
Prodigium misit regni stabilimen mei,  
Agnum inter pecudes aurea clarum coma.*

Auream enim agnam Thyesti pucro natam, & Pausanias & Plato meminere: animalq; id ex lapide impositū eius tumulo, eiusdem rei monumentū, Pausanias idem attestatur. Esto autē hoc apud historicos. Sed felicia illa portendi ex euensis comprobatus, tunc præcipue, cùm agnus natus esset vellere in fronte purpureo. In villa Antonini cuiusdam plebeij viri, eo die atq; hora, qua Geta, Antoninus inde nuncupatus, Mediolani natus est. Verū is in cuius ædibus agnus editus fuerat, cùm imperiū Antonino ex hoc portendi audisset ab aruspice, de se dictū putans, ne fatum propalaretur, agnum statim occidit: quod omen fuit Getam, qui & Antonius vocabatur, vt subsecutum est, ab Antonino fratre necandum esse, quod apud Ælium Spartanū, & alios habetur. vsqueadē autores ea etiam quę nihil attinent, in usum asciscunt suum. Eadem oues Diadumenō nascenti imperiū portendere, cùm in agris patris oues purpureæ duodecim natæ essent, quarum vna tantum varia fuerat. Et Mathematici, quos tamen hic ridet Ambrosius, eum ad erogandā multa idoneū, atq; itidem ad acquirendum dicunt, qui inuadente in horoscopum Ariete fuerit in lucē editus. Nam hoc animal & vellus absq; vlo dolore molestiāue deponit, & à natura facilē rursum eodem vestitur. In eādem ferē sententiā Ambrosius interpretatur diuinam legem

# Pierii Val. Ouis.

vbi asinā oue mutādam in sacrificiis instituta Dei iubent. Asina quidem animal D laboriosum, ouis verò frugi, & nō parui prouentus. Fructū igitur mutandū esse laborē, dicit Dominus, id sub hoc verborū velamēto subinnuens, quod vnius cuiusq; laboriosi operis finis ad fructū respicere debeat. Neq; tamen ignoro esse qui simpliciter intelligi velint preceptū hoc, ea de causa, quod asina sit immūda, ideoq; in ouem, quæ munda est commutandā. Sunt qui hoc verborū inuolucro dicant, laborē & industriam omnē affectu simplici commendandam, per ouem simplicitatē tantū, ut etiam superius dictum est, accipientes. Qui verò profundius rem exquirere sibi videntur, liberandam aiunt animā ab iis quæ frumentum non habēt, cuiusmodi ea sunt quæ solo sensu percipiunt, cùm fructus per ouē omnino exprimant, per asinā verò sensus ipsi materialē simpliciter appliciti.

## M V L I E B R E   O F F I C I V M .

**Q**UOD verò nouā nuptam veteres in pelle lanata considere iubebant, vetustum referre morem videtur, quod id vestimentū olim usui fuerit. Sed illud magis verisimile, quod hoc gestu adductas se ad præstandam lanificij operam marito polliceri videntur. Nam ad hæc usq; tempora plerisq; Italiæ locis, postero quam noua nupta mariti domum ingressa est die, illi è geniali thalamo mane prodeunti obuiam propinqui fiunt, colum, fusum & lanam, acum & forcicem, rutabulum, peniculum, quodq; cuicq; in promptu fuerit instrumentum, omneq; vas domesticū offerentes, quo ea muliebris haud ignara officij, se non ad delicias & voluptates, sed ad faciendam lanam, & alia quæ frugi sint curanda venisse reminiscatur.

## F O E C V N D I T A S .

**S**ANè quidem Iunoni regnorū & opulentiae præsidi, partuumq; sospitatrici, oues ambiguæ, hoc est, ut Bebius Macer ait, cum duobus agnis altrinsecus alligatis sacrificabantur à matronis quæ gemellos peperissent. At Sicyonij graves oues dis beneuolis & fortunatis, quas ipsi θυλεῖσσαι, Athenienses πυρὰς vocabant, felicitande rei domesticæ causa immolare consueuerunt. Herculi quoque diuitiarū & prouetus Deo, ouis ramis quatuor imposita pro boue, qui se sacrif surripuerat, litasse perhibetur: vnde ipse Melon, & Melius appellatus, quod Latinè diceretur Ouilius. In Pomi verò cōmentario plura super hoc narrabūtur. F

## P E C V N I A .

**A**D hęc, licet Ouidius & alij non imperitè dixerint pecuniā à pecudibus appellatā, quod peculiū, vt superius ostensum, olim omne à gregū numero censebat, eaç; de causa Maronianus Corydon diuitias ostētaturus suas dixerit.

*Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:*

illud tamen satis constat, æs prius nota pecudum signatum à Seruio Romani- rum rege: vnde Varro etiam, vt apud Marcellum est, vnum ouem multam dicetam ait, cùm citatus necq; respondit, necq; excitatus est. Vnum verò virili gene re dixit, siue quod numum intelligeret, siue ad imitationē Homeri. Ab hoc Marcelli loco fragmentum est etiam in antiquissimo, quem Romæ vidi, codice. In commentariis tamen sacrorum Pontificalium crebrò lectum aiunt, hic ouis, & hęc agnus, ac porcus: quæ, inquit Festus, non vt vitia, sed vt antiquam consuetudinem testantia debemus accipere. Ex quibus omnibus liquidò appetat, non ineptè pecudem pro diuitiarum hieroglyphico accipiendam.

## P H T H I R I A S I S .

**S**VNT qui hominē pediculositate confectum significare si velint, ouillam illi pellem

**A** pellem inducāt, quam lupi caput impactis dentibus dilaceret: si quidem ouium quas lupus occiderit pelles ac vellera, & facta ex his vestis, longè quām cætera aptiora sunt ad pediculos procreandos. Quod cūm sit, tum ab Aristotele, tum ab aliis receptum, quēsiēre multi causam, illudq; cupedinariorum experimento deprehenderunt, carnes huiusmodi quæ lupinis dentibus laceratae fuerint, dulciores esse: quod tactum ab Horatio volunt, vbi inter ea quæ iucundiora delitiis regiis enumerat, hocdum etiam erectum lupo recenset: quod ego tamen ad frugalitatem potius retulcrim, vtpote qui eo loco parsimoniam in primis lauder, hisq; tantū carnibus fruatur, quæ aut inemptæ sint, aut, nisi absument, peritur. Vel ex eo magis iucundum, quia qui semel amissus erat, sit receptus. Sed vt cūcūq; illi, sanè dulcedinis huius causam esse dicunt calliditatē, & igneā propè vim, quæ sit in anima lupi, vtpote quæ ossa vel durissima in vtero liqueficiant, ariditate permollita: euenireq; inde vt carnes facilius atque celerius putrescant, si morsu fuerint huiusmodi vitiatæ: lanasq; identidem contaminatas, contagionē illam etiam in vestibus pertinaciter perseruare. Ceterū sunt qui iudicent hoc non à co-

**B** lore vel putredine prouenire, sed ab asperitate potius, & vt Medicorū utr vocabulo, vellicatiua quadam vi, quæ carnē scabritie interterat, pruritūq; suscitet, vnde postmodū humanæ cutis humor corrupto, pediculi suboriantur: absurdumq; esse dicūt asserere vim illam à lupi spiritu morsu ueisque adeò in vellera diffundi, quæ totiens abluant, solentur, depurgentur, inungant, defacentur, ac propemodū excoquantur. Referūt verò venatores, & caupones, animalia quæ ictu uno procubuerint, uno, vt ita dicā, spiritu suffocata, solidiora, minusq; putrefactioni obnoxia reddi. Quare Homerus rerū omniū doctrina insignis, siue coria, siue lora cōmendet, bouis ea dicit esse ιωνταμένο, ictu quippe valido macstati. Itaq; eorum quæ neq; morbo, neq; senecta pereunt, sed iugulatione, coria validiora sunt, neruosiioraq;. At quæ pluribus conficiantur plagis, difficulterq; aut contanter exagitata delassataq; perimantur, præcertimq; si ferro saucientur, facile putrescere, neq; in alterum diem asseruari posse. Eorum autem quæ tam lenta exanimentur morte, contaminatam vim & in pelles, & in vellera, quin & in vngues penetrarc, præcipue autem si mordentur à feris: vngues etiam ipsos obnigescere, sanguine, humore, & medullis etiam ipsis præ timore & cruciatu-

**C** contaminatis, indiciumq; id tabis esse. Quare minimè mirū si contagio huiusmodi etiam in vellera diffuat, coriaq; tentet, & omnia denique computrescere compellat. Atq; hinc pediculositatis significatum.

**D** Iscordiam verò & mores maximè dissimiles  
Ægyptij Poëtēq; omnes significare cūm volūt  
hieroglyphicè, lupum & agnum, aut ouem ponunt.  
Vnde apud Horat. legas,

*Lupis & agnis quanta sortitò obtigit,  
Tecum mihi discordia est.*

Et de maximè inter se discrepantibus Ouidius ait,

*Nat lupus inter oves. Aiunt verò eam esse antipathiaē vim, vt plerunq; agni recenter nati, neq; vlius animalis extra caulas effigiem intuiti, audito repente luporū vululatu exanimascant, subitarioq; eo percussi metu mortui concidant. Quinetiā periti rerum prædicant horum animalium in anima etiam in eadem naturę dissensione perseverare. Ouillas enim fides si aliis ex lupino intestino factis fidibus asscentur,*

#### DISCORDIA.



# Pierii Val. Aries.

& absonas & præ metu mutas permanere. Idem de tympanis & ouilla pelle & D lupina factis accidere tradit Oppianus: simulac enim pulsantur, ouillum mu tum esse, lupinum solum exaudiri.

## D E A R I E T E.

**S**ed quantū in agno mansuetu dinis superius agnoscebamus, tantum in ariete ferocitatis experimur: simul enim ac cornua accreuerunt, pugnacissimi fiunt, neq; se tantū in suo genere laceſſunt, incurſantesq; inuicem arietant, verū & homines impetunt, in bellumq; prouocāt. Vnde etiam diſterū celebratur, κεὶος ἀσληγονός, qua fortè de causa Marti cœlestis Aries dedicatus: & si qua Planetis in humano corpo re vis, fel à Marte regi dicit: in eo verò sedes iracūdias, & bilis. Et Adamātius immolatos apud Hebr̄eos Arietes, apud nos iracundiā iugulari debere, putat intelligendū.

F E R O C I T A S.



E

## B E L L V M.

**S**icut igitur pugnacitas hæc in causa fuerit, siue sanctius instituti homines, cùm aliqua affecti essent iniuria, vltionis procriptionem non à se, vt pote qui ex mansueto & innocuo essent genere procreati, proficiisci, sed ab hostiū improbitate atq; iniustitia, indicare testatumq; facere vellent, indicturi cuipiam bellum, arietem per fecialem præmittebant, quem in hostiū fines immitteret, vel honestam ita causam suam ostensuri, quod nō nisi prouocati bellum gerere cogentur, vel, quod alij malunt, vt hostilem agrum suæ iam prædæ expositum indica rent. Vt cunque, Aries, vt ait Hesychius, vexilli nostri, hoc est, Crucis hieroglyphicum est, Crux verò redemptionis: Aries ille, inquam, qui pro Isaache in holocaustū oblatus est, in virgulto Sabech, vt Septuaginta ediderūt, à cornibus religatus. Sabech verò remissio interpretatur, quia crucem, quæ remissionis virgultum fuit, præmonstrabat.

R I V A L I T A S.



F

**S**Vnt qui riualitatem hieroglyphicè per arietes duos cornibus se inuicē laceſſentes significari dicant: quandoquidem in eiusmodi certationem amoris causa ferri eos perhibent: quippe qui offensionem intelligent sibi fieri, si quas amant oves, ab aliis saliri conspexerint: quod hirci plurimū negligentes, susq; dec̄q; ferre solent.

**T**N huiusmodi verò venerei affectus hieroglyphicum, aries multis est veterum monumentis impo situs. Nam qui ante Corinthi urbem intra priores pedes leænæ, quæ Laidis tumulo imposta erat, vise batur, libidinem nimirum eius meretricis indicabat. Erat & apud Eleos in templo Veneris simulachrum eius insidens arieti, Scopæ, vt Pausanias ait, opus,

V E N V S.



eīp

A eisq; cognomen erat *ταρδήμον*, quod arietinæ procacitati videtur conuenire.

## V E T V L I P E T A P R O C V S.

**N**Am quantum ad arietis libidinem attinet, per eum ita in nequitiam conci-  
tatum, hominem qui veterum concubitum assectaretur, nonnulli nota-  
dum censueré, quod is primùm vetustiores fœminas inire consuerit, quarum fa-  
cta copia nouellas minimè persequatur.

**M**Ercurium autem aiunt apud Tánagræos cum  
Ariete humeris insidente solitū effingi, eumq;  
κειοφέρον Pausanias ait appellatum. Erat id partæ sa-  
lubritatis hieroglyphicum: quandoquidem Mercurius  
expiatione arietis; quem circum urbem gesta-  
uerit, pestilentia quæ Tanagras inuaserat, susculisse  
dicitur: in cuius facti memoriam, die eius festo pul-  
cherrimus quispiam ex Tanagræa iuuentute dele-  
ctus, arietem humeris impositū frequētissima totius  
B ciuitatis pompa circum mœnia gestare cōsueuerat.

## S A L V B R I T A S.



## C V S T O D I A.

**A**蒲 Corinthios verò æneum Mercurij simulachrum visebatur, cui aries  
assistebat. Causam fuisse Pausanias dicit, quod Mercurium maximè om-  
nium deorum custodire greges, prouentusq; ex eis augere persuasum sit. Sed  
enim cùm ita Mercurio facundiæ Deo præsidi aries apponatur, maximūq; hu-  
manæ vitæ præsidium sit oratio, vt Comici Græci dicterium est, minimè mirū,  
si Isocratis Rhetoris sepulchro aries triginta cubitorum adsculptus fuit, in quo  
Siren cubitorum septem insideret: nam ea quoq; orationis suavitatem indica-  
bat. Et ferunt astrologi, Mercurium in Ariete collocatum, orationis prompti-  
tudinem, & ex tempore dicendi facultatem dare. Sed ne ab Isocratis sepulchro  
discedamus, propè etiam mensa apposita, quæ Poëtas haberet ac eiusdem præ-  
ceptores, in quibus & Gorgias astronomicam sphæram inspectabat, & Iso cra-  
tes ipse omnifariæ doctrinæ hauriendæ cupidus adsistebat.

## H A M M O N .

**C**IN Saloniæ numo aries est cū inscriptione, HAMMONI CONS. AVG.  
TAnimal enim hoc in veterum sculpturis frequentissimū habetur, præcipueq; Hammonem Deum, specie illa sua reciprocicorni, vt Laberij dictum usurpem,  
significabat. Hunc vulgus louem, Ægyptij Solem esse contendebant cornuaq; radios ostentare: de quibus alibi locupletius. Spectare tamen est in Gallieni nu-  
mo arietem inscriptione addita, IOVI CON. AVG. Hammonem verò vete-  
res salutis Deum, vt Latini louem à iuuando dictum interpretabantur, exq; a-  
rietino capite eundem Deum qui omnium saluti prospiceret, ιπολυτης intelligebat. Hecatetus Abderita Ægyptios ait Hammonis voce vsos, cùm se inuicem  
salute præposita compellarent, allocutoriamq; esse vocē, qua boni ominis cau-  
sa Deum in primis ita venerarentur. Isq; mos in plerisq; nostræ pietatis colle-  
giis obseruatur, vt quicunq; pulauerit, non prius ad colloquium admittatur,  
quam ad Virginis Deiparæ salutationem responderit. Cumq; veterū mos esset,  
in mortuorum conditoris bene defunctis om̄inari, eos dis manibus cōmenda-  
bant: alijs columnas quæ sepulchrīs erigebantur, inscriptionis huiusmodi loco,  
arietinis capitibus hinc inde adsculptis insignibant, corymbis intermedio pro-  
pendentibus, qui foliorum & fructuū varietate lasciuerent. Sed quod ad Ham-

# Pierii Val. Aries.

monem attinet, scriptores rerū paruula quedam cornua in utroq; tempore eum D  
habuisse scrunt. Qui verò penitorem doctrinā perscrutati sunt, propriū id lo-  
uis nomen apud Ægyptios fuisse tradunt. Alij dicunt arieticū caput ideo Ham-  
monis esse signum, quod is Ægypti rex, preclaris admodum rebus à se gestis, in  
galea vsus sit arietini capitinis insigni. Aiunt & cùm Herculī illi vetustissimo ad  
eum visendi studio profecto se olim ostentaret, arietino capite, quem mactau-  
rat, vertici suo imposito, & pelle ea villosa circundatum, alia pelle amictum he-  
roen admisisse. Et Saporis Regis gestamen celebrat Ammianus aureo capitinis  
arietini figmento elaboratum. Quod & insigne militiae, & quasi sodalitatis cu-  
iusdam suę, recentissima memoria Carolus fortissimus Burgundionū Dux, Ca-  
roli v. Imperatoris auus adscivit, aureum Arietis caput singulis pro gestamine  
imponendo, & Arietini capitinis cognomento sodalitatē vocando: eā Tortionis  
aurei vulgo appellant, q; ea locutio caput arietinū lingua patria designaret.

## D E C V S S A T I O.

**S**ed ut hæc, quamvis ad vetustatis imaginem usumq; facta, missa faciamus, E  
appellat nos Aries ille toto cælo conspicuus, qui rerum temporumq; diui-  
sionem, & quasq; utruncq; portiones ostentat, uniformem toto anno diei no-  
ctisq; partitionem, auctum & decrementum equilibrio semper appensum. Cur  
verò Aries huic sit dispensationi præfectus, ea affertur causa, quod proprium il-  
li esse aiunt ab æquinoctio verno super dexterū latus incubare, veluti Sol quo-  
que ad Septentrionales, quippe dexteras, ut Ægyptij statuunt, mundi regio-  
nes deflectit: ab autumnali verò æquinoctio sinistro incubat lateri, veluti etiam  
Sol in læuam declinare, & australia signa occupare conspicitur. Parí propemo-  
dum ratione malorum semina ipsis fructibus inclusa, brumali die spontino mo-  
tu conuerti in contrarias partes obseruatum, quippe quæ peracto iam omni  
maturitatis numero, natura opifice, quæ rerum omnium altrix est, retrò cede-  
re, & ad radicem, ad propaginem, ad specierum earundem progenerationem  
tendere videantur.

## P R I N C I P I V M A N N I.

**A** pud Astronomos Aries pro anni principio capit, & eo notatur hierogly-  
phico: variaq; est ingeniorum sedulitas istius rei rationem afferre conan-  
tium, Hebræis præsertim nonnullis Libram potius caput afferentibus, quod par F  
fuerit omnia perfecta, & seminibus fceta, summo ab opifice creari, eō vero tem-  
pore fruges omnes maximè maturuisse. Quod verò Aries inde locum occupa-  
uerit, ex lege factum ad illius temporis solennitatem celebrandam, quo liberati  
sunt ex Ægypto. Sed quod aiunt tunc temporis nonnulli, quo mundus est geni-  
tus, Arietem cæli mediū tenuisse, in mundi quippe vertice constitisse, quisnam  
id potuerit coniectare non video, cùm in sphaerica cæli figura necq; vertex, necq;  
imum, necq; ortus, necq; occasus, qui eodem temporis articulo sint, iidem, eodem  
momento gentibus omnibus dari potuerit. Nā nisi omnibus ea ratio gentibus  
inseruiat, admittenda nō est. Solem verò qui dicat in hoc vel illo signo fuisse, ne  
mo nō intelligat. Astronomi quidē in Ariete volunt, & Virgilij doctrina non  
paruam his autoritatē adiungit, dum ita super verni temporis amoenitate canit:

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, aliūmue habuisse tenorem

Crediderim: ver illud erat, ver magnus habebat

Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,

Cum

A

Cum primū lucem pecudes hausere, virūmq;  
 Terrea progenies duris caput extulit aruis,  
 Immissæq; feræ syluis, & sidera cœlo,  
 Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,  
 Si non tanta quies iret, frigusq; calorēmq;  
 Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Quòd verò Commentarij huius finem Virgiliani carminis amoenitate condire  
 quæsierim, optime Lactanti, non ineptè me fecisse arbitror, qui te forte grega-  
 lium rusticitate, styloq; modoq; pastorali, virum tam elegantem, offenditum &  
 delassatum suspicabar. Tu quicquid id fuerit, vt omnia amicorum soles, boni  
 consule, & Pierium virtuti doctrinæq; tuæ deditissimum, vt facis, ama.

PIERIVS VALERIANVS AD PROSPE-  
 RVM SANCTACRVTV M NOBILEM ROMA-  
 num, de iis quæ per Lupum, Hyænam, Lyncem, Vrsum,  
 Pantheram, Tigrim, & Vrum significantur ex  
 sacris Ägyptiorum literis.

**C** Escio quo tuo fato acciderit, optime lepidissiméq; Prosper, ut qui mortalium es  
 iucundissimus, in truculentissimas omnium feras incideris. Tibi enim ludis meis  
 Aegyptiacis, quos propediem istic Patauijsum commissurus, ducti sorte obti-  
 gere, Lupus, Hyæna, Linx, Ursus, Panthera, Tigris, & demum, Ursus, cū qui-  
 bus tibi sit, quantum animis viribusq; valeas, congregendū. Has omnes vel ca-  
 piuas facias vel cicures, vel conficias, vel forte etiam deuores neceſſe est, lege ita sodalitia, Cosmo-  
 gerii comitiis decernente mandantēq; exceptione, quæcunq; posſit excogitari, summota penitus.  
 Scio, adhac, firmissimi licet animi iuuenis, totus es commotus, qui à bestiarum venatione pastūq;  
 semper abhorrueris. Nolim tamen putes edictum in te factum, acerbi quicquam, aut æquum in-  
 stiūmne minus continere: quod ea potius de causa decretum est, quia nouæ indomitæq; feræ cicu-  
 randæ cùm eſſent, neminem habuimus quem in huiusmodi negotio tibi præferendum existima-  
 remus. Tanta enim eſt vultus animi q; alacritas tui, vt facile ſperemus, simulac in theatrum de-  
 scenderis, illæq; furorem, feritatem, rabiem, aut ſequitiam quæq; suam in te concitarint, futurum  
 vt tu ſola Gelasini tui hilaritate omnes actutum mansuefacias, & simulac ſemel arriſeris, ad-  
 blanditusue fueris, ad peides tibi omnes euestigio procubituras. Vidimus enim ſapiens homines  
 quauis bellua ferociores, quos tu, vt tuus eſt mos, dicto aliquo falſo, aut liberiore aliqua admoni-  
 tione tactos castigatosq;, contra te irritaras, simulac furore perciti & impotentest irruerent in te  
 minabundi, ad ſolam vultus tui iucunditatē, veluti aliqua incantatione perculſos ſubſtitiffe,  
 conſternatōsq; animi omnem ſtatim indignationem amififfe, ſpontēq; tibi ſeſe dedere, & quibus-  
 cunq; rebus gratificari poſſent obsequium polliceri. Quare cùm velut Orpheus lyra modulisque,  
 tu ſola illa comitate fretus tua, ferocitatē omnium mitiges, furoremq; delinias, agè nulla iam  
 contatione exhibitas à me feras agredere, victoriā ex illis omnino reportaturus: quia in Aegy-  
 ptiorum fanis alitæ atq; educatæ, literas mihi videntur didicisse. Proinde facile  
 erit iuueni literatiſimo eas quoquò volueris trahere, & ad omne ob-  
 sequium paratiſimas efficere: id quod iam in Lupo,  
 qui prodiit primus, experiri potes.

# Pierii Val. Lupus.

## D E L V P O.

PER IN I Q V E' mihi facere videntur, qui Ægyptios solos de brutorum cultu derisui habet, atq; conuitiis & cauillationibus etiam persequuntur, cum nationes ferè omnes eadem fuerint superstitione aliquando contaminatae, præsertimq; terra Græcia, quæ maxime omnium sapientia ipsam aluisse prædicatur: Romanaq; res publica, apud quam cæremoniæ primas semper partes obtinuerent. Græci enim lupum in honorem Apollinis venerabant, in Martis, atque aede Romuli Remq; venerationem Romani. Alias etiam belluas afferre possem, quæ apud hos & alios, diuinos sibi honores asciuere. Sed quoniā de lupo dicere propositum est, quod ad eum attinet præcipue prosequemur.

## A P O L L O.

FVit autem, vt dictum, fera hæc plerisq; locis Apollinis memoriae dedicata: .  
Eiusq; simulachri ea asseritur causa, quod oculoru acie potens ad cō sit, vt noctis tenebras euincat, acutissimo quippe polleat visu, intempestaq; nocte, etiam si Luna sileat, clarissime tamē intueatur, & in prædis inuadendis post nocturnā famem antelucanū tempus obseruet, à Sole aut totum est lucis beneficiū. Vtraque verò de causa, & quod potens lumine esset, & quod ante lucē prodiret ad prædam, Lycopolitana Thebaidos in Ægypto ciuitas hieroglyphicū lupi forma Apollini dedicauit, eiq; in lupi specie sacra faciebat, tantoq; apud eos ciues cultu habitus est, vt cum lupum tanquam Deū venerarentur, soli ex Ægyptiis ouibus vescerent. Hinc ipsum Solem Homerus λυκηλεπτον vocat, non ea quidem causa, quod in Lycia genitus credatur: nam fabula hæc, vt Heraclides Ponticus asseuerat, recens admodum est, necq; temporibus Homeri adhuc cuiquam innotuerat: sed veluti diem ierulētav, propterea quod nō hoc est, diluculum generet: ita Solem λυκηλεπτον dixit, quod matutini splendoris autor ipse sit, vel potius quod Lycabanta progeneret, hoc est, annum, cui nomen, vt nonnullis placet, à luporum similitudine quadam inditum: illi siquidem auctos imbribus fluuios tranaturi, caudas mordicū inuicem apprehendunt, longoq; ordine seriatim aquis immerguntur, tutoq; transmeant, id quod Sol ipse in animalibus Signiferi prætereundis facere videtur, dum continua quadam serie finem vnius, alterius principium facit. Sanè aliquot in signis Apollinis lupos adsculptos videas, de quo diximus in Ancilibus. Colebatur & apud Athenienses in Apollinis gratiam lupus, quiq; fortè animal id interfecisset, lege damnationis promulgata parare iubebatur, quæ ei funerando forent necessaria, vt ita magistratus quod sui iuris esset officiū executi viderentur, & religione respub. solueretur. Eam huiusc cultus nonnulli causam memorant, quod Latona prægnans per duodecim dies in lupū transmutata, Delum se contulerit, vbi illi facultas pariundi fuit: quapropter lupæ certa anni dimensione omnes intra dierum XII. spatium pariunt, quod Philostphanus tradidit Commentariis, de quo inferius latius.



Mars

M A R S.

**M**artii idem dedicatus, siue, vt est in fabulis, propter Romuli Remiçq; edum, quod deridet Festus, qui velit non à ruma, sed à virtutū magnitudine vtricq; fratrum inditum nomen, quòd ἔρωτι, notum apud Græcos vocabulum, fortitudinem significet, vt inde scilicet ī nomē adepti sint, veluti ἐπὶ τῷ ἀλκῆ Alcides: siue propter ipsam voracitatem, quæ in bello crudiuora est: inde in Sa- cris etiā literis legas, Gladius meus deuorabit carnes. Hinc & Mauorti nomen, vt nōnulli arbitrati sunt, quasi mares vorantē dicere voluissent: bellatores enim mares esse debere, & mares dici, alibi ostēsum. Martios porro lupos Virgilius, Martiales Horatius vocāt. Et apud Plautū eos in tutela Martis cognoscit Strabax adolescens, ita profatus: Fuit cēdepol Mars meo iratus patri: nam oues illius haud procul absunt à lupis. Græci sanè Poëtæ λυκόφοροι vocant strenuos bellatores: validi enim omnino sunt lupi, & in fallendis hostibus astutissimi. Robur ve- rò eorum plurimū in armis est, vt apud eundem Plautum.

*Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.*

**B**Ob astutiam verò Pindarus aduersus inimicos comparare se vnumquenq; mo- net λύκοιο δίκαιον, more lupi, ad id scilicet respiciens, quòd lupus tortuosis ambagi- bus vestigia perplexa ponit, modò hac, modò illac procurrens, vt nō facile qua- te parte sit inuasurus, aspicias.

R A P T O R.


**B**Ellicosis verò viris pleriq; omnib. is natura mos insitus vt cōiectare iuuet prēdas, & viuere rapto, id quod etiā inter prēcipua virtutū suarū prēconia, magnificè atq; gloria admodū recensere solēt. Vnde furacē & raptorē homi- nem per lupū ostendī, multi aptū & congruēs existimārūt hieroglyphicū: quod quidem minime alienū est à veterū disciplina, eorum maximē Philosophorum consensu, qui palingenesiā posuerūt, vt remotiore doctrinā illam, quam ab Ägyptiis acceperāt, nouo cōmento huiusmodi fabularū inuolucris occultarent. Illi enim hominē qui semper promptus & paratus fuisset ad rapinas, post obitum in lupū abire tradiderūt, vt in Phēdone Socrates: que tamē dictata Porphyrius & Iamblichus nō sunt passi diutius in tenebris latitare: sed quid ea sibi vellēt, la- tissimē omnia pandere curae preciū habuere. Hos secutus Poëta Claudianus,

**C**predones ait ab Rhadamantho lupis obiici solitos: ridiculeq; vt assolet, Aristo- phanes Simonē bonorum publicorū depeculatorē exprimi per lupum à Nebu- lis iocaf. Et lupi nomē in Diuinis literis, vt obseruarunt Theologi, non secus ac vulpeculæ, semper in malī cuiuspiā significatū accipit. At cacodæmon est inter- dum lupus, plerunq; tamen raptor, Euāgelio: Intrinsecus aut sunt lupi rapaces. Quòd verò Iacob ait, Beniamin lupus rapax, mane capiet prædam, vespere au- tem reddet: de Pauli conuersione dictum, & Eucherius & alijs pleriq; putant.

IMPROBITAS ME-  
retricia.

**E**T qui meretriciam improbitatē per lupæ simula- chrum significari contendunt, hieroglyphicū ni- mirum id à rapacitate desumptum autumāt. Notum enim, meretrices lupas appellari, & inde Lupanaria dici. Ea de causa Messalina flagitiosum imperatoriæ maiestatis dedecus, Lyciscæ nomen mentiri delecta- batur, de qua Satyricus Poëta:

*Tunc nuda papillis  
Constituit auratis nomen mentita Lyciscæ.*



n ñ

# Pierii Val. Lupus.

Cicero Miloniana, Clodius semper secum scorta, semper lupas ducebat.

D

**A**Tque hoc tam bellicosum, tam noctiuagum ani mal, minimā quadam re, lapidis quippe alicuius auditō tantūm strepitū, terreri solet. Vnde sacerdotes Aegyptij, si quem vanis rumoribus, & inanis rei formidinē consternatum indicare vellent, hieroglyphicum ex lupo & saxi telo aliquo propè assito facere consuerunt: ita enim est eorum ingenium, ut qui neq; ferrū euitent, neq; fustem tremiscant, lapidem tantūm impendio perhorrescant, cuius ictum adeò perniciosum sentiunt, ut qua parte tacti fuerint, com putrescant, vermis quām ocyssimē redditis. Quinetiam reperti sunt qui vel duorum concussu lapidum strepitū cientes, ferocissimos à se lupos abegerint. Nobis pueris narrare solebat Laurentius pater, homo minimē vanus aut fabulosus, cum is ex Noricis Alpibus in Bellunensem agrum descenderet via plurimum scrupulosa, sibi nocte praeuento ad quintum ab urbe lapidem repente tres lupos visendæ magnitudinis apparuisse, quos cum qua ratione summoueret, secum agitaret, id sibi diuinitus incidisse menti, ut deiecto in terram retinaculo, quo per noctem equus ad presepe religabatur, altero capite manu comprehenso, id cooperit ponē trahere: quod quidem annulis fibulisq; aliquot ferreis praeditum cum ingentem per viam strepitum cieret, saxeosq; scrupulos quotquot incurando offendisset excitaret, per terrefacti repente lupi, quasi vis magna canum incubuisset, præproperè fugam arripuerunt. Non prætermittā super hac lupi trepidatione, hominē à lupo præuisum subito consternari, & vocem amittere, quod non ex Virgilio tantum, sed & ex Platone Politiis habetur: atque ita vice versa, si homo prius lupum viderit, eum eadem pati.



## I N D E M N I S F V G A.

**H**omine in hostes illapsum, qui parua admodum iactura facta euasisset, ostendere si constituissent, lupum extrema cauda glabrum facere consuerant: is enim agitatus à venatoribus, quasi conscientis sibi amatorium virus exiguo eius inesse villo, ne captus humanę omnino satisfaciat voluntati, eum abiit: aiunt enim non idem pollere, nisi viuenti direptum.

F TTVS RECEPTVS.

**E**Vm verò qui vel præ datum, vel in aciem progressus, maiore incumbente vi quām sustinere se posse consideret, se nulla accepta clade in tutum recepisset, indicare si vellent, currentem lupum, cauda præcipue sub uterum immissa reductaque proponebant. Summa enim lupo calliditas in periculis declinandis, primumq; illi studium fuga sibi consulere, scēq; fospitē syluis reddere: vnde λύκος πέπλος τε βόης οὐαδίδι, habetur in adagiis. Reducere verò caudam sub uterum, præcipuum est signum pauitantis. Quod cum Maro noster non ignoraret, ingenium eius descripsit his versibus, quos recitare non pigeat:



*Ac velut ille, priusquam tela inimica sequantur,  
Continuo in montes sese auius abdidit altos  
Occiso pastore lupus, magnōq; iuenco,*

*Conscius*

**A** *Conscius audacis facti, caudamq; remulcens  
Subiecit pavitantem vtero, syluasque petiuit.*

## A B O R T V S.

**S**acerdotes iidem Ægypti si mulierem abortientem indicare vellent, picturam eam instituerant, qua Lupus ab equa calcibus impeteretur, vel aliquo modo calcaretur, propterea quod persuasum habebatur, ita ea inter se natura dissidere animalia, ut prægnans equa si Lupum tetigisset, statim abortum faceret: nec hoc effici de tactu solam, verum etiam si vestigium tantum illius presisset, tantam inesse Lupo veneficij vim, ut omnino abortiret.

## A B I N F O R T V N I I S P O T E N T I O R.

**L**ongè verò diuersum illud, quod hominem ex infortuniis calamitatibusq; beatiorē potentioremq; factū significare si vellent, equū in cuius clunes Lupus morsum infixisset, effingere consuerunt: ferunt enim equos quibus dimicatio cū Lupis fuerit, præstantiores reddi. Eos Græci λυκοπάδως, nō volū lupos dicere possumus, nō ea quidem de causa quā nonnulli cōmenti sunt, ita eos à frē

**B** natis lupis vtpote animosis & ferocibus appellatos, sed quia multorum experimēto compertū est, pullos qui cum Lupo certarint, euaserintq; in bonos & ve locipedes mox euadere: huiusmodi enim cunctus equos & animosiores & perniciores reddit: imò quia & animosi & agiles fuerint effugerūt; factoq; ita in fēris periculo solemus eos approbare, idq; omniū consensu receptū. Qui tamen ab iniuria ita ferox cuadit, longè ignauior sit naturæ secreto quodam, si, vt Pamphilus lib. Rerū naturalium tradit, Lupi vestigium calcarit; tunc enim ait eū crudibus obtorpescere. Quinetiam tanta est illi cum equo naturæ dissensio, vt eum quantumlibet ferocem & generosum, vel mortuus & terra cōditus absterreat: inuentiūq; sunt hodie qui omniuolam principum quorundam impotentiam elusuri, cūm equum haberent insigniorē, quem loci dominus sibi deposcebat, admoniti sunt lupinum intestinū in via, qua producendus erat equus, clanculum sepelire, eaq; mox equus in principis conspectū eductus, simulac intestini odo rem sensit, nulla vñquam agitatione, nullisq; stimulis impelli potuit vt eā transiret, atq; ita vel sternacis, vel indomiti, vel renitentis accepta nota, repudiatus à principe, priori domino suo relictus est. Addam & hoc naturæ miraculum: e

**C** quis torminū doloribus cruciatis nullum præsentius esse remedium, quām intestini lupini cinctus, quem Romæ in usum huiusmodi asseruari apud plerosq; comperi. Quod verò de consternatione dicebamus, non sunt noua hæc cōmenta, vt terriculamenta infodi soleant, quæ vel hoc vel illud animal insigniter abhorreat. Nā apud veteres quoq; viguit hęc superstitione, vt eo loco, quā iter acturi sunt equi, infossa aliqua his terrorem incutiant, & ab incepto cursu aliorum auerant, vel confaternati ulterius progredi recusent. Porrò Amphionem Thebanum memorant Pelopi quædam tradidisse, vt ob iter sepelirentur, quibus nō Oenomai modò equi perterrefacti sint, verū omnes quotquot illac in posterum cursum arripucre: extitisseq; loco nomen Taraxippo, de re inditum.

## I M P A T I E N S F A M I S.

**I**ldem hominē famis impatientē exprimere si curassent, Lupū vel hiantē ore, vel terrā mordicūs apprehendentē hieroglyphicē figurabant. Lupus enim cū prædae inhiat, rictu late diducto currit: alioqui si prædae copia nō fuerit, peculare habet esuriens terrā deuorare. Sunt tamen qui non hoc ad saturitatē à Lupo fieri contendant, sed vt iumentū aliquod inuasurus grauior & ponderosior fa-

# Pierii Val. Lupus.

ctus prædam citius defatiget, cui statim, qui mos est illi, se dentibus appenderit, D quæ quidem est Alberti opinio. Sed quoniam ita in Lupoꝝ ingenium incidi-  
mus, non iniucundum relatu fuerit quod apud eundem autorem de lupi cuius-  
dam industria pro comperto ponitur: hunc scilicet cùm animaduertisse & sylue-  
strem quandam suem cum numeroſo foetu ad locum auena ſatum itare pabuli  
gratia, offendisſetq; proſtratum arboris truncū ramis etiamnum proſtantibus,  
arrepto in os ligno libraruſ círciter X L, ſuper truncum efferri ſaltu aſſueuifſe,  
ac in ramos repere, mox adueniente cū prole porca vnum curſu rapido de por-  
cellis arripiſt, in arborem festinanter ſcandit, ibi q; tutò conſiſtens rapto potitur,  
& in matris conſpectu fruſtra adgrunnientis & ſeuientis filium depaſcitur.

## PROPERANTIA.

C Elerius quid maturatum per lupi catulum ſignificari ſemel tantum reperi:  
Lupam enim intra XII. párere dies fabulantur Aegypti. Sedenim Philo-  
ſtephani ſuper hoc verba, vt locum ſuperius taſtum ampliemus, quantum mi-  
hi videtur, non recte accepta ſunt, qui libro, cui Commentaria nomen fecit, di-  
cere videtur, XII. eſſe certos anni dies, quibus lupi omnes pariant. Aristoteles E  
fanè, quòd fecit XII. tantum gestent dies, eſſe inexploratum ſibi profitetur,  
perinde ac illud etiam quod aiunt eas ſemel tantum in vita párere.

V Igatum autem & adagiis & hieroglyphicis il- ANCEPS CONSILII.  
lud eſt, hominem qui Lupum auribus teneat,  
ſignificare quempiam in eo ſtatu, quo negotium ali-  
quod neq; relinqueret, neq; exequi tutò poſſit. Nam  
res prouerbio confirmata, & fertur in primis, Tibe-  
rii q; præcipue usurpatione dictum repetitum. Et  
Phormione Terentius, Antiphonem dicere conſi-  
git, auribus ſe tenere Lupum, neque quo modo di-  
mitteret eum à ſe inuenire poſſe, neq; qua ratione re-  
tineret ſcire. Et cauſa eius ambiguitatis ſpontē maniſta eſt, quam hic re-  
petere mihi minimè neceſſarium videtur.

## VENEFICIORVM AMVLETVM.

I Llud potius referam, hominem tutum à veneficiis per lupi roſtrum ſignifica-  
ri, quòd persuasum eſt id ſi portis præfixum fuerit, veneficia ei non obeffe fa- F  
miliæ, quæ ædes illas inhabitet. Hæc verò veneficiorum commemoratio addu-  
cit in memoriam mihi homines in Lupos trāſformari minimè olim fabulosum  
habitū. De Demarcho enim Olympionica, qui demutatus in Lupum, decimo  
poſt anno rurſum faciem receperit humanam, apud Pausaniam legere eſt, et apud  
Plinium: peculiareq; id Arcadib⁹ fuiffe, vt trans paludem quandam prouecti,  
in lupos abirent, & ſi per nouennium humanas carnes abſtinuiffent, decimo  
poſt anno eodem reuerti, vnde transuecti fuerant, ac in homines redire, decem  
annorum addito ſenio. D. etiam Augustinus, Ciuitate Dei, Varronem ait hæc  
de Arcadib⁹ memorię tradidiffe.

## PEREGRINV S.

C luē ex boue, animali quippe doméstico, nobiscū alito atq; educato, ſignifi-  
cari loco ſuo diximus. Ex lupo aut̄ peregrinū intelligi, historia eadē oſten-  
dit. Danaus enim cū in Argiuos mouiffet peteretq; Gelanorē expelli, qui tunc  
Argis imperabat, lupū & taurū pugnātes cōſpicatus, ſe lupi vice ſtatuc̄, qui nā  
foret pugniæ exitus operiebat. Lupo verò victoria potito, ædē Apollini Lycio  
vouit



A voulit, atq; ita rerum potitus est, cùm facile ciuib; persuasum esset deos victorem Danaum per portentum eiusmodi designare, quòd Gelanor inter eos educatus esset, hic verò peregrinus foris aduenisset: itaq; in imperium ascitus expulso Gelanore: eaq; de causa in Argiuo foro Lupi & Tauri inuicem pugnantium effigies ex ære quamdiutissimè permanserunt, quas Pyrrhus Epirotarum rex inspectas exhorruit, domestici admonitus oraculi, tūc instare sibi fatalem diem, cùm Lupum & Taurum pugnantes aspexisset. Quantum verò pertinet ad portentum, eadem sentiunt Pausanias & Plutarchus, Gelanorem per bouem, Danaum per Lupum acceptos: sed in re gesta referenda id diuersi abeunt, quòd Plutarchus Danao portentum oblatum scribit, Pausanias ciuib; animaduersum, ciuiliq; contentione de imperio certatum, dilatisq; in alterum diem comitiis, manè monstrum id accidisse, populiq; iudiciū fuisse ut Danaus in regnum admitteretur, Gelanor profugus solum verteret.

## M A C E D O.

B M Acedonem Herculis comitem, qui sub Osiride militauit, ea de causa per lupum sculptum intelligi, Diodorus asserit, quòd is lupi gestamine deletaretur. Iam & Romani veteres lupum inter militaria signa statuēre.

## S A L I I.

**I**N recentiorum verò Impp. Theodosij, Honorij, & quorundam aliorum domestico canone, quo legiones ordinesq; totius eorum militiæ recensentur, Saliorum quoq; habetur insigne, qui eo appellati nomine sub militum Præsentiali nuncupato militabant: parma quippe cuius aureus erat vmbilicus, quem ruber ambibat circulus, hunc alias latior violacei coloris admodum diluti, in summo cuius rosa erat: à medio lupi hinc inde dimidiij duo, qui ad florem superne positum spectabant, mox parma rubro margine claudebatur. Minimè verò mirum, si qui Saliorum sibi nomen adsumperant, Martis etiam animalia in gestaminibus habere voluerunt.

## A V G V R I V M M O R T I S.

C IN aruspicina sanè inuenias Lupum mortis auspicia fecisse: Maximino enim Imperatori, viro & Thraci & bellicosissimo, exitium portenderunt lupi circiter quingenti simul ingressi vrbem in quam ipse se receperat, cùm in Italiam aduersus Maximum & Balbinum profectus est. Et coloniā quam C. Gracchus instaurata Carthagine, quā lunoniam appellauerat, deduxisse fertur, infelicem futuram aruspices dixerunt, propterea quòd lupi bis metas ibi positas subito incursu subuerterant, infaustum huiusmodi ostentum esse assuerentes. Et ea ludiæorum clade quam sub Hadriano passi sunt, lupi & hyænæ per vrbes passim irruentes vlulabant.

## PESTILENTIA.

**A** Pud Philostratum lupus futuræ pestilentia signū est, vbi Palamedes, propterea quòd lupi ex Ida frequentes in pueros qui castris ministrabant impetum fecerant, suadet Apollini Lycio sacrificandum, qui feras eas suis met sagittis interficeret, ac simul imminentis pestilentia calamitas summoueretur. Apud Sicyonios templum erat olim Apollini Lycio dicatum ea de causa, quòd ferunt aliquando lupos ita eoru greibus infestos, vt nullum possent ex re pecuaria



# Pierii Val. Hyæna.

fructum percipere: quare consulto Deo responsum acceperunt, ex ligno quodā D  
arido, quod humi iacebat, corticem detrahendum, eumq; admixtum carnibus  
feris exponendum: quas cū illi gustassent, internecione periēre. Sed & apud  
Træzenios Diana Lyceæ templum fuit ab Hippolyto dicatum, inde, vt Pau-  
sanias putat, expulsis lupis.

## P R O S P E R I T A S.

**F**elicitoribus verò auspiciis lupa geminos Marte satos educat. Trogō enim  
commentum placet, ea de causa Romulum & Remum Martis filios dictos,  
quod nutricem lupam habuerint, propterea quod lupa in Martis tutela esset.  
hinc antiqua Romæ tot extant monumenta, in quibus Romulus & Remus par-  
ui atq; lactentes lupinis vberibus inhiant. Eadem in somnis vberibus suis Seue-  
rum alit in imperij futuri præsagium. Neq; prætereundum quod Geloni Syra-  
cusano adhuc puero, & in scholis erudimenta prima discenti, lupus auxilio fue-  
rit, vt imminentि vitæ periculo subduceretur. Nam cū & præceptor eius &  
frequentes discipuli in ludo literario essent, visendæ magnitudinis lupus irru-  
pit, Gelonisq; tabulis morsu arreptis ire foras properabat. Gelon haudqua-  
quam territus, ne tabellis priuaretur, eas manu non segniter tenens lupum se-  
quebatur: postea verò quam foras processere, gymnasium repente corruit, ma-  
gistrumq; & condiscipulos oppressit, Gelo in columis euasit.

## H Y A E N A.

**R A M** penè Hyænam præteriturus, autorū offensus perplexita-  
te, tam diuersa super ea tradentiū, vt parum cognita esse animalia  
suspiceret: sed quoniam non ei legi addictus sum, vt animaliū hi-  
storiam perscribam, sed quę tantum ad Ægyptiorum cōmenta fa-  
ciāt perquirā, cuiusmodi ea sint, ex iis quæ collegimus, intelliges.

## V I C T V S H O S T I S.

**H**ieroglyphicum Hyænæ præcipuum erat contentionē, vt apud Ægyptios  
sacerdotes reperi, significare. Quod si victum hostem intelligi voluissent,  
eum à dextro latere statuebant, quod aiunt, si ad dexteram conuersa cum ven-  
atore pugnam inierit, eam semper esse potiorem. Nam cū flecti nisi circumactu  
totius corporis nequeat, spina continua per collum & dorsum totum porrecta, F  
prægressi hominis vestigia occupare conatur: quod si successerit, quasi magica  
quadam vi, quæ in eius tantum dextera corporis parte pollet, alienari mente cir-  
cumuentū hominē, & si equo insideat, decidere, atq; ita omnino victū interfici.

## V I C T O R H O S T I S.

**S**In victorem hostem significare vellent, animal idem cum venatore ab læua  
congressum effingebant, quod diuulgatū est Hyænā si non ab læua hostem  
occuparit, nihil ea magica vi pollere, ipsam verò quasi attonitā deficere, ac nul-  
lo penè negotio capi. Sedenim quæsierit aliquis, si pingenda sit Hyæna animal  
orbi nostro incognitum, qua figura sit: Tradunt eam magnitudine & colore lu-  
pi præditam, hirsutiorem tamen, acie in vtracq; oris parte perpetua, oculo vario,  
& colores mutante, nullis gingivis, dente continuo, equina iuba per collum &  
dorsum totum setis durioribus inhorrescenti, necq; imaginarium esse animal, vt  
plericq; suspicantur, de quo grauissimi tot autores permulta quam diligentissi-  
mè differuerint, quæ nisi ex visu iis cognita fuissent, haudquaquam putc eos in  
te vana atq; mendaci vsqueadeò laboraturos.

Mo-

## M O R V M I N S T A B I L I T A S .

**A** INSTABILEM verò quempia, nihil quippe in eodem vite tenore ac modo, quem sibi proposuisset, perseverantē, sed aliās quidem probum, fortē, audacemq; tam animi quām corporis sui domitorem, aliās verò improbum, inuālidū, miserumq;, & ad cupiditates omnes impotentē, significare si vellent, Hyænam itidem hieroglyphicē proponere consuerunt: huic siquidem animali vtranq; inesse naturam, & alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri, Ægyptij præci pue prodiderunt, & Ægyptios secuti pleriq; alij. Cæterū Aristoteles cōmentitium hoc esse profitetur, vulgoq; persuasum eas annua vice sexū permutare: quia captæ aliquot (perquā raro autem capiunt, presertim fœminæ) tenelle adhuc sine genitalibus fuerint. Mares enim impendiō timent libidinis æmulos, & ideo grauidas custodiūt, morsuq; prolem masculam vbi detur occasio castrant. Licet non sum nescius traditum à grauiſſimis autoribus, habere quid Hyænam sub cauda positum figura simile genitalis fœminæ, sed sine vlo meatu, sub quo meatus excrementorū sit: virile verò similiter atq; in lupis & canibus habetur.

**B** Fœmina etiam præter suū illud, simile ut mas habet sub cauda sine vlo meatu, à quo excrementorū meatus est: sub eo genitale verum habet. Id ita esse contendit Aristoteles, qui difficulter vnicuiq; Naturæ miraculo videtur assentiri. Sed miror in hoc tam veteres quām recentiores autores diuersos ab Aristotele tam constanter ire, quod ab iis temerè fieri haudquaquam adduci possum, cùm presertim Ælianus Historiæ huiusmodi scriptor diligentissimus tradat, πλὴν οὐδὲν τῆς περὶ ἀρρέφορα ἐν θεάσιο, πλὴν τὸν εἰς νέωτα ὄφεα θύλων, ἐν δὲ θύλων ρῶν, μὲν τὰ ἀρρέφορα. καίνοντες δὲ ἀφορίτης ἔντοθας, καὶ γαμήσοντες, καὶ γαμήντους, αὐτὰς ἐπειδή περὶ τῶν ἀρρέφορων οὐ κείται. Hyænam siquando quis marem inspexerit, eandem mox fœminam videbit: sin modo fœminam, postea marem aspiciet. Promiscuè verò coitu alterutræ coniungunt, ineuntq; & ineuntur, per annum vnum sexus vicissitudinem alternantes. Qui quidem autor cùm Aristotele longè posterior fuerit, id scriptis credere minimè ausus esset, nisi aut compertum ipse, aut fide dignorum testimonio certum habuisset. Accedit & Tertulliani scriptoris & doctissimi & diligentissimi autoritas, qui ita scribit: Hyænam si obserues, sexus annalis est, marem & fœminam alternat.

## A D V E R S A E F O R T V N A E D O M I T O R .

**C** ADuersas verò calamitates & infortunia toto vitæ cursu intrepidē superans tem hominem insignire si vellent, Hyænae corium indutum eum pingere solebant: quippe quod ex Magorum superstitionibus persuasum est, qui corium id induerit, aut aliquid ex eo secum habuerit, quaqua eum vel per medios hostes penetraturum, necq; futurum quenquam qui illi iniuriā inferre ausit, vsquead eo hinc eius incolumitati cautū esse, vt iam credi possit, eos qui linguam Hyænae sub pede habeant, quod idem Magi perhibent, à canibus minimè tanquam Scipiones alteros latrari.

## L A R V A R V M L A C E S S I T O R .

**H**Æc ab Ægyptiis sacerdotibus super Hyæna tradita sunt. Vnum addidere Latini, ac pulcherrimū quidem hieroglyphicum: vt si hominem larvas, vt ita dicam, incessentem, neq; defunctorū manes quiescere permittentem, maledicta quippe & accusationes in mortuos ingerentem comminiscentemq;, notare vellent, Hyænā in sepulchretis monumentū aliquod effodientem faciat, cùm sat satis exploratū sit ab uno hoc animali sepulchra erat inquisitione cadauerū, q; sit humanæ carnis audiſſima. Iulius Capitolinus eas Belbos appellatas ait in vita

# Pierii Val. Panthera.

Gordiani tertij, decemq; tunc temporis fuisse in yrbe Roma profitetur. Visa ve D  
rò tunc est illa dentis vnius perpetua series, qua prædita est Hyæna: id quod ne  
mirum adeò sit, in quibusdam etiam hominibus aliquando spectatum. Nam  
Prusiæ regis filius vnum tantùm os habuit dentium loco, obq; id Monodos ap  
pellatus. Ita & Pyrrhus rex Epirotarum. Porphyrius eo commentario quod de  
abstinentia ab vsu carnium conscripsit, ab Indis ait Hyænam hanc Crocutam  
vocitari: sed Crocutam autores diuersam ab Hyæna ponunt. Reliquum est de  
antipathia quæ intercedit Hyænæ cum Panthera, dicere, qualeq; inde factum  
sit hieroglyphicum: quo circa & hoc & alia eius significata memorabimus.

## D E P A N T H E R A.

S P E C I O S I O R   A T Q V E   V A L I D I O R   A'  
D E T E R I O R E   S V P E R A T V S.



Vàm tetur animal Hyæna sit, quamq; aspectu scđum, ex iis quæ  
superius allata sunt, cōstante vnicuiq; potest. Longè verò diuersa est E  
Panthera, qua nulla penè fera est villorum varietate speciosior, vehe  
mentior nulla, nulla impetuosior: vis tamen occulta quædam Hyæ  
næ Pantheræ exuperat. Quare cùm sacerdotes Ægyptij superatum ab inferio  
ribus vel à deterioribus hominem intelligi vellent, duo tergora, Pantheræ v  
num, Hyænæ alterū committebant, assuebantq;: siquidem compertum est tan  
ta inter se repugnantia ea dissentire, vt si simul assuantur, vel etiā contraria su  
spendantur, Pantheræ pili decidant, Hyænæ verò nullo detimento afficiātur:  
quæ quidem tanto esse Pantheris metu dicitur, vt occupatæ ab ea, tanta animū  
consternatione despondeant, vt ne resistere quidem conent̄. Hinc autem com  
mentum putarim, pilos cuiuscunq; gencris & inutiles, maximè palpebras, au  
ferri medicamento quodam ex Hyænæ corde in cinerem concremato, & cere  
bro eius illito. Præstant hoc etiam, quod Hyænæ tergus in Pantheræ pilos effi  
cit, Aquilarum pennæ, quæ admixtas reliquarum alituum pennas deuorant.

## I M P R O B I T A S.

I N satiabilem autem hominem, & omnium appetitorem, per Pantheræ signi  
ficari ea de causa fertur, quòd nullum nō animal ea venatur, vnde illi nomen: F  
nam Panthera Gr̄cum omnino vocabulum agnoscit Varro, quòd ab omnifa  
ria feritate, adde etiam venatione, deducitur: siue quòd omnium penè ferarū co  
loribus variegata spectetur: nam & hæ atq; tigres maximè omnium animalium  
varietate insignes perhibentur. Sanè inter pantheras, pardalin fœminā, pardum  
marem plerique agnoscunt. Aristophanes huius non immemor improbitatis,  
pardali notam inurit impudentiæ, cùm necq; ignem necq; pardalin æquæ impu  
dentes ait atq; fœmina est, quippe quæ omnia corripiat atq; consumat.

## D I S S I M V L A T O R   I N G E N I I.

Pæterea hominē Ægyptij suorum vitiorū dissimulatorem, quiq; prauum,  
quo prædictus esset, ingenium ita occultaret, ne vel à domesticis deprehendi  
posset, pantheræ simulachro notabāt. Ferū enim eius odore mirè solicitari qua  
drupedes, sed capitis toruitate terrori: quod ipsa docente natura satis intelli  
gens, occultato eo, ac odoris tantùm facta copia inuitatas corripit: atq; hæc est  
eius in venando solertia, quamvis Plinius animalium nullum odoratum purat,  
nisi credamus, ait, de pantheris quicquid dictum est. Sentiunt tamen cū Ægy  
ptiis

A ptiis Aristoteles & Plutarchus, qui plurima dicunt animalia magno studio pantheram sectari odore eius delectata: quod, nisi Plinius odorem pro suaueolen-  
tia capit, non nihil admirationis afferre potest, cum ferarum & omnium dubio  
procul animantiū odor quotidiana mortalium experientia canibus innotescat.  
Quin equi odore tantū Camelī percepto, in fugam auerti perhibentur. Reci-  
tata est loco suo historia, quemadmodum Cyrus aduersus numerosissimū Crœsi  
equitatum dimicaturus, Camelos contrā instruxerit, quorum odore conser-  
nati equi, fugam ruptis ordinibus corripuerint, Crœsi conatum ita frustrati.

## E B R I O S I T A S.

**Q**uod autē odore vsqueadeò intenso Panthera polleat, eam Philosophi cau-  
sam arbitrantur, quod maxima prædita sit caliditate, indeq; odorem illum  
excitari: cumq; ita cum vino consensum quendam habere videatur, Baccho ea  
olim fertur dedicata. Sed quoniam sunt qui per eam ebriositatem intelligent,  
hieroglyphicū a re ipsa desumptū ego crediderim: sunt enim Pantheræ vini ad-  
modum auidæ, & à venatoribus ebriæ plerunq; capiuntur, fontibus quo pota-  
**B**tum eunt, suauissimo, peruerteri potentiq; vino medicatis, tanta copia, ut fon-  
ticuli aquula longè superetur: exiliores enim ad hoc fontes dedita opera perue-  
stigant. Interdum ne rem perditum cāt, & simul operam eludant, si latebrarum  
commoditatem iuxta fontem naucti fuerint, perforatas arundines intra terram  
modicum defossas in fontem vno immittunt capite, altero in locum vbi delite-  
scunt, adducto, obseruatoq; animalis aduentu, per vtrem ad hoc paratū statim  
tubo vinum infundunt, quod vina veluti vena de fonte prosiliens, meracitate  
sua magis illectat, remq; celerius maturat, illis plerunq; anteaquam sitim exple-  
uerint, procidentibus. Vidimus sanè numum antiquissimum ex ēre quod apud  
Maffæos habetur, in quo Liberi caput iuuenile hedera redimitū, ab altera ve-  
rō facie Panthera & Thrysus pulcherrimo opere cusi sunt. Et in Gallieni pleris-  
que Pantheræ nota est cū inscriptione LIBERO P. CONS. AVG. Sunt  
qui Tigrin esse contendant, de qua paulò infrā dicemus.

## M O R V M V A R I E T A S.

**Q**uoniam verò Panthera variis est maculis colorata, pleriq; morū varietatē  
per eius pellem ostendere instituerunt. Nam & earum genus variè ab  
**C**autoribus appellatum, proq; Pantheris Variarum nomen apud Latinos rece-  
ptum. Quare animaduertendus est apud Pædianū locus vbi Vercias pro Va-  
rias hactenus ferè passim lectum est: de Pantheris enim illic loquitur. Eadem  
& Africanæ simpliciter vocabantur, quod in Africa frequens admodum est ea-  
rum genus: sicutq; vetus senatus consultum, ne licaret Africanas in Italiam adue-  
here, Gn. Aufidij tribuni plebis rogatione mox derogatum. Sanè Claudius Cœ-  
sar in spectaculis, vt apud Tranquillum est, exhibuit Africanas, confidente tur-  
ma equitum Prætorianorum. Quantum verò pertinet ad colorum varietatem,  
iocose dictum apud Plautum, Epidico, vbi Thesprio variè se valuisse dicit: cui  
respondet Epidicus, Caprigenum & Pantherinum genus sibi non placere, in  
quo quidem non coloris tantū varietate sensus est, vt interpretum bona pars  
opinat, sed ab ipsius Capræ natura sumptū, quæ ferè semper febricitat. Quod  
verò spectat ad Pantheram, varietas morū non ex vario eius colore tantū in-  
telligitur, sed quod & vehemens est, & ad impetus propensa, & pernix, corpo-  
reiq; ad agitationē perquam idoneo. Vnde per eam in Diuinis literis varij ani-  
morum motus indicantur, de qua Hieremias: Nunquid Æthiops pellem suam

# Pierii Val. Lupus.

immutauit, & suam Pardus varietatem: quod non solum, inquit Ambrosius, de figura, sed etiam de mobilitate furoris accipitur, eò quod Indorum populus, & atri homines Aethiopum genus, ad fidei pietatisq; candorem inuitati, tenebris terræ cauernis insueti, inquietisq; ac mobilibus mentis atq; animi mutationibus decolorati, boni propositi gratiam tenere non possint, neq; ad emanationem correctionemue villam remeare, qui ferinam semel induerit immanitatem. Eucherius pro dæmone accipit, qui subdolus & varius sit in humano genere peruerendo.

## D E T I G R I D E.

**A** Pud Aegyptios tigridem non inueni, apud Græcos & Latinos frequentissimè: de qua significata illa præcipue celebrantur, quæ ad immanitatem, ad saevitiam, ad vltionem, ad pernicitatem, ad amorem erga filios pertinent: quinetiam apud aliquot gentes diuiní cultus particeps iudicata.

S O L.

E

**S**olis enim simulachrum esse perhibebatur. Sed Sol & Bacchus idem numen habitum, ut vetus Græcorum habet theologia, eaq; apud Indos in honorem Solis culta. Indi siquidem clunes eius tantum mensis inferebant, cæteris partibus ob Solis reuerentiā abstinebant. Idq; ea de causa, quod hoc animal simulac ortum est priores pedes attollere fertur versus exorientem Solem: quem Solis adorandi morem Maro videtur expreſſisse, cum X I I. Aeneidos scripsit:

*Illi ad surgentem conuersi lumina Solem*

*Dant fruges manibus salsaſ.* Ita in veteribus habetur exemplaribus.

**Q** Vod vero pertinet ad ferociā, per animalis istiusmodi effigiem descriptam, indomitos & effratos animos indicamus. Et Poëtæ cum hominis cuiuspiam immanitatē egregiè notare volunt, Hyrcanas illas tigrides his vbera prædicant admouisse. Et quæ Bacchi currui iunguntur, ut plerique autores sunt, indicant moderatum vini vsum ferocientis animi saevitiae demulcere. Ita Polyphemus apud Homerum, omnem exuperans crudelitatem, Maroneo delinitus vino, Vlyssi mollius adblandit. Et heroës illi Troiani apud Homerū cundem, qui laudibus arguitur vini vinosus, ferocitatem ſæpe, æſtuantisq; bile cordis acerbitatē vino deliniere: hominiq; valde irato apud Plautum propinandum edicitur, ut ille vino bilem diluat. Naturæ enim consentaneum, cibo potuq; rigato corpore, ab eo discuti tristitiam. Quare Zeno Cittieus interrogatus, cur, cum Philosophus esset, & natura ſeuerus, in conuiuio tamen hilior videretur: Atqui, inquit ille, Lupinum ſuapte est natura amarum, dulcescit tamen aqua maceratum. Atq; hoc illud est, quod Armenias curru ſubiungere tigres, Bacchi Orgiis institutum.

F E R O C I A  
emollita.



F

V L T I O.

**V**Ltionem significare qui volunt, tigridem & equum ab ea dilaceratum pingunt. Nota est historia, quemadmodum eius venator, foetus recens editos obſeruat: ad quos, cum mater pabulatū abierit, auferendos pernicissimo fertur equo, surreptisq; catulis, qui ſunt ſemper numerosi, in curſum fertur quāto potest

V L T I O.



A test citatissimum: reuersa Tigris ubi nidum vacuum reperit, velocissimo cursu totam circulustrat regionem, donec fugientem venatorem deprehenderit, in quem omnem conuertit impetu: ille statim unum e catulis proicit, suscipit hunc tigris mordicus, & retrouersa in nidum refert: alacri mox cursu eadem vestigia repetit, exiguocqz temporis interuallo yenatorem aggreditur: ille rursus catulum alterum abiicit, cursuqz nunquam intermisso nauem versus prouolat. Suscipitur hic quoqz, & rapidissima velocitate reportatur: idqz & tertio & interdum quartu fit, donec venator consensa naui vix duobus & nonnunquam uno tantum catulo ablato aufugiat, equo relicto: in quem illa posteaquam frustra toto littore frendens deseuit, omnem conuertit vltionis saevitiam, totumqz discerpit, et miserabiles socij furti poenas pendere compellit. Apud Iobem, vt in Hebræo esse dicit Eucherius, tigris periit, eò quod non fuerit prædam assoluta, B desceminea arrogantia dictum volunt.

P E R N I C I T A S.

**I**Am pernicitatis significatum ex iis quæ suprà dicta sunt desumitur, cum citatissimum equum ter & pluries assequatur, cursu retrorsum repetito.

A M O R I N F I L I O S.

**I**Ta etiam charitas pietasqz, & affectus in filios summus, ex eadem historia consideratur: mox & vltionis studium, cum in relictum equum tanta ferocitate saeviat.

**S**Vnt qui Musis auersum ingeniu, omnemqz Musicae lepiditatem odio prosequentem, per tigrim & tympanum pingant. Aiunt enim eam ita tympani sonu exhorrescere, vt eo auditu mirabiliter insaniat, eoqz furoris prouehatur, vt semetipsam dentibus impetate, visceraqz ipsa sua feede dilaceret atque discepatur.

MUSICAES HOSTIS.



D E L Y N C E.

**L**Yncem in luporum genere pleriqz recensuerunt, eiqz Ceruario cognomentum indidere. Sunt qui Lynces esse quas Græci Λύκος vocant, arbitrentur. Sedenim Λύκος ex hyena & lupo mixto genere nascuntur. Vt cunqz verò autores varient, Lyncem Plinius animal esse peregrinum & in Æthiopia frequens ait: Ceruarios autem lupos septentrionalibus regionibus frequentissimos esse constat. Sed parum membrerit eandem speciem pluribus orbis locis inueniri: nam quæ videmus in Ceruario lupo, ea in Lynce identidem reperiuntur, acutissimus quippe obtusus, macularum in pelle varietas: unde apud Maronem, Maculosæ tegmine Lyncis: & quod omnium manifestissimum est signum, Lyncurius lapis ex concreta eius animalis vrina.

A C V T I S S I M V S O B T V T V S.

**N**Onnulli igitur cum Lyncem omniū quadrupedum clarissimè cernere considerassent, hominem qui visu maximè polleret significaturi, animal id hie-

# Pierii Val. Vrsus.

roglyphicum posuere. Sanè multi eas affirmant conuexa etiam montium visu D penetrare. necq; defuere philosophi, qui fieri posse hoc cōmentati sunt ex imaginē quæ certo ab terra spatio summo in aëre pendeat, quam Lynx, vtpote quæ sit oculo admodum defæcato, intueatur. Cuius rei exemplum experimur deiecto in cauū aliquod vas numo, quem, tametsi longè recesserimus, simulac vas aqua expletum fuerit, intuemur, fundo etiam ipsius vasis in aquæ superficie se ostentante: quippe rerum earum radiis in aquæ summum sese exorrigentibus ea ibi species redditur, quæ aqua inde subducta, vasculi curuitate intercipitur, ac ne vi deri possit præpeditur. Ab hac Lynce, Lynceos oculos appellatos, quibus cernendi vis acutissima sit, pleriq; putant. Vnde magnæ vir eruditiois Fran. Petrarcha, petos illos oculos quos lyricis totiēs laudibus extollit, ceruarios appellauit: ad id scilicet alludens, quod lyncem ætas nostra lupum ceruarium arbitrat. Alij oculos lynceos à Lynceo Idæ fratre Argonauta dictos autumāt, qui ea quoq; quæ sub terra condita essent spectare ferebatur. Poëtæ sanè pleriq; penetralem huius aciem celebrarunt, maximè verò Pindarus, qui Castora in quer cu abditū, penetrante per lignum acie ab eo inspectum, atq; ita cōiecto in arbo. Erem pilo confossum interfectumq; scribit. Fuit & alter Lynceus, qui Carthaginensium classem à Lilybæo Siciliæ promontorio portu Carthaginis exeuntem prospectare, & numerū cum fide recensere solitus, scriptorū testimonio fertur. De quo Horatius: Non possis oculo quantum contendere Lynceus.

## D E V R S O.

 Ed iam nos appellat vrsus, non iniucunda fortasse, nisi oculi iam defessi sunt, spectacula præbiturus.

### PRO FECTVS CVM ÆTATE.

**H**ominem originis principio deformem, mox formosum esse c̄stum, siue cuius vita ineunte ætate dissolutior fuerit, nullaq; ratione moderata, cum ætate tamen modus & disciplina sanctior accreuerit, Ægyptij sacerdotes intelligere cùm vellēt, vrsam foetam pro hieroglyphico ponere consuerunt. Compertum siquidem est, vrsam foetum edere sine oculis, sine pilis, cruribusq; prop̄modum & membris aliis indiscretum, informem deniq; carnem catto minorem, maiorem mure, de qua vngues tantū promineant, cætera sanguis concretus esse videatur, quem postea pectori femoribus apprimendo fouet eodem incubitu quo volucres oua, paulatimq; ita cōformat, & lingua subinde lambendo perfectum reddit. Vtitur hoc exemplo Ambrosius ad nos cohortandos, ne prolem nostram, quantum ad animi rationem pertinet, instar vrsini partus initio editam, ita informem coalescere patiamur, sed disciplinarū linguis lambendo curemus, vt ad humanam, quippe rationis participem effigiem cōformetur. Nam de lingua quæ significet eloquentiam, alio differuimus Commentario.

### EX INEDIA MACIES. MORES OCCVLTI.

**A**ddunt hominē inedia cōfectū intelligi per vrsam in specu latitante, & ore apedes lambentem: cuius quidem pigerrima est natura, solitaria, latebrosa, cōmercij societatisq; cuiuslibet cuitatrix: quod esse mores eos significat, qui soleant in imo mentis recessu delitescere: atq; itidem corpus simile sortita est, graue,

Aue, compactum, indistinctum, prægelidæ feræ, quæ spelæis in primis gaudet, ac commodatū: vnde φολάδες αρκτοὶ dicuntur à Theocrito. Nam, vt Theophrastus & Sostratus aiunt, vrsi primum antra habitationibus commoda ostenderunt: hi siquidem tempore dierum circiter X L, licet longè plures alij ponant, quibus in recessu aliquo delitescunt, priorum pedum suætū viuere, ac nihil edere perhibentur: cui rei documentum habetur captum per id tempus intestino inani esse, atq; ita id conniuere, vt adductum propè cohæreat. Id verò libenter ab eo fieri tradit Aelianus, cùm se præpinguem senserit, ac pleniore corpore grauatū, quod pinguedine cōcocta fiat agilior. Apud Eustathium legas Athenienses aliquando famis vltione multatos indignata Diana, quod vrsam, quæ in Munychio eius facello nata esset, interfecissent, vt ita per inediā affligerentur, qui animal inediæ patientissimum sustulissent.

## V I R A G O.

**M**Vlierem præstātem animis, non molli, sed virili vigore præditam, pleriq; significare dum volunt, vrsam pingunt, Pantherā alij: sunt enim hæ ex omnibus animalibus maribus ferociores animosioresq;, cùm in cæteris fœminæ sint omnino molliores. Plutarchus tamen non vrsam, sed Leænam ponit in hoc albo cum Panthera, vbi rationem inesse brutis disputat. Cæterū in eodem genere fœminas omnes æqua cum maribus fortitudine pollere contendit. Quare Menæchmus etiam apud Plautum, vxorem quam timet Leænam vocat, dum leoninum cauum intelligit ædes, in quibus illa habitabat. Vrsorum autem sequitæ nobilitatæ sunt regiones, Lucania, Vmbria, Britannia. Nam ex Britannia velet ex altero terrarum orbe, longa & periculosa nauigatione, vt tunc videbatur temporis, aduecti vrsi ad populi Ro. spectacula, maximæ fuerunt admirationi.

## P V E L L A R I S   A E T A S.

**Q**Via verò suapte natura vrsæ cohibet se intra frutices vel spelæa, nisi quantum pabulationis gratia prodire cogūtur, isq; mos plurimū in recte institutis ciuitatibus obseruat, vt innuptæ puellæ domi clausæ custodiant, non absurdè nōnulli cōmenti sunt puellas vrsæ simulachro referre: nā & hoc quoq; sapit antiquitatē. Siquidem apud Euripidem Hypsipilæ, & apud Aristoph. Lemniis, ac Lysistrate, puellas apud Athenienses olim vrsas vocari solitas legimus; & apud Pollucē αρκτίας verbū inuenias, quod latinè sonat in vrsas abire. Id verò erat cū puellæ, anteacq; nuptiarū tēpus appeteret, pudicitiae causa Dianæ consecrabant.

## P R O V I D E N T I A.

**N**Eç illud dissimulandum, licet ab Ægyptiis minimè traditum, quod per recedentem in cauum vrsam, nōnulli prouidentiam significari volunt. Vrsa enim, vt apud Aelianum legas, ita prouida est, vt saluti suæ consultura, cùm se in cauum recipit ad peculiarem inediā, ne per vestigia deprehendi possit, tantū illi natura calliditatis indulxit, auersis vestigiis irrepatur retro, eo scilicet modo quo traxit Auētinæ Cacus in antra boues, atq; ea specie venatores fallat, cùm egredia inde videatur, non autem ingressa.

## I R A.

**N**Eç defuere qui per vrsi simulachrū iram immanē intelligi voluerint, quod id animal immodicis soleat animis excitari, & in omnem truculentiam efferriri: vnde apud Claudianum legas, Rhadamanthum solere vrsis ingerere truculentos. Sanè Mathematici iracundum eum futurum dicentes qui sub primo & vigesimo Tauri gradu nascitur, vrsum ibi statuunt retro spectantem, hoc est,

# Pierii Val. Vrsus.

ad ea quæ facta sunt indignantem. Hinc Martialis lib. VI.

D

Rabido nec perditus ore,

Fumantem nasum viui tentaueris vrsi,

Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;. Ira enim, ut Theocritus ~~mon~~ eviug-  
gau. Quin ab irritatione nomen olim vrsis impositū: Vr enim Hebraica lingua  
incitationem ad iram significat: & Vr Madianitarū Rex ab Israēlitis occidione  
cæsus, significat, ut Adamātius interpretatur, affectū huiusmodi ab iis qui Deū  
sequuntur debere protinus abscindī. Alij nequaç; abscindendum censem, sed  
veluti subsidio paratum diligenter asseruandū, ut cùm res postularit, aduersus  
nosmetipſos, pro iis quæ inutiliter turpiter ve gesserimus, irascamur. quā solam  
animi perturbationē etiā Epictetus sapienti cedit. Hæc enim iusta & necessaria  
iracundia est, ut nostri censem, qua vnuſquisq; in iis quibus errauit, aut perpe-  
rām gessit, indignatur, & semetipſum incusat. Ex qua quidē indignatione ignis  
quidā in nobis accenditur, qui velut in agrū sterile immisſus, consumptis exco-  
ctisq; voluptatis pessimæ radicibus, bono diuinarū institutionū, semini glebā  
præparat fecundiorē. Atq; hic ille ignis est, quē se Assertor noster profitetur in E-  
terrā immisſurū, atq; vt succendatur, nō indiligentē operam daturū. Alibi verò  
indignatio ferociaç; vrsina in Diuinis literis indicū fuit Hierosolymitani exci-  
dij, ut Eucherius interpretatur 4. Reg. Nam cùm Elisæus ascenderet in Bethel,  
scandenti semitā obuiam facti sunt pueri paruuli de ciuitate egressi, qui illude-  
bant ei dicentes, Ascende Calue, ascende Caluc. Quos Elisæus indignitate rei  
cōmotus, in Dei nomine deuouit, cōtinuoç; vrsi duo de saltu proximo prodie-  
runt, qui ex eis duos & quadraginta pueros lacerauerunt. Id sub figura tunc ge-  
stum, Imperatores duos præmōstrabat Vespasianū & Titum Romanorū Prin-  
cipes, qui post duos & quadraginta annos ab ascensu Domini, captis Hieros-  
lymis, tantā Iudæorū desolationem fecere, ut deletū penitus sit eorum regnum.

## IMBECILLVS PRINCEPS.

**C**luitatem imbecillo rectam principe significare qui volunt, vrsi caput pin-  
gunt; inualidissimum enim est vrsi caput, quod contrā leoni fortissimum.  
Aiuntq; vrsos aluearia nō mellis pabuli ve vlli gratia incessere, apesq; irrita-  
re, sed salutis ergo, vt scilicet apum aculeis ora vulnerati, sanguineq; ita emissio, F-  
grauedini qua plurimū laborat, remediuū cōparent. Venatores nostri aiunt, si  
maior aliqua vis, quam superare desperet, vrsi incubuerit, eum sibi cōscium im-  
becillitatis, qua caput eius laborat, si fugiēs ad præruptam aliquam rupem per-  
uenerit, manus supra caput tollere, iisq; pectinatim firmiter cōplicatis, reliquo  
conglobato corpore præcipitem se dare, atq; ita capturam euadere.

## D E V · R O.

**N**on innotuit Ægyptiis Vrus bos Germanica, sed ante feras alias  
egregiè sylvestris.

## CAPTIVITATIS IMPATIENS.

**P**Er quem, eum qui sibi mortem consiscitat, ne in manus hostiū  
concidat, nonnulli congruenter hieroglyphicum proposue-  
runt. Est enim vrus eiusmodi, qui propter ferocitatem vel nunquā, vel difficul-  
ter capi potest. quod si eō inciderit vnde desperet posse euadere, semetipſum  
præ ira suffocat, vsque adeo se genitū ad libertatem putat, qua deniq; nihil vni-  
cuiq; animantium generi optabilius esse videatur.

PIE,

A PIERIVS VALERIANVS AD PETRVM  
CVRSIVM ROM. CIVEM, DE IIS QVÆ  
PER ASINVM, MVLVM ET CAMELVUM  
significantur ex sacris Aegyptio-  
rum literis.

**E**fortè cōmentitia ea putas, Petre cursilepidissime, quæ multa adeò nudiusster-  
tius Cytorio in iugo tuo, ubi bona pars Academia cōnabamus, à veteribus tam  
Aegyptiis, quām Cræcis, atq; etiā Latinis, super Asini significationibus tra-  
dita cōmemoraueram, cura precium fore duxi, quantum solicitudine p̄fūstare  
potui, primo quoq; tempore pleniori obsequio tibi satisfacere. Videbaris enim il-  
la, quod facile animaduerti, attentioribus admodum auribus haurire, & audiuſculē, vt ita di-  
cam, deglutire, sed vix adduci poterat scriptores illos veteres in Asino perscrutando fuisse adeò  
curiosos: & quoniam vmbra etiam eius in vanissimi negotijs prouerbium cesserat, reliquum etiam  
corpus paruipendendū existimabas. Collegi igitur tam ea, quæ tum memoriter differuerā, quām  
**B**que alias sparsim à me fuerant ea resuper adnotata, eorum citatis testimonii, qui talia memo-  
riæ prodidere, ubi tantum res deponere videbatur: nam minùs omnia tunc ex tempore dicere ag-  
gresso succurrebant. Quare tunc non pauca p̄termissa sunt, quæ recitata longè maiori tibi ad-  
mirationi futura fuerant: quæ quidē nunc, qualiter cunq; à me conscripta sint, benignè accipias  
velim. Et si minùs tibi lucubratio ipsa satisfecerit, vt quæ nimium properata non ita omnia com-  
plecti potuerit, voluntatem tamen aimumq; meum existimes, quantū in me fuit, tibi amico tam  
veteri, tam probo, satis plurimum facere studuisse: non enim recens mea erga doctrinam & in-  
genium tuum benevolentia, firmaq; atq; constans amicitia, quæ ab ipso primū die, quo Romā  
diu patria cariturus applicui, cœpta, mirificū in dies accepit incrementū: acceſſit & tam vñani-  
me concorsq; contubernium, coniunctusq; per annos aliquot iucundissimus. Ita ego pluribus atq;  
iis non leuibus de causis tibi semper coniunctissimus, scripta cogitationesq; meas communicare  
tecum maximè conueniens existimauit: quod optimi integerrimiq; amici, qualis es tu, vt melio-  
res euadamus in causa sunt, si quid admoneant: vel, vt alacriores ad lucubrandum accedamus  
efficiunt, si probent. Sedenim quid oneris gerat Asinus inspiciamus.

**C**IGNARVS HOMINVM' QVE Loco-  
RVM' QVE.

**V**M P R I M I S autem rerum o-  
mnium ignarum per ascllicipi-  
tem hominem ab Aegyptijs sa-  
cerdotibus significari, & Ho-  
erus & plerique alij prodidere:  
eamq; imperitiam in eo p̄cipuè notari vo-  
lebant, quæ plurimum ex solitaria accidit  
educatione, quippe cūm quis tanquā Aglaus  
alter, intra priuatos parietes semper altus  
& educatus, pedem è domo, vel è patria  
nunquam tulisset foras, oportere scilicet  
hunc parum experientem esse, & officio-  
rum hospitalium insciūm. Israël itaque diu apud Aegyptios educatus & hie-  
roglyphicān optimè peritus, cūm Isacharem filium suum asinum appellas. Gen. 49.



# Pierii Val. Asinus.

set, intra terminos eum occubiturū dixit. Non enim longius peregrinari solent D  
asinī, vt equi, & muli, sed intra prouinciam, in qua nati sunt, plurimum cōtinēri.  
Addidere etiam prouerbiū in imperitos, Asinus ad lyram: quod nō admodum  
absimile est ab Horatiano illo, vt qui narraret asello fabellam surdo, hoc est, ob-  
stupefacto, quiq; nullum ex ea re sensum perciperet. Ideoq; Cicero in Pisonem:  
Quid nunc te asine literas doceam: nō opus est verbis, sed fustibus. Adeò enim  
subiecti addicti q; fustibus sunt asini, vt vulgus passim verbera plagaſq; flagris  
inflictas, Asiniatas vocitet. Hanc sanè mentis tarditatem Scipio apud Numantiam  
ita C. Metello exprobrauit, vt diceret, si quintū páreret mater eius, asinum fuisse  
paritaram. Quin & Iunius Bassus homo dicacissimus, vulgo asinus appellatus  
ob stupore ridiculousq; mores. Ob huiusmodi ludibriū, & ignauie cōtemptum,  
qui pilæ ludo vicitus esset asinus appellabatur: qui verò vicisset, rex, quē morem  
tangit Plato, Thæteteto, & lib. 9. Pollux. Ad hoc respexit etiam Horatius, cùm  
epistola ad Meccenatem scribit: At pueri ludentes, Rex eris aiunt, si recte facies.  
Contrà verò quod ad peregrinationē attinet, Vlyxem, quem Homerus ea præ-  
cipue de causa sapientem effectum putat, quod is

E

πλάδης αὐθεώπων ἴδεις ἀστα, καὶ νόον ἐγγύω.

quiq; vt ait Horatius, Quid virtus & quid sapientia possit, vtile nobis proposi-  
tum est exemplar: nomen ipsum inquam Vlyxem etymologicè quidam haud-  
quaquā ignobiles scriptores interpretantur ὁλογένειον, omniū quippe hospitem:  
nam Αἴολες, quod alij verterūt οἰνωθῆς, λ litera quam amant in columem retinue-  
runt, eosq; Latini secuti sunt, Vlyxem enunciantes. Neque tamen sum nescius,  
Icariū eius patrem aliam nominis afferre causam, Odyssea, quæ nihil quicq; est  
nunc ad cōmemorandum necessaria. Asinus porrò in fabulis pro imperitissima  
persona ponitur, & in argumento satuitatis atq; dementiae semper habetur: in  
quem demum, vt Plotinus innuere videtur, ille redit, qui sensus expers, bruta-  
lem & stolidam vitam vixerit. Quocirca Vlyxes apud Grylum Plutarcheum,  
cùm bruta reliqua ratione aliqua vt fateatur, Asinū tantū ac pecudem ab omni  
rationis vsu semotos reperit. Neque quidem inficiatur Gryllus, sed plures inter  
homines eiusmodi ingenio præditos confidenter asseuerat. Huius non imme-  
mor stoliditatis Ouidius, Midam, quod sententia sua rusticam Panos cantilenā F  
diuinæ Apollinis modulationi præferendam iudicauerit, ea pœna multatum à  
Deo finxit, vt quæ iudicio peccauerant humanæ aures, in asini auriculas demu-  
tentur. Interpres tamē Aristophanis, Pluto, vt hæc quoq; repetamus, tres me-  
morat causas cur Midas asininiis auribus fuisse prædicetur: siue quod acutissimi  
esset auditus, cuiusmodi sunt Asini, quos præter mures, cæteris animantibus au-  
ditu præstare tradunt: ita enim interpres ille, quisquis is est, scribit: ἡ ἵππη ὁ Θρυλ-  
λον τῆς Ἀλων ζώων ἀκέσαι τῷ λαῷ μέθη. Hinc Apulcianus asinus de se ait: Recreabar quod  
auribus grandissimis præditus cuncta longulè etiam dissita scutiebā: siue quod  
Phrygiæ pagum incoleret, cui nomen ὄντα, Auriculæ asininae: siue quod explo-  
ratoribus accuratissimè sit vsus, delatoribusq; plurimum delectaretur: vnde il-  
lud de principibus fertur, Regum aures innumeræ.

## P E T V L A N T I A.

Modicam verò petulantium luxuriam per animal hoc in diuinis literis no-  
tari indicio est quod celeber ille Propheta ait: Quorum carnes sunt, vt carnes  
asinorum. Et Plato dum antiquorum figmenta sequitur, ne sacratioris illius do-  
ctrinæ, quam apud Αἴγyptios perceperat, arcana propalaret, hæc non incuriosè  
tracta-

A tractauit, ac de alijs quidem animalibus passim multa, de asino verò hoc præcipue dixit disputante apud Phædonem Socrate: Homines qui scēdis cōcupiscentijs manus dedissent, ventriq; dediti per inertiam atq; lasciuiam ingloriam inutilēm q; egissent vitam, neque quicquam pensi pudoris' ve habuissent, in asinos post obitum deñci.

## I M P V D E N T I A.

**S**Vnt enim qui per Asinum impudentiam ea de causa significari velint, quod asinus sua tantum commoda destinatisimo quodam animo prosequatur, & modò suę morem gerat voluntati, nihil pensi habeat, castigationes contemnat, verbera etiam nihili faciat. Id in asino vitium ita nota Xenophon, ut de se v. de Græcorum reditu dicat: Eo inquam tempore, si quem iniuriæ vlo genere laces- siui, non possum non confiteri, vel asinis me, qui esse dicuntur omnium quadrupedum inuercundissimi, inuercundiorem fuisse. Quod verò Iosippus cor asi- ni & canis impudentiam obijcit Appioni, hac eadem sententia in uno stolidita- tem & imperitiam, in altero maledicentiam incessit.

## B 55 P O P V L V S I V D A I C V S.

**E**T populus Iudaicus, vtpote qui sublimioris doctrinæ, quæ in diuinis eorū literis delitescit, intellectū minimè percipiūt, simplicitatemq; scriptorū tan- tum prosequuntur, ob huiusmodi stupore & imperitiam asinæ assimilatur, quā Christus posthabuerit in scēso eius pullo, qui factus est ea doctrina dignus, quā ille nos docuit. Asina enim illa, vt Græci theologi deprehendere, populi prioris symbolum fuit, quæ scripti onus pertulerit: est enim animal ad onera tantum & labores genitū, vt Eucherius dicit: super quam Apostoli vestimenta sua inie- re, hoc est, veterem hominem exuere. Pullus verò, de quo Zacharias, Ecce Rex cap. 9, tuus veniet tibi iustus, & saluator ipse pauper, sedens super pullū asinæ, propter pristinā imperitiā, iuniorem indicabat populū, asinæ quidem filium, vt Euange listæ cum plerisq; alijs reddidere: nōnulli filiū subiugalis posuere, animalis quippe quod operibus & officijs seruilibus omnibus subiçit: pleriq; Gentiliū na- tionem appellarunt, quæ Christum insidentem tulit, promissamq; à prophetis & lege salutē minimè despexit: Agnouit enim Asinus præsepe Domini sui. Hoc porrò citato loco Eucherius, per asellū, ait, quem insedit Dominus, simplicitas fidelium exprimitur, plebs scilicet quæ Dei notitiam non habebat, quam Chri- stus regēdo & præsidendo, ad Hierusalem, hoc est, ad pacis conspectū addūcit.

**A**SINUM porrò Ægyptij adeò impurū exi- stimabant, vt animal etiam dæmoniacū arbitrarentur, propter quandam cum eo similitudinem. Quò verò ostenderent eum admo- ueri sacris minimè debere, hominem cum se- cespita positis in terram genibus effingebant, cum ense ad mactationem parato, sed mani- bus post terga religatum: inde asinum appo- nebant, euentum rei nimirum fore irritum indicantes. Oderant autē id animal Ægyptij, non propter imperitiam & ineptias tantum, & contumeliosam eius naturam, verū propter colorem etiam ex albo nigroq; confuca- tum, quem à Deorum sacrificijs alienum abo-

A DEO ET SACRIS  
alienus.

# Pierii Val. Asinus.

Asinus Aegyptius.

minabantur. Erat verò apud eos mos, vt asinum ludibrijs omnibus incesseret, D  
luto cespitibusq; passim impetitum, contis etiam stimularent, quaq; sc locus of  
ferret opportunus, præcipitem agerent. Vnde prouerbium in contemptibiles  
despicatissimosq; homines emanarit, Asinus Ægyptius. Apud Hyberboreos  
tamen institutas dicit Pindarus κλεπτας δνων ἐκπόμπεο, illi enim Apollini asinos ma-  
stabant. Nam vt apud Callimachum legere est,

τὸς πτυχοὶ λυπταροὶ φοῖσιν δυοσφαγίαι,

*Exhilarant pingues Phœbum epulae ex asino.*

Citat Apollodorū etiam Clemens Stromatis, de huiusmodi sacrificio. Gaudere  
verò Apollinem vitæ arbitrum eorū iugulatione dicunt, propter assultus, quos  
indicio viuacitatis in cæde faciunt, difficulterq; occidi soleat magnis quantum-  
libet ictibus percussi. Quantum verò pertinet ad impuritatem, apud alios vni  
Priapo sacer habebatur, ob verendi scilicet enormitatem, qua supra modū præ-  
diti sunt asini, atq; inde sunt ad generandū admodum segnes: cōpertumq; est o-  
mnes alios ea genitalis productione cōspicuos, ad generationē ineptos esse, q  
in emissione per eam longitudinem semē transmeans & hebetetur, & frigidius E-  
fiat. Neq; verò nostro tantū tempore viri huiusmodi asinorum instar haben-  
tur, sed olim etiam, vt gratissimus ille Imperatori Commodo, qui de pene vltra  
animaliū modū prominentē Onos appellatus est, eaq; de causa ditatus, & Her-  
culis sacerdotio præpositus. Tacebo Heliogabali emissarios, in huiusmodi ge-  
nus monstrorum conquisitionē: tacebo nostrorum etiam temporū opprobria.

## E G R E G I V M   P R I N C I P I V M   C I T O' D E S T I T U T V M .

**N**Ecq; absurdum est significatum illud, quod ex vulgi prouerbio desumptū  
est, cùm præclarè venusteq; aliquid inchoatum citò deseritur, currentem  
asinum pingere. In ore enim omnium est, asini succussionem parum admodū  
procedere. Sanè legas apud Ælianum, asinos eos præcipue qui sunt in Mauri-  
tania citatissimo gradu cursum inchoare, paruoq; confecto itinere citò defice-  
re, vnde necesse sit eos ad equos alligatos resti attrahere. Hinc Trigæus Aristo-  
phanicus suum illum scarabeum asinum appellat: monens scilicet ne cursu ni-  
mium pernici viam auspicetur, sed paulatim & sensim volet, vt labori sufficere F  
possit, quod longè secius accidit in Indicis, qui quidem, vt idem Ælianus autor  
est, cùm iter arripiunt, tardius incedunt, paulatimq; progrediendo feruntur in-  
citatiūs, rapidissimēq; gradiuntur.

## S T O L I D I T A T I S   L V D I B R I V M .

**T**Ot autem ea sunt quæ de asinorum stoliditate traduntur, vt subinde sit ad  
eam redeundum: quam si apertius Ægyptij describere voluissent, animal o-  
mnium maximè docile deligebat, simiarum quippe gregem, inter quas asinum  
vel saltare, vel tibijs canere, vel etiam disceptare fingebat, rem quidem tam di-  
ctu quām spectatu ridiculam, sed quæ in secessu pondus habeat.

## I N D O C I L I T A S .

**A**LITER frænatum asinum in huiusmodi significatum proponebant, quippe  
quod animal sit minus idoneum ad discendum. Vnde etiam Mathematici  
eum qui ortu suo sextumdecimum Leonis gradum sortitus sit, indocilem futu-  
rum præsagientes, frænatum asinum tunc oriri singūt: irritam eo modo institu-  
tionem futuram indicātes. Est apud Platonem Legum III, iuxta finem prouer-  
bium, Ab asino excuti, de ijs qui grauia & magna vel difficultia professi, ab incē-  
pto tur-

A pto turpiter desistunt. Sedenim miror vnde Grammaticus quidā adductus sit, vt Platonis prouerbium hoc ita sit interpretatus, vt de iis dictum voluerit, qui relictis voluptatibus & inquinamētis quibuslibet voluptificis & belluiniis (hæc enim eius verba sunt) ad meliorē mentem regrediuntur. cui quid aliud respondeam, quām vt ipsius Platonis verba subiiciam: πίνθ δι τούτον οὐκέπει μην αὐτόν χάριν ἐλέχει, διαν φάντασις εμοιχε, οὐδέν ποτε ἔπειρον λέγοντες αὐταλαμβάνειν, καὶ μη τούτον ποτε ἔχεινον κεκτήμενον τὸ σώμα, βλαντῶν τὴν λέγει φρόμενον καὶ τὸν ποτε οἰμίαν, ἀτέοντες τὸν τοσοῦν. Cuius verò rei gratia hęc dixerimus, mihi ostendendū est, oratioq; ipsa tanquā equus hinc atq; inde coēcenda, ne effrānum veluti os naēta, ipsoq; dicendi impetu prouecta, uti prouerbiū est, ab asino quopiam excidat. Sed cūm is & hīc & alibi sape cadat ab asino, in luto hominem hæsitare permittamus, neq; tollere rursum fractum crure planum procuremus. Id verò eo magis indignè ferendū, quod testimonium sibi accersit ex Euangelica lectione quā suprà citauimus, vbi Seruator noster asinæ pullum obequitat: neq; intelligit longè aliud esse, inuestari asello in urbem Hierosolymā, aliud ab asino excutī, vel mente alienari: nam & iocus ex locutionis enunciatæ ambiguo resultat, cūm & ποτε, etiam & ποτε sonare videatur.

**V**T verò reliqua prosequamur, est & irrisioñis indicium asinus, propterea quod rectu labiisq; latè diductis, dentibusq; deformiter denudatis irridere videatur. Quin & qui aliquem deludunt, appressa ad aures manu asininas auriculas imitātur: vnde Persianum illud in huiusmodi derisionem, Auriculas asini quis non habet? Sanè Diogenes cūm ei quidam diceret, Multi te derident: Et illos, inquit, fortassis asini. Altero subiectante, Sed illi non curant asinos: At neq; ego illos, inquit.

## IRRISIO.



## SOPHISTARVM NVGÆ.

**S**llentio præterire non possum, Sophistas nostros, cum asino illo suo tam fœdo, tam spurco, tam abominabili, quem ita in delicijis habet, vt sine asino nihil meditentur, nihil moliantur, nihil aggrediantur. Nulla vñquā tam grauis, neq; tam seria res in consultatione ponitur, vt nō ipsi asino super agendum censeant: sedenim iis optimè res cum asino, qui τοτε δικαιοῦται, disciplinā omnem suam ostentant, ac omnium ignari, quodq; peius est, indociles, de re nihil semper altercantur. Ad horum porrò similitudinem Democritus Iudæos ponit, qui in ordinarijs, vt inscriptio est, historijs, eos tradit aureum asini caput adorare consueisse, singulisq; septennijs spatij alienigenam semper hominem insidijs exceptum in cōuentibus suis membratim discerpsisse: quod & Plutarchus Cheroneus Symposiacis questionibus, & Cornelius Tacitus historijs memoriar prodidere: quā vti manifestissimam calumniam, ab Appione olim excogitatā, & Iosephus constantissimè refellit, & Adamantius contra Celsum acriter redarguit. Nostra tamen tempora Symeonē puerulū Tridenti videre, quem blanditijs illectū, & in synagogam perductū, Iudæi socialiter eo sacrificiū genere trucidarunt, stylis per vniuersum corpus infixis, vnde sanguinis quisq; guttam viuis artubus exhaurirent. Testis ara facti, quæ quotannis ibidem à pījs inuisitur.

## ADVLATORVM ILLECEBRAE.

**E**Rat verò illud ad bonos mores excogitatum hieroglyphicum, quod veluti maiores nostri seruos ebrios, lingua pedibusq; titubantes in liberoru cōspe-

# Pierii Val. Afinus.

Etum ad vitij ludibriū producebant, quò ipsi diligentius cauerent, ne in huius D modi turpitudinē inciderent: ita sacerdotes Ægyptij asinum inter flores & vnguenta statuebant, quorum nihil ad sensum eius pertineret, ex hoc scilicet perniciem, quæ potentioribus præcipue assentatorum machinis insidiatur, indicantes, cùm inde risui & ludibriis omnium exponantur, qui enormes adulatōrum assentationes aucupantur. Plericqz enim magni alio qui viri à Musis & Gratiis alienissimi, omniqz turpitudinis genere spurcissimi, corāt tamen & dignitatis, & eruditionis, & temperantiae non solū commendari patiuntur, verū etiam, nisi facias, indignantur.

## I G N A V I A.

**A** Pud multos asini significatum est ignauia, quæ quidem cùm sit omnibus nota, superfluum est eam latius explicare. Ex hac tamen nota Palæstini asini excipiendi sunt, qui equos ipsos pernitate prouocare dicūtur, traditum ab Adamantio. Et apud Euphratem Xenophon primo de Cyri minoris exped. inventos ait asinos, qui equos cursu facile superarent. Nam cùm ad eos equites proximè accessissent, cursum illi arripiebant: cumqz longius profecti essent intē rim restabant, atqz ita saepius iterata fuga equites fallebant. Et Saracoræ legi asinos non ad onera comportanda, sed ad gerendum bellum adornare. Apud Pollucem sanè legas per ἔροιν inter alia significata inferiorem dici molam, ita à tarditate cessatione ve quæ asino propria est, appellatam. Et populos quosdā memorat Xenophon, qui nō alia victitā industria vel arte, quam fodiendis ζησ ὄνοις, hoc est, lapidibus iis, qui ad onos fabricandos idonei sunt. Et in sacris nostrorū literis, vbi vulgata interpretatio habet, opus esse vt mola asinaria suspendatur, ἔνωπ tantū apud Græcos legitur. Deniqz ne rem tam apertā multis inferciamus ambagibus, Catullus id ipsum intelligit cum super Æmylio quodam impurissimo dicit, Et non pistrino traditur, atqz asino: Ne legamus, atqz asinus, hoc est, perinde ac asinus, vt erudituli quidam putant: ne ve interpretemur lectionem, Atqz asino, ad concitandum scilicet circa molam asinum, vt nonnulli ex cōmentatoribus exponūt. Sed vt ad asininam ignauiam reuertamur, hanc intelligebat Antisthenes, cùm Atheniensium iudiciū in creandis magistratibus notaturus, suadebat eis, vt asinos ad agriculturam deligerent: quos cùm illi negarent idoneos ad arationem: Atqui, inquit ille, non satis vobis est Magistratum elegisse, siue aptus, siue ineptus vir ille sit ad gerendum: F

## E R E M I T A.

**S** Ed quoniam de onagro facta est superius mentio, minimè prætereundū est quod Diuinæ literæ per onagrum eremitas intelligunt, qui à popularibus turbis secedentes, in solitudinariis & ab hominum vestigio semotis locis vitam degunt, vni Deo tantū dediti, quod tradit Eucherius: de quibus dixerit Iobes, Quis dimittet onagrum liberum: sed quia sequitur, Et vincula eius quis soluit: de Iudeis quidam dictum volunt, quorum præcepta vinculis comparantur.

## M V L I E R M A L E M O R I G E R A.

**S**Vnt qui mulierem conceptum euitantem, aut virum admittere nolentem, per asinā, & fustem inhærentem tergo, designent; ea enim semen à coitu reicit, nisi interpelletur, quamobrem statim post coitum necesse est eam verberari agitariqz, & ignauiam qua prædicta est solitudine castigari. Quinetiam mares ipsos fustibus salire cogūt: vnde vulgo mos est viros minimè officiosos, Asinos appell-

A appellare. Quid verò illud, quòd huiusmodi pertinacia demortui etiam spoliis inhærescit: vngulæ siquidem asinæ viuentem partum enecant, mirificèq; maturant: quare Medici abortibus euocandis, nec aliter eas in suffitū adhibere consuerunt.

P R A E G N A N T I A E D I S S I /  
M V L A T R I X .

**M**Vlierem ad hæc prægnantiā occultan- tem notare cùm volunt, parientem asinam pingunt. Observatum enim est, id eam impendiō cauere, ne vel in conspectu hominiū, vel in luce pariat: quare ducenda est in tenebras, cùm excludendi tempus aduenerit.

S O L S T I T I V M V E L T E M P V S A N N V V M .

**B**PVllus verò Asinæ nunc solsticium, nunc tempus annum indicat, quòd eo tempore plurimum & pariant, & admittantur, vt eorum seminis frigiditas cœli calore adiuuetur, & frigoris impatiens animal eo nascatur tempore, quod eius imbecillitati sit idoneum: annum enim integrum omnino gestant.

**M**Inimè prætereundum est illud, quod in signium pictorum & sculptorum etiam opere nobilitatum est, vt cùm virum in re cumulanda sollicitum, necq; assiduos quantumlibet labores declinantem, vxorem verò prodigam, & ad omnia perdenda dissipandaq; intentam hieroglyphicè significare vellent, hominem sparti funiculū torquētem, illam verò Aselli effigie assidētem à tergo, & opus quantumcunq; fieret abroderē effingebant. Sunt qui Polygnoti opus id fuisse dicant: meminē.

**C**re verò & Pausanias & Plinius, ac mox Romæ tum in Capitolio, tum in Vaticanis hortis insculptum marmore obseruatū. Hinc quid sibi velit Propertianus versus, admonemur:

Dignior obliquo funem qui torqueat oculo,  
Aeternumq; tuam pascat aselle famem.

Illud πάροπτη addam quod Pausanias ponit asellam, nō asellum marem in pictura spectatam, quæ funem abroderet. Plutarchus commentariis πάρι τε οὐδεὶς οὐδέποτε, apud inferos argumentum pictum ait, sed Asinum non nominat.

P A T E R F A M . P A R C V S : F A M I L I A P R O D I G A .

**D**Iodorus asinorum imaginem istiusmodi apud Ægyptios ostentari tradit, asinū quippe vnum longioris funis nodos cōplicare, ac alios à tergo clanculum dissoluere, uno porrò eodemq; arguento cum superiori, quod nonnulli Ionicum figmentum putant, ceterū pictorum & sculptorum ingenio varia- tum. Alterū tamen hoc patrem familiās frugi, familiam verò prodigam & perdi tam ostendit: nimirum enim nodum plicare, significat congerere, accumulare, rē facere: dissoluere verò, destruere, disperdere, atq; pdigere. Sanè apud Pliniū,



VIR FR V G I , V X O R  
prodigā.



# Pierii Val. Asinus.

vbi opera Aristolai Pausiae filij recensentur, inter alia est piger qui appellatur D  
Ocnos, spartum torquens, quod asellus abrodit: quanquam hoc eo significato  
accipi potest, ut ignauorum opera excipi à pernicie intelligamus.

## B O N V M O M E N.

**Q**uòd verò simulachrum & asini & asinarij æneum est ab Augusto dicatum,  
vtriusq; nomen in causa fuit, quòd ab his ipse victoriæ præfagium cepit,  
cùm apud Actium ei in aciem descendantem facti obuiam essent, agasoniç nomē  
Eutychio esse, bestiæ verò Niconi intellexisset: quid enim non bene ominaretur  
victoriæ nomen bona fortunæ iunctum? Sed habuit augurium hoc aliquid  
quod mouere posset, cùm tam speciosa essent nomina: quid autem in illo fuerit,  
mirum est, quòd C. Mario apud Fanniam Minturnis custodiæ credito, asinus  
qui ruditu quodam ingenti vociferatus fuerat, in domum eius à fonte cursu ra-  
pido profectus, sperandæ salutis maritimo itinere augurium dedit. Iam & in au-  
gurali si quis ægrotet, vidisse asinum qui à lapsu se sustulerit, indicat eum conua-  
litorum, in omnibus dicente quopiam, Viden' vt asinus sese erexerit: decum-  
bentem indicat surrecturum.

E

## V I N I T O R.

**N**e tamen animalis istius stuporem, segnitiem & ruditatem usquequaç de-  
ludamus, grati animi opus fecerimus, si qua nos parte iuuuerit, exposueri-  
mus, & illi pro merito gratias habuerimus. Siquidem vineas colere nō alio nos  
doctore didicisse nonnulli tradunt, quām asino, quando his putandū vitium  
& autor & præmonstrator fuerit. Nam abroso ab eo vitis palmitæ, vindemiam  
inde feraciorem prouenisse obseruatum est: idq; summa securi diligentia morta-  
les, lætiorem sibi quotannis prouentum compararunt. Eius rei monumentum  
Naupliæ spectabatur, vbi lapideus asinus grata posteritatis memoria dedica-  
tus fuerat. Huc illud addam, quòd is neq; mortuus quidem officium facere desi-  
st: siquidem Vadimonius compertum ait, caluariam eius in hortorum medio  
depositam, ad loci fertilitatem facere.

## O C H V S R E X.

**O**chum autem Persarum regem Ἀσσυρικὸν per asini simulachrum in primis  
Ægyptij notauere, qui cum maxima intercedebant odio, vt fieri solet inter  
eos qui de imperio, deç libertate dimicat. Hic est Ochus ille avaritia in primis  
famosus, adeò vt urbem eandem intrare nunq; voluerit, ne aureos, qui singuli  
singulis mulieribus ex lege Cyri debebantur, erogaret. Vnum mīror, apud Ter-  
tullianū Cyrum eundem & Ochum dici: hunc inquam Ægyptij sceleratū pollu-  
tumq; asinum cognomento vocabant: in quos ille, vt Dionis scripsit, hæc est  
retorquere solitus, Asinus profectò vestrū deuouebit bouē, Apinq; ita postmo  
dum mactauit, asiniq; eos imaginem auream cōpulit adorare, quo nihil illi vn-  
quā ignominiosius accepere. Falsum verò illud est, & ab omni veritate alienū,  
quod Cornelius Tacitus tradit de asinino capite, quo de superius, à Iudeis loco  
numinis habito, in quo impudentissimè mētitur, & ea de causa mendaciorū lo-  
quacissimus à Tertulliano appellatur: ac perinde vanus est in Iudeorū origine  
repetenda, dum eos modò Creta, modò Libya oriundos scribit, modò Æthio-  
pum prolem comminiscitur: & in omnibus quæ de Mose loquitur, deliria mera  
ponit. Ægyptiorū autē exemplo, Clisthenes cùm infestissimo Sicyonios odio  
prosequeretur, eorum tribus in ridicula cognomenta cōmutauit, eas tum ἄρτας,  
tum ὄνειρας, tum ξηράτας appellando, Suarios quippe, Asinios, & Porcarios.

Labor

## A L A B O R I N D E F E S S U S A T Q V E S E R V I L I S.

**R**eceptum & illud est, seruilem laborem per asinum clitella instratum signifi-  
care: cuius rei causa magis vulgo nota est, quām verbis explicari necesse sit,  
quippe quōd animal indefensi sit laboris, vniq̄ & perpetuę onerum vectationi,  
vexationibusq; aliis damnatū esse videat. Porrò legas Ecclesiastico: Cibus, vir-  
ga & onus asino, vt panis & disciplina & opus seruo. Asini etiā cutis post obi-  
tum, ne quid eius vñquā requiescat, foraminibus dilacerata, assiduæ cribrorum  
inseruiat agitationi. Quod porrò laboris significatū etiam ad somnia progre-  
ditur: si q̄s enim, vt alibi diximus, asini se aures habere imaginatus fuerit per quie-  
tem, ingruere homini seruitutē & ærumnas, coniectores autumant. Ita etiam si  
quis asinīnum se caput habere somniauerit. Sed quod ad hanc sententiam facit,  
nequeo illud dissimulare, quod iocoſe factū est à Ptolemæo, qui Heraclidis Ly-  
cij de laboris laudibus lucubrationem festiuiter illusit. Nam cùm is librū cui ti-  
tulum fecerat ὈΝΕΣΤΙΑ, Regi sibi obuiam factō, quidq; præ manibus haberet  
interroganti, obtulisset, Rex accepto libro, & primum tituli elementū statim ab-

**B**rasit, atq; ita pro laboris laudatione, asini commendationē legendum ostendit,  
quippe ὈΝΕΣΤΙΑ, labores scilicet illos, quot tot ille laudibus in ccelum extule-  
rat, ad asinum potius quām ad hominem spectare. Ita enim deliciosum ac molle  
potentiorum genus ingenuis etiā laboribus, industriæq; generosæ, laudabili-  
busq; vigiliis illudunt, cùm fruges consumere nati, tantillum hoc etiam gloriæ,  
quod per genij fraudationē querimus, iniquissimè inuident. Sed illud in Ptole-  
mæi scomma facetè Lucianus Menippo, decretū recitat apud inferos ex Calua-  
rij dicto, vt diuitum anime que rursus in vitā remittendæ essent, in asinos demigra-  
rent, donec in tali rerum statu, ad multa annorū millia asini ex huiusmodi asi-  
nis renati onera ferrent, atq; insuper à pauperibus agitarentur. Meministi autē,  
doctissime Cursi, argumentū hoc sermoni nostro ansam præbuuisse, cùm in me-  
dio conuiuio in magnorū quorundam hominum insolentiam acriter excande-  
sceres, qui ocio & lasciuia disfluentes, & omni nequitia genere contaminati, li-  
teratos viros omnes laborū causa asinos appellauerāt: fuerint, aiebas, qui stupi-  
dos, qui profanos, qui ridiculos, qui animalia maximè omniū bruta asinos exi-  
stimarint: lōgē diuersum illud est, quōd apud Hebreos, præcipue Cabalisticos,

**C**asinus est sapientię symbolū, cuius quippe ideam constituunt SAPHIROTH,  
eam afferentes rationem, quōd eū qui sapientię sit operam daturus, victu admo-  
dum tenui, & eo plurimū plebeio contentū esse oporteat, cuiusmodi parsimo-  
nia præditum esse asinū ignorat nemo: ad hęc, penuriam, laborem, plagas, & fa-  
mem patientissimè tolerare, necq; ad vllam excandescere contumeliā, vnde cūq;  
illata fuerit: animo esse paruum, inopem atq; simplicem, vt qui nullum inter car-  
duos & laetucā discriminē habeat: corde sit minime vafro, minimè cupiditatibus  
contaminato: bile ita careat, vt cum omni animantiū genere pacem sibi perpe-  
tuam constituerit: nec vllum sit onus quod detrectet, quod nō obsequiose susci-  
piat, & si sit opus, pro boue terrā proscindat, plastrum trahat, præcipue verò  
machinæ maximè omniū necessariæ pistrino æternū seruiat, ligna, poma, olera,  
frugū genus omne comportet, sit deniq; totius humanæ cōmoditatis assiduus  
& infatigabilis minister, vt etiā, quod aiunt, mysteria portare compellatur. Mer-  
itò itaq; Ammonius Alexandrinus magno Origene & Porphyrio discipulis,  
clarus, asinū his condiscipulum fertur adhibuisse. Necq; verecūdatus Cleanthes  
appellatione huiusmodi, confidentissimè respondit, Asinus quidem sum, sed

# Pierii Val. Mulus.

qui portare possum sarcinam Zenonis. Valebit igitur Aristoteles, qui opere de D  
Moribus non quēcunq̄ fortē esse existimat, qui quamcunq̄ toleret vel ignomi  
niam vel calamitatē vel incommodum, virtutēq; vllam negat in patientia sitam  
esse, homo mollis & delicatus, qui tamen liquidō perspiciebat, si fortitudo par  
tem haberet in patientia, futurum dubio procul vt Asinus animaliū fortissimus  
haberetur. Hęc atq; alia multa in Asini commendationem declamasti. Atq; ego  
acerbiorem tuā iram illam hoc sermone cōmitigauerā, qui labores quidē agno  
scremus, omnē verò ignauia ad eos haud grauatē relegaremus, qui cautū lege  
veteri sciremus, vtilitatis quæ ex frugi adeo animali percipitur ratione habita,  
vt honore cum hominibus pari dignaretur. Nam cùm primogenita sacrificari  
præceptum sit, homo tantū atq; asinus excepti, vt ille scilicet certo precio redi  
mat, hoc oue, animali iumentorū omniū preciosissimo innocentissimoq; cōmu  
tari possit. Sed ne vllū officiosissime seruitutis genus huic brutorū generi desit,  
nostris etiā morbis nos leuare, ac eos ad se recipere perferreq;, naturæ ipsius vi  
quadam occulta, minimè detrectarūt. Nam vt Apuleius libro de re Rustica ait,  
si quis à scorpio iectus super asinum assederit ad caudam conuersus, transibit in E  
asinam dolor, & is pro percusso torquebitur. Addit & Democritus fabellam  
suam, qui ait, percussum à scorpio si statim ad asinum quempiam accedens in au  
rem eius dixerit, Scorpius me percussit, non doliturū amplius, dolore scilicet in  
asinum transeunte, qui mox pedendo emoritur, vt Zoroastres addit. Facetio  
res quidam, morbos suos phratoribus, quos ex itinere casu obuiam habuerint,  
commendare solent, siq; illi addixerint, transire ad eos incommodum, donato  
rem liberari. Sed præstat id potius, quamvis Ἐπάρθυντο, referre, quod hic morbo  
rum transitus in rebus etiā inanimis inuenitur. Nam apud Quintilius præceptis  
de re rustica legimus, si lactens adhuc infans febre vexetur, cucumeres paris lon  
gitudinis duos dormienti, hinc vnum, inde alterum admouendos, vt cutē con  
tingat, seruorem omnem in cucumeres transire, infantem in columem fieri. Sed  
iam tempus est vt Asinorum succussione delassati, in mulum in scandamus.

## D E M V L O.



Voniam verò progenerat asinus mulum, par est vt mulum asino  
subiiciamus, mox à laborū societate camelū mulo subiungamus. F

### N O T H V S.

**A**Beo verò incipiā significato quod vulgo magis protritū est.  
Spurium enim hominē cognomento muli nemo non appellat: atq; olim ea de causa mulos Lunæ vehiculo adhibuerunt: quia veluti mulus  
non suo genere, sed alieno creatur, sic ea Solis, nō sua fulgore lucet. quod & Ca  
tullus noster agnoscit, vbi, Siue notho es lumine Luna, dicit. Nam quod alij fa  
ctum hoc ob sterilitatis similitudinem dicunt, quod scilicet Luna perinde ste  
rilis sit atq; mulus, dicere nō ausim, qui accep crim à Cabalisticis, Planetarū, stel  
larum, atque adeo cœli totius vires, rerum omnium formas in vnum lunare cor  
pus, tanquā in matricem infundere, eamq; postmodū parturientiū in morem vi  
sua species nouatusq; omnes cōformare, factasq; et adultas omniū oculis ostend  
tare. Quod si res ita se habeat, ea sit ne sterilis appellāda, viderint alij. Nothū ve  
rò, qui sine patre sit, hominē nuncupare, non tam seculi nostri mos est, quam re  
motioris etiā ætatis, ob adulterinū, qui nulli non innotuit, conceptū. Cyrus ta  
men legitimo quāuis matrimonio generatus, mulus est dictus, propterea quod  
gene-

A generosiore matre natus esset, Astyagis quippe Regis filia, cum pater Medorū imperio subiectus esset: de quo versus feruntur huiusmodi ab oraculo editi, qui bus fuga Lydis indicitur simulac mulus Medorum inuaserit regnum:

Ἄλλ' ὅταν ἡμίονος θεοῖς μηδέποτε γένηται,  
καὶ τόπε λυθεὶ πελαγές πολυάρχοισι πᾶν ἔστρω  
φένυγεν μάδε μάλιστα, οὐδὲ εἶδος κακός σήνοι.

Quamvis alij per mulum bellicas tempestates intelligunt, propterea quod plurimus sit belli tempore mulorum vsus. Ferunt verò Medium asinum primum equæ vim intulisse, eaç inde grauida facta, mortales id seminij parare didicisse.

#### A L I E N V S A B A M O R E.

**B** **S**Vnt propterea qui hominē alienū ab amore, mulæ simulachro notari velint, propterea quod ea sit tantæ contra amorē efficaciæ, vt puluerē in quo se multa volutauerit, corpori inspersum, mitigare amoris ardorem tradant Magi. Sed quanti bone Deus est ἡ συμπάθεια καὶ πατέρευτος, concordia scilicet repugnatiāq; rerum, in hoc quoq; animalium genere supersticio sa magorum sedulitate deprehensa! Nam quæ ipsa adeò sterilia sunt, diuersissimi tamen generis fœcunditatí conferunt: siquidem setas aiunt ex cauda mulæ, si iunctis euellantur, inter se colligatas in coitu, mulieres cogere vt etiam inuitæ concipiāt.

#### S T E R I L I T A S.

**S**Ed præcipuum apud Ægyptios est mulæ significatum, sterilitatem indica-  
re: cuius partum prodigiosum esse ad expiationem vscq; veteres credidēr. Eas verò ad progenerandum ineptas ob id autores tradūt, quod animalia quæ cunque tertij sunt generis, diuersis quippe generibus prognata, non gignant. Quas verò Theophrastus in Cappadocia & Syria vulgo párere existimauit, Aristoteles diuersum ponit genus, quos hinnos appellat: fert hos præcipue terra Syria supra Phœnicē, qui similitudine quadam nomen mularum acceperunt, cum genus omnino diuersum sit. Coeūt hæc animalia, & mutua inter se ratione progenerant. Alcmæon in mularum genere mares ideo steriles esse dicit, quod tenuem admodum genitaram habeant, ac perinde frigidiusculam: sceminas verò propter locos minimè adapertiles, quod & Horus noster et Empedocles tradidere: breuēs enim illi sunt, pumilesq; & restricti, veneriq; auerse coaliti, vt ne-

**C** que genitura recta in illos labi, necq; si illabatur percipi possit, id quod in dissectionibus Diocles optimè se obseruasse confirmat. Eandem porro sterilitatem per mulum exprimunt & Diuinæ literæ. Nā Psalmo XXXI. mulo fieri similes prohibemur, propterea quod animal id intellectu careat, perinde ac equus etiā. Hoc insuper sterile est animal, quippe nulla virtutis semina concipit, nec fructū nullum producit, atq; hoc partim male affectæ naturæ causa, qua præditum est, partim propter inertiam, qua fit ad aliquid agiliter agendum ignauissimum. Non prætermittam loco hoc, Eleum agrū ita equorū generositati consecratū esse, vt mulorū genus non ferat: intra regionem etiam si admittatur asinus & rem peragat, equam non concipere. quod plurimum admiratur Pausanias. Ut cuncq; verò hæc habeant, nemo ignorat sterilitatem, quæ mularum propria est, fuisse causam cur partus huiusmodi in annalibus aliquando obseruati, habitū sint ostentī loco: bonū verò an malum portenderent, in ambiguo esse facit euentorū varietas. Siquidē C. Valerio, & M. Herennio Coss. cum mula in Apulia peperisset, totū annū domi forisq; tranquillū fuisse cōperimus, sinistra tamē quedā obnunciata. Sed quod omniū perniciōsissimum Rom. Reip. fuit, inter Cæsarē & Pom

# Pierii Val. Vrsus.

peium exorta bella mulæ partu edito, L. Paulo, M. Marcello Coss. multi prodi D  
derunt. Cumq; alia Romæ ad xii. portas peperisset M. Lepido, Munatio Plan  
co Coss. subsequutæ sunt nonnullæ sociorum direptiones, dum bella per Bru  
tum & Cassium in prouinciis gererentur. At nihil quicquā tale euenit L. Sci  
pione, C. Lælio Coss. cùm identidem mula Reate peperisset.

## M A T R O N A R V M I M P V D I C I T I A.

I Nuenio & apud quosdam matronarum notam in partibus, ex mulæ parien  
tis prodigio significari, quòd earum pilenta mulis iunctis trahi solita sint, vt  
numis aliquot spectare licet.

## I N E X P E C T A T I   E V E N T V S.

A Liis magna rerum molimina mularum partus ostendere, in iis præsertim  
rebus, quæ præter spem & expectationem omnium accidere: vt Dario Ba  
bylonem elusa totiens opera oppugnanti, quam tunc demū cepit, vt vulgatissi  
ma est historia, cùm ex peruulgato per hostes ipsos omne, mula Zopyri, cuius  
consilio, opera, ingenio & fide vsus est in eo negocio peragendo, sc̄etum edidis  
set. Simile & illud fuit, quod Galbam ad res nouas animosiùs tentandas confir  
mauit, apud quem mula pepererat. Nā Zopyrus inde animū sumpserat, quòd  
Babylonios conuiciabūdos è propugnaculis audierat in clamare, Darium non  
antè vrbe potiturum quām mula peperisset, euentumq; rei apud se cōpererat.  
Galba aui sui omen exceperat, qui aruspicibus rerum summā puero promitten  
tibus responderat, cùm mula pepererit. Habet enim mula regiū nescio quid etiā  
in Diuinis literis: vt Regū 111. Dauid, Ponite filium meum Solomonē in mu  
lam meam: dicens meam, ostendit quòd & ipse in mulam sedebat. Nobis verò,  
mi Petre, quid sperandum, quidue timendum est, qui mulæ sc̄etum domi nuper  
inspeximus? Anno enim hoc salutis nostræ duodeuigesimo supra millesimū &  
quingentesimum, Leonis x. sexto, quarto Non. Aprilis, qui dies de Assessoris  
nostrī nece publico luctu nefastus fuit, apud amplissimū dominum meū Iulium  
Card. Medicen, hora lucis tertia, mulæ, vti nosti, partus editus. Quòd si quis, vt  
Galbe, portendi huic aliquando summam rerum amplitudinem dixerit, vt eue  
niat non erit hoc præter expectationem & spem hominum, qui vulgo illi talia  
ominantur, qui de hominis prudentia, de morum integritate, rerumq; peritia,  
omnia sibi pollicentur. Id vnū precibus à Deo depositum, ne, quod factum F  
est Pauli & Marcelli consulatu, Iulij Pompeiiq; discordiæ, in magnā vrbis per  
niciem suscitentur: ne, quod Lepidi Planci q; consulatu accidit, intestina bella  
miserabiles sociorum direptiones inuehant: ne præter expectatum, magnum  
aliquid & inexcogitabile malum oboriatur, maximarumq; in Italia vrbiū ca  
pturas, populationes, incendia, vastitatē inducat, cùm præsertim tam dira ea  
sint, quæ sidera, quæ fatidici vates, vetusta etiam de nostris temporibus oracu  
la, nocturnæ diurnæq; saepius exauditæ voces, breui futura minitantur: quibus  
consentire videtur præsaga mali tacita qnædam in mortalium omnium cordi  
bus trepidatio. Sedenim nos interim Deo freti, quicquid euenturum est fortis  
animo tolerandum nobis proponamus, incœptumq; laborum ingenuorū iter,  
dum licet, alacriter peragamus. Sed illud non omiserim, mulas non sui generis  
tantūm animalia párere aliquando visas, verūm etiam equos, vt anno circiter  
M C C C L X I I , in Arenate Brutiorum agro mula equum peperit pilo flauo,  
crinibus rutilis, oculis rufis: quem post Loisus Arenas apud Brutios longè  
princeps, ad Ferdinandum Neapolitanorum regem misit.

## A V O L V P T A R I A V E N V S.

**S**Terilitatis demum, quam superius posuimus, ergo, qui lascivium hominem, venere quippe non ad prolem, sed ad voluptatem tantum atque spurcitiem vtentem significassent, vel mulum qui equam saliret, vel mulam surrecta cauda prurientem pingere consuerunt. Huic enim generi, quamuis ad progeneradum inepto, genitalia tamen ad voluptatem natura concessit. Quod illis dictum velim, qui animalia rationis expertia, nullo neq; voluptatis, neq; irascentiae, neque cupiditatis sensu affici contendunt, moueriq; ad huiusmodi incitationes naturae quodam impulsu, ut vel se sospitent, vel species propagentur. Neq; quidem dicendum asserunt, leonem audentem animosumq; esse, neq; quidem ceruum pauidum, sed quodammodo pauidū, illumq; quodammodo animosum: perinde ac si dicerent, animalia hæc neq; cernere, neq; audire, sed quodammodo cernere, audireq; quodammodo: neq; vociferari, sed quodammodo vociferari: atq; vt semel dicam, ea non omnino viuere, sed quodammodo viuere.

## M V T V A O F F I C I A.

**B**E O verò modo quo proverbiis argumentum datum, hieroglyphica sèpius excogitata, & huiusmodi picturationum species adinuentæ, vt, si quis mullos duos mutuò se scabentes pinxerit, mutuam operam significari coniiciemus, ex eo quòd huiusmodi vtimur adagio, id ipsum innuentes, cùm scilicet dicimus, Mutuò muli scabunt. Quamuis sunt qui proverbum hoc non nisi ad improbos & imperitos sese inuicem efferentes spectare putent. Scripsit verò M. Varro librū eo titulo, cuius testimonium citat Nonius. Rectè verò accommodari poterit pictura hæc ad id quod Horatius ridet Epistolis:

Frater erat Romæ Consulti Rhetor, vt alter  
Alterius sermone meros audiret honores,  
Gracchus vt hic illi foret, hic vt Nætius illi.

Et de Poëtis paulò pòst:

Discedo Alcaeus puncto illius, ille meo quis?  
Quis, nisi Callimachus? si plus deposcere visus,  
Fit Mennermus, & optiuo cognomine crescit,

## C D E C A M E L O.




Psa quidem munerum laborumq; vti dicebamus, societas, quæ Camelò cum asinis & mulis coniuncta est, exigere videt, vt ad eundem gregem reuocentur. Quoniā verò cùm Porci significata recensere mus, incidimus in Camelum, quem profanum perinde ac suem deprehenderamus, inde videtur exordiendū, vt qua de causa veteres id existimat, explicemus. Porcū enim ideo profanum ostenderamus, quia non ruminaret, vngula tamen esset bifida: alterum hoc longè diuersum animal, profanum & ipsum iamen, propterea quòd vngula sit solida, tametsi ruminat.

## I M P E R I T V S D I S C E P T A T O R.

**V**Nde fit vt per Camclum mystico sensu illi notentur, qui distinguendi seleni ratione minimè prædicti sunt, qui scilicet sacra profanis, humana diuinis nullo discrimine cōmiscent, ruminantes vtiq; velut & Cameli faciunt, argumentorū scilicet formas aliquot concipientes, sententiā modò hanc, modò illam animo agitantes. Sedenim solipedes qui sunt, hoc est, imperiti, neq; rerum

# Pierii Val. Camelus.

neq; verborū discrimina discernentes, ita omnia confundunt, vt curuum à directo nequeat internoscere. Quocirca nō immerito apud Christianę pietatis proceres lege admodum seuera cautum est, ne quis literarū imperitus, acutissimo quamuis ingenio polleat, de diuinis quicquam differere confidentius audeat. Necq; porrò ad Theologicā speculationem dabatur accessus, nisi de disceptatoriis & naturalibus disciplinis exactissima fuisset quæstio prætentata. Verū omnia iamiam



D

*In peius ruere, ac retrò sublapsa referri.*

vsqueadèò quæ friuola sunt, nulliusq; momenti, studiosiùs cōlectamur: quæ verò pondus habent, quæ locupletem veræ disciplinæ redundantiam ex toto, vt aiunt, calatho elargiri possunt, vix attingimus. Iurè igitur eos reprehēdit Aſſertor noster, qui culicem liquant, Camelum verò tanquam potabilem deglutiūt. Culicem enim liquat, hoc est, minutissimè mandunt illi, qui minima tantum in lege peruestigant, quibus studiosiùs insitant, vbi omnes ingenij vires intendant: Camelum verò, hoc est, peruersorum actuum tortuositatē, aut quæ alioqui magni sunt momenti, deglutiunt, hoc est, paruipendunt, nullo quippe manus, ruminatio[n]e deuorāt: quasi nihil ad rem pertineat, sacra habere ludibrio, & sceleratissimis quibusq; facinoribus inquinari. Cæterū cùm plurima sint super Camelō adnotatu digna, miror Āgyptios tam parcè eius vſos hieroglyphico, cùm præsertim animal eſſet illis admodū familiare. Sedenim illi dubio procul, vt etiam in equo fecerunt, à sacris alienum animal sedulò auersabantur.

C R V R A F E M O R A' Q V E C O N C I D V A.

**N**Am vix illud ab eis proditum constat, vt hominem cui inter gradiendum femora incuruari videretur, eaq; de causa segnius ingrederetur, per Cameli simulachrū exprimerent, propterea quod, vt ipſi afferūt, ſolus ex animalibus femora etiam incuruet, vnde illi camelī cognomentum, aspera in lenem litera commutata, quaſi Camerūs antea diceretur, Καμηλός, quod incuruo significat, & μέγαν, femur. Camelus enim, vt præter Āgyptios autor eſt Herodotus, quatuor in posterioribus cruribus femora gerit, & genua totidem, id quod omnino negat Aristoteles, genua ſingula in ſingulis cruribus eſſe contendens, to tide[m]q; artuum flexus: vt verò plures eſſe videantur, euenire propter alui interualium, latamq; femorum diuariationem. Vtcunq; verò Philosophi de re disputent, Āgyptij per huiusmodi picturam, hominem qui ſub pondere deficeret quodammodo videretur, gressuq; admodū vacillanti progrederetur, inuebant. Huiusmodi mihi fuiffe videtur Claudioſ Cæſar, quem ingredientem deſtituebant poplites minùs firmi.

F O R T I S.

**E**St tamen in Camelō mirus dorsi vigor, & onerum gerendorum robur in-defeſſum, vt fame etiam ac ſiti pertinacissimè tolerata, in plures ſub onere perſeuuerent dies. Vnde Mathematici figuram eius X VI. Leonis, Libræ X VI. Scorpionis X X. gradibus intulerint, forte[m] & validum virum eum pollicentes, qui vno horum gradu ſupra Finitorem emergente, natus eſſet.

O P V L E N T V S.

**Q**Voniam verò ſunt qui Aſſertoris nostri ſententiam in opulentos dictam, faciliū ſcilicet Camelum per acus foramē intrare, quām diuitē in Regnum Dei,

**A** Dei, ita accipiunt, ut nō de Camelō animali sit intelligendum, sed de grandiori quodam restium genere: sciendum ex Origenis sententia, de animali potius accipiendum: eaq; de causa diuitem Camelō comparatū, quod Camelus omnium animantium, si formam spectes, tortuosissimum sit, ut (veluti superius dictum) ea de causa plura femora, pluraq; genua habere videatur: ita plura diuitū negotia, pluresq; atq; variæ sunt auocationes, cupiditatesq; quibus implicari eos, distracti rapiq; necesse est. Angustius verò acus foramen, arctiore arguit viam quæ ducit ad vitā, ut idem ait Adamantius. Deniq; Camelus ruminat quidem, sed solida est vngula: veluti pleriq; diuitum cogitant quidem agnoscuntq; quid agendum, sed propter peccandi facilitatem occasionemq; sèpius oblatam, cum cruribus sint infirmiorib. iisq; perplexis, lōgè procliuius in libidines & reliqua vitia dilabunt. Nam, ut prima ad Timoth. epistola Paulus ait, radix est omniū malorū cupiditas, raroq; diuitiæ nisi cū iniustitia congerunt: tali, inquit Eucherius, administratione res ista capi, tali custode seruatur, adeò quædā societas est penè ctiā nominis duabus his rebus, vitiis et diuitiis: vnde olim nos ita lusimus:

*De vitijs quod diuitiæ cumulentur apertum est,*

*Nomen idem vitijs diuitijsq; datum.*

Operæ premium verò mihi videtur hoc loco, quod superius dissimulauimus, interpretationem Eucherij piam admodum subtexere dicti illius, Liquantes culicem, Camelum autem deglutientes. Culex, inquit ille, susurrando vulnerat, Camelus autem sponte se ad suscipienda onera inclinat. Liquauerunt ergo Iudæi culicem, cum vna omnium suclamatione seditionem latronē dimitti petierunt: Camelum cutem glutierunt, cum eum qui ad suscipienda nostrę mortalitatis onera sponte descenderat, ut extingueretur clamando peruerterunt.

#### Z E L O T Y P I A.

**S**VNT qui per Camelū zelotypiā significēt, propterea quod animalia reliqua tempore quo rei venerare cupidine, vel rabie potius incitata gestiunt, in suū tantū genus ferociunt ac sœuiunt: camelus autē in hominem etiā, atq; in vnum quodq; aliud animal efferascit, et vsque adeò sibi timet ab omnib. ut solitudines petat, & id temporis ab omniū cōsortio disseparatus, solam fœminā affectetur.

#### R E V E R E N T I A I N M A T R E S.

**C**ILLUD etiam tam ad eruditionē, quam ad bonos mores plurimum facit, quod nonnulli per Camelum reuerentia in matres significari tradunt: is enim nunquam matrem superuenit suam: quinetiam si quis cogat, ipse non patitur. Iam cum aliquando admissarius non haberetur, curator pullum matri opertæ admisit, qui dum coiret delapso operimento agnouit matrem, & quamuis coitum absolverit, memor tamen commissi sceleris, paulò post vbi data est occasio, camelariū morsu defixo interemit, quæ quidem plentissima modestia cum sit camelis admodum familiaris, inde factum facile crediderim, quod olim nupturæ camelis virginibus supplicabant. Quę verò de Cameli erga matrem reuerentia diximus, ex Aristotele sumpta sunt, quę Auicennæ etiam assensu confirmantur. Simile quoddam aduersus matrem accidit equo cuidam regis Scytharum, qui ut facinus expiaret, semetipsum præcipitem ex editissimo loco dedit, atq; ita animam efflauit. Ceterū non ita faciunt equi omnes. Quin Aristoteles tunc perfectum esse armentum dicit, cum parentes suā ineunt prolem, quod par crimen est cum eo, qui matrem tentat: ad quod Ouidiana Myrrha respexisse videtur, cum dixit, Fit equo sua filia coniux.

# Pierii Val. Camelus.

**E**st & illud inter hieroglyphica reponendū, quod per Camelum à puerulo rectum, māsuetudinem maximè tractabilem aptè significarunt. Siquidē manusueti adeò sunt Cameli, atq; bilis tam expertes, vt vasta illa moles minimi cuiusq; pueruli arbitrio gubernetur. Contrà verò equus, cùm generoso sit animo ac preferoci, magna aduersus Camelum afficitur antipathia, necq; aspectum odorémue eius ferre potest. Nōtum est, quod superius attigimus, quid egerit Cyrus aduersus validum Lydorum equitatum, cui suas copias impares suspicabatur: ingentem enim is camelorum gregem ante pedites in acie prima statuit, factōq; Lydorum equitum impetu, simulac equi camelorū odorem hausere, subito consternati non solum insidentes præcipitauerūt, sed peditum quoq; ordines protruerunt: atq; ita pars illa, cui Croesus plurimum fidebat, elusa.

**L**onga autem iejunia, & diuturnæ sitis tolerantiā per idem animal significari, ex eo manifestū est, quòd nullum animal tanta insigne magnitudine, tam exigua cibi paucitate nutritur, necq; dies plures sitim tolerat, cùm satis cōstet in duodecimum usq; diem camelos sine potu perdurare, vnde à Poëtis esitientes appellantur. Habes iā Petre Cur, Asini, Muli, atq; Cameli laboriosorum animalium significata, quātum memoria complecti potui: reliqua tu, si argumentum placuerit, & doctrina & iudicio tuo supplere poteris.

TRACTABILITAS.



C I B I P O T V S Q V E  
abstinentia.



PIERIVS VALERIANVS AD IOAN. ANTONIVM EGREGIVM NEPOTEM, DE IIS  
quæ per Leporem, Vulpem, & alia minoris generis  
quædam animalia significantur ex sacris  
Ægyptiorum literis.

**I**Ucundissimus frater tuus Vendrandus, quem præter cognationē, ob summum ingenium & bonarum literarū studium vnicè diligo, proximis hisce diebus, vt nosti, Roma in patriam se contulerat, pauciſimōq; dies hīc moratus, de digressu cœpit illico cogitare: conatus sum iuuenem dies aliquot detinere, ille tamen cum omnino Venetias sibi quamprimum redeundum repeteret, non hīc temporis conditione, non loci amœnitate, & tranquilla anni temperie remoratus, vt in officio esset Illustriſimo Cardinali Mediceo Mecenati nostro, qui eum satis agrè dimisisset, eius fidifimo & aequè gratiſimo seruitio tantisper cariturus, exolui properantem, ac ne eum ulterius morari pergerem, suasi etiam vt magis properaret, qui patroni ingenium à teneris nouerim, quem aluerim, quem formauerim, quem, si licet, ornauerim, mox coluerim, & colam semper vita hos dum reget artus, ob summā animi præstantiā, & optimam vtriusq; linguae cognitionem, bonarūq; artium

F

D

**A**artium & disciplinarum omnium studium, ut verè oculus summi Antistitum ordinis censeatur, cum ob singularia & assidua propensiore animo in me meosq; officia, & amplissimam eius munificentie largitionem, quibus iugiter suos fouet, amplexatur. Quoniam verò paucis abhinc diebus caueam nonnullarum auium, tum cicurum, tum sylvestrium & externorum, Nicolao Cordato Iuris consulto nostro dono dederam, & quum visum fuit per fratrem, qui te ex itinere conuenturus fuerat, aliquid & ad te mittere: opportunèq; Lepusculum alueram, educaueramq; ablactatum à paruulo: neque non vulpeculam, & ipsam cicurem: nec nostri generis felem, sed Aegyptiacam, diuersumq; à nostris murem, eum autem ob nouitatem Ponticis forè ipsis minime posthabendum: fibrum etiam ex Pannonia, mustelamq; & talpam ex Italia: quos in unam omnes inclusos caueam ad te perferendos eidem Vendrando commendaui. Quæ dona si quam tibi voluptatem attulerint, gaudebo: sin verò tu tam seuerus es, vt nullis neq; nugis, neq; delitiis moueare, de constantia & supercilio tuo tibi gratulatus, laetabor tamen identidem meæ erga te benevolentia signum, qualecumq; sit, pro loco & tempore aliquod exhibuisse.

B


## DE L E P O R E.



RÆCIPVA sunt leporis significata, vigilantia, auditus, effemina-  
tio, pauor, venustas, fecunditas, solitudo, conatusq; summus: quo-  
rum causæ quantum per otium licebit, nostra hac commemoratione  
commemorabuntur.

**A**Egypti sanè sacerdotes per Leporis hieroglyphicum vigilantiam in primis intelligebant. Causam ponit Horus, quod lepus oculos inter dormendum patefactos ostentet, vnde etiam in adagium cesserit, Leporinus somnus, quotiens vigilantiam eius qui dormitare videatur, intelligendam proponimus, cum tamen perspicacissimis oculis omnia que vnu-  
niant, in agendis rebus perlustrare non cesseret. Xenophon ad hec scribit, leporem palpebris clausis vigila-  
re, adapertis dormire: vt non temerè forsitan nonnulli leporem ἀπλάσαν, quod  
aspicere est, dictum existimarint.

A V D I T V S.



VIGILANTIA.

**P**Lutarchus verò totius antiquitatis indagator curiosissimus, disciplinarūq; omnium quantūvis abditarum explorator accuratissimus, à quo longè plura quām ab alio quopiam ad materiam hanc facientia decerpī possunt, ex lepo-  
rino simulacro auditū hieroglyphicōs intelligi apud Aegyptios affirmat. Le-  
pus enim aures proportionē reliqui corporis maximas omniū animaliū habet,  
auritiq; ideo ob excellentiam vocantur à Poëtis. Quin & ipsa locutio λεπός, vt  
nonnulli ex Grēciis interpretant, ab aurī magnitudine cōformata est: siquidem  
λεπός, vt scis, auris apud Dores: quæ tamē locutio iam apud omnes recepta est:  
& λεπός particula ampliationis est, augeriq; significatū, vt perauritus Latinè sonet.

E F F O E M I N A T I O.

**E**st præterea lepus eneruatæ cuiusdam effeminationis signum, huiusmodi  
hieroglyphico iam passim inuulgato: idq; tum propter pilorum mollitiem,  
quam Heliogabalus in lasciuioribus delitiis vñā cum perdicum plumulis suba-  
laribus habuit, quāq; lepidissimus adnotat Catullus in scđæ mollitudinis scor-

# Pierii Val. Lepus.

to: tum etiam propter pulmenti vim, de quo Liuij Andronici dicterium per- D  
uulgatum, quod Terentius, vt Flavius Vopiscus attestatur, ab eo mutuatus est,  
Tute lepus es, & pulmentum queris: à Græcis verò Liuus acceperat, ita di-  
centibus, οὐπές ηριῶν ἀδησμα. Addūt ad causas eximiam etiam timiditatem, qua  
maxime laborat, quod aut mollium hominum, aut muliercularū proprium est.  
Lepus itaq; in Diuinis literis impurus est, qui quidē licet ruminet, vngulam ta-  
men bifidam non habet, sed pedes diuinationibus pluribus, iisdemq; admo-  
dum infirmis dissitos. Quoniā verò delicatæ admodū est imbecillitatis, Iuda-  
Prouerb. 30. cum significat populū, ait Hesychius, de quo Solomon, Lepusculus plebs inua-  
lida, posuit in petra cubile sibi. Timidus etiā est lepus, qui cubile habet in corde  
formidolosū Iudæi, quod ita notat vox Diuina, Væ cordibus trepidis, & mani-  
bus remissis. Lasciuia in lepore plūs quam delicate, quem gentes, vt suo loco di-  
ctum, Veneri dedicarunt. Eadem in Iudeis improbitas, Esaiæ testimonio, dicen-  
tis: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Sed de lasciuia gen-  
tis huius atq; procacitate, multa passim testimonia suis loco & tēpore dicentur.

## T R E P I D A T I O.

**Q**uod verò formidinis & trepidi pauoris hieroglyphicū lepus habeatur, fa-  
cit id supremè timidum eius ingenū, cui pauor supra vnum quodq; aliud  
animal peculiaris, à quo, vti Pollux ait, etiam πός appellatur: πότεν enim formi-  
dare est. Vnde Demosthenes in Æschinem inuestitus, ait, λάγως βίον τῆς δεδιώκει της  
πρέμων, καὶ αἱ τληγήσαθαι πλευθερῶν: Lepori similem viuis vitā, pautans & tremens,  
impudentia semper flagra prospectans. Hinc Cornificij poëtæ dictum memo-  
ratur ciuili bello, qui milites suos s̄epe fugientes, galeatos lepores in opprobriū  
appellitabat. Apud Hebræos Saphan occultationem, vt ita dicam, significat: &  
locutio ea per scripta lepusculum significat, quod insitam huic animali pau-  
tationem, si dicere concedatur, notet, qui scilicet in cubilibus libentissime deli-  
tescat. Atq; hinc factum vt leporis occursum augures ominosum, improsperū  
& inauspicatum dixerint, quod quidem nō nostri tantum temporis vulgus cre-  
dit, sed veteribus etiam persuasum fuisse, testatur senariolus,

Φωτεῖς ὁ λαζῆς δυσυχῆς τοῖς τελέσεις.

Inauspicatum dat iter oblatus lepus.

Archidamus autem Zeuxidami Spartiata, quamuis alij Lysandrū ponunt, Co- F  
rinthiorum urbem aggressus cùm leporem ex loco muris vicino excitatum ani-  
maduertisset, omne in hostes conuerso, futurū ait ad milites vt hostes facile ca-  
perentur: eius quippe casu usus ad incendendos eorum animos, & taxandā ho-  
stium ignauiam, quod urbē ea minimè bellicosa videretur, quā tuti adeò lepo-  
res inhabitarent. Pari propemodum euentu Arnulpho rege, qui Berengario au-  
xilium tulerat, Romam oppugnante, excitus è latebris clamore tumultuq; mili-  
tum, lepus urbē versus cursum arripuit: hunc milites toto temerè agmine conci-  
to insequi cùm cœpissent, cursuq; & clamoribus acrius deterrerēt, Romani qui  
pro propugnaculis stabāt, urbē eo impetu peti veriti, cui se longè impares pro-  
pter defendantium inopiam arbitrabantur, pari consensu desertis mœnibus ad  
terram se summisere. Barbari occasione freti, sellis equorū & veterinorū ad mœ-  
nia in cumulum aggestis, per eas nullo reluctante in mœnia euasere, leonināq;  
urbem (primaria nunc Romanæ urbis est regio hæc) nullo negotio ceperunt.

## V E N U S T A S.

**E**st & venustatis symbolum lepus, Veneriç; fœcunditatis ergò charissimus  
omnium

A omnium existimatur, cui non sine religione sacer est, & inter eius delicias adnumeratur. Operæ premium verò est apud Philostratū in picturis videre leporem hunc sub arbore mālo inter Amores otiantem, quē decidentia terræ poma de�ascentem, multaç semesa prætereuntem, & modò hæc, modò illa cōmorden- tem vbi illi deprehenderūt, ibi tū alius complosis manibus, clamore alias, alias chlamyde ventilata iactataç perterrefaciunt: superuolitant alijs feram vocifera- tione illam excitantes, & modò huc modò illuc cursu percitam agitant: pede- stres alijs vestigia consequantur, alius tanquā aliquid iaculaturus impetu in eam facit, alioç auertit: alius lepusculi cruribus insidias molit: ille vbi in vlnas iamia apprehensus est, mollissima pilorum lubricitate fretus, minimo se negotio expedit, sublimiç subtatus saltu capturam euadit. Risu itaq; Amores diffuūt, colla- bētesç prælasciuia, et nimia cachinnorū agitatione, alius in latus, alius supinus, resupinus alius, per herbas passim strati prouoluuntur. Sagittam verò nemo vnuis intorquet, sed viuum capere contendunt, gratissimam Veneri matri victi- mam oblaturi. Atq; italepus præcipue Veneri debetur. Accedit huc & Valerij B Martialis testimonium, qui persuasum mortalibus ait, ex leporine carnis esu for- mosiores venustioresç fieri homines, falso & mordaci eius Epigrāmatis ioco:

*Si quando leporem mittis mihi Gellia, mandas*

*Formosus septem Marce diebus eris:*

*Si non derides, si verum Gellia mandas,*

*Edisti nunquam Gellia tu leporem.*

Et quod super Alexandro Seuero dictatum est, quem & formosum & huma- num & cultum & venustum & affabilem ex assidua lepusculorum esitatione fa- ctum asserebant. Vnde versus illi circunscrebantur ex Epigrammate;

*Venatus facit & lepus comesus,*

*De quo continuum capit leporem.*

Tum Plinius vbi ex Catonis sententia scribit, leporis assumpto cibo fieri som- niosos, vel fieri, vti nōnulli legūt somnos, aut quod magis placet, formosos; sta- tim enim subiungit, tum vulgo etiam persuasum conciliari ex eo corpori gratiā. Sed quod ad somniosos pertinet, Medici dicunt leporinam carnem melancho- liam alere, & sensus spiritales obstupefacere, quia crassum generat sanguinē, vt

C libello de Victus ratione Psellus ait: nam caro ea subfrigida omnino est, & hu- moris plurimum habet, quæç eiusmodi sunt escæ, somnos nimirum ciere com- periuntur. Prætereo de industria quod impuri faciunt amatores, ope leporis amorem sibi conciliantes, quod etiam libenter est à Philostrato dissimulatum, quando spurcissimum id genus hominum perniciosum est, neq; dignum vt à quopiam redametur, cùm in amore conciliando candor synceritasç mētis, non magicæ violentiæ conquirendæ sint.

#### F O E C V N D I T A S.

N Imirum verò fœcunditatis hieroglyphicū est lepus, animal vt pote rei ve- nereæ deditissimū. Nam fœmina dum interim quæ peperit lactat, identi- dem superficit, neq; vllū vnquā parturiendi facit interuallū. Mas verò præter id quod more marium progenerat, fœtū ipse quoç concipit & excludit, pariç cùm fœmina modo educat. De quo scribit Archelaus, benignā fuisse naturam, quæ innocua & esculentis tantūm nata animalia, fœcunda fecerit, quibus etiam vtrāç vim tradiderit, ac masculo fœminas esse omnes, ac sine mare equè gigne- re voluerit. Aristoteles tamen hoc omnino pernegat, marem'q; in iis & fœminā

# Pierii Val. Lepus.

separatim agnoscit: quia verò scemina se per numero marem superueniat, factum D  
vt rerum ignari mutuo eos impleri coitu crediderint. Ceterū Archelao Philo  
stratus, Plutarchus, & pleriq; alij subscripte, qui cum longo post Aristotelem  
tempore fuerint, neq; quid ille tradidisset ignorauerint, haudquaquam credibile  
est eos rem de qua tam perspecta esset apud omnes obseruatio, temerè ausos as-  
seuerare. Nam Philostratus ferre quidem omnes in utero partū ait, sceminas ta-  
men nō nisi ad conceptum idoneas agnoscit. Democritus huiusmodi sexus mu-  
tationem per varias vices fieri dubio procul affirmat, quod alij viderint.

## S O L I T U D I N A R I V S.

**N**On imperitè nonnulli hominem solitudinarium & reliquorum contuber-  
nia declinantem, per leporem in cauum se proripientē descripsere: nunquā  
enim duos plures in eodem cubili versari comperias, sed qui maximè vicini  
sunt, vnius vel circa iugeris interuallo secubant, cumq; se recipiunt cubitum, ne  
deprehendi possint, multū prius hac & illac discurrunt, vestigiaq; variis amba-  
gibus obturbant, postremò magno sublati saltu in cauum quieturi prosiliunt,  
autor Plutarchus. Sanè Salomon Parabolis, lepusculum sapientibus sapientio- E  
rem dicit, qui cùm optimè suam intelligat imbecillitatē, ad cauernosas lapidum  
latebras configuiat, infirmitatemq; ita suam tueatur.

**P**VLcherrimū verò mihi commentū illud inter hie  
roglyphicas literas videtur, quo veteres Ägyptij  
contentionis illius studium, quā emulationē appellā-  
mus, ab Hesiodo maximo opere commendatā, cùm  
iurgiosam & inuidam illam alterā vituperet, per ex-  
animatum leporem & canem sese cohibentē effinge-  
bant: cuius picture causam Plutarchus idem pulcher  
rimè deliniauit, canes dicens qui lepores insequātur,  
si cōtigerit vt eos vi necēt, discerpere & sanguine sese  
proluere inquinareq; mirificè gaudēt: quōd si animū  
lepus desponderit, necq; ullum iam effugio locū superesse viderit, quod plerūq;  
accidit, quantumcunq; sp̄itum habet in intentissimo consumit cursu, vt ita de-  
ficiat exanimeturq;: tunc compertū est canes simulac ita exanimē conspexerint,  
omnino nō attingere, sed consistere sibiq; temperare, motare caudas, argumen- F  
tumq; manifestū omnino pr̄ebēre, se non carnium, sed victoriē tantū gratia de-  
certasse: atq; hoc s̄xp̄issimē & passim euēnire vnā venatorū omniū asseueratio-  
ne confirmatur. Quod verò de leporis cursu dicebamus, id in memoriam addu-  
cit quōd reprehendit à Quintiliano M. Varro, qui dixerit se à pr̄ceptore au-  
diuisse leporē quasi leuipedem dici. Sedenim apud Varronē legas leporē Græ-  
cum esse vocabulū, Siculosq; quondam ē Gr̄cis λίωει dicere, cùm tamen non  
neget facile euēnire potuisse, vt cùm à Roma Siculi sint orti, quod in veteribus  
annualibus habebatur, hinc vocabulū illuc tulerint, eodem apud nos relicto no-  
mine. Quoniam verò controuersia nunc magna est, vtrum dasypus & lepus v-  
num idemq; sit animal, an diuersa, loco Plutarchi superiorius citato manifestè scri-  
ptum, Canes qui dasypodas insequātur. Mox de eodem animali: Quōd si λαχύς  
animum desponderit. Vterq; autem omnino hirtipes: id sibi vult & σύντε. Iam &  
antiquum dictum ostendimus, οὐ πότες οὐ πέπει, quē Liuius Andronicus Lepus ver-  
tit. Plinius tamen dasypū distinguit à lepore, vt eo loco: Pili acutè exēūt dasypo-  
di in buccis intus, & in pedibus, quæ vtracq; Trogus & in lepore deprehēdit. Et  
alibi:

## C O N T E N T I O laudis.



**A** alibi: Coagulum inutile leporis, hoc dilaudatum, præcipuum tamen dasypodis. Alibi: Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superficit. Alibi: Superficie & dasypus & lepus tantum. Alibi: Dasypodes omni mense pariunt & superficiant, veluti lepores: qui quidem loci, ut cōgruant, Delio indigent natore, ita confusa omnia. Sed enim quæ Plinius de pilis loco primo posuit, merita sunt Aristotelis verba. Sunt autem ex peritis qui dasypodem Plinio positum pro cuniculo arbitratur, quem nusquam nominat Aristoteles. Sanè Varro tria ponit leporum genera: unum Italicum, primis pedibus humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. Secundum genus Gallicum, idque plurimum candidum, quales passim Alpes etiam Noricæ profigunt. tertium quos Hispania producit, similes nostratis ex parte quadam: hos cuniculos vocant. Si quis autem unum atque idem animal esse contenderit ex Plutarcho aut aliis, idque liquidò docuerit, gratiae illi meritò debebuntur.

## H I S P A N I A.

**B** ULTIMUM autem genus hoc, omnino Hispanæ est hieroglyphicum, ut cernere est in quibusdam Hadriani numis. Et Catullus ab hoc animalium genere Hispaniam insigniuit, ubi dixit epigrammatibus: Cuniculosæ Celtiberiæ filii. Leponem verò et currum Reginorum fuisse monetam, apud Pollucem legas. Nam Anaxilas Reginus cum Olympiâ vicisset, Reginorum numis & leponem & currum impressit, de quo etiâ Aristoteles lib. Rheticorū tertio. Aliunt verò lepores in Sicilia olim non fuisse, importatos verò per hunc Anaxilam, hanc illi memoriâ cōparasse; advectione enim ex curru significari, nisi quis victoriâ malit.

## T E R I V N G I M I L I T E S.

**O** Bserues autem alicubi lepores duos dimidiis coloris lutei in punicea parma, cuius medium rubra occupat columella, supra quam pila lutea, facie insignis humana, coloris identidem lutei sustinet. Gestamen id erat ordinis T E R I V N G O R V M sub magistro militum præsentiali merentium.

## V A L E N T I A N E N S E S.

**I**Neadem veteri militia lutea erat parma viridi circulo circumscripta, in cuius medio columella punicea ab imo margine ad centrum usque porrigebatur: inde duas lunulæ coloris eiusdem sese in aduersum incuruabant, inferiori parte columelle applicitæ, superiore aliquantulum dissidentes: à medio verò columnæ lepores duo dimidijs, colore & ipsi puniceo, sed densiore, in diuersa profiliabant. Insigne hoc erat, ut vetusta indicat monumēta, V A L E N T I A N E N S I V M, à Valente Princeps delectorum, qui sub illustri viro magistro militum per Thracas militabant.

## D E V V L P E.



Vulpem lepori subiungere non incongruum videtur: quare eius quoque significata suscipiam explicanda, quamquam apud Ægyptios super ea nihil aut minimum quid traditum reperias. Tota verò vulpes Græcorum & Latinorum est.

## C A L L I D I T A S D O L O S A.

**P**Er eam utique vafrum, callidum astutumque hominem, ac dolis omnibus instructum significari tradunt, de qua Horatius:

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Huic dolos à natura datos Lucretius attestat. Et apud Varronem insignis adeò est animalis huius calliditas, ut vulpinari inde verbū confictū fuerit, quod à la-

# Pierii Val. Vulpes.

τικίην dixere Græci, cùm astute dolosèq; fieri aliquid, exprimere significantius D voluerint: atque etiam pro decipere & λαθεῖσθαι: hanc αὐθῶν Pindarus Olympiis Agesidamo nuncupat, idq; θιάπνεον, quippe promptitudinem, & sagacitatem morum significare ait Demetrius Triclinius eius interpres. Verba Pindari sunt: τὸ ἀρέμφυτον τὸ αὐθῶν ἀλαθόπεπτον τὸ εἰπεῖν με λέοντος σχελάξαντον. hoc est, Necq; callida vulpes, neque latè rugientes leones quem à natura acceperint morem immutarint. Vulpem sanè Siculi ob versutiam facillimamq; in deludēdis canibus motu-  
nem, dolicq; promptitudinem, Cinædum appellauere. Deniq; hæc, vbi quid va-  
frè scitè dictum factumue fuerit, in Æsopij fabulis principatum obtinet, ve-  
luti Dauus in Comœdiis: atq; apud Philostratum fabularum choream circa  
Æsopum lasciuientem ductat: & vulpibus apud Claudianū Rhadamanthi sen-  
tentia fallacium hominum animæ immittuntur. Assertor noster super Herode  
loquens, Dicite, ait, huic vulpi: subdolam nimirum & vafram eius astutiam no-  
tans: de qua Plutarchus Moralibus ait, Pardum vulpem olim contemnere soli-  
tum, quòd ipse tot colorum lepore pellem variegatam haberet: cui vulpes re-  
spondit, in animo sibi esse eam colorum varietatem; quam ille haberet in ter- E gore. Ideo autem vulpem senem laqueo capi non posse dictitatū. Et ut semel di-  
cam, vel à Prophetis, vt ait Adamantius, nec vulpis nec lupi nomen vñquam  
fuit ad bonum aliquod usurpatum. Quod verò in Diuinis literis legitur, Par-  
tes vulpium erunt, tradentur, indicat, in manus dolosorum & fallacium versu-  
torumq; hominum, diceret Euthymius, cuiusmodi feruntur esse Palæstini, à qui-  
bus Saul vñà cum exercitu in insidias tractus, occidione occisus est. Quamuis  
Adamantius díci de iis interpretatur, qui extremo iudicio dæmonibus malis  
addicentur. Sunt enim hæ vulpes illæ quæ vineas Domini corrumput, vt apud  
Theocritum puerulo fœcundam vitem custodienti vulpes duæ insidiant, qua-  
rum vna mærescentes vuas populatur, altera panarium properat exhaustire.  
Et quod ad Theocritianum hoc facit, Aristophanes Equitibus, milites vulpi-  
bus assimilauit, quòd racemos esitent peragros, dissipatisq; vitibus non exi-  
guam, quaqua incubuerint pauperiem faciant.

## M A L A C O G I T A T I O.

Illæ verò (vt ad sacra redeamus) quæ Cantorum canticō sponsi iussu capi F  
iubentur, quia noua teneraq; vitium germina corrodunt, prauæ cogitationes  
sunt, & intelligentia peruersa, quæ à genio malo suggeritur. Nouellas porrò vul-  
pes occupari iubet, priùs scilicet quām adolescent & altius insideant, fiantq; ad-  
uersus rectè viuendi rationem pugnatores. Dum enim mala cogitatio in ini-  
tiis est, de corde facile potest exturbari: quæ si frequenter iteretur, diutiusq; in-  
suescat permanere, quodam quasi vñscapionis iure, anima facillimè ad conser-  
sum adducit: confirmato autem intra cor consensu, proclivis inde est ad peccan-  
dum effectus. Hinc illa Nasonis admonitio:

Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi,  
Et tuus incipiens ire resistat equus.  
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,  
Et validas segetes, quæ fuit herba, facit.  
Quæ præbet latas arbor spatiabitibus umbras,  
Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Nunc

A

Nunc stat in immensum viribus aucta suis. Itaqp  
 Principis obsta, sero medicina paratur,  
 Cum mala per longas conualuere moras.

## M A G N V S C O N A T V S C V M D O L O .

**S**i quid autem omni conatu, omniqp arte doloqp factu, hieroglyphicè veteres ostendere voluissent, leoninæ pelli vulpinam assuebant, quarum altera vires, altera fraudes indicaret, id quod, vt inquit Plutarchus, adagijs loco sæpe usurpatum est à Lysandro. Dicere nanqp solebat is, Leonis spolio vulpeculæ pelle assuendam: quippe vbi per vires sufficere nō posses, & astum & dolos adiiciendos. Omnem enim is ingenij vim ad hostes dolo fraudeqp decipiendos conuerterat. Quam sententiam secutus Maro, Dolus an virtus quis in hostere quirat: ait. Dixerat verò longè prius Pindarus in hāc sententiam, πόλυτος γαρ οὐκέτε δημόνεις οὐδεμεθάν θηρῶν τῶν εἰς τὸν φύγοντα μάτιον δέ & λαζπτής. Leonibus vastū rugientibus audacia animū ministrat ad inuadendum, consilium verò vulpes.

## R A T I O C I N A T I O .

**B**A D hēc nonnulli adiungunt, hominē discursu mentis & ratiocinatione uten tem, per vulpem significari, quæ aurem ad terram apprimat: ea enim paludosam aliquam regionem peragratura, si de soli firmitate dubitauerit, aure admota terræ contatur, an strepitum sentiat exploratura: quem vbi percepit, non esse soli firmitudinem coniecat, sed infirmū et voraginosum locum, ideoqp non progreditur: nullo verò auditō sonitu, omni semota contatione ire pergit audacter. Videtur autem inde vti ratiocinatione, vt obseruat Plutarchus, perinde ac si quod strepit moueri cognoscat, quod mouetur infirmum esse, quod verò infirmum inaccessible. Tradit idem autor, Thracas in paludibus explorandis huiusmodi vulpium indagine plurimū vti, quas in obsequium assuetas alunt, & ad huiusmodi negotia præmittunt.

## M V N I M E N T V M .

**Q**VOD si munimentum ab insidiis alibi per platani folium à ciconia gestatū, nidoqp illatum suo, & per rutæ ramuscum ad alam gallinæ summissum significari diximus, non erit incongruum idem hoc hieroglyphicum per vulpem quæ scillam gestet exprimere: illa enim scillā latebris apponit suis, vt à luporum iniuria tutā sit. Nam lupum conuelli aiunt scillæ contactu.

## D E F I B R O .

**F**Ibri significata dicturus, id primū ambigi video, nunquid is castor sit, quo de apud Horū mentionem factam inuenimus. Nam qui castoris ingenij, mores & faciem describunt, eadem ipsa pingunt, quæ veteres nostri de fibro retulere: cundemqp & fibrum & lytram Varro ponit, fibrosqp eos appellari quasi fimbrios dicas, ab extremis fluminum oris in quibus maximè versantur. Succidunt enim arborum radices per fluuiorum margines, vbi cubilia sibi parant. Vnde Plautus: Sic me subes quotidie quasi fiber salicem. Sunt qui extremas fluminum oras lytras olim dictas autument, & antiquos fibrum pro extremo posuisse. Vnde in sagulis fimbriæ, & in iecinore extremum fibra, hinc Fiber dictus. Sunt tamen qui lytram diuersam à fibro velint, & fibrum à castore, castoremqp à lytra aliud esse animal contendat. Sedenim treis eiusdem generis species obseruarunt Scythes,

# Pierii Val. Fiber.

rusticum, nobilem, & regem, quos à villorum mollitie & colore, neq; non ma- A  
gnitudine, distinxere, delicatissimum omnino lutram appellantes. Accolere ve-  
rò omnes fluuiorum ripas, foramina diuersa facere, mutare domicilia pridie  
quàm flumen crescat, in conuectandis in cauum pomis, miræ esse solertiæ. Ho-  
rum porrò testes castorea nuncupari, vimq; maximam esse iis qui nascuntur in  
Ponto, in aliis regionibus non æquè pollere.

## P E T V L A N T I Æ S V P P L I C I V M.

**P**Er animal hoc Ägyptij sacerdotes cum qui pœna sit affectus ob nequitia, B  
qua fuerit in muliere aliqua petulans, significabant. Proditum enim est, fi-  
brum in venatione deprehensum suos sibi testes abscindere, atq; eos proiicere,  
gnarum se eorum præcipuè asequendorum causa peti. Nam & adulteri eadem  
affici pœna solent, vt deprehensi preselectis testibus dimittantur. Omnibus verò  
animalibus natura ducc ostensum, vt & commoda sua norint, & nocentia con-  
trariaq; sciant declinare. Hinc illud epistola Saporis regis ad Constantium Im-  
peratorem, cui suadere conabatur, vt bona Asiatici regni dimissa parte, quieti et  
incolumitati suæ consuleret, hoc bestias factitare dicens, quæ cùm aduertat cur  
maximo opere capiantur, illud propria sponte amittant, vt viuere deinde pos-  
sint impavidæ. Amputari tamen hos ab eo animali cùm capitur, negat Sestius  
diligentissimus medicinæ, quinimò paruos esse substrictosq; & adhærentes spi-  
næ, nec adimi sine vita animalis posse: adulterari autē renibus eiusdem, qui sunt  
grandes, cùm veri testes exigui admodum reperiantur, ammoniaci coloris cir-  
cundati liquore, veluti mellis cerosi, odoris grauis, gustu amaro & acri, vt ster-  
nutamenta olfactu moueant. Vt cuncti verò, siue sponte siue vi testes auferan-  
tur, cùm satis constet eos ea præcipuè de causa conquiri, non ineptè datus hie-  
roglyphico locus, vt per id animal, id supplicij genus ostenderet, quo mœcho-  
rum lasciuia puniri consuevit, atq; ita malè tractari.

## A T R I F E S T I ' Q V E D I E S.

**S**VNT qui atros festosq; dies per fibros ita distinguant, vt cùm festum signifi- C  
cari velint, anteriora eius pingat, propterea quod populi pleriq; qui nostræ  
pietatis ritu viuunt, à Ponto & à Septentrione in Pannoniâ vscq; porrecti, an-  
terioribus membris pro carne vescuntur, posterioribus piscis loco: caudam ve-  
rò eius animalis, quæ præpinguis prægrandisq; est, salitam plurimùm condi-  
tamq; pro tarico pisculento habent, eaq; iejuniorū tempore, quo nobis ex con-  
stitutione Pontificia carnibus interdictum est, mensis inferunt: eiusmodi enim  
dies pleræq; nationes atros vocant, quibus carne vesci ex lege nostra non licet.  
Ea verò illi ratione se tuentur, quod posteriores fibri partes aquis semper inna-  
tantes, piscem dicant, & esse arbitrentur, quia scilicet animal id tam aquaticum  
est quàm terrestre, cùm in extremo riparum semper degat: partē quæ caput ver-  
sus tendit, terræ dedicarunt, & carnem esse voluerunt.

## D E T A L P A.



VONIAM verò Talpa nō nihil habet similitudinis cū fibro, quod  
ipsa quoq; in terræ cauis habitat, vt de ea post fibrum dicamus, ad-  
monemur.

## C A E C I T A S.

**A** Vlgatissimum est talpam pro cæcitate ponī, vulgatiūsque prouerbium, τυφλότροπόντης πάλαις, propterea quòd animal perpetuæ cæcitatibus tenebris damnatum est, lucemq; ita habeat aduersariam, vt simulac ad diurnam claritatem educta fuerit, emoriatur. Atq; hoc illud est quod Academicis quæstionib. ait Cicero, Quid talpam: num desiderare lumen putas? Nihil ea prorsus videt, necq; quidem oculos habet, vt veteres tradidere: vt verò obseruarunt alij, habet utique partes easdem omnes quibus oculi integrī constant, nigricantem quippe illum orbiculum & quod intra eum continetur, quam pupillam vocant, atq; etiam portionis albidae ambitionem, sed non tam liquidò quām oculi conspecti & eminentes. Nec in partem exteriorem apparere hæc possunt, propter cutis, quæ crassiuscula circùm obducta est, corpulentiam, vtpotè cùm natura inter generandum lædatur, atq; ita opus inchoatum relinquatur. Vtcunq;, apud Hesychium talpa huiuscmodi cæcitatibus ergo hieroglyphicum est & ignorantiae, cùm oculus sua pollens vi, cognitionis & intelligentie signum habeatur. Euche B rius hæreticos per talpam in diuinis literis accipit, vtpote qui, licet aliquid cerebere videantur, ipsum liquidæ veritatis lumen minimè discernunt.

## A V D I T V S E' L O N G I N Q V O.

**N** Eque verò desunt qui auditum ex quantumuis remoto loco per talpam significari tradant: liquidius siquidem audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Quinetiam exploratoribus mos est caput inscrobem aliquā summittere, cùm procul aduentantes turmas, vel equitatum præsentire voluerint.

## P R A E S A G I V M.

**F** Verunt & qui per hoc animal præsigium intelligi asseuerarent. Explorant siquidem Magi, vt Proclus tradit, cor talpæ ad præsigium mirificè conserue. Nam, vt Porphyrius etiam attestatur, veteres illi diuinatores simulac talparum corda deglutissent, accipiebant subinde præsentem animam Dei ritu vaticinantem, quod similitudinem quandam habet cum auditu illo promptissimo: siquidem quæ præsigimus minimè cernentes, sentire videmur tamen. Fuisse verò talpam in cultu apud imperitam rerum vetustatem, didicimus ex Esaia, C vbi dicit: Simulachra quæ fecerat sibi, vt adoraret talpam & vespertilioes.

## D E M V S T E L A.



Dem verò vaticinium Mustelam hic accersit, quòd persuasum sit quandam eius disciplinæ vim in ea consistere.

## A R V S P E X.

**A** Ruspicem enim, vel eum qui quo-  
ius imaginem significari dixerunt: eaq; ob idipsum Thrasybuli simulachro, quod in Olympia dicatum erat, adsculpta fuit, vt meminit Pausanias: illi enim præter dissectum canem, qui iecinoribus patefactis adiacebat, mustela quoq; dexterum humerum obrepiebat, singula diuinationis hieroglyphica.

## I N F O R T V N I V M.

**P** Er eandem pictā, infortuniū etiam intelligebant: animal enim inauspicatū infaustumq; esse perhibetur iis, quorū habitat do-



q iij

# Pierii Val. Mus.

mos: insidiatur siquidem domesticis animalibus, præsertimq; auibus tam altili- D  
bus quām nidum sub tecto facientibus, easq; ad internacionem vsque persequi  
tur. Occursus eius pleriq; religiosus habetur. Alij etiam in negotiis obcundis  
vel nomen ipsum horrescant, vt pote contrarium efficaciam.

## V I R A G O.

**H**Orus Ægyptiacus autor ait, per animal hoc mulierem virilia facinora per-  
tentantem ostendi, propterea quod osse sit genitali prædita. Impedior au-  
tem verecundia, ne significatum hoc apertius explicem, quāmq; inter se mu-  
lieres turpitudinem, absq; viris exercere nonnunquam deprehensæ sint. Id po-  
tius ponam, singulare stranguriæ remedium esse genitale id, si rasum tritumq;  
detur, vt Aristoteles de hist. Animaliū testatur. Nam & Strophilus scribit, mu-  
stelæ genitale esse solidum instar ossis, cuius ramenta si in potu dentur, singula-  
re remedium sit vrinæ stillicidio. Eam à Thebanis colij scribit Ælianus, quod  
Ælcmenæ Herculi pariundo laboranti opem tulerit haud contemnendam.

## D E M V R E.

**M**Vrem associari sibi depositū mustelæ nomen, cùm præsertim in omni familiari supellec̄tile corrumpenda, non minorem mus iniuriam & detrimentum afferre soleat quām mustela.

### D E T R I M E N T U M.

**P**Ræcipuum enim eius est significatū, vt hieroglyphicum detrimenti sit atq; perditionis: is siquidem, vt apud Ciceronē est, dies ac noctes aliquid semper rodit, ac omnia quæ rodit inquinat & inutilia reddit. Quare in ostentis quoq; si mures aliquid corrosissent, perniciosa portendi aiebant iis, quorum instrumen-  
tum aut opus esset, quod ita corruptum erat: veluti ante Marsicum bellū, quod clýpeos Lanuūj abrosi essent, maximum id portentum aruspices dixerunt, & eorū quæ subsecuta sunt incommodorum indicium. Iam & Carboni imperato-  
ri mures exitium abrosis fasciis, quibus in calceatu vtebañ, portendere. Sed salsē risit hæc Cato, cùm eum quidam consuleret, quid ostentū esset, quod sorices no-  
ctu caligas abrosis: respondit enim is, non esse ostentū si sorices caligas ab-  
rodant, sed si caligæ sorices ipsos abrosis: Sedenim Cicero quāuis id & ipse F  
ridere videatur, cùm iam respub. titubare ceperisset, Platonis politiam corrosam turpiter à muribus apud se deprehendit. Et si parua licet conferre cum magnis,  
nos quoq; portenta hæc tetigere. Nam quamprimum Romā applicui, sedemq;  
ibi fixi, ne miserrimas incensæ, deuastatæ, ac penè dirutæ patriæ calamitates fœ-  
dissimasq; clades ante oculos in dies mihi atrociores spectando fieri sentirem,  
mihi accidit, vt pulcherrimū Horatiū opusculum, quod in delitiis habebam, mu-  
res à liciis, quibus conglutinatus erat, protinus abroderet, omnibusq; paginis  
ita discissis inutilem codicem efficerent: mox & Pindarum aggressi, eum quo-  
que ab eadem parte qua plicatus conglutinatusq; erat, inquinarūt: quod ostentū  
loco fuisse, euentus postea comprobauit, non esse Romæ locū Musis, & amce-  
nioribus his disciplinis, Julio 11. thesauros omnes ad mutuas Christianorū ferè  
omnium cædes effundente: idq; magna & studiorum meorum & diurni tem-  
poris iactura compertum habui, donec vicesimo post anno, ex quo huc migra-  
ueram, Hippolyti Medicei discipuli mei liberalitate atq; beneficentia fui tādem  
subleuatus, vsu rerum ad vitæ necessitatem, quod satis esse duxi, suffecturo.

O P T I O

## O P T I O.

**A** Odem vtebantur hieroglyphico sacerdotes Ägyptij, si optionem atq; iudi-  
cium significare voluissent. Mus quippe plures diuersosq; panes aut poma  
nactus, purissimum optimumq; ex omnibus quo vescatur deligit. Quapropter  
in panificiis emundis, optionem ex huiusmodi murium indicio facere solitu est  
multis. Idem in fructibus aliis, præsertimq; melopeponibus, summa nepotū cu-  
riositate obseruari videmus, cū eos meliores esse constet, quos mures cœperint  
abrodere. Plinius vbi de Ponticis muribus loquitur, mirari videtur quonā mo-  
do autores intellexerint eorum palatum in gustu sagacissimum esse.

## I M B E C I L L I T A S.

**S**unt qui per murem examinatum, imbecillitatem intelligi posse tradant: is  
siquidem minimo quoq; incōmodo examinascit, plerunq; verò sponte mo-  
ritur effluentibus intestinis: hinc Ἀλεξανδρον duci solet, qua similitudine Menan-  
der vsus est, vt citat Älianu lib. 2, cap. 10, cū valetudinarius quispiā ipsa fue-  
rit naturæ imbecillitate consumptus. Muribus enim in vniuersum vita breuis-  
**B** sima; vnde musculus apud Horatium alteri ait, Viue memor quām sis æui bre-  
uis. Sunt qui putent soricē ea de causa dictum, quia ēgēi apud Gr̄ecos putridum  
significet, quod huic qua de loquimur imbecillitati congrueret. Sedenim multò  
magis placet eorum sententia, qui quemadmodum suem ēn iōs à nobis factum  
constat, ita ēn ūq; soricem deductum asseuerant. Nicander sanè ūq; mures  
appellauit Ätolū lingua, apud quos ū, hoc est, sus, ūq; dicitur. Murem verò,  
quod rostrum habeat suilli perquām simile, suis etiam cognomento dicunt,  
quod interpres Nicandri obseruauit. Sus verò forexq; tanta concordia naturæ  
consentiūt, vt quod Magi tradunt, si quis muris iecur in fico porco vorandum  
dederit, animal id eum qui dederit, nullo edito grūnitu ultrō deinceps adfecte-  
tur quoquā ierit: quod ego Patauij factum memini nonnullorū iuuenum astu,  
qui ganeæ potius quām disciplinis dediti erant, non sine totius viciniæ quere-  
lis, quæ sibi porcos incertis autoribus abduci lamentabatur.

## A M A T O R I A E D E L I C I A E.

**L**ongè verò diuersum illud, quod illecebras amatorias petulcioresq; lasci-  
uias per album murem significare, non Ägyptiorum modò commentū, ve-  
**C**rūm & Græcorum fuit. Nam de muris salacitate multa sunt à plerisq; prodita:  
sed præcipuè mihi videtur Plautus rem exprelisse, vbi Phronesium Dinarcho  
suadere conatur, vt multiuolus sit in re venerea: sic enim ait: Sed tamen cogita-  
to mus pusillus quām sit sapiens bestia, ætatem qui vni cubili nunquā commit-  
tit suam, qua si vnum obsideatur, aliunde profugium quærerit. Moris verò fuisse  
muris nomine amatoribus adblandiri, ex Epigrammati versu noscitur:

Nam cū me murem, cū me tua lumina dicas.

Ob notissimam verò muris salacitatem, mulierem quandam portentosæ libidi-  
nis, qualem nostri Messalinam fuisse memorant, ab Epicrate Myoniam, quasi  
nos murinam dicamus, appellata ait Älianu.

## I N T A M I N A T A M V N D I T I A.

**Q**uem verò intelligat Älianu & Philemon per album murem, nemo ex no-  
stris, quod hactenus legerim, explicauit: si tamen ad Pliniū & alios proba-  
tissimos autores aspiceris, eum esse coniicies, quem Armenium vocamus, villi  
pellūm̄q; mollitic delicatum, Francisci Petrarche versibus pro castitatis hiero-  
glyphico nobilitatū, vtpote qui delicatioris cuiusdā munditiæ exemplar haud-

# Pierii Val. Felis.

quaquam ignobile esset, cui scilicet spurcitia tantæ sit abominationi, ut limo ante ostium caui illitò, capi potius à venatoribus, quām eo foedari patiatur: quod cūm sanctioris sit amoris proprium, intemeratæ castitatis symbolum, quæ diuina tantum flamma succendatur, à peritissimis rerum ponitur. D

A R G I V I.

**I**Nuenitur & in numis muris signum: eam verò Argiuorum præcipue monetam fuisse, Plutarchus ait, apud quos fuisse moris, ut numum imagine muris insignitum cuderent.

## D E F E L E.

**S**i pro Æluro felem reddidero, satis scio paratos emissarios esse qui me dētibus inuadāt. Sedenim quę Plinius de fele refert, dum quę rit quo silentio, quamq; leuibus vestigijis auibus obrepant feles, quamq; occulto speculatu in musculos insiliāt, tum ea quę ab Anniano poëta memorant apud Gellium, quę ab Ægyptijs eo super sunt memorię prodita, cuius oculi ad vices Lunæ, aut ampliores fiūt, aut minores doméstico huic animali, quod Albertus modò cattū, modò murilegū appellat, cōgruere manifestū est. Sunt & qui musionē vocēt. Felē aut̄ alij, quę vulgō sellina, alij qui Martes appellāt, esse volūt, eoq; & Varrois & Columellæ autoritatē trahūt. Nam quæ illi vnā cum Nicandro de venatu auium clandestino nocturnoq; tradunt, martē id facere satis exploratū est. Sed quoniā de harum nomine pleriq; certant, ne temerè vni magis quām alteri faueamus, æluri vocabulum interim usurpabimus, de quo in antiquo Festi Pompeij codice hæc adinueni: Est ælurus animal leoni cūm procreat persimile, olim sylvestre: maximè muribus aduersatur, salax, oculi cuius acie flammæ, ad imitationem lunæ crescunt & decrescunt. Nam veluti Luna pro solaris luminis participatione faciē quotidie variat, ita ælurus pari cum luna conditione afficitur, nunc aucta, nunc immunita pupilla, prout Lunę orbis nunc se plenū, nunc dimidiatū, nunc cauū, nunc tuberosum ostentat. Licinius Vmbrei in Nerea: Murū strages ælurorum oculi ut minutū Lunam ariolantur. Quibus quidem verbis nescio an explicatiū catetus noster domesticus à quopiā describi possit. Sed quoniā de æluro satis constat, de Latina locutione nondū per hos liquet, quamuis totiens Cicero felē & Fanē inter Ægypti numina socialiter enumeret, dubio procul cattū intelligens. Æluri ipsius, si catti nomen ita abhorrent, significata referamus.

## I M P L O R A T I O.

**V**Eteres cūm hominem in manus hostiū illapsum, qui miserabiliter auxilium imploret, indicare vellent, soricem pingebāt ab æluro comprehensum: ex auditur enim statim miserabilis eiulatus, & vox veluti auxilium implorātis, vbi mus in dentes incidit eiusmodi: vnde prouerbiū, Sorex Hecaten. Causam Simnius Capito sic interpretatur, quod is qui in manus hostium incidit, illorum dum implorat. Est verò gluros, vt Verrius ait, sub tutela Hecates. Apud mythologos inuenias louem ludicro certamine Apollinem cum Hecate tenella adhuc ætate commisisse, argumento proposito, vt ipsi quoq; certatim animalia conformatent atq; producerent, terręq; theatrum implere procurarent: tum Apollinē statim hominē protulisse, aduersus quem Hecate Simiam opposuerit à se factā: exceptam risu rem Apollo leone terribili producto interturbauit. At Hecate ludo etiam indignata vinci, ælurum genuit. Maiore hinc Apollo effusus risu, mu-

rem

**A** rem in Hecates ludibrium protulit; illa magis indignata cùm vi non posset vincere, ad artes cōuersa, simiam in leonem, & lumen in murem acriter incitauit. Leo diu à simia natibus eius affixa, tota est arena ad furorem vscq; exagitatus: mus au fugiens ad Apollinis pedes procubuit, atcq; ita seruatus. Vlturus autem leonis iniuriam Deus, vim medicam in simiæ sanguinem immisit, qua leo febre correptus sanaret, atcq; ita factum vt leo semper simiæ pastum appetierit: æluri autem genitale semen ita reddidit igneum, vt eius generis foemina, de re omni animalium generi voluptuosa, et angi & cruciari ad miserabilem vscq; vociferationem compellatur. Alij rem tametsi manifestè fabulosam, ita gestam memorat: Solem & Lunam initio rerum in certamen deuenisse, vt terram animalibus replerent, cura eiusmodi illis à summo opifice demandata: statimq; leonē ea, qua insignis est, specie à Sole conformatum: Lunam verò æmulatione concitam cùm Deos omnes in nouæ belluæ admiratione detentos animaduertisset, neq; opus id æquaturā se consideret, æluron protulisse, animal quippe leoni perquam simile, sed & animis & specie tanto inferioribus, quanto luna ipsa Sole deterior est.

**B** Oborto interim inter Deos risu, indignatum Solem eam fuisse Lunę temeritatem, vt secum ausa esset contendere, murem euestigio procreasse, vt æluri contentionē eluderet: tum Lunam maioribus ingenii viribus conuocatis, quanta cunq; potuit arte conatuq;, quantoq; maximè studio proficere potuit, simiam progenuisse: id quoq; animal cùm ridiculum adeò apparuisset, elususq; omnium cachinnatione Lunę conatus fuisset, adeò id indignè Luna tulit, vt sempiternas inter simiam & leonem, neq; non inter æluron & murem, cōmiserit inimicitias.

## L V N A.

**A** Pud Ägyptios sanè æluri præcipuum hieroglyphicum erat, vt ex eius imagine Luna intelligeretur, in cuius cultum magna æluron veneratione prosequebantur. Satisq; constat eum qui animal eiusmodi vel incuria occidisset, populari tumultu variis suppliciis male tractari, & enecari solitum: cuiusmodi superstitionis exempla in Romanum ciuem edita sunt Ptolemæi illius tempore, qui à Romanis in societatem & amicitiam receptus est. Porro nullum apud Ägyptios Iside numen maius, neq; venerabilius fuit. I sis verò quāuis & Astrocyona è cœlestibus signis addictum habeat, in primis tamen accipitur pro Luna. Quicquid verò cum Luna consensum aliquem haberet, id apud eos honori habebatur. Ex quo verò Soli Luna maximè dicitur aduersa, æluros lunare animal sympathiæ vi animalia Soli notabiliter subiecta genuino quodā odio prosequitur, vtpūta soricem, qui totus est Solis, adeò vt etiam, vti dictum superius, illi Smynthei cognomentum indiderit.

## ORTVS ET OBITVS RERVM.

**Q** Vid verò sibi vellet æluros ille in summo Sistri apice, sub quo forma illa orbicularis, cui quatuor veluti tintinnabula mobilia æquis inter se interuallis applicata erant, ex Plutarcho declaratum est: significabat enim hæc species, omnia que generationi corruptioni obnoxia sunt, lunari globo subiici, infra quæ omnia mouentur & alternant, quippe quæ sint ex quatuor illis principiis, quæ elementa placuit appellari, cōflata, igne quippe, terra, aqua, & aëre. Cur verò animal hoc Lunę simulachrum excogitassent, ea assertur causa, quod tum variū est colore & astu, tum noctu magis quam interdiu exercitio deditum. Est præterea fecundæ admodum salacitatis temperaturæq; cum Luna perquā simile. Nam vñ primò párere fertur, inde duos, inde tris, inde quatuor, atcq; ita vicissim ad

# Pierii Val. Mus.

septimum usque peruenire, ibique sistere, ita ut toto vita cursu octo & viginti natos edat, quot itidem luces in Luna dinumerantur in Zodiaci transcurso peragendo. Ad haec eius facies à septimo quoque die, in aliam speciem abit. Verum quæ de animali traduntur, fabulosa forsitan aliquando deprehendi possunt, illud minimè confictum quod de pupillis eius fertur, quæ non tantum ad Solis cursum quotidie cōmutentur, verum etiam ab incremento decrementoque lunaris globi quotidie varient, quod tum in aliis, tum in iis quos Syrianos vocamus liquidò appareret. Nam qui æluron describunt, & variis eum maculis insignem memrant, eam sibi speciem videntur proposuisse.

## M V L I E B R I S S A L A C I T A S .

**Q**uod verò salacissimam fœminam per æluri fœminæ simulachrum nonnulli significari dixerint, non ea tantum causa fuit, quod plurimum Lunæ fœcunditatem, quæ humoris ab ea manantis beneficio tota terra maricque luxuriat, admirarentur, quam etiam quod ipsius animalis ingenium ita affectu animaduerterant: fœminæ enim in eo genere natura admodum libidinosæ sunt & salaces, tametsi initium vix pati possunt, in quo propter ignitam genituræ vim plurimum, ut dictum est, cruciantur: mares tamen ad coitum ipsæ frequenter alliciunt, inuitant, cogunt, puniunt etiam, nisi pareant. Vnde vulgo nūc homines qui operam nequitiae dant incontinentius, & pudore prostituto lasciuunt, Catrorum commercia frequentare dictitamus.

## D I S S I M V L A T O R T V R P I T V D I N I S .

**V**ltiorum dissimulatorem per micturientē simiam suo loco significari diximus, quoniam ita in Hori codicibus impressis inuenieramus: postea verò quam & manu scriptos codices & antiquos nacti sumus, non πίθηκον eo loco, sed ἀλλερον inuenimus, quod quidē vero propius visum est, cum eo omnes ingenio catti sint, ut quanto possunt studio ventris excrementa, vel attracto, si copia sit, puluere sepeliant, vel alia re quapiam omnino occulant. Ægypti sanè cum in propatulo ac viis ipsis cibum caperent, cattorum tamen exemplo ventrem domi exonerare, atque id quidem clanculum, assuerant. Munditiem hanc Hebræi quoque iubentur obseruare, ut Deut. 23. Locum habebis extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ gerens paxillum in Baltheo, cumque foderis fodies per circuitu, & gesta humo cooperies quo releuatus es. Qui mos & apud Persas tantæ fuit religionis, ut qui alio quopiam inspiciente non modò quicquam non euomerent, sed ne lotium quidem emitterent: quique palam id facere aggressus esset, facinorosa notabatur ignominia. Quid verò quod ad hanc usque diem aiunt Alexandriæ vrbe Ægypti, totius orbis emporio frequentissimo celebrata, indigenas expucentem quempiam non aliter abhorrere, quam apud nos ludibrio & reprehensioni sit obnoxius, qui palam ventris crepitum emiserit?

## A V G V S T E I .

**E**t quoniam nostra omnis dictio ad sculpturas picturasque & gestamina continent, minimè dissimulanda sunt legionum atque ordinum insignia, quæ se pro re obtulerint: nam plerique hominum cum in huiusmodi signa picturæ sue incident, quid ea sibi velint, anxiè admodum percontari solent. Ab Ægyptiis enim ea primordia sumpserunt, vel haudquaquam dissimilia sunt ab eorum inuentis. Cattus igitur in huiusmodi gestaminibus insigne fuit, ut vetustæ indicant inscriptiones, eius ordinis qui AVGVSTEI vocabantur: hi sub magistro peditū stipendia faciebāt. Erat verò cattus is prasini coloris in alba parma, quam ruber circu-

A circulus ambibat, latè marginem circumplexus: gestus eius ut currentis, reflexo in dorsum capite.

## FELICES SENIORES.

**A** Libi dimidius cattus rubri coloris in parma punicea dilutiore spectabat, qui à margine rubro surrectus, pedibus ad lusum compositis, ad blādiri videbatur. Insigne hoc erat, quātū ex vetustis ipsius reliquiis colligere potuimus, FELICIVM SENIORVM, qui sub eodem magistro peditum militabant.

## ALPINI.

**S**Vb eodem Duce signū etiam militare fuit, in quo cattus coloris punicei dīluti recta facie progrediens habebatur in parma viridi, cuius marginem albus circulus ambibat. Gestamen hoc erat militum qui ALPINI vocabantur.

Sed iam Io. Antoni charissime, nolim otium tuum curiositate aliqua mea inturbare, dum morosa & leui forsan dictione studiorum tuorum cursum intercipio. Hęc igitur pro qualicunq; munusculo ita ex improviso comparato satis fuerint: de reliquis, si argumentum minime displicuerit, alias plura corām

B conferemus.

## PIERIVS VALERIANVS AD CLARISS.

CARD. BERNARDINVM MAFFEVN, DE IIS

quæ per Serpentem in genere significantur ex sacris

Ægyptiorum literis.



**C**Ucundissima illa amicitiae suauitas tua, meūsq; erga te cultus, & peruetus admodum obseruantia, quæ Romæ primum, vel à primis laudatissimæ adolescētia tua annis instituta, mox Patauij, quò ad ingenij cultum capeſſendum cesseras, clarissimarum virtutum tuarum, ingenijq; sanctissimi cognitione aucta est, & tuo in omnibus rebus meis patrocinio confirmata, efficiunt ut nullo unquam tempore, neque longissimo quantumuis loco remotus, immemor tui esse possem. Quare licet aliquot abhinc annis te non viderim, nuncq; maxime longè absis, & in Cardinalatus splendorum assumptus, necesse est te magnis omnino negotiis & occupationibus detineri, tam mihi tandem oculis inhærescis, ac si te corām continuo conficerem. Hinc factum est, vt cùm domi aliquantulum otij nactus lucubrationes illas, quas tantopere videre concupiscis, recognoscerem, easque in libellos unquamq; suos dirigerem, earum partem ad te mittere cogitarim: id opportunè nec ne fecerim non sat scio: at certe amanter & ex officio à me factum hoc certò scio, vt scilicet haberes istic, in ista qua fulges amplitudine, si tibi tantulum horæ vel à publicis curis, vel à tuis sanctioribus studiis vacuum relinqueretur, quod cū Pierio tuo loquerere, qui te semper vnicè sancteò coluit ac obseruavit. Neq; tamen tanquam summae eruditioñis tuae nescius, arbitratus sum noui me quicquam allaturum tibi: verū quia nullum unquam abs te sermonem vberiorem, dum vna fuimus, haurire me solitum meminerim, quam de literis & disciplinis, id dedi operam, vt de literis & disciplinis noster hic per libellum, quem ad te misi, congreffus esset. Erit vero sermo de iis quæ per serpentis imaginem apud veteres significantur, quibus & Aegypti sacerdotes, & pleriq; alij, pro literis vñi sunt: quæ quamvis forè haud incognita sint tibi, decies tandem repetita placere semper poterunt, quæ de doctrina semel placuere: quare te ad rem recognoscendam, vbi primum per otium licuerit, spero non inuito animo accessurum.

# Pierii Val. Serpens I.

**N** G V I S atque adeò reptilium aliquot significata dicturus, cùm pro varia eorum pictura, diuersisq; speciebus varia identidem significata sint, curè premium esse existimauit genus eiusmodi priùs tractare, cuius effigies excogitata est auspicacior augustiorq; magnō apud veteres in cultu habita: cęrulea quippe facie, colore nitido, squamis pelluentibus, capite minimè formidoloso, à quo nostræ erit dictionis initium. Cum his Basiliscum enumerant, tametsi eius animalis violentiā mortales reliqui longè aliter interpretantur. Post Basiliscum aspis est, ac mox viperā, à quibus Ägyptij multa hieroglyphicā argumenta desumpsere, & diuinæ nostrorum literæ horum sāpe mentionem faciūt, sed Dana illum religiosè præferunt, qui opem omnibus præsentaneām polliceatur: quare quænam sint ea quæ hinc significantur, dicere iam incipiamus.

## M V N D I M A C H I N A.

**M**Vndum vniuersum Ägyptij sacerdotes scribere volentes, anguē qui caudam propriam depasceretur, eumq; variis insignem maculis pingebant: de quo Claudianus:

*Perpetuumq; virens squamis, caudamq; reducto  
Ore vorans tacito relegens exordia lapsu.*

Quod dubio procul significat omnia, quæ diuina prouidentia in mundo generantur, ab eodem cùm solui cœperint, siue paulatim imminui atq; deficere, in se recipi, fieriçq; illud propemodum, quod apud quosdā Äthiopiæ populos assiduo est in vslu, qui cùm nullo alio nutriātur cibo quām piscium, humana deinceps cadauera piscibus obiectant, viçtū quem ab eis acceperāt ex seipsis repentes. Hęc verò cauda ab suo animali corrosa, receptæ autoritatis assumptum illud significat, quod vno omnium consensu fertur, decrementum vniuersuim rci alterius incrementū esse. Aiunt verò Phoenicū hoc fuisse hieroglyphicum, per draconem in orbem redactū, caudamq; suam deuorantē, id exprime-re, vt appareat mundum ex seipso ali, & in se reuolui. Nam cùm æterna sint elementa, neq; corruptione neq; variatione per se vlla immutentur, corruptioni tamen ac variationi subiecta videntur, ea parte qua specierum informationi admiscentur, vi tamen ipsa incolumi permanente: quippe veluti ex literis nihil separatim significantibus apud Chalcographos siue impressores librarios dicere malimus, nomina componuntur quæ aliquid copulata significat: mox vtilitate ipsa, impresso notatoçq; libro, quātum vslu venerit recepta, nomina ipsa dictionesq; omnes corrumpunt, solutæ literæ in columitati pristinę genericq; suo restituunt, & in alterius formæ vsum asseruantur: ita corpora quæ Græci συγκεχυένται, iuniores Philosophi confusa, hoc est, in vnum conflata dicunt, cùm aduenerit exitus, diminuiçq; cœperint, sigillatim in eadem ipsa resoluuntur elementa, aliarum itidem specierum compositioni obnoxia, ac semper exposita: quod ex nostris optimè Pacuvius intellexit, ad hoc luculentissimis his versibus alludens:

*Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit,  
Auget, creat, sepelit, recipitq; in se omnia,  
Omniūmq; idem est pater, indidēmq; eadem  
Quæ erunt deintegro, atque eodem occidunt.*

Eodem respexit Lucretius cùm dixit:

*Deniq; iam ruere hoc circum superaq; quod omne  
Continet amplexu terrai procreat ex se*

Omnia

A      *Omnia, quod quidam memorant, recipitq; perempta,  
Totum natuum mortali corpore constat:  
Nam quodcunq; alias ex se res auger alitq;,  
Dimini debet, recreari cum recipit res.*

Sed ne multa adeò cōgererent Ägyptij sacerdotes, néve longis discere volētes ambagibus implicarēt, cùm omnem illi naturæ obscuritatē manifestè adeò sibi cognitam profiterentur, & quasi per manus proditam hæreditariā disciplinam possiderent, vno contenti hieroglyphico, mūdi conditionē omnem expressam esse voluerunt. Serpens igitur caudam depascitur suam, vt generū immortalitatem, qua rerum naturā Deus insigniuit, ostētet: vt principium ad finem directū esse, finemq; ad principium reflecti doceat. Nam vt hoc apertius explicetur, ex plantis fructus, velut ex principio finis: ex fructibus verò semen, in quo planta ipsa delitescit, atq; ita principium ex fine. Sic nihil deniq; viuum intra mundum perit, sed corum quæ nobis interire videntur, solæ mutantur species: de quibus Virgilius, nec morti esse locum dixit. Idem per atomos suos Democritus intellexit, quamuis vocabulum nonnulli contendunt impropriè esse dictum; indiu-  
dua tamen corpora ea esse voluit, quæ disiuncta cùm fuerint, neq; legātur, neq; internectionē recipiāt, nec sectionibus diuidantur, sed omne per æuū infinitā in se retineant soliditatem. Hoc illud idem figmentū est, quòd Saturnū, quem pro tempore figurāt, aiunt filios deuorare solitū, louem verò interceptū, lapide supposito, quem Saturnus deglutierit. Terrestria porrò huic varietati cōmutatio-  
niq; rerū plurimū obnoxia esse, per huiusmodi figmentū indicabāt: animā ve-  
rò, quæ per louē, vt Plotinus interpretat, fingitur, immortalem esse. Sane Hesio-  
dus posteaq; prolē à Saturno & Rhea susceptā enumerauit, illud statim adiecit:

Καὶ τὸν μὲν οὐτέπινε κρόνον μέγας ὅσις ἔνεσθ  
Νηδύοντίζεισθαι μητρὸς πλός γένεται τοιετό.

Atq; hos deglutit Saturnus, vt ille vel ille  
Diuino ex utero genua ad materna veniret.

Quod ita accipiunt interpretes: Nascūtur è terra rerum species, & in terrā mox recidunt: nam Rhea defluxus est, & corruptio mundi. Quęcunq; igitur tempus C protulit, eadem tempus absumit: vnde sacris quibusdam apud nos dicitur, puluerem esse hominem, & mox in puluerem reuersurum.

Non omittenda verò sunt quę de figura anguis, Mundū ipsum mira similitudine referētis, veteres Philosophi quasi ludētes cōscripsere, ipsam rerū speciē vniuersam nō temerè oculis omniū subiectentes. Siquidē p corpore quod habet, grauissimū est animal, perinde ac terra, quæ ponderib. librata suis ob grauitatē insitā in centrū vndecunq; cecidit. Præterea verò toto distentus humili corpore, per terrā repit, vnde etiā genus id nomē accipit, modò serpēs, modò reptile nun cupatū. Sed quoniā huiusmodi terrę hieroglyphicū loco suo copiosius tractabitur, ne nunc stylo vniuersi speciē percurrenti morā aliquā interponā, omittetur. Est præterea lubricissimū, quemadmodū aqua, atq; inter serpēdū pandos ac repādos vndarū flexus imitaī: & apud fabularū scriptores draco euripus erat, qui Hesperidū hortis in insula positis tutelaris effingebat: & amnes quosdā spiras circū terrarū orbē replicare instar anguiū Socrates ait, Phædone. Quinetiā Hesiodus Echidnā ait dimidia sui parte Nymphā, dimidio altero immanē angue: pro qua interpretes vapores accipiūt exhalantes à mari, neq; nō omnē humoris vim. Nympha verò est ob id, quòd subministrat nutrimētū. Serpēs propterea,

# Pierii Val. Serpens I.

quòd flumina tortuosis ambagiō ferunt, perinde ac serpentū, vti dicebamus, D. corpora sinuosis plurimū flexibus obrepūt. Sed quod facit ad Nymphā, que loci omnino genius est, occulta quippe vis illa quæ graminibus & plantis vitā fuet, auctūq; subministrat, ignarus nō sum quosdā alios draconē hortorū custodem pro radicibus arborū accepisse, quòd tortuosē sint vti serpentes, & in terrā adactæ, perinde ac anguiū genus in terræ viscerib. plurimū delitescit: ita verò draconis speciē hanc pomis operā præstare vt afferuent: radicibus enim aut cæsis, aut exiccatis, poma etiam auferri necesse est. Aeriū verò spiritū, de quo latius in Basilisci significationib. dicet̄ inferius, per sibila, quæ vel ad audiētiū horrōre nōnulli eorum excitare solent, intelligimus. Squamæ verò, stellarū mundū ambientū varietatē, quiq; ignes in supremo micāt orbe hieroglyphicè significant: nam et hinuleq; pellis varietatē, quā Pan gestare fer̄t, stellas ex maculis imitari ait Probus. Eandē Libero patri attributā, idē significare tradit̄ Eusebius lib. de prepar. Euang. primo, vbi Osirim, Siriū, Liberū, Solē, & Phaneta, ex Homerī, Eu- molpi et Orphei versibus eundē esse differit: de quo loco suo plura erūt inferius repectanda. Est & alia super hoc cōsideratio, q; anguis hyberno situ membrana corpori, præcipue aut̄ oculis, obducta obcæcatur, verno verò tempore scenicum pastus, id Græcē μάραθρον est, eiusq; succo oculos inungens, impedimentū illud exuit, & acutissimo quo pollet visui restituīt, senectutēq; ita singulis depositit annis, nudusq; prop̄modū vernal, & glabro corpore iuuenis, vt Maro ait,

*Lubrica sublato conuoluit peccore terga.*

Leberida verò, membranā scilicet quā deponit, ita exuit, vt à capite orsus ad caudam replicet, interiore parte in exteriorē, exteriore in interiorē versa, cute intus altera subnascente. At mundus quoq; (de inferiori hoc mundo loquimur) hymali tempore pruinoso, quodā nō modò obcæcatus, sed vndecunq; obductus situ, annuo peracto spatio, Zephyris flare incipientibus, squalore abīscit, queq; rerum semina intus fuerāt superioris defectu caloris obstrusa occultataq; extrā aperiunt excludunturq; ac senectute deposita per vices iterū iuuenescūt. Quin etiā quæcunq; de anguis renouatione traduntur, cū hac ipsa mundi nostri renouatione cōsensum habēt: ferunt enim colubrū cùm exuere incipit, ab oculis primū detrahi, ita vt obcæcari videatur, tum caput exuitur, glabruq; hoc omnino antē quām reliquū corpus, apparet. Arbores quoq; oculos primū exerūt, gemmas alij vocant, germen alij: sed inōculatio inde, insitionis genus: mox exsnuant flores, paulatimq; fructuum foetus aperiunt. Neq; vere tantū exuit anguis, verumetiam autumno, & pro locorū temporumq; conditione: æstate etiā, Aristotele hoc casserente, licet id abneget Plinius. Atqui mundum etiam nō vere tantū hæc facere, sed æstate autumnoq; omni, tot species, tātosq; ortus, varioscq; nouatus aperire, pro regionum situ ac rerum natura, conspicimus.

I V V E N T V T I R E D D I T V S.

**S**Vnt verò qui per angue & leberida hieroglyphicas hominē ostendāt iuueniuti redditum, si vel de morbo, aut alia aliqua lue aut calamitate, squalorem atq; maciem deposuerit, sitq; demūm habitior atq; validior factus. Libet verò fabellā super huiusmodi renouatione, ex Nicandro & eius interpretibus recitare. Mortales enim aiunt impetrasse olim à dijs multis precibus, vt perpetuo iuuentutis munere donarentur, atq; ita nunquā in posterū senio cōtabescerēt, sed quandiu vnicuiq; viuere permīssū esset, integris viribus & florenti semper æta- te vegeti perseuerarēt. Hanc igit simulac benignitate Iouis accepisset, imperitos adeo

A adeò rerum fuisse, vt eam asino vectandam commendarint; hunc verò siti confectum ad fontem quendam peruenisse, in quo serpens loci custos statuam habebat custodiam, cumq; inde bibere tentasset, à serpente prohibitū, neq; alia conditione bibēdi facultatem illi factam, quam vt id omne quod vehebat onus angui mercedis nomine concessisset: ex eo inde tempore omnes angues senectute singulis annis abiecta iuuenescere, homines verò senio confectos emarcescere, ac stoliditatis poenas luere, quod iuuentutem tanto expeditam studio negligerter custodissent. Hinc illa Tibulli querimonia:

*Anguis exiuit tenui cum pelle vetusta,  
Cur nos angusta conditione sumus?*

Sed quoniam in fabularum figmentis varij admodum Græci sunt, easq; vnuquisq; suo ex commodo, & vt adlibuerit comminiscitur, ferunt aliij Promethea cùm cœlestem ignem furatus esset, eumq; mortalibus communicasset, nullam illos accepti muneris gratiam Prometheus retulisse: quod cùm Jupiter approbasset, pharmacum hominibus quo senectutem amoliretur, elargitus est, quod donec num asino vectadum illi destinarent, atq; illa mox subsecuta, de asini imprudenteria, de serpentis astutia, de commutatione, quæ superius enarrata sunt. Meininit huius fabule Sophocles, *ωφοῖς*. Quoniam verò asinus ille & sitim eò contulerat, factum est vt ex pacto serpens eam quoq; sibi vendicaret, hinc supra modum illos siticulositate pleriq; eorum pertentare solent, quos momorderint: de quo tamen plural loco suo dicuntur, vbi Dipsadis significata recensemus.

T E M P V S.

E Rat autem aliud hieroglyphicum serpentis, caudam suam sub guttur attractam occultantis, eaq; species in Saturni dextera manu statuebatur, quem pro anno circuitu, pro tempore, pro ætate, pro immortalitate ponit ex multorum scriptis accepimus. De anno apertissimè Maro:

*Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.*

Quod verò serpens temporis signū esset, causam Cyrus hanc subiicit, quod in longitudinē porrigit, et multis cōplicatur spiris, que sunt multe dierū annorūq; series, taciteq; proserpit, nullo edito strepitu: vnde Poëta non incebris dixit,

C *Labitur occulte fallitq; volubilis ætas.*

Verum ea quoq; causa esse potest suppressæ caudæ, quod tempus aut à præterito, aut à præsenti, aut à futuro consideratur, quæ omnia incerta nobis omnino sunt: præteritū siquidē intueri minimè possumus, & cùm principio careat, neq; niente quidem concipitur: futurum longè minùs, quia nondum est, & finis eius prorsus incognita, qua de Horatius tertio Carminum:

*Prudens futuri temporis exitum*

*Caliginosa nocte premit Deus.*

Præsens verò cùm sit instabile, velocissimeq; trāscurrat, vix percipi potest: veluti si digitū in defluentē aquā intingamus, discernere nō possumus vtrū in præterita, an in futura, an in præsenti: quia præterita iam elapsa, futura nondū adhæsit, præsens pūcto ipso statim elabit: que cùm omnia cognitioni nostræ subducant, Ägyptij forsitan pro hieroglyphico huiusmodi caudā ita reduci occultariq; voluerunt.

C A L A M I T A S.

H Abet & vocabulū ipsum, Temporis, hieroglyphicā omnino significatio nem, vt hoc obiter attingamus, & à pernicioса Saturni vi nō admodū alienam. Nam Poëtæ tempus edax rerū esse dicūt. Necq; Latini tantum, verū etiā

# Pierii Val. Serpens I.

Syri & Hebrei dictionē Tempus, pro calamitoso rerū statu ponere cōsueuerūt. D  
Nā, Et erit tempus eorū in seculū, primo & octogesimo psalmo legas, & huius-  
modi passim multa. Quòd verò hīc in seculū legit̄, interpretes de calamitatibus  
dictū volunt, quæ post neglectū Christum perpetuò erant Iudæos oppressurę.

M V N D I M O L E S.

**S**Vnt qui aliam etiam picturam simulachrum' ve mundi fuisse dicant, vt scili-  
acet intra circulum æreum serpentis effigiem accipitrino capite insignem cir-  
cunducerent ad e prop̄ modum literæ similitudinem: ære quippe ignem refe-  
rente, circulo magnitudinem & formam orbis indicante, serpente bonū dēmo-  
nem, cuius merito ac beneficio omnia alantur, vigeant, ac perennent. Sed nō ele-  
mentalem hunc orbem tantū ex hieroglyphico huīusmodi colligimus, verum-  
etiam & cœlum ipsum, quod sub Iani figmento fabularū inuolucris occultatur:  
Ianum enim ab eundo dictum, peritiores asserunt. Mundus itaq; initū ex se fa-  
ciens, cùm in se reuertat, figure ipsius, quæ posita est, rationē ostendere videtur.

A N N V S.

**C**Æterūm quia Janus vbiq; anni dominus decantatur, quē à circuitu vocatū Ē  
dicebamus, eundemq; ac Apollinē intelligūt, veluti Dianā lanam olim ap-  
pellatā affirmant, quo's vtriusq; anni arbitros esse testāt antiquitas, præcipuè ve-  
rō Vergil. cūm dicit, *Vos ò clarissima mundi Lumina, labente cœlo quæ ducitis annū,*  
*Liber & alma Ceres.* Nam & Lucretius serpere solem dixit vt annum struat:

*Annua Sol in quo contundit tempora serpens.* Quòd verò Maro Liberum &  
Cererem hoc inculcarit, doctissimè factum, vtpote qui apud Orpheum legerat,  
... ἀλιον ὃ γε στόνυσσυ ἐπίκλησην καλέσατο.

& apud Euripidem & Aristotelē eundē Solem & Bacchū esse, de quo nos aper-  
tius alibi. Dionysiū eundē & Bacchū & Liberū & Solē, aut igneā solis vim, non  
ex Orpheo tantū, sed & Euripide, Aristotele & Eusebio Macrobiōq; citatis in-  
dicauimus, vbi apud eundem Virgiliū ex antiquis codicibus legendū ostendi-  
mus, Qui ducitis annū, scilicet Liber & alma Ceres: licet, quæ lumina, idem sit.

A E O L V S.

**I**PSA autem macularū varietas, & anni significatū in serpente detectū, id in me-  
moriā adducit, quòd Æolum eiusdē varietatis gratia vetustas tempestatibus F  
præpositū effinxit, per quem annū ipsum intelligebant, eaq; de causa Hippotæ  
filium dixerē, quòd celeri cursu tempus elabatur. Equis enim hoc à natura tribu-  
tum, vt nascantur ad cursum, quod loco suo disputatū est. Habere verò Æolū fi-  
lios XII ait Homerus, mares sex, sceminas totidē. Mēses ij sunt, ait Phurnutus,  
quorū qui scēcūdi fruges omniū vſui reponūt, sceminae dicant̄: qui verò steriles  
sunt, mares habeant̄. Apud alios lōgē secus inuenio, ex religione quippe veterū  
mēses singulos ita dis singulis adscriptos, vt Ianuario Iuno præficiat̄, Februario  
Neptunus, Martio Minerua, Aprili Venus, Maio Apollo, Junio Mercurius, Ju-  
lio Iupiter, Augusto Ceres, Septembri Vulcanus, Octobri Mars, Nouembri  
Diana, Vesta Decembri. Apud celeberrimū Cardinalem Hippolytū Medicem  
cippum Romæ vidi marmoreū obrotundū, in quo duodecim hæc numina pul-  
cherrimo opere circūsculpta sunt: qui quidē cippus indicans Augusti Octauia-  
ni mensam illam, qua de Suetonius mentionē facit, cōsuesse eum & sodales ami-  
ciores ad duodenariū vſcq; numerū deorū habitu cenitare, & dūo dñs & dñs cōuiuiū  
celebrare, ad eius certē rei argumentū mirificè conformatus est: nā & figura quæ  
pro Apolline sculpta est, Augusti ipsius faciem totā refert & exscribit, quod &  
in ple-

A in plerisq; alijs eius Dei statuis factum obseruauimus. Sed nos ad anguē nostrū reuertamur, quo super animaduerti, plerisq; figurā eius in orbem circunducti, & caudā nunc occultantis, nūc admordentis, nunc depascētis, cōfundere: quod ita distinguendū est. Quæcunq; de mundi anniq; varietate reciprocationēq; dicta sunt, ea per caudæ morsum intelligunt. Sedenim cùm æternitatē, siue ut nō nulli malunt, æuū seculū ve significabant, serpentē pingebat cauda tantū sub corpus, ita ut delitesceret, reducta: sic enim circuitus ille perpetuus intelligebat.

## B A S I L I S C V S.

**A** Nguis aut̄ huius species ea erat, quem VR A E O N Ägyptij, Basiliscū Græci vocāt. Animal id duodecim nō amplius digitorū magnitudine, vt autores nostri prodidere, candida in capite macula, & quodam diademate, vnde regiū illi nomē, insigni: siue Basiliscus ea de causa dictus fuerit, quòd eius aspectū reliqua serpentiū genera vereantur. Hic sanè flexu haudquaq; multiplici corpus impellit, quod reliquæ faciūt serpentes, sed celsus & erectus à medio incedit, quę omnia cū Nicādri versibus his optimè quadrāt:

B Τεκμοις δ' ὀλίγον μὲν, ἀπὸ τοῦ περφέρεσθαι, ἀλλων  
Ἐρπυσῶν Βασιλίκη, τὸ μὲν δέ μασθίζουσι λαθ,  
Ἐκκλήσις ἡδὶ τεία σύργα φέρει μηκός τι, καὶ οὐδὲ  
Οὐκ αρχὴ διὰ κάνεις σπαραχθέα κυάσθα λαγών  
Ινγλῶ μαρμάτσιν ὅτ' εἰς νομόν τε καὶ οὐλῶν.

Surrectum verò pectus in animali huiusmodi, in obeliscis & alijs Ägyptiorum monumētis animaduertas, præcipuè verò in numo quodam qui Fabatus est, in cuius altera facie caput est cum spolio capreæ, ab occipitio vasculum in modij formulam, quale etiam in Antonini Aug. & aliorum quorundam numis cernere est, nusquā verò frequentiū, quām in Ägyptica Bembi tabula ex ære, vbi Basilisci huius forma sēpe conspicitur, capite alijs accipitrino, alijs humano, alijs ut hic figurauiimus. Quod verò Albertus de ouo galli gallinacei simo obruto tradit, quodq; inde Basiliscus enascatur, sitq; figura eius omnino gallo similis, cauda tamen serpentina, fabulosum iudicant peritiores.



## Æ T E R N I T A S.

**S** Edenim cur Ägyptij per hoc potius colubri genus, quām per aliud quod, quam seculū æternitatēmue significant, cauſa erat, quòd inter serpentiū genera hoc vnu interfici vi non potest, si Horo Niliaco hieroglyphicān nōnullorum autori fides adhibenda est: quinimò tanta huic vni vis est, vt animalia reliqua solo sibilo fuget, quo auditō ferūt omnes auium cantus coērceri, fruticesq; & herbas nō villo morsu, sed olfactu aspectūve solo enecari. Archelaus tradit, vt apud Älianū habetur, veterinum olim iumentū in Africæ solitudine quadam defecisse, ad cuius cadauer serpentes plurimē ventitarint vt eius viscera depascentur, interim Basilisci auditō sibilo omnes profugisse, aut in sabulū fese abdidiisse: progressum verò Basiliscū, per otium sine cuiusquā tumultu quantū appetierat esitasse, cumq; satur iam abiret, iterū edidisse sibilū, quod indicū fecerat serpentibus alijs ad escam tutū patēre reditū, atq; ita eas oblatā prædam repetiisse.

## C A L V M N I I S A F F L I C T V S.

**H** Äc igitur Basilisci vis quæ sine morsu perniciosa sit, argumentū hierogly-

# Pierii Val. Basiliscus.

phici dedit Ægyptijs sacerdotibus, vt si hominem à calumniatoribus malè accē D  
ptum, & mortiferis delationibus afflictatum significare vellent, Basiliscum ap-  
ponerent: nō enim alia ratione calumniatores homines conficiunt, quām faciat  
Basiliscus: clām siquidem illi principum auribus insuffurrāt, nullo palām morsu  
infixo, quō diluendi ansa præripiatur: atq; ita pleriq; falsō delati, extrema quęq;  
pertulere. Sed ne talem ac tantam Basilisco vim inesse quispiam admiretur, The-  
biorum natio pestifera adeò fuit, vt vel solus oris eorū halitus exceptus, interi-  
mendi vim habuerit, illorumq; præsentia nō animalibus tantum, verum etiam  
satis noxiā fuisse: de quibus hæc & alia secundo Symposiorum Didymus.

**I**N ea tamen religione Basiliscus habitus

O C V L I D I V V M

Apud Ægyptios, vt ex auro dedicaretur. Caput autem illi accipitrinum faciebāt, oculosq; eo artificio concinnabant, vt & claudi & aperiri possent. Hunc simulatq; oculis ad apertis p̄ferebat, vniuersa Ægyptus lātitia atq; hilaritate perfundebatur, perinde ac si deorum oculi eos aspicerent, opemq; præsentem omnibus pollicerētur: in luce igitur & in propatulo omnes esse, & risui & iocis atq; conuiuijs dare operam. Quod si clausis eum oculis extulissent, ibi tum omnia mœrore luctuq; confundi, auersos & iratos esse deos existimari, abdere se omnes in tenebras, & obscura penetralia, miserabilicq; deploratiōe pro se quenq; niti, vt deorum indignationem quacunq; possent ratione mitigarent. Non fuit horū ignarus Philon: & Epies quidam diuinorum interpres apud Ægyptios nominatis simus, rem memoriarū prodidit. Figura autem hæc ita habetur in Bembæa tabula. Ut verò hæc magis innotescant, louem Ægyptij, autore Plutarcho, spiritum esse dicunt: spiritus nulli animalium vehementior quām Basilisco, ideoq; nulli magis diuinitatis symbolum quadrat.

S P I R I T V S.

**P**orrò anguis apud eos hieroglyphicum est spiritus illius qui per vniuersam mundi molem difflatur. Anaxagoras quoq; quatuor elementis constitutis, quæ per anguem significari statim initio diximus, rectorē adiungit, siue spiritū, siue Deum, siue mentē, vt Probus interpretatur, per quem hæc quatuor regantur: quod Virgilius etiam nullius ignarus disciplinæ affirmat dicens:

Principio cælum ac terras camposq; liquentes,  
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra  
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus  
Nens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Quem enim Anaxagoras ῥεv, is spiritum & mentem dixit. M. Tullius Platonis sententiam, quæ in libro de Anima est, secutus, principio terram ait sitā in media mundi parte, circunfusam esse hac animabili spirabilicq; natura, cui nomen aér.

A O L I P I L A E.

**N**on imperitè igitur qui Æolipilas cauant, solent illis in cōuexo draconē su perinducere, ex cuius ore circa mediū sito spiritalis illa fistula promineat, quæ ventū proflet. Sunt verò pilæ huiusmodi æreæ, cauæq;, in quas per angustissimum



E

F

**A** stissimum punctum humore instillato, vbi ad ignem admotæ concalscere cœperint & effervescere, spiritum vehementem admodum efflat; humor siquidem caloris vi rarefactus, magnam aëris copiam generat, cuius cùm minimè capax sit ea concauitas, vehementi eo impetu cogitur erumpere: cui si tantillum argenti viui infundatur, ex discordia quam materia hæc habet cum calore, inquietata magis aqua vehementius expirabit.

## S V C C E S S V S   V O T I .

**T**Antam verò affinitatis cū Dis existimationē Basiliscus affecutus est, vt ausi olim sint mortales sanguinem eius difficillimè conquisitum curiosius asseruare, Saturni eum sanguinē appellantes: quem si penes se haberent, existimabāt & successus petitionū à Potestatibus, & à Dijs etiam precū, morborū remedia, beneficiorumq; munera largius impetrari. Astrologi quoq; Basilisco tantū tribuunt, vt stellam in corde Leonis sitam, Basiliscū appellant, quam Chaldei rerū cœlestium reginam & dominam existimarunt, quod in Arati commentarijs tradit Theon, vbi de leone agitur, necq; dissimulat Nicephorus in Astrolabij strutura. Quanquā in vniuersum inesse anguibus vim magicam ad gratiā sibi comparandam, Magi tradidere, quibus periuasum est primum vniuerscuisq; Dracoris fpondylum mulcere aditus Potestatem, principumq; gratiam conciliare.

## S A C E R D O T I V M   S A C R O S A N C T V M .

**Q**Ui verò serpens sacerdotum insigne oblongo obuolutus pileo gestabat, monumēto erat, vt si quis cōtra Reges (penes enim sacerdotes Ägyptiorum erat imperiū) auderet insurgere, sciret se in venenatos morsus incursum.

## O R I S   V I S .

**H**Ac autem de causa oris vim describere si voluissent, colubri signum protulissent: nā coluber nullis alijs corporis partibus validior quā ore ipso. Celebratum est illud ad horrorem incutiendum, οὐγμα ἀστροῦ, cùm virulentum & immedicable vulnus aliquod intelligi volumus. Aspidū ictui vel nullū, vel rārum admodum remedium inueniri, tradit Älianu: compertumq; est pleruncq; ictu læsos huiusmodi, vix horis quatuor superfluisse. Et Moses cantico venenū aspidum ait insanabile. Eustathius, eam morsu lethiferū somnū superinducere: **C** Plinius, ea percussos torpore & somno necari tradit: eaq; de causa somniculosa dicitur à Sisenna. Color aspidis plurimū niger, quibusdā & cineritius: quādoq; etiā aspis fulua deprehēsa est, quā ego in agro Bellunēsi vidisse olim reminiscor.

## F V R O R   I M P L A C A B I L I S .

**I**Mplacabilem furorem Diuinæ literæ per serpentem voluminib. implicatū, & qui linguis mieet ore trisulcis ( ita enim describitur irritatus ) expressere. Psal. LVIII legas: Furor corū serpentini furoris instar, & sicut aspis, & quæ sequuntur. Incomparabilis porrò est in angue furor, qui simulac se lēsum sensit, ita vela nè furit, vt nunquam absistat donec venenum intulerit, aut præ rabie exanimeatur, vt ait Euthymius. Et quoniā feritate, vti dictum, reliquas colubras aspides antecedūt, posito genere ad istius accedit speciem quæ maximè sit intractabilis.

## C O N T V M A C I A .

**I**Nde aliud desumitur hieroglyphicum: sunt enim qui cōtumacem hominem, nulli quippe legum imperio, vel magistratum edicto, potentiorū ve iussis parere destinatum, per aspidem aurem obturantem aptè significari tradant: ea siquidem vbi se excantationibus accersiri senserit, statim vna in terram aure defossa, alterā cauda obturat, ne carminū vocem exaudiat, atq; ita Magorū conatū

# Pierii Val. Vipera.

eludit. Verā autem esse serpentium excantationē, manifestissimè cōstat Psalmō D LVI, ubi Dauid ita canit: Furor eorū par est anguiū furori, sicut Aspidis surdç, & obturantis aures suas, quæ vocē ritē quantūlibet excantantiū non exaudiat.

## D E V I P E R A.

### V X O R I N I M I C A M A R I T O.



D hæc viperæ suo quodam ingenio prædita, extra ordinem sua habet hieroglyphicā, quorum illud præcipuum, quod mulierem quæ virum oderit suum, cui morte etiam intentet, neqz nisi coitus tantum gratia blandiatur, per pictam viperam sacerdotes illi intelligebant: ea siquidē, ut apud Horum est, cùm mari copulatur, caput eius ori insertat suo, atqz in concubitus cōflictu nimia voluptatis vi superata, capite maris mordicūs amputato, maritum extinguit. Id cùm Plinius, Nicander, Galenus, tum pleriqz alij autores grauissimi tradunt, miror Albertum vnum è nostris conatū eos redarguere, qui dicant viperam in coitu mariti caput amputare. Sed missa faciam quæ Galenus & alij scripsere in hanc sententiā, Nicandri verò carmina tam pulchra minime prætermittenda fuerint:

Mή σύγ' εὐ̄ τεισθεισ τύχις, οτι δέμημα τεφνήσ  
Γρηγορός ἔχεις θύκοι τη πλώ τολθειτού έχειδυς,  
Ηίνα θερηφάλης ἔχει θολορέω καθόδηντη  
Θρησκέας ἀμνές ἐμφῦσο κάτιλιν ἀπέκοψεν δύσιντο,  
Οἴδη πατρός λαζάριον, μετεκίανον αὐτίκη τυτλοί,  
Τεινόμενοι ἔχεισθαντι μέτροι μητρός αραιώι,  
Γαστέρας αἰσθεώσαντος ἀριθτορέος θερεύειντο.  
Οἴη καὶ βαρύθειται κατεκύματα ποιῶντας θύλω  
Ωστόκαι δραμεις λεπυγέων θάλπασι γενέθλω.

Quæ sic Latinè traduci possent.

Dij meliora velint, ne tunc incautus apertis  
In triuīs, cùm forte acres mas luridus atræ  
Coniugij euasit dentes, & fulminis ietum,  
Vipereo occurras generi, námq; illa in apertas  
Excipiens semen fauces, caput inde mariti  
Complexu in dulci abscindit: mox damna parentis  
Extincti fera progenies vlciscitur, aluo  
Materna abrofa, & catuli sine matre oriuntur:  
Sola etenim hæc animam fœtum, reliquæ oua colubræ  
Per syluam excluduntq; fouentq; in cortice prolem.

Neq; me præterit, esse qui alia quædam serpentiū genera animal párere tradant, qua super historia multum diuq; annis proximè clapsis decertatum est inter literatos viros, lite adhuc sub iudice destituta, cùm etiam fuerint ætate nostra, qui has quas putamus viperas vtriusq; sexus electas viuarīs inclusere, easq; aliorū instar animalium coniungi, concipere, párere, educareq; scetus suos experimen to compererint, nullo parentum desiderato. Quod si quis in hoc negotio plura depositat, ab editis iam eorum libris desumendum fuerit. Sanè alia etiam est viperæ generatio: siquidem Aristoteles, ut apud interpretem Theocriti legitur, la certam exiccatam ait in viperam mutari.

### FILII CONSPIRANTES IN MATREM.

V T verò reliqua prosequamur, filios aduersus matrem conspirantes, Ägyptij sacerdotes per eiusdē viperæ hieroglyphicū notabāt. Quod si quis hominum

A minum tantū sceleris admisisset, articulatim eum acutis calamis cæsum iubebat *Parricidæ viuum super spinarum accruos comburi, meritò maximū omnium scelus iudi, supplicium.*  
 cantes ei mortem inferre, à quo vitam quis accepisset. Hac verò de causa dicunt viperas in parricidæ culeum includi solitas: nam Simia, quam Iuuinalis innoxia appellauit, filios, ut in Cynocephalo diximus, suos necare ipsa solet. Canis verò & Gallus non alia de causa creditur cum his idem subire supplicium, nisi quia & ipsi impiè facere videntur, quod & sorores & matres ipsas saliant. Sed quod ad parricidium attinet, non id tantum animantium genus eo scelere contaminatur, verum etiā phalangia, ut & polypos & fluuiales equos taceam, eadem prorsus impietate notata sunt: hæc enim factu numero, quippe supra triginta interdū, edita, matrem quamprimum orta fuerint interimunt, nonnunquā & patrem, eo viperis immaniora, quo illæ nascendi necessitate, hæc iam nata, nulla cogente causa, nullo inuitante commodo, sponte se parricidio polluunt. Non præteribo quod Theophrastus negat viperarum vterum à catulis suis exedi: namq; autor ille summæ inter Græcos diligentia, aliam in his maternæ mortis causam com-

B miniscitur, disrumpi quidem sponte vterū, vt pote qui angustus adeò sit, ut tam numerosæ prolis multitudinem & incrementum capere non possit. Idem mari-  
 nis acubus euenire, quas admodum tenues prolis multitudine disrumpi cogat. Quod verò Dominus Pharisæos viperarum sobolem vocat, ad Dauidicum il-  
 lud spectare dicit Irenæus, Alienati sunt peccatores ab vtero, ira eis secundum *Psal. 57.*  
 similitudinem serpentis, siue quia venenum semper sub lingua promptissimum habebat, siue quia erga patrem ingrati abdicatiq; sunt, nullam hæreditatis par-  
 tem assecuti, siue ob perplexas vias, quas à recto itinere declinantes occupabat,  
 per ambages & deuia progredientes.

## A B O R T V S.

P Ræter hæc sunt è iunioribus, qui abortiuum incommodū per viperam mu-  
 lieris pedi suppositam significare commenti sint, quod apud veteres nusquam  
 memini me legere. Figmenti tamen huius causam minus explodendam apud  
 Plinium olfecisse videor: siquidem is traditum ait à veteribus, mulicrem præ-  
 gnantem si viperā siue studio, siue incuria transcenderit, abortum facere, vñque-  
 C adeò viperæ venenum vel afflatu solo in humani generis perniciem grassatur,  
 fitq; ita serpens ea humanorum partuum fascinatrix, quod illi ritè párente non li-  
 ceat: ut minus iam miremur venenum illud quo Scythæ sagittas suas inficere co-  
 suerunt irremediabilis scelere, non alijs libentius rebus confici solitum quam vi-  
 perina sanic, & humano admixto sanguine.

## V V L N V S A M A T O R I V M.

Q Væ verò de morsu viperæ ponūtur à Platone Symposio, eius scilicet iectu  
 tactos aperire nolle quid patientur nisi ihs qui similiter ægrotant, mysticè,  
 vti suus est mos, posita sunt. Sed cur Platonis veritatis discipulo innitamus, cùm  
 liceat homini Christiano Platonis ipsius præceptores, Prophetas quippe & sa-  
 pientes alios legere, qui de mundo, & ihs quæ supra mundum sunt, accuratissi-  
 mè differuere, coelestisq; numinis afflatu cognita, mortaliū ingenij cognoscen-  
 da pposuere, perq; eos ad eam, quæ vera & sola est, sapientiā peruenire: In hoc  
 autem serpente, sacratioribus interim interpretationib; omisis, nostræ nobis  
 imbecillitatis conscij, humaniora quædam prosequemur, quæ si non ad diuino-  
 rum intelligentiā, ad mores certè, & vitæ nostræ conditionē facere videbuntur,  
 eamq; ingrediemur viam, quam admirandus Philon primus omnium videtur

# Pierii Val. Vipera.

aperuisse. Dicemus igitur viperinum hunc morsum sp̄ectare nim̄rum ad illud D̄amatoriæ mollitudinis hieroglyphicum, quod apud nos in Diuinis literis per serpentem qui Adamum decepit, probatissimorū autorum opinione designatur: in illo enim, vt hi tradiderunt, voluptatis, nequitiae, molliticiq; fomes delitescit. Picturata siquidem cutis, vt cum ipso Philone & alijs super hoc latius philosophemur, varias delicatasq; rerum omnium illecebras p̄r se ferre videtur. Et mortale genus nulla re magis afficitur, quam rerum varietate. cuius rei experimentū est in pictura, in fictili fabriliq; arte qualibet, aliqua ratiōe digesta. Quin & natura ipsa varietate ad lasciuiam vscq; delectari videtur. Plantarum enim diversicolores flores, varia germina, speciosi fructus, & alia atcq; alia forma, hisq; atcq; illis coloribus intincti, ac multiformes animalium facies, visum oblectant, quibus si supra modum delectemur, in eorum admirationem nimium illecti, in hæsitare videmur luto, proniq; in faciem procubere, totoq; ventre serpere: terreno enim vescimur cibo, posthabito eccllesti; nam vt optimè ait Horatius,

*Insani sapiens nomen ferat æquus iniqui,  
Ultrà quam satis est, virtutem si petat ipsam.*

E

Illo prius aptè proposito subsequitur:

*Quid censes munera terræ,  
Quo spectanda modo, quo sensu credis & ore?*

Ad hæc comedationes & ebrietates, gulæ ministræ, non minùs quam mordax serpens miseris artus animæ depascuntur. Reptatus autem nihil aliud significat, quam animum qui attolli nequeat in sublime, semperq; deiectus ad sola terræ commoda prorepat. Spiræ cōglobataq; volumina mille, quibus assidue decipimur, laqueos intento veluti dígito demonstrant. Latebris gaudet coluber, latebris & voluptas impura, quæ veluti in scrobibus & hiatibus, in humanis quippe sensibus occultatur. Hinc apud Græcos Mycheæ Veneris sacra, quæ in specubus & abditissimis penetralibus celebrantur: μνχος enim secessus est. Et scitè Lysitetes Plautinus adolescēs Trinummo, amorem lascium latebricolarum hominum corruptorem vocat: super hoc Tertullianus ita declamat: Abscondat itaq; se serpens quantum potest, totamq; prudentiam in latebrarū ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus scriem suam euoluat, tortuose procedat, nec semel totus lucifuga bestia: hæc ille. Venenosa verò sibi la veluti surrepentis ipsius mali blandimenta quædā sunt: nam boni specie decipimur. Ad hæc futurum dicit Deus, vt homo serpentis caput obseruet, ille hominis calcem aggrediatur: malorum illud affectuum principiū contagionemq; mentis ex multiplicis voluptatis vnu indicat, cùm eius præcipua vis nostræ insidiat cogitationi. Per calcem verò animę pedem intelligimus, quę illa est portio despicatissima, qua materiæ vti solo innitimus, altrix inquā, & cibaria potestas, libidinis irritamentum, & voluptariæ totius lasciuiae magistra. Est hæc, inquam, Philonis sententia, cui D. Ambrosius è nostris libenter accedit, & ex serpentis specie figuram delectationis intelligi asseuerat Hexaëmero, & ad Sabinum epistola. Nam & Origenes reptile venenatum in nobis esse dicit, cùm mulierē aspeximus ad concupiscendū eam, atq; vt in ea penetralia & sacra adyta subeamus, vnde sublimiora quædā ad puriorē aërem patefactis hiulcæ terræ foribus proferamus. Nónne idē Origenes de immaculato Virginis vtero, & ortus vitæq; eius integritate perpetua loquens, eam ait neq; serpentis persuasione deceptam, neq; venenosis eius flatibus infectam? Cyprianus de serpēte eodem contra Nouatianum

A uatianum: Plus metuendus est, inquit, & cauendus inimicus cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, vnde & nomen serpentis accepit: ea eius est semper astutia, ea est circumueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia: sic à principio statim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens rudes animas incauta credulitate decepit.

## DE SYRTIBVS ANGVIPEDIBVS.

**F**Abulam Libycā ponit Dion Chrysostomus oratione quinta, ab istiuscemo di commento non admodum alienam. Esse quidem in Libya ferarum genus ex promiscuo bestiarum plurium, & diuersorum generum coitu progenitum: id autem immane admodum sœuumq; & ferocissimum circa Syrtes plurimū versari: cibi gratia tum feras reliquas venatu, tum humanū paſtum conquirere quam audīſſimè. Eius verò monſtri naturam faciemq; forma esse huiusmodi conspicuam: corpus quidem muliebre: idq; admodū formosum, laſciuē tumenes papillæ, totumq; pectus ac ceruix pulcherrima, colore cutis nitidissimo: mira ab eius oculis proſiliebat hilaritas, quæ intuētem quemlibet in amore procliuiter alliceret: reliquum autem corporis horridum, & squamarum ſcabritie asperum & intractabile: infernè demum in longum anguei mōſinebat, cuius caput in extrema parte positum acre admodum eſſet & mordacissimum: alis non eſſe præditum, ſed ſphyngis instar factum, neq; tamen eloqui, ut illæ faciunt, ſed draconum in morem ſibilum tantum ædere acutissimum. Feras has tota Libya plurimas, atq; omnium quæ quot & qualibuscunq; pedibus ingrediantur velociſſimas, ut nemo eſſet tam alacer, qui earum iuſtus effugisse gloriari poſſet. Animalia itaq; reliqua quotquot naſtæ fuerint, perniciitate ſua fretæ ac robore, per vim aſſequuntur & opprimunt, ſed vnum hominem dolo tantum blanditijsq; adoriantur, & ſuperant, vtpote quæ pectoribus tam amabilibus oſtentatis, ſpectatores vti preſtigij ſimplicitate, fallaciſſimosq; amoris laqueos intentat conciliandis cōgreſſibus admodum idoneæ: in hos quippe cum inciderint, nullum crient tumultum, nihil hostile minantur, immotæ verò manent oculis interim ad terram magna cum modestia deiectis, instar ſpecioſæ lepidæq; ſeminae ad colloquij congressumi inuitant, lenocinijsq; omnibus alliciunt: ſimulac verò quis, ut voluptuosorum hominum imprudentia eſt, cominus acceſſerit, exemplò eum arripiunt, iniectis quas aduncis vnguibus præditas habent manibus, tandiu prius occultatis, quo ad prædæ capiundæ oblata ſit occasio: insurgit extemplo ſerpēs à tergo aggressus, apprehenſumq; lethali morsu transfigit, venenoq; immiſſo necat eueltigio, mox cadaueri miserabile ſerpens & feræ ipsæ lætanties vna socialiter depaſcuntur. Ad hæc addit, Herculem Libycum iter eà facientem in eas incidiſſe, quas vbi p̄imū ē longinquo proſpexiſſet, curſum arripuerit perniciſſimum: illæ autem cum diu nec ignauiter ſubſecutæ, prædam tamen eam nancisci minimè potuiffent, indignatione ſuccenſæ omnem in ſe crudelitatem conuertēre, ora pectoraç; vnaquæq; ſua ſcediſſimè dilacerata diſcerpentis. Ita monitos eſſe nos debere, ut more Herculis, improbitatem atq; laſciuiam tantummodo fugiendo ſuperemus. Quod quidem figmentum ex aurea ilia Ecclesiastici ſententia mihi desumptum videtur; Peccatum tanquam colubrū fugiendum: paratum id enim eſſe vnumquenq; ad ſe accedentem haud grauatè fuſcipere.

## F A V N V S A N G V I S.

**H**Vic perquam simile eſt quod apud antiquiores Gr̄cos ſuper Hecate pro-

# Pierii Val. Vipera.

ditum, eam alij Semelem vocat, quæ tandiu Fauni patris nequitiae restitit & ob-  
luctata est, etiam virga myrtea verberata, & vino oppressa, donec ille in angue  
transformatus, filiam spiris vndicę colligatam improbitati suae parcere compule-  
rit. Cuius fabulae apud veteres indicia fuerint, ab Hecates templo longe summo-  
ta myrtus: vitis supra caput signi eius extensa: vinumqz, quod proprio nuncupa-  
re nomine non licebat, sub lactis vocabulo inferri solitum, quiqz ibidem passim  
obrepunt innoxij serpentes: quæ quidem fabula facile ostendit eandem diuina-  
rum humanarumqz rerum disciplinam vniuerso mortalium generi diuinitus in  
usu habitam, sed ab alijs nullo verborum aut rerum inuolucro, ab alijs sensu my-  
stico, ab alijs per symbola, ab alijs per similitudines, per fabulas ab alijs memo-  
riæ scriptorum diligentia commendatam, aut à patribus acceptam, posteris per  
manus proditam: lacescit enim assidue humanum genus, quod & Apostolus  
Paulus apud Deum queritur, Faunus pater naturæ stimulis importunus, id est,  
originis ipsius compages coagmentatioqz, & modò myrto, hoc est, imaginatio-  
ne Veneris, modò vino, hoc est, lætitia & hilaritate, modò spiris ingētibus, hoc  
est, multipli voluptatis ipsius varietate suggerita, nos oppugnat, perqz eam de-  
mùm exuperat. Atqz hęc illa patris domus, cuius obliuisci nos debere, admonet  
Propheta.

S E N S V S   A'   V O L V P T A T E ,   M E N S   A'  
S E N S V   D E C E P T A .

**M**Vlieris porrò figura apud Diuinarum literarum interpretes pro sensu ac-  
cipitur, viri vero pro mente: vnde quidam Adam terrenam mentem inter-  
pretati sunt. Hic igitur siue Faunus, siue, vt nostri rectius, serpens, accingit se pri-  
mū ad expugnandam mentem, subuertendumqz intellectum. Hic sua virtute  
opibusqz fatus, hostem repellit acerrime, vti Adamū decet. Quid ille vafer &  
malignus? Eam adoritur, sensus ipsius obiectat commoda, delicias proponit o-  
mnes, voluptatū explicat illecebras, quarū gustu vel mininio expugnatur Euæ  
imbecillitas: illa incautum opprimit Adamum, mendaciumqz cōmenta, lenoci-  
nio suo atqz blanditijs cum cogit aberrare. Athanasius sanè cùm puritatem ani-  
mi, quæ in Adamo primitius fuit, in spiritualium rerum cōtemplatione tantum  
occupato, metaphoricè Paradisum à Mose nominatū ostendisset, ibidem adie-  
cit quo pacto sensus mentem à spiritualium rerum meditatione serpentis consilio  
ad corporis voluptates auerterit astrinxeritqz. Diuus Augustinus in 48 Psal-  
mū, Singulis, inquit, nostrū inēst mulier hęc: quippe caro nostra, Euæ est, quæ  
seducit virū, id est, rationem: per quam carnem labitur homo, quem lapsum cal-  
canei nomine quod à serpente fuerit impeditum, Prophetę appellauerunt. Hinc  
Menander Samarita occasionem sumpsit scelesti perniciosiç dogmatis, qui nu-  
ptias & generandi studium à viperinæ naturæ satana mentiebatur emanasse.

S E N S V S   Q V I N Q V E .

**I**N Euangelica lectione virgines quinqz satuæ totidemqz prudentes cum lam-  
padibus producuntur, quæ, vt Ambrosius putat, sensus quinqz in sapiētibus  
suo lumine lucidos, eosdemqz in insipientibus erroris tenebris obfuscatos indi-  
carent. Quare videndum an Fulgentius recte ex Apollophanis Epico, vt ipse  
dicit, carmine commentus sit Saturnum satum ῥετο appellarī, quod ῥετο Græcè sen-  
sus dicatur, quem pro mente & intellectu poni passim inuenimus: nisi ea de cau-  
sa vocabulum usurpemus, quod per sensum, vt Aristotelici, ad rerum cognitio-  
nem deuenimus: à νέω enim ῥετο. Quod tamen alicubi νέω significatum usurparit  
pro

A pro sensu, id in Aonibus Valentinianis habetur: nam is Aristotlem secutus, λόγον à Nō emissum prædicabat, rationem quippe à sensu proficiisci, de quo Irenæus lib. ii, cap. 39, & 40. nam hæc nūc nostri non sunt negotij. Duo verò sunt, si credimus Aristoteli, quæ nostri ad vnamquancq; rem motus causa sunt: vel ipsa scilicet cogitatio, si nunc intellectum vereamur appellare, vel sensus, rerum enim aut utilium, aut commodarum, aut quas quoquo modo bonas existimamus, imaginatio, vel ab ipsa cogitatione procedit, quia tales fore existimamus, vel ab eo quod sensu experti sumus. Ipsa igitur vel cogitatio vel sensus, imaginationem creat, imaginatio statim excitat appetitionem, appetitio affectum, affectus motum, ut ad assecutionem perueniatur. Nostri igitur primi parētes duo, intellectus & sensus. Intellectum vero hic accipio cogitationem quæ certo sit cursu peracta. Sensus ubi intellectui paret, perpetua uititur tranquillitate, ipsoq; deliciarum paradiso perficitur; ubi vero intellectus sese sensui manciparit, tota aberrat via, & à priore illa amoenitate quieteç; ad labores, & inuisas rerum omnium turbas eiicitur.

B

## M A L V S D Æ M O N .

**Q**uod verò malum dæmonem per viperinam figuram indicamus, multorum consensus accedit. Nam & apud D. Hieronymum draco inter diaboli cognomenta numeratur: & diabolus locutione Malo saepe ponitur, ut in prece quotidiana diceret Cyprianus, Sed libera nos à malo: quod tamen ipse, libera nos à maligno, protulit. Sed præcipue Ecclesiastici x. eo loco, Si momorderit serpens in silentio: si quem, ait is, serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscientia, eum peccati veneno infecerit, & quæ super pœnitentia sequuntur. Et causam addidere nonnulli linguae motationem, quæ tam multiplex apparat, ex quo multiplicia eius incitamenta interpretantur. Nam qui eius minister est, aliud porrò lingua loquitur, aliud corde meditatur: his Dominus ait, Generatio viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. Et in diuinis literis alibi factum silentium in celo legas, dum committeret bellum draco cum Michaële archangelo: alibi contritum ab Assertore nostro caput draconis in Jordane fluvio, atq; ita nos ab eius dominatione liberatos: & huiusmodi pleraque alia. Nam & Pythones genus dæmonum est, & Pytho serpens apud gentiles

**C**essingitur, quem Apollo sagittis conficerit: quod quid sibi velit, alibi diximus. De Pythonibus habemus in gestis Pauli, qui vnum ex his exire iusserit è muliere, quam is occupauerat, propterea quod clamitabat illa, & Paulum & eius comites esse seruos summi Dei, qui viam salutis annunciarēt. Id verò dolebat Paulus, inquit Origenes, quod indignum iudicaret sermoni suo à Pythonis spiritu testimonium exhiberi. Et Regum primo Saul mulierem, quæ Pythonem habebat, sibi sisti mandat, ut per incantationes, Samuelis animam euocaret. Sunt qui dicant (ut hoc ἐπέδειξαν admoneamus) Samuelis non animam, sed imaginem Pythonissæ oggestam: sunt qui Dei permisso veram animam afferant, ut ex calamitatis, quæ Sauli totiens prædicta fuerat, asseveratione, acrius cruciaretur: alioquin ut Deut. XVIII, maximè eū abominatur Deus qui Pythones consulat.

## D E L E C T A T I O .

**Q**uantum verò pertinet ad delectationem, audimus Deum Opt. Max. ita illum execrantem deuouentemq; vt super pectus suum, & vtero incumbens suo, sit semper incessurus serpens: quod, vt diximus, Philoni, Ambrosio,

# Pierii Val. Serpens I.

Athanasio & aliis subscribētibus, de terrenis delectationibus intelligitur: quare in id quoque deuouit serpentē Deus, vt terra perpetuō vesceretur. Ac ne Menippeam fabulam ab aliis recitatam seriis his admisceam, adagiu illud ex ea tantum attingam, quod de Lamia fertur, quæ libidinis appetitu percita, Menippi admodum iuuenis sanguinē deglutire cupiebat, ab Apollonio Tyaneo, vt memorat Philostratus, dictum, οὐ πάτερ, οὐ αὐτός, anguem concupiscis, tecum anguis: quod is scilicet mulieres appeteret, & ab eisdem identidem expeteretur. Quid Plato: nōnne Mosaicam secutus historiam ait Phaedro, dæmonem aliquem in ipso statim principio rebus humanis voluptatem immiscuisse, veluti oblectamentum aliquod non inconcinnum, adulatori grauissimæ bestiæ maxi mæque calamitati, natura inseruerit?

## L I B I D I N I S A N T I D O T U M .

D**A**Nimaduertendum vero est naturam ostendisse nobis, iejuni hominis spuro serpentem necari posse: ex quo tacitè submonuit, Venereas voluptates libidinisque ardorem, iejunio identidem extingui: nam hæc sine Cerere & Bacco, vt ait ille, omnino frigent. Et Matth. 9. adolescēs ab impuro oppressus dæmone, nō nisi oratione & iejunio curari potest, vt Assessor noster admonuit. Et quoniam sunt quibus commentitiū hoc videtur, asserit id Galenus πεδικού τρίτο, asserunt idem Alexander Aphrodiseus, autor minimè contemptibilis, & Plinius, & plerique alij rerum naturalium scriptores, qui rem ita tradunt: Si saliuia iejuni hominis in os vel vulnus Scorpionis, vel serpentis, vel alterius venenati animalis inciderit, & ad interiora penetrauerit, exitialem eis esse, quod & Lucretius his versibus tangit:

*Est itaque, vt serpens, hominis quæ tacta saliuis  
Disperit, ac seipe mandendo conficit ipsa.*

ECausam Philosophi perscrutant, aiuntque fieri hoc ob magnā inter vtruncque animal contrarietatē: serpens siquidem frigida & sicca est corporatura, homo autē calida & humida: hinc alterū alterius visu tactuque exhorrescere, humanoque sputo tactum anguem & què fugere, ac si feruentem in aquam incidisset, id si penetrarit in fauces, etiam extingui. Quod vero aiunt pollere ad hoc iejunioris hominis saliuam, sciendum & ab iejuno quoque morsum esse pestilentem.

## P E T V L A N T I A E F I N I S .

F**N**ecque absimile est à sacris inuentis, quod de Chimæra dicitur, cuius extrema pars in draconem desierit. Amorem enim lascivum per figmentum illud significari tradunt autores optimi: cuius finis quinam aliis esse potest, nisi voluptuosa procacitas: quæ tamē vt ex voto facta transfactaque omnia sint, venenum demum internecia animi exulceratione relinquit, quæ latius in Leone, vbi de Chimæra agitur, sunt explicata, vbi & quid super hoc Hesiodi interpretes asserunt, addidimus. Talis dubio procul serpens incautam Eurydicen afflixisse finitur à Poëtis.

## V O L V P T A S M A T V R E' E X T I N C T A .

G**H**erculem vero, quem vetustas illa pro virtutum omnium tam animi quam corporis idea proposuit, angues etiamnum in cunabulis elisisse canunt: quippe eum innuentes, qui ad magna præclaræ negotia sit natus, debere vel à teneris vnguiculis extinguere voluptates. Merito igitur insigne facinus hoc utili omnibus exemplo futurum, tot in marmoribus sculptum videas, atque in numis

**A** numis etiam: cuiusmodi ille est, cuius altera facies inscriptionem habet K P O EΩΝΙ. Literæ verò reliquæ in numo, quem attrectauimus, detritæ sunt. Quòd si qui figuram huiusmodi autumant institutam, vt fortitudinem, in columitatem, ac membrorum robur, quo Crotoniatæ vulgo prædicti ferebantur, Herculi commendarent, non labore: quippe qui non ignorem bonæ valetudinis laudem scriptorum omnium consensu Crotoniatis attributam, adeò vt in vno certamine Olympico septem viri, qui reliquos virtute præcesserant, pariter Crotoniatæ omnes sint reperti: quod latius apud Strabonē libro Geographiæ sexto. Vnde etiam dictum illud emanarit, οὐ γάρ των θεῶν εἴης φόβος. Deçp optima valetudine Plautus ait, pugilicè, atque athleticè: nam membra fortia vegetaçp magis omnino ea sunt, quæ minùs sese voluptatibus & nequitia dediderunt. Sed vt ad anguem reuertamur, ne adeò mirum sit cum voluptatis & libidinis habere significatum, legimus apud Plutarchum eos puellarum amasios aliquando deprehensos esse, omniaçp amoris & nequitia signa præbuisse: veluti is qui Aetoliae cuiusdam amore captus, noctu eam adire suetus, puellæ corpori circunfusus, hac atçp illac illabens, illam nunquam necçp vltro necçp inuitus lædebat, opportuneçp sub diluculum recedebat: quod cùm iñ quibus puella curæ fuerat intellexissent, eam aliò migrare compulerunt: serpens per triduum et quatriduum non adesse, sed diligenter accurateçp circuire, illam queritans: quam vbi mox inuenit, casu illi obuiam factus, non vti solitus erat mītis & blandus, sed asper & horridus in eam insiliit, manibusçp primùm spira ad corpus adstrictis, caude residuo femora flagellabat, leuem quidem iram præ se ferens, quæ licet indulgentia aliqua permixta esset, castigationem tamen apertè demonstraret.

## A R A X A.

**N**Eçp quidem dissimulandum, quòd Scythæ huius salacitatis ergò, quæ per serpentem symbolicè fингitur, Araxam famosæ libidinis scemnam, cuius Diodorus tertio meminit, semiuiperam figurabant: humana quippe forma vmbilico tenus, reliqua viperina. Ferunt hanc cum Hercule copulatam filios treis genuisse, Agathyrsum, Gelonum, & Scytham iuniorem, qui totidem gentium mox autores fuisse perhibentur.

## C O N T I N E N T I A.

**C**IN sacris Hebræorum literis Dana serpentem æreum Moseos admonitu factum legas, qui aduersantem voluptatibus virtutem præ se ferebat, hominēçp à pestifero quo quis veneno sospitem reddebat: ea est continētia, atçp constantia, atque ideo ex ære, hoc est, fortiori perennioriq; materia conformatur: æs enim valde solidum est, neque ulli obnoxium rubiginis: quare nexus ære trabes apud Virgilium legas ad perennitatem catenarum: & monumentum ære perennius apud Horatium eodem sensu. Ideni & viuentū salubritati aduersus putrescentia efficacissimo est remedio. Acuti quoq; mucrones ærci cadaueribus infixi, ea ne putrescant, vel vt diutissimè saltem asseruentur, efficiunt.

## C A L L I D I T A S.

**S**Ed necçp calliditas prætercunda est, quæ per serpentis imaginem indicatur. Et Moses prudentissimum inter bruta serpentem dixit. Animal præterea motu varium est, atçp ad subsidium defensionemçp præcipue paratum, quodçp hostem vlcisci probè possit & norit. Draconi verò similis est virtus indagatrix, quæ diligenter omnia perscrutetur, rimeturçp studiosissimè: ideoçp ab acuto visu nomen illi factum. Et quoniam in primis voluptatem ex eo significari dixi,

# Pierii Val. Serpens I.

mus, ut quod instat agamus, ea demum vera voluptas est, quæ ex intellectu de- D  
purgato, & sano sensu perfectissima redditur, vnde absolutum oritur iudicium,  
quo freti possumus nosmetipsos prudenter tueri, atque sapienter conseruare.  
Quod igitur vitæ periculum amatoria morsunculæ, & voluptatum vulnera,  
intortiç deliciarum laquei intentare videbuntur, id omne temperantia depel-  
lat, longeç summoueat: illa enim vna incontinentiæ opponitur aduersaria;  
equum hęc, vt pote ferocientis improbitatis & vitiosæ cupidinis simulachrum,  
mordeat, atq; ita vitio prostrato, sessorem in virtutis æqua planicie sanum inco-  
lumemq; listat.

## PIERIVS VALERIANVS AD ACHILLEM

MAFFÆVM PATRITIVM ROM. DE SER-  
pente in aliquot signis militaribus, dēç caduceo ad  
rem ipsam, ex sacris Ægyptio-  
rum literis.



VI verò opusculum hoc alterū de quibusdam serpentis significationibus, in signis præcipue militaribus, dēç caduceo, nuncupem potius, quam tibi, Clariß. Achilles? qui præter absolutam Legum peritiam, totius etiam es antiquitatis non incuriosus affectator: cuiq; haec domini nascuntur tam patris tui viri elegantiissimi cura, quam accuratissima aui illius tui clarißimi diligentia, qui cùm à secretis Pauli Veneti II. P. M. esset, quantulumcunq; otij publicis à negotiis surripere poterat, totum id rerum harum cognitioni studiōq; tradebat: méque fateor à vobis mutuo accepisse plurima in toto hoc negotio meo, quæ tibi readdere, post rem arbitrio meo digestam, iustum & equum q; existimau. Accipies igitur à me redhibitionis, sed liberæ & ingenuæ nomine, multarum rerum expressa significata, quarum figuræ imaginēsq; apud vos laudabili cura custodiuntur: illud, præcipue familiaribus nobilium domorum insignibus argumentum, contra iuniorum quorundam eruditorum opinionem scriptum ostendisti, quod ex ipsa retinestate desumptum, & apertissime comprobatum perlegisti. Subieci, me quoque sentire tecum, & in hoc comprobando non parum allaborasse Imperatorum veterum atque adeò militum insignia, & in parvulis & in signis more nostro picta fuisse multa enumeraui, præsertim eorum qui serpen- F tem protulissent: nam circa caduceum solitus plurimum esse videbaris: & quæ de principatus hieroglyphicis multa differui. Iussisti mox vt ea omnia conscriberem, quod pér otium ea recognoscere constituisse. Quamprimum igitur mihi quoque per otium licuit, quod optare te tantopere contenderas, efficere procurau, idq; quamlibentissime, qui quantum in lucris ponerem nō ignorabam: simūlq; mihi stimulus addebatur ad studia hæc veluti postliminio reuisenda, quæ in multarum occupationum quasi concursu, diutius fuerant intermissa. Tuæ præterea humanitatis opera, multa in melius resarciri posse videbam, vt ita minimè foriè peritura esse lucubratio mea, quæ talem tantumq; sibi argumenti huius non lectorem modo, verùm etiam adiutorem comparasset: censuram enim doctrinamq; tuam spero mihi plurimum profuturam.

IMPE.

## I M P E R A T O R.

**A** R I M V M igitur hieroglyphicum in hoc genere illud erit, quod ad rerum summam pertinet. Sacerdotes enim Ägyptij si vellent Imperatorem, aut potentissimum quempiam Regem per institutas ab eis imagines indicare, anguem, ut apud Niliacum Horum est, in spiram collectum faciebant, palatiū cuiusdam specie in voluminum medio statuta: siquidem domus regia in imperij totius centro sita esse debet, ut omniū eque commodis consulatur. Nam Plato Legum quinto, Reip. suae urbem iubet in medio regionis, quoad fieri potest, poni. Et Geneseos 23, cùm dicendum esset, Erat autem Ephron longè princeps Hethorum: scriptum inuenias ad huius instar hieroglyphici, Habitabat autem Ephron in medio filiorum Hethios. Hinc rerum scriptores memoriae non temere prodiderūt, Antoninum Pium in urbe semper sedisse, ut ita medius nuncios vndiq; citius accipere posset: ideoq; ne lōgiū abesset, nullas vñquam expeditiones obiuit, prædia sua tantum in Campania nonnunquā visere contentus: quāuis esse scio qui factum hoc ab eo dicant, quod gratiē esse prouincialibus comitatū Principis etiam nūmis parcī existimaret. Diodorus autem licet alia quoq; serpentis significata commemoret, quin tamen & imperium ex eiusdem animantis pictura intelligi possit, nequaquam inficiatur. Quidam hominem regni potitum hieroglyphicē ita describunt, ut eum manu serpentem comprimere indicet, cuiusmodi simulachrum est in numo Aurelii Cæs. Aug. Pij filij, in quo sigillum est, serpentem à medio manu tenens, admouentem caput dexteræ cibum porrigenti. Numus Au-  
relij Cæsaris.

## O S C V S.

**M** Anethon Ägyptius autor, quisquis ille fuit, ait Oscum, qui Tyrrhenis impereauit, insigne serpentis habuisse: Oscosq; ait Seruius, populos dici ubi plurimū serpentes abundant, in Campania quippe: nam Oscum hunc aiunt coloniā eō transmissis, Hetruscis tūc Italiae ferē totius rerū potentibus: urbemq; in ea regione longè principem, ab accipitris augurio, quē Hetrusca lingua Capim appellabant, nominasse, ut scriptores quidam vetustiores memorię prodiderunt: licet tempore succedente creditū sit, eam ita à campestribus locis nuncupatam. Poëtæ verò Hecatæum secuti, eosdemq; Hecatœus, Capyn Troianū virum urbis autorē fuisse tradunt, & ab eo nomen. Sed hæc vtcunq; fidem faciant (in nulla enim re magis autores diuersi abeunt, quam in urbium originibus repetendis, dum Græci sibi omnia adscribūt, Latini sua possidere contendunt, nationes pleræq; aliæ non ignobiles esse volunt) satis constat Oscum, Ägyptiorū principum more, serpentis insigne gestasse, & Oscos eius colonos inde nuncupatos. Oscus dubio procul Hetruscum nomen est, & apud eos ad hæc usq; tempora vipere Oscorzones appellant, si modò vepre serpēs ille sit, qui tota Venetia vulgo Marassus dicit. Et sacre apud nos literæ serpētē principis elogio nomi narūt, dū ait Assertor noster, fore ut huiusmodi princeps foras eiiciatur, cùm de diabolo loqueret, qui per serpentem multis in locis vtriusq; institutionis nostræ figuratur. Hanc interpretationē D. Ambrosius è nostris nequaquam aspernat.

## I V N O D O M I N A.

**E**T indicandi dominij causa, in Iunonis quoq; dextera serpētis caput statuebatur, in leua verò lapideum sceptrum, cùm Iuno ipsa dominij præses apud gentes haberetur, incederetq; vt ipsa de se apud Virgilium dicit, Diuūm regina, Louisq; & soror & coniunx.

# Pierii Val. Serpens II.

IVNO CONSERVATRIX.

D

*Iuliæ Ma-  
mæ numerus.* **N**Am in Iuliæ Mameæ Aug. numo simulachrum est, sinus fluentes collectū, læua hastæ adnixa, dextera anguem in spiras conuolutum porrigitente; ubi anguis omnino imperium, hasta defensionem indicat: quod ut coniiciam facit inscriptio, quæ in hunc modum legitur, IVNO CONSERVATRIX.

ORBIS DOMINIVM.

**S**erpentes quoq; leonibus, qui Opis deæ simulachro apponebantur, adiuncti, terrarum orbem vel orbis ipsius dominium significabant. Argutum vero dictum apud Græcos contra potentiores ciuili quadam libertate iactari solitum, οὐρανοῖς φέρειν, οὐρανοῖς γενέσται: Anguis, nisi anguem comedat, non fiet draco. Nam inter serpentum genera, Dracones iij vocantur qui corpore sunt immaniore, vastioreq; magnitudine, tametsi pro quocunq; angui plerunq; non men autores usurpant. Quem igitur Imperatorem statuas, eo adagio aiebant illi, ei necesse esse Reges & Principes multos deglutire, vt ita Rex regum fieret, & dominantium dominus.

IMPP. DVO.

E

**I**N Græcorum etiam numis dominium per serpentū effigiem significari obseruauimus: nam in numo quodam videas serpentes duos ad semicirculi curuaturam inuicem spectantes, caudis introrsum incuruatis, cuius inscriptio dominiū penes duos esse demōstrabat: ita enim habebat, ΔΥΝΑΡΙ. ΕΞ ΥΠΑΤ. Β. Quod ita apertiū exprimitur, Δωρεάνης ή πάτην δύο.

PROVINCIÆ PRINCEPS.

**Q**uod si regem Aegypti prouinciæ tātū alicui iura legesq; dantem pingere voluissent, dimidiatum, vt apud Horum est, anguem figurabant, per animal quidem Regem, per segmentum vero, quod non vniuerso imperaret orbi, subindicantes: omnipotentem siquidem ex integro draconem intelligi, superius ostensum est. Sanè anguis ille qui Tarquinij Superbi animum perculit, anxiūq; reddidit, cùm à columna lignea repente elapsus omnes vertisset in fugam, tota rei miraculo curia consternata, nimirum significabat nouum & inexpectatum principem, eundemq; iuuenem L. Brutum, de columna lignea, hoc est, de stupore, quem diu simulauerat, proditum. Lapis enim & caudex, pro stupido & alienatæ mentis homine, apud Comicos ponitur.

F

REX OPTIMVS.

**S**i vero Regem optimum significare procurassent (*καλλίστην* enim, non autem *κακίστην*, in emendatis Hori codicibus habetur) anguem utiq; in orbem collectum effingebant, cauda mordicūs apprehensa, sed regis nomen in spire medio describebant. Quin etiam certam anguis speciem μετὰ cognominatā, huic significato adhibebant. Cur vero anguem fingerent sibi caudam admordentem, autores quos sequimur nusquam tradunt: sed si ariolari licet, indicabat, omnia usque ad minima ultimaq; curæ esse regi, qui bonitatis nomen sit adepturus, cùm ea præcipue de causa Sardanapalus & plerique alij infames habitū sint, quod simulac ad principatum peruenere, omni abiecta cura sibimet tātū vacare, seq; vnos curare instituerunt.

REX TUTELARIS.

**Q**uod si Regem Aegypti suum vel alium quempiam in obeliscis aut monumentis aliis curam populi sui gesisse regiam attestarentur, eumq; tutelarem

A rem fuisse commonerent, anguem vigilem, vertice quippe surrecto, elatoq; pectorore sculpebant, cuiusmodi species adhuc plerisq; locis inspicitur: hic vero pro regio nomine C V S T O S inscribebatur, utpote quod a quo vigilabundum esse deceat Regem, cui gentium regniq; tutela sit curae credita. quare apud Homerū Somnus Nestoris personam indutus, his verbis compellat Agamemnonem:

Ἐχθὶ πανύχιον δύδειν Βεληφόρον αἴσθοα,  
ῳλαοίτ' ἀδιπέτραφαται, καὶ τάσα μέμηλε.

Quam sententiam ita reddamus:

*Non decet ignavum tota producere somnum  
Nocte virum, sub consilio, sub numine cuius  
Tot populi degunt, cui rerum cura fideisq;*

*Credita summarum. Quod P. Scipio, vir alioqui rebus tot præclarè gestis omni laude maior, cùm minimè præstaret, somnolètię taxatione malè apud*

Romanum populum audiebat. autor Plutarchus libro ad Traianum Imper. de ciuilī institutione. Sanè vero dracones à visu, quem acutissimum habent, nomen apud Græcos habuere. Palladi autem eadem de causa dedicatur, quia no-

B men id πρᾶτὸν πάντα ἀθρεῖη, καὶ βλέπειν, καὶ πεπονθεῖν, factum nonnulli tradunt: prudenteriamq; hinc interpretantur, quæ omnia perspiciat, & ante omnes intelligat. Carpit Horatius quendam, qui in amicorum vitiis tam acutè cerneret quam aquila, aut serpens Epidaurius, puto proverbum secutus, θεως ὄμψια. Necq; temere Aristophanes finxit angues duos Pluti oculos in Aesculapij lambere, cuius rei beneficio ille ex cæco cernere ccepisset.

#### H E R O S.

Q Vòd autem Heroibus in vniuersum draco sacer habeatur, ea de causa Plutarchus, Agide, factum putat, quòd ex medulla hominis serpens gigni soleat: quod non ignorauit Virgilius cùm ad Anchisæ tumulum hæc accidisse memorauit:

*Adytis cùm lubricus anguis ab imis,  
Septem ingens gyros septena volumina traxit.  
Amplexus placide tumulum, lapsusq; per aras:  
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro  
Squammam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus  
Mille trahit varijs aduerso sole colores.  
Obstupuit visu Aeneas, ille agmine longo  
Tandem inter pateras & leuia pocula serpens,  
Libauitq; dapes, rursusq; innoxius imo  
Succeſſit tumulo, & depasta altaria liquit.*

Quod quidem non temere fictum à Poëta, sed ex historia desumptum. Atheniensibus enim contra Medos apud Salamina naualem pugnam inituris, serpens draco in nauī dicitur apparuisse, secundissimo rerum, quæ prosperè subsecutæ sunt, prodigio: cuius rei monumentum in Salamine templum fuit Cythreo, vt apud Pausaniam est, dicatum, quòd Apollo responderit serpentem illum Cythreum heroēm fuisse, qui auxilium allaturus aduenisset.

#### E P A M I N O N D A S.

E Paminondas autem Imp. ille clarissimus, qui ad Mantinea tam fortiter occubuit, draconis gestamine insignis fuit. Eo verò loco ubi preliū cōmissum est, columnā erexit antiquitas cum clypeo draconem in eius memoriā sculptum

## Pierii Val. Serpens II.

ostentante. Quod Pausanias ideo factum arbitratur, quod is ex Spartiatarū cognatione, quæ Thebis erat antiquissima, progenitus diceretur, quorum id genitile esset insigne, quippe quod à seminio anguineorum dentium, quos Cadmus seuerit, oriundi essent: Spartanos cę ipsos in Laconia inde originē duxisse non nulli credidere, quos olim ἀριστέρες nuncupatos alia de causa historici tradiderunt: cùm enim annonæ caritate laborarent, compulsi sunt serpentes, quorum vis magna in Laconia multiplicauerat, in humani cibi usum conuertere. Sed quoniam de clypeis & gestaminibus militum atc̄ cohortium multa dicturi sumus, quia id præcipue contendebas, ut aduersus eruditōrum quorundam sententiā veterum exempla tibi suggererentur, quò non esse nouum institutum familias variis gestaminibus tum colorum, tum dissectionum, atc̄ etiam insculptarum in illis animantium, figurarum, plantarum, instrumentū alicuius adiectione discerni, comprobare posses: priusquam ad horū explicationem aggrediar, alia quædam ad principatum & nominis claritatem per anguem commonata dicere necessarium est. Sed prius aliqua de ostentis.

### A M P L I T V D O N O M I N I S.

**I**N ostentis enim summam nominis amplitudinem portendere anguis fertur, non iis tantum quæ ad imperium aut alium quemcunq; principatum attinet, sed ad ea quoq; quæ vel ingenio vel arte celebritatem sibi aliquam comparare: ut in histrione Roscio, artis suæ gloriā præmonstrauit: cùm enim puerum anguis dormientem noctu complicasset, pater ad aruspices detulit, qui responderunt, nihil illo puerō clarius, nihil nobilius fore.

### D O M I N I V M.

**A**Vreliano verò, quamuis modicis parentibus ortus esset, summum tamen imperium anguis portendisse fertur, cùm eius pueri peluim plerunq; cinxisset, neq; vñquam occidi potuisset: postremò matrem eius, quæ templi Solis sacerdos erat, & aruspiciæ non ignara cùm hoc vidisset, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. Pari præfagio Seuero imperium præmonstratum est, cui dormienti, ut Spartanus ait, in stabulo, serpens caput cinxit, & sine noxa, expergesfactis ac acclamantibus familiaribus, abiit. Quin & Maximini iunioris, quem pater secum Imperatorem appellauit, caput dormientis serpens circundedit, futuræ dignitatis argumento. Quid autem somnia: nonne ipsa quoque vel in conceptu vel in partu quotiens draconem obtulissent, eiusdem amplitudinis prænuncia fuerūt: Mamæa Alexandri Seueri mater, pridie quām puerum eum páreret, somniauit se dracunculum enīam edidisse. Nam & Alexander Macedoni draco dominij claritatem præfagiuit, qui matri Olympiæ congressus in somnis. Hoc idem de Pomponia Africani Scipionis matre traditum est, & ipsi draco circunfusus nihil attulit nocumēti. Dedit & Augusto Imperij præfagiū ostento simili. Nam cùm Actia mater eius ad solenne Apollinis sacrum media nocte venisset, positaq; in templo lectica, dum cæteræ quoq; matronæ dormirent, obdormisset, visus est draco repente ad eam irrepere, pauloq; post digressus: illa verò expergesfacta quasi à concubitu mariti se purificauit, & statim in corpore eius extitit macula veluti picti draconis, quæ nunquam eximi potuit, adeò vt publicis inde balneis perpetuò abstinuerit. Sedenim facile fuit ostenta quæ principibus viris aut nobilitate aut opibus claris accidissent, ad futuram eorum amplitudinem accommodare, quid de seruis dicemus infirma fortuna genitis: Spartacus venalis cùm Romam delatus esset, deprehensus est

**A** est dum quiesceret, habere sub capite draconē in spirā complicatū: quem Thracia itidem mulier conspicata vaticinandi peritissima, signum esse dixit magnæ cuiusdam & formidabilis potentiae, quæ tamen infaustum esset exitum habitura. Idem serpens ubi defectus casu aliquo fuerit, imperij adesse finem identidem ostendit. Nam Tiberius Cæsar serpentē draconem in deliciis habere solitus, eiç manu sua cibū ministrare: quem cum is corrosum à formicis reperisset, monitus est cauendam sibi esse vim multitudinis: formicas enim populi significatum habere, nō fabula tantum Pelei Thessaliæ Regis, verum et portenta & prodigiosa somnia declarant. Nam & Nero paulò antè quam extingueretur, visus est sibi per somnium pennatarum formicarum multitudine oppleri. Sedenim de formica loco suo plura. Quod ad serpentem pertinet, idem Nero qui serpentis spolium à matre pro amuleto commendatum, brachio alligatum aliquādiu gestauerat, inde memoriae maternæ tædio abiecerat, tūc id perquisiuit incassum, cum omnia contra se fremere comperisset, maternæ erga se pietatis serò memor.

## A S I A.

**B** Antea verò quam militaria signa promoueam, scrupulus ille mihi videtur eximendus, quod nonnulli per serpentes tris, Asiam prouinciam significari putant, non secus ac ibes Ægyptum, elephanti Africam, cuniculus Hispaniā, equus Italiam, quæ sigillatim suo quæc̄ Commentario declarata sunt. Id ea de causa suspicari videntur, quod numi pleriq̄ argentei conspiciuntur, quorum inscriptio est, CÆSAR IMP. VII. ab altero latere angues tris, quorum duo pectoribus hinc inde sinuose surrectis attolluntur, tertius iacens capite caudam vnius, cauda verò caudam itidem alterius implicat. Hos inter Victoria surigitur calathisco insistens, quippe ad ipsius terræ Asiaticæ feracissimam vberatem significandam. Inscriptio verò est, ASIA RECEPTA. Sedenim ego angues eos tris indicare crediderim, Imperium Romanum tris iam orbis partes occupasse: Europā enim diu possederant, Africam paulò antè subiugabant, nūc Asia recepta, & ad reliquias applicata, tertiam quoq̄ partē adepti videbantur.

## P RÆF E C T V S M I L I T V M.

**Q** Vod verò pertinet ad insignia militum, numus est Cæsaris Dict. III. in <sup>Cæsaris nū-</sup> quo Victoria caput est, alatū quippe, & capillis in nodum collectis, ab al.<sup>mus.</sup> C tera cuius facie Roma gradiens, stola ad pedes demissa, capite, vti mos, galeato, ancile sinistra gestans, lœua trophæum, quod humero inhæret, sustentans: à latere verò serpēs Draco prorepit capite surrecto, magnis voluminiibus terga trahens, cuius inscriptio est, C. CLO. VI. PRÆF. M. Caius Clodius VI. præfectus militum. In sacris literis legas, draconum capita in aquis à Deo contrita, quod Psalmo quarto supra LXX. habetur: quod milites, centuriones & duces eos significat, qui fuerant à Pharaone immisi, vt Israëliticum populum persequerentur: ij aquarum mox inundatione suffocati sunt, atq̄ ita contriti, quodq̄ mox sequitur phrasī longè insigniori, Tu confregisti caput Draconis, Pharaonem ipsum intelligit. Qui mysticum sequuntur sensum, hæc ad Christum referunt, qui dæmonis vim omnem sustulerit.

## C O H O R T E S.

**Q** Vin & cohortiū erant insignia, perq̄ singulas earum, vt Flavius Vegetius scribit, ferebant ad præliū à Draconariis, quo nomine Ρετ' Ἰχοχλω signiferos omnes appellabant. Quo verò pacto gestarentur, videre est apud Ammianū Marcellinū, ubi pompam describit quam Constantius Imp. urbem ingrediens

## Pierii Val. Serpens II.

Duxit: erant enim, ut is inquit, & dracones hastarum aureis gemmatis quod summi-  
tatibus illigati, hiatu vasto perflabiles, et ideo velut ira perciti sibilantes, cauda-  
rumque volumina relinquentes in ventum. De iis Claudianus.

Mansuescunt varijs vento cessante dracones.

Erat verò signum draconis purpureum, ut idem Ammianus attestatur. Atqui  
non in signis tantum serpentes militibus vsu fuere, sed viui etiā pugnatorib. so-  
ciis auxiliū non contemptibile præstitere. Legimus enim Annibalem mōstram  
se Antiocho nauali prælio pugnaturo, ut in hostiū classem vascularentur  
viperis plena, quarum metu perterriti hostes à dimicatione & nauticis ministe-  
riis impedirētur. Idem cùm Prusias iam cedente classe sua fecisset, viator euasit.  
Antiquæ verò illius militiæ vestigia quædam habentur apud vos Maffeos Ro-  
mę in Canone quodā circa Theodosij tēpora et aliquanto etiā prius cōfecto, in  
quo militū omnes ordines recensent, gestaminaque ipsa suis etiā coloribus picta  
conspiciuntur, quæ quisque manipulus turmaque, ex quadrupedib. vel alitibus, vel  
ex colorū varietate signa sibi desumpsissent: ex quib. quæ faceret ad anguē, quo-  
niam id operis ordo sibi depositare videbat, subiicere nō importunū iudicauit. E

### SENIORES MENAPES.

**E**X his enim seniores Menapæ dicti, anguem luteum pro insigni habebant  
in parma viridi, cuius marginem rubor limbis ambibat. Vmbilicus argen-  
teus erat, circa quem luteus circunducebatur circulus. Hic autem serpens terga  
infernè habebat, caput & caudam sursum versus inflectebat.

### CORTONACENSES.

**Q**Vi verò coloris albi draconem præferebant in rubra parma, cuius vmbili-  
cus erat argenteus, in margine verò circuli duo, quorum interior prasinus,  
albus exterior, ī Cortonacenses appellabantur, & cum superioribus vtricque sub  
Magistro peditum stipendia faciebant.

### THAIPSALI.

**N**Am qui sub equitum Magistro militabant Thaipsali, nisi codex in damno  
est, & Theffali fortè castior lectio sit, nuncupati, cæruleū gestabant anguē,  
terga lœuam versus porrigentem, in dexteram verò caput & caudam incuruan-  
tem: qui gestus in Cortonacensibus diuersus erat. Horum verò parma alba, vmbili-  
cus identidem argenteus, circum quem ruber ducebatur circulus. Inter ca- F  
put & caudam colubrī, violaceus erat orbiculus.

### PRÆCEPTI FABRICÆ.

**I**ntra gestamina verò Fabricæ præfectorum, quæ sex numero erant, dimidia-  
tus serpens luteus in horum uno conspiciebatur, parma cærulea, aureus vmbili-  
cus, margo ruber, intra quem à lœua parte onyx paruuus cum Aethiopis sigil-  
lo. Sequebantur ī virum illustrem, Magistrum officiorum appellatum.

### SAGUNNENSES.

**S**Ed angues duo in huiusmodi militū gestaminibus colore rubro, siue, ut ex  
Ammiano diximus, purpureo, ad similitudinem x. Græcae literæ in trāsuer-  
sum siti, in cærulea parma, cuius marginem ruber limbis circundaret, eorum  
erat insigne qui sub Magistro peditum merentes, Sagunnenses appellabantur.

### BIANENSES.

**H**V mancipitis autem serpentis effigies in cærulea parma ipse quoque vnicor-  
bor, spiris duabus circa vmbilicum aureum datis, capite eo humano super-  
arrecto, & in auersum respiciente, cauda aliquantulū infernè summissa propen-  
den-

A denteq; gestabatur à militibus qui sub Magistro militum per Illyricum mercabant, Bianenses nuncupati.

## HONORIANI IVNIORES.

**E**Rat inter hos quoq; mutilati serpentis insigne, cuiusmodi eorum habebantur qui Honoriani iuniores vocabantur. Serpentis id frustum luteū, totam ferè parvam circumplexum. Inter caput & segmentum quadra erat & ipsa lutea, angulis in os & in cęsuram versis, in qua tessella conspiciebatur purpurei coloris. Intra anguem parma omnis rubra; extra tergū circulus albus ducebatur, vmbilicus erat argenteus. Erant h̄ sub illustri viro equitum Magistro.

## M A R C O M A N I .

**S**Vb eodem præfecto merebant & Marcomani, qui dimidium ipsi quoq; serpentem præferebant coloris identidē lutei in alba parma, cuius aureus erat vmbilicus. Inter segmentum & caput lutea etiam lunula cernebatur ad picta.

## CVRATII IVNIORES.

**C**Ontrà verò in nigra parma luteus erat serpens eodem circunductus modo, & ipse curtus, orbiculo quodam cæruleo inter caput & incisionem collocato: vmbilicus ad angulos rectos decussatus, partes duas aduersis angulis oppositas albas, duas cæruleas habebat. Gestabāt hoc Curatij iuniores sub eodem Magistro equitum militantes.

## M A V R I A L I T E S .

**A**T dimidij duo seçq; inuicem inspectantes albi coloris in parma viridi, quā margo ruber ambibat, eorū erat gestamen qui sub eodem Magistro equitum Maurialites appellabāt. Huius quoq; parmæ vmbilicus decussatus erat tranuersis lineis, cuius duæ oppositæ pārtes albæ, aduersæ cæruleæ.

## F A B R I C A E .

**P**Ræter sex illa insignia, quorum superius mentionem fecimus, præfectus Fabrice septem alios ordines ducebat totidem gestaminibus insignes, in quorum uno serpens luteus dimidia sui parte conspicuus, capite trunciq; parte cæsa in lęuam versis: parma cærulea. Inter serpentis caput atq; segmentum orbiculus erat luteus; vmbilicus quoq; in obliquum decussatus, partim aureus, partim argenteus erat.

## C D E F E N S O R E S .

**D**Vos verò angues in caducei speciem implicatos, capitibus ad osculū coeuntibus, in parma cærulea, quam ruber ambitus latè circuibat iuxta marginem, illi gestare soliti sunt qui Defensores vocabāt. Horum præfectus erat illustris vir militum Præsentialis nuncupatus.

## S E X T A P A R T H I C A .

**I**Nteger etiam caduceus, hoc est, totis expressis angubus, iisq; vnā cū baculo, luteis, in parma cærulea, cuius marginem purpureus circulus ambibat, insigne erae legionis eius quæ Sexta Parthica vocabatur. Militabat sub Magistro militum per Orientem.

## A N G L E V A R I I .

**S**Vb militum autem Præsentiali Angleuarij erant, quorum insigne fuit caduceus ruber, in baculi cuius summitate pila erat, vnde angues prorumpebāt, & ad osculum iuxta parme medium adflectebantur. Parma erat sapphirei coloris, at dilutioris, quam purpureus ambitus circuibat.

# Pierii Val. Serpens II.

C O R N V T I.

D

**A**T sub Magistro militū præsentiali (alia hæc erat præfectura) Cornuti mērebant, quorum gestamen erat parma tota lutea, sed nigro circulo aliquan tum interius circūducto, in medio cuius angues rubri duo, non è baculo, sed velut è cippo quodam identidem rubro emissi ad osculum incurabantur. In cippi medio ancile paruum erat colore perpictum luteo, duabus in medio nigris lineis à dextera ad laevam in parallelum dissecantibus, in superiore cuius parte T. centurionis signum notatum erat: de quo alibi diximus.

F A L C O N A R I I.

**I**N eadem Magistri militum Præsentialis militia gestamen erat in parma tota purpurea angues duo cærulei, colore tamen dilutiore, binæ vtricq; aures acutæ, longeç surrectæ. Hi non baculo, sed lato cuidam pedamento committebantur ( liceat ita columellam appellare, quæ sustinebat angues ) vnde mox in superiorē caducei partem curuabantur. fulcrum illud lato spatio binas hinc inde plicas acutis angulis porrigebat. medium huius spatij vmbilicus aureus occupabat: qui id præferebant, milites Falconarij nuncupabantur.

V I N D I C E S.

E

**I**ls proximi erant & ordine & præfectura vocati Vindices, qui cæruleas Mori instar colubras in caducci morē flexas pro insigni habebant in parma tota lutea, vbi angues pedamēto cōmittebāt appliciti coalitiq;. aureus erat vmbilicus.

S A G I T T A R I I   N E R V I.

**D**Ucebat & Magister peditum ordines aliquot caduceis insignes, ex quibus præcipue erant sagittarij Nerui, qui dimidio vtebantur caduceo, quorum scilicet parma coloris erat prasini, rubro circunducto limbo. Parmæ medium occupabat orbis luteus, in quo angues purpureæ rubro coalitæ fulcimento, ad osculum in circuli se formam incurabant.

B A T A V I.

**H**Orum socij erant qui cæruleos gestabant angues in caducci morē flexos, hin parma tota rubra: angium verò pedamentum album erat veluti squamis acutis quatuor altera super alteram scandentibus, quarum apices infernè summittabantur. Bataui autem erat eorum nomen.

M A R C O M A N I   I V N I O R E S.

F

**I**ls additi erant Marcomani iuniores, & qui ipsi caducei formam præferebant: albas quippe angues in clypeo rubro, cuius margo albo circumplectebatur circulo, qui fundamentum ad angues vscq; coloris eiusdem proferebat.

M A R C O M A N I   S E N I O R E S.

**N**Ec quidem hinc aberat seniores Marcomani, qui hunc eundem secuti præferebant, prasinas habebant caducei colubras in alba parma, quā luteus ambibat circulus: rubra verò erat sedes pro fulcro supposita, cui applicitæ erat colubræ.

A T E C O T T I   I V N I O R E S.

**O**rdinibus his adnumerabantur illi quoq;, quorū gestamen erant angues ex caduceo luteq;, cum rubro pedamēto in cærulea parma dilutiore, quam margo ruber ambibat: intra ambitum angium figura cordis erat coloris purpurei. Hi verò Atecotti iuniores appellabantur.

E X C V L T A T O R E S.

**V**Nus etiamnum ordo caduceatus eundem Magistrū peditum sequebatur, quibus nomen erat excultatoribus. Gestabantq; caduceū ex luteis anguis

bus

A bus auritis, quorum terga crispis acutioribus inhorrescebant. Alba erat parma, quam margo ruber amplectebatur.

## B R A C H I A T I .

**Q**ui verò sub Magistro equitū caducei gestamen usurpabant, albas præfcrebant colubras cum pedamento identidem albo in parma prasina, quam ruber ambibat limbus, hīc Brachiati vocabantur. Reliqua verò insignia, quæ innumera penè sunt, per commentaria cæterorū animalium, vt loco quæcū congruebant singula disposita sunt, partim in arma & signa reliqua militaria congesta. Nunc quia res nobis cum angue est, & in caduceū incidimus, satis habituri sumus si reliqua caducei significata Commentario hoc explicuerimus.

## D E C A D V C E O.

 Aducei species tota prorsus Ægyptiaca est, quā Mercurio præcipue veteres consecrarunt, draconibus duobus, mare scilicet & femina, parte media voluminis sui inuicem in nodum, quem Herculis vocant, obligatis, quorum primæ partes reflexæ in circulum pressis

B osculis ambitum circuli iungunt, caudæ verò ad Caducei capulum reuocantur, ornanturq; alis ex eadem capuli parte nascentibus.

## G E N E S I S.

**A**rgumentū huius hieroglyphici cōmenti ad geniturā hominis, quæ genesis appellat, Ægyptij protendunt, deos præsides hominī nascenti quatuor esse memorantes, Σειρονα, τύχλω, δρωπα, και αἰάγηλω. Ac priores duos Solem & Lunam intelligūt, quod Sol autor spiritus, caloris & luminis, humanæ vitæ genitor & custos est, ideoq; nascētis dēmon credit. Luna τύχλω, quia corporū præses est, que fortuitorū varietate iactantur. Amor osculo significat, Necessitas nodo: pinnæ mentis velocitatē indicant, qua pernicius nihil. Inuolucrū verò draconū, iter virtutisq; flexuosum ostendit. quæ omnia & pleraq; alia Macrobius diligēter examinavit, à quo, que diffusius quis exponi quæsierit, petendū. Occultam sanè rerum originē per serpentis effigiem Valentianii cōmonstrabat, positionē intestinorum nostrorū per quæ esca infertur, in exemplū adducentes, que serpentinae spiræ instar in vtero delitescens, occultatæ in nobis genitricis substatiæ specimen habeat.

M I N Ā P A X' Q V E.

**C** Vnt autores haudquaquam aspernādi, qui serpentes illos mutuis nexibus implicitos, minas & pacē simul ostentare putēt, cuiusmodi simulachrū Gephyrei armato exercitui prætulisse ferunt, cū Eumolpus Athenienses profligauit: illi enim Caduceū prætendētes, & pacē quietis, & minas insultantib. offerre visi.

## T E R R A.

**I**nterpretationē eam quæ Caduceū ad geneseos significatū trahit, Ægypticā lessē nō negarim, sed alia quadā ratione à Macrobianō cōmento seciore. Si quidem Ægyptij, cum maximē omniū humanū genus ex cœno genitū profiterentur, colubros terræ filios esse nō ignari, prout etiā in ostentis aliquot accipiunt, fingentes colubros ita mutuo cōplexu ad osculū tendere, omnē indicant humanitatem, si salua esse velit, oportere in eiusmodi cōcordiā cōuenire. Caduceatores itaq; serpentes eo complexu coniunctos preferūt, vt eos qui aliis iniuriā facere moliuntur, humanitatis admoneant. Quod verò terræ signum sit anguis, plerisq; historiarū locis, sed eo præcipue reperias, vbi Cr̄esus aduersus Cyrum bellū suscepit: eo enim tempore vis colubrorū ingens in suburbanis Sardium locis repente coorta est, quos equi in pascua dimissi paſſim deuorarunt: respon-

# Pierii Val. Caduceus.

derunt diuinationum periti, futurum vt externæ gentes indigenas consumerent: D indigenam enim esse colubrum, terræq; filium: equum verò & aduenam & bellicosum hostem, de quo suo satis dictum Commentario.

## CONCORDIA.

**V**Erūm si quid in longa huiusmodi rerū indagine ariolarī licet, putarim ego picturatioē hanc in pacis & cōcordiæ significatum inde sumptā, q; serpen tis effigies plerisq; locis pro bello & odio, funestaq; alia quavis clade ponit solita est: osculū aut, & pacis & cōcordiæ signū esse, negat nemo. Quin & sacræ pietatis nostræ literæ pacis osculū identidē attestant. Virga, vt loco suo latius ostenditur, tunc disciplinā, tum eloquentiā vim indicat. Si quis igit̄ pietate grauis, & eloquentia potens, altercātes aggressus, nullam bello salutē esse docuerit, dubiū bellorū omniū euentū dixerit, funesta pernicioſaq; demū esse bella cōmonstrat, & quęcūq; alia ad huiusmodi rē pro loco, tēpore, personisq; facientia excogitare et eloqui potuerit, perfacile is discordes animos in cōcordiā trahet, duosq; angues, hoc est, odia mutua doctrinę suę virga in vnū obligabit, quibus ad osculum coēuntibus, cōuenire animos & ad concordiā cōuersos esse, meridiana luce clarius apparebit. Neq; me fugit, esse ouorū genus in magna Galliarū fama, quod anguineū appellat̄ Druidæ, q; ex numero suorū ouorum faciant angues, cōvolentes ea, & saliuis fauciū corporumq; spumis cōglomerantes, vt tādem fiat ex multis vnū, siue angues ea sint oua spiris ita congregati, artificiq; comple xu adstricti: saliuarumq; profluentiū humore cōcreto crusta superinducat̄. Vt cunq; id sanè constat, ouum hoc quodcūq; sit, ad victorias litium, ac ad cōcilian dos sibi Regū aditus mirè laudari, perinde ac etiā pinguem anguis in pelle dorcadum (ne draconū, vt in corruptis Plinij codicibus habetur, dicamus) neruis ceruinis alligatū in lacerto, conferre ad iudiciorum victoriā perhibet, cuiusmodi rebus magica superstitione mortaliū plurimos eludit. Quod si hoc credibile videatur, Philostrato etiā, præter innumerās quas cōfinxit fabulas, fides adhibenda est, qui Gygis annulum habuisse lapidem scribit, qui montanis Indiæ locis cristatorum quorundam draconū capitibus insit. De quo quidem annulo multa Plato libro de Iusto, & ab eo Tullius Officiis, quod is qui eū gestaret, pala involam conuersa, à nemine spectaretur quandiu pars illa palam attingeret.

## PAX.

**P**Lerisq; sanè locis videre est anguiū huiusmodi globos in vnā quasi massam adstrictos, de iugorū verticibus ad ima peruolui. Et in Æthiopia aiunt tantam anguiū vim conuenire, conuoluīq; in gyrum inuicē, vt mōtis speciē procul apicientibus reddat̄: cuiusmodi quidē eōplexus anguiū, & frugifera eorū concordia, causa, vt Plinius inquit, videt̄ esse, quare extere gētes caduceum in pacis argumentū circundata effigie anguiū fecerint: neq; enim cristatos esse in caduceo mos est. Ad hēc numismata tot caduceis insignita, pacis inscriptionē præferunt, vt in nūmo C̄s. Vesp. Aug. P. M. T R. P. C O S. V I I I . sigillum est cū caduceo, et ramo oliuq; inscriptione adiecta, P A X A V G V S T. Vidimus et numū aureū Bononiæ apud Achillinos, in quo simulachrū alatū est cū caduceo & serpente quodā à pedibus abeūte, cuius inscriptio est, P A C I A V G V S T A E. Illius sanè serpentis abitus ablegatū aliò belū ostēdit. Aliæ in hoc numo literæ sunt, T I. C L A V D. C A E S. A V G. P. M. T R. P. Nā in altero ex ære eiusdē Tī. Claudij numo alatū sigillū est, dextera vestimentū à pectore ad faciē tollēs, lēqua caduceū exporrigit, pedibus serpentē sinuosum calcat, quod bello oppresso pacem condonatam omnino significat.

FELI-

## F E L I C I T A S.

**A** Duceo verò si cornu copiae adiiciatur, felicitatis indicium est, quod in eiusdem Vespasiani & aliorum numis obseruauimus. Nam & Hadriani numerus est eodem significato atque inscriptione, quae in Traiani habetur, quippe FELICITAS AVGST. Vidimus etiam in Antonini Pij numo caduceum, & oliuæ ramum fructibus & foliis onustum, cuius est inscriptio, FELICITAS AVG. In Seueri verò Macrini Augusti numo, non oliuæ, sed hasta in laeva est manu: caduceus dextera prætendit: inscriptio, FELICITAS TEMPORVM. S. C. Hastam autem intra alia significata humanæ etiam ætatis indicium esse alibi ostendimus, ac perinde temporis. In Iuliæ Mameæ numo dea læuo cubito columel, <sup>Iuliæ Mameæ</sup> assurgentis capitulo innititur, dextera caduceum tenet: inscriptio, FELICITAS mæcæ. PUBLICA. S. C. Columna enim habet nescio quid in significato quod ad publicum pertineat, de qua loco suo plura. Ex his dubio procul constat, quid sibi velit caduceus ille, qui situs est in medio cornuum duorum in numo Drusi: quidque Drusi. solus ille in numo cuius inscriptio est, M. PLETORI CEST. EX S. C.

## E L O Q U E N T I A.

**S** Ed qui serpentem pro astu ponи docti sumus ex Aristotele dicente, animalia quedam esse astuta per se, sicuti sunt serpentes: magis verò ex lectione sacra, quæ prudentiam huic in primis animali tribuit: ea etiam de causa angues caduceo complicari putamus, quod ostendere voluerint, & calliditatem & prudentiam necessarias eloquentiae, quæ per virgam significatur, quippe quæ regat dictis animos. Neque desunt qui virgam auream in Mercurij manibus, à qua Deus ipse χρυσόπεδος appellatur, dignitatis & excellentiae, quæ illum ornant qui & scient & opportunè norit orationem contexere, signum esse contendunt.

**V**irga verò Palladi totius sapientiae deæ, ab Homero passim accommodatur. Vlysxis quoque socij uno virgæ capite, falsa quippe persuasione ac insipientia, in brutorum species transformantur: altero virgæ capite, vera quippe disciplina ac rerum peritia, in humanam restituuntur effigie. Reliqua verò taceo, quæ Moses ubique virgæ fretus munere scribitur effecisse: nam alibi super hoc suus erit locus.

**C** Quam verò nunc tractamus, ea est diuina virgula, de qua M. Tullius in calce primi libri Officiorum ait: Quod si omnina nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula diuina, ut aiunt, suppeditarentur. Atque hanc dicendi formam apud alios etiam autores inuenies, qui ex hoc effusissimam eam Dei Opt. Max munificentiam intelligunt, quæ omnia secundat, fortunat atque felicitat.

## SAPIENTIA.



## V E R A D I S C I P L I N A.

**E** Vndem hunc scipionem nostri sic figurant, ut ad omnium ferè temporum facies iuxta limina, colosseæ magnitudinis figuram humanam pingant, quæ Christum puerulum in humeros sustulerit: quod, ut mea fert opinio, nam historia omnino apocrypha est, ea de causa fit, ut si Christum gestare humeris,

# Pierii Val. Serpens II.

hoc est, veram sapientiam enancisci volumus, dandam esse operam impensissem. D  
mam disciplinæ admoneamur, robori cuius innixi, rapidos quorumcunq; am-  
nium cursus profunditatemq; ac torrentiū impetus facile superemus. Et quod  
Iacob ait, In virga nostra lordanem pertrâseamus: sanè lordanis vel quodus a-  
liud flumē, fluxos animi motus, & voluptariæ mollitudinis affectus indicat: vir-  
ga disciplinā, sine qua non esse progrediendū Gr̄eco monemur adagio, qua qui  
firmiter innituntur, nullis perturbationum occursibus deturbantur, nullis vn-  
darum quantumlibet inturgentium fluctibus immerguntur: pedibus verò per  
ima vel ipsius pelagi demersis vix crure genuue tenus alluimur: capita autem, vt  
ait ille, cōdimus intra sidera, Deumq; ipsum sustinere humeris videmur, ac veri  
demum euadimus χειροφέοι, in quos vbi sagittæ fuerint immisæ, eadem in iacu-  
latores suos sponte retorquentur, vt in vulgata habetur historia. Quid enim in  
vniuersa literarum peritia facilius, quam eorum calumnias repellere, ac suismet,  
vnumquenq; iaculis conficere, qui sanctissima nostræ pietatis instituta vel in-  
cessere vel conuellere aggrediatur, quæ certo Dei sit præsidio firmata, ac magni-  
veriç; numinis munimento quamvalidissimo roborata? E

## PIERIVS VALERIANVS AD MAGNIFI- CVM MARIVM MAFFÆVM ROM. PATRITIVM, de iis quæ per Aesculapium, Gorgonas, Hydras, & id genus alia significantur, ex sacris Ægyptiorum literis.



IBI verò, elegantiſſime Mari, tertium de serpentium significationibus commen-  
tarium dedicandum iudicauī, vt vniuersa hæc materia quæ à vobis honoratiſſi-  
mis fratribus magna ſuī parte profecta ēt, ad vos identidem rediret, laudatiq; ea  
quæ ad Reuerendiss. Cardinalem, quæq; ad Achillem fratres tuos misera m, signi-  
ficastiq; libellos illos pro humanitate tua libenter à te lectos, in illis tamen desideraſſe quædam  
alia, vt opus abſolutū vndeſunq; videretur, præter Aesculapium, fabulosa ſcilicet illa, Corgonas,  
Hydras, & id genus alia: tum quædam venenatorum genera, Dipsadem, Scorpium, Salaman-  
drum, quod in illis quoq; inesse debere hieroglyphica auguraris: proinde curasti vt hæc mihi no-  
mine tuo per Florū nostrū ſignificarentur, ne contetus iis eſſe velle, quæ duobus illis Commen- F  
tariis collegiſſem. Respondi, dilectissime Mari, agere me gratias incomparabili humanitati tuae,  
quod ita me admonueris: mearumq; nugarū qualesq; eſſent curam ſuſcipere dignareris: ſed  
quod in prioribus illis non omnia ſim complexus, minime per negligentiam eſſe factum ſcias: imo  
quia veritus ſum vos fratres viros tam præſantes, magnis & innumeris Christianæ Reipub. ne-  
gotiis oppreſſos, diſtione mea tam leui diutius occupare, ſummuq; fuſſe breuitatis ſtudium, ne  
in publica peccarem cōmoda, ſi tempora eorum longo morari ſermone voluiſſem. Quonia verò  
ita te cupere declarasti, vt illa ad argumentum hoc adderentur, dedi operam vt ea quoq; collige-  
rem: quæ cùm longè plura eſſent quam pro corollario ſubiici poſſent, eadem impeditus verecun-  
dia, ne nimia nugarum congerie importunus fierem, longe tolerabilius eſſe iudicauī, ſi residua  
hæc in vnu, idq; iuſtum adſtruuerem commentariū, ac veluti ſerpens linguis micat ore trisulcis,  
tribus itidem libellis loqueretur. Nam ſi alituum pleraq; quadrupedum multa, humani tantu  
corporis aliquot, multa de plantis, de pifcibus & aliis rebus non admodum pauca, cur nō & tria  
de tanta ſerpentium varietate conſcribi poſſent? Sedenim hoc tertium nulli conuenientius dedi-  
cari debuit quam tibi, qui autor impulſorq; fueris vt ea conquirerentur, egōq; importuni notam  
per bellę declinauero, cùm tu ipſe crabrones in te ſponde tua concitaris. Vale.

ÆSCV.

## AE S C V L A P I V S.

**A** N G V I S significatum apud Romanos, perinde ac apud Græcos & Ægyptios, sanctum semper fuit, per quem nimisrum ipsum salubritatis Deum Æsculapium intelligebant, quod numismata, quod marmora, quod Græcæ Latinæq; omnes historiæ testantur, plurimæq; passim statuæ, per quarū crura & genua serpens flexuosis voluminibus implicatur, locorum vbiq; Romæ, ac in toto terrarum orbe conspicuntur. Inesse quidem angui remedia multa, experimento comperatum est, neq; ullum esse aiunt apud Medicos volumen, quod anguum in ægritudinibus beneficia non latissimè demonstret: vt minùs miremur serpentis effigiem ex ære in contum surrectam à Mose, in quam populus oculos intendens, ab incommodis, quæ se in itinere tam longo oggerere potuissent, diuino aspirante præsidio liberarentur: de quo loco suo plura diximus. Quinetiam, vt ad remedia reuertamur, inuentum est ab Antonio Musa Augusti medico, in ulceribus insanabilibus viperas edendas dare, miraç; ita celeritate persanare. Et

**B** quamvis perniciosa multa sint ex anguibus exempla, non ita tamen alienum à ratione est eorum genus, si modò quæ bruta honestè atq; prudenter facere vindentur, ratione ea fieri concedamus, vt non aliquando magna & amicitiæ & fideli documenta præstiterint, & cam iustitiæ partem exercuerint, quæ in homine raro admodum inuenta perhibetur.

## H O S P I T A L I T A T I S I V R A.

**S**cribit Plutarchus, aspidem ab Ægyptiaco viro quodam patriæ religionis superstitione tam familiariter alitam, vt ad mensam assidue ventitaret: quæ cùm catulos enixa esset, quorū vnus hospitis filiū enecauit, regressa parēs, intellecto facinore, filiū & ipsa suū morte multauit, ac voluntariū exiliū sibi in perpetuum delegit. Apud Philostratū legere est, Aiaci Locrensi draconē mansuetum in deliciis fuisse, cui cibū de mensa cōmuni ministrabat, quemq; perinde ac canē secum comitem adducebat: addit, eum quinq; cubitorū magnitudinē explesse. Necq; illud prætermittendum, quantū ad salutis significatū pertinet, publicatum esse, Neronē à percussoribus, quos in eū Mesalina immiserat, serpentis ope seruatum, cùm è puluino, vbi ipse quiescebat, se proferens, eos absterruisset, siue ea fabula fuerit, siue serpentis exuiae, quas ex voluntate matris dextero brachio adalligatas aliquandiu gestauit, ac tædio tandem maternæ memoriae abiecit, rursusq; vti alio Cōmentario diximus, extremis suis rebus frustra requisiuit, quippe qui speraret aduersus infortunia, quæ vndiq; iam pertimescebat, amuletum id sibi profuturum.

## S E R V A T O R.

**Q**uinetiā ferunt Heleos aduersus Arcadas dimicaturos, serpentis ope victoriā consecutos, oblato sibi puerō, dum in aciem descenderent, quem nudum ante omnes ordines statuerunt, Arcadibusq; irruentibus pueros in draconem mutari visus, cuius horrenda specie perturbati Arcades, disruptis ordinibus fugam turpiter arripiuere: in cuius rei monumentū Helei facello ibi erectorū vbi condi serpens visus fuerat, Sosipolin inde Deum religiosissimè coluerunt.

## S A L V S.

**M**eritò verò salutis significatū serpens sibi vindicasse videtur, à quo, vt initio dicebamus, multa in humanum genus remedia procedunt. Apud Laurentium legas iectui viperino præsens admodum esse remediū viperam ipsam exustā & in cinerem redactam. Citat hanc artis medicæ peritiam Adamantius,

# Pierii Val. Aesculapius.

vbi homilia xvi super Numeros, sacrificiorum dæmonicorum' virus per sa- D  
crificia, quæ olim Deo offerebantur, depelli dicit, veluti serpentium venena me-  
dicamentis nihilominus ex serpentibus confectis depelluntur, ut perhibent. A-  
pud Cebetem obserues, viperæ dñe semel tactum quempiā, nulla deinceps ve-  
nena formidare. Tradunt alij, qui viperæ iecur conditum semel hauserit, nul-  
lius inde serpentis ictum pertimescere debere. Quid verò illud quod à Diosco-  
ride traditum est, homines qui viperis conditis in cibum vti cōsuerint, longio-  
ra vitæ spatio producere, & ad summā senectutem incolumes peruenire? Isigo-  
nus Cirnos memorat Indorum genus, qui centenis quadragenis annis viuant,  
quia viperinis carnibus alantur: ad hæc, neq; capiti neq; vestibus eorum, noxia  
corpori inesse animalia. camq; causam videtur Tertullianus afferre, cur tanta sit  
ceruo viuacitas, quippe quod ipse ætatis suæ arbiter serpente pastus, veneno au-  
gescit in iuuentutem: vel, veneno languido exit in iuuentutem, ut vulgata ha-  
bent exemplaria. Et Nazianzenus, vbi Basiliū rudimenta cōmendans, philoso-  
phiam & politiores alias literas à Christiano homine minime contemnēdas es-  
se disserit, viperam in exemplum adducit, ex carne cuius singulare remediū gra- E  
uoribus morbis excogitatū est: id ad hāc vscq; diem à maximè fera pernicioſaç  
bestia καὶ θεριά Theriacum vocamus. Sunt qui tradant viperas in Arabia, vbi  
balsamū colligitur, innoxias ictu, quod venenū balsami leniatur succo, quo illæ  
dicuntur ali. Addam & illud, tametsi ἔτερον, quod apud Theophrastū legas,  
viperarū morsibus tibicinem qui moduletur adhibitū, efficacitatem habere me-  
dicinæ. Quæ quidem cōmemorare libuit, vt non immerito numismata tot cusa  
existimemus, quæ serpentem habent cū inscriptione salutis; veluti ille est in spi-  
ram collectus cuius inscriptio, SALVS ANTONINI AVG. In alio eiusdem  
numo serpens est tračtu sinuoso, tortiliq; obrepens virgæ, quā signum ibidem  
adiectū dextera humi applicat. Atq; in alio Dea ipsa lœua virgam gerit, dextera  
poculū angui porrigit: inscriptio, SALVS AVG. COS. III. In aliis ipse sel-  
la sedens paterā porrigit angui suo de loculo exeunti, caputq; pateræ admouen-  
ti: inscriptio, SALVS AVG. In numo verò M. Aureliū Seueri Alex. sedenti si-  
mulachro paterāq; porrigenti assurgit anguis, cum inscriptione, SALVS P V-  
BLICA. Sed ne singula cōmemorem, quæ quidem sunt innūmera, Cōmodi,  
Crispinæ, & aliorū, per angues deniq; omnes salutem intellexere. Quod autem F  
ferunt Aesculapiū sub anguis specie Romani legati nauem sponte ingressum,  
cū ipsi Epidaurū aduersus pestilentiam opem imploraturi ad nauigassent, scri-  
bunt Græci tale aliquid sibi etiam obtigisse, cū ipse idem Deus draconis effi-  
gie à Nicagora Echetimi vxore ad Sicyonios mulorum bigis inuectus est. Neq;  
desunt qui super Aesculapio comminiscantur historiam: educatū quippe draco  
nem ab eo, in Pelei montis loco, qui Pelethonius à florū vbertate nuncupatur:  
Throna enim flores vocant lingua Thessala: Addunt anguem eū fuisse nigrum,  
vtero subuiridi, figura pulchra, triplici dentium ordine, fronte & supercilie ad-  
modum pingui, cui præ pinguedine toruli veluti quidam sub mentum redu-  
cti, barbae speciem reddebant, quæ lurido fellis colore intincta videretur. Ictus  
eius innocuus, illi quem sorices infiunt perquām similis, etiam cū vehemen-  
ter lædere conabatur. Genus hoc serpentum assiduè cum aquila bellum gere-  
re aiunt, sæpeq; in eius nidum prorepere, ouaç depasci, ac illi semper insidias  
struere, cū præsertim ad prædam abuolarit, quasi louem vlcisci velit, qui do-  
minum suum fulmine sustulisset. Horū autem conflictum opere preciū est apud

Nican-

Nunismata  
plurima cū  
serpentibus  
quare cusa.

**A** Nicandru legere. Sed vt apud Pausaniā est, dracones qui Aesculapiō adpingebantur, colore erant subflauo, quales in Epidauria tellure tantum inueniri tradit. Cūm verò Aesculapius Apollinis, hoc est, salubritatis filius fingatur, ideo nonnulli dixerunt, serpentis eum insignia gestare, quod homines cūm in ægritudinibus, vt Homerus inquit, neq; non Hesiodus, citò senescant, salubritate adueniente iterum iuuenescere videātur. Spectatur hoc idem in sole, dum ab hys malis senecta ad verna se proripit iuuentutem.

## P R V D E N T I A.

**Q**uod si medicinę rationē habeamus, serpens hic prudentiā indicare videbitur: nam & Assertoris nostri dictū est, nos esse debere prudentes, admōnentis, sicuti sunt serpentes. Ideo ex Valentinianis quidam sophiam illam suam serpentem factam dicunt, quapropter & contrariam extitisse factori Adg, & rerum cognitionem hominibus infusisse, eaç de causa serpentem omniū sapientiorem habitum: de quo latius apud Irenæum. Nam cūm prudentia non presen-  
**B**ta tantum examinet, verū & lapsa & futura meditetur, & tanquam è specula prospectet, medicum exscribere videtur, quem oportet, inquit Hippocrates, pensitare diligenter,

Oστής πάτερ τοντού, πάτερ ταρόπιλα, πέθετο τοντού.

Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

quod quidem hieroglyphicè per tricipitum in Apollinis etiā simulachro factū inuenies, cuius pedibus ingentis vastitatis serpens tricps subiiciebatur. Capita ea, canis vnum, lupi alterum, tertium leonis; de quo alibi differuimus, & prudentiæ signum id esse demonstrauimus.

## P E R N I C I E S .

**V**isebatur autem in Delphis apud oraculum serpens, qui singulari certamine videretur Apollinem prouocare. obseruatū à Plutarcho. perniciē enim salutis semper aduersatur. Inter agalmata Pontificia, quæ Romæ in Pulchræ speculæ recessu, ob veterum quippe artificū admirationem, visuntur, Iulius II. admirandæ illud vetustæ artis & ingenij signum restituit, Apollinem ἐκατησελέτω, vbi vipera serpit ab imo laurini trunci, cui dextero innititur femore. Non temerè illa facta, sed tum haec quæ modò retulimus, tum Pythonis, hoc est, ægritudinarij veneni cædem indicat, quem Apollo, vt Ouidius,

Mille quidem fodit telis & pluribus hydram.

Statuæ verò huius facies osq; ipsum Octauiani Augusti videtur esse, eiusq; iunioris lineamenta quæ sp̄ectantur in numis, repræsentat. Sunt autem Pythones & dēmonum genus, cui, vt scribit Adamantius, dracones aliiq; serpentes ministri perhibentur. Sed de iis alio commentario plura differuimus.

## G I G A N T E S .

**D**iodorus quoq; per serpentem voluminibus implicatum, malum interpre-tatur, præcipueq; Gigantum genus qui terrarum orbem olim oppressere. Et Cōmodus Imperator, vt legere est apud Lampridiū, homines obtortis pedibus, vt pote draconteis, Gigantas appellare solitus, eosq; sagittis ex libidine configere. Et statuas giganteas penè omnes obtortis cruribus videas, vt anguipedes illos Terræ filios ostentent: nam & Naso anguineos habuisse pedes ait Gigantes, qui centum quisq; brachiis cælum capere conati sunt, eo versu:

Cūm centum quisq; parabat  
Inicere anguipedum captiuo brachia cælo. Et Aetna Maro:

# Pierii Val. Serpens III.

*His natura sua est aluo tenus, ima per orbes  
Squammeus intortos sinuat vestigia serpens.*

D

H O R R I F I C V M .

**Q**vas verò colubras Eumenidū crinibus obuolutas aiunt, ab Aeschylō poëta tragico primū excogitatū Pausanias attestatur, cùm antea nihil necq; in his, necq; in alio quopiam ex infernis deis quicquā esse horrificū existimaretur. Manifestissimū est enim totum hoc terroris argumento confictū, loca tamē ea terribilia esse ex Assertore nostro totiens audimus, vbi sit fletus & stridor dentium, & quæ passim sacræ literæ de gehenna ponūt. Ut verò ad anguum terrificum hieroglyphicū reuertamur, nō temere Tib. Gracchus timuisse videt, cum in spatiose galea, qua in bellis vti consueuerat, angues offendit oua peperisse, fœtusq; iam formatos, paulò antequā multitudine Quiritū oppressus interficeret.

V A S T I T A S .

**T**am draconem, quem mali significatum habere dicūt, Crocodili nōnulli species esse putant, fortasse quia vastiore pingeretur corpore: nam alicubi mirificè crescūt. Maximus enim Tyrius tradit, apud Indos Alexandri tēpore dracō nem fuisse quincq; iugerum magnitudine, cui boues & oves in cibum Indi ministrarent. Alij omne serpentum genus indifferenter accipiunt, cuiusmodi monstrum Annibal à tergo subsequi prospexit fertur, belluam quippe vastā & immanem circumPLICATAM serpentibus, quæ quacunq; incederet, omnia arbusta, virgulta & tecta peruertebat, quod vastitatem Italij portendere diuinitū intellexit. Necq; temere Faustina visa sibi in somnis serpentes pàrere, sed ex his vnum ferociorē, cùm Antoninum & Commodo in vtero gestaret: quod vita deinde Cōmodi voluptuosa simul ac perniciosa, re ipsa comprobauit, non hominē, sed immanem hydrum ad humani generis internectionem emissum. Argiphontem Pausanias dictum ait Mercurium, quia δρυκτός fuerit, serpentem quippe sustulerit, quem nonnulli αφγλω vocāt, vel quasi αφγής, ἀφγνούσιεν, quod cede abstineat: pacis enim Deus est Mercurius. quāuis Leutychidas Lacedæmonius Aristone patre nobilis, necq; sua obscurus virtute, portenta hæc atq; alia eludere consuevit: nam cùm propinquioris portæ clavi Draco circumuolatus esset, monstrūq; id esse vates denunciaret: Minimè mihi quidem videtur, inquit, sed si clavis draconi circumuoluta esset, monstrum esse asseuerarem.

F

V O L V M E N .

**A**libi cur dracones Cereri vectandæ adhiberent, explicuimus: sed quoniā nihil prætereundum existimaui, quod in significationū argumentum apud scriptores veteres compressem, addendum quoq; fuit, scripta lucubrationesq; in anguum nomen deuenire: siquidē Zezes Hesiodi interpres, dracones quibus vecta Ceres Proserpinam queritabat, significare ait volumina que Triptolemus de agricultura conscripsit, eoq; loco Δίμητρα, Terram matrem interpretatur; consuesse enim Dores γ in δ vertere, ita quæ μή μάτης, μήμητα mox dicta.

T R O P H O N I V S .

**S**Imulachra quædā iuxta Ercynam fluuium in specu quodam fuisse memorat Pausanias, quæ dicata erant cum sceptris, circa quæ dracones obuoluti complicantur, quæ nonnulli antiquarū rerum ignari, Aesculapij & Hygiæ simulachra existimabāt, cùm tamē & Ercyne & Trophonij essent hieroglyphica, quibus etiam antiquitas dracones consecrauit, siue ob oraculorum prudentiam, siue ob rei que in promptu erat similitudinē, quod oracula Trophoniana subterraneo

**A** raneo in specu reddi solita, in specu aut & subterraneis cavernis angues libetissi  
mē latitare, ignorat nemo. De Trophonio pleni sūt doctōrū etatis nostrāe libri.

B O R E A S,

**B** oream quoq̄ ventum aiunt hieroglyphicē viperinis caudis, pedum loco,  
prēditū figurari: qua quidem specie insignis cum Orithyiae raptu in Olym-  
pia visebatur in donario à Cypselidis dicato.

### D E S C O R P I O.



N T E R serpentia Scorpius non habet locū, sed quia venenosum est  
animal, hīc minimē prætereundus fuit: super eo tamen partem eam  
tractare prius instituimus, quæ cum crocodilo negotium habet.

H O S T I V M C A E D E S M V T V A.

**B** Hōstes enim duos pāri conditione inter se dimicantes, vicissimq̄ in dāmina  
mutua concurrētes, ostendere si vellent Āgyptij sacerdotes, Scorpium &  
Crocodilum pingebant: nam ijs genuino quodam inter se odio flagrantes, simul  
atq̄ alter alterum inspexerit, in mutua funera spontē rapiuntur, amboq̄ eadem  
dimicatione perimuntur. Quia verò & terrestris & marinus Scorpius inueni-  
tur, de marino hīc dubio procul intelligendū. Quod si rem euēstigio peractam  
indicare voluissent, crocodilum scorpio subiectū pingere mos erat: icts enim  
scorpii quamprimum interimit crocodilum: sin distractam diutiūs pugnā, diffi-  
culterq̄ in necem deuentum ostenderent, superatum à crocodilo scorpium fa-  
ciebant; is enim motu segnis longē diutius laborat antequam hostem assequa-  
tur, & interficere possit.

D O L I F A L L A C I A E Q V E.

**T**Errestris verò scorpius dolī atq̄ fallaciē signū habetur in primis: estq̄ apud  
Sophoclem, Captiuis, prouerbium in hanc sententiam, οὐ ταῦτη γεράτης θεός  
φερεται λιθω, quippe sub omni lapide scorpīū insidiari. Sic & Theriacis Nicander:  
οὐερπίθη περιστήσθι γαῖαν λαΐλαχίσσασ.

Scorpius insidias parua sub cante tetendit.

**C** Apuleius acerbitatem morum per scorpium notat, vbi illa: Nostī quendā bar-  
barum nostrāe ciuitatis Decurionein, quem Scorpionem præ morū acritudine  
vulgus appellat. De insidiis verò quæ post aliquam felicitatē subsecutę fuerint,  
Sidonius de fortuna loquens ait: Quæ virum, vt scorpius, vltima sui parte per-  
cussit. Quin & mathematici, vel Ambrosio teste, percussore, & ad inuadendum  
ex insidiis promptum eum futurum dicunt, quem Scorpius nascentē exceperit.

I N N O C V A P R A V I T A S.

**I**S in aquā mersus si figuretur, innocuam significat prauitatē: quandoquidem  
& ipse & serpentes alij qui præualent in sicco, si præcipitentur in aquā, vt Cy-  
prianus ait, præualere nō possunt, innoxiiq̄ efficiuntur. Diuinæ verò literæ per  
scorpium indicat & diabolum & eius sectatores, de quibus Euang. Dedi vobis  
potestatem calcandi super serpentes et scorpiones. De serpente autem, quod ad  
hancrem facit, satis superq̄ superius dictum est.

L I B I D O.

**A**D hīc libidinē & nequitiā scorpius pictus ostendit, eiq̄ ex humani corpo-  
ris partibus pudenda sunt dedicata. Ei signo Mars dominañ, adulteriorum  
semper infamia notatus. Et milites omnes mulierosos ait Aristot. Et supra fini-

# Pierii Val. Salamandra.

torē prodeunte Scorpio ortos, Mathematici lasciuos esse dicunt, quare huc forte spectat illud diui Hieronymi dictum de virginē ad Auitum: Cauendū, ne arcuato vulnere scorpīj vulneretur. Cœlestē yero Scorpium, ob aculeū, qui est instar teli, sunt qui velint humani generis perditionē significari, cùm Libra Veneri dicata, inter Scorpīj chelas posita, matrimonij concordiam ostendat.

T E R R A.

**A**B eisdem Mathematicis desumptum crediderim id Scorpīj significatum, ut pro terra nonnunquam figuretur: aiunt siquidem illi necem à terrestribus animalibus iis obuenturam, quibus Mars in Scorpio certo quodam loco repertus fuerit. Ad hæc numus quidam est, in quo quadrigę sunt cum Victoria & his literis, Q. E L. I V L I B V R S I O. ab cuius altera facie caput est cum laurea & alis, ab occipitio cuius fuscina est & Scorpious, quod victoriam terra maricę partam significare videatur.

A F F R I C A.

**V**Trum verò doli fallacizq; Pcenorum, quæ tot bellis vniuerso terrarum orbis per tot annos innotuere, an corporum color fuscus, an quid aliud argumentum dederit, vt Scorpious Africæ terræ symbolum habere, diu multi quæsiuere. Id sanè constat, in Hadriani quibusdam numis Scorpium non aliter Africam significare, quam cuniculus Hispaniam, equus Italiam ostentet. In quā sententiam ut adducar, facit ingens atq; adeò perniciosa Scorpionum multitudo, quam ea regio gignit, aduersus quos Strabo ait remedia ab indigenis excogita, cùm dormitum eunt pedes allio, atq; etiam lectos ipsos illinere. Animaduertendū verò, si Scorpīū pingerē cōtingat, ne quis Nicandri versu decipiatur, ubi autor ille dicit, à cuspide nouē compagibus spondylos contineri: τοῦ δὲ ἡδὸντος σφόνδυλοι οὐταδημοι ὑπὸ τείρεσι σκοτεῖναι. Εὐταδημοι non est ibi simpliciter pro nouem nodis positum, vt Antigonus & Demetrius arbitrati sunt, sed pro multis, ait interpres: septē enim tantū cōpages habere caudā scorpīj, manifestū est: sæpe verò nouem pro multitudinis numero ponitur. Quin etiā Nicander idem οὐταδημον dixit, de eo qui duos tantū aculeos haberet: quæ quidem opinio est Apollodori. Et de nobis numero septē, vnicuiq; cernere volenti facile cōstatibit.

## D E S A L A M A N D R A.

**S**Alamandra quoq; inter malefica venenosaq; animalia recensetur: quare illam quoque quanta poterimus dexteritate tractabimus. Est hæc crocodilo terrestri facie perquam similis, licet non sit stellione maior, maioris quippe lacertæ magnitudine, quales ego in Bellunensis agri saltibus Castalioneo secessu meo magnis imbris excitatas aspexi: & in fontis mei cuiusdam aqueductu, quem macerie atq; cespitibus struxeram septimo post anno cùm eū reficerem, multas inueni ipsum fluentis aquæ marginem accolentes, paruo inter se distantes interuallo, ea ipsa figura coloribusq; præditas, qua pingitur ab autoribus.

A B I G N E C I R C U M F V S O N O N O F F E N S V S.

**H**ominem vndiq; ignibus impetum, siue cladibus iis que per ignem significatur, obiectū, minimè tamen vlla ex iis parte læsum significare si vellent. Ägyptij sacerdotes, Salamandram pingere consuerunt: ea siquidem per ardentes carbones inambulans, nullo ab his afficitur nocimento; tantus enim illi rigor

A gor, vt ignem tactu extinguat, non alio modo, quàm glacies.

## C O N S T A N T I A.

**N**AZIANZENUS pro constantia Salamandram ponit, dum animal id in igni medio, qui omnia domat, non solum lætari dicit ac viuere, sed cum omnino etiam extingue. Ita se cum Basilio, Athenis in igne perfidiæ Deum verum colendo in columnes versatos gloriatur, quinetiā eum professione sua atq; constantia suppressisse.

## A M A T O R.

**S**VNT qui per huiusmodi speciem, per Salamandram quippe in igne positam, amatorem ostentent, quod amorē ex igne significari apud omnes vulgatū sit, vt in Facibus latius à nobis dictum, & ardere se amantes omnes profiteantur: cumq; ita vitam in ęstu trahant, eruditè se fecisse putant, si figuram huiusmodi ardoris sui simulachrū prætulerint. Sedenim hoc haudquam mihi probatur: quia si Salamandra ignem rigore extinguit suo, ea vtiq; non ęstuat, quod in primis amator sentire se clamat, vtpote qui vel intimis medullis exuratur, vel lentis penitus ignibus maceretur: hunc vrat amor, hunc vrat proteritas, cùm feruidus sit puer Veneris, Cupidoq; semper ardētes acuat sagittas, Ardeat Atri des medio in triumpho virgine rapta, & quæ plurima in hunc modum Poëtæ scribere consueuerunt: vti etiam apud Maronem, Cæco carpitur igni Dido, agnoscitq; eadem veteris vestigia flammæ: vritur infelix, ardet amans, traxitq; per ossa furorem, ac totam incensa per urbem debacchatur. Mitto quod fabulantur alij, Salamandram igne pasci, atq; ideo amantē referre, quod ille sit huic veluti cibus, quo se oblectet assiduè.

## A M O R I S N U T R I M E N T U M.

**S**IGNIFICATIUS enim hoc exprimi potuisset, si bestiola illa posita esset paulò mu scia grandi maior, quæ in medio nata igne, per ignem salit atq; inambulat, id quod in Cypro insula videri autores tradunt grariis fornacibus, vbi chalcites lapis ingestus diebus cōpluribus crematur: de qua quidem illud spectādum maximè, quod quamprimum longiore paulò volatu à flammis abscesserit, emoritur. Hanc alij Pyralin, alij Pyraustam vocāt. Zenodotus in eius cognomine videtur hallucinari, cui de lāpade id attribuit, quod minutulo cuidā papilionum generi inesse videmus, æstiis tēporibus, vespertino crepusculo statim incipiente, quā Apuleius nouo, vti suus est mos, vocabulo Flammidem appellat, multi Nitedulam, certè Græci Lampyridem vocitarunt. Verūm hæc qua de loquimur Cypria, longè alia est. Quod verò dictum est Salamandram inambulacione sua ignem extingue, autores grauissimi sunt qui cōtrà vnā cum Sextio sentiunt, ignemq; ab ea lædi omnino negant, idq; Plinianis adhuc temporibus Romæ incompertum erat, necq; adhuc aliquis se vidisse testabatur: nos verò eā non modò ardentes prunas non extinguere, verūm etiam euestigio emori experimento comperimus, animali eo à Bernardino Pollano nobili Taruisino, hospite tunc meo, ab eodem fonte meo allato in domum. Alij verò qui rem vt exploratam & ipsi scribunt, causam etiā inuestigarunt cur id efficiat Salamandra: animal enim sine squamis & cute esse, corpus habere frigidum, & maximè humidum, quo singula quæcunq; contigerit humectet multò magis, quàm liinaces faciant: humoremq; illum à corpore tam longè diffluentem, vim eam habere, vt ignem extinguat quem attigerit: λιθος ἐνώπιον ea de causa Nicander eam appellat, siue quod cute careat, quæ eiros dicit, siue quod à cute humor ille largius emanet.

# Pierii Val. Salamandra.

H I R P I.

D

**N**E verò adeò alienum à fide videatur, Salamandrā & aliquod aliud animal posse per medium ignem incolume transire, scimus familias quasdam in agro Faliscorum fuisse, qui super ambustum igni struem ambulantes non adurentur, Hirpos illos vocauere, & ob id perpetuò s. C. militiae omniumq; aliorū munerum vacationem habuisse. Sedenim ætate nostra vidimus Romæ Benedicūtum quendam Teutonicum arte speculorum fabrum, qui non temere profitebatur sc̄ per flamas medias incessurum citra vllum vel capilli vnius detrimen-  
tum, quem & plurimū, & Teutonico ritu valde promissum habebat. Vidi ego hominem manus in liquefactū plumbum immittere, idq; ex candenti patella in volam accipere, eque ac si argentum viuum aut tepida fuisset aqua, introductus olim ad hoc spectaculum ab amplissimo viro Bernardo Vibienio, qui mox magis nominis sacerdos Cardinalis fuit, in cubiculum Ioannis Medicei tunc Cardinalis, in conspectu cuius hæc siebant, cum ego tanti presulis manū osculatus accessisse, quadriennio antè quām is ad summum Pontificatum ascendisset. Quod verò aiebat Benedictus hoc se arte magistra facere, quippe qui vnguento quodam partes eas oblimeret, quas ab igne saluas vellet, id in memoriā adducit quod Varro ait, Hirpinos eos, de quibus paulò antè dicebamus, solitos medicamento quodam pedum plantas tingere, atq; ita per ignem ambulantes multa, ut Virgilius, premere vestigia pruna. Inueni verò, quod ad hanc rem facit, apud Andream Græcæ nationis medicum, cui multum interpretes Nicantri tribuunt, hoc de Salamandra traditū, vt si quis eius sanguine vel manus vel vestem obunixerit, quod oblitum fuerit, ab igne nihil quicquam lædi: quamuis Plinius hoc non facile credat. Eiusmodi medicamini admiscēt alij albumen oui. At iam minus admireremur quod in quadrigarij annalibus legitur, oblitam alumine materiam succendi non posse, idq; esse verum, Sylla in Archelaum bellante comprobatum. Sanè laricem inter arbores neq; flammatum emittere, neq; nisi longa et vehementi exustione in carbones abire manifestū est, quod in fornaciis exploratū, reliquis lignis admixtū longo temporis interuallo cōsumi. Hoc & Cæsari in expugnatione castelli cuiusdam, quod Larignū nomine dixerunt, quia larice præmunitum fuit circa Alpes, non citra summā admirationē cognitum. Lino verò, quod nonnulli Carpasium appellant, de quo Pausanias, ardere id perpetuò ante Mineruæ illius simulachrum, quod cœlo, ut fama fuit, delapsum, in Acropoli visebat, Patauij ego pro ellychniis in lucernis aliquādo usus sum: materia enim integra & incolomi perdurāte, tādiu ardet, quādiu olco intinētum fuerit. Nascitur id inter venas aluminis, ac veluti densior quædam cartilago interspergitur, cuiusmodi sunt granorum malorum intersementa.

C O R R V P T O R   O M N I V M .

**S**ed vt ad Salamandrā redeamus, nunquid eorū quoq; nobis arriserit significatum, qui damnosum hominem, omnes quibuscū versetur, aliqua perniciē aut iniuria labefactātem, & quacunq; incesserit calamitatis aliquid inuehementem, per Salamandram ostendi voluerunt: quippe cui sit pernicioſa adeò vis, ut arboris quam irrepserit poma omnia inficiat veneno, & eos qui ederint, necet frigida vi nihil aconito distans, ait Plinius, atq; his quædam magis exitialia, quæ apud autorem ipsum latè recensentur. Illud sanè admiratione dignum quod traditur ab Æliano, sues Salamandra impunè vesci, verū vbi quis eius suis, qui Salamandrā deuorarit, carnē ederit, presentaneo eo veneno correptum interimi.

D E

A

## D E D I P S A D E.

 Frigidissimo animali ad ardentissimum accedere, ad historiae nonunquam venustatem pertinet: quare incommodis recitatis, quae de Salamandragen gelu procedunt, iam quae de Dipsadis ardore proueniunt, memorabimus. Animal id reptiliū perniciosissimum, corpore modico, ac viperino per quam simili, sed ad ictum violentissimo: de quo ita Nicander, Theriacis, ubi

Ναὶ μὲν διὰ τὸ ἔστι οὐκέται, οὐ γερπίχειν  
Πλυροπόνη θεάτρος δὲ ποώτρος ἔσται αὖτος  
οῖστας εἰσιν τὰς βλασφημίας σάκρου.

Dipsadis hanc speciem iuret quis, ni minor insit  
Vipereo generi vis mortis, at ocior ipsis qui  
Affixi fuerint truculentis fulmine dentis.

Figurā ciuius Sostratus à reliquis colubris ita distinguit, ut eam dicat habere cavidam duabus lineis nigricantibus distinctam, corpore reliquo albicante.

S I T I C V L O S I T A S.

B **C**ernere olim erat in littore quod è regione maioris Sirtis inter Libyā & Ägyptū porrigitur, columnā quandam in qua vir moribundus cælatus erat, cuius pedes serpens impactis dentibus affligebat, spirisq; volubiliter implicabat. Erant & mulieres aliquot, quarum aliae aquatum ibant, aliae aquam decumbenti propinabant: adiacebant passim & struthiorum oua hinc inde strata temere. Quae quidem species tota prorsus hieroglyphica hominē significabat bibacissimum, vel ardentissima confectum siti, ut Lucianus interpretatur: id quod etiam ad totius illius regionis naturam indicandam accommodari potest, nam ea siti laborat in primis. Serpēs verò ille circa pedem obuolutus & mordicūs in hęres, Dipsas erat. Veneno verò hęc est plurimo & immedicabili, quosq; momor derit, vsque adeò inflamat, ut propemodum exardescere videantur, ac igne veluti circumfuso concremari. Supremè verò sitiunt, quoq; magis potant, eo potandi audiores fiunt, ut sitis ea nulla aquarū vi sedari posse videatur, verum eo magis sanguire quo magis alluitur & irrigatur, perinde ac si quis ignem oleo superfluo extinguere conaretur. Hinc non infacet nomen confinxit Ouidius, cum le-

C nam quandam temulentam, Dipsadem appellauit:

Est quædam nomine Dipsas anus,  
Ex re nomen habet, nigri non illa parentem  
Nemnonis in roseis sobria vidit equis.

Neq; forte importunum fuerit, Epigramma quod olim in Framarianum facetus sumus æuo nostro scurrā lusimus, Ouidiano lusui subjaceremus. Id est huiusmodi:

Narrabat quidam vim Dipsados exitialem,  
Perpetuam infundat quæ pede fixa sum,  
Nempe sum, tria quam nequeant extinguere Nili  
Ostia, vel magnis stagna perhausta cadis,  
Interior loco Libyæ, Garamantas ad ipsos,  
Quæ fouet arenti Struthius oua solo,  
Quippe ubi quis misera spaciatus forte per arua,  
In pede fulminei vulnera dentis habet.  
Rite dux dextra famulæ, totidemq; sinistra  
Hęc gerit, hęc pleno vase propinat aquas,  
Illa propinatis alias superingerit, illa

# Pierii Val. Medusa.

Nec mora, nec requies, pocula mille parat.  
Frammianus ad hæc, hanc ô mihi quærite amici,  
Figat ut illa meos officiosâ pedes.

D

Sapienter itaq; vt reliqua, Moses Deuteronomio inter maximè pernicioſa animalium genera Dipsadem posuit, vbi terrificā illam describit solitudinē, in qua erat serpens flatu adurens, quippe Basiliscus, & scorpio animal insidiosissimum omnium: mox adiecit, & Dipsas: quod vt atrocius redderet, subiecit, & nullę omnino aquæ, quæ scilicet opem essent aliquam allaturæ. Eadem de causa Apollonius poëta terram aridam Dipsadem vocat. Admiratur autem Aphrodisieus, cur illi quos animal hoc momorderit, sitim illam intolerabilem Theriaca epota sedent, cùm genus id medicaminis ex siccis & calidis rebus conficiatur: nec adiucci potest id alia ratione fieri, nisi mutuo consensu quodam, viperarum, quæ admiscetur, carnes antipathiam habere aduersus quodvis animal venenosum.

## A P P E T E N T I A.

**N**Eç verò sitis ipsa simpliciter passim intelligenda, sed nōnunquam pro effrænata rei cuiuspam appetentia capit: nam & sitibundum pro maximè cupidum autores ponunt: & sitim Onirocritæ nihil aliud præ se ferre autumāt, quām audiſſimam cupiditatem. Ipsi porrò sitis hieroglyphicè ſæpe ponitur in Diuinis literis, vt Ambrosius super hydropico in domo Pharisæi curato difſerit: nam sitire impium dicit, dum huius mundi bona concupiscit. Iam & sitire aurum, in huiusmodi significationem passim inuenias, non aliter quām & auris sacra famæ, Poëta dixit. Delitescit autem, vt ad Dipsadem reuertamur, anguis id genus in insidijis inter Struthiorū oua, quæ Garamantes non ad cibum tantum perquirunt, verumetiam ad vasculorum & poculorum vsum, quippe qui propter ſolum arenidum & exuſtum argilla carent, qua nos vasa noſtra fictilia conformamus. Quin etiam eiusmodi ouis, quæ aliquanto grandiora fuerint, difſerit, elegantissimos ſibi pileos faciunt, ex ouis ſingulis binos, quibus capita obtegant, eoç gestamine plurimū delectantur.

## D E M E D V S A.

 Edusa quoq; ſegmentum licet fabulosum, aliqua ſubminifrauit hie, F  
roglyphica. T E R R O R.

**I**Lla enim horrifícis anguiū hiatibus tremenda, terroris significatū habuit. Preſectum verò caput id à Perſeo, terrorē ſummotū ab eo patria procul indicat virtute duce, quæ per falcatū enſem & interpoſitū ſpeculū effingitur.

## P R V D E N T I A.

**I**N historijs Theogneti antiquitatū ſcriptoris ( nam alium poëtam Comicum memorat Athenæus ) Medusa legitur ex tribus Phorci filijs magis aſtu polleſs, quæ regnum à patre derelictum in magnā auxerit opulentia, atq; eius prudentiæ cauſa ſerpentinū caput illi conficitū à poëtiſ. Cæterūm Apollonius Rhodus & Πλάτων, quippe Titanum à ſanguine nata hæc mauult, quod tamen apud Hesiodum, in ijs quæ extant operibus, nō inuenitur. quare nōnulli ſcribunt Hesiodum à Nicandro falſo citatū, qui poëtarū morem & licentiā non examinat, cùm etiā Oratorib. in declamādi genere tā nomina quām historias pro cōmodo ſuo commu-

A commutare, atq; etiam præter fas quædā in vsum suum extorquere cōcedatur.

## S T V P O R E T A D M I R A T I O.

**Q**UAM verò Medusam Domitianus Imperator pro pectore est gestare so-<sup>Domitianus</sup> sigillum.  
litus, vt in pulcherrimo eius sigillo spectauimus, omnino stuporem quem <sup>sigillum.</sup>  
de se omnibus in negocij quæcunq; tractaret concitatum volebat, significasse  
tradunt: quamuis nonnulli non alia causa factum putant, nisi vt patris gestamē  
vsurparet: nam in pulcherrimo Vespasiani signo apud Melinos Romæ, Gor. <sup>Vespasiani</sup> signum.  
gonem huic pro pectore adpositam aspexi. Alij factum à Domitiano in hono,  
rem Mineruæ volunt, quod numi id sibi colendum præcipue suscepereat: nam  
clypeus huiusmodi serpentum horrore præmunitus, in primis Palladi dedica-  
tus erat. Eam Eustathius ideo Glucopin appellatā censeri scribit, quod ex Poë-  
tis nonnulli dracones Glucopas vocarint, quamuis & à formidoloso aspectu  
dici posse non inficiatur, quod leones illi qui præcipue Regij nuncupantur,  
quosq; loco suo inter alia significata symbolum terroris esse ostendimus, glauci  
à colore nominentur.

## P R V D E N T I A.

**N**Eç tamen desunt qui Gorgonis caput pro Mineruæ pectore statutū, pru-  
dentiæ, vt id superius, signum esse contendant, quæ locum habeat in pe-  
ctore, qua qui prædicti sunt, facile alios confundere, vel imperitiæ redarguere, sa-  
xeosq; quodammodo reddere, vbi adlibuerit, possint. Apud Poëtas tamen Pal-  
las Medusæ caput ad incitandum, vel ad terrorem incutiendum prætendit, vt  
trudit Ouidius loquente Perseo:

*Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes,  
Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.*

Idq; præcipue cernere est in scuto Herculis apud Hesiodum: quamuis non sum  
nescius, esse multos qui opus id Hesiodi illius celeberrimi, quippe vt Naso, Ser-  
uantis pecudes vallibus Ascræ tuis, esse negent, alios qui ad C CL tantum car-  
mina Hesiodi, reliqua subiuncta ab Aristophane grammatico contendat. Sanè  
Megacles Atheniensis legitimum agnoscit opus, sed Hesiodo succenset, quod  
Vulcanū finixerit matris inimicis arma fabricasse. Apollonius Rhodius & Ste-

**C**ichorus Hesiodi omnino esse volunt: ait igitur,

*Ἄγρον μὲν θέντα θεά θλωκῶπις ἀθλώπις  
αὐγήδη αἰαστίσασα.      Quem Statius ita secutus est:  
Seftæ prætendens colla Medusæ  
Cen stimulis accedit equum.*

## D E H Y D R A.



Ram me iam de his anguium voluminibus explicaturus, cùm maio-  
ri me obuolutum negocio conspexi; supererat enim Hydra, quæ me  
vltimo loco aggressa moraretur: quare ope Herculis implorata, i-  
psam quoq; ita confecimus.

## S O P H I S T Æ.

**H**Ydra significatum, cuius uno præciso anguinco capite, alia atq; alia euesti  
giò repullularent, multi alijs atq; alijs modis interpretati sunt: nos ea con-  
tentî esse possumus expositione quā Plato, Euthydemus, posuit, vbi per eam per  
inde ac per cancrum sophisticas ait nugas significari. Hydræ Pausanias uno  
tantum capite præditam scribit: sedenim Pisander Camireus multa illi capita

# Pierii Val. Hydra.

tribuit. Alcæus ἀνακέφαλος eam vocat, πεντηκοντάκις φαλεν Simonides, quem Maro D noster sequitur, vbi dicit:

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

Sed enim hi numero vñi sunt multitudinē significante, more poëtico : numerus enim nouenarius, necq; non quinquagenarius, ex ijs sunt qui multa significant: vt illud apud eundem Maroneum, Quinquaginta intus famulæ, pro plurimq;. Ita οντάρχης κρέων in Arati carmine, pro multæ viuacitatis, quod superius in cauda Scorpij tetigimus, & in Digitij cōmentario, vbi de numeris agitur, latius expli- cuimus: vbi passim numeri illi recensentur, qui tam apud Græcos quam apud Latinos pro multitudine usurpantur.

## I N V I D I A.

**N**Onnulli ex peritioribus inuidiam per Hydræ speciem significari tradunt, ideoq; in nullo alio monstro domitādo Herculem magis laborasse, quam, vt Horatius ait, supremo tandem fine domari comperit. Ea verò palustris singi- tur, & è sordido eceno pullulare, quod non nisi in abiecto viliq; animo reperi- tur: qua de causa Ouidius inuidiam in imis vallibus latitare cōfinxit: ita reliqua E quæ super ea conscribit, ad hydræ significatū omnia quadrare compries. Nam & Erichthoniū, quem alij pedes anguineos habuisse, alij serpentem illi ad custo- diam datum scribunt, inuidiam significare nonnulli arbitrati sunt: ea enim post res præclarè gestas suboriri solet, & in cordis penetralibus occultari, virulento ad custodiā adiecto spiritu. Atq; hoc illud odium est, quod Diodorus ex ser- pente picto significari tradit.

## E D O M I T V M A' V I R T V T E V I T I V M.

**H**Abet & pietas nostra heroas suos, quorū è numero fortissimū illum ccelo intulit, qui fatalem draconem ex vrbi subiecto lacu quotidie prosilientem, nunc longo voluminum tractu spatiofa per arua latè proserpentem, nunc spiris implicatū collectumq; in insidijs per frutices & florulenta gramina latitantem, horrenda interdum letiferaq; die noctuq; sibila dispergentē, immani veneno- farum fauciū hiatu letum omnibus intentantē, nulloq; non die mortaliū aliquē deuorare solitū, interficerit. Nō temerè hæc literarū monumētis tradita, tametsi rem vti gestam Concilia maiorū nostrorū actis inferendam vetuerūt. Videtur F enim hæc picturæ species vnūquenq; admonere virtutis, cuius telo fretus illece bras amatorias, que dubio procul per serpentē exprimi cōsuerūt, scendasq; volu- ptates ex lacu, hoc est, ex infirma fluxaç; mollitie mētis emergentes, sinuosis vo- luminibus, hoc est, varijs delectamētorū laqueis manusq; pedesq; hominū im- plantes, arctissimisq; vinculorū nexibus obstringentes, nullo timore percus- sus summouere contendat, simulq; odiū & æstuātia indignati cordis incitamen- ta, vnde rixæ, cōtumeliaz, caluniæ, pessimæq; persuasions ortæ, magna semper rerū humanarū pernicie, vti sibila teterq; halitus per cogitatus auresq; nostras il labētes extinguere aggrediat: malos deniq; affeçtus, prauosq; mores omnes, q; grassatoris veluti quodam insultu animū incautū adoriant, cuius puritatē, quæ per virgunculā intelligit, virulenta cōtagione turpiter labefactat: letaliq; morsu in pedes affixo, vniuersum corpus cōtractu vitiāt, proserpēteq; in dies magis pe- stilentī morbo fœdiissimē interficiūt, firmo cōstantiç; pposito perdomitet, ani- mumq; in columitati nitoric; suo assertū restituat patri. Operæ preciū est videre, quēadmodū virgunculā puellā expositā adapertis faucib. rictuq; latè diducto, in parentū ac totius vrbis conspectu iamā inuadere tētaret ingluuiosus draco,

A virq; tam præstans animi iuuenis intrepidè eum aggressus, vibrato pilo, ferroq; per os medium adacto, pertransitaq; ceruice terga illa immania transfoderit, at tollentemq; interim iras & cærula colla tumefactum, harena moribundum strauerit, frustraq; volumina illa terrifica quatientem replicantemq; pluribus tandem ictibus ad saxum alliso capite cōfecerit, atq; ita verè fortitudinis coronam, & deorum illatus numero consecrationem etiam fuerit assecutus.

### PIERIVS VALERIANVS AEGIDIO VI- TERBIENSI, CARD. S. P. D.

**M**P 1 E me facturum existimo, nisi studiorū meorum, qualiacunq; esse pos-  
sunt, rationem omnem ad te deferam, quem humanissimum semper eorundem  
moderatorem habui. Nam durissimis etiā temporibus, cùm ea omnia deessent  
quæ vniuersiuisq; ingeniū ad labores inuitare solent, rebusq; sāpius desperatis nō  
Romam tantum, verū etiam ipsa literarum studia deserere solicitarer, cùm

**B**presertim essem non semel in officiū societatem à Bannisio, qui de Maximiliano suo tam multa,  
tam honorifice prædicabat, inuitatus, vna tamen autoritas tua in causa fuit, cur non vsqueadēo  
animū despondere: tu enim nunc hortando, nunc monendo, nunc opem auxiliūq; tuum polli-  
cendo, bono me semper animo esse iussisti. Neq; per te stetit, dummodo aequiora fuissent tempora,  
quin aliquid studijs meis otium aliquando compararetur: quo vno ego grauitatis & beneuolen-  
tiae tuae præsidio sustentatus, angusta illa omnia ea constantia peruli, quam in tot annos firmis-  
simam perdurare, amici dubio procul omnes admirabantur. Quem verò non confirmassent fre-  
quentissimæ illæ adhortationes tuae, cùm tanta me charitate cōpleteerer? cùm me non priuatim  
modo, sed publicè etiam commendares? Poterò ne ego vñquam dememinisse præclarissimæ illius  
concionis tuae, quam frequentissimo totius'ne Urbis, an orbis dicam, confessu, tantæ vir autorita-  
tis habuisti, vbi cùm è re nata quædam etatis nostræ lumina laudibus in cælum extulisses, quæ  
tua de me quoq; specula, quæ prædicatio fuerit, Roma (scimus quanta huic nomini vis) tunc  
nouit vniuersa: in quo licet illa pietati erga te mea permiseris, non quod merita postularent mea,  
id tamen de me iudicium testimoniumq; tuum multarum inde vigiliarum incitamentum

**C**fuit. Hinc factum ut lucubrations aliquot alias, tum in primis Aegyptiaca illa commenta-  
ria de rerum significationibus, tot annorum vigilias, tot dierum atque noctium sudores, tot in  
reconditissimis rebus eruendis luciūq; dandis conatus, in eam demum speciem informarim, vt  
conspici nullo iam meo, quamvis maximè verecundi, rubore posse confidam. Quod verò in hu-  
iusmodi negotio absoluendo reliquum est, cùm vniuersum opus insignire nunc speciosis literato-  
rum hominū nominibus constituerim, argumentaq; ipsa partiri, ne vno continenter libro com-  
plexa, odiosum ob rerum multitudinem volumen effiant, amicos mihi quosdam designauit,  
quorum hortatu modo hoc, modo illud à me conscriptum esset (nosti hoc πλεταρχεῖ: ) id enim  
maximè commodum visum est quod ambitioni prætexerem, amicorum scilicet impulsu me tam  
multa elaborasse: quando hodie id plurimum vitio verti video, quod laboriosa quis aut dif-  
ficilia aggredi ausus sit, quod honestam industriam turpi otio præculerit. Inter hos autem eo-  
rum in primis rationem mihi libendam proposui, qui mihi talia meditanti suffragati sunt:  
cumq; tu omnium maximè non modo album adieceris calculum, sed autor penè fueris ne in-  
choatum hoc opus olim abijceretur, mihi præcipue delectus es, cuius nomini lucubrationum hu-  
iusmodi partem nuncuparem. Quod si meum hoc institutum non aspernatus fueris, fac ex te  
sciām, quod præcipue animal tibi velis inscribi. Putes verò inuitatum te ad Coritianas cœnas,  
in quibus discubent tecum Bembus, Sadoletus, Sanazarius, & plerique alijs, quos à te summo

# Pierii Val. Ciconia.

opere diligi, & à quibus te plurimi fieri non ignoro: ubi tamen id tantum honoris extra ordinem D tibi habendum sit, ut eius animalis, quod tibi apponi iusseris, ferculum accipias. Obsecro verò te pro summo meo erga te cultu & incomparabili obseruantia, ne aliter huc descendere dederis, quam vocatus olim ad Elegiacam Amorum meorum cænam conferre te non erubuisti, & meam hanc qualemcumq[ue] grati animi declarationem eo vultu suscipias, quo me ad exhibēdum huiusmodi munus totiens accendere consuesti.

## AEGIDIUS CARDINALIS PIERIO VALERIANO SVO. S. P. D.

**Q**uantum me cōmouerint literæ tuæ, suauissime mortalium Pieri, ut sine incre-  
dibili voluptate cogitare, ita verbis satis asequi nunquā possem. Nam tametsi  
antiqua illa amicitia nostra, omnia quæ ab amicissimo expectari possunt, ab  
humanissimo isto ingenio tuo mihi expectanda esse pollicebatur, nō erat tamen  
ut vnquā aut præcipuè hoc tempore, diuinis illis tuis lucubrationibus, tot huius  
ætatis luminibus, posse me hominem admodum tenuem & obscurū inseri, sperare auderem. Sed E  
ut nihil infelicius quam in mala ingenia incidere, ita nihil felicius, quam in bona. Mēntis enim  
istius bonitas fecit, ut nec huius temporis absentia diuina obfuerit, nec mea superiorum tempo-  
rum negligentia, ne culpam forte aptius dixerim & peccatum. Dicis enim, cum laborares rebus  
parum secundis, minùs arridente fortuna, persæpe te à me fuisse in bonā spem erectū, & ad me-  
lius sperandū confirmatū. Dispeream si quid vnquam occurrit mihi in vniuersa vita, vnde plus  
angar, erubescā, doleam, quam quod solis verbis isto tunc officio functus sum, cuius ego rei cūm re-  
cordor (recordor aut̄ frequentissime) non modo facti, aut infecti potius me pœnitet, verum etiam  
mei supra quam cogitare quis posset, & piget & pudet. Quod verè & boni consulueris, & bene  
merentissimus istis clarissimisq[ue] viris annumerari me statueris, facis, ut cūm iure illi quidem hæc  
à te recipiant, vñus ego, cui nullo ista iure tribuantur, graviſſimo obstringar ære alieno, quo qui-  
dem non sum in contrahendo promptior, quam futurus sim, si vnquā dabitur, in soluendo. Ani-  
mal mihi peculiare est cœnis ineptum Ciconia, vbiq[ue] non obscurū exemplum pietatis: nō ab Ari-  
stotele & sensilium studiosis modo memoriæ proditum, verū à Theologia arcana Hebræorum  
tum culta, tum diuinis honoribus venerata. In arcans enim eum habet locum ea auis, ut nihil F  
posset aut reperiri sacratus, aut diuinius excogitari. Poteris, si videbitur, auem ut in hominibus  
pascendis inepia, ita in alendis parentibus laudata cōmendare. Quod si id minùs ad rem quam  
tibi proposuisti, facit, dici posset, quādo Ciconia ad dapes ferre nō est, columbā similem afferri lice-  
re. Sed iam sus nō vltierius dñineruā. Ego nō ad Corytianas cœnas, vbi quādoq[ue] quasi digladiatū  
pugna plusquā Centaurea, sed velut in arcanū Corytium specum, qui, vt Pomponij verbis utar,  
mirificus & pulcher, ac paulo post totus augustus & verè sacer, habitariq[ue] à Dīs & dignus ei cre-  
ditus. Nam si datores & Dī, quis neget antrū dñus tuæ à dys inhabitari, qui eodem tempore  
Aegypti gloria instauras, quo Turca euertit? simulq[ue] illa sensit inde malum dæmonem militiā  
delentem, tyrannide premente, signa, statuas, marmora, & quicquid antiqui splendoris erat, di-  
ripiuentem. Hinc te Dīs comitibus nō clementa, nō saxa, nō vanas pyramides, sed sapientiæ veter-  
ris, sed diuinæ eruditio[n]is, sed arcanarum sacrarumq[ue] literarum sepulta monumēta reponere,  
ignota mortalibus arcana instaurare, luce canæ doctrinæ, quam à Cræcis abesse audiuit Solon,  
post tot secula ab inferis reuocare. O felicem Aegyptum: longè quidem illa felicior à te facta est  
cūm cecidit, quam cūm staret: illa enim humisita à Selym Turcarum principe occupari potuit,  
hæc ut sapiens Ciconia altum in cælo nidum struens, in æuum tuta viuet sempiternū. Vale. Ro-  
mae, M. D. XXV. VII. Id. Aprilis.

PIERIUS

PIERIVS VALERIANVS BELLVNENSIS AD  
 A AEGIDIVM VITERBIEN. CARD. DE IIS QVAE PER CICO-  
 NIAM, MEROPEM, CVCVPHAM, IBIN ET GRVEM  
*significantur, ex sacris Aegyptiorum literis.*

**C**CE tibi, Præstantissime vir, Ciconia illa tua pietaticultrix, Sa-  
 cerdoti omnium pientissimo dedicata, quam tu scilicet non reli-  
 quis tantum volucribus, verùm & vniuerso animantium generi  
 solitus es anteponere: quippe quod adeò peculiaris & ingenita  
 sit illi pietas, ut & ipsum humanum genus, in huiusmodi capien-  
 da adorea, longo post se interuallo reliquisse videatur. Hinc non in Aegyptiacis  
 tantum hieroglyphicis sculpta, verùm etiam in Romanorum principum numis  
 summo cultu cusa reperitur.

## P I E T A S.

**B**Idere enim est eam passim in Hadriani numis, inscriptione etiam adiecta,  
 PIETAS AVGUSTA. Significabat haec hominem erga parentes pium,  
 & veræ charitatis officijs insignem, quippe quæ parentes nunquam deserat, se-  
 nectutem eorum curans, non modò senescentium, sed quotiescumq; opus est ut  
 alantur opera liberorum. Alites enim haec nec patrem neq; matrem errare huc il-  
 luc cibi causa patiuntur, sed operam dant ut in cubili maneat, & eorum labore  
 pascantur, quos ipsi genuerūt, educaruntq;. Vnde pientissimū illud αἰπαλαργῆν,  
 usurpatum in adagijs. Et antiquissima lex Pelargica, honore nominis his au-  
 bus habito, de parentibus, ut ita dicamus, renutricandis. Sed quas nos, rogo,  
 mortalium aut naturæ ipsius leges curiosius vestigemus, cum in sacris literis,  
 post tria illa de diuino cultu præcepta in Decalogo cōtentā, primum rerum hu-  
 manarum decretum à summo Deo sit, Parentes venerari: quæ doctrina apud  
 Hebraeos primū popularibus literis mandata est, ut omnibus esset in prom-  
 ptu fugiendorū expetendorumq; notitia. Identidem verò nos admonent diui-  
 nae literæ, ut si diuturniore vita frui cupimus, & patrem, & matrem cum primis  
 honore prosequamur. Vnde senariolus ille dictatus in scholis,

**C**ingvōς βιώσεις γηροκρή τῶν γονέων,  
 Diu viues, senectam si parentum nutrias.

Quam sententiam Homerus ita sibi surripuit: οὐδὲ πολὺν

Σεπτὴ Κλασικὴ μωμὸν δέ σι αἴων.

Et quoniam charis nunquam genitoribus aequum

Reddidit officium, immatura est morte peremptus.

Cæterūm Athenienses eos tantum filios huic legi addictos voluerunt, qui vel  
 disciplinis, vel honestis artibus fuissent à parentibus instituti: qui verò negligen-  
 ter educati essent, nihil eos parentibus debere. In hanc sententiam Boëtius histo-  
 riā recitat minimè contemnendam, libro de Institutione scholastica, de eo qui  
 male à patre institutus, cum post multa & enormia scelera per patris indulgen-  
 tiā perpetrata traheretur ad crucē, accersito ad se patre, quasi pietatis officio,  
 veniā actæ per flagitia vitæ petiturus, dum osculū se ferre simulat, ei nasum den-  
 tibus amputauit, memorabili nimirum omnibus exemplo futurus, educatio-  
 nem esse, quæ vniuerscuisq; vitā instituat, & siue boni, siue mali euaserimus, vni  
 illi acceptum ferre nos debere. Neq; obijciat quis, ingenium vnicuiq; suum in  
 vtero matris ipsius attributum, cum vel in brutis animalibus Lycurgus, con-

# Pierii Val. Ciconia.

cione super liberorum institutione, rationeç legum ferendarum habita, ostendit ex duobus catulis, quos ab eiusdem matris vberibus subductos, in syluis alterum, in culina alterum educandos curauerat, vbi aliquantulū adoleuissent, in media concione simul emissos, ad patinam hunc in medio positam, ad leporē illum, qui statim emissus erat, insequendum accurrisse. Atq; hoc illud est quod apud Horatium legimus:

*Venaticus ex quo*

*Tempore ceruinam pelle latrauit in aula,  
Militat in sylvis catulus.*

At quanto magis honorandum est ingenium Ciconiæ, eo magis damnandum est humanum genus, cùm satis olim celebres ciuitates eò impietatis ferantur irrupisse, vt senes quicunq; sexagesimum ætatis annum excessissent, de ponte in subiectum profluentem deijcerentur: aut si fabula est, tam perditio fuisse quenquam ingenio, qui rem vsque adeò abominandā cōmentari sit ausus. Vt cunq;, fabula inde ansam cepit, quòd aliquando senes eius ætatis Romæ in Senatum ad ferenda suffragia non admitterentur. In Comitia vero per pontem, qui colliculos duos iungeret, transitus erat: qui verò prohiberetur eò accedere, Deponenti appellabantur. Sed vt manifestas fabulas, bona Festi & Erasmi venia omittam, alij lege longè iniquiore sanxerunt, ea ætate senes mortis inter se certamen inire, vt inutilis, quod illi censebant, ætas facesseret, vietusç necessaria & iuuenibus & adultis viris largius suppeterent: quod moris in Iulide Co insulæ vrbe Menander fuisse notat, vt apud Stephanum legitur. Menandri vero versus qui superant, ita legi debent:

*νελθέν τὸ κάνων νομαλόγη τῇ φανίσ,  
& διωχθεὶς θρήνων νολθός, & λυγκῶς.*

*Lex pulchra Ceæ ciuitatis Phania,  
Cui lata non est vita, ne tristis fieri,*

*Ferro iubentur praeficare in commoda.*

Vltimum hoc, que legis sanctio est, apud Stephanum non habetur, sed ex historia omnino subiungendum.

**I**N piscium Cōmentario cum Hippopotami significata recenseremus, memorabile illud Ägyptiorum documētum recitauimus, quo illi sceptra regia in summa parte Ciconiæ capitibus insignita faciebant, fluialis equi vngulis in imum appensis: ex eo innuere volentes, amplexandam, colendam, suspicendamq; esse pietatem, gratumq; animum ingratu preferendum: impietatem verò, cuius hieroglyphicum est Hippopotamus, pessundandam. Amphibium enim animal hoc patrem solet de matris coitu, quem affectat, mālè multare. Id sceptri in ahenea Bēbi tabula ita habetur.

IMPIETATI PRAE LATTA PIETAS.



## DE MEROP E.



Vnt qui Meropem etiam in hoc statuent significato, cui pietatē eandem in parentes Aristoteles attribuerit. Eam Älianu omnino in Ci coniarum genere posuit, esseq; in parentes ea nutricandi pietate, vt eorum senium haudquaquam opperiatur, quibus pientissimā educandi cu-

A di curā impendat, sed quamprimum volare cœperit, sponte animum ad necessaria parentibus subministranda conuertat: quapropter eam auium iustissimam appellauit. Figuram eius apud Simeonem quendam Antiochenum, qui multa de animalium vi medica cōscripsit, ita traditam inueni. Meropi animali volatili pectus esse accipitrinum, ventrem albicare, tergum & apicem auro similem, genas candidas, rostrum magnum, indec̄ nomen cōsecutam, quod proliuis admodum sit ad contrahendam cum humano genere amicitiam. Homines enim μίσθιον appellare præcipue Homericum est: Sunt qui gangrenam eam vocent. Id vero insigne est in eius ingenio, ut paritura huc & illuc transmigret identidē, ut ita fallat, nec̄ facile partus eius deprehendi possit. Verū enim uero diuersum hoc Merops habet à Ciconia, quod cunabula in terra facit, corporis grauitate sublime petere prohibita: in specu itaq; nidificat, sex pedum defossa altitudine, quod & de Cassita fabulose perhibetur. At Ciconia nidum in altissimaru abieatum verticibus ponere comperitur, quamuis quoniam ē loco veniret, quo se referrent Plinianis adhuc temporibus incomptum erat. Sed quantum ad regium illud sceptrum pertinet, Plutarchus hoc de grue sentire videtur, opusculo cui titulus, Quæ nam sint prudentiora animalia, terrestria an aquatica. Gruem enim facit fluuiali equo oppositam, ea qua de superius causa dictum est.

## D E C V C V P H A.

**G**Hilippus ille, qui fragmenta quædā ex hieroglyphico literarū Ägyptiarum interprete, cui Horapollinem nomen faciunt, satis curiose collegit, & Græco sermone scripta posteritati commendauit, Cucupham quandam nominat in huiusmodi pietatis significatū. Nomen mihi, ut ingenuè fatcar, nondum cognitum vocabuli nouitate, siue potius ea Circuma sit, que & ipsa parentū curā suscipit, & à Latinis inter Ciconiarum genera recensetur. Sedenim in his facile sum ijs, qui certiora compererint, acquieturus.

**S**ed vtcunq; gratum animum is per eius alitis hic  
**G**rativs animvs.  
**R**roglyphicū significari dicit apud Ägyptios, propterea quod vnum hoc animal ( ita enim illic habetur) ante alia omnia genitoribus senio confectis comedendo modo gratiā rependit, quo ales ipsa fuerit educata; in eodem enim loco ubi fuerit à parentibus enutra, eis nidum parat, pennas vellicat inutiles, eoq; cibum importat ( τρόφων enim in manu scriptis codicibus antiquis, non τρύπων, legitur ) idq; quoad resumptis pennis ipsi sibi sufficere queant. Atque hæc est, quam ait in sacrīs sceptris prærogatiuam habere. Apud Suidam in Reciconiādi prouerbio, ut nouo vocabulo verbi Græci proprietatem explicemus, nimirū legere est, in eiusmodi sceptris τελαρχον adsculpi, quæ dubio procul Ciconia est. Atq; ego animaduerti quibusdam in numis huiusmodi sceptri speciem Ciconiæ capite insignem esse.

## V E R N V M T E M P V S.

**H**Abetur & tepidi temporis hieroglyphicū Ciconia, quippe quæ adueniente hyeme in tepidiores regiones transmigrat, verno vero tempore nos inuisit: quare Petronius eam felici cōpositione exulyemen vocavit. Hinc in æstatis pictura Ciconiam nonnulli addidere, quando cōstat eam ex erraticis aubus æstatis aduenam esse.




# Pierii Val.Ciconia.

**I**Nuenio & munimentum ab insidijs atq; ve-  
nificijs per Ciconiā platani folium gestan-  
tem significari: ea siquidē huiusmodi folio ni-  
dis imposito, editis ouis ea ab noctuarū iniu-  
ria defendit. Compertū enim est, si noctua ea  
contigerit, fascinari: incubationem quippe o-  
mnem, ac si oua essent subuentanea, irritā fie-  
ri, quod obseruauit Ælianuſ. Nouit verò Ci-  
conia amuletum id, vt eō nō accedat noctua,  
vbi platani folium fuerit. Quid enim cōmune  
esse potest aliti letali cum arbore geniali? Vel  
eam inesse folio vim dicemus, vt ab eiusmodi  
fascinatione valeat oua liberare.

M V N I M E N T U M A B  
insidiis.

D



## M E D I C I N A.

**Q**uod si Ciconiam ore tenentem origani ramusculum quis figurarit, hiero-  
glyphico eo medicinam sibi comparatam indicabit: nam eius herbæ pa-  
stione Ciconiæ stomachi fastidium leuant.

## V I G I L I A E S P E C V L A T I O N E S ' Q V E .

**I**Naugurali disciplina Ciconiæ vigiliarum custodumq; vrbium signa perhi-  
bentur, propterea quod ædiū fastigia & acroteria plurimū inhabitāt. Hinc  
augurium Attilæ dederunt, futurū vt Aquileiam, quam per triennium obse-  
rat, multisq; oppugnationibus attruerat, expugnaturus esset: visq; siquidem Ci-  
coniæ uno impetu ex vrbe migrare, foetusq; suos sublatos rostris per rura foras  
asportare. vnde ille vrbem euestigio perituram præsagiuit, ostensōq; militibus  
augurio, expugnatione per quam properè parata, voti compos euasit. Et, si par-  
ua ponere cum magnis licet, Patauñ sub Ezelini dura dominatione, cùm iniecta  
esset lordano Bonzio viro strenuo tyrannicidij concepti calumnia, ob quam is  
damnatus est, domusq; eius disiecta, & à fundamentis euersa, obseruatum est  
paucis antè diebus Ciconiam, quæ in summa illarū ædium turri nidum strux-  
erat, paulatim nidum ipsum auellere cœpisse, moxq; eum in Manfredi Cuticelli  
turrim transtulisse, ibiq; oua posuisse: quod casu factum credere difficillimū est. F

**E**st & militiae hieroglyphicū Ciconia,  
In ea siquidem frequenter illud agita-  
tur, qua quis ratione locum ponendis ca-  
stris præcipiat: vel si maior ingruat vis,  
quo pacto motis castris hostē fallat. Com-  
pertum verò est huius generis alites ma-  
gno numero certo cōgregari loco, ex om-  
niq; prouincia omnes in vnū cogi, vt nul-  
la sui generis relinquatur cui liberū sequi  
fuerit, idq; prædicta veluti die: & siue di-  
scendant, siue adueniant, etiam obseruātes  
fallunt, quod nocturnis vtruncq; temporib;  
bus aggrediuntur. Quid quod & concil-  
lia inter se in cōcionis morem agitare eas  
obseruatum est: vt in Come Pythonis pa-  
tentibus Asiæ campis congregatæ inter se cōmurmurant, tamq; seuerè discipli-  
nam

## M I L I T A R I S D I S C I P L I N A.



A nam hanc exercent, vt eam quæ nouissimè aduenerit, lacerent, atque ita cæteris negligentiaæ castigate admonitis, castra subito volatu mouent, & vnanimi profectione commcant.

## HOSTIS PROFIGATUS.

**P**rimùm verò illud optimi est imperatoris munus, vt hostes longè à patrijs sedibus summoueat. Serpentem loco suo belli & ingruentis calamitatis esse signum, multis ostendimus argumentis: atqui nullum animal contra serpentes acrius, neq; assiduè magis dimicat, quam Ciconia: quare honos illi serpentium exitio habitus, capitaleç fuit plerisq; gentibus, si quis Ciconiam occidisset, pœna eadem legibus statuta, quæ homicidis: quod Thessalos religiose admodum obseruasse, tradit Plinius, & pleriq; alij. Et apud Stephanum de vrbibus legas, Στεναλία εἰ τούτη ἐξιστελαργύς καὶ τένει, τὸν γαρ τὸ χώρων ὄφεις αὐλαργεῖσι. Id quod notatum volui, ne quis ταλαρός legeret, vt in vulgatis habetur exemplaribus. Vnde fortè factum, vt dum illi utili hac de causa parcitur, prohibitum sit eam mensis inferre, non aliter quam bouem olim occidere atq; ciuem, eidem subiectebatur supplcio. Sed veluti necq; boui perpetua fuit immunitas, ita Ciconiae in culinā & ipsæ raptæ: in quo tamen hoc illi accessit honoris, vt cum deliciati alij cibi plurimum ab hoc vel illo ganeone priuatim conquisi ti laudatiç fuerint, vna Ciconia edito Prætorio epulis inferri meruerit: de quo Flaccus in Gallonij gulam, qui aci- penserem tantum approbabat, ita scripsit:

*Quid tum Rhombos minus æquora alebant,  
Tutus erat Rhombus, tutusq; Ciconia nido,  
Donec vos autor docuit Prætorius.*

Nam Russus quidam vir Prætorius, vt apud Porphyronem legimus, quidam Asellum dicunt, instituit vt Ciconiarum pulli manderentur: isq; mox repulsam in Prætura passus, huiusmodi scazonte proscissus est:

*Ciconiarum Russus iste conditor,      Hic & duobus elegantior Plancis,  
Suffragiorum puncta non tulit septem:  
Ciconiarum populus vltus est mortem.*

**C**ornelius Nepos, qui principatu Augusti obiit, cum scribebat de saginâdis aliis, turdosq; paulò ante coepros saginari monuisse, addidit, Ciconias magis placere quam Grues, quamvis longè secus humanum mox palatum iudicauit: nam grues inter primas, louij etiam nostri iudicio, commendantur.

## IRRISO.

**P**rætereundus nō est Persianus locus, per quem Ciconiam illusionis & suggestionis signum haberí dicimus, vbi dicit:

*O' lane, à tergo quem nulla Ciconia pinsit.*

Ad id scilicet respiciens, quod petulciores homines cum quempiam ludibrijs incessere aggrediuntur, soleat digitis in vnum adstrictis exorrectisq; quasi ciconiani rostri speciem reddentes, identidem pinsando abeuntes eludere, qui mos in principum aulis frequentissimus.

## DEVS.

**A**ddemus & illud, posse etiam hieroglyphico Dei Ciconiam ea ratione figu rari, quod his alitibus non inesse linguam obseruatū, ideoq; earum vocem murinationi potius esse similem quam clangori. Nam & Crocodilum ea de causa Dei simulachrum Aegyptij statuebat, de quo suo dictum Commentario;

# Pierii Val. Ciconia.

elinguis enim omnino est crocodilus; idq; tam significat Deum tacito omnia si- D  
lentio perficere, quām non debere nos super eo loqui, quem nulla queat huma-  
ni vis ingenij satis admirari.

## ANIMVS DIVINIS INTENTVS.

**N**E q; verò minori obseruatione dignum illud, quòd purum animum, supra terrenas facies elatum, & diuinarum tantùm rerum meditationi deditum, per Ciconiā hieroglyphicè significat sacrę etiā nostrorū literę. Fastigia enim apicesq; rerum semper quæritat Ciconia; quiq; Hebraicā sequuntur lectionē apud Psalmographum, quod vulgō legitur, Herodiū domus dux est eorū, iij reddunt, Ciconiæ domiciliū abies præbeat; vel, Ciconia nidum suum ponit in abiете, arbore scilicet supra reliquas verticem attollente. Quod quidem ex Hebræorum disciplinis niemini te, Pater amplissime, pro concionibus declamitare, nidos sci licet eius alitis in excelsissimis abietibus positos ostendentem, multa super ea ex vndeclimo Leuitici capite, octauo apud Hiereniā, quinto apud Zachariā, & tertio supra centesimum Psalmō memorantem, præcipue verò x x x i x lobis locum declarantem, qui non intellectus longè alienum habeat sensum, quām ple- E  
riq; interpres opinati sunt. Quædam enim ibi enumerantur animantes, præci-  
pue autem aues, in quibus multa, in primisq; manifesta atq; clarissima apparet.  
prudentia, inter quas Hafsiida ista tua est, quam nostram esse Ciconiam (id e-  
nim recte memini) contendebas, de qua dictum ab Iobe: Num illa relinquit hu-  
mi oua sua, vt quæ puluis excalfaciat, pes opprimat, fera calcet? Quem locū in-  
terpres tuus enarrans, ait nequaquā ita esse, sed Hafsidam auem vt clementissi-  
mam, ita & prudentissimā, eminentissimis in speculis arboribusq;, montiūmve  
aut ædificiorum apicibus nidificare, humo humilibus' ve locis minimè credere  
animalium accessum, omnesq; fortunę casus inaccessæ altitudinis altissimo con-  
filio cauere: quamuis Latinus interpres, oua eam humi relinquere tradiderit.  
Velle verò theologos, quos enumerabas, multa inesse Ciconiæ diuina lumina,  
omnium supremum, quo maximè dando clemens appareat Deus. Nasci præ-  
terea plerasq;, imò innumerabiles animas tantæ lucis fastigio ineptas, raras ad-  
modum aptas, propterea quòd corpore mortali obiectæ sunt, cuius si quando  
obliuiscantur, gradum illum eminentissimū, vt astrum proprium, semper ante F  
oculos habituræ sunt, ita vt nidum illum antiquum agnoscant, quæq; inferiora  
illo sunt, contemnant & aspernentur.

**H**Abet & hoc Ciconia commune cum su- VOLVPTATVM ET MALO-  
peris, quòd, vt dicebamus, bellum illi af- rum affectuum dissipatio.  
fiduē cum serpentibus est: quod quidem ani-  
mantium genus ita prorsus terrestre est, vt hu-  
mi repat, humi semper vel adhærescat, vel in  
abditissimas se terræ latebras occultet. Ita ani-  
mus qui mortalium delicias auersetur, terre-  
nosq; affectus humi prop̄modum obuolu-  
tos longè summoueat, & penitus amoliatur,  
per hieroglyphicum huius alitis, quæ serpen-  
tem dilaceret, aptè significabitur. Serpentem  
verò inter alia significata petulciorum voluptatū, molliumq; illecebrarum sym-  
bolum esse, plerisq; locis toto hoc Opere declaratum est, suo  
verò Commentario plenissimè.



## A N I M V S A D H V M I L I A D E I E C T V S.

**A**D hunc itaq; modum Ciconiae nidulantur: sed si super ea vnquam mentio sit, quod humi oua deponat, alterius significati gratia confictum, quasi rem ab ingenio suo alienissimam aggrediatur: eritq; Ciconiae humi oua deponentis hieroglyphicū, animus ad humilia deiectus. Aliqua est omnino anima talis, atq; vtinam non innumerabiles huiusmodi reperirentur, quæ, licet totæ in res diuinæ vergant, totæ assurgant, totæ humanas res cōtemnunt, totæ diuinis aspirēt, quadam tamen vulgarium animarum labe contagioneq; fit, vt cum aliis mortali bus versentur, eorumq; curas inanissimas in necessariis parandis, in periculis vitandis, in familia, domo, agris, honoribus, aliisq; id genus sexcētis procurandis imitent. Atq; ita auis cœli gratia nata, dum ad humana serpit, humi oua collocare dicta sit, & à sanctissimis naturæ suæ institutis aberrare. Memini verò et illud disputasse te, Latinorum aliquot per Hassidam Cassitam interpretatos, fabuloseq; Gelliū fabulam cōmentum de nidiificatione in agris & in segetibus: sed eum apogū, non historiam scripsisse: dicebasq; Latinos nostros, vnā cum **B** Græcis, quippe qui sint ad diuinos sonos soli barbari, cùm sacris literis careant, aspirationem grauem in C literā mutare solitos, et pro filio Noa, Ham, scriptitare Cham: pro Ahab, Achab: pro Ohozia, Ochozia. Et Blondū in asportādo diui Marci corpore suum tergis operto, exclamatum scribere, Cancir Cancir, ab iis qui Alexandriæ custodes erant, cùm Hazir Arabum lingua enunciassent, quæ vox suem sonat: esse verò Arabum linguam Hebreorum linguæ non absimilem, & hos & illos æquè suillam abominari, manifestum est. Qui quidem error à quodam nostri temporis nouo interprete, omnibus diuinarū institutio- num ex historiæ tam veteris quam nouæ libris, supraquā dici possit auctus est. Sed hæc alij viderint. Nos quæ ad alitis significata spectare videbant, quæq; ad rem ipsam attinerent, ita vt vides, qua potuimus cura collegimus,

*Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis,*

*Effluxisse meo forti putes animo.*

**H**æc demum est illa Ciconia quam per literas apponi tibi iusseras, Pater sapien- tissime, insipida illa quidem futura, nisi aromatibus ex Arabia illa tua petitis, largēq; superfluis, commendationem aliquam acquisierit. Sed iam reliqua huius **C** generis aggrediamur.

## D E I B I.

**D**E Ibi nunc dicere consentaneum est, quæ quidem omnino est Ciconiæ species, excelsa ea quidem, rigidis cruribus, procero rostro, multò tamen alia quam nostra. Atq; eadem in Ægypto duplici genere distinguunt: sunt enim aliæ candidæ, aliæ nigre. Candidæ apud Pelusium tantum non sunt, cùm in reliqua tota Ægypto habeant: ideo verò candidæ appellatae, quia capite sunt & collo penè candido, reliquo tamen corpore nigricante. Nigræ contrà apud Pelusium tantum, in cætera Ægypto nullæ. Sunt verò hæ nigræ totæ cruribus gruinis, rostro maxima ex parte adunco. Sed quæ candidæ dicuntur, pedibus sunt humanis propè similibus, & graciliori capite.

*Æ G Y P T V S.*

**Q**Væ quidem geminæ species in Ægypto tantum reperte, argumentum de- dère, vt Ibes geminæ pro Ægypto ipsa figurarentur, vtpote quæ ei tantum

# Pierii Val. Ibis.

regioni familiares & propriæ essent. Eas in huiusmodi significatū passim in obe D  
liscis videas. In numis verò Q. C. Mari, obseruauimus Ibes Elephanto adhibi-  
to, earū quippe regionū hieroglyphica, quas ipsi ditioni Romanæ subiecissent,  
aut in quibus æternæ memoriarum aliquid dignū effecissent. Sunt verò aues ita  
Ægypti propriae, ut extra eam regionē viuere nō possint, asportatæq; ocyssimè  
moriantur. Est & alia ratio cur Ægyptū hieroglyphicè significanterent Ibes: nem-  
pe cùm ea regio Delton, à Δ Græcæ literæ figura nuncuparetur, eam cum Iibus  
similitudinem habet, quòd alites hæ literam eam incessu pedum, interstitio ad  
æquales trianguli lineas diducto, figurare videantur: idemq; rostrū patesactum  
signat: ηι χω την ποδων αναστει πεδος ἀλλά λαγ, και ποδες το ειγκ θισθληνον τεινων.

## C O R.

**Q** Voniā verò Ibis Mercurio in primis dedicata erat, qui totius cordis & ser-  
mocinationis dominus habebatur, ales ea cordis hieroglyphicū propone-  
batur: nam et alibi cor in thûribulo positū, Aegypti habere significatum ostēdi-  
mus. Verùm alia ibi ratio. Quod verò ad Ibin pertinet, auis ea simulac nata est,  
si perpendatur, duas æquæ drachmas ponderat, Plutarcho referente, quod vti, E  
que pōodus est par cordi nuper nati pueruli: τὸν ψευδόν φασί τὴν λαφθεῖσαν θύραν ἐλαφρ  
δύο σφραχμάς, δέ την πατέσι γεγονότθη καρδία. Medici verò causam aliam adducunt, quia  
scilicet suapte natura Ibes cordi mirificè conferant, de quo apud eos locuple-  
tius. Sed enim super hoc in Accipitre plura.

**E** Adem, quia medicamenti genus quod in maxi-  
mo ad salubritatem vſu est, cōmonstrauit, rostri  
aduncitate per eam partē se proluens, qua reddi ci-  
borum onera maximè salubre, & in primis necessa-  
rium est: eo illa gestu figurata, salubritatis apud Ae-  
gyptios hieroglyphicū fuit. Eo autem præsentaneo  
remedio cùm vulgo vterentur Agyptij, cuenit, vt  
postquam eius vtilitas vniuerso terrarum orbi com-  
municata est, dictatum sit, in Aegypto omnes esse  
Medicos: quod ab Homero sumptum multi postea  
vſurparunt. Accessit huc ciborū abstinentia, succo-  
rum herbarumq; non incuriosa cognitio, de quibus licet alij multa, plurima ta- F  
men Aegyptij deprehendere: institutumq; apud eos, vt singulorū morborum  
singuli essent Medici, vnde Medicorum illic coaluerit multitudo. Alij eam affe-  
runt causam, cur Ibes salutis simulachrum es-  
sent, quòd ex Arabia in Aegyptum volent a-  
latæ serpentes, quibuscum Ibes certamen in-  
eunt, Ægyptiosq; ab earū iniuria defendunt.  
Earum verò serpentium alæ minime pennatæ  
perhibentur, sed vespertilionū alis perquam  
similes, glabra subtiliæ membrana quadā in-  
signes. Nota est historia, quemadmodū Mo-  
ses florente iam ætate, vt Iosephus memoriarum  
prodidit, Ægyptiorū copiis aduersus Æthio-  
pas hostes infestissimos profecturis, dux à Pharaone, ita oraculo præmonen-  
te, electus: quia is per loca magna vi serpentū occupata ducturus erat, vim Ibi-  
dum ingentem papyraceis instrumentis in arcarum speciem contextis incluse-  
rit,

## S A L V B R I T A S.



A rit, in columemq; ita exercitū earum alitum ope pr̄esidioq; ad hostes traduxerit.

**P**erniciem aliquam ex institutis optimis sa-  
noq; consilio subsecutam Ægyptij signi-  
ficare si voluissent, Ibin & Basiliscum facere  
consueuerunt: siquidem ex Ibidis ouo Basili-  
scum nasci, pleriq; veterum tradiderunt. Cau-  
samq; insuper eam philosophi afferunt, quod  
auis ea multiuora sit, & serpentum venenato-  
rumq; genus omne abliguriat, quorū virulen-  
ta putredine oua ipsa pr̄edita, animal id perni-  
ciosum efficiant. Ægyptij sanè cùm Ibin alio-  
quin egregiè colant, oua tamen eius, ne quid  
tale progeneretur, inuenta frangunt,

MALVM EX BONIS IN-  
tiis subsecutum.



INEFFICACIA  
voti.

**D**esidem ac adeò eneruatum hominē, vt  
nulla in re sibi sufficere possit, frustraq;  
**B**omnia tentet & aggrediatur, neque ullius rei  
compos per summam ignauiam euadat, hie-  
roglyphicè significare si vellent, Crocodilum  
Ibidis pennam in capite gestantē effingebāt:  
compertum enim est animal id ad rapinam &  
impetum alioqui promptissimū, si penna Ibi-  
dis demulceatur, ita obtorpescere ac debilita-  
ri, vt immobilis reddatur, omnem pr̄istinæ ra-  
pacitatis violentiam obliuiscatur, tanquam  
aliqua fascinatione sit repente demutatus. Quinetiam serpentum genus omne  
reddi immobile penna huiusmodi ipsis iniecta, ex Democrito tradit Florenti-  
nus libro de re rustica.

#### V O C A L I S P R I M A.


**E**Rat & Ibis auis primæ literæ symbolum: siquidem Plutarchus ait Mercuri-  
um, qui primus literas Aegyptiis cōmunicauit, Ibum primam esse literam  
voluisse. Sedenim ipsa quoq; literarum elementa non apud Ægyptios tantum,  
**C**sed etiam apud Græcos Romanosq; hieroglyphicū aliquid habuere: vt, A indi-  
cium erat absolutionis, C condemnationis, N verò & L, comperenditionis,  
per quam non liquere significabāt. Vniuersi enim iudices, vt Pedianus ait, in ci-  
stam tabellas simul coniiciebant suas, singularibus literis signatas. Interdum e-  
tiam sententiā suā cur quis damnaret, aut cur absolueret, prescribere consuerat.

#### D E D A G N I D E.

**N**ter Ægypti aues celebris est Dagnis, ab infesta mordacitate ita  
nuncupata: οὐκων enim mordeo est.

#### E B R I E T A S.

**P**er eam supra coronam aliquā statutā, ebrietas significabatur:  
eas enim volucres Ægyptij in symposiis, quibus redimiti es-  
sent coronis aduincire soliti sunt, vt aſſiduè morſiunculis vellicando cantan-  
doq; potantes dormire non permetterent.



# Pierii Val. Grus.

## D E G R V E.

D

**G**RUM significata in postremis minimè habēda sunt, quibus multa cum humana diligentia, recteç regendæ familiæ ratione, communia sunt.

**S**ed illud in primis referam, quo exercitus ducem ab hostium insidiis se custodientem significabant. Proponebant quippe Gruem vigilem, hoc est, lapillum pede sustinentem; illę enim excubias ordine suo tota nocte disponunt, lapillumq; ideo prensant, ut lassatis somno decidens indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Philippus ille, qui breuissima Hori Apollinis lemmata in Græcam linguam traduxit, loco hoc γρυπός τον ἄρτιον Romano vocabulo tunc à Græcia cum imperio recepto, vsus est. Harum alitum vigilantiam imitatus Alexander Macedo, si quando per uigilandum esset, ne somni violentia opprimeretur, vas aheneum propè thorum adsistebat, supra quod brachiū exporrigebat, pilam, ut Ammianus Marcellinus ait, argenteam manu complexus, quæ si quando ipse somno vinceretur, elapsa, sonoro strepitu somnum abrumperet. Sedenim idem autor Iulianū Césarem absq; pila, vel instrumento alio, quotiens & quantum voluisset, euigilasse profitetur.

**E**X eo verò collegio quod Grues celebrant inter se nonnulli dicunt democratiam hieroglyphicè significari: cum pluribus enim cōsultandū, si quid recte fecisse voluerimus, & felicē rebus nostris successum optauerimus. Æsymnio Megarensi honestissimo loco nato, dum super hoc consulta posceret, respondisse Apollinem Delphicum ait Pausanias, referret ad multos, si gerere quid feliciter vellet: plurimorum enim sententiis auditis, facile est quod optimum sit discernere. Ea de causa Megarenses, ne ullam interpretandi oraculi occasionem amitterent, vel quidpiam quod intelligi potuerit præterirent, comitia ad heroum sepulchra habere dēinceps decreuere: nam plures esse mortuos manifestum. Sanè quidem apud nostros consensus vniōç partium in eandem sententiam aut rem, Latino vocabulo formā ab ipsis Gruibus videtur accepisse, ut inde **C O N G R V E R E**, pro conuenire dicamus.

## P R V D E N T I A.

**S**I aut̄ volantem Gruem cum lapillo pinxissent, hieroglyphicū id prudentiā significare dicebat. Ex probatissimis enim autoribus didicimus, Grues, dū in sublime volant, lapillū ideo gestare, ut lapsu illius explorēt, supra terrā ne an mare

## C V S T O D I A.



E

## D E M O C R A T I A.



F

**A** mare volitent, quod intelligunt ex sono, ac proinde cōsidendū' ne, an vltius procedendum sit. Maximus Tyrius causam aliam memorat lapilli assumendi. Nam quoniā in volatu fluitare vident̄ instar nauis, quam agitēt impellant̄ vndę, suę sibi conscientia imbecillitatis, ante aquām volatui se credant, lapillum rostro suscipere, quo vnaquæc̄ earum veluti firmamento vacillaturi volatus vtatur, eamq; habeat salutis suę custodiam. Atque hoc est quod apud Solinū legas, Grues harenam deuorare sublatisq; lapillis ad moderatam grauitatem faburrari. Quarum prudentiam cùm Deucalion nō ignoraret, eum à diluuij clade seruatum aiunt Gruum beneficio: hunc enim Pausanias ait ad superuolantium Gruum clangorem enatasse, atq; ideo montem, in quem demum euasisset, Geranium, in harum alitum honorem, appellasse.

**B** S V B L I M I V M R E R V M I N D A G A T O R .

**Q** Vòd si absq; lapillo volantem Gruem figurassent, hominem sublimiū indagatorem, & eorum quæ terra procul, & à materia remota sunt studiosum, significari volebant. Ipsa enim præpes altissimè volat, vt longè lateq; speculet. Quòd si subsidere nubes infrà despexerit, nunquā ad terram se demittit, vsque adeò tempestates & ventorū procellarumq; motus summo studio declinat, vt pote quæ sit quietis amantissima. Si verò acciderit vt in tempestate aliqua depresa sit, confestim ad terrā se cōfert, atq; humi potius quiescit. Quòd si quam in alitem Plotinus hominē transmutari dixerit, qui absq; sapientia sublimia trāctauerit improbiūs, cùm nullam ille speciē ponat sublimis huius volatus, nempe Gruem ipsam ex Plotini sententia commode pinxerimus.

P E R S E V E R A N T I S S I M I M O R E S .

**P** Vlcherrimum & illud est, quòd alij excogitarunt, hominem qui cum ætate mores minimè cōmutauerit, sed eodem semper ingenio perseverauerit, per Gruis pennas indicare. Reliquarum enim avium pennæ per ætates ferè omnes mutantur, nigrescereq; in senecta perspiciuntur, sed Gruum eodem semper colore perseverant.

O R D I N I S O B S E R V A T O R .


**Q** Vinetiam in morib; eadem propositi constantia cōsideratur, cùm Grues in volatu ordinem pertinacissimè seruent. Quare Palamedes apud Philostratū Vlyssi obiicienti literas, non ab eo, sed à Gruibus inuentas: respondet is, Grues quidem, quod ad literas attineat, nihil ad inuenisse, verū ad ordinem, quem nunquam Vlysses seruare didicisset, earum curam referri. Vlyssem enim aiunt quotiens in bello aut Hectori, aut Sarpedoni, aut Æneę obuiam fieret, ordinem deserere solitum, & ad imbecilliora declinasse.

L A B O R I S T O L E R A N T I A .

**I**Ndefatigatum verò laboribus hominem significātes, alas vel pedes Gruum in manib; eius statuebant: ferunt siquidem non lassescere vlo labore, qui neruos ex alis aut cruribus Gruis habeat.

F E R A C I T A S .

**I**Nostentis Grus biceps feracitatis indicū est. Appion enim tradit, Oenæo in Menide rerū domino bicipitem Gruem apparuisse, vberrimāq; eo anno an-




# Pierii Val. Grus.

nonam in Ægypto fuisse. Ad hæc, auem sub alio Rege conspectā quatuor capitibus insignem, lātissimumq; frugum omnium prouentum subsecutum.

## V E R E T H Y E M S.

**S**Vnt qui per venientem Gruem, tempus vernum, per abeuntem, hyemem significari tradant: quandoquidem ea ales omniō est veris & hyemis nuncius, modò veniens, modò recedens, propterea quòd calorem & frigus peregregiè præsentiat. Itaq; cùm frigus ingruit, altè sublata vastum quid in clamat: cùm verò clementius est nacta cœlum, per interualla vocem emittit, & tacitura propemodum allabitur, atq; ita vel ex accessu, vel recessu, & ex eorum voce, nunc veris, nunc hyemis admonemur.



D

## D E M I L V I O.

E



E verò picturæ desint, ex quibus temporum qualitates indicentur, cùm æstatem cicada, autumnalem vindemiam epops, brumale tempus alcyone, ver cuculus, luscinia, & aliquot aliæ, aduolat huc Miluius, in huiusmodi ipse quoq; hieroglyphicorū caueā includendus.

## V E R N V M T E M P V S.

**F**Rat enim Miluius ipse quoq; verni tēporis hieroglyphicū, propterea quòd ales ea verno primū tempore incipit apparere, certissimumq; sit eius nūcium. Vnde etiam prouerbiū emanarit, Miluiis procumbere: quia scilicet pauperum sit mos, hyeme iam desæuiente, qua malè semper afficiuntur, aduentibus Miluiis procumbere eo genuum cultu, quo Reges coli solent, vt apud Suidam legas. Aristophanes ait, eo apparente contrariū autumno tempus ingruere, adesseq; tondendi opportunitatem. Nomen autem illi ἡπίω apud Græcos ab aduentu, quòd tanto scilicet desiderio expectatus accedit. Hanc autem loci temporisq; cognitionem sacræ etiam nostræ literæ per Miluium ostendunt, in quibus habetur: Miluius in cœlo non ignorat tempus suum; Turdus & hirundo & ciconia, tempus ipse quoq; aduentus sui obseruauere, populus autē meus iudicium Domini non cognouit.

## L O C V P L E S.

**S**Vnt qui locupletem hominem, latisq; agrorum possessionibus ditissimum, per Miluij volantis hieroglyphicū significari tradant: siquidem is dum prædam enanciscitur, spatioſissima aeris interualla uno oberrat impetu, quasi latifundia descripturus. In huiusmodi significatum Iuuinalis Satyra nona:

*Tot Miluis intra tua pascua laſſis.*

Et Persius prius dixerat:

*Diues arat Curibus quantum non Miluis oberret.*

## R A P A C I T A S.

**S**Edenim Philosophi antiquiores illi q; doctrinā ab Ægyptiis magna ex parte mutuati sunt, deq; hominum moribus per palingenesiæ figmenta disseruere, cuiusmodi est Plato, quiq; eum secuti sunt Plotinus & Harpocratiō, Boethius & Numenius, rapacitatem per alitem huiusmodi intelligi tradidere, hominesq;

A nesq; eos qui avaritiæ studuissent, promptiç; semper ac parati ad imbecilliorū expilationes, & rapinas, & violentas tyrannides fuissent, in Miluios ac lupos conuerti, vt Socrates, Phædone, disputat, abireç; omnia in ea genera opinati sunt, quorum in vita moribus similes fuissent. In diuinis quoç; literis Miluus pro grastatore prædonēue ponitur, Psalmo, vbi secundum Hebræos haberi ait Eucherius, Milui abies domus est. Aristophanes ad hāc alludens rapacitatem, ἵκηνα dixit πατέρος θελμοὺς αρπαγὰ τρέφων, aliturus omnituum ac rapacem Miluū. Admiratur Plinius rapacissimam & famelicam semper auem, nihil rapere vñquam ex funerum ferculis, quæ veteres erant ad sepulchra afferre soliti: persuasi scilicet defunctorum animas eundem tenere sensum, & iisdem affici voluptatibus, quæ vnicuiq; dum viueret, placuissent. Addunt & aram Olympiæ, quam alites huiusmodi nunquā infestarint. Idem sacri sunt apud Britannos, non enim Milium iis occidere licebat.

## NAVIGATIO.

B Vnt qui nauigationem, sunt qui gubernandi rationē ex Miluij volantis hie rogllyphicō significari tradant, propterea quod multorum sit opinio, ait Plinius, didicisse homines ex Miluiis temonem nauibus immittere, quippe cūm obseruassent Miluium cauda modò hac, modò illac flexa, vice clavi volatus sui cursus dirigere, natura scilicet in liquido cœlo monstrate, quod opus factō esset in humido profundo.

AD CORNELIVM MVSÆVM PRÆSVLEM, BITONTINVM, DE IIS QVÆ  
per Vulturem significantur, ex sacrī  
Ægyptiorum literis.

C  Nterrogasti me, Præful honoratissime, quænā illa sit Vultur mea, quam libris editis Germani quidam ex Horo Niliano à me Latinam factam diuulgārunt. Sed enim scias me olim Romæ dedisse eam videndā clarissimo Alberto Pio Carporum principi eruditissimo, verū ex eius scrinio, vñā cum aliquot aliis huius scriptis à nescio quo laborum alienorum suppressore ablata, & in Germaniam aportatam. Cuius facti indicium est, quod docti quidam viri, cūm opusculum id legissent, Hori esse arbitrati, scriptis prodidere, Horum Apollinem de sacrī Aegyptiorū literis à Io. Petro Valeriano Latinum factum. Ioannis autem Petri mihi est peculiare nomen (cur enim id inficiar?) priusquam M. Ant. Sabellicus præceptor meus id Venetiis in Pierium immutasset. Sed Horus Apollo à me non est conuersus, frequenter verò in scriptis huiusmodi citatus: argumenti enim huius alios etiam autores eosq; multos habui. Urcunq; ea deperdita lucubratione, alteram reparauit: ablatis enim illius reliquis archetypi toto pluteo dissipatis, hanc priori illi non absimilem informauit, quam tibi dono darem, qui aliquid ex hoc meo arguento lecturum te libenter significasti, quod quidem summæ tua erga me humanitati potius, quam vlli studiorum meorum meritò attribuerim, & tamen in iis aliquid est, vnde huiusc generis lucubrationes tibiforte minimè disipli- citur as mihi configam: si quidem ego libentissime, hinc occasione qualibet arrepta, vt hac parte videre poteris, ad nostræ pietatis doctrinam, diuinarumq; literarum interpretes me conferre soleo. Ex iis verò tam multa excerpti, vt profiteri valeam, autorem alium neminem meo huic arguento, quod multis iam commentariis auctum est, plura suppeditasse. Neq; enim ego vñquam impurum nonnullorum ingenium approbaui, qui dum politiores haberi volunt, sacras

# Pierii Val. Vultur.

nostrorum literas, ut pote squallorem, quod unum obiciunt, quendam præferentes, attingere D pertimescunt: sed enim in ea semper sententia fui, nullam esse lectionem quæ plus afferre posse erit. editio[n]is, quæm sanctorum hominum, qui diuina tractant, institutiones. Nam si artium ferè omnium liberalium finis deniq[ue] est, ut veram edoceri rationem, bene honesteq[ue] vivere ad laboremus, fateor me, quantulum cunq[ue] hoc studiorum genere assequi licuit, non plura, neq[ue] admirabiliora ex quibusvis disciplinarum quarumcunq[ue] magistris exhaustisse, quæm ex mysteriorum, quæ ad pietatem nostram faciunt, interpretibus, siue rerum naturam, siue morum sinceritatem, siue quæ ad veritatem, & Dei Opt. Max. cognitionem pertinent, inspexerimus. Sed ego imprudens, qui hæc tibi commemorem, qui tandem, tam diligenter, tam assiduè in omnium doctrinarum lectio[n]e versatus es, quiq[ue] alios hæc per doctissimas conciones tuas, tam docere, tam eleganter, tam copiose doceas potius, quæm à quoquam doceri possis. Idcirco his omis[s]is, ad rem ipsam, quam, qualiscunq[ue] sit, recognoscere cupis, accedamus.

## D E V V L T V R E.

 VOLVCRVM genere nullam omnino Vulture magis admirandam inuenias, siue peculiares in eius vita, & ab omni vulgo semotos mores, siue conceptum, partum, educationemq[ue] alitis, siue excellentes quasdam ingenij dotes, siue significata varia per eam in picturis, in portentis, in dicteriis posita consideres. Nec illa quidem plebi obuia & vnicuiq[ue] exposita, sed magnis regibus atque diis accommodata, ipsis etiam philosophis, ac peritissimis theologis explorata: per huius nanc[em] simulachrum hieroglyphicum, annum, matrē, siue, ut apud Ammianum est, naturæ vocabulum, mundum, intuitum aut speculationem, terminum, hæredi petam, stragem, præsagituram, miserationem, iustitiam, liuorem, Pallada, Iunonem, & quædam alia, veteres significabant.

A N N V S.

**Q**uoniam verò ex ea præcipuum erat anni significatum, qua ratione sit id receptum, operæ precium fuerit explicare. Vultur, ut apud Ægyptios habetur, trecentos eos quinq[ue] & sexaginta dies, quibus annuū conficitur tempus, ordine mirifico dipartitur. Nam cum annum Ægyptij per tris tantum qualitates metirentur, ver quippe, æstatem, & hyemem, quæ singula tempora centum viginti diebus constare voluerūt, ac vti Theopompos ait, hyemē Saturnū, estatem Venerē, ver verò Proserpinā appellabant: quinq[ue] insuper dies addiderant, quos intercalares vocitabant: Vultur verò ad eiusmodi partitionē anni accommodata, cum primū concitata fuerit ad conceptū, qui fit à vento, quinq[ue] continuos dies sine cibo & potu consumit in eiusmodi initu, natura in ventum adaperita: mox centum & viginti dies prægnans manet, totidemq[ue] diebus pullos educat: reliquos C X X dies immunis est, suarumq[ue] tantum rerum satagit, necq[ue] prægnationi, neque educationi intenta. Summotis itaq[ue] intercalaribus, ad antiquiorem illam rationem trahere possumus supputationem illam Xenophontis libro qui περὶ πεσσῶν inscribitur, vbi sex mancipiorum millia, si singuli singulis diebus obolū lucrificati, unoquoq[ue] anno hos sexaginta talenta vectigalis atlatores: sic enim C C C L X dies in viuis anni tempus videtur enumerasse. Scd ne quid, quod vel vtile vel delectabile esse possit, prætereamus, super horū quinq[ue] dierum, qui anno superant, argumento fabella fertur, quemadmodū Rhea cum Saturno clanculum rem habuerit, idq[ue] vbi Sol explorasset, imprecationibus deuouerit

**A** uouerit, néue mense, néue anno páreret. Mercurium verò deq; amore captū hoc inisse consilium, vt opem laboranti ferret: Lucinam quippe deam talorum ludo illectam detinuisse, atq; ita ab sexagesimo quoq; die lucem vnam interuertis se, donec dies sibi quinq; cōparasset, quos anno vertente certis illis temporibus elapsis, immunes, liberos, exemptosq; cūm nusquā nomina dedissent, ad anni supplementum accōmodaret: factumq; ita est, vt per huiusmodi dies Rheæ facultas pariundi fuerit. Hos intercalares Aegyptij habent, Dcorūq; suorum adscribunt genethliaco. Ferunt verò die primo Osirim, rerum dominū futurum, editum: secundo Aruerin, quem Apollona, & seniorem Horum nonnulli vocant: tertio Typhona, verū hunc intempestiuè, neque proprio meatu egressum, sed ex disrupto latere: quarto Isim: quinto Nephtthen, quam nōnulli finem, vel potius interitū, alij Venerem, alij Victoriā appellarūt. Satis hēc ad intercalares dies quinq;. Quid verò sibi de diis quinq; commentum velit apud Plutarchum quærere licebit. Necq; verò hic numerū illum C C C L X V. ccelorū, cuius principem Abraxan Basilidis deliramenta constituerunt, curiosius prosequar,

**B** ne rem tam seriam inanibus & ridiculis fabulis infaciā. Illud addam, quantū ad anni rationē pertinet, quod Vmbricio teste Plinius scribit, Vulturē oua X I I. párere: quod ad instar totidē Lunæ coitionū accipio, que per vniuersum annū potissimum obseruantur. Porrò annus etiam apud Persas ī dies C C C L X V. describebatur: eaq; de causa igni illi suo, quem sacrū & eternū vocabant, totidē sacerdotes iuuenes instituerāt, qui canentes, ignem quaqua gestare, sequerent.

## A N N O R V M C E N T E N A.

**A** Nnum itaq; per Vulturem apud Aegyptios significari non leui de causa, manifestum est. Ab hoc aliud sequitur hieroglyphicum, vt per eandem alienum vel senio confectam, vel demortuam, centū annos intelligamus: eam enim augures magna semper religione sunt obseruare soliti, ac per singulas vultures annorū centena totidem portendi tradiderūt: duodecimq; illas quas Romulus obseruauit, imperiū Romanū ad M C C . annos duraturū ostēdisse: quod obseruatū à Vectio tradit Varro: exceptum mox à Censorino, qui circiter millesimo ab vrbe cōdita anno claruit: quod ita postmodū cuenisse, fœda ac miserabili totius Italię clade, quodq; acerbius est, totius literaturæ interitu, satis cōstat. Nam **C** quo tēpore capta est vrbs Roma, et in ciues omnes occidione aut misera captiuitate saeuitū à Genserico, qui doloī seruis impositis eā occupauit, anni circiter M C C V I I, ab ea cōdita numerant, vt Paulus Diaconus in iis quæ addidit Eutropio, necq; non Orosius recensent, penēq; tunc periit Romanū nomen. quare Vectij quadrat interpretatio, tametsi hanc Romani imperij ruinā nonnulli properatiū annis aliquot accipiunt. Sub Athalarico tamē (ita in numis nomē eius inscribit, non Halaricus) qui Vrbē quatuor & X L. annis antea inuaserat, Imperatore Romano incolumi, non extinctū, sed valde attritū Imperiū est. Neq; sum nescius, Imperij speciē quæ ab Augusto incepérat, in Augustulo finitā, qui metu Odoacris, qui totā Italiam sibi armorū vi subdiderat, perterrefactus, purpuram Imperatoriam sponte abiecit, maiestatemq; illam depositus, barbaro tyranno tota rerū concessa potestate, quod fuit anno ab Vrbe condita circiter M C C X X I X, à C. Cæsare D X V I I, à salute nostra C C C C L X X V. Sanè dignitas hēc apud nostros, occidentales scilicet, ad C C C X X annos non resumpsit purpuram, quam omniū primus Carolus Magnus ab interitu propemodum vēdicauit. Eò verò tunc miseriæ redacta est Rom. maiestas, vt Odoacer ipse de-

# Pierii Val. Vultur.

Roma Odoacria vocanda cogitarit, quò nominis etiā Romani memoria abo- D  
leretur; factumq; omnino fuisset, nisi qui melius aut piè magis sentiebāt, persua-  
sissent Regi, maiorem illi apud omnes gloriā futuram, Romam domitā, quam  
Odoacriam instauratam. Neq; verò prætereundum est, in nostrarū etiam mi-  
seriarum memoriā, quod rerum scriptores prodidere, Octauiano etiam primo  
Consulatu augurium captanti duodecim se Vultures, vt Romulo, ostendisse;  
atq; iam ex eo tempore, anno quippe vitæ x x, ad monarchiam aspirabat, quæ  
longa annorum serie ad nos vsc; permanauit, si non imperij viribus, saltem titu-  
lo tenus, & licet aliquando interrupta, in eundem tamen titulum postmodū re-  
stituta, prout temporum vicissitudines permisere. Quorum quidē temporum  
historias si perpende rimus, ad annos circiter M C C. ab Augusto, inueniemus  
Pontificū totiusq; Senatus decretis magnū id Imperij nomen abolitum, perq;  
annos multos adulterinā fuisse Imperatoris nuncupationem. Quanquā ne tam  
venerabili titulo defraudaremur, aliquot pōst annis, sanctissimo Gregorij V.  
Pont. Max. decreto, noua quadam ratione ansa præbita est, vt ea maiestas per  
Electores certos conseruaretur, cuiusmodi suffragiorū ratione post Othonem, E  
Othonis secundi filium, primus omniū Henricus Imperator declaratus. Quo-  
rum electio ita aliquando despiciunti habita, vt Othocarus Bohemiæ Rex voca-  
tus ab iis ad Imperium capessendum, vltro contempserit, qui pluris Bohemiæ  
Regem esse existimaret, quam Romę Imperatorem; atq; illi tandem ad Rodol-  
phum Habsburgi Comitem, qui Magister curiæ Othocari erat, deuenere. Sed  
ne longius ab instituto nostro recedamus, qualia cuncta hæc fuerint, illud inter  
hæc obseruatione dignum mihi videtur, ter iam hanc annorum M C C. suppu-  
tationem, tribus in maximis imperiis, æ quo propemodum temporis sui curri-  
culo, insignes admodum rerum mutationes adduxisse. Primam à Romulo ad  
Gensericum, siue quis ad Odoacrem maluerit, secundam ab Octauiano Augu-  
sto ad Fridericos, tertiam Constantinopolitanā à Fl. Constantino ad Constan-  
tinum eum, qui oppressus ab Othomano Turcarū duce, vitam & imperium fi-  
niuit, qui etiam eiusdem nominis matrem habuit cum imperij conditore. Nam  
inter duos hos Byzantij principes anni mille centum supra vnum & nonaginta  
decurrerat. Neq; obstat quod à Valente mathematico inspecto vrbis horosco-  
po prædictum sit, imperiū id ad annos D C X C V I. duraturū, quia post eam an- F  
norum summam qualescunq; fuerint Principes siue viri siue scemini, à Maximi-  
tamē Constantini institutis pendere videbātur. Sub Turca verò longè alia im-  
periū forma, longè aliæ leges, longè alijs ritus superinducti. Itaq; cur annorū cen-  
tena per singulas Vultures significantur, inde sumptū, quod eas ad centū vsc;  
annos viuere cōpertū est apud antiquiores,  
quibus astipulatur Ambrosius. Nūc reliqua  
huius imaginis hieroglyphica aggrediamur.

**C**Vm ergo in genere Vulturum mas nus-  
quam inueniatur, omnes autem scemine  
sint, vtpote quæ ex vēto concipiāt, manifestū  
est cur Agyptij sacerdotes per eam alitē vro-  
pygio surrecto, atq; ad Aquilonem verso, ma-  
trem aut naturam ipsam intelligerent: mater  
siquidem scemineū est animal. Vultur enim,  
vti dictū, tempore cōceptus appetente, quod

MATER SIVE NA-  
turæ genius.



per

A per quinque dies illos quo*s* supr*a* memorauimus, producitur, natura in Aquilone, ut Ägyptij tradunt, in Eurū, vt Plutarchus, ex*po*recta ad*apert*a ab eodem initur, non secus ac plantæ Zephyris genialibus iniri traduntur. Sedenim hic dissimilare non possum nonnullorum imprudentiam, qui Horum Apollinem citant nouo verbo ὁργύλω, conficto, vltimoque Hori capite appellato verba etiam infaciunt, ὅταν ὁργύλη πέδες σύλληψιν γνῶ, cūm in codicibus manu scriptis, iisque plerisque quos euolui, non ὁργύλη, sed ὁργάλη scriptum reperiatur: vti etiam aliquando propter de ceuente vacca, cap. πῶς ἀκελλ. ἐπεὶ δὲ γοῦνί θάλεια ὁργύλη πέδες σύλληψι. ὁργάλη δὲ πλεῖστον ἡ ἐφ' ὄρματος τρῆς. Quæ porrò de Vulture apud Horum habentur, vnde*decimo* in impressis capite sunt, non vltimo: Perdurat verò Vultur quinque eos dices pertinacissimo ie*junio* macerata, tale est eius in concipienda prole studium atque cupidas. Neque quidem negarim alia etiam esse volucrum genera (οὐρέως enim, non ψυπᾶς, in castigatis Hori codicibus legitur) quæ vel inter se, si mas non adsit, fœminæ, æquè saliant, & mutua libidinis imaginatione cōcipiant, vel vt nonnulli arbitrati sunt, ipso puluere in naturam vi pruritus attracto, cuiusmodi sunt colubræ, gallinæ, perdices, anseres, & vulpanseres, quarum tamen oua irrita, nimirū prolificas sunt, ad cibi tantum vsum facientia, minora reliquis, ac minùs iucundi saporis, cæterum magis humida. Tertullianus: Et gallina, ait, sortita est de suo parere, sed Vultures fœminas tantum parere aiunt. Oua huiusmodi, quia vt plerique omnes asserūt, ex vento generantur, & zephyria, & hypenemia, quasi subuentanea dicere velint, appellantur. Eos verò non audiendos dicit Aristoteles, qui dicunt, vere tantum hæc fieri, incubatione derclista, cūm & iuuencæ expertes adhuc coitus ea pariant. Cæterum idem autor, qui subuentanea omnia infccunda esse vult, in quodam auiū genere existere simile piscibus, spontina oua ad fecunditatem progenerantibus, non inficiatur, quod nimirū de Vulturibus in primis fertur. Eas porrò autor is quoque volare versus Austrū, atque ita ab Aquiloni*e* iniri prægnantesque fieri tradit, perque tres annos parere: quod etiā apud agricultores Constantini legimus. Apud Hesiodū οἰωνοὶ interpretes aiunt: Vultures, quarū oua subuentanea sunt, absque maris copula, necque alia earum generatio reperitur. Neque desunt interpretes etymologici, qui dicant οἰωνοὶ quasi οἰωνοὶ, quodd ὁ Θάλης sibi sit, quippe qui sine maris auxilio ex vento concipiat. In cuiusmodi fœcunditatis commendationē illud addere non incongruū est, quod non intra suum tantum genus ea felicitas cōtinetur, sed proficia quadam vi ad aliorum etiam beneficium celebratur. Penna siquidem vulturina subiecta pedibus, adiuuat parturientes. Id verò quod de Vulturum huiusmodi conceptu fertur, ne quis fabulosum putet, inter quadrupedes etiam equas aliquot ex vento cōcipere, Probus ex comperto refert, quod & D. Augustinus, diuinariū humana*n*umque rerū peritissimus, affirmat: & velocissimos ex eo genere iugales apud Homerum comperies haudquaquam fabulosè dictum. Basilius Magnus ex hoc omnibus animaduersum cupit, vt cūm nostrum arcanum nonnullos homines irridere conspexerimus, quasi fines nature cancellosque egrediatur, quod fieri non posse contendant, vt virgo pariat, virginitate ipsius integrâ, illæsa atque intemerrata persistente: cōtemplari debere nos, Deum exempla pleraque iam inde ab initio præmisisse, ex ipsa*c* natura rerum semina quedam conspersisse, vnde posset vnuſquisque, vbi quod alta iam mente conceperat, effecisset, talibus mirabilibus fidem adhibere, atque ita iis occurtere voluisse, quorū stuporine dicā, an peruerſitati, nihil quicquam aliud persuadere queas, quam quod vel manibus attingūt,

B lumbæ, gallinæ, perdices, anseres, & vulpanseres, quarum tamen oua irrita, nimirū prolificas sunt, ad cibi tantum vsum facientia, minora reliquis, ac minùs iucundi saporis, cæterum magis humida. Tertullianus: Et gallina, ait, sortita est de suo parere, sed Vultures fœminas tantum parere aiunt. Oua huiusmodi, quia vt plerique omnes asserūt, ex vento generantur, & zephyria, & hypenemia, quasi subuentanea dicere velint, appellantur. Eos verò non audiendos dicit Aristoteles, qui dicunt, vere tantum hæc fieri, incubatione derclista, cūm & iuuencæ expertes adhuc coitus ea pariant. Cæterum idem autor, qui subuentanea omnia infccunda esse vult, in quodam auiū genere existere simile piscibus, spontina oua ad fecunditatem progenerantibus, non inficiatur, quod nimirū de Vulturibus in primis fertur. Eas porrò autor is quoque volare versus Austrū, atque ita ab Aquiloni*e* iniri prægnantesque fieri tradit, perque tres annos parere: quod etiā apud agricultores Constantini legimus. Apud Hesiodū οἰωνοὶ interpretes aiunt: Vultures, quarū oua subuentanea sunt, absque maris copula, necque alia earum generatio reperitur. Neque desunt interpretes etymologici, qui dicant οἰωνοὶ quasi οἰωνοὶ, quodd ὁ Θάλης sibi sit, quippe qui sine maris auxilio ex vento concipiat. In cuiusmodi fœcunditatis commendationē illud addere non incongruū est, quod non intra suum tantum genus ea felicitas cōtinetur, sed proficia quadam vi ad aliorum etiam beneficium celebratur. Penna siquidem vulturina subiecta pedibus, adiuuat parturientes. Id verò quod de Vulturum huiusmodi conceptu fertur, ne quis fabulosum putet, inter quadrupedes etiam equas aliquot ex vento cōcipere, Probus ex comperto refert, quod & D. Augustinus, diuinariū humana*n*umque rerū peritissimus, affirmat: & velocissimos ex eo genere iugales apud Homerum comperies haudquaquam fabulosè dictum. Basilius Magnus ex hoc omnibus animaduersum cupit, vt cūm nostrum arcanum nonnullos homines irridere conspexerimus, quasi fines nature cancellosque egrediatur, quod fieri non posse contendant, vt virgo pariat, virginitate ipsius integrâ, illæsa atque intemerrata persistente: cōtemplari debere nos, Deum exempla pleraque iam inde ab initio præmisisse, ex ipsa*c* natura rerum semina quedam conspersisse, vnde posset vnuſquisque, vbi quod alta iam mente conceperat, effecisset, talibus mirabilibus fidem adhibere, atque ita iis occurtere voluisse, quorū stuporine dicā, an peruerſitati, nihil quicquam aliud persuadere queas, quam quod vel manibus attingūt,

# Pierii Val. Vultur.

vel oculis assequuntur. Hinc ait Ambrosius, neminē subuentaneo Vulturis auditō conceptu, rerum naturalium scriptoribus refragari; cūm verò virginem diuinō afflatam numine peperisse audierint, risum incepere. Tangit hoc idem Adamantius, vbi Celso respondeat, duplex Almę significatum ex Hebręorū interpretatione obiectanti. Sedenim de intacta virgine, non autem de adolescentula (quod Theodotion Ephesius & Aquila Ponticus intelligendū frustra conant̄ persuadere) prophetatū est priusquam in Babylonā fieret populi trāsmigratio, hoc est, ante aquā Medi & Persę principatū inuaderent. Reddita autē sunt hęc in sermonē Gręcū ab ipsis Iudeis multū ante tempora aduentus Domini nostri, vt nulla relinquaſ suspicio, inquit Ireneus, ne fortē morē nobis gerentes Iudei, hęc ita sint interpretati, qui quidem si cognouissent nos futuros, & his testi moniis vſuros quę sunt ex eorū scriptis, nunq̄ & hęc & monumēta prophetarū reliqua comburere dubitassent. Venerunt igitur in Latinorū manus Gręco sermone translati Hebręorū libri multò antequā Romani Iudeos in potestatem redigissent, Macedonibus quippe adhuc Asiā possidentibus. Ptolemeus enim Lagi cupiens bibliothecā, quā Alexandriæ struxerat, illustrib. scriptorū omniū E monumentis implere, ab Hierosolymitanis petiit fieri sibi copiā vt eorū libri in Gręcū sermonē transferrentur. Illi, qui tūc Macedonibus parebant, Septuaginta viros ex primoribus, & vtriusq̄ linguae cognitione præstantibus, ad Ptolemeū miserūt: qui veritus ne, si inuicē cōsultarent, veritatē absconderet, eos omnes in singula contubernia separauit, iussitq̄ vt vnuſquisq̄ pro se librū eundem transferret, eoq̄ in libris singulis ordine seruato, operēq̄ perfecto, omnib. mox conuocatis, & per libros singulos interpretationem suam vno quoq̄ eorū proferente, ita omniū sententiā eandē esse constituit, ac si ab vno tantū traductiones omnes emanasset. Necq̄ tamē ignoro esse qui rem aliter gestā narrent, & Pentateuchū tātūm à L X X . traductū contendant, & nō separatos, sed vnanimi concordia sententiā vno quoq̄ suā proferēte. Sed ego & Ireneus, & antiquis aliis potiorem adhibeo fidem. Quare nō est vt calumniatores, Almam, iam excogitent loco virginis legitimī nominis, & à tot eruditis agniti, substituere contendant. Plurimum vero (vt ad Vulturem redeamus) indignatur Adamantius, plerosq̄ adhibere fidem historicis philosophisq̄ hęc de Vulture & aliis aliquot animalibus, quae sine maris coniunctione concipiunt, indubitatō tradentibus, & Deū F negāt qui hęc in aliquot aliis animalibus facit, posse etiam in hominibus idem, vbi adhibuerit, facere. Et Gręcorum pleriq̄ credunt homines primū ex limo pcreatōs: nos nō credemus ex dimidia humanę substātię parte, iussu Dei, imò eo de se ita statuēte, fieri potuisse, vt I E S V S ex eo filius nasceret: Esto igitur Vultur documēto nobis, ne mysteriū illud sacrosanctū, vnde vera salus, veraq̄ felicitas nobis obtigit, fabulosum fuisse vel minimū quidē suspicari vñquā in animū inducamus.

**A**D hęc Ägyptij sacerdotes miserationem per Vulturem femora sua rostro proscindē exprimebāt: illa enim centum & viginti diebus, quib. in filiorū educatione detinetur, nunquā ad prēdā longius prouolat, vni illi curae intenta, ne pullos deserat, deq̄ propinquō tantū quae fuerint in promptu conuenatur. Quod nisi aliud quicquam suggeratur occur-

M I S E R A T T O.



ratus

A rātue, quod filiis in alimentū paret, ipsa suis femoribus rostro vellicatis sanguinem ciet, quem filiis exugendū prēbeat: tanta curat charitate, ne illi vīctus egestate deficiāt. Sanè verò factum hinc crediderim, vt maiores nostri, cum incomparabilem prorsus Assertoris nostri miserationē, qui pro salute nostra sanguinem suum profundere non dubitauit, alitem hanc, non autem Pelecanem, in sacro sanctae crucis apicem, ea femorum vellicatione spectandam popularium omnium oculis erexerint. Nā quamuis omnino per Pelecanem incredibilis, erga filios amor hieroglyphico longè alio significetur, nusquā tamē apud antiquissimos rerum scriptores, qui saxū hoc euoluerunt, legimus auem aliā, quām Vulturem, femorū suorū vellicatu pullos suos pascere consuesse. Phoenicem tamen & ipsum vellicare femora, sed, vt suo loco disputatur, non vt eo filios alat, quos nullos habet, sed vt ex eo fuso vermiculus ille oriatur, qui mox excat in Phoenicem. Alia verò ratione mortem oppetere Pelecanē, vt filios sospitet suos, Ägyptij tradiderunt: de quo quid illi tradiderint, luo disseruimus Commentario.

## IVSTITIA.

B **H**Erodus Vulture ab Hercule pro iustitiæ symbolo habitam tradit, quōd ea iustissima omnium auium, quę volatilibus vescantur, iudicetur: eaq; de causa semper apud eum magnæ aestimationis fuisse, lætaricq; solitum cùm inter res agendas Vulturem aspexisset. Vultur enim nihil quod viuit attingit, nec animatum quicquā interficit, quod accipiter & aquilæ faciunt: cadaueribus verò contenta, nullius vñquā auis pastione pollui visa est, vt Ägyptij obseruauere. Eadē fructus nunquā lædit, nec vlla in re animali cuiquā mansueto nocet. Quare mirū videtur quod traditū est à Dionysio, aquilarū pullos, quorū nīdus erat in Palma quę Tarquinij Superbi regiæ incubebat, dum parentes absunt incurru subito à Vulturibus discerptos. Sed id videtur ea prēcipue de causa diri prodigiū loco habitū, quōd cedes ea ab animātis genere profecta sit, quæ in animatum animal sœuire minime cōsuerit. Vtcunq; nō immerito innocentes Vultures ait Hermodorus Ponticus apud Plutarchū: nam & ab iis quæ maximè nocere soleant animantibus, mortale genus liberat: ex volucribus enim in auxilio contra serpentes primā aiunt esse Vulturem: corq; eius alitis habentē, tutum esse non solū à serpentum impetu, sed etiam à ferarū & latronū periculis: & vt C aliquid omnino dicant, à regum etiam indignationibus incoludem euadere.

## DESIGNATIO.

A **L**ia quedam ex Vulture hieroglyphica cōmenti sunt Ägyptij sacerdotes, ex iis quæ ab ea plurimum fieri obseruarūt. Nam scopum, siue locum quō quis tendere designarit, per eam alitem altè volantē expressere, propterea quōd Vulturem supra reliqua omnia animātia acutissimo visu præditam asserebant: atque oriente Sole occasum versus aspicientem, decadente verò ad orientem spatioſiſſimis quantumlibet interuallis esculentum, quod visui suo competit, prospectum enancisci, vnoq; ad id volatu quasi sagittam ad scopum ferri. Quin etiam, vt D. Hicronymus attestatur, trāsmarina cadauerā sentiunt. Sunt autem qui visui, sunt qui odoratui, quo sagacissimè pollent, rem adscribant: sed vtcunque hoc ab ingeniosis hominum disputetur, illud satis constat, Ägyptios intuitum ea loci designatione, in remotissimas quantumlibet partes, per Vulturis hieroglyphicum significasse.

## TERMINVS.

**Q**Vinetiam circumscriptū terminū per eiusdem alitis picturā intelligi vole-

# Pierii Val. Vultur.

bant, propterea quòd, si conflictus vsquam futurus est, locum ipsa præscribit, D  
vbi acies concursuræ sunt, & pugnam inituræ, quo  
septem antè diebus, vt Ägyptij tradunt, vt alij, tri-  
duo tantùm præuolant. Hinc illud apud Plautum,  
Truculento, de cœnipeta Dynarchus ait: Iam quasi  
Vulturij triduo prius prædiuinat quo die esuri sint.

## P R A E S A G I T V R A.

**A**B hac verò præsagiendi vi, quòd tot ante dies  
vbi strages futura sit præsentiat, idem sacerdo-  
tes Ägyptij præsagitarum ex Vulturis simulachro  
significabat: iudicij afferunt, consueisse priscos Reges  
belli tempore exploratores dimittere, qui obseruarēt in quānam exercitus par-  
tem Vultures immincent, inde cōmonefacti stragem ibi futuram, vbi earū ali-  
tum grex frequentior incubuisset. Quæ quidem huiusmodi alitis prouidentia  
redigit in memoriam mihi, quòd Hermes astronomus eum qui Vulturis ecce-  
stis afflatū ab horoscopo fortitus fuerit, sapientē & prouidū in negotiis obeun-  
dis futurū afferit, imperiumq; suum, nam & Regem fore pollicetur, valido mu-  
nimente, animoq; consilio & prouidentia optimè valiturū. Quòd si priuatę vitę  
fuerit, pecuniosum omnino futurū, multos eius auspiciis bene res gesturos, ma-  
gnasq; diuitias comparatueros. Præter hæc etiam afferunt, futurū eum militum  
ductorē, cui Vultur volans in horoscopo feliciter assulserit, cundemq; magnis  
semper negotiis deditum, honoratissima quæq; modò in hāc orbis partem, mo-  
dò in illam appetiturū, quo nomē in longinquas regiones extēdat, populosq;  
ciuitates & regna extera ditioni suę subiiciat, cui libenter omnes, tanquam Indi  
Augusto, inferuant, & studiis omnibus obsequantur.

E

**I**nniores heredipetā, mortuorū quippe bo-  
na captantem, per Vulturem significari tra-  
dunt: vnde mordax apud Senecā dictum: Si  
Vultur es, cadauer expecta. Huc etiam allusit  
Martialis epigrammatarius:

H A E R E D I P E T A.

Cuius Vulturis hoc erit cadauer?  
In primis verò diuinæ literæ necq; aquilā, necq;  
Vulturem mensis inferri volent. Hic Ada-  
mantius illos in iis nominari putat, qui alien-  
nis mortibus incumbūt, qui arte fraudēre te-  
stamenta subiiciunt, velut mortuorū cadaue-  
ribus inhiantes, propterea quòd his auibus semper mortuorū, ait, corporum ci-  
bus est, & ex cadaueribus nutriuntur & viuunt. Ea verò de causa profanæ sunt  
in diuinis literis, vt ait Hierosolymitanus Hesychius, quòd per eas homines in-  
telliguntur, qui rixis & bellis gaudent, vt cadaueribus, visceribus quippe mise-  
rrorum & atro sanguine depascantur, cùm minimè oporteat hominem contem-  
plationi deditum, aliorum casibus pasci & enutrirī.

F V N V S.

**S**VNT, qui Marti Vulturē dedicatā afferat, quòd diuerso ab aliis ingenio pre-  
dita omnem viuentiū consuetudinē abhorreat, studiūq; omne suū circa hu-  
iustmodi cædes intēdat, atq; demū funesta omnia hieroglyphicē significet. Sanè  
cùm natura omnia in se recipiat, sitq; decidentiū omniū receptaculū, Vulturq;

vti



A vti s̄epe dictum, naturam excribat, non mirum si quæ sponte cadauera nanciscatur, tam pro naturæ quām funeris signo accepta est, à veteribus. Olim autem apud Iberos Vultures erant pro sepulchro, sicut apud Hyrcanos Canes, ob id dicti sepulchrales. De Iberis ita Silius **XIIII.**

*Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera,  
Ex anima obscenus consumit corpora Vultur.*

De his Virgilius dixit: Alitibus linquere feris. De his Homerus, οἰωνοῖς τε πᾶσι. De his Octavianus Philippensi prælio cuidam suppliciter sepulturam precanti respondit, iam istam in volucrum potestate fore.

P E R E G R I N V S.

**S**Vnt qui peregrinū hominem & ignotū omnibus, hieroglyphicè per Vulturem aptè significari dicant, propterea quòd multæ Vultures exercitum sequentes repente apparere soleant, volatu semper ob raritatem prodigioso, & tamē vnde, cōstet nemini: quapropter eos ex diuerso orbe nobis incognito aduolare pleriq; putant, argumento, quòd nemo, vt Herodotus Brysonis rhetoris pater asserebat, nidum Vulturis vidisset. Illæ sanè in excelsissimis & inaccessis rupibus nidificat: & quanquam difficulter nidum aut pullos eius alitis videbis, aliquando tamen visos tradit Aristotles.

C O N C V P I S C E N T I A.

**Q**Vòd verò Poëtæ singunt eam Tityi iecur abrodentem,

*Per tota nouem cui iugera corpus, ut apud Maronem legere est,  
Porrigitur, rostrōq; immanis Vultur obunc  
Immortale iecur tundens, fæcundāq; pœnis  
Viscera, rimatiūq; epulis, habitāq; sub alto  
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.*

ab Ægyptiacis cōmentis haudquaquā dissimile est. Anima enim, vt Philosophi Poëtæc; veteres cōmentantur, in portionē rationis participem vnam, & rationis expertem alterā dispertitur. Sedenim quæ rationi adglutinata est portio, supra sensum & sensibilia sublata, quanto potest luctamine, tanquā Vulcani congressum effugiat Pallas, semetiplasm sibi asserere meditatur, quæ verò aliena est

**C**à ratione brutis proxima, temerè omnia vel appetit, vel concitat. Appetentis autem vim totam in hepate Philosophi pleriq; constituunt. Quare quòd concubitus illegitimos Tityus appetierit, iecur ab alite rodi fingitur, siue ea Vultur, siue, vt alijs quidā aquila sit, quæ illud abrodat. Vtcunq; noctu ait Hesiodus tantum accrescere, quantum die fuerat absumptū, propterea quòd mentis agitatio noctu præcipue vigescit, cogitationesq; & consilia noctu vndiq; suggeruntur. Sedenim quia dictū est superius, Vulture odoratu sagacissimo ad putredinem deferri, cogitationis inquiunt nonnulli principiū, motusq; omnis à corde proficiunt, qui quidē est voluntatis fons: vt ex Homero & Poëtis aliis tam Græcis q; Latinis accepimus. A' corde igit̄ est quòd malè habet iecur: itaq; Tityus ratione hac à Vulture laceratur. Sedenim Triclinius apud Pindarum viscera Tityi à serpentibus discerpi depasciūq; dicit, quæ quidem est Poetarū licētia nō in his fabulis tantū, verū etiā in historiis, ex cōmodo suo quæcunq; voluerint variare.

L I V O R.

**N**Onnulli liuorem ex hieroglyphico hoc interpretantur, eoq; spectare Tityanam Vulturem in appendicibus Virgilij,

*Quæ semper lacerat, comeditq; mentem,*

# Pierii Val. Vultur.

D

*Vivit pectore sub dolente vulnus,  
Quod Chironia nec manus leuarit,  
Nec Phœbus, soboleſue clara Phœbi.*

In quam sententiam alitis huius figmentum Petronius Arbiter, Nicagoras, & Aristoxenes accepere.

## D I V I N A P R O V I D E N T I A.

**Q**uod denique Vulturem nonnulli Promethei etiam cordi abrodendo appli-  
cant, Egyptiacæ eruditioni longè accōmo datius est: Vulturē enim in mun-  
di modum considerant. Cui picturæ illa etiam applicatur causa, quod mundus  
celeri quadam volubilitate versetur, & cadauerum nascentiū occidentiumque pe-  
rennitatem pascatur: cūmque in corde sapientiæ sedem veterū plerique posuerint, ali-  
tis huius cor depascentis hieroglyphicum, ali sustentarique mundum diuinæ sa-  
pientiæ prouidentia, quæ nec ipsa finiri nouit, nec mūdus cessare ab eius alimen-  
tis vel tantillum queat, manifestissimo significat argumento.

## C O N S V M M A T I O.

**N**eç illud parui momenti mysterium est, quod cùm perfectū quid in rerum E  
natura Egyptij sacerdotes indicare vellent, Vulturem & scarabeū ponere  
consuerunt, vt pote qui ex duobus his simulachris Palladem & Vulcanum, vt  
ipsi aiebant, inteligerent. Comprehendebant autem picturā hanc vno tantum  
argumento, ex quo masculo fœminum, vt ita dicam, sexum significari profite-  
bantur. Ita tamen imagines disponebant, vt si Vulcanū significare velle, scara-  
beum primò inceptarent, mox in Vulturem desinerent: sin Mineruam intelli-  
gi vellent, à Vulture principium sumentes, in scarabeum desinebant. Ceterū  
quia primo statim obtutu noua hæc forte videbuntur, ea latius explicabimus  
pro eorum institutione, qui nondum rerum naturalium sacris initiati sunt.

## P A L L A S E T I V N O.

**I**llud autem in primis non ignorari velim, cœlo in superius & inferius hemi-  
sphæriū diuiso, Egyptios quod supra finitorē est Palladi consecrasse, quod  
verò infra ab oculis semper nostris summotum, lunoni dedicasse. Et quoniam  
cœlum ipsuī muliebri genere Vraniam, non Σφæρα, quod præcipuè etiam apud  
Arabes erat, vocabant, vt pote quæ Solis, Lunæ, stellarumque omniū mater ha-  
beretur & Vulturem, vt sæpe dictum, omnino fœminam inteligerent, vtruncque  
itidem hemisphæriū, quo cœlum constat vniuersum, per Vulturis hieroglyphi-  
cum exprimebant, atque ita tam Pallada quām lunonem, simulachro Vulturis si-  
gnificabant. Quinetiā vnicuique muliebri signo alitem hanc pro gestamine addi-  
dere, atque ita demum vnam quancque Deam vnius figuraione Vulturis intellige-  
bant. Ut verò ad Vulcanum & Pallada reuertamur, mundum in vniuersum  
Egyptij ex mare atque fœmina constare profitebantur, solos verò deorū Vulca-  
num & Pallada masculo fœminas asserebant, cùm tamen, vt castigatores Ho-  
ri codices habēt, supra Vulcani caput scarabeū, supra verò Minerug, Vulturem  
statuere soliti essent. Atqui mundū ex scarabeo, qui tantum mas est, ab eisdē in-  
telligi, suo ostendimus commētario: ex Vulture autē Pallada significari, quæ su-  
premū est hemispheriū, ac muliebri sexu perhibetur, vt paulò antè dicebamus:  
atque ita fieri vt Palladis & Vulcani opera, quicquid in rerū natura cernere est,  
formā cōsequatur, & ad absolutā speciem redigat. Nam Pallas ingenio capacis-  
simo freta, nihil nō concipit, nihil nō parturit: Vulcanus verò eo quo pollet ar-  
tificio optimè peritus, ignis sui accedēte beneficio, omnia quæ fuerint dissoluen-

da li-

A daliquat, contrà verò alia cogit in duritiem, firmoq; concretu peruincit. Atque hoc illud est quod Maximus Tyrius principium artis Vulcanum ab Homero dictum autumat: nam & quem ignem Prometheus furatus dicitur, Hesiodiani interpres vitam variis artibus implicatam exponunt. Neq; seciùs in iis que ad sapientiam spectant, de quo post latius dicemus, operatur.

## ARS ET INGENIVM.

E Averò de causa cōmenti sunt Ægyptij Vulturem adiūgere Scarabeo, qua itidem fabulæ Pallada Vulcano matrimonio collocatā fingunt. Vsurpatū aut à veteribus maximè, quod in Orphicis etiam hymnis obseruatur, duas has vires in eadem substantia meditari, quarū altera cōtemplatur, quod munus est Palladis: altera præest corpori, quod ad Vulcanū spectat, easq; cognominibus maris & fœminæ nuncupare. Sed enim alij omniū hanc cœlestiū animorū prærogatiuā esse dicunt, vt vtruncq; obeat munus, concipiendi quidem per cōtemplationē, quæ à superiori potestate eorū infundit intelligentiæ: simulq; agendi in inferiorū corporum cura, que sibi credita regant, instruantq; qua ratione per afflatū datur, atq; etiā è periculis eximant, & sospite valetudine tueantur. Vnde etiam Empedocles cùm se Deum iam effectum asseueraret, puerum & puellam esse se dictitabat, cuius hæc circumferuntur carmina, quæ rem attestantur:

χαίρετ' ἐγώ δ' ἔμιν θεός ἀκεροτ Θ', σκέπη θυητής  
Ἄδη γαρ πτ' ἐγώ χενόμων τε φέρεται καρόστε.

*Immortalis ego, haudquam mortalis habendus,  
Sumq; , valete omnes, puer ecce , puellaq; factus:*

Atqui etiam si rem ulterius scrutari voluerimus, hominē, de quo apud Philosophos consideratio, utriusq; sexus esse cōperimus: vnde quantū pertinet ad intellectum, nullū discrimen Socrates inter marem & fœminā discernebat, eandemq; virtutem atq; docilitatem in utroq; deprehēdebat: cœlestemq; illum nos etiam talē agnoscimus, cuius appellatione & angeli ipsi, & saepe mali dæmones intelliguntur: cui nuncupationi nostrę etiā Sacræ literæ adstipulantur, frequentissimumq; hoc apud Prophetas de bonis angelis, ac de malo etiā dæmone, qui nihil natura differt ab illis. In Evangelio scriptū est: Inimicus homo hæc fecit. Deniq; apud antiquos, quamuis duos hos tantū Ægyptij masculo fœminas duceret, in

C deos omnes utriusq; sexus testimonia reperias. Quinetiā minimè cōmentitium est, utriusq; naturæ homines inueniri, qui partē inter se utrancq; peragant, cuiusmodi sunt populi supra Nasamonas, confinesq; illis Maclias, Calliphanis testimonio satis cogniti, ac in reliqua etiā Europa deprehēsi, ne apud solos Lunēses hermaphroditū existimet annalium cōmentator Fenestella: seueraq; admodum lege cautū, vt quem mauelint sexū eligāt, altero si abutant, capitali supplicio puniēdi. Qui verò hermaphroditæ ex marmore facti passim reperiunt, facie quippe mulibri, māmisq; notabiliter tumētibus, alio coxendicibusq; grandiorib. viriliq; natura procacius excitata, ad superiorē intellectū referri debent. Huius imaginis simulachrū pulcherrimū Romæ apud Petrum melinū vidi. Sed ut ad deos, de quibus agebamus, reuertamur, Ægyptij tum alia pleraq;, tum præcipue liberorū procreationem, sententia à Græcorū fabulis aliena, inuentū esse aiunt Palladis & Vulcani. At qui Scarabeus natos ex materia putida conformat, humiç; fouendam condit. Vultur ex halitu superioris aëris prolem suscipit: iuncta hæc hominē efficiunt, in cuius dispositam materiā animus immittitur cœlitū, dum scilicet embryon in matris utero coalescit. Porro quod Vultur et matris &

# Pierii Val. Vultur.

Palladis symbolum est apud Ægyptios, id in memoriā adducit, quod in diuinis D literis mater s̄epe hieroglyphicè pro sapientia ponitur, vt apud Solomonē Proverbiis: Fili mi audi doctrinam patris, id est, Dei, & non discedas à lege matris tuæ, id est, sapientiæ. Quòd verò natā ex Iouis capite Pallada cōfinxere, sciendū eam pro intellectu Iouis accipi, in eiusq; prouidentia consistere: quapropter in Mineruæ gratiam antiqua superstitione Sapientiæ templa, eaq; potissimum in arcibus, dedicabantur. De capite autem veteres præcipuum animæ regimē emanare iudicarūt, quod & alij postea multis experimētis cognitū prodidere. Præterea veluti caput superior pars humani corporis est, ita æther, in quo regimen rerum, & totius prouidentiæ causa, vertexq; deorum, vt apud Euripidem est:

*Lucidus hic terra qui circumfunditur æther.*

Nullo præterea matris beneficio genita Minerua, quo magis cum scarabeo sine compare genito, cōmerciū inire possit. Virtutis siquidē generatio diuersa est ab eiusmodi rebus, quæ parium cōcubitu fiunt. Hinc Iouem nōnulli aiunt cōsilium (ita enim βελώ exponendū) deglutisse, & mox Palladem edidisse: quippe qui consultor & sapiens sit habendus, nō alia quām cōsiliū via ad prudentiā deuenire potest. Alij fabulam aliter cōtexuere, dum Iouis caput à Vulcano cōminutum aiunt, sitq; ita de patrio vertice nata dea. Ignis siquidē quo in operibus ad demonstrandā naturæ puritatē utimur, humanæ est instrumentū industrie. Ignis occulta omnia dat luci: quod verò quis exquirit, si fuerit inuentum, id is & párere, & tanquā fœtum edere videtur. Sanè vetustas (id enim s̄epe repetendū) Mineruā omniū operum inuentricem sapientissimā ponit: & omnia apud nos per Filiū facta sunt. Orta illa ex Iouis capite configit. Vera Minerua, sine qua factū est nihil, noster quippe Ehieh, hoc est, artifex, quod nomen secundo loco literę sacrę ponunt, nutu consilioq; intimo summi Dei, nō inferiorum operum more, sed ex Dei capite emanauit. De hoc, Proverbiis: Et Ehieh secundum se artifex, & Ehieh deliciæ quotidianæ. Nostri: Cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies. Ita semper diuina dubio procul dispēlatione apud nationes omnes aliquis semper veritatis fulgor illuxit. Nam ignis quē Hebræi, vt Reuchlin obseruauit, Esth vocant, vnum est ex primoribus Dei nominibus. Ab eo nomine Græci Ἑστή, Romani Vestam fecere, de qua Ouidius:

*Nec tu aliud Vestam quām puram intelligeflammam.*

Quare triplex illa diuinorū nominum obseruatio, quæ ad omniū ferè gentium, quę disciplinis usq; sunt, usum faciunt, diligēter animaduertēda, ita enim habēt:

Hebræi	Hu	Ehieh	Esth.
Græci	Ζεύς	ἀετός	Ἄφροδίτη.
Latini	Iupiter	Minerua	Venus.
Theologi	Idem	Ens	Ignis.
Antiqui	Nox	Cœlum	Æther.

Deniq; Deus, inquit Apostolus, qui dixit in tenebris lucem splendescere, ipse il luxit in cordibus nostris, ad illuminationem notitiæ claritatis Dei, in persona IESV Christi.

I G N I S   D V P L E X.

C Vm itaq; Pallas translucidus & purus ignis intelligatur, ne Græcorum figmenta huiusmodi prætereamus, merito Vulcani nuptias auersat, vt in virginitatis suę puritate persistat: neq; quidē ea coniugem aspernat, sed ab eo cōtin gi cōtaminariūe minimè patitur: siquidem is, quo utimur, ignis, qui materię adhærescit, aere tameū cōmīstus, Vulcanus est. Affectat is nuptias Palladis, quan-

toq;

A toq; conatu potest sursum versus erigīt, ac nisi perpetuis materiæ vinculis præpeditus quodammodo in ergastulis detineretur, nimirū sponsæ thalamū ascenderet. Iouis hic & lunonis filius effingitur, Homero id afferente: quorundam vero commento, lunonis tantum, ut apud Hesiodum:

Ἄρηδ' ἦ φυσιον κλυπὸν φύλακτηπ μυῆσσα Γένετο.

*Illustrem luno nulli coniuncta marito Vulcanum genuit, proptererca quod den siori applicitus materiæ, atq; vti pauiūtō adglutinatus, ne ad sublimia sustollī possit, coērceat. Inferiora aut hæc lunoni adiudicata esse tunc ostendimus, cùm infernū hemisphæriū eam sortitam esse cōmemorauimus. Quare Varro dicere solebat, Vulcanū intelligi de vēhe:nentiore, vt pote fabrili fornacaliq; igne, Vēstam verò de doméstico. Vt cūq; autem, flāmma nihil aliud est quām aēr crassiu sculus incēsus: inferior verò aēr hic luno, sic ea Vulcanū generat. Claudus idem perhibetur, siue quod ob densum materiæ meatū, consensum habet cum iis que vmbra reddunt: vmbrae verò plerq; omnes obliquæ sunt, neq; sine solido corpore esse queūt, inde etiam conficta claudicitate, quod progredi nequeat absq;*

B *aliquo quasi ligneo baculo: siue quia superioris mucronis motum diuersum & inēqualem ab inferiori, vbi depascitur, efficit, qui cùm sit omnino tardior, claudicare Deum ideo dixere. Verū apud Homerum vtroq; pede claudicat, quia scilicet nunc in dexterā, nunc in lēvuā agitatur, dum aērem perrumpere contendit, cuius densitas, ne ascendat ad Palladem, obsistere videatur: inde cùm sit corpori adalligatus, dum se vinculis liberare nititur, modò hunc, modò illū pedem tentat è compedibus extrahere, vnde motari quoquoeversum, & vndequaq; di storqueri cogitur, atq; ita speciē hominis vtroq; pede claudicatis exhibet. Projectus ab Ioue de ccelo in terram fertur Vulcanus idem, nempe quia, vt nonnulli tradunt, qui priūtī ignis vsum adinuenere, in ardente materiali aliquā fulmine tactam incidere, atq; ita mox vtilitate cognita, ad ignaria dcentū: quam inter varias opinones, vnde ignis datus mortalibus, primā ita Lucretius ponit:*

*Illud in his rebus, tacitus ne fortè requiras,*

*Fulmen detulit in terras mortalibus ignem*

*Primitus, inde omnis flamarum diditur ardor.*

D R A C H M A E D V A E,  
siue cor.



C *H*is igitur notis Ägyptij tam in mysteriis suis edocendis, quām in naturæ secretis aperiendis, & ciuilium morum preceptis proponendis vtebātur. Sed & in reliquis disciplinis ab eodē scriptioñis genere non recedebāt: vt si de mathematicis rebus locuturi, in numeris drachmas duas ostendere voluissent, Vulturē, ait Horus, ponebāt. Causam nonnulli cōmenti sunt, quia vnitas apud Ägyptios duarum drachmarū instar aestimatur. Vnitas vero vnā cum binario, totius est numeri genera-  
tio. Meritò itaq; si drachmas duas indicare vellent, Vulturem pingebant, quan doquidem & matris & generationis prerogatiua polleat, perinde ac vnitas ipsa vnā cū binario, numeros omnes generāt. Quare cùm ita mater esse videat, optimè Vlturni cōpetit. Vt cūq;, curta sunt hæc in exēplaribus Hori, quod alij vide-  
rint, si castigatiora in exēplaria inciderint. Ceterū si ariolandū sit in re vsque adeò perplexa, putarim ego cor hinc significari, qui legerim apud eosdē sacer-

# Pierii Val. Vultur.

dotes, vel qui doctrinam eorum interpretati sunt, infantium anniculorum cor D  
duabus drachmis ponderari, augeri autem per annos singulos drachmis itidem  
duabus ad annos usque quinquaginta: inde per annos alios eodem decrescere. Et qui  
librio, quo ad id usque tempus auctum fuerit, hominemque tunc deficere cum ad drach-  
mas iam duas cor ipsum redactum fuerit: ita vita humana centum annis plurimum  
circunscribi, nisi aut negligenter, aut intemperanter acta, ipsa sibimet, ut turde-  
la, incommoda compararit, seque parte aliqua fraudauerit: nam cor affectum iniuria, &  
trahillitate sua defraudatum, pro molestiarum portione properantius efflaccescit  
& deficit. Quae quidem cum admodum insignia sint apud Aegyptios, non uno erunt  
loco repetenda. Id autem annorum spatium cum vulturinae comparat vita, sitque vi-  
tae omnis vis in corde sita, faciliter uincitur, cunctare puto, cur drachmam duam ex Vul-  
turis simulachro significantur. Sanè vero siue numus hic fuerit duabus drach-  
mis imputatus, qui vulturis imagine signaretur, siue alia fuerit eius nota, illud  
manifestum est, didrachmam apud veteres numi pondus fuisse, quem suo nomi-  
ne Sicum Hebrei vocabant, qui quidem xx. obolis imputabatur: frequentissi-  
musque est huius locutionis usus in diuinis literis, ut alii sicut, alii didrachmam E  
ponant. Nam Leuitici cap. vii, supra vigesimum, ubi legislator precium ponit  
quo se redimere possit is, qui honorem animam suam Deo voverit, legas, a quinto  
anno ad vigesimum qui se Deo voverit, sicut viginti posse redimi, Septuaginta  
interpretes, viginti didrachmis reddidere. Ita illud preium masculi a vigesimo an-  
no usque ad sexagesimum, quinquaginta sicuti argenti ad mensum sanctuarium, idem  
Septuaginta transtulerunt, quinquaginta didrachmæ. & multa passim huiusmo-  
di. Adeo vero illis arridebat didrachmam vocabulum, ut si drachma una esset enun-  
ciandum, didrachmam dimidiū potius, quam drachmam unam, aut sicut dimidiū pone-  
rent: cuius facti rationem, & cur hoc pondus sanctum appellaretur, legas apud  
Hierosolymitanum Hesychium, libro eius septimo in Leuiticum cap. xxvii.  
Atque ut huius monetæ pondus ad temporis nostri usum deducamus, sciendum  
obolum eius precij esse qui Romæ nunc literis aliquot immutatis Ballicus, qua-  
si obolicus dicere velint, appellatur. Drachma vero pondus est eius numi, qui  
Romæ Iulius hodie vocatur. Venetiis Marcellus argenteus eiusdem ferè pon-  
deris est: ut etiam Ferrariae atque Mantuae vulgo Buxoloti nomine. Aureus quo-  
que numus drachmam ferè pondus æquat: atque ita sicuti argenti vel didrachma, F  
uno Mocenico Veneto imputatur, qui proxime accedit ad Iulios duos: non e-  
nimir hæc ad vnguem explanari possunt, propter locorum varietatem: quia Iulij  
monetae Romanæ precium, extra Romanæ Pontificiae' ue ditionis loca, mino-  
ris quam Romæ estimatur: contrà Mocenicus moneta Veneta, extra Vene-  
torum ditionem preciosior est quam apud ipsos, vel eorum socios. Aurei quo-  
que tam precio variant, quam varijs sunt qui eos cudunt domini. Sed ponderis  
in eodem genere parua admodum differentia. Atque hec sunt, eruditissime Præ-  
sul, quæ doctrinam Aegyptiorum secutus super Vulture conscripsit: nescio  
an plura in eo archetypo fuerint, quem surreptum initio conquestus sum, puto  
tamen hæc ad huiusmodi mysterij cognitionem factura satis. Multa vero de in-  
dustria præterij, veritus ne nimia prolixitas delicioribus fastidio esset: & otij,  
quod mihi exiguum concedebatur, habenda ratio fuit, cum multa alia, ac penè  
innumeræ sint in huius generis commentaria, si per otium licuerit, redigenda, ut  
amicis argumentum hoc, vix ulli haec tenus attentatum, depositibus, quantum  
pro tenuitate mea præstare potero, satisfaciam.

A AD CLARISS. ABB. D. PAVLVM IV-  
STINIANVM PIERIVS VALERIANVS,  
de iis quæ per Aquilam significantur ex sacris  
Ægyptiorum literis.



Ummum ingenij tui acumen, suauissimi mores, incomparabilis benignitas & eximia in amicos omnes liberalitas effecerunt, Paule Iustiniane vir rariissime, ut Aquilam tibi ex auiario meo Aegyptiaco dedicare cogitauerim, quippe quod tu alitis huius plerasq; vt ita dicam, virtutes, aut excellentis naturæ dotes, praetere ferre mihi compertus es. Sed posterior nimirū causa fuit, quod Iustinianæ familiæ gestamen est Aquila aurea, quia scilicet progeniem hanc ex Iustiniani Imp. sanguine deduci omnibus est exploratisimum, celeberrimi illius inquā Imperatoris, qui Byzantii præcipue claruit, & vniuerso præfuit Orienti: illi siquidem Aquilam in signis auream præferabant, qui Orienti præerant: qui vero Occidenti, quod in hanc vsq; diem cotinuatur, fuscam, bicipite autem vtranq; sed uno tantū corpore conspicuam: quod hieroglyphicum erat, administrationem atq; potentiam in duos diuisas,

B vnius tamen esse consilijs atq; voluntatis. Ex ea vos progenie progreſſi, in Venetamq; nobilitatem cooptati, regias virtutes inesse vobis per ætates singulas testatissimum effecisti, Fabiorumq; Romanorum exemplo bello Hierosolymitano pro Christiana pietate contra barbaros fortiter dimicantes, in acie ad unum casū, mox uno tantū, qui Venetus supererat, vitamq; cælibem Deo voverat, rogatione Senatus ad maritalem copulam compulso, reparata familia, ex qua breui post tempore tot illustrium Senatorum effulgere lumina, Marcus Iustinianus, summa vir probitatis: Beatus ille Laurentius, sacra literatura scriptisq; nobilis, sanctitate vita insignis, & primus Venetiarum Patriarcha: Leonardus Diui Marci procurator, Græcis Latinisq; literis ornatus: adde Bernardos, Ursatos, procuratores ipsos quoq; & honoratissimis legationibus functos, ultimum hunc insuper vigilantisimum classis Venetæ imperatorem: ætate vero nostra Sebastianum & Antonium literis & disciplinis eximios, qui legationibus ipsi etiam ad summos quoq; principes felicissime administratis, patriæ charissimi, gentis huius splendorem offuscari minime permiserunt. Tuam autem hæreditariam illam à maioribus tuis acceptam probitatem, & à te studiosissime cultam appellarem, quam Venetæ prædicant, admirata est Patauim, Gallia nouit vniuersa, & ubi literarum studia florent, omnes gestiunt celebrare: sed de re omnibus manifesta, ne actum agam, néue modestiam offendam tuam, qui manus probus esse, quām vide-ri, longior non ero. De te vero quid sentiam, quid reliqui summis laudibus efferant, non tibi, sed seculis spero me aliquando in propatulo positurum. Nunc ad Aquilam aggrediamur.

### D E A Q V I L A.



Q V I L A , vt hinc exordiar, non temerè cognomento Romana meruit appellari, cùm nulla ferè fuerit in vniuerso terrarum orbe pars, quā daretur accessus, quam auspicatissimo ductu Romanæ non subiecerit autoritati. Quamuis non sum nescius, Personas multò ante Romanos auream Aquilam pennas extendi similem sacrasse. Huic autem vni aliti, ætatum & aruspicum omnium consensu, id honoris datum, vt magnarum rerum prosperi semper euentus significacione, auspicia faceret, Buteonem, Sanqualin, Immusculum ac Vulturium longè anteiret, reliquarum vero volucrum ostenta, quæcunque oblata essent interuētu suo aboleret, neq; per aërios tractus omnes, vlli cederet, quām fulmi-

# Pierii Val. Aquila.

ni. Cùm verò auspicia portetaç omnia ferè similes quasdam habeant significations cum Ægyptiorum hieroglyphicis, & manifesta inter se germanitate conseruant, non ab re fuerit in aquila primùm auguria, mox hieroglyphica percurere, vt hoc honoris ei tribuatur cuius est in auguriis prærogatiua. D

## R E R V M P R O S P E R I T A S.

**A**qcipuum itaq; eius significatum est, vt oblatam diuinitùs prosperitatem ostendat: quod iam inde initium sumpsit, quod Anacreon autor antiquissimus scribit, Iouem aduersus Titanas profecturū, sacrificium Cœlo fecisse, Aquilæq; volatū prospero ei auspicio victoriā portendisse: quæ cùm subsecuta esset, insigne bellicum auream inde Aquilam gestasse. In huiusmodi autem auguriis id veteres obseruabant, vt quo gestu Aquilā spectassent, magni dicerent interesse. Nam si volantem conspexissent, faustissimum & citra puluerem augurium putabant, vti Arexion Parrhasius indicauit Xenophonti expeditionem in Bithynos agitant. Sin verò sedentem animaduertissent, magnum omnino esse augurium, præclaræç rei alicuius indicium, in qua tamen peragenda laboris plurimū esset adeundum, propterea quod sedentē Aquilam aues reliquæ infestare consuissent: cuiusmodi augurium eidem Xenophonti tunc oblatum est, cùm Epheso ad Cyrum iter arriperet: dexterq; enim Aquilæ, quæ sedebat, obuiam factus, futuræ celebritatis, magno tamen labore comparandq;, vt postmodū probauit euentus, omen accepit. Nimirum autem illud in Aquila præcipua admiratione dignum est, quod vna omnium animantium idem apud gentes nationesq; omnes semper indicarit, cùm pleraq; alia ita vel populorum vel gentium certarum propria fuerint, vt quanto huic vel illi feliciora portenderent, infausta aliis & ærumnosa magis minitarentur, que locis queç suis toto opere cōmonstrantur. Verùm Aquila cui non semper prospera felixq; fuit: Quæ bella vnamquam hominum memoria depugnata sunt, in quibus illa fuerit otiosa, siue quis Assyriorum, siue Medorum, siue Persarum historias percurrat, siue Græcorum, atque adeò Macedonum monumenta, resq; præclarè gestas memorauerit, siue Romanorum, qui mox omnium excepere gloriam, famam celebritatemq;, & sublimem felicitatis apicem, admiretur: Apud hos autem quid vñquā Aquila frequentius: quid honoratus: quid vñquam sacratus fuit: Sed vt ab externis ordinamus, quanta illud admiratione dignum, quod Aquila currus Gordij pauperis' alioqui viri iugo per totum diem insedit, vnde Phrygiæ regnū Midæ eius filio præmonstratum. Vel illud potius, quod cùm apud Argiuos Heraclidarum familia defecisset, ex qua Regē eligere mos illis antiquitus fuerat, quis Rex creari deberet per oraculum sciscitantes, responsum acceperūt, Aquilā id ostensuram: paucisq; admodum post diebus, Aquila superne delapsa super Ægonis domo cōsedit, atq; ita omnium consensu Aegon Rex creatus. Hieroni quoq; Siculo admodum adolescenti, priuatæ fortunæ hominī, Aquila, quæ primo bello quod iniit, in eius clypeo resedit, Regemq; eum aliquando futurum indicauit. Vulgatissima ea sunt que de Tarquinio Prisco memorantur, cui Romam migrantí Aquila pileum ex itinre abstulit, futuri, vt Tanaquil vxor interpretata est, principatus augurio. Quin & Diadumeno Macrini filio in agro ambulāti, aqui



- A** la pileū abstulit, quē in capite cuiusdā regiæ statuē depositū, id honoris aruspici bus adolescenti pollicentibus. Et quoniā in nostra deuenimus, C. Marius cùm nīdū Aquilæ cum septē pullis puer adhuc in agro reperisset, eūq; gremio suscepptum ad patrē detulisset, is admiratione motus, consultis aruspicibus, septies penes filiū rei summā futuram accepit, quòd in tot, quos gessit, consulatibus appa ruit, quos eo numero primus omniū asseditus est. Quāuis Plutarchus, Romanarum quodāmodo hostis historiarū, rem ideo fabulosam existimat, quòd au tores tradant Aquilā nō vltra duos párere, tametsi Muscus dixerit ab ea tris ex cludi, vnum ali, duos abdicari. Cui respōderi potest, id ostēto fecisse fidē, quod & patri admirationē incusserat, præter morē septem genitos: illi enim portētosi partus Varroni nostro sunt, qui longè morē excedunt, vti porca que triginta ca pitum factus enixa, Aeneae auguriū dedit. Ceterū, quod ad numerū facit huius modi, Albino etiā septima postquā natus est hora, cōuiuio quod eius celebritati deputabatur, cùm ei fierēt nomina, septē Aquilę parvulæ de nīdis allatæ sunt, & quasi ad locū circa cunas pueri cōstitutæ: quod om̄e pater co procluius ad misit, q̄ rarissimū est in illis regionibus vbi Hadrumētū, huius natale solum, in Africa, videre Aquilas. In huiusmodi ostentū accipit Octavianus, quòd si bi ad quartū lapidem Campanæ viæ in nemore prändenti, Aquila ex improuiso panē de manu rapuerit, cùmq; altissimè volasset, rursus ex improuiso leniter delapsa reddiderit. Eadē nunquā antea Rhodi cōspecta, ante paucos dies q̄ Tiberius inde reuocaretur, felici admodū auspicio in culmine domus eius assede rat. Et Claudij, qui diu inter ludibria aulae fuerat, sub Caio demum fratris filio consulatū adepti, quāprimum cum fascibus ingressus est forū, præteruolās aquila dexteriore cōsedit huntero, indicio futuri apud eum Imperij manifesto. Acie aut̄ Bebryacensi, priusquā cōcursum esset à militibus, Aquilæ duæ in conspectu omniū conflixerat, victaç; altera tertia subuenit à solis ortu, quæ viciticē abegit. Ita duob. inter se decertantibus Imperatoribus, Vespasianus, qui Orienti prērat, rerū potitus est. Quin & maximo, qui turbulentissimis Recip. temporibus Imperator electus est à Senatu, vt Maximini obuiā iret crudelitati, quamvis humillimo genere nato, patre quippe plebeio homine, arte ferrario, vt alij dicunt carpentario, auspiciū imperij dederat Aquila, cùm eo nato carnē bubulā & qui dem multā in eius cellā pōiecisset, quæ angusto patebat impluuio: eam deniq; cùm iaceret, nec quisquā auderet attingere religionis timore, iterū sustulit, & in proximū facellum, quod erat Iouis Praefitūs, detulit. Eadem ostento huiusmodi infantē adhuc Aurelianū vincitum fasciola sine vlla noxa de cunis sustulit, & in aram quæ iuxta facellum fortè sine ignibus erat, depositū. Vcrūm hæc temere forte accidere potuerunt, cùm nulla non die ignobilissimis etiā viris Aquilæ sese ostentent, & his etiam admirabiliora nonnunquam faciant, quorum tamen nemo ullam assequitur celebritatem. Ostenta in illis obseruata, quòd eorum qui ad aliquā rerum amplitudinem euchuntur, dicta factaç; omnia quantumlibet leuia repetuntur, & oraculorum instar in acta referuntur. Sed demus hoc contentiosis. Illud puto non negabunt, alicuius esse momenti, quòd Aquilæ gerendis rebus tam s̄æpe se duces exhibuerint, & quasi diuinitū missæ, vel quid agendum ostenderint, vel quòd res euasuræ essent præmonuerint. Cūm natus esset Alexander Macedo, Aquilæ duæ tota ea die præpetes supra culmē domus insederunt, omen duplicitis Imperij, Europæ Asiæq; præ se ferentes. Ea autē que à classe in continentem progressa, ibiç; firmata, augurio fuit, Persas terra, non

# Pierii Val. Aquila.

mari debellandos esse, Alexandri ipsius interpretatione, secus quām Parmeno D sentiret. Et difficillimo eo prælio, quod cum Darianis apud Arbellā cōmissum est, quo nullum vnquā acrius inter eos fuit, Aquila paululum supra caput Alexandri placidē volitare vīsa, nec armorum sonitu, nec gemitu clamorēue vīlo morientiū territa, diuq̄ circa equum ipsius regis pendentī magis quām volanti similis apparuit, præfigio, vel indicatione potiū, quō res euasura esset, manifestissima. Augurium huiusmodi legas apud Tacitum Fabio Valentī oblatum. Cūm is exercitum in bellum ageret, ipso profectionis die Aquilam leni meatu, prout agmen incedebat, veluti ducem viæ prouolasse, longumq; per spatiū; nullo gaudentium militum clamore, augurium accipientiū, & alitem saluere iubentium, terrefactā, ita iter continuasse, vt haud dubiē magnē & prosperē rei omen acciperetur. Eiusmodi auspicij lātitia Vitellio fuit, copias aduersus Othonem præmittenti: siquidem à parte dextera repente Aquila aduolauit, lustratisq; signis, ingressos viam sensim antecessit. Et memorabili ea pugna, qua Locrorum X V. millia tantū, ducenta & viginti millia Crotonensium profligarūt, qua pugnabāt parte Locri, Aquila ab acie nunquā recessisse fertur, eosq; tādiu quoad E vincerent circumuolasse. Quid, quæ Deiotaro Regi auguriū dedit, ex itinere diuertendum: cui ille obsecuturus cūm esset, conclave mox illud, vbi Rex manus erat, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Eadem Mario redditum cum summa gloria triumphabūdum pollicita est, cūm anguem arreptum vnguibus dilacerasset, et in aquas abiecisset, & occasum inde versus abuolasset: quæ Cicerō luculentissimis carminibus in Mario decantauit.

## I M P E R A T O R I A M A I E S T A S.

**O**MNIBUS igitur nationibus et gentibus Aquilam in ostētis Imperij magnitudinem portendisse multis exemplis apparuit. Cæterū cūm multæ sint Aquilarum species, eam Ægyptij sacerdotes in regio hoc significato deligebāt, quæ à nigricanti colore fulua potest appellari: huic enim Rex deorum Jupiter, regnū, vt Horatius ait, permisit in aues vagas: in ea regiæ virtutes omnes elucescunt, quippe quæ viribus omniū præstantissima, vna fœtus suos alit atq; educat, vna pernix, concinna, polita, apta, intrepida, strenua, liberalis, minimè inuidia, minimè petulans, verū quadam etiā modestia prædicta: ea non clangit, non lippit, nō murmurat, sed regios deniq; mores, regiam prorsus maiestatem in o. F mnibus imitatur. Quinetiā inuenias homines eo nāso præditos, cuiusmodi Aquilæ rostrū est, pro regiis estimari solitos, quod Plato tradit, & Plutarchus receptū asseruit: Persęq; hominū id genus mirum in modū cōmendabant: eiusmodi dic̄q; fuisse Cyrum, historiarum autores tradunt, atq; ea se specie factū gloriari so litum. Sed quoniam rostri προστάτις, illud est quod isti regium existimant, animaduertendū duplex esse προστάτης genus: vnum, cui à fronte statim nasus insurgit, id impudentis animi signum ponit Aristoteles, similitudinemq; eam ad coruum proprius accedere; alterum, cui nāsi curuatura separatur à fronte, circaq; medium intumescit, & in vnci speciem exit. Hoc esse magnanimitatis indiciū, & ad Aquilam referri, Philosophus idem tradit. Meritò itaq; Pyrrhus quoq; multis à se rebus magnificè præclareq; gestis, Aquilę cognomento plurimū gaudebat: quanquā ea erat modestia, vt non omnem sibi rerum gestarum gloriā vñsur paret, sed bonam eius partem in milites transferret. Nam cūm aliquando rebus bene gestis domū rediisset, illumq; milites Aquilam appellitarent: Pervos, inquit, Aquila sum, qui vestris armis veluti pennis subleuor. Vidimus eius num-


A mūm, in quo Aquila cū fulmine sub pedib⁹ iacente, & ramis duob⁹ quernis in coronā flexis, cum inscriptione Dorica, ΑΡΕΙΠΩΤΑΝ. ab altera parte caput est, quod alij Iouis, alij Pyrrhi ipsius esse dicunt: nam inscriptio Epirotarum videntur ad Regem spectare. Querna verò corona, quæ apud Romanos hieroglyphicum eius est qui ciuem seruarit, in hoc numo glandes Chaonias & oracula Iouis Dodonæi significare potest. Apud Pindarum legas Aquilam ita volucrū reginam ab Ioue declaratam, veluti Delphinū piscium, vtriusq; pernitate genus omne suum exuperante. Hinc idem ait, Aquilā in sceptro Iouis præfigi solitam. Necq; verò mirum, Pindarum vbiq; honoris tantum Aquilæ tribuisse, cùm Aquilæ apud Thebanos nō aliter inter numina colerentur, quām Cynocephali, Crocodili, & alia quædam bruta apud Ægyptios in cultu fuere, & ut sumus passim totis his Commentarijs ostensuri, pro dijs habita.

**C**VM igitur Imperatorem atq; regem Aquila describeret, eorū etiā iustis dedicabatur, qui filijs superstribus decebat: eos enim in-

B ter diuos reserre mos erat: cuiusmodi morē Herodianus in Seuerianis iustis latissimè prosequitur, ex quibus Aquila, simulac ignis pyræ subiectus esset, ex intimo suggestus tabernaculo emittebatur, quæ Principis animam in cœlum referre videret. eamq; in numismatis videre est, non nunquam cum spolijs, nonnunquam cum fastigio: sic enim suggestum illum, in quo cadauera principum cremabantur, Cicero videtur appellasse, cuius formam apud Herodianum legimus, & in plerisq; numinis conspicimus. Usqueadèò vero sunt Imperatoribus Aquile dedicatae, vt ne in extremo quidem vitæ eos deseruerint, deq; cœlo, quibuscunq; modis possent signa dederint, si qua posset ad salutem via præmuniri. Nam eidem Imperatori Seuero signa mortis attulerunt Aquilæ quatuor, à quibus sibi visus est per no-

C cturnam imaginem in cœlum rapi. Et Octavianum Augustum, cùm lustrum in Campo Martio magna populi frequētia conderet, Aquila sæpius circumvolavit, transgressaq; in vicinam ædem, super nomen Agrippæ ad primam literā sedidit: vnde aruspices interpretati sunt, eum paulo post moritum: quod haud ita multò post euentus cōprobauit. Videre autem est in numo, cuius inscriptio est D I V I A V G V S T I P A T R I S, Aquilā igni subiecto, quod ego ad iusta eius re-tulerim, quamuis nonnulli sacrū esse putant, propterea quod Imperatoria, quæ Græci Hecatomben appellant, ex centū leonibus & centū Aquilis celebrata fuerint ab aliquot Imperatoribus, & à Græcis etiā, quod tradit lulius Capitonius in vita Maximi & Balbini. Sed nihil hoc ad Augustum, de quo nihil tale memoria prodit. In numo cuius inscriptio est, D I V V S P E R T. P I V S P A T E R, Aquila est pilæ insidens, quasi eum supra cœli cōuxa sublatū esse velit innuere: nā altera inscriptio est, C O N S E C R A T I O. Atq; hæc in diui M. Antonini Pj numis multiplicitur habetur, nonnunquā cum fulmine, nonnunq; etiā Antonini ipsum inter alas gestans, nonnunq; verò cubicularem lectulū in cœlū tollens, cum inscriptione, C O N S E C R A T I O. Qui Bellunensi in agro reperiunt argētei, ex uno latere pulcherrimū ipsius Antonini caput habent cū inscriptio-

## A P O T H E O S I S.



# Pierii Val. Aquila.

ne, DIVVS ANTONINVS, ex altero Aquilam aræ rotundi ambitus insiden D  
Vespasiani. tem: Inscriptio, CONSECRATIO. Verum etiā in Vespasiani numo Aquila  
est quæ pilam gestat, atq; in eiusdem alis tabernaculum corymbis & fertis redi-  
mitum. In Hadriani numis aliquot, Imperator ipse sceptrum ab Aquila recipe-  
re videtur, quasi illi ab Ioue delatum esset Imperium, quod & inscriptio declarat,  
Hadriani. PROVIDENTIA DEORVM. In numo diuæ Sabinæ Augustæ Aquila est  
Sabinæ Augu- cū fulmine, & inscriptione, CONSECRATIO. quamvis in foeminarum iustis  
guile. Pauo, non Aquila, est adhiberi solita, de quo in Pauonis commentario.

## REX PIVS ET MISERICORS.

**S**ed iam nos appellant Aquilæ virtutes, illaç; in primis, quod pium & miseri-  
cordem Regem, qui scilicet viçtum & necessaria in opibus eroget, ostende-  
re qui volunt, Aquilam eam proferunt, quam à vigore, quo egregie predata est,  
Ossifragā appellant: ea enim pullos, quos sub aquila, vel montana ciconia, inui-  
da illa inquam & famelica, quā Græci γυπαική, nostri aliquot vulturinam Aqui-  
lam nuncupant, nido ejicit, parentis adhuc operam desiderantes, cum volandi  
facultatem nondum adepti fuerint, ad se recipit, atq; educat, benignèq; tuetur, E-  
dum quantum satis sit adoleuerint.

## BENIGNITAS.

**Q**Uæ quidē mansuetudo fecit, vt iuniores (nā apud Ægyptios cōmentū hu-  
iusmodi nō inueni) si benignitatē cōmodissimo hieroglyphico explicare  
vellēt, Aquilā cum alia quavis alite ex eadē olla cibū capiente fingerent. Sed qm̄  
in Aquilatē benignitatē incidimus, inissum illud facere nō possum, quod admir-  
atione dignū apud Plutarchū legi, vt si cui argumentū placuerit, totius historiæ  
scenā sibi pingendam curet. Cū pestis olim Lacedæmonia exhauriret, oracula  
monuerūt mali vim cessaturā, si quotannis nobilē aliquā virginē immolassent.  
Obscurti Lacedæmonij, oraculi fidē approbauerūt. Fortè verò euenit vt Hele-  
næ sors obtigerit, que cūm mactanda duceretur, Aquila deuolās sacrificuli gla-  
dium abripuit, & ad armenta delatum super iuuencā demisit: cuius prodigij ar-  
gumento περιεχόμενο, id genus sacrificij sublatū est, quod memoriae prodidit Ari-  
stodemus. Idē olim euenisse Romæ in Valeria Luperca, & eadē de causa, tradit  
Aristides Italicarū rerum volumine decimonono, quem idem Plutarchus citat. F

**C**rates verò Pergamenus, quod &  
Stesichorus Poëta poëmate prose-  
cutus est, historiā ab eiusmodi beneficen-  
tia nō absimilē recitat. Nam cūm decē &  
sex messores quendā è socijs aquatū mi-  
sissent, reperit is apud fontē serpentē, qui  
cōplexus Aquilam arctissimis eam spiris  
implicitā suffocabat. Ille vt falce messo-  
ria armatus erat, audacter progressus, fer-  
ro serpētem dissecuit, Aquilā liberā abi-  
re permisit: cumq; hausta in vnam aqua  
rediisset, socijs singulis poculū ministra-  
uit: mox cūm & ipse quoq; bibere vellet,  
præstò adfuit Aquila, quæ poculum ab  
ore dispulit eiectū procul: dumq; messor factum initatur, & Aquilā, quam pro-  
bè nouerat, increpat, eamq; apud socios ingratī animi reā agere meditatur, vi-  
det

RELATA GRATIA.



A det eos & hic & illic concidentes vitam exhalare, vnde simul & aquam, quā illi biberant, veneno infectam, & se periculo subductum intellexit, beneficiumq; in volucrem optimè collocatum, manifestissimè cognouit.

## CONVICIORVM CONTEMPTOR.

**Q**uantum verò illud est, & verè regium, quòd Aquila est cōuiciorum contemptrix. Vnde nōnulli cōmenti sunt Aquilā figurare statu immobili cōfidentem, nulla pennarū asperitate terribilem, neq; hiatu rostri minacem: iuxta hanc cornicem summittere, eo gestu, vt & laceſſere, & conuicia facere videatur, si conuiciorum contemptorem hieroglyphicè referre voluerint. Cornicē enim aiunt solere Aquilā laceſſere, & in certamē quodammodo prouocare: illā verò non plus cornicis conuicia & importunitatem facere, quā elephas culicem.

## PATERNA DIFFICULTAS.

**S**Edenim ab his diuersa ponere videntur Ägyptij sacerdotes, qui morosum patrem, & difficilem admodū in filios, per eius generis Aquilā cui Pygargo nomen ab albicanti cauda est, significari voluerint, siue hęc ψευδή sit, de qua su B perius: ea enim maximè omnium animalium pullos fastidit suos: vt non imme ritò Plotinus eos qui sine ratione modoq; ciuitates atq; imperia gubernāda regendaq; suscepérint, post obitū per παλινγένειαν Aquilas fieri dixerit. Damnat & Basilius in hoc ingenium Aquilę, & in educāda prole sua iniquissimā appellat.

## SOLIDITUDO REGNI.

**Q**uod verò per Aquilam regni solitudinē intelligimus, sunt qui factū ea ratione defendant, quòd regium esse dicant, vnum ē filijs h̄eredem instituere, vni rerum habenas commendare, quandoquidem, vt ait Ouidius,

Non bene cum socijs regna Venusq; manent.

Et apud rerum scriptores quotidie legimus, potentissimas vrbes euertas, clarissima deleta regna, illustres familias extinctas, & in populos omnia malorū genera debacchari cœpta, simulac potestas regia pluribus fuerit cōmunicata. Quinetiam Isocrates, quamuis de regimine multa quoquo versum disputet, & nunc huic, nunc illi rationi fauere, pro loco quem tractandum sumpserit, videatur, æ quabiliorem tamē ciuibus monarchiam ostendit, propterea quòd illa ambitio C nes, omnium popularium dissensionum semen, extinguat: quod cūm Aristoteles quoq; mirum in modum approbaret, Homeri sententiā secutus, quòd disputationibus suis pondus adderet & autoritatem, versum eius citauit:

Ἐκ ἀγαθῷ πλούτου ζωή, τὸς κύρου θέση, Εἴς βασιλεύς.

Multos esse duces haudquam proderit: esto

Rex vñus, princeps vñus, qui publica tractet.

Non indecenter igitur Aquila, vt vulgato per Aristotelem Musæi versu fertur,  
Tris parit, atq; duos nido ejicit, educat vnum.

Sed, vti superius ostendimus, specierū diuersitas in eo genere efficit, vt contra ria super alitis natura autores scribere videantur. Vt cunctq; verò, educationis huiusmodi ratione habita, per Aquilæ pullum solitudinem interpretabantur.

## PERNICIOSA POTENTIA.

**Q**uinetiā h̄dem sacerdotes Ägyptij potentia cuiuspiā, quā socijs & amicis omnibus pernicioſa esſet, per Aquilæ pennas significabāt. Huiusmodi si quidē ea vis est, vt aliarū auiū plumas, si cōmíscantur, interterere, & quodāmodo deuorare videant: quod & in tergorib; pantherę atq; hyænę identidē fieri cōpertū est. Pantherinū quippe tergus hyænæ cedere suo loco diximus. Eandē

# Pierii Val. Aquila.

inter iuglandē & quercū antipathiā esse, scribit Plinius, tanto quidē naturę diissi D  
dio, vt si quercus iuxta nucē iuglandē sata sit, prorsus emoriaē. Est & illud huic  
miraculo perq̄ simile, quod de cardamo fert. Olus id apud Persas vſitatiſſimū,  
cuius natura est humorē omnē terre ad se ita attrahere, vt reliquæ circū pullulan  
tes herbę cogant exarescere: de quo prouerbiū est apud Aristophanē. Id alio vo  
cabulo Scaphon vocat, Iberis est Dioscoridi, Ägyptijs Semeth, Nasturtiū Ro  
manis. Causam verò super Aquilæ pennis Philosophi cōmentātur, q̄ cūm auis  
ipsa sit omnib. alijs infensa, deriuet vis ipsa animalis in res quoq; eius inanimes,  
per sympathiæ contagionem. Alij pestiferā malevolentia vim quandā inesse aliti  
deprehendēre, propter quā tacta ab ea facile cōputrēscāt: indicio esse reliquias  
eius hesternas nec ab ea ipsa, nec ab alio quopiā animaliū repeti. Permeare ve  
rō cōtagionē eam etiā in pennas, que alienas iuxta se positas adurere propémo  
dum pro cōperto tradunt. Ita eius qui rerū summa potiat maiestas, fulgore suo  
reliquos obſcurat, & veluti mīcātissimum Solis iubar, vbi exortū fucrit, lucē o  
mnibus stellis intercipit. Obijciunt alij hoc in multorū principū tyrannidē & ra  
pacitatē, quibus nō sine rerū tuarū iactura possis adhēſcere. Quomodo cunq; E  
aut quispiā acceperit, natura hoc cōparatū, vt debiliora à validiorib. absument.

E R V D I T V S I M P V R V S.

**I**N Diuinis literis, que rem hanc austrius tractat, Aquila, gryphus, halictus &  
miluius rapacitatē significat, & à sacris vt immunda rei ciunt: per quas alites,  
vt signat Hesychius, intelligimus eos, qui sublimia quidē perscrutari videantur,  
cœli quippe motus & rationē, stellarū situm atq; naturā, quaꝝq; superioribus in  
elementis igne & aëre fiunt varietates, cōtemplationi vigilisq; non sua tantum  
causa, sed aliorū etiā institutionibus dediti, vita tamē & impuri sint & malefici,  
dum vel insidias alijs intendūt, vel sordida quæq; cōuenantur, suarū ita rerū fa  
tagentes, vt ad cōmoditates suas omnia cōtrahāt, inexplicabiliq; auaritia æstuans  
tes, nō suis tantū fruantur, sed imbecilliorū quoq; bona diripiāt, qualē Hierony  
mus notat lib. de Viuendi, forma ad Rust icū monachum, super eremita quodā,  
qui publicas p̄ triuatasq; eleemosynas in si uim & suorū tantū vsum verterat. Ita  
enim scribit: V' idimus & planximus Crc si opes vnius morte deprehensas, vr  
bisq; stipes quāsi in vsum pauperum congregatas, stirpi & posteris derelictas. F

M A L V S D I Æ M O N.

**N**ō n̄ im̄ erit ī ītē ī ītē Aquila diuo Gregorio malignus est spiritus animarū: ra  
ptor. Ut verò ea quæ d. e pernicioſa dominatione dicta sunt, que omnia ad  
mūdi huius principē accēmodari possunt, iam prætereamus, habet & hoc p̄ ro  
prium Aquila quod p̄ ſices ab alto aëre cōſpicata, eos præcipiti cursu delapſa  
pit, Pisces verò animarum hieroglyphicum esse, dictum Commentario su o.

PRINCEPS SIBI TANTVM STVDENS.

**A**diungunt ad hæc Ägyptijs sacerdotes, Regem rerū tantū suarū sat agentē,  
Anecq; aliorum incōmoda calamitatēsve miserantem, per quā propoſiūſſent  
Aquilā ostendi, eam quippe in astruendo nido ſolicitā: illa ſiquidē in ſolis excel  
lis, arduis & præcipitibus locis nīdulatur, & omnino longē ſublimius volat, q̄  
volatilia reliqua. Hinc fit vt ab aliarū auūiū cōſortio atq; consuetudine ſeſe ab  
ducere videatur, qui quidē plerisq; Regibus mos est, qualem in Hadriano ſexto  
Pont. Max. viro Batauo vidimus, qui humana omnem cōſuetudinē ita auerſa  
batur, vt nō n̄iſi propria vel utilitate vel neceſſitate cogente, ſui vidēdi copiam  
faceret. Quod ſi, quod raro admodū vidilles, ſpatiatum in ſubiectos Pontificio  
palatio

A palatio campos obequitaret, nullis accitis comitib. nullo, vt Pontificū mos est, æris tinnuli signo dato, iter arripiebat: simulac principes, antistitesq; & cohors reliqua ex officio assecuti essēt, equū ipse, nullius salutationē moratus, citatiore gressu perurgebat, conspectumq; omnem hominū, tanq; nihil ad se eorum inge niū pertineret, effugere properabat, sēq; in intimas palati latebras occultabat.

## P R A E F A M E M O R I E N S.

**Q**uod si hominē eo mortis genere peritū, quod Homero Platonīq; omnium est miserrimū, ijdem significare voluissent, hieroglyphicū habebant Aquilæ, cuius rostrū esset enormiter incuruatū: senescentibus enim Aquilis rostrum supernū accrescit adeò, incuruaturq; subinde magis ac magis, vt nulla demūm aperiendi data copia, inedia plerunq; deficiat & extinguat. Hinc illa in baces, Aquilē senectus, exprobratio: quippe quæ amissa edēdi facultate, humorū assiduè sorbillare cogitur, vitamq; aliquandiu pertenui ea ope protrahere. Ac, ne vsquam desint Gr̄corum fabulæ, commenti illi sunt fuisse olim hominē, qui hospitem affecisset iniuria, proindeq; deorum ira in Aquilam cōmutatum, B inq; sceleris pœnam eo affectum malo, vt fame consumeretur.

## I V V E N T V S R E N O V A T A.

**A**ddunt alia quædā iuniores, vt illud ex Psalmo interpretentur, Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua: quod nescio cur nōnulli legunt, Reuocabitur, cūm Græcè sit αἰγαλεῖον οὐράνιον. Diuus Hieronymus Aquilā ait, vbi cōsenuerit, pennis supra modū grauari, ideoq; fontem ab ea quæri, cuius aspergine pennas egerat, quibus leuata calorē intra se colligit, sanariq; tum primum oculos, mox ab immersione in iuuentam redire. Eucherius Aquilas ait vi nimiæ senectæ implumes fieri, & nido relatas à pullis suis vicissim ministrātibus pasci, donec deterso senij veterno, cū pennis volandi etiā vsum recipiat. D. Augustinus Aquilam ait senio grauatā rostri immodicè crescentis aduncitate eò redigi, quod paulo antè dicebamus, vt nec os aperire, nec cibum vlo pacto capere possit: impulsam itaq; naturę vi collidere rostrum ad petrā, cuius attritu excussa ea parte que redundabat, ad cibū redire, atq; ita ex eo senio reparari, vt omnino iuuenescere videatur. Nostri petrā loco hoc Christum intelligūt: proq; rostro obuncō, prauitatis peruersitatisq; opera, q; Physiognomici eius figuræ nasum, vti superius dictum, iracundię & rapacitatis indiciū esse volunt: huiusmodiq; homines auaros plurimū alieni appetētes, & vltionis studiosos inueniri. Vitia verò hæc nō alia excuti ratione, quām per Christi disciplinā quēūt, atq; ita pro iuuentutis renouatione animi depurationē intelligunt. Corpus enim nostrū ab adolescentia pergit in seniū, verū anima sapientis, pī probatiq; viri, à senecta in adolescentia trāsmittit, atq; ita homo hic exterior flaccescit, & deficit indies, interior verò eo magis vigescit ac renouatur, quo diutius in iusti honestiq; meditatione exercitioq; vitā degit. Tale aliquid apud Platōnē inuenias, dicente Socrate: Tunc sañæ mentis oculus acutē cernere incipit, cūm corporis oculus incipit hebescere.

## A P O S T O L I.

**Q**uod verò legitur Euangelio Matthæi, Vbi fuerit cadauer, illic & Aquilē cōgregabunt: per cadauer Adamantius Dominicq; passionis mysteriū interpretatur, per Aquilas Apostolos, de quibus etiā dixerit Esaias: Assumēt penas sicut Aquilē, & current, & nō lassabunt, & ibunt, & nō esurient: sive vt alibi legitur, Currēt & nō laborabūt, iter faciēt, & non lassabunt. Huic interpretatioñi adstipulatur etiā Eucherius, qui loco hoc Euāgelico pro Aquilis sanctas ani-

# Pierii Val. Aquila.

mas accipi tradit; & Salomonicū illud, Via Aquilæ in cœlum, de Christi ascensiō D  
su intelligi debere cōtendit. Quòd si ad eruditionem hanc profana etiam adiun  
gere liceat, Antipatri memorabile fertur epigramma, siue illud Speusippi fuerit,  
in Platonis sepulchrum, quem vt diuinū antiquitas vniuersa venerata est, cuius  
ille animam ad sepulchrum è cœlo allapsam in Aquilæ speciem agnoscit:

Αἰετὲ πάπῃ βέβηκας ὑπὸ τῷ φορῷ πνὸς, εἴπα  
Ἄσθροι τὰ θιῶτα οἴκου ἀφοκωτέοις;  
Ψυχῆς ἐμὶ πλαντώι Θέ, ἀφῆται μήντος θέτοιντος  
Εἰκὼν, σῶμα ἔγαγεν δέ τοις ἔχει.

*Cur Aquila ad tumulum hunc volitas dic: nunc quid ab astris  
Hic habitare Deum forte aliquem intuita es?  
Imò anima extincti sum diua Platonis, Olympum  
Quæ colo, sed corpus terrigenum Attica habet.*

## INGENIVM VEL O X.

**P**Indarus & alijs plerisq; locis, tum præcipuè Nemeis, ingenij promptitudinē  
& velocitatem per Aquilam ostendit, sumpta ab eo cōparatione, q; prædam E  
etiam valde procul distantem mira perniciitate nanciscatur, visuq; ita polleat, vt  
profundissima quæcq; prospectet; quæ omnia ingeniorum acuminis sunt accom  
modata. Idem cùm Bacchilidis & æmulorū suorū gloriā eleuat, coruos illos, se  
vnū Aquilam iactat, q; promptissimo ingenio nihil non concipiat quantumli  
bet arduū, & à terra mariq; remotū, mox & styli velocitate quæcunq; cōceperit  
assequatur. Ad huiusmodi rerum amplitudinē alludere mihi videtur Aristophanes, Auibus, cùm Atheniensibus aut adulaturus, aut eorum spes inanes elu  
surus ait, αὐτὸς εἰ νεφίλησι γενόμενος. Nimirum enim oraculum acceperant Atheniæs,  
fore vt tāto vrbes reliquas post se interuallo relinquerēt, quāto Aquila reliquias  
aues volatu superat. Et Sosithei dictum illud celebre super vi eius impetuosa:

Eἰς μνεῖας ὅρης ἡτος Κατα.

*Una Aquila innumeræ exagitabit aues.*

## N I L V S.

**A**Tque Aquila hac quidem de causa Nili fluminis hieroglyphicum in sacris  
Ægyptiorum literis habita: quoniā enim Nilum perniciter currere, tantaq; F  
profunditate insurgere obseruatum est primū Promethei tempore, eam enim  
fuisse Aquilam nonnulli tradunt, quæ Promethei cor discerperet, quippe cùm  
causas incrementi peruestigare non posset, ab Hercule demū Aquilam cohi  
bitam, qui fluminis impetum partim aggeribus, partim fossarum deriuio coēr  
cuerit, Prometheaç; omnes exundationis causas edocuerit. Inter autem vetusta  
Nili cognomenta A Q V I L Æ nomen inuenias, quod nomen à colore nonnulli  
dictum putant, vt pote qui, vt Maro ait, viridem Ægyptum nigra fecundat ha  
rena: & æquora ab eo colorari Catullus inquit, nomēç; illi à limo, quem trahit,  
factum aiunt Etymologici, nam mare in longa inficit spacia, eaç; de causa Melas  
olim, & mox Melon appellatus Ennio, Ausonio, & alijs: idç; etymon in nomi  
ne à nigrore Festus & Seruius agnouere.

## ALTA COGITATIO.

**N**On defuere tamen qui Aquilam huiusmodi Promethei cor adrodentē, ad  
mores trahere conarentur, ac profundæ cogitationis principem significa  
re contenderent. Sed ne diutius in Prometheo hæsitemus, quæ nostri super A  
quila senserint, potius aperiamus.

## DIVVS IOANNES.

**A** Nè homines cùm solam aiuum omniū Aquilam esse diuinam autument, & antiquitas eam loui tela gestare crediderit, inde persuasi sunt, quòd eam omnium maximè oculo valere conspexerant, longissimoq; interuallo minutissima quæq; discernere, Homeri ad hoc accedente testimonio, ita dicentis;

ΩΣΤ' αἰτός ὅν φάπε φασίς  
Οξύταλις δέρκεδαι ἵπτεριων πετεῶν.

Ut Iouis ales,

Cuius acutam aciem perhibent præstare volucres  
Ante alias, quotquot cælo spatiantur aperto.

Et hymno Mercurij, vbi Apollo de Mercurij occultatione loquitur, qui ita lataret, ait, vt neq; ipsum vel Aquila, quæ tam acutè videt, inspexisset. Hinc Theologi nostri D. Ioannem Euangeli scriptorem per Aquile hieroglyphicū à diuinis illis vatibus præmonstratū deprehendēre. Sanè Aquilam (vt nomen etiam interpretetur) ab acutè videndo dictam nonnulli ex veteribus asserunt, vt po-

**B** te qui Aquilam quasi aculam ab acumine dictam velint: quamuis, vt paulo antè dicebamus, alijs ab aquilo colore vocem ducant: est enim aquilus color fuscus & subniger, ab aqua denominatus. Vt cuncte autē, acutissimi visus Aquila est Ioannes, qui oculi acie in altissimæ diuinitatis recessum directa, præ omnibus maximè superioris naturæ secreta reuelauit: cuius facies Ezechieli visa supremum ex quatuor locum obtinere: qui ad abolendam Abionitarum hæresim, quæ Christum hominem tantum, non Deum etiā asseuerabat, ad altissimia remotissimæ rerum principia præpetibus euolauit pennis, deq; penitissimo diuinitatis nido nitidissimas ac maximè pellucidas illas gemmas surripuit, quæ postmodum intuitum oculis quantumlibet connuentibus hallucinantibusq; micantissimi luminis claritatem attulere. Illuc enim erat lux vera, quæ sola lumen mortalibus elargitur. Hic ille deprehendit humanarum diuinorumq; rerum omnium λόγος initio fuisse, atq; penes Deum, ipsum deniq; Deum, ipsam esse rationem, quæ a pud nos sub Verbi nomine recepta est: vt reliqua missa faciam, tam multis diuinæ sapientiæ luminibus illustrata. Hęc est deniq; illa Aquile volitantis effigies,

**C** diceret Irenæus, quam sacri præuidere vates, quæ Ioannis nostri beneficio, spiritus in Ecclesia aduolitantis gratiam manifestat. Nam hic altè exorsus principium, quod à patre est, effigiem Verbi, quæ refertur in filio, & præclarā eius generationem enarrat, tanta cum fiducia rem tam arduā aggressus, vt Aquilæ symbolo meritò figuretur: Ioannes inquam ille altiloquus, q; Aquilæ referatur hieroglyphico, ipsa susceptæ lucubrationis materia sublimis, ait Eucherius, & ab ipso rerum principio repetita, in causa fuit. Proinde cùm volatu sublimi in ipsam Dei omnipotentis aulam elatus sit, & oculorum aciem visu præpollens in admirandæ diuinitatis faciem fixerit, doctrinam nullo antea mortaliū ingenio conceptam ab alto detulit, cuius initium, In principio erat Verbum.

## STATVTA FIRMITER SED E S.

**H** Oc quoq; sacerdotū Ægyptiorum hieroglyphicum fuit, per Aquilam, quæ saxum gestaret, hominem significare, qui firmam stabilemq; in ciuitate, loco aliquo, sedem sibi posuisset: illa enim simulacrum sibi comparauit, quod possit firma & inconcussa rem suam procurare, lapidem quempiam exquirit, quem in nido pro libramento collocet: neq; alia huius rei causam sacerdotes illi tradidere, satis habentes constructi nidi firmitatem per huiusmodi argumen-

# Pierii Val. Aquila.

tum indicasse. Nam & firmandis nauibus, priusquam anchoræ vsus repertus es-  
set, id opis saxa contulere, id quod Apollonius Argonautas fecisse scribit: vt mi-  
nimè mirum sit, saxum, etiam in Aquilæ nido positū, inseruire stabilitati. Cæte-  
rū lapidem hunc eum esse credere possumus, qui & enī appellatur, Aquilinū  
Latini dicunt, ad multa remedia utilem: adq̄ id præcipue, quod partum contra  
omnes abortuum insidias custodit. Idem muliebribus feminibus ad alligatus,  
quotidiano experimento mirificè prodesse, pariundiq̄ facilitatem inducere cō-  
peritur. Eo incenso morbum Herculānū, hoc est, furorem qui plerūq; ex atra  
bili accidit, qua potissimū Herculem laborasse tradunt, explorari putant. Inædi-  
ficari nido asserunt autores nostri, nihil igne deperdere, prægnantem esse, alio  
velut in utero sonante. Sed vim illam medicam non nisi in nido direptis polle-  
re, magorum tradit supersticio: nec tamen in omnium generum nidos inueniri,  
sed in Melenaëti tantum, Pygargi, Morphni, siue vt Homerus, Percni, atq; Gne-  
sij. Duas verò Aëtatis species agnoscit Zoroastres: vnum densum & solidum,  
alterum rarum & inanem; inesseq; solido vim illam perficiendi sc̄etum, & usque  
ad partus debita tempora continendi. Occurrabant h̄ic multa super lapide si-  
gnificata, quandoquidem ex eo ab Aquila in nidum collocato, rerū stabilimen-  
tum Ægyptij significare commenti fuerant: eaq; firmitas ad Capitolij immobi-  
le saxum referenda videbatur: quæq; veteres passim de cultu lapidis sanxissent:  
vtq; vel nomen ipsum magni instar numinis aliquando habitum: quæq; h̄ic pie-  
tas nostra de petra sentiret: sed quoniam nobis cum Aquila res erat, que lapidis  
essent, in commentario quod est super ædificiorum partibus, transferre, ibiç  
commodius de argumento huiusmodi differere cōstituimus, cum multa adhuc  
ad Aquilam pertinentia supereffent.

## TERRARVM DOMINATIO.

**E**T ut longo circumiecti circuitu rursus ad imperij significatū reuertamur,  
nostræ etiam sacræ literæ per Aquilam terrarū dominationem intellexerūt,  
vbi apud Ezechiem legimus, Aquilam visendæ magnitudinis, quæ latè passis  
alis, immaniç membrorū ductu, oppleta plumis, varietate insignis, vnguibus  
ferox & minabunda, præpeti volatu ad Libanum applicuerit, Cedriç inde me-  
dullam, tenellosq; surculos euulserit, tota altiorū frondiū summitate decerpta,  
adhæc succisis etiamnū vitium seminibus, quæ omnia Babylona translata sunt,  
ibiç sata. Neq; huic absimilem alteram adiecere, quæ vitium earū palmites de-  
prædaretur. Per priorem illam nostri aiunt Nabuchodonosora Babyloniam Re-  
gem interpretari: per alteram hanc Ægypti tyrannum, quorum prior Hierosoly-  
mam cepit, & populū cum Rege ipso Sedechia principibusq; alijs in captiuita-  
tem abduxit: alter verò, cùm bellum aduersus Assyrios mouisset, Israëliticū po-  
pulum seruitutis affectum tædio ad se traduxit. In utroq; Rege Aquilæ hiero-  
glypticum proponitur, sed longè latior interpretatio est in ea quæ Nabuchodo-  
nosora describit. Alæ siquidem diffusæ, numerosos indicant exercitus, quos  
ille secum traxerat. Membrorum exorrecta longitudo, regni eius diurnita-  
tem. Plumæ nihil aliud sibi volunt quam diuitias, quibus locupletissimus esset.  
Varietas plumarū, rerum ab eo gestarum gloriam indicat. Armorū horrorem,  
vngues. Libanus ludç claritatem atq; celsitudinem longa annorum serie con-  
spicuam, vnde ille meduliam Cedri auulserit, quippe nobilitatem extirparit, &  
summas quasc; frondes dcerperat, hoc est, ne tenerimæ quidem Regum pro-  
li, ætati scilicet infirmæ, pepercera.

inter-

A interpretatur Adamantius in eundem Ezechielem homilia vndecima.

A Q V I L A R V M    I N S I G N I A    Q V . A D A M .

**Q**uod verò initio dicebamus Iustinianam familiam aurea insignem Aquila, alios huc trahit ex antiquis, quorum claritas gestaminibus huiusmodi innotuerit. Sed illud priùs dicam, quod dissimulandum in huiusmodi narratio-ne minimè videatur.

T E R R A R V M    V M B I L I C V S .

**A** pud Delphos scilicet duas fuisse Aquilas ex auro, quod monumentū erat terrarum vmbilicū apud eos esse, quem Iupiter ea ratione explorauerit, vt Aquilas duas, vnam ab Oriente, alteram ab Occidente dimiserit, quæ pernici vo latu in aduersum allapsæ, supra Pythona factæ obuiā sunt: quo loco designato, declaratū est ibi terræ habitabilis medium esse, isçp honos geminis Aquilis habitus, vt in templo ibidem excitato, aureæ constitucentur. Atç hinc illud innotescit, quod in Maronianis appendicibus legitur:

Pallas Cecropias tuetur arces,  
Delphos Pythius orbis vmbilicum.

**B** Ab Apolline autem ad Respub. & milites transire ipso narrationis ordine inuitamur: ad eorum igitur insignia quædam ostendenda calamum conuertemus: gentilem enim scutorum vsum, variasç in eis imagines, aut picturas, quæ familarum indicant stemmata, cognationesç, tametsi viri haudquam contemnendi, esse hæc recentioris ætatis inuenta existimarint, nos antiquissimi moris esse, & hic & alibi toto Opere disseruimus.

L A C E D A E M O N I I .

**N** Anç Aquila, quæ draconem arreptum gestet, Lacedæmoniorum rempublicam ostendit: huiusmodi enim signo literas illi publicè obsignabant. Tradit hoc Iosephus, vbi literas Lacedæmoniorum recitat Arij eorum Regis ad Hebræos Onia Pontifice datas, quarum sentētia ea erat, vt profiterentur Lacedæmonij se per Abrahamum Iudæorum esse cōsanguineos, proinde gentem ipsam hortabantur, vt quæ Lacedæmoniorum essent pro veteri necessitudine communia ducerent. Epistolam eam Iosephus ait complicatam figura quadran gula fuisse, eoç obsignatam argumento, quod suprà posuimus. Quod verò designarit epistolam fuisse quadrangulam, alios atç alios indicat complicandarū epistolarū modos apud hos vel illos extitisse: alij enim paginis, alij tabellis, yoluminibus alij in vmbilicos complicatis scribere consuerunt.

C L E A R C H V S .

**C**learcho autem Heracliensium Tyranno, qui Iouis se filium dixit, in publicum prodeundi aurea Aquila velut argumentum generis præferebatur.

H E R C U L I A N I    I V N I O R E S .

**E** Iusmodi coloris Aquila, quippe lutea, truncō insidens in parma luti sapphi erei, cuius marginē eodem colore, sed admodū dilutiore, circulus ambibat, Herculianorū iuniorū erat, qui sub Magistro militū Præsentiali militabāt, quod in antiquis quibusdam eius militiæ cōmentarijs inueni apud Maffæos Romæ.

H E R C U L I A N I    S E N I O R E S .

**S**Eniores verò Herculiani cæruleā Aquilam alis vtrinq; passis habuere in rubra parma, cuius latus ambitus in margine lutei coloris erat, quē nigra linea circunducta in partes duas æquidistātes disssecabat. Erant verò Iouiniani, siue, vt apud Vegetium est, Iouiani, atç Herculiani, Illyricæ legiones duæ, quæ sena

# Pierii Val. Aquila.

millia militū habebant, quos Diocletianus, qui se Iouē Latinē vocitabat, & Ma D  
ximianus, qui pro Hercule se gerebat, cùm ad Imperium peruenissent, pro meri  
to virtutis ita nominibus à se inditis, appellando censuere, eosq; cunctis legio  
nibus prætulerunt. Tela verò illis erant plumbatae, quos Manobarbulos voca  
bāt, eosq; portabāt scutis insertos, h̄s q̄ opportunè iactis, hostes equosq; prius  
quām nō modo ad manū, sed ad ictum missiliū peruenirent, graui admodū per  
cussionē cōsauciaabant, Imperatoresq; illi horū opera bella plurima cōfecerunt.

## IOVINIANI IVNIORES ET SENIORES.

ΙOvinianorum autem qui Iuniores vocabātur, insigne erat Aquilæ apotheo  
sis, redimicula supra caput imposito. Ales ipsa natuui coloris in parma lutea,  
quæ rubro primū circulo claudebatur, inde altero sapphirei coloris toto mar  
gine complectebatur. E' pectore autem Aquilæ aureus extabat vmbilicus. Se  
niores verò purpuream gestabant Aquilam in parma cærulea, duoq; erant pro  
marginē cīrculi, ruber interior, exterior luteus.

## QVARTODECIMANI.

CÆrulei coloris aliquanto diluti Aquilam gestabant Quartodecimani, qui E  
sub Magistro militum per Thracas militabant. Ea verò ales in alba parma  
insidebat orbi cœruleo densioris luti, intra quem circulus ruber erat, à cuius me  
dio aureus extabat vmbilicus. Verūm hæc satis fuerit attigisse, ne opusculum  
vniuersum insignibus & gestaminibus farciamus. Hæc atq; alia pleraq; huius  
modi scriptores rerum memoriae prodiderunt, quæ si prosequi velim, nullus  
vnquam futurus sit modus: quare manum de tabula, sicq; iam super Aquila sa  
tis superq; declamat.

PIERIVS VALERIANVS BOLZANIVS BEL  
LVNEN. AD CLARIS. ACTIVM SYNCERV M, DE IIS QVÆ  
PER PHOENICEM, PELECANVM, ET QVASDAM  
alias aues significantur ex sacris Aegy  
ptiorum literis.

**I**BI verò SYNCERE ACTI carissime, Phœnicem & Pelecanū, quiq;  
in ipsam historię seriem quibusdā veluti laqueis detenti sese inuicem implicue  
runt, sociatiq; in hunc locum aptissimè conuenerunt, Noctuam, Cornicem &  
Pafferem, dedicare cōsilia fuit. Ac Phœnicem quidem ea de causa, quod ve  
luti ille admirabili quadā insignis pulchritudine, visu rariissimus post longissi  
ma temporis interualla conspicitur, ita Latinæ linguæ nitor, & eloquentiæ cultus ornatūq; per  
tria fermè Phœnicis secula desiderati, & tate demum nostra, beneficio, opera, & labore plurimè  
tuo suscitati, spectādos sese theatris iam omnibus exhibuere. Pelecanum ob eā, qua præcipue com  
mendaris, in amicos omnes charitatem atq; beneficiā, vt nemo vnuis hodie magis amico ami  
cūs, quām Syncerus Actius esse prædicetur. Noctuā, quæ tuarum indicium sit lucubrationū,  
quas Minerua haudquaquam inuita elegatiſmas elaborasti. Cornicem ob diuturnitatem, quæ  
scriptis debetur tuis, non modo vno plus seculo, sed perpetuo summa omnium commendatione vi  
eturis. Pafferem ob orationis tuæ Veneres Cupidinēq;, qua nihil suauius neq; iucundius exco  
gitari potest. Sedenim quæ multa atq; præclara de ingenij tui sublimitate dici possent, ea cōsulto  
prætereo, quia tu lōgē maior es quām mea te capere possit cōmendatio: quis enim Soli lumē affer  
re, nisi fatuus quispia, ag grediatur? Igitur cùm tuo ipse sis splendore clarus, principatū hūc in lite  
raturæ

A raturæ candore tuum suo se præsidio tuentem missum faciemus, quodq; nostrum est institutum, ad animalium quæ interpretanda suscepimus, significaciones conuertemur: quæ quidem quales & cuiusmodi sint, quamvis tu eas tum ex Græcis Latinisq; scriptoribus non ignoras, tum ex admirabili illa venerabilis antiquitatis tabula ænea, quam simul apud Bembum inspeximus, potes edoceri, quæ omnem Aegyptiorū historiam antiquiore, argento atq; auro delineatam ostentat. Quid tamen & nos super his compererimus, ex ipso Phœnicio indicare iam incipiemos.

## INSTAVRATIO.

**A**EGYPTII sanè sacerdotes, cùm longa quid annorum serie intermissum, & iam antiquatum esset, quippe ludi, sacra, ceremoniæ, supplicationes, mores, ritusve alii, triumphorum splendores, vel quid huius. **B** modi, euenissetq; postmodū ut eadem instaurari contigisset, Phœnicem in huius rei significatum sculpere consuerunt. Vnicum eum plerique omnes autores tradunt orientales habitare solitudines, ab omni hominum commercio visuq; separatum. Nomen illi Plinius inditum ait à phœnico arbo-re, quæ palma Romanis est, ob id, quod ex Syagrorum genere vna quæ in Chora est intermoritur, ac ex seipsa renascitur. Phœnix quoq; noster vbi moriendi tempus ipsem et aduentare præsensit, post annos, quos viuere perhibetur, circiter quingentos, in Aegyptum fertur, vbi ad humum demissus (ita enim Aegyptij rem memoriæ prodiderunt) rostro semetipsum vellicat, acceptoq; ex eo velli-catu vulnere cruentem emittit, ex quo primum ceu vermiculus nascitur, mox pullus fit alter, forma priori similis, qui quamprimum pennas indeptus est, confert se vna cum patre in Heliopolin, quæ in Aegypto est, vbi primum Phœnicem ortum ait Atheneus, quod simulac venerit, oriente mox Sole moritur, nouo pullo in regna sua transmigrante. Vnde minimè mirum est, duos aliquando Phœ-nices simul visos proditum ab historijs. Alij scribunt defunctum parentem à Phœnico pullo in eandem Soli dicatam urbem gestari Smyrna sphæra recon-ditum, quod nō inficiatur Adamantius: sedenim cuius textoris manu obrotun-da illa cistula contexatur, maximè velim edoceri. Ouidius hoc prius dixerat x v. Metamorph. vnam esse alitem que sese ipsa reparet atq; reseminet: nam vbi vitæ suæ secula compleuit, structo in palmæ alicuius vertice, ex casia, nardo, cin-namo & myrrha nido, se superimponit, finitq; in odoribus æuum: inde Phœnicem alterū renasci de patris corpore, qui cùm satis virium per artatem indeptus fuerit, vt oneri ferundo sufficiat, níendum è ramis auellat, suaq; incunabula & se-pulchrum patris in Heliopolin deferat, atq; vt ipse dicit, reponat ante ipsius So-lis fores: res quippe ingeniosissimo quoquis Poëta digna. Horus nihil amplius ait, quam ab Aegyptijs sacerdotibus alterum defunctum illum summo cultu su-scipi, cui mystæ iusta ea ritè redderent, quæcunque in reliquis alijs sacris anima-libus facere mos erat. Quæ verò de nido eius Manilius senator togatorum, vt aiunt, diligentissimus, tradidit, quæcunque inde nouis adiectis ad fabulam com-mentis posteri licentiosius ampliarunt, cùm maximis ille nobilis doctrinis, doctore, quod asserit Plinius, nullo fuerit, hi verò nullo veterum autorum



# Pierii Val. Phœnix.

testimonio fabulentur, quæ sit adhibenda fides, aliorum fuerit iudicium. Obij. Dicit aliquis Laetantium, sumimū, non inficio, virum; sed is, vt etiā Ouidius, poëma scribit, non historiam. Ego sanè super Phœnices atq; Pelecanæ, de quo paulo pōst, superq; nōnullis alijs, maiorem his adhibeo fidem, qui eadē in regione locisq; vbi animalia hæc reperiuntur, & geniti & educati sunt, ac ea perinde cōspīcere aliquando potuerunt, quām ijs qui auditu tantūm eorū naturas exceperent.


Quamvis verò de moriēdi modo, deq; funerandi ratione super Phœnices scriptores diuersi abeant, in eam tamen omnes concordiam deueniunt atq; consensum, vt Phœnicē nouū ex præmortui corpore fieri nequaquam insufficientur: esseq; hoc plenissimū atq; firmissimum futuræ resurrectionis specimen, Tertullianus asseuerat, quippe qui de Phœnice loquens ait: Ille semetipsum libenter funerās renouat, natali fine deceasedns, atq; succedens iterum Phœnix: vbi iam nemo, iterum ipse, qui nō iam alijs idem. Quid expressius in hanc scilicet resurrectionis causam? aut cui alij rei tale documētum? (de resurrectione quippe loquit̄.) Addit & hęc etiā scriptis suis: Et florebis, inquit Deus, velut Phœnix: id est, de morte, de funere, vti credas de ignibus quoq; substantiā corporis exigi posse. Prosequitur mox rationes suas. Multis passeribus antestare nos Dominus pronunciavit: si nō & Phœnicibus, nihil magnū. Inde sub̄jicit ironiam: Sed homines semel interibunt, auibus Arabię de resurrectione securis. Ita ille passim acerrimus Christiani nominis propugnator, labente in hanc aciem restituere cōtendit, cui veluti sacræ innixus anchoræ, vxorē quoq; vna eius cōmemoratione ad viduas pudicitia obseruationem adhortatur. Probè enim vxor, inquit, quæ maritū in pace præmisit, pro anima eius orat, & refrigeriū interim postulat ei, & in prima resurrectione consortium, offertq; annuis diebus dormitionis eius: & quæ plurima omnium lectione digna prosequitur.

## A B S E N T I A   D I V T V R N A.

**V**T cunq; autem de morte Phœnicis traditū sit, Ägypti sacerdotes tam diurnæ migrationis ergo, eum qui peregrè profectus diutissimè domo procul absuisset, per hanc alitem significabant: propter viuacitatem autem, animam hic diurno tempore versatā. Nam animi patriam nō esse corpus, sed nos hic, quandiu viuimus, peregrinari, non Ägypti tantūm, sed Græcorum Latino- F rumq; autores præstantissimi, nostraq; in primis pietas, passim admonuere.

**C**Vm verò Phœnix vnicus omnino esse perhibetur, & pulchritudine volatilium genus omne longo post se relinquat interuallo, quippe qui sit aureo circa colla fulgore rubi cundus, cætero corpore purpureo cæruleam caudam roseis pennis distinguenteribus, crītis facie caputq; plumeo apice, vt Plinius diceret, honestatus, simulachrū Solis ab Ägyptijs ferebatur, cui, quod solus sit, à raritate nomen: quo quidē nihil admirabile magis intuemur, dum lumen ille suum longè lateq; per ima etiam penetralia exiguo quoquis aditu veluti supremā quadā inundatione diffundit, eaq; de causa Polys cognominabatur: id enim est apud Philippū Ägypti vocabuli significatū voce Græcanica inductum, à multarū scilicet dotum opulentia magnitudine, quia omnia sibi collata latissimè superat & excellit.

## S O L.



## P R A E S T A R E:

**A** Egyptij deniq; cùm Sole magis quàm reliqui homines gaudeant, eiusq; beneficio perfruantur, quo maximè feruet tempore, prouincj;s reliquis quantumlibet remotis & in Septentrionē declinantibus grauis, Ægyptijs solis est cōmodus, Nilo tunc scilicet exundante. Cùm verò per Phœnicē Solem intelligerent, per eundem exundationem identidem significabant. Necq; tamen simplex erat apud eos exundationis vocabulū, sed id P R A E S T A R E E T E X C E L- L E R E etiam indicabat: atq; vt cuiusquam esset in aliqua vel ingenij, vel corporis, vel opum dote claritas, ita eum exundare dicebāt. Nos quoq; rarissimos doctrina virtuteq; viros, qui longè reliquos antecellūt, Phœnices appellare cōsueuimus. Opposito verò modo multitudo, pro vilitate ponitur: vt, vnuſ ē multis, apud Pliniū Epistolis, ex vulgaribus quippe & ignobilibus hominib. Et apud Ciceronem, multi ſepe eodē ſenſu. In ſacris literis Psal. L X X. Quasi prodigium factus ſum multis, hoc eſt, imprudentibus, insipientibus & ignobilibus.

B

## D E P E L E C A N O.

X eadem ſolidudine Pelecanus occurrit, quā Latini Plateam, vt putat Gaza, vocauere. Nam ſunt qui Platæam eam apud Pliniū vocandam existiment, voce hac ex Ciceronis de Natura Deorū lib. ſecondo deſumpta. Idem nomen apud Hebreos Quat, à nonnullis Pelecas, ab alijs onocrotalus interpretatur. Pelecanū ſanè auem paruam eſſe, quæ ſolidudine delectetur, Eucherius ſcribit. Eſſe tamē aliud Pelecanorum genus in Nilo, non inficiatur, paſſimq; in stagnis & lacuſtribus locis habitare, penè cignis ſimile, niſi quòd paulò maiores ſunt. Atq; hi forſan onocrotali, quos Veneti syllabis aliquot ademptis crotos vocant. Deuorāt hi cōchas audiſſimē, multitudinemq; laxo admodum ingeſtā gutturi euomūt, atq; ita mox quod aptum cibo quaſi coctū abſumunt, cruftas negligūt. Deq; genere hoc dubio procul quæ dicturi ſumus hieroglyphica deſumuntur.

**C**rationē examinet, per Pelecani hieroglyphicum ſignificari tradunt Ægyptijs, propterea quòd auis ea cùm poſſit in editioribus locis nidificare, vcluti prudentiora faciunt volatilia, quæ ita ſe à multorum iniuria subducunt, ea ſatis cum imprudentia ſpatiosas arcas perquirat, in quibus terra defoſſa oua ibi edita deponat: quod ſimulac animaduerſum eſt à paſtoribus, vcl ab ijs qui id genus alites aucupātūr, vbi pri- mūm pulli exclusi ſunt, eò properant, & vel aridis boum excrementis, vel alio quopiam ſomite locum ſepiūt, mox ignem inti- ciunt: (ψελάθαι enim in manu ſcriptis codicibus, non ἐπαρέλθω) Pelecanus autē quamprimum conſpexit fumum, ocyus aduolat, & longè maiore impruden- tia quàm nidificauerat, ignem alarum quaffatione querit extinguerere, cæterūm ignis ventilatione agitatus, vehementius incenditur: perſtat illa nihilo ſecius flamas alijs verberare, rata ſe opem ita filijs allaturam: ſed enim contrà accidit quàm ſperarat, quia pennis omnibus ita exuſtis, euolandī facultate priuatur, at-

IN S I P I E N T I A.



A

# Pierii Val. Pelecanus.

que ita minimo negotio capitur. Animaduerte verò in antiquis Horì codicibus D esse, ἵνα παραγόμενοι τὰ ξωτὴ πῆδα, non vt in vulgatis, οὐ παραγόμενα. Hinc Aegyptij reliqui, qui sacris initiati non erant, alite hac nulla religione vescebantur: pietatem autem in filios huiusmodi, vitio dabant insipientiæ. Dicebant enim Pelecanum non consulto, vti Vulpanseres faciunt, ad id certamen ferri, sed per imprudentiam, & mentis alienationem quandam (αἰσχυλος enim, nō θύροις, in manu scriptis Horì codicibus habetur) quarē tanquam auem inauspicatò genitam ac male feriatam contemnebant, nullo eam honore prosequentes. Hebræi nomen id huius alitis, quo de superius mentio facta est, punctis ihs præsignant, quæ profanam eam, & à mensis reiectam indicant. Sanè Leuitico Pelecanū, quem Septuaginta interpres cum ibide, porphyrione, cygno, herodio, & charadrio nominant, ideo cum his omnibus profanū decreuere, quòd longiguttures sunt, si nō ex aere, aut ex arboribus aucupantur, sed vel à terra, vel ex mari, fluminibus' ve aut stagnis: vt ibis serpentes venatur, porphyrion vermes, pelecanus & cygnus pisces: ex earum figura hominem scilicet intelligentes, qui cibo posthabito cœle. Esti, terreno pascatur, aut marino, hoc est, mentem ad inferiora deïciat, diuinoq; neglecto cultu, humana quæq; atq; ea & sordida & parum utilia perquirat. Sordidi enim vermes, sordida reptilia. Pisces verò parum conferunt ad nutrimentum, de quibus loco suo disputabimus.

## PIETAS ET AMOR IN FILIOS.

**S**acerdotes tamen Aegyptij alitem hanc cum primis sacrā venerabantur, eiq; parcendum existimabāt, & honoris causa nullo pacto vt mensis inferretur, æquum arbitrabātur, cùm factum id, quòd pro filiorum salute neci se tam atrocí dederet, non imperitiæ stupori' ve aut imprudentiæ imputarent, sed incomparabili paterni affectus charitati, supremæq; miserationi, qua erga filios maximè omnium afficiatur. Fallere enim venatores, eosq; transuersos seducere, non sine spe fugæ, quod vulpanser agit, parui omnino momenti est. Femora etiam, quod vultur facere perhibetur, vellicare, vt excusso sanguine filij pascantur aliquandiu, non magni admodum est cruciatus. Sedenim in adeò penetrabiles furentis ignis ardore iniçere se, eaq; perseverantia tam cruciabili tormento torreri, suprà quām excogitari possit admirandum. Quod nam enim animal tam fatuum, tam stupefacto sensu inueniemus, quod ad vnius prunæ tactum non euestigio resiliat: quod adeò robustum atq; impauidum, vt accensam non expauescat flamمام. Animosi atq; imperterriti ante omnia animantia lcones: illi tandem tam feroce, tam indomiti, tanto animi corporisq; vigore prædicti, consternantur statim ad vnius prætentæ faculæ conspectum, præq; timore propémodum exanimascunt. Videt Pelecanus ignem, cuius non ignorat vehementiam, audacter accedit, ardorem in membra singula intolerabili cruciatiu penetratē sentit, necq; loco dimouetur: exuritur penè tota, necq; tantillum quidem consternatur, patientissimaq; constantia vigens, saluti filiorum intenta potius, quām suæ mortis genere omnium atrocissimo conficitur: tanta in eo charitas, tantus amor, tanta vis pietatis elucescit: & quispiam audebit eam stuporis insimulare, & male feriatam auem appellare? Subit ad hanc sententiam Arsinoës recordatio, quæ à Ptolemæo fratre insidijs & fraude decepta, cùm percussores in duos filios impuberis immissois à fratre cōspicata esset, complexa eos ad se fugientes, ea parte qua vulnera filij intendebantur diu corpus suum cædēdum opposuit, multisq;

A multisq; ita vulneribus saucia, eorum tamen saluti consulere non potuit, illi enim in matris gremio inter oscula ipsa truculentissimè trucidati sunt. Quòd si Pelecanum simili casu sese morti obſcientem, insipientem appellauerimus, longè quidem insipientiorem Arsinoem dicemus, quæ ita pro filijs trucidari patetur, cùm præsertim ipsa non ad mortem, non ad vincula, sed ad nuptias & regni successionem à Ptolemæo deposceretur. Sed tantum abest ut vel Arsinoe, vel Pelecanus sint imprudentiae damnandi, ut omnium cōfensi merita, hoc est, ingenti laude, ob incomparabilem, quam omnes admirantur, charitatem, minime fraudandi esse iudicentur.

B **S**Edenim nostri quoq; cum Aegyptijs sacerdotibus in hoc pingendi genere consentientes, Pelecanū pro miseratione ponunt, & Astartoris nostri hieroglyphicū in summa cruce statuūt, qui nos sospitatus, atrocissima torqueri morte voluerit. Agnoscit & Eucherius Pelecanum pro Christi symbolo. quamuis Hieronymus tradit eam pullos suos rostri percussu interficere, pœnitentem mox factum, nido in ipso per triduum lugere, postremò seipsum grauiter vulnerare, & sanguinē suū super filios effundere, quo illi perfusi reuiuiscant: quod alij viderint. Sed quòd eam alitem, ut etiam alijs plerisq; persuasum est, rostro pectus dissecantē pingunt, ut ita fuso sanguine filios alat suos, ab Aegyptiorum historia valde alienū est: illi enim vulturem tantum, vtī suo diximus Commentario, id facere tradiderunt, neq; non, ut paucō antē dicebamus, Phœnicem: sed hunc non pietate adductum, vtī vultur, sed fato ita coactum suæ consulcre posteritati. Sunt & mutua filiorum officia, qui parentibus vicem reddunt, & escā famelicitibus subministrant, verūm īs quæ à parentibus in eos proficiuntur, haudquaquam paria. Quòd vero Celsus persuasum facere nititur, eos humanū genus superare pietate, Adamantius hæc ab īs geri natura tantum duce profitetur.

C **S O L I T V D O .**

**N**Ostræ autem sacræ literæ per hieroglyphicum Pelecani, solitudinem interpretantur, cuius factum se esse similem Dauides canit, quia scilicet errabundus tunc per solitaria diffugiebat loca, qui Saulis Regis indignationē euitaret: quod vt apertius explicaret, nycticoracis etiā similitudinem adiccit, qui quidē non luce, sed tenebris in comparandis vitæ suæ necessarijs plurimum fruictur.

**D E V V L P A N S E R E .**


**E**d ne longius ab hac in filios charitate discedamus, insigne illud quoque exemplū incomparabilis amoris est, quòd à Vulpanere præstatut.

**F I L I V S .**

**F**ellum, vt inquit Horus, vt alij, affectum in filios, scribere si vellent Aegyptijs sacerdotes, Vulpaneris hieroglyphicum faciebant. Ales hæc ex anserum genere, qua lautiores epulas non norat olim Britannia, tanto filios amore protegitur, vt si unquam accidat, vt cum filijs in venatores incidat, simulatq; conspecti sunt illi, pater & mater sponte accurrunt, secq; ipsos venatoribus dedunt,

A ij

**M I S E R A T I O .**



# Pierii Val. Noctua.


vt ita eos à filijs aliorum auertant: οὐσων enim, non οὐσιῶν, in antiquis manu scripsis codicibus habetur. Cuius pietatis ergo visum est Ägyptijs animal huiusmodi magna prosequi veneratione. In ijsdem enim manu scriptis exemplarib. est, αἰγυπτίοις ἔθηται τελέται τὸ γάλα, non autem συμβολαιῶν, vt habetur in impressis. Porro Britanni, qui, vti dicebamus, Vulpanserem in delicijis habebat, nostrum anserem religiosum opinabantur, eoq; abstinebant. Nam cum de moribus eorum Cæsar loqueretur, eos dixit anserum cibo non vesci, perinde ac etiam neq; gallina, necq; lepore. Verum istud, olim.

## D E N O C T V A.

**R**eliquum est vt & Noctuæ, & aliarum avium quas promisi significata prosequamur, quæ cum nostrates sint, Latinis & Græcis plurimum innotuere, quare de his longè certiora sumus allaturi.

**P**rimarium Noctuæ significatum est, vt Mineruæ per hieroglyphicū eius intelligatur, de qua ipsa Glaukopidis etiam cognomentum sumpsit, siue propter cæsum oculi colorem, quo qui prædicti sunt, præstantioris & acutioris ingenij feruntur esse, siue propter lucubrandi contemplandi munus, quod animi vis nocturni potissimum temporis silentio vegetatur. Qua de causa dracones etiam, Gorgoneum quippe caput, ægidi adsculpebantur. Acutissimum enim esse draconi visum, ex eo potissimum appareat, quod ab intuendo illi nomen, vt in Serpentis commentario copiosius. Addunt alij tertiam quandam causam, quia nusquam Noctuarum vis maior quam Athenis, vbi dea ipsa præcipue colebatur, vnde proverbum illud emanarit, Αθηνας Athenas ferre, siue id ob Noctuarum copiam, siue ob humorum multitudinem, qui Noctuæ signum habebant. Acerbe vero Demosthenes in huiusmodi Noctuæ cultum lusit, cum è carcere populi Atheniensis elapsus fugebat: nam ad Palladis arcem subinde respectans, sublatis manibus: O' Pallas, inquit, vrbium domina, cur tribus infastissimis bestijs delectaris, Noctua, dracone, & populo: ex una fortè cæcitatem, ex dracone liuorem animorum, ex populo instabilitatem & inconstantiam intelligens.

M I N E R V A.



B

## S A P I E N T I A.

**S**anè vero cum Minerua consilijs prudētiaeq; Dea diceretur, aliquot in ostentis Noctua sapientiæ signum fuit: vt que in Hieronis priuati adhuc hominis hasta consedisse conspecta est primo bello quod iniit: nam aruspices hinc eum caustum in consilio futurum prædixere, id quod sapientissimum totius eius vite regimen comprobauit.

## V A N Æ S A P I E N T I A E S T U D I V M.

**S**ed quantum pertinet ad doctrinæ studium lucubrationesq; ipsas, interpretationem eiusmodi non respuit Basilius, sed eos intelligi vult, qui vanæ sapientiæ studijs incumbunt. Nam vt illius aspectus noctu quidem valet, Sole autem illucescente nō mediocriter obfuscatur, ita istorum hominū mens acutissima quidem ad inanum rerum cognitionem esse videtur, hebetissima vero caliginēq;

A ligneisq; oppleta ad veram lucem hallucinatur, neq; liquidò quicquā intueri potest. In hanc ferè sententiam Hierosolymitanus Hesychius Noctuā comedī prohibitum ait, quia lucis beneficio nocte polleat, interdiu cæcutiat, ex quo illi debent intelligi, qui legis contemplatione & scientia plurimū gloriantur, Euangelicam autem claritatem ferre non possunt.

## NOCTVARVM NVMISMATA QVÆDAM.

**N**umis aliquot videas Palladis ipsius simulachrum cum ingenti vmbone, dextera ad oram vmbonis adiecta, virga à pectore ad solum applicata, cui videtur inniti: nam virga, ut in caduceo disputatum, disciplinā ostendit. Sub vmbone noctua est: inscriptio, B P E T T I Ω N. Ab altero latere caput galeatum, cum Pegaso in plano galeæ. Sunt verò Brettij, quos nos Bruttios vocamus, ut Hermolao Byzantio, qui Stephanum deflorauit, placet, à Bretto Tyrrhenorū ciuitate, quam Brettus Herculis filius condidisse fertur: quin & regio ipsa Brettia nuncupata, neq; non & Lingua. Aristophanes, μέλαινα δενη ηλώσα βρεττία πομπή. Antiochus autem Italiam vocatam olim Bruttiam dicit, mox Oenotriam. Alibi ve Brò videre est in numis caput Palladis galeatum, ab cuius altera parte noctua est prostrato innitens carchesio, iuxtaq; quadrigæ cum Victoria, laurea circundata cum baccis. Huiusmodi autem numos argenteos magno numero cōperies. Literæ in nonnullis quæ legi possint, A Θ E. à tergo caput ipsius Palladis galeatæ. varijsq; admodum sunt hi Noctuarum numi.

## VICTORIA.

**P**orrò Noctua Atheniensibus indicium victoriæ fuit, cuius etiam volatus in adagium cessit, Γλως ἵππον, cùm profligatos hostes, & subsecutam victoriā innueret. Id verò sibi proponebant, propterea quod aus hæc, vti dictum, Mineruæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam malè consulta Athenien sium fortunare. Atq; hac de causa Demosthenes oratione πολιτευεσθαι, Solonis versus citat:

Ἀμετόρα δὲ τάσσεις κῆ μηδὲ διὸς ἢ ταῦτ' ὀλεῖται,  
αἴσαν τοὺς μαντίσσας θεῶν φέασον ἀθανάτων.  
Τούτῳ γαρ μεγάθυνθεὶ πίστιν θεεψιμοπέτρῳ  
παλλὰς ἀβλωαῖς, χείρας ὑπέρθεται ἔχει.

**C** Nostra quidem ciuitas nunquam fato Iouis neq; Deorum immortalium arbitrio peritura est. Talis illi contigit custos, magnanima scilicet potentissimo patre genita Pallas Athenea, quæ manus supra caput cius habet. In adagijs autem, rebus quibuscumq; feliciter & ex animi sententia succendentibus, dici consuevit visitatissimum apud eos illud, Noctua volat.

## PECVNIAE.

**A** pud eosdem Noctuae cesserunt in pecuniarum nomen: hinc apud Plutar chum in vita Lysandri à Gylippi seruo dictū, multas sub domini sui tegulis Noctuas cubitare. Gylippus enim cùm ex ingenti pecunia, quam Lacedæmonem asportare iussus erat, partem interuertisset, cam sub ædium suarum tegulis occultauerat: cumq; seruorum testimonia contra dominos non admitterentur ex lege, & irritum facerent iudicium, callidè admodum ille commentus est rem aperire sub eo verborum inuolucro, vt in dicio pecuniarum factō, neq; ille accusasse dominum videretur, neq; ius nullum violasse, Atheniensis tamen reipub. commodo consuluisse. Alibi Noctuas Laurioticas pro pecunijs appellatas inuenias, non, vt nōnulli putant, à circunducta in numis laurea, quæ admodū con

# Pierii Val. Noctua.

spicua est, sed à Laurio Atticæ regione auriuenifera. Observes tamen in huius D modi numis non modò laureas circa Noctuas, sed eas laureo etiam ramo insidentes cudi, eius dubio procul hieroglyphico victoriae, qua de superius meminimus. In aliquot procumbentem leonem superuolat, cum inscriptione, A N T I O X O Y, quod nimirum hostis ferocitatem Atheniensium prudentiae succubuisse significat. Sunt aliquot numi in quibus Noctua cum loris facie cusa est, eos diabolares fuisse tradūt: quibus verò Noctuæ duæ impressæ sunt, quatuor obolis expendebantur.

## M O R S.

**A** Pud Ægyptios verò Noctua mortis erat hieroglyphicū, vulgatissimo iam etiam apud nos & Oratorum & Poëtarum testimonio, Noctuam letale ali quid, aut inauspicatissimum infortunium afferre. Causam huiusmodi significatio duplē inuenio: vnam, quod cùm cornix vitæ longioris symbolum habatur, compertum est Noctuam quadam naturæ discordia, eius nidiis magis quam aliarum avium insidiari, repere eam clanculum, noctis tenebris fretam, & vel pullos, vel oua cornicis inuadere atq; deperdere. Nam & in manu scriptis E Hori codicibus legas, ἀ πνω γοι ἐπιφέρεται τοῖς νεωτεροῖς τὴν κρεμανῶν. que ultima locutio in impressis exemplaribus desideratur. Altera consideratio est, quod mors furtum irrebit, & nox pro morte ponitur, ut illud:

*In æternam clauduntur lumina noctem.*

& alibi:

*Sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.*

& similia passim. Eucherius lumē in Diuinis literis pro die, iusticia, fide, prosperisq; cunctis ponit autumat: contrà tenebras pro nocte, iniuitate, infidelitate, aduersisq; omnibus, ac perinde pro errore, & ignorationis cæcitate, atq; etiam mortis acerbitate. Deniq; diuinæ literæ mortem saepe pro vniuersa calamitatū strue ponūt: sicuti etiam viuiscare, pro liberare à periculis & ærumnis: ita enim interpretes exponunt illud Psal. LXXI, Et conuersus viuiscasti me. Demum Noctua noctis domina perhibetur, vnde illi apud Latinos nomen. Quod verò nocturno cantu suo infortunium semper aliquid minitetur, Pyrrhi tantum Epirotarum Regis exemplum ponam, qui cùm Argos expugnatū duceret, infeliciissimæ atq; ignominiosissimæ mortis signū accepisse fertur à Noctua, quæ hastæ illius ex itinere insedisset. Nam cùm is detracto insigni à galea, ne interno sceretur, in Argiuos oppidanos cædem inceptasset, aniculæ cuiusdā filius eum hasta leuiter vulnerauit. At cùm Pyrrhus impetum in percussorem fecisset, Argui mater, quæ supernè spectabat, periculum intuita, tegulam ambabus manibus arreptam super regis galeam effudit: quo istu cùm exanimatus concidisset, Zopyrus quidam, qui sub Antigono militabat, Rege cognito accurrit, detracetaq; galea ferrū gutturi admouit, sed toruis Pyrrhi oculis attonitus, os & mentum eius pro iugulo recidit. Hoc igitur mortis signum illud esse crediderim, quod ab lictore ferebatur ad damnatū publico iudicio, presertim apud Æthiopas, à quibus Ægyptios aiunt multa rituum id genus mutuatos: nam pios eos ante omnes extitisse, familiaritates eorum cōmerciaq; cum dījs, & inuicem agitata conuiuia, de quibus & Homerus & alij scripsierunt, facile indicant ita fuisse tunc hominibus persuasum. Eo verò signo viso reus sponte sibi mortem consci sciebat, magno & sibi & patriæ dedecori futurus, nisi fecisset: adèò illi Regem suum ut numen venerabantur, vulgoq; adorabant. Atqui ferunt quendam per hæc morti destinatum, cùm de fuga coepisset agitare, priusquam periculo se abstra-

**A** abstraheret, zona à matre strangulatum; adeò persuasum fuit genti, non licere mortem magistratum pronunciatione decretam, exilio vel subterfugio quopiam alio cōmutare; vt iam secura Lacēnarum exempla in desertores filios edita mirari desinamus. Quamuis verò Regem illi suum tanto cultu & obedientia prosequerentur, supra Regem tamen, qui Meroēm incolebant, Memphitici sacerdotes erant, quibus memoriæ proditum ius olim fuisse mortis Regi per internuncium imperandæ, alteriusq; in demortui locum, cum libitum esset, constituendi. Sed nos ad hieroglyphica, quæ tractanda suscepimus, reuertamur.

## M V T V A   H O S T I V M   D E T R I M E N T A .

**S**i verò hostes duos capitali odio detimenta & insidias alterū alteri sempiternis indignationibus molientes, manusq; mutuarum cædium sanguine comaculantes, notare vellent Ægyptij sacerdotes, Noctuam & cornicem propnere consuerunt, quarum vsqueadè immortales sunt inimicitiae, vt & hæc & illa in mutua semper damna odium exerceant; cornix enim interdiu oua Noctuę rapit, absuntq; sibi conscientia Noctuam interdiu cœcutire. At Noctua contrà, vt dicebamus, noctu in oua cornicis inuadit, que subfuretur ac edat; sicq; altera interdiu, altera noctu potentior. Quinetiam, quod ad earum inter se temperaturā nullo modo congruentem, facit, sunt qui exploratū se habere dicant, confusum utriusq; sanguinem coire non posse.

## A B S T E M I V S .

**L**ongè salubrius est significatum illud, quo hominem sibi ab ebrietate cauenit significare volentes, Noctuam oua sua desugentem effingebant: quando memorant oua Noctuæ ea vi pollere, vt si per triduum ebriosis in vino dentur, tædium eius adducat, & abstemios homines reddat: quod etiam apud Philostratum assertum compcrij, qui abstemium scribit ita reddi puerum, vt donec vixerit vini odio teneatur, si priusquam vllum vini gustum nouerit, Noctuina oua leuiter cocta, illi sorbillanda propinentur: vini enim odium inde suboriri, quia temperatio hic fiat naturalis calor.

## P A T R O C I N I V M   F R V S T R A   I M P L O R A T V M .

**A** ddit his Horus, vt si hominem ad alicuius misericordiam, patrocinij vel salutis causa euentu irrito confugientem significare vellent, passerem & Noctuam soliti essent figurare: siquidem ille, vel alia quæpiam auicula, vbi aucupis infestas artes declinare studuerit, ad Noctuam confugiat, cuius patrocinio sperret se periculum euitare posse; sedenim ibidem intercipiuntur, vbi sibi perfugiū adesse proposuerant.

**H**uius quodammodo generis est Nycticorax, quæ tyrannidem significat, ob occultationem scilicet consiliorū, quæ dissimulare potiores pro magno habent negotio. Huic significato Callimachus ansam dedit, qui tyran nos loqui veluti ὄντας ait: ὄντας verò οὐ νηλεύεται dictæ, quasi ὄντος, quod scilicet eorum sermones nocturni plurimi sint, & in arcanis habeantur, vt Nycticoraces noctu plurimū obstreput. Et quoniam ales hæc mihi inter lucubrandū obstreput, minimè prætereunda fuit, vt omen eius eluderemus.

## T Y R A N N V S .



# Pierii Val. Cornix.

## H Y P O C R I T A.

D

**E** Am diuinæ literæ inferri mensis non permittunt, quoddam hominum genus hieroglyphicè innuentes, qui palam strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas mouent, sed hypocritæ tristes, omnem mansuetudinis, modestiæ, benignitatisq; colorem præ se ferunt, clam verò fornicationes, immunitias, crapulas, ebrietates, & multa humani generis opprobria consequantur: latet enim interdiu Nycticorax, noctu verò prodit ad infausta negotia, deq; culminibus ædium letalia quæq; meditatur, & inuisum quiescentibus tumultum excitat inauspicatissima.

## C H R I S T I H V M I L I T A S.

**F** Adem verò causa, qua Christi humilitatem agnoscimus in humana forma suscipienda, quem scilicet modò vermem, modò scarabeum, modò quid huiusmodi aliud in diuinis literis appellatum comperimus, Nycticoracem quoq; nuncupatū Theologi veteres obseruauere, & ipsum inquam, & vnumquenq; ex ijs qui eum tempore hallucinationis sectabātur, nempe quod tam Christus, quam Christiani, despectui ludibrioq; fuerint apud Gentes. vnde Paulus: Nos E Christum predicamus crucifixum, Gentibus quidem stultitiam, Iudeis scandolum. Eoq; spectare aiunt Psalmi dictum: Factus sum sicut Nycticorax in domicilio: de quo apud Eucherium. Sunt qui Noctuam & Nycticoracem candem alitem putent, & qui hanc bubonem esse contendant: neque tamen desunt, qui Orientalem esse auem autument, nostris parum cognitam, apud quos nominis tantum interpretatio manifesta sit, nocturnus quippe coruus.

## D E C O R N I C E.

**C** Ornicem ea potissimum de causa noctuæ subiunximus, vt qui summā ex vtracq; discordiā intelligi ostenderamus, ex altera tantum, quippe Cornice, concordiā significari comprobemus, si tamen cur Martem & Venerem per Cornices duas Ægyptij significarent, ostendi prius curauerimus. Ex alitis huius scetu duo tantum oua oriri compertū est, inde autem & marem & foeminā pariter excludi. Quod si, quod raro accidit, geminos vel mares, vel vtracq; foeminā gigni contigerit, cœlibem vtruncq; vitam agere: F coniugatorū verò si alterum moriatur, marem cum nulla vñquam alia Cornice copulari: neq; etiam semel viduata foemina, marem vñquam amplius querit usq; quedum viuit, sed, vt apud Maronē est, sola in sicca secum spatiatur arena. Vnde fit ex Ægyptiorum disciplina, vt in Cornicem vnam tantum incidentes, inauspicatum esse mortales putent: quod Älianuſ etiam tradit, viduato scilicet animali obuiam facti, ac perinde cœlibem solitariamq;, hoc est, tristem, ac necessarijs destitutam adminiculis, vitam degendam esse. Hinc etiam Zezes apud Hesiódum, vbi poëta vxorem auspicato ducendam monet, si, ait interpres is, Cornices duas obseruaueris. Sunt qui auem hanc inauspicatæ omnino putent garulitatis, à quibusdam autem impediò laudatur.

## M A R I T A L I S C O P V L A.

**E** T eodem quidem argumento, ijsdemq; Cornicibus geminis, congressum maritalis copulæ legitimū indicabant, quod aiunt eas ita inuicem copulari, quemadmodū homines naturali more coniunguntur. Hinc illud, quod ore eas coire vulgus arbitratur. Præterea omnia quæ coruinam speciem habent, raro coire solent, identidemq; sacrū matrimonij fœdus nulla labefactari petulantia,

vel

**A** vel improbioris lasciuiae nequitia debet, ut multos legimus non nisi liberorum quærendorum causa coniungi solitos, à conceptu sibi temperasse: qui quidem modus & tenor sobriè ac honestè seruatus in causa fuit, ut per Cornices duas nuptiarum fieret hieroglyphicum.

## C O N C O R D I A.

**C**æterūm quia in nullo vñquam vītæ colore ac statu concordia magis experitur quam in maritali cōmercio, Cornix hinc ipsa concordiae symbolū habetur: ideoq; vulgò Græci, ut Hori interpres Philippus obseruauit, nuptialibus festis ἐκκρηκτῶν clamitare cōsuerant, cum tamen ignorarent, ex instituto veteri Cornicem in nuptijs omne auspicatissimo nominari solitū. Animaduertendum autem in Græcanica illa suclamatione aliquid desiderari, videndumq; apud Æschylum, Danaidibus, ita scribi, Καὶ κέρεις πτ., καὶ κόραις, καὶ τοῖς Βίοις ἐκκρηκταῖς. Nonnulli verò dicunt hortandi modo enunciādum, ἐκκρηκτέος κέρεως κρεώνας, quod nescio quid esse volebant, quod cantillatum verecundiā ījs, qui liberis operam dabant, auferret: quæ si quis vberius sibi declarari cupiat, ad cōmentaria B Pindari se conferat, Pythijs, ode tertia. Sed vt ad cōcordiæ hieroglyphicum reuertamur, alitis huius simulachrum sēpe vidimus in Faustine Augustæ numis, cum inscriptione, C O N C O R D I A. Eoq; nimirum Iuuenalis respexit, cum veterem concordiam dixit nido increpitare. quamuis superiore ætate fuerunt, qui ciconiam ad hoc signari arbitrati sunt: sed enim quam in numis cōspeximus, nihil habet quod ad ciconiæ effigiem referri possit.

## C O R O N A V R B S.

**C**ornix vero in manu Palladis, cuius simulachrum aheneum sub dio Corone visebatur, ciuitatis ipsius & nomen, & nominis causam significabat, ait enim Pausanias, Coronem ciuitatem id eo nomine nuncupatam fuisse, quod in fundamentis, dum vrbs ea in Peloponneso cōderetur, ahenea Cornix inuenta fuerit: ea vero κρεών Græcè nimirum est.

## G A R R V L I T A S.

**S**ed esto, fuerit Cornicis simulachrum in manu Palladis in clara admodū Pe loponnesi ciuitate, longè secus Athenis, vbi Cornices ad arcem Palladis nō aduolabant, de quo Lucretij sunt carmina in hunc modum:

Est & Athenæis in montibus, arcis in ipso  
Vertice, Palladis ad templum Tritoniidis almæ,  
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucae  
Cornices, non cum fumant altaria donis.  
Usque adeò fugitant, non iras Palladis acres  
Peruigili causa Graiūm ut cecinere poëtæ,  
Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suapte.

Ex Græcorum igitur ipsorum sententia, abiecta repulsaq; Cornix à Pallade est, utpote quæ meditationum perwigilio infesta sit, & mentis agitationem interpellat obturbetq; garrulitate sua, cuius est hieroglyphicum. Inde autem & Cornicari verbum, quo vtitur Persius:

Nescio quid tecum graue cornicaris inepte.  
Id Græcè κρώλεις, de garrientibus.

## T A B E L L A R I I F I D E S.

**S**edenim ea quæ ad Crocodilorū urbem supra sepulchrū quoddam Cornix in columna sublata erat, fidelem operam in tabellario munere præstitā indi-

# Pierii Val. Cornix.

cabat: huiusmodi enim honos & sepulchri & columnæ habitus est olim Corni. D  
ci à Marrhe Ægyptiorum rege, quòd munus id diligenter obiuisset, quó volan-  
dum, aut vbi sisteñum, summa docilitate perdocta. Sepulchrum id visebatur ad  
paludem Myridis appellatum.

## P R O S P E R I T A S V I T A E.

**I**Vstum vitæ spatum ab homine feliciter decursum Ægyptij sacerdotes hiero-  
glyphicè tunc intelligendum proponebāt, cùm Cornicem vita functum figu-  
rassent. Viuere enim Cornices multos dicuntur in annos: & Lucretius Corni-  
cum secla vetusta dixit. Compertum verò est ex alitis huius viuacitate, carnes e-  
tiam eius in cibum sumptas, nō tantum ad diuturnorē vitam conferre, verum  
etiam in longissimis morbis, & carnes esse, & nidum contritum illinere utilissi-  
mum. Quòd autem tradiderunt Ægyptij centū eas annos superare, animaduer-  
tendum est, annos de quibus sacerdotes illi mentionem faciūt, quadriennes esse  
singulos, ratione à Sotheos ortu supputata, quatenus scilicet superātibus uno-  
quoq; anno solari horis sex, integer demū dies vnum, qui apud nos intercalaris  
habetur, apud illos integrum & perfectū annum absoluīt. Quare qui annos eas E-  
ferè quingentos viuere dixerunt, haud ita multū diuersi ab Ægyptijs.  
Necq; me præterit, Aristotelem arbitratū, nullum animal homine diutius viuere  
præter Elephātum: quod si ad huius ætatis spatia referamus, brenuissima admo-  
dum erit viuaciorū animalium vita. Cæterū Ægyptiorum traditioni subscri-  
bunt pleriq; autores minimè contempnendi: acceptissimumq; illud apud omnes  
dictum, Cornice viuacior: vt non temerè mihi videatur Hesiodus scripsisse,

οὐνέα πι ζώει γετεάς λακόδην ζει κορώνη

ανθρώπων οὐδέντων. Et reliqua de animalium ætatibus ex grauissimis autoribus  
exploratissima. Quem secutus Plutarchus eo opusculo, quo bruta etiā ratione  
vti differit, ὁν ἐνάστις φησὶ αὐτὸν ἀρχαιοῦ ἀρχέλω, θν οὐδίχον χρόνον, ἀλλὰ οὐέα χρέοντοι χρέας αἰθέρων:  
quarum vniuersiūsc; vir si occubuerit, nō breue temporis spatium, sed nouem  
hominum ætates vidua permaneat. Theon tamē in Arati carmine οὐτέχηρεις ηγέρων,  
non pro nouem ætatibus, sed pro multis accipiendum censet, esseq; tantundem  
ac si τωλύμηρεις ηγέρων dixisset: eam enim esse nouenarij numeri vim, vt pro multitu-  
dine accipiatur: de quo etiā in caudam scorpij disputatū à nobis est super Ni- F  
candri versu. Quinq; itidem ætates hominū Cornicem viuere legas apud Ari-  
stophanem. Psalmographus autem intra octoginta annos plurimū ætatem ho-  
minis conclusit, quæ summa in Cornice esset quadringentorū annorum. Atqui  
receptū est apud nostros ex diuinis Hebræorū literis, aliquos noningentos cir-  
citer annos peruxisse, qui vt etiā ad veterē Ægyptiorū rationem supputentur,  
quadrimestribus annis ad calculum reductis, vt nōnulli accipiunt, erunt omni-  
no anni rationis nostræ multò plures, quam nunc viuitur. Sed vt sacra missa fa-  
ciamus, quorum fides à Theologis absq; cōtrouersia est accipiēda, nōne Seras  
adhuc populos supra C C C annos viuere prædicant? Quare si fides rerum scri-  
ptoribus adhibetur, nihil hīc diuersum ab alijs allatū ab Aristotele fatendum  
erit, si modò is nullū animal homine diutius viuere professus est. Sed fuerit va-  
ria annorum ratio pro locorum & gentium institutis, dummodo vno autorum  
omnium consensu Cornix viuacissima reperiatur.

## IVVENILIS SAGACITAS SENILI EXP- RIENTIAE PRAEPOSITA.

**I**Llud ad hanc materiam facit, quod huius viuacitatis ergò prouerbijū factum  
aiunt.

Aiunt, Cornici oculos configere, quo Cicero, Macrobius, & D. etiam Hieronymus vni sunt, volentes antiquitati vel sublatam, vel diminutam autoritatem novo iuniorum inuento commonstrarre. Porro Ciceronianum illud pro L. Murina, Inuentus est scriba quidam Gn. Flauius, qui Cornicum oculos confixerit, eō spectat, ut aduenisse eum rationem ostendat, qua legum sacrorumq; interpretibus autoritatem & existimationem imminueret, cum eo praeципue nomine colerentur a rudi populo, quod fasti diebus penè singulis ab eis petendi essent, ut ex eius arcani peritia cognitione crescerent, suamq; illam scientiam magis ac magis populo venditarent: is vero cum singulis diebus ediscendos fastos populo publicasset, re iam diuulgata peruicit, ut in minori deinceps precio sacrorum interpretes haberentur, atq; ita consilia eorum de tuenda existimatione prorsus euertit, Cornicumq; demum oculos confixit, fama per magnam inuidiam sibi comparata. Quod vero ad mentis prauitatem pertinet, ibi Propertius tangit, ubi de lenæ cuiusdam ingenio & sagacitate differit, pluribusq; eius vaframentis & imposturis enarratis, ut uno omnia verbo claudat, ait:

B *Posset & attentos astu cæcare maritos,  
Cornicum immeritas eruit vngue genas.*

Sumptum ex historia, quod Areopagita puerum damnauerunt, propterea quod is Cornicum oculos studiosius erueret, pernicioſissimæ mentis id signum esse iudicantes, quæ multis malo futura esset, si adoleuisset.

#### INQUIETUDO.

Horus hominem in assiduo motu mentisq; agitatione ita versatu, ut neq; dum cibum capit interquiescat, per Cornicis pullos significari tradit. At rectius per Cornicem & duos illos pullos suos dixerimus: hæc enim volans, volates identidem pullos aliquando pascit. Nihil vero magis negotiosum hominem indicat, quam & rerum sata gere, & nihilo secius interim aliquid esitare.

#### HYEMIS.

C *A pud Hesiodum Cornix est hyemis symbolum, ut eius interpres eo versus su tradit:*

*μάτοι ἐφεζοφίη ιρώη λακένζα κορώη.      quod ita Maro transtulit:  
Tum Cornix plena pluuiam vocat improba voce,  
Et sola in sicca secum spatiatur arena.*

Apertius Euphorion: *εἰπούσης οὐ πιθώζεις κορώη.*



#### DE PASSERE.



Ongè diuersum à cornice Passeris est ingenium, ac perinde vitæ breuitas angustissima: Passerū enim mares anno diutius durare non posse, cōpertū est: cuius rei causa salacitas incōtinentissima, quæ tot hominū etiam ante diem effecitos exhaustosq; viribus tradit senectuti.

#### ANNVM VITÆ TEMPVS.

S Edenim & Aegypti, & aliæ quoq; nationes, tempus annuū per Passeris hieroglyphicū intellexere. Nam & Calchas in artificio augurandi genere ce-

# Pierii Val. Passer.

Ieberrimus, ex Passerū numero, quot serpens deuorasset, belli Troiani tempus D auguratus est, qui pro Passeribus annos, pro angue tēpus intelligeret, vt in Ser pente Saturnum significari ex huius animalis gestamine demonstratum. Solum enim Tempus edax rerū, tuç inuidiosa vetustas Omnia destruitis. Quare iam taceat Epicurus, necç amplius portenta derideat, neç vltierius asseueret Passerem nihil simile habere cum annis, cùm & Græcorum disciplinæ, & hæc Ägyptiorum oracula testatiſſimum relinquant, tempus annum ex figura Passeris non temcrè ab Homero & alijs positum.

## PROLIFICA SALACITAS.

Idem Ägyptij sacerdotes si prolificum hominem & petulantiae intemperantius deditum significare vellent, Passerem pingebāt περιλ, fuluum quippe & æris instar rubicundum, nō autem pygetem, quod nonnulli turricolam interpretati sunt, cùm exemplaria Hori manu scripta περιλ legendum indicent. Passer enim titillatione immodica & seminis vbertate concitatus, vel septies vna hora scemina salit, nunquam egens genituræ. Eiusmodi porrò salacitatis obseruatio effecit, vt ad languescentem venerem excitandam Passeres in cibo, vel Eecrum oua Medici propinarent: ideoç eos Veneris currum trahere mythologi confinxerunt. Iam & Thersicles ait Passerum esitationem rem venereum plurimū adiuuare.

## SIRENES.

Vin & Sirenas quæ suavitate cantus & mollibus quibusdam illecebris illectos homines apud se ad mortem vscç feruntur detinuisse, Passeris effigiem à pectore suprà, scemineam verò infrà habuisse tradunt quadam Græcorum fabulæ, vt in Suidæ Collectaneis habetur: quamuis alij, aues eas sceminea tantum facie fuisse prodiderint. Has verò Veneris illicium significare vſitatisimo hieroglyphico, negat nemo.

## PETVLANTIA PERNICIOSA.

Ad dunt & perniciem, quæ subsequitur ex nequitia, per Sirenis imaginē significari: eoç trahunt nautas illos apud Homerū cantilenis illectos, exitij sibi causam comparasse. Sapientissimumç ideo Vlyssem fingunt, quòd sociorū auribus cera oblitis, pereundi periculū sustulerit, sibiç cauerit, ne illi quicquā, F quod imperaret, aut nutu significaret, faceret, ad málum se vinculis alligari paſsus, neç prius dissolui, quam in tuta superato periculo euafissent.

## ELOQVENTIA.

Apientiores tamen, Sircnas pro hieroglyphico eloquētis, felicissimaç persuadendi vi posuerunt: vnde dictum illud de Catone Grammatico:

Cato Grammaticus Latina Siren.

Et Apollonius Tyancus apud Philostratum, in Apollinis templo suspensas etiam aureas Sirenum illecebras memorat, in huiusmodi significatum. Atç vt ad Passerem reuertamur, diuinæ etiam literæ alitis huius hieroglyphicū nonnunquam pro anima ponūt, quæ voluptatibus & sensui dedita facile seducatur, nequitiaç laqueis identidem irretiatur. Vnde Psalmographus ille fatidicus plurimū exultat, animam suam erectam esse, veluti Passer, de venantiū laqueis. Et Psal. 82. Inuenit sibi Passer domum: qui scilicet prius erat erraticus & vagabundus, modò his, modò illis illecebris auocatus. At vbi sacras cœpit ædes frequentare incolereç, domum est sibi visus inuenisse.

A IO. PIERIVS VALERIANVS AD IACOBVM SADOLETVM VIRVM PRÆSTANTISS.  
de iis quæ per Accipitrem significantur ex sacris  
Ægyptiorum literis.



**O**mmentaria de sacris Ægyptiorū literis, quæ aliquot abhinc annis inter varias occupationes, quæ studiorum meorum cursum sæpius interrupere, conscripseram, prout ab amicis, modo hoc, modo illo poscebantur, ita sua singulis distibuerem consueui: tota enim hæc lucubratio ad eorum fuit obsequium accommodata. Inter hæc tamen cùm Accipitrem pleriq; à me extorquere contendebant, impetrare minime potuerunt, quod eum, honoratissime Pater, præcipuum mei erga te cultus & obseruantia argumentum esse constitueram. Memor enim tuorum erga me meritorum, neque non humanitatis ac beneficentiae, qua me totiens duro meo tempore liberalissime prosecutus es, id semper in animum induxi meum, vt quando nullam tot beneficijs gratiam referre possem, quantum saltem tibi deberem, apud omnes ingenuè profiterer. Accipitri **B**itaque meo id præcipiū mandauit, ut quaqua iter arriperet, quaq; expatiaretur, si modo probante Deo volatum auspiciatus esset, Sadoleti merita locorum vbique meo nomine prædicaret: neque tamen magni se effecisse aliquid arbitraretur, si doctrinam hominis in vnoquoque disciplinarum genere absolutissimam, si summum ingenium, si beatissimam eiusdem eloquentiam attestaretur (non enim nostra hæc indigent prædicatione, quæ sua se vi per vniuersum iam terrarum orbem immortali cum laude diuulgarunt, noménq; nullo vñquam tempore intermoriturum sibi ipsa peperere) sed ijs quædam admirabiliora patefaceret, nulli quippe parrem in eruditione tanta humanitatem, nulli in tam varijs aulæ nostræ conflictibus castiores mores, nulli manus ad promerendum promptiores, nulli ad amicorum quorumcunq; res iuuandas officia præsentiora. Natos è literatis hominibus plerosque sibi, natos alios patriæ, domesticis ve suis, alios ita huic vel illi, vt perfactiones etiam reliquos infectentur: Sadoletum vnum ad totius humani generis commoditatem huic seculo ab immortali Deo datum. Hæc secum allaturus est Accipiter noster, quem pro testimonio opera ipsa tua omnibus cognitissima subsequentur, neq; non omnium, quotquot ætate nostra viri probi sunt, suclamatio consensu mirifico repetita. Sedenim tu, qui vt literatissimus es, ita etiam humanissimus, cùm hæc leges, puta te Pygmæorum agmen intueri, quod dormienti Herculi negotium facessere conetur, armáq; eius omnia sibi afferere meditetur, qui tametsi nihil proficere videantur, de ridiculo ramen conatu delectabile possunt spectaculum exhibere. Interim quid Accipiter ex Ægypto attulerit, explicare incipiam.

### D E A C C I P I T R E.



**C**CCIPITRIS quidem significata multa & admodū varia sunt, cùm ex eo victoria, celeritas, aér, sacerdotium, Sol, Deus, Animus, Mars & Venus, & pleraque alia hieroglyphico schemate ostendantur, quorum causas sigillatim explicare nostri fuerit instituti.

### S O L.

**P**Ræstantissima autem omnium apud Ægyptios consideratio super Accipitrem fuit, vt Soli cum æquiparent, solarisq; vigoris symbolum hieroglyphicumq; inter vñlucres omnes cōstituerent, propterea quod animal esset geni

# Pierii Val. Accipiter.

turæ, ut compererant, secundissimæ, eaq; de causa in eo genere τριόπχλω recense- D  
bant, quē Latini Butionem appellant, siue quod re ipsa tris habeat testes, siue  
quod duos tantæ salacitati sufficere nō posse crediderint. Ea nūcupatione Aga-  
thoclem Siciliæ tyrannum à Timæo historiarū scriptore notatū obseruauimus,  
quem tota pueritia κονδύ πόρον fuisse tradit, nec minus petulanter reliquum etatis  
tempus in nequitia peregisse. Cæterū Accipiter præter id quod egregiè est pro-  
lifica vi prædictus, id etiam commune habet cum Sole, quod & viuacissimus esse  
perhibetur, & iubaris ipsius radios firmiter intuetur. Vnde etiam fit vt Medicī  
ad oculorū morbos Accipitrinæ herbæ vtantur beneficio. Qui quidem rerum  
consensus etiam transit ad metalla: siquidem ferūt ossa ex eius tibiis admota au-  
ro, ita id attrahere, quemadmodū Magnes ferrum sibi cogit adhærescere: nimi-  
rum enim Chymici aurum solare metallum ponunt. Porrò autem Accipitrem  
Apollinis nuncium dici, legas apud Adamantiū. Plutarchus, qui eundem Os-  
rim & Solem interpretatur, omnino propter eximiā videndi facultatē hoc asser-  
tum putat. Habet & aliam cum Sole similitudinē Accipiter, quod, vt perhibet,  
tricesimo quoq; die soleat sc̄eminæ consortium appetere, vti Sol eo circiter tem E  
poris interuallo superato, Lunæ coniungitur. Ea verò fuit mortaliū religio, Me-  
dicinæ inuentum Apollini adscribentiu, vt in desperatis à clinica medicina mor-  
bis, cuiusmodi quartanæ sunt, in quibus parum illa, aut nihil pollet, persuasum  
sit, vel puluerē, in quo se volutauerit Accipiter, lino rutilo in linteolo adalligari  
decubentis collo, remedio, vt aiunt, efficacissimo.

**S**ed cur ego dissimulē quod ab Eusebio re-  
fertur super alitis huius præstantia, vt in-  
quit ille, à Zoroastre traditū, Deū accipitris ha-  
bere caput: quippe qui inter omnia ea quæ la-  
bem nullā aur corruptionē sentiant, primus in-  
genitus, neq; interiturus vnquam, partium ex-  
pers, sibiq; ipse simillimus, bonorum omnium  
auriga atq; autor, rerum pater omniū optimus  
ac prudentissimus, sacrum iustitiae lumen, abso-  
lutissima naturæ perfectio, eiusq; inuentor, &  
sapientia: quas dotes cum Soli plerique attri-  
buant, quanto magis eius auctori summo conueniunt, qui tabernaculum suum  
in eo, vti apud scriptores diuinos legitur, collocauit.

D E V S.



F

S V B L I M I T A S.

**M**otum ad hæc philosophantis cuiuspiā, qui recta feratur in sublime, nul-  
la prauæ rationis fallacia perplexitatēve labefactatus, sed quicquid hīc cō-  
spexerit, statim surrigat ad Deum, iidem ipsi sacerdotes ostendere si vellent, Ac-  
cipitrem sursum versus aëra captantem pingere consuerunt. Cætera enim vola-  
tilia si cursum arripuerint in sublime, obliquo ferri tractu, curuatisq; spatijs agi-  
coguntur, neq; recta cursum possunt intendere. Solus autem Accipiter subli-  
mipeta recto meatu volat.

H V M I L I T A S.

**C**ontrà verò si à sublimium consideratione sese ad hæc inferiora demiserit,  
quasq; ibi ideas cōspexerat in cētro hoc recognoscat, necq; ab recto quicq;  
aberrarit itinere, volētes indicare, Accipitrem idētidē sese ad terrā dimittentē facie  
bāt; nam volucres reliquæ veluti sursum versus volaturæ, per circuitus ascēdūt:

ita

A ita cùm descendunt, transuerso tortuosoq; volatu id facere cogunt. Verùm Accipiter vti sursum versus efferendus recta fertur: ita si supernè delapsus ad terram humipeta fiat, recto ad nos tramite defertur.

## A N I M V S.

**C**Vm itaq; potiores volandi partes Accipitri date sint, animusq; sit Platoni calatus, sint volatilia etiam in Paradisum deliciarum, quippe in animā ad hominem adducta, quod varios ipsius cogitatus ostendit, nō immiteritò Accipiter tam ob hoc, quām etiam ob ea quæ superius dicta sunt, animi simulachru habeatur Apud Ægyptios: hiq; duo quos ponunt motus, totidem in animo affectus indicant, qui tunc Accipiter sublimipeta est, cùm cogitationem in Deum & in coelestia surrigit: humipeta verò, cùm se ad ea quæ terræ beneficia sunt, examinanda applicauerit. Accipitrem igitur sursum versus tendentem si quis pingat, animum qui ad diuina sustollatur intelligemus, quem si ad inferna delabentem effinxerit, philosophum præcipue Peripateticū, cuius scilicet omnis contemplatio circa materiam versatur, delineatum intuebimur. In vniuersum autē, vt Hesychius ait, volatilia in sacris literis homines ostendunt qui contemplationi vacant, terrenis se negociis haudquaquam immiscentes: quòd si necesse fuerit ab ea se deuiscere, statim reuolant in sublime. Nam et Eucherius sanctum virum hieroglyphicè ponit tradit per Accipitrem in Diuinis literis, siue ea de causa quam superius attigimus, siue quia volucris hæc præcipue, mutata veteri penna, insigniter renouatur. Ita vir qui se Deo dedicat, inueterata prioris vitæ studia proiciens, simplicem bene viuendi regulam assumit, ad quam omnem vitæ suæ rationem dirigat: eoq; spectare Iobis dictum, Nunquid in sapientia tua plumescit Accipiter?

## M A R S E T V E N V S.

**E**Rat & illud apud sacerdotes Ægyptios memorabile commentum, quòd Martem & Venerem per duos vtriusq; sexus Accipitres intelligebāt, quorum marem Marti, fœminam Veneri dedicabant. Causam figmenti eam memorant, quòd reliqua fœminci sexus animalia maribus concubitum assiduum depositentibus minimè morigera sint, quod vna præstat Accipiter: trigesies enim vno die requisita, quantumlibet secesserit, appellata à mare iterum atq; iterū obsequitur. Fœminas verò maribus morigeras, siue, vt in aliquot Horī codicibus habetur, in Venerem procliuite pronas, elogio Veneris Ægyptij honestabāt: difficiles autem rusticas & morosas, ab huiusmodi cognomento repellebant. Alia itē causa est cur Martis vocabulo Accipiter accipiatur, quia scilicet ex traditione quadam astronomica sanguinem à Marte regi nouerant, cuius Accipiter est egregiè sitibundus, est autem animal omnino violentum, imperiosum, cedis cruorisq; auidum, hinc apud Platонem, Phœdone, legas eorum animas qui dominationem per violentiam & iniuriam & rapinas exercuerint, post obitum in Accipitres & miluios abire.

## R A P I N A.

**H**Vnc quoq; sacræ literæ Leuitico, mensis inferri prohibēt, propterea quòd rapax alioquin animal, ad impietatis quidem disciplinam, vt diceret Hesychius, cicuratur, & imperata facere assuescit: vsus tamen eius ad simplicium arium exitium expetitur. Hi sunt, qui sacerdotalem huius vel illius familiæ vitam professi, meliora secuti videbantur, vt nihil iam his ad hominis verè Christiani tranquillitatem abesse videretur, principum tamen aulas affectantes, ad

# Pierii Val. Accipiter.

rapacitatem, ad pristinos reuersi mores, & suis & aliorum libidinibus inseruien D tes, diuina profanaç omnia commiscent: hinc hæresum fauor, atç somentum: hinc bellorum adhortationes, impulsionesç: hinc bonorum pressuræ vexatio- nesç, populorum cædes, vrbium incendia, regnorum euersiones, terrarumç desolationes oboriunt. Sic olim Basilius, sic Athanasius, sic Chrysostomus, sic magno numero alijs malè habiti; sic nunc armorum sonitum totus ferè Christia- nus orbis exciuit, quæ tragedia quā sit habitura catastrophē, nemo cōiectare potest, calamitatē tamen in Christianū nomen facile omnes præsagire possunt.

## F I L I O R V M A B D I C A T I O .

**S**imile quid aquilæ in Accipitre accidere tradūt Ægyptij, cùm scilicet tria pa- riat, vnum tantum ouum feligere, souere, ac alere, reliqua verò duo coñfrin- gere. Quapropter iidem ipsi sacerdotes, si quem filios domo exactos ablegantē exprimere voluissent, Accipitrem fecit vel incubantem pingere soliti erant: ita tamen rem accipiebant, vt qui abdicaret, vel à se reiiceret, propter egestatem & inopiam id facere cogeretur. Nam eadem in Accipitre causa fertur, cùm in a- quila non indigentia, sed fastidium in causa sit, vt vnum tantum alat. Ferunt au- E tem incubationis tempore vngues Accipitri decidere, quorum adminiculo de- stituta, fit vt vix ad alimenta, quæ vni sufficient conquirenda, idonea sit: quare, ne qui reliquis est vnum pereat, omne in eum studium & diligentiam impendi.

## V I T A V I T A L I S .

**S**ed illud interim obliuisci nolim, alitem hanc indicium esse vitalis vitæ, siue id propter sanguinem, cuius est audiissimus, siue propter Solis imaginē, quā excribit, siue, quod receptum erat apud Aegyptios, circa centesimum ætatis an- num, vti supra dictum est Vulturis Commentario, hominem ex defectu cordis deficere, vt Plinius etiam attestatur: nam, vt Varro tradit, hominis anniculi cor, quod sæpe in his Commentariis repetendum erit, duarum est drachmarū, atç ita singulis annis vscç ad quinquagesimum, accedunt binæ, constatç hominis quinquagenarj cor centum drachmis: ab eo tempore, annis singulis totidem imminuitur drachmis, quot excreuerat: creditūç inde, ex defectu humani cor- dis non ultra centesimum annum posse homines viuere: cuiusmodi vitæ termi- num in homine statuisse videtur etiā Dioscorides ( Astrologū illum Dioscori- F dem intelligo, ex cuius dictatis ea excerptis Varro) ille enim hac ipsa ratione cō pertum se habere scripsit Alexandrię inter libitinarios, quorū ibi cura mortuos exenteratos & aromatibus delibutos diutissimè conseruare hominem plus cen- tum annis viuere nō posse: eaç de causa Empedocles, quem in hoc Aristoteles secutus est, ante omnia cor iudicauit increscere, quod hominis vitā maximè con- tineat. Quāuis Hippon, Democritus, Anaxagoras, Diogenes, atç alijs nōnulli aliter, quorū bona pars cerebro principatum formationis attribuunt. Quod ta- men pertinet ad annorum centena, Mathematici & diuinæ nostrorum literæ vi- ginti insuper addūt, necç amplius cuiquā esse concessum asserūt, atç hoc terra- rum orbe iam mortalibus expleto, & vitæ nostræ decreto quasi quodam diuini- tūs promulgato. Illud etiam adiiciunt, Mosem solum, Dei (vt Iudæorū libri lo- quuntur) familiare, centū vigintiquinq; annos vixisse, qui cùm quereret quod iuuenis interierit, responsum ei ferunt à numine, neminem plus esse victurū. hec Pollio. Plurimum verò octoginta & vñū à natura & à syderibus cōcessum aiūt, quod vitæ spaciū his potissimū cōdonatur, qui & corpore & animo valeant, vt Platonī, Dionysio, Heracleotæ, Diogeni Cynico, Eratostheni & Xenocrati

Pla-

A Platonico liberaliter concessum. Qui verò centesimum attigerint, Carneades, à quo tertia Academia est, quæ dicit Noua, nec non Cleanthes & Xenophanes Colophonius, Democritus Abderita, Isocrates rhetor, & Gorgias Leontinus, cum aliis plerisque memorantur.

## Æ G R I T V D I N E C O N F L I C T A T V S.

Q Vòd autem dictum est imminui cor in seniū vergentibus, sunt qui cor dentibus ambesum pro homine ponat qui ægritudinibus afflictetur. Nam Homerus frequenter admodum iis & exedi & consumi cor ait, qui vchemētiori ali qua animi ægritudine conflictatur, quòd ipse vna cum Hesiodo facilè homines in anxietatibus & ærumnis in seniū ire pessum asseuerat, fatalemque nec non naturalem ætatem ita vitio vel imprudentia nostra comminui. Pythagoras quoque volens nos admonere, vnicuique vitæ suæ curā minimè negligendam esse, crudite simul ac sapienter imperauit, μὴ τὸν τὸν καρδίαν, hoc est, adhibendā esse diligentiam, ne nosmetipsoæ ægritudinibus subiicere contendamus: quæ potissimum in causa plerisque sunt, vt dono diuū concessus vitæ cursus interrumpatur.

B

## A N I M A.

Q Voniam verò Latini sermonis autores, animum quo sapimus, animā qua viuimus esse dicunt, nos eorū secuti distinctionē, cùm superius de iis que ad animū pertinent ex proposito argumento differuerimus, nunc quæ ad animā faciant exequemur: quanquā differentiā eam nō vsquequaque receptā video, vnde necesse sit interdum, vel in eodem vtruncque significato ponere, vel alterutru vsurpare. Animam igitur quæ nostræ sit vitæ fundamentū & sedes, Ægyptij sacerdotes per Accipitrē intelligi voluere, quandoquidē B A I E T H apud eos is est, qui apud Grecos ἡρά, apud nos Accipiter: Ægyptiaca verò elemēta illa si per syllabas diuidantur, B A I per se animam, E T H verò cor significat. Vtebanſ enim illi libenter ex huiusmodi compositione vocibus, ex quibus ipsa rei natura, vel originatio, vel aliqua vis appareret: quod & apud Hebræos frequentissimum est, vt vna cum locutione ipsa, res etiam qualis, cuiusmodiuē sit, intelligatur: vt quo vocabulo ccelum nominant, constare id ex aqua & aëre doceant: cùm Adā dicunt, & crassam qua compacti sumus terræ materiam, & insitā simul mentem

C ostendunt: mentem enim terræ applicitam, id nominis significare tradit Philo. Sed iam quid cōmercij anima cum ipso corde habeat, videamus. Ægyptiorum opinio fuit, cor esse animæ receptaculum; quasi igitur nominis coagmentatio significetur, & inesse animam cordi constet, per Accipitris ipsius dicturā animæ reminiscabantur. Necque quidem Ægyptij tantum, verū & Stoici animā in corde potissimum statuerunt: sentiendi enim vires omnes ad sensum, quem ex re ipsa cōmunem vocamus, vti flumina ad mare, confluunt: hic autē, si Aristotelē sequimur, in corde est. Neque absurdè dixerimus, ab eo mari quinque corporis sensus, visum, auditū, gustatum, odoratū, tactū, quasi quinque maria mediterranea, diffusos intrare corporis continentē, quæ manifesta Platonis in Theateto sententia fuit. Quòd verò super animo paulò antè dicebamus eum Accipitri comparatū, imò alitē ipsam pictam congruū huius esse symbolum, redigit in memoriā mihi Zoroastris dictum: alatū quippe esse animū, quod apud Platonē latissimè difficitur, decidentibusque alis præcipitē eum in corpus ferri, illisque mox succrescentibus ad superos reuolare. Sed percontantib. eum discipulis, quo pacto alis bene plumantib. animos volucres sortiri possent: Irrigetis, inquit, alas aquis vitæ. Iterum sciscitantibus, vnde has aquas peterent, sic per parabolā, qui erat hominis

# Pierii Val. Accipiter.

mos, respondit: Quatuor amnibus Paradisus Dei alluitur & irrigat, indidē vobis salutares aquas hauriatis. Quæsierit verò aliquis, qui nam hi fluuij sint, vt si Accipitrē mersare suū ibi velit, eos nanciscat. D. Ambrosius flumina Zoroastris quatuor, virtutes totidē, in quas diuidit sapiētia, prudentiā quippe, temperantiā, fortitudinē, & iustitiā intelligit: fontemq; esse sapientiam, ex quo flumina hęc quantacūq; sunt deriuent: nam in Diuinis literis fons passim accipitur pro sapientia, ad quē accedere sitiētes admonemur, de quo plura in Cœlo aquis irriguo. Vbi verò Plato in alarum, quas animę tribuit, mentionem incidit, per alias naturalem eā intelligentiā capit, quę, vt inquit Alcinous, est intellectio quedam in anima quæ corpori sit applicita, non ea quę animo à corpore soluto cōuenit: ea igitur, cūm labem à corpore contraxit, nunquā sese tollere humo poterit, nisi fluminibus, quæ posita sunt, infectum eluerit scelus. Quoniā verò sunt qui duram metaphorā contendant, Gangem, Nilum, Tigrin, & Euphratē, ea enim iis amnibus nomina faciunt, pro quatuor illis virtutibus ponī, quæ omnē in hominum vita principatū obtinet, minimē fuerit importunū hæc latius interpretari.

## P R V D E N T I A.

E

**E**X amnibus his Gangem primum enumerant, qui pro prudentia ponatur. Trahit hic ramenta aurī, carbunculum, prasinū lapillū, quem alio nomine Smaragdum vocamus. Aurum pro inuentis prudentiū sæpius accipimus: unde diuinū numen per Prophetam ait, Odi illius aurū et argentū: de quo quidem alio loco cōmodius. Deuoluit & splendidū carbunculum, in quo scilicet anima nostræ viuit igniculus, qui si tempore suscitetur, neq; apta fomenta deficiat, micantissimū ignis fulgorē totis sit q̄dibus exhibitus, vt in anima corpori insita, pennarū radices actæ altius inhærescat, quæ si prorūpere semel cceperint, breui sint omnē corporis molem per sublimē aëra libraturæ. Per Smaragdū verò virorem intelligas: porro autē quæ virent, viuacitatē præ se ferunt. Ostendit præterea viror, præteriti seminis vitam. Aurū fulgore suo presentiū rerū precia proponit. Carbunculus excitato lumine, quid futurum sit, quid ué aduentet, aperit. quæ tria sunt prudentiæ munera. Ganges ad hęc Phison est Hebræis vocabulum significare tradunt oris mutationē, siue dicere velimus, sermonis varietatē: non enim Ganges vnam tantum gentem circuit, sed, vt aiūt, omnem terrarū orbem ambit, & vt nonnulli opinati sunt, vel mysticè rem intelligentes confinxere, in Libyam usq; prolabi: manifestè enim accipiendū, mythologū nō ad historiā, sed ad mysticū aquarū sensum animū adieciſſe. At qui prudentiæ munus est prodere quāplurimis, neq; ullam tam remotā, tam effera gentē prætermittere, quā beneficio non demereat: ideoq; in omnem terrā exiuit sonus eorū qui nos piē sancteç; instituerunt.

## T E M P E R A N T I A.

**G**Angi mox Nilum adiungunt, per quē temperantiā intelligi volunt. Alluit Nilus planitiem Ægypti: Ægyptus in Diuinis literis voluptatem & deliciarū illecebras significat, vt de ferociente equo, suo dictum Cōmentario, qui latos Ægypti campos gaudet insultare. Lex igitur Israeliticis data est, in Ægypti captiuitate detentis, hoc est, neequitiæ ac effemimationibus impurissimè deditis, vt ex Ægypto quamocysimè recederent, succinctiç; lumbos agnum ederent, quod est temperantiæ signū: castos enim oportet, & viuo ablutos flumine, sacra Deo ferre, supremiç; numinis Pascha celebrare. Gæon hic amnis Hebræis est, à quo terram etiam Æthiopicam perlui dicunt, nempe vt despiciatissimum corpus abluat, & libidinis ardorem extinguat. Æthiopia enim, vt nonnulli diuinorum

**A**rum literarum interpretes exponūt, abiecta, vilis, & despicata sonat, cuiusmodi nostrum est corpus Æthiopiæ perquām simile, quod scelerum infectæ maculae deturpant, & adusq; nigri coloris ferrugine inficiunt.

## F O R T I T V D O.

**T**ertius amnis Tigris est, qui fluuiorum omniū velocissimus prohibetur, non meniq; illi tam animali omniū rapacissimo, quām fluuiio velocissimo, à sagitta est, Armeniorū lingua: qua enim parte ex Armenia in Mesopotamiā labitur, ibi propter rapidissimā velocitatem Tigres sagitta dicitur. Per hunc fortitudinem interpretantur, quod fortitudo cursu quodam pernici concita, obstantia quæquæ demoliri atq; prosternere videatur, nullisq; obicibus oppositisq; mōlibus aut obstatulis impediri, quin quod ferri destinari, eò victrix prorumpat.

## I V S T I T I A.

**Q**uartus est Euphrates, per quem fecunditatem & fructuum exuberantiā intelligi volunt, ac perinde iustitię symbolum esse. Ex nulla siquidem virtute opimiores letioresq; fructus colligi feruntur, quām ex equitate. Hinc Ceres, B quod sēpe diximus, legifera Poëtis, eademq; Alstrea. Hinc tellus ipsa iustissima, ac ipsius iustitiae simulachrū prohibet. Putat verò clericq; Euphratē ἐπὶ τῷ Αὐφράτῳ appellatū, quod nulla res magis quam æquitas & iustitia, humanū genus lætitia perfundat, & hilaritate replete affluentius. Ex his igitur manifestum est, quibus aquis implumis Accipiter noster lustrari possit, atque identidem ita plu-mescere easq; alas emittere, vt non supra nubes tantum, quod faciūt grues, se se attollere, verū super omnes cœlorum orbes efferri valeat, pariq; cum Aquila honore acceptus, in ipsius Louis gremium audeat volitare.

## S A N G V I S.

**H**abet præterea similitudinem Accipiter cum anima, vt aquā omnino non bibat, sed solo sanguinis suetu sitim leuet, quo vno & anima ipsa nutrita quodammodo videtur. Ideo veteri illo instituto, libaminibus quæ pro anima parabantur, sanguis apponebatur. Et Deut. xii, sanguinē hostiarū pro anima esse monet Moses, idcircoq; non debere nos animam comedere cum carnibus. Passim verò Leuitico monemur, sanguinem nō esse comedendum, quia vniuersi cuiusq; carnis anima sit in sanguine. Sed præcipue cap. xvii. intermina Deus exitium cuilibet, tam ex domo progenieq; Israélis, quām etiam hospitibus & peregrinis, qui apud eos diuertissent habitarentur, si sanguine vesci ausi fuerint, quem ea de causa datum eis asseuerat, vt super altari per eum animas suas expiarerent, essetq; ita sanguis assimilatatio, dum funderetur per altaris circuitum, & quod residuum esset, terra operiretur. Quod verò dictum, vniuersi cuiusq; anima in sanguine eius esse, nequaquam intelligendum est, substantia animæ esse sanguinem, ait Hesychius, sed quod societatem cum carne per sanguinem habeat. Unde quidam sanguinem animæ vehiculum appellant: emissus enim ubi frigere cœperit, à carne dissoluitur, auolatq; anima. Eaç; de causa Ægypti, si sanguinē significare voluissent, Accipitris imaginem faciebat. Multorum sanè opinio fuit, animam esse sanguinem, siue, vt Empedocles arbitrabatur, in sanguine. Hinc ilud apud poëtas: Purpureā vomit ille anima. Et: Vitam cum sanguine fudit, & alia huiusmodi. Et apud Ouidiū, Pythagorico monitu exturbare quoru[m]cūq; animaliū cognatas nobis animas nefanda cœde ideo prohibemur, ne sanguine sanguis alatur. & in hanc sententiam tum apud Græcos, tum apud Latinos plurima. Quamvis alio significato accipi purpuream animam, alio de Piscibus cō-

# Pierii Val. Accipiter.

mentario docuimus, vbi agitur de purpura vno iectu collidenda, si sanguinē ad D tinctum comparare voluerimus. Sed quantū ad eos pertinet qui sanguinē animē cōmīscēt, ego non ita fuerim impius vt non profitear, de brutorum animis hoc tantūm intelligi, de quibus cap. I X Genēseos scriptum est, Anima illius in sanguine est, cūm in homine tantūm ex animalibus, anima per se vitalis sit, suaq; se contineat immortalitate. Et quamuis Salomon pro concione tertia, vñū eun demq; interitū hominis & iumentorū, & æquā vtrorūq; conditionem, ex impiorum opinione posuerit, ex sua tamen sententia, puluerem ad terram reuerti, spiritum ad eum qui dederat, asseuerat. Basilius ad hēc, vbi concione octaua die quinto locum exponit, Educat terra animā viuentem, brutorū tantūm animam esse sanguinem disputat. Alit verò sanguinem coactum in carnem suapte natura verti: carnem autem corruptā in terrā redire, vnicuiq; manifestū: itacq; iumentorū animā terreā quandam esse naturā. Eos verò valere iubet, quos nihil quicquam pudet animas suas, & equorū, & canum, in eadem specie collocare: quicq; seipso etiam, & mulieres, & frutices, & æquoreos pisces olim fuisse reminiscantur, idq; asserere nō erubescant: quos quidem pisces fuisse nemo sanæ mentis di E xerit: quo verò tempore isth<sup>m</sup> literarū monumentis mandauere, expertes magis rationis quām pisces fuisse, quisquis mente iudicioq; polleat, dubio procul asseuerarit. Illud verò cōmercij cordi est cum sanguine, vt ex Philosophorum obseruatione compertū sit, cor iis omnibus esse, quibus & sanguis: id quod etiā de iecinore proditur. Neq; tamen infirma est eorum opinio, qui nō nihil sanguinis ab iecinore procedere iudicarunt. Sedenim potior eorū, qui sanguinis principatum cordi dedicarunt, à quo, tanquam à fonte perenni, in venarū cōceptacula diffundatur: nusquā enim nisi in corde sanguinem concrescere, ex Medicorum & Aristotelis traditione didicimus, in quo quidem primū oritur, etiam antequam totum corpus informetur, quæ idem latius libro de Animalibus tertio pertractat. Ac ne interim nos plura de anima, de corde, de sanguine differamus, ea consultò pr̄teribimus quæ dici possent, si quid cordi, quid iecinori, quid arteriis, quid venis inseruiat, & vnde triplex animæ potestas originem & fundatum cōsequatur, repetere voluissimus; sedenim hæc ita breuiter tacta sufficiere visa sunt pro redditione cause, cur talia sacerdotes Ægyptij pingere cōmenti essent. Illud addam, sanguinem religiosissimo Hebr̄orū ritu in summo cultu F semper habitū, quem ex alite qualibet effusum simulac ostēderint, insperso puluere sepelire pro magno negotio habēt, quod persuasum illis ex Prophetarū dictatis, sanguinem ad contractæ labis abolitionem, & animorū depurationē facere: sed nō intelligūt, mysteriū id ad preciosissimū C H R I S T I sanguinē spectare, cuius aspergine maculæ omnes nostræ, cūm expiari voluerimus, abluuntur.

## VICTORIA GLORIA V.E.

D Eniq; propter eas dotes, quas huic aliti natura supra volatiliū aliorum conditionem elargita est, sanctū vt in vniuersum Accipiter esset excellentiē hieroglyphicum, præcipueq; victoriā significaret: nam reliquas omnino volucres volatu antecellit. Neq; frustra Theoclymenus apud Homerū, obseruato Accipitris auspicio, Telemachū bene sperare iubet, eiusq; genus in Ithaca supra reliquorū omnīū gloriā potens, celebre & illustre futurū pollicetur. Ea sanè Accipitris pr̄rogatiua est, vt agilitatis in volando principatū obtineat, ab eoq; desumantur pr̄eclara illa alarum insignia, quæcunq; in huiusmodi deueniant glorię significatum. Hinc Victoriae hieroglyphicum passim in numis & monumentis aliis


A aliis alatum, quia victoriæ partæ fama sese statim humo tollit, amplexaq; gloriā per summū æthera latè volat, perç immensos terrarū tractus expatiatur, offensiones impedimentaç omnia agilitate sua declinans. Hinc ipsi numi Victoriae dicti, quibus Drusus in Tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit. Hinc Musis coronæ ex pennis quas ex Sirenum alis euulscere, postquā eas in certamen impulsu lunonis cōgressas facile superauerāt, vt Eustathius & Pausanias meminere: quamuis alij Sirenas indignatas spōtē alas deposuisse dicant, reiç monumentum esse Apteram ciuitatem, ea de causa cognominatā. Ut cunq; verò ad id Homerū allusisse ait Eustathius; cùm ἔντε πρόσωπα protulit: quem Horatius noster secutus, volare verba dixit. Et nostri per pennas columbæ de argentatas in Psalmo, sermones Dei interpretātur, vt ait Adamātius, quod merū est hieroglyphicū. Philosophi ad dissectionem aëris, quæ verborum tanquā alarum illapsu fiunt, id referendū autumāt. Sedenim de Musis alibi locus erit suus.

## VICTORIA PERPETVA.

B **Q**uamvis autem & in Olympia, & vulgo esset alatum Victoriae simulachrū, apud Athenienses tamen exarmatum alis cernebatur, vt & Pausanias & Heliodorus Periergeta meminere: Mineruæq; id sūsse signū dedicatū, in cuius dextera manu malum Punicum esset, in lœua galea, de quo ita Harpocratō: λυκῆγ Θεοὶ τέλειοι εἰδέχονται πίνακας ἀθλῶντος καὶ προπορού, ἐχοντεὶ μὲν τῇ δέξιᾳ ἡρακλεῖ, αἱ τε τῇ βλαύσης κράτος επιμήλιοι. Id ea de causa factū Pausanias tradit, ne Victoria discederet Athenis, ac aliò quopiam abuolaret. Ita numen apud se perpetuò detineri posse arbitrati sunt Athenienses, dum alarum omen, veluti quoddam instabilitatis signū, refor midabant. Nam quæ Amori alæ attribuuntur, ad frequentissimas in eo rerū viscissitudines referuntur, vt Propertius de eo qui figuram eius pinxerat libro II.

*Idem non frustra ventosas addidit alas,  
Fecit humano corde volare deum:  
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,  
Nostrāq; non ullis permanet aurā locis.*

C Alæ autem à Cyro visæ, quæ Darij humeris inherentes, vna Asiam, altera Europam inumbrabant, nimirum victoriæ signum portendere. Solitus verò est Darius, qui sibi totius orbis victorias proponebat, pallam gestare auro distinctā, quā aurei Accipitres tres, velut rostris inter se concurrent, adornabāt, literis NIKH TIKΩΤΑΤΟΣ, inter alas & singulorum caudas dispositis. Et Antiochus magnarū sibi conscientius expeditionum, quia multa strenuè fecerat, gentes plurimas debellauerat, vrbes innumeratas subegerat, longa victoriarū continuatione illustris, Accipitris cognomine vocari gestiebat. Septem autem Accipitres qui Vulturē insectabantur, victoriæ eius signum hieroglyphicè constituti fuere, quam viri septem in Smerdis Magi exitium cōjurati, assediti sunt, votiq; compotes facti, patriam ab illegitimo Regeliberauerunt. Ille siquidem regnum sibi nullis natalibus comparauerat, veluti vultur non ex legitimo conceptu, sed sine patre generatur ex



# Pierii Val. Accipiter.

vento. Est & illud victoriæ significatum hieroglyphicum, quod in antiqua D columnia Viterbijs spectatur, duos scilicet Accipitres ex diuerso aduolantes, per quos, vt nonnulli tradunt, Herculis ab Alpibus, et Osiridis à Brundusio motus in Gigantes, neq; non victoria describitur. Neq; verò ea solum de causa, quod Accipiter volatu præstet, quodq; alæ victoriæ attribuūtur, ales ea victoriæ symbolum est, verùm ob id etiā quod eius pugna tam artificiosa est, eoq; astu patrat, vt necesse sit hostem qui cum congressus fuerit, omnino vinci. Nam si cura fortiori res agatur, tum se in aëre resupinat, vngues sursum versus intendens dimicat, alas verò caudamq; inferius expandit, quibus vice soli fungatur. Unde fit vt cùm aduersarius voti cōpos fieri minimè possit, vel re infecta abire cogatur, vel omnino superetur. Quæ quidem solers dimicatio cùm sit etiam noctuarum propria, quæ maiore circundante multitudine resupinæ pedibus repugnant, collectæq; in altum rostro & vnguis totè teguntur, Accipiter simulacrum pugnam animaduerterit, aduolat noctuis opem allatus, atq; ita quodam naturæ consensu eis auxiliatur. Nam & noctua apud Athenienses victoriæ hieroglyphicum fuit, de qua suo loco, quæ ad rem spectant, diximus. E

Sed minimè καθηκόντες potest ponere quod in quodam Canone Imperialium militiarum apud Maffæos Romæ vidi, militarē ordinem fuisse qui Accipitrem luteum in parma identidem lutea gestabant. Erant hi, qui Sagittarij Venatores nuncupabantur, qui sub Magistro peditum stipendia faciebant. Sed & alias ordo LAVNI nuncupati, insigne idem Accipitris lutei in parma identidem lutea gestabant, & sub eodem Magistro peditum merebant, eo tamen discrimine, quod sagittariorum Accipiter caput in alam laevam vertebat, Launorum in dexteram. Iam de DIVITENSIBVS, Gallicana legione, quorum insigne erat cœruleus Accipiter, colore tamen dilutiore, vñà cum tauro, in ipsius Tauri commentario dictum.

## C E L E R I T A S.

Diodorus per Accipitrem volantem, per quem alij victoriā interpretantur, celeritatē ipse significari tradit, propterea quod in volatu sit omnium volucrum velocissima: vultusq; significatum ad res domesticas transferri, quæ cito fiant. Leges & pterophoros apud Plutarchum, Othonis vita, qua locutione tabellarios intelligendum, quorum insignia forent surrecta pennæ, ad celeritatem indicandam. Inde Iuuenialis:

*Anxia præcipiti venisset epistola penna.*

## A E R.

Accipiter ad hæc passis alis figuratus, elementum aëris indicat apud Ägyptios sacerdotes. Atque adeò alæ pennatorū singulæ aërem significant, vt pote solum auibus propriū, perinde ac aqua piscibus, terra aliis solum est. Animaduertendum verò, locum de pennis alis ue corruptū esse in impressis Horis codicibus, legiç; debere vt in manu scriptis exemplaribus antiquis, Πάπιον καὶ φα. Inde quedā desiderari, quæ ad aliud pertinent significatū. Sunt qui ventos ex ea specie significari tradant. Ventus autem nihil aliud est, quam incitatus & fluēs aëris. Triclinius apud Pindarū Pelopis πάπιον καὶ φα, velocissimos expónit. Sunt qui cœlestiū corporū ortum hinc interpretentur. Nam quæ sidera super horizontem attolluntur, volucrū in morem surgere, & per immensum inane ferri videntur. Pennata verò apud Mercuriū talaria, nimirū Homericū illud innuūt, quod verba ipse volucria nuncupauit. Eadem ratione Irin et aëripedem & pro-

A & pro cellipedem vocant, quæ deorū sit internuncia, ut apud Maronē legimus:  
Irin de cælo misit Saturnia luno.

## A N I M V S.

**S**Edenim cùm etiam animi signū sit Accipiter, facile identidem celeritatis indi-  
cium esse potest, cùm animi celeritas omnem exuperet velocitatē. Sedenim  
siue victoriā, siue hanc quam alijs ponunt alacritatem, ex Accipitre significari di-  
xerimus, tantundem esse videtur.

## S A C E R D O T I V M.

**N**Eç quidem tabellarij tātūm alas gestare iussi, verūm etiam sacerdotes Ä-  
gyptij capita habuerunt alis insignia: quod quidem gestamen ideo suscep-  
runt, quòd Accipitri ex eo honorem habitum voluerunt, quem dictabant li-  
brum olim puniceis literis perscriptum, Thebas ad sacerdotes detulisse, in quo  
quidem libro, qui cultus, quiq; honos diis deberetur, quaç ratione sacra pluri-  
ma procuranda essent, notatum erat. Hinc eos sacerdotes à Poëtis nostris Cri-  
statos appellari comperias, ut apud Martialem:

B *Linigeri fugiunt calui crīstatāq; turbā;*  
*Inter adorantes cùm stetit Hermogenes.*

Habes honoratissime vir Accipitris hieroglyphica, lectionē non quidem tuo  
sublimi ingenio dignam, neç multiplici eruditōni tuæ necessariam, sed cultus  
& obseruantiae in te meæ pignus. Neç enim is ego sum qui putem te ex dedica-  
tione hac mea vel minimum crescere, sed si illi locus apud te in angulo aliquo  
concedatur, sciam me laudis plurimum comparaturum. Vale.

PIERIVS VALERIANVS BOLZANIVS  
BELLVNENSIS AD ILLVSTRISS. HEROI-  
nam Victoriam Daualam Piscariæ prīcipem, de ijs quæ  
per Columbam, Turturem, & Hirundinem signi-  
ficantur ex sacris Ägyptiorum literis.

C  Agni omnino ponderis est Pindari Lyricorum principis dictum illud, alio  
quam vis numero, in hanc certè sententiam:  
Carmine res viuunt, carmina rebus egent. Nam scriptor quan-  
cumlibet elegans & eximius, si vana & inania mandare literis aggrediatur,  
puta purpura simiam vestiat, nihil aliud assequatur, nisi ut omnibus sit de-  
risui atq; ludibrio. Si vero facta inclyta præclarāq; ab inepto imperitoque scriptore celebren-  
tur, neglecta statim turpiter exolescent. Hæc dum mecum reputo, honoratissima VICTO-  
RIA, tuamque erga desideratissimum coniugem pietatem considero, illiusque res præclare  
gestas Musarum tuarum elegantia decorari conspicio, fortunatissimum Principem appello,  
qui cùm tot ante annos è vita migrarit, per te quotidie reuiuiscat, clariorq; & illustrior euadat.  
Te autem non minus beatam, quæ materiam suscepis tam insignem, tam celebrari di-  
gnam, quæ immortalem gloriam tam illi sit quam tibi sine dubio paritura: ideoque vestræ  
plurimum gratulor felicitati. An non ille egregie felix, qui virtutibus omnibus heroicis or-  
natissimus, rebus tot tantisq; sapientissimè procuratis, gloriofissimèq; consecatis, post opima illa  
spolia tam præclara ad Ticinum parta, quasi splendidius nihil in posterum expectare posset, è  
vita migrans, vxorem te reliquerit tam piam, tam pudicam, tam doctam, tali præstan-  
tem ingenio, eaq; facundia & arte scribendi præditam? ut quantum ille rerum gestarum splen-

# Pierii Val. Columba.

dore illustris est , tantum tu scribendo , & vnum illum celebrando , clarissima passim habearis: D  
in ambiguoq; posueris, vtrum ille res illas prudentius feliciter fecerit, an tu ea doctius & elegan-  
tius victuræ memoriae commendaris. Magnificentius dicat forte aliquis Artemisiā fecisse, quæ  
marito celebrationis tantæ sepulchrum struxerit, vt inter septem orbis miracula nomen habere  
meruerit. At tu quotidie tuo Mausolea facis, quotidie nouas statuas ponis, quotidie columnas  
erigis, non quas temporis iniuria demoliat, aut perdat, sed quæ in animis hominum sitæ, nul-  
la vñquam fortunæ temeritate labefactari possint, nulla vetustatis edacitate consumi. Quem  
referent Tusca viuet, merito Poëtae clamant, & è classe tua unus, isq; summus, fabricas has elu-  
dens, exegisse se monumentum ære perennius, regaliq; situ pyramidum altius, gloriatur. Vincis  
igitur Victoria Artemisiam, quæ marito nullo non die monumentum aliquod excitas non ex  
marmoribus aut cæmentis, quæ aliquando fatiscere putresceréq; necesse sit, sed ex politissimis  
poëmatibus, quæ donec erit hominum memoria, summa cum virtusque laude perdurabunt.  
Euadnem opponet alius, in qua vulgus maiorem quandam affectū charitatēq; decantat, quod  
flammis iniecta mariti arserit. Imò superstitione maior ea fuit, ac perinde execrabilior, utpote quæ  
vtriq; acciderit pernicioſa: sibi, quod se ausu temerario tam atrociter dono vita priuauerit, iisq;  
affligi pœnis voluerit, quas superi mortem sibi conscientibus statuere: marito autem, quod ma-  
nes eius non ea tantum morte tam miserabili mæstos reddiderit, sed vt de suppliciis etiam eius-  
dem, si quis apud manes sensus, æternum cruciaretur, efficerit. Altera huic non absimilis, P.  
Cornelia Anna, clara satis fæmina, quæ ne in desolata orbitate superiuueret, viuam se vltro  
in arcam cum viro defuncto damnauit. Sedenim furor hic, profecto furor, non amor fuit: cuius  
recordiæ testimonium vt transiret ad posteros, testamento etiam cauit, vt sacrificio super arcam  
Flutoni & Proserpinæ peracto, ea rosis exornaretur. Sed faceſſant exempla hæc à pietate insti-  
tutisq; nostris alienissima. Longè glorioſius proferet se forsitan Alceste Admeti Regis coniux  
laudatissima, quæ mori ipsa pro mariti vita, quem fata sub hac conditione damnauerant, ele-  
git: cuius mutuæ inter coniuges charitatis exempla, apud Romanos pleraq; sunt memoriæ com-  
mendata. Tu non minori in coniugem tuum affectu succensa, mortem ideo non affectasti, quod  
viuendo, viuum nobis maritum ingenij tui clarissimi opera repræsentas, & quod admirabilius  
est, immortalem facis. Quinetiam dum viuis, eum, quamvis apud superos incomparabili frua-  
tur beatitudine, tuæ tamen pietatis officiis, sensu nescio quo, rerumq; nostrarum, quæcunq; illum  
tangit, cura, iucundiorum hilariorēq; efficis, ac beatorem. Cum itaq; insignioribus viduis, quæ  
anteacta ætate claruerunt, anteferendas, cogitaui ego ex hieroglyphicis lucubrationibus meis  
Columbam & Turturem tibi dedicare, vt commentariū hoc sanctissimæ viduitatis exemplar,  
non tibi, quæ testimoniis his non eges, sed mihi iucunditatu illius, quam ex virtutum tuarū con-  
templatione percipio, monumentū sit, atq; conseruatio. Tu quid fusci coloris Columba apud Ae-  
gyptios, quid Turtur sacris eorum literis significaret, & quæ veluti in comitatū accedunt, si adli-  
buerit, leges. Ego me satis animo fecisse videor, si quam antiquissimi sacerdotes illi vi-  
duitatem quibusdam rerum imaginibus occultabant, nostro tem-  
pore per te prodire in lucem, & omnibus in-  
notescere contigerit.

D E C O,

A

## DE COLUMBA.

PERSEVERANTIS CONTINENTIAE  
VIDVA.

**V**A M V I S multa essent apud Ægyptios & nationes alias Columbae significata, illud tamen in primis continentissimis illis sacerdotibus admiratione dignum habebatur, quod cum animal alioqui procacissime salacitatis esset, lasciuiaeque notam apud omnes ferè gentes contraxisset, incomparabile tamē exemplum continentiae, summamque pudicitiam in ea deprehendebant, quod marito fidem seruaret inuiolatam. Quare mulierem quae vidua perstaret significare illi cum instituissent, Columbam nigram pingere commenti sunt. Pudicitia siquidem Columbis prima, & neutri nota adulteria: coniugij fidem non violant, communemque seruant domum, quam nisi cœlebs aut vidua non relinquunt, & quandiu marito priori viduata est, alij non copulatur. Si verò iussa sit à domino transire ad secundas nuptias, fidem eandem seruat secundo, qua se priori obstrinxerat, ut Propertius:

*Exemplo iunctæ tibi sint in amore Columbae,*

*Masculus & totum fœmina coniugium.*

Idcirco Tertullianus in sua illa Monogamia hanc in exemplum trahit, nos ad simplicitatem eius prouocatos ea de causa differens, quod ea auis non innocuam tantum sit, verum etiā pudica, quam vñā vnus masculus nouit. Nigram autem illam Aegyptij faciebant, id scilicet indicantes, quod ad secundas nuptias non transisset, sed atrata viri prioris desiderium præ se ferret: in luctu enim pullo vti colore, multarum gentium mos est: quamuis apud Romanos in Imperatorū funeribus vestibus albis, ut Plutarchus & Herodianus asserūt, vtebantur. Venetos autē Padanosque omnes atratis vti vestibus, quod Phaethontis casum adhuc lugent, fabulosus idem Plutarchus ait: siue, quia niger color firmitatis & perseverantiæ signum. Colores enim alij ex uno in alium transeunt, obscuriorisque corporis admistione densiores fiunt: sed ubi ad nigrorem peruentū est, ibi consistunt. Aiunt verò nonnulli, non omnium hanc Columbarum naturam esse, ut pudicitiam ita custodiant suam, at earum tantum quas Greci φωσι vocant, paruis gallinaceis haud multò minores, quas ferunt trigesimum sæpius & quadragesimum etiam vitæ annum excedere. Cœlibatum verò quem alterutro eorum extincto coniux alter fideliter seruat, & coruis & cornicibus & graculis communem esse perhibent. Columbarum autem oblationem in sacris Theologi ita accipiunt, ut coniugij tam firmi ratione habita, nos quoque mentem stabili firmitate perseveraturam Deo, vti vero coniugi, sociemus.

CORRECTIO.

**S**ed & ille Columbarum pullos, aut par tuturū obtulisse dicitur apud Adamantium, qui aliquem absteruerit à vitiis & sceleribus, hortandoque monendum ad animæ simplicitatem traduxerit. Tangit hoc etiā Cyprianus, qui emissam ab Noë Columbam lapsorum imaginem præ se ferre commentatur. Sed his iam aliquantulum insistamus, cum nequaquam diuinæ literæ sint ab hoc argumento dissimiles, in quibus Columbam multipliciter figurari compemus, ac perinde significata etiā variari. Sed hic series exigit ut prius de fusca loquamur, de aurea atque argentea suo mox loco dicturi. Nam quae ad Noam oleæ

C

# Pierii Val. Columba.

virentis ramum ore gestat, fusca ponitur à Prophetis, esse cę indicium perhibetur mentis, quæ à perperām factis iam abstineat, scę quieti dedat, hoc est, tranquillitati, quæ non nisi inde purgato à vitiis animo locum habet. Sub vesperam hæc reuertitur, deficiente quippe luce, quod tantundem est, ac si momentaneæ, aut breui temporis curriculo duraturæ felicitatis diceremus. Sub vesperam, inquit, aduolat, ne occupetur à nocte, quippe ne intercipiat à morte, priusquam infectū eluerit scelus, atq; ita perpetui carceris suppicio afficiatur. Promissam enim esse veniam ei, qui paratus sit in posterum bene, piè & honestè viuere, & à quibus emerserit vitiis & voraginibus abhorrere, alio loco indicat vropygium auri fulgore illitum: de quo tamen apertius disputatur inferius. De olea quoq;, quæ sit misericordiæ signum, suo loco dictum.

## I L L E C E B R Ā A M A T O R I Ā E.

**Q**uod verò sacerdotes Ägyptij per volucris huius simulachrū illecebras amatorias significant, duabus vtriusq; sexus Columbis sese inuicē exosculantibus adpictis, ea de causa factum, quod illæ non prius ad Veneris copulam, quā ad osculationem deueniunt. Hinc legas apud Senecam Mœcenatis dictum illud, Columbatim labra inserens labris. Extant & Gallieni Imp. carmina satis luculenta, quibus lasciviam huiusmodi per amatorium etiam murmur ab eis exprimi declarat eo in epithalamio quod ipse lusit, cùm fratum suorum filios iungeret:

*Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis*

*Omnibus inter vos, non murmura vestra Columba, Brachia non hederæ, non vineane oscula concha.* Ea autem de causa, quod oscularum blanditiæ Columbæ norunt, dedicatas eas Veneri, Græcorum plerique tradidere. Cæterum Athénæus ob id factum putat, quod in Cypro Columbæ primū repertæ indeq; ad gentes alias transmissæ. Veneri enim sacrā esse Cyprum, omnes norūt. Propter verò salacitatem eam quæ notissima est in Columbis, Albertus non ineptè nomen iis inditum ideo putat, quod lumbos colat: in venerem quippe se vltro incident, ingenita nequitia stimulatæ, cuius sedē in lumbis esse, alibi disseruimus. Apollodorus quoq; in iis que de Dis conscripsit, columbam Veneri sacram lasciua ergo dicit, nomenq; illi Græcè τύπος, πλευρῶν, ιψα, quod supra modum amorī det operam, arbitratur. Sanè Siculi olim persuasum habuere Venerem ab Erycis monte digressam, per dies nouem statu singulis annis tempore secessum colere, interimq; nullas toto eo tractu Columbas apparere, abire enim illas Deæ suæ comites, nam verò post diem aduentare vnam reditus prænunciam, quæ Veneris templum ingrediebatur, reliquas mox uno turmatim agmine reuerti, atque hinc gaudio exultantes Venerem adesse profitebantur, diemq; eum hilarem, cantibus & iocis festiuum atq; iucundum celebrabant.

## C H A R I T A S.

**S**anè quod mutuis sese osculis Columbæ suauient, ansam dedit ut charitatē, amoris quippe pñ virtutem, hieroglyphicè per Columbam nonnulli interpretentur. Et Apostolum citat Origenes, qui de charitate locutus Columbam protulerit. Eruditissimus etiā Cyprianus tā vitæ sanctitate quā facundia clars, in iis quæ aduersus Nouatianum pro vnitate cōcordiaq; piorū omniū scripsit: Idcirco, ait, & in Columba venit spiritus sanctus: simplex animal & letū, nō felle amarum, nō morsibus sœuum, non vnguium laceratione violentum, cuius inge-

**A** ingenium est hospitia humana diligere, vnius domus consortiū nosse, cùm generant simul filios educare (ita enim legendum est, non edere) cùm commeant volatibus inuicem cohærere, communī conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiā pacis agnoscere, circa omnia demum humanitatis omnē implere legem. Noti sunt humanissimi Gallorū omnium mores, qui passim oscula tanto studio colunt, vt honorī sibi ducant, quòd adueniens hospes vxorem, sorores, filias etiamnum virgines osculo adhibito salutauerit, & in amplexū acceperit, & in gremiū sibi assidere iussit. Nam & apud Romanos olim licebat obuias quasq; mulieres excipere osculo: quod ideo Cato institutū tradit, vt explorarent an mulieres temetum olerent: capitale enim erat Romanis fœminis gustare vinum: ideoq; ferunt fœminam quæ sub Romulo vinum biberat, à marito impunè occisam. Apud Lacedemonios oscula non concessa modò, sed etiā instituti Ludi, propositaq; præmia iis, qui seniores lepidius suauient. Nisorum id inuentum, & à Megarensibus etiam in honorem Dioclis obseruatum. Nam & illæ Romanorū exosculationes, vt fœmineo generi honos haberetur,

**B** fancitæ sunt, vt apud Plutarchū legitur libro de claris Mulieribus: nempe quòd Aboriginibus in Tyberim inuectis, Roma quædā nomine inter mulieres quas secum adduxerant nobilis, autor fuit vt classis absumeretur incendio, vnde coaeti sint ibi sedem figere: quod cùm illis feliciter successisset, eius generis præmia mulieribus detulerunt, quæ auspicatissimi facti memoriam prorogarent. Ad hæc Nomadum asperrima rusticitas incessit, quorum tanta fuit leueritas, vt ne filios quidem suos oscularentur. In Diuinis nostræ pietatis monumentis ipsum Assertorem nostrum legimus charitatem, vt ita dicam, frigidam in Simone hospite, quòd osculo non fuerit ab eo exceptus, exprobrasse. Et sacris Pontificiis Romæ ritu solenni per mutuas exosculationes pacis auguriū celebratur:

*Ipse etenim casta dum operatur mente sacerdos,*

*Oscula dat, quæ dent ille vel ille alijs.*

A E R.

**C** Redidere nonnulli Columbam ab Assyriis coli in Semiramidis gratiā: sed autores Græci, in Rheæ potius memoriam, vtpote qui asserant, aerem & aquam potiores esse partes, in quibus ostentet se natura rerū, pariq; ratione abstinere eos à piscibus. Cùm verò volatile vnumquodq; animal sit aeris indiciū, Columbam præcipuè nuncupatione hac hieroglyphico've veteres honestarūt, quòd domesticis alitibus nulla neq; lōgius domo neq; diutius abulet, tecti tamen lariumq; memor summa fide reuertatur, & mansuetissima nobiscum consuetudine diuersetur. Obiectabunt hirundinem alij, quæ trans mare etiam migret, ad sibi domesticam tamen sedem redeat: sed illæ nunquam cicurantur, neque vlla nobiscum consuetudine sociantur: siue ea potius fuerit huius honoris causa, quòd illi tanta sit cū aere familiaritas, vt ibi tutius quam humi versari videatur, tantaq; sit eius volatus facilitas, vt Maro dicat,

*Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.*

pernicissimus enim est eius volatus. Vnde Hesychius Columbam neq; nō turturem hieroglyphica ponit hominis qui mente sublimia quæq; facillimè pene tret, & cōtemplationi sit egregiè deditus. Meritò itaq; Syri qui aérē vsque adeo colunt, tanta religione Columbæ pepercere, quod ita tangit Tibullus:

*Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes*

# Pierii Val. Columba.

*Alba Palæstino sancta Columba Syro?*

D  
In numo sanè Cibyratico Columba cusa, hanc loci religionem mihi videtur indicare. De vrbe hac Horatius:

*Ne Cibyratica, ne Bithinna negotia perdas.*

In Cilicia ea est, quāuis & alia sit minoris Phrygię. In numo autem inscriptio est K Y B I P A. Signū, Columba volans. Fuit & puella Phthia nomine, quam Iupiter fertur adamasse, eiusq; formā in Columbę speciem cōmutasse, traditū ab Āelia-no. Sed hoc nihil facit ad Āgyptiaca. Quod verò de Semirami dicebamus, ad-demus & illud ab ea deriuatū, vt Persæ matrum filiarumq; suarū coniugia non abhorreant, vtpote quæ filium ad stupri vscq; consuetudinem adamasse fertur.

I M P I V S I N G R A T V' S Q V E.

**Q**VIN hæc inusta est Columbarum generi nota, quòd eorum mas iam vali-dior factus, patrē rostro impetit, & à matris consortio tentat abigere, eiusq; cōiugij locum occupare. Quapropter Āgyptij sacerdotes impium ingratumq; hominē, ac in eos qui de se bene meriti fuerint, perduellem significare si vellent, Columbū, inquit Horus, aut pullū eius qui matrē solicitaret, facere consuerunt. E

C A S T I T A S.

**S**ED esto lasciuū animal columbinū genus, contrà palumbes parcissimi co-i-tus sunt, ideoq; quòd parcant lumbis, Albertus existimat appellatos. Nam & qui frequentiori vsu eos in cibum sumptitare consuerint, in venerem hebe-tiores redduntur: quare non iñscitè illud de alitibus huiusmodi dictum:

*Inguina Torquati tardant, hebetaniq; palumbes:*

*Non edat hanc volucrem qui cupit effe salax.*

S E M I R A M I A   P R O C A C I T A S.

**Q**VONIAM verò, vti dictum, fama est Semiramin sub effigie Colubæ ab As-syrijs coli, Gnidius scribit eam à Columbis enutritam: & in Columbam in-de conuersam, qua specie colebatur apud Assyrios; id quod de petulca eius im-probitate intelligendum est, tametsi quos Diodorus citat, eam & modestam, & nota admodum integritate præditam fuisse prædicant: necq; eam ignobiliter natam inficiantur, vtpote quæ circa stagnum quoddam in parte Syriæ in cre-pidinem aquis prominentem proiecta, aliquādiu fuerit ab aquatilibus voluc-ribus, quæ apricatum eò se recipiebant, miro propemodum studio educata, quip F pe quæ non solùm alimenta congererēt iacenti, sed perinde eam fouēdo, ac im-plumes pullos ab omni aëris iniuria protegerēt, quoad pastores creberrimo vo-lucrum cōcursu, insolitaq; trepidatione moti, ex proximis insulis eò conuenien tes iacentem extulerunt, alitamq; apud se diligenter Menoni, Regis Nini familiari, in vxorem cōcessere. Sedenim de famosa eius fœming procacitate Scauro-bates Indorum Rex apud historicos ita in eam inuehitur, vt pastorale scortū, vt Assyrī Regis concubinā fuisse proclamet, vt nullum egerit diem in castris sine adulterio, raroq; illus ad eam adulterbis admissus fuerit. Satis verò cōstat tam immoderat libidinis fuisse, vt equum abominabili probro turpitudineq; ada-mauerit, autore Iuba. Eam sanè ob libidinis feruorē Euphorion Σημεῖω, hoc est, ardentem appellauit, epitheto admodum proprio, perinde ac Callimachus Ve-nerem eo versu Σημεῖος κύπειδ θραψονίω, id est, ardentem Cypridis harmoniam. Hanc Hieremias quoq; Columbæ notauit elogio, cùm Babylonios Hebræo-rum excidio venturos vaticinaretur: Fugite, inquiens, ab occurso gladij, quem Columba vibrabit: per Columbam Babylonis cōditricem & eius populi auto-rem

**A** rem innuens. Quòd autem vates hic fatidicus eam gladio insignē inducit, de fe roci & impigro eius ingenio multa rerum scriptores tradidere: sed illud præcipue facinus memorandum, quòd Nino Bactrianos obsidente, Menon hanc, uxorem quippe suam, accersiuit: que vbi primū in castra venit, mulier acri inge nio Bactrianae arcis situm contemplata, confestim viro rationem ostendit loci modico negotio occupandi. Erat arx ab una parte præceps, atq; in profundam vallem insigniter abrupta, quā hostes velut inaccessam, nullo præsidio custodie bant. Huc audax mulier cum paucis, quos sibi ad id facinus delegerat, per loca ab hostium oculis maximè auersa, atq; eadem aspera & confragoſa, præter spem omnium obrepit: vnde cùm sese veluti ccelo delapsa hostibus (quorum oculos Assyrius, dum negotium conficeretur, subita oppugnatione ab omni sensu eorum quæ fierent longè auerterat) ex improviso obtulisset, Bactriani omni spe retinendæ ulterius vrbis abiecta, alij aliò præcipiti fuga dilapsi, urbem in regis arbitrio reliquere.

## R E G I V M A V S P I C I V M.

**B** A dnumerantur verò Columbae inter eas alites, quæ Regibus auspicia faciant. Hinc Maroniano Æneæ, Columbae geminæ à matre in auspiciū missæ. Et Cæsari originem inde trahenti prospero fuerunt ostento, cùm palmam eam nidis frequentare cœpissent, quam ipse castris locum capiens, inter sylvas quas cædebat repertam, conseruari vt omen victoriæ iusserat: ea enim de causa mirum & inusitatum videbatur, quòd id auium genus duram & asperam frondem studiose soleat euitare. Et eadem die qua natus est Diadumenus Macrini filius, Aquila ei palumbum regium paruulum attulit, & in cunis posuit dormienti, recessitq; sine noxa: quod dubio procul eū ab incunte ætate Imperatorem futurum indicauit. Quinetiam aruspices dixerunt Alexandrum Seuerum futurum Imperatorem, consulti quid haberet auspicij, quòd anicula quædam, quo die natus est, matri eius huius generis aues obtulerit. Apud Hebræos legas, prædiuitum ac potentiorum hominum morem fuisse, Columbarum alas gypso illitas in summæ felicitatis signū summis tectis affigere. Hoc Euthymius.

## A' S E M I N I M E I R A C V N D V S.

**C** Q uod verò de bilis defectu in Columba paulò antè dicebamus, Ægyptij sacerdotes hominem natura ipsa nequaquam iracundū, qui tamen aliorum peruersitate commoueri posset, ostendere cùm volebant, Columbam pingebat vropygio surrecto, propterea quòd eam, vt dictū, vel non habere bilem, vel si habeat, in vropygio esse tradunt autores veteres. Vnde Græci cùm mansuetudinem exprimere vellent, ἡμέρη τελετæ, hoc est, quieta Columba dicere consuerant: & πραστὴ πλευρῆς, eodem significato. Quæ cùm porrò sit gregaliū omniū mansuetissima, iudicata est à Moše purissima, vt inquit Philo, veluti ex solitarijs sola turtur delecta, quæ in eo auium genere, tali omnes antecellit ingenio. Neque temcrè Dauides abuolandi desiderio succensus, vt sese periculis eximeret, pennas sibi dari cupit, vt instar Columbae volare possit. Psalmo L V Columbam ponit, non Aquilam, non Accipitrem, longè fortiores impetuosisoresq; alites, nempe quia eadem prædicta est mansuetudine, tractabilitateq; & simplicitate, qua Rex ipse insigniter pollebat. Puritatis huius meminere etiam autores Græci: quin & osculorum, propter quæ sit Veneri dedicata: & quòd ea de causa Dis adoleretur, quòd fel in interioribus haud-  
quaquam habeat.

# Pierii Val. Columba.

## T R E P I D A T I O.

D

**T**llud autem vulgatissimum est hieroglyphicum, Columbam pro trepidatione ponere: nam & nomen illi apud Græcos τρέπων hoc idem significat: à τρέψιν enim deducitur, quod trepidare est. Et poëtæ tam Græci quam Latini passim in pauidis hanc usurpant comparationem: ut Homerus,

αἴ γε βάδω τρέπωσι τελεούσις θημαθ' ὄρωσι.

Hæ pauidis gressu similes abidere columbis.

Quam similitudinem Maro ita transtulit:

Præcipites atra ceu tempestate columbae.

Etymologici enim τρέπων paronymon, non epitheton Columbae ponunt.

## S A L V B R I T A S.

**C**Æterum quamvis aliqua det impietatis exempla, nihil securius inter animalia maximè pura recensetur, propterea quod persuasum est eā carere bile, ut dictum: morbos aq; & pestilenti quantumlibet tempestate sequiente, qui non alia quam earum carne vescatur, contagio eiusmodi non contaminari. Quare si pestis unquam debacchari cœpisset, nihil aliud in obsonium Regibus comparabatur, quam ex Columba: quamvis Diodorus vitulum alioqui & anserē simplicem tātūm, eorū regum cibū fuisse contendit. Sanè Florentinus lib. de re Rustica pullos columbarum necessarios esse dicit īs, qui vires à morbo recolligunt.

## M E D I C I N A P E T I T A A' D I S.

**C**Vm verò aliquē, medicina ab aliquo Deorū premonstrata, à morbo cōua-  
luisse ostendere voluissent, Columbā, vel ut scribūt alij, Palumbem (nam  
hęc etiam in auguriis aliquando confundūtur) lauri ramuscum rostro gestan-  
tem exprimebat. Ales enim ea quotiens ægrotare cœperit, lauri folio decerpto  
sibi ipsa medetur. Neq; verò palumbes tātūm, sed & graculæ merulæ aq; & per-  
dices lauri folio annū fastidiū purgāt. Coruus quoq; occiso chamæleonte, qui  
etiā victori nocet, lauro infestum virus extinguit. Vnde dicterium frequentissi-  
mum est apud Græcos, scipionem laureum gestare, de īs qui in aliquas insidias  
lapsi, vitæ periculum feliciter euaserint. Medicinā autem multifariam ab oracu-  
lis petere antiquorum mos fuit, & suis quoq; temporibus petitā memorat Pli-  
nius: ille enim quotiens grauiori aliquo morbo correpti essent, soliti erāt in tri-  
uijs aut sacris locis deponi, operientes vel oracula, vel somnia, quibus quid ad  
sanitatem faceret, edocerentur. Præterea non contemnenda fuit veterū opinio,  
quam Homerus sequitur, morbos ad deorum immortalium iram referri, meri-  
toq; ab eisdem opem poscere necessariū esse. Philon medicus pharmaca quædā  
summæ efficaciæ, quæ ipsemēt cōcinnare solitus etat, Στῶν χεῖραs appellabat, quod  
nō aliter ad salubritatem conferrēt, quam si dīj ipsi manus suas ad curationē ap-  
posuissent. Et Astrologi quosdam homines à genesi eo fato nasci prædicant, ut  
votorum potius ope, quam medicinis, ab ægritudinibus & morbis liberentur.  
Notum est Alexandri Macedonis exemplum, cuius milites pleriq; & cum his  
Ptolemaeus, cui postea Ægypti regnum obtigit, sagittis veneno intinctis ad Sa-  
mi regnum, vel, ut alij scribunt, in Musicanis, cùm vulnerati essent, neque reme-  
dium ullum ad salutem inueniretur, draconem in somniis, qui herbā quandam  
ore gestaret, oblatum Regi, qui remedium sibi ex illa imagine commonstratum  
ratus, exquisita inuentaq; herba ea vulneribus adhibita, vel, ut nōnulli tradūt,  
potioribus instillata, cunctos sanauerit. Solitum enim esse Deum Opt. Max.  
hac etiam ratione mortalium rebus ferre opem, & ut à dēmonibus quoq; ferre-  
tur

A tur permittere, vt nostra nunc missa faciamus, ex multis veterum memoriis & poëtarum testimoniis confirmatur. Nam quod pertinet ad Aesculapium, quem ægritudinum causa consulebant, in agro Bellunensi Læbactiorum vico memoria est huiusmodi:

A	S C L E P
I O.	P. X E
L I V S	P O
L I O	M O
N I T V S	P O
S V I T.	

Et Pannoniam è No-  
rico à Bellunensi terri-  
torio proficiscētibus,  
Albæ Iuliæ monumen-  
tum offertur in hunc  
modum:

I.	O.	M.	S T A T.
C.	V A L E R I V S		
V A L E R I A N V S			
E X V I S V	P.		

Multaq; huiusmodi passim reperiuntur. Quod verò traditū est à Poëtis, Homerus, qui somniū ab Ioue esse ait, Agamemnonem excitari facit ad præliandū, somno ab Ioue misso: Nausicaam à Pallade, vt in agrū progrediat, quò susciperet Vlyssem. & multa passim eodē modo. Virgilius quoq; hanc ipsam rē latissimè B & hīc & illic prosecutus, nusquam tamen plenius, quàm ybi de Latino loquit:

At rex sollicitus monstros oracula Fauni  
Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta  
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro  
Fonte sonat, sœnamq; exhalat opaca Mephitum.  
Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus  
In dubijs responsa ferunt, huc dona sacerdos  
Contulit, & cæsarum onium sub nocte silenti  
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.  
Multam modis simulachra videt volitantia miris,  
Et varias audit voces, fruiturq; deorum  
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur auernis.  
Hic & tum pater ipse petens responsa Latinus,  
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,  
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat  
Velieribus, subita ex alto vox redditā luco est.

C

## ANIMORVM FVTVRA FELICITAS.

Ed quoniam incidimus in oracula, nusquam ego plura notis hieroglyphicis similija comperio, quàm in diuinis nostrorū literis: ita omnia sensu mystico conscripta quæcunq; Moses, quæ Dauid, quæ Prophetæ reliqui diuino afflati spiritu protulere. Talis est argentea Columba illa, cui aurum in dorso, posteriore partem versus inductum. Significat quidem hoc, vt Theologi nostri interpretantur, instare à tergo aurum perpetuæ felicitatis. Nam quam quis quietem in humanis assequatur quæ præ manibus sit, & ante oculos sita, cā per argentū, quo anteriores Columbæ istius partes bracteatæ sunt, accipiunt. Longè autem preciosiorem illam, quę subsecutura est post obitum, per aurum à tergo illitum, intelligunt, si modò, vti superius monuimus, ante noctis tempus ad arcam cum oleæ surculo reuertamur. Nam & apud aruspices profanos, feliciora tempora subsecutura indicatū est, ex aureo gibbo, quę sibi accessisse in tergus Domitianus Imp. paulò antè quàm interficeretur, per nocturnā imaginē visus erat se vide. Eucherius Columbā illam argento illitā, cuius posteriora in specie splen-

# Pierii Val. Columba.

dentis auri radiabant, significasse ait, prima quæcū in diuinis literis argento fulgere, occultiorem verò sensum longè preciosiorē veluti aurum rutilare: longaçū admodum disceptatione rectè procuratum ostēdit, vt illa sermonum, qui de diuinis haberentur, castitas intemeranda à promiscuis cunctorū oculis, in abdito seposita, suo quasi quodam velamine pudicitiae cōtegeretur cœlestibus obumbrata mysterijs, sicut secreto ipsa suo diuinitas operiebatur. Nam quid aliud sibi vult, Aperiā in parabolis os meū, & in ænigmate antiqua loquar, quām hieroglyphicē sermonem faciam, & allegoricē vetusta rerum proferam monimenta. Et illud: Iesus in parabolis loquebatur ad turbas: nisi, sermones suos mystico sensu conuelabat. Ita Prophetæ, ita Apostoli ab vītato loquendi more recesserunt, facilia in promptu habētes, magna in recessu cōtinentes. Quod ea de causa congruum fuit, vt sacra de Deo dicta à cæteris scriptis, sicut merito, ita & specie discernerentur, ne illa cœlestium arcanorū dignitas passim & indiscretè pateret, sanctumqū canibus, & margarita porcis exponerentur. Ita cōsecreta vasa templi, inuoluta promiscuus populus ferret, nec tamē conspicerentur. Addam & illud, quod ab eodem Eucherio traditum in ihs que de formula spiritualis intelligentiæ scripsit, Posteriora in diuinis incarnationē (admisere enim vocabulum Theologi) filij Dei, quæ subsecutura esset, indicare: eoçū spectare quę per angelum Moysi dicta sunt, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris, quia scilicet Patrem nouit nemo nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. Atq; hæc quidem de Columbæ hieroglyphicis Theologi veteres tradidere: & argenteā eam, purissimo scilicet candore spectabilem fuisse dicunt, quę supra capit astiterit Assertori nostro, dum sanctissimæ illi aspergini in lordano tinctus iniiciaretur. Columbæ autem oculos habere, vt Canticorū cantico, ea intelligitur anima, vt tradit Adamantius, quę diuinas literas non in superficie primoris, vt aiunt, labris, sed ad intimū vscq; sensum exquirit. Duabus hæc dum sedet, alis tegitur: ihsdem nixa fertur in sublime. Volamus, cùm philosophica quadam morte separati à corpore, rapimur ad diuinam: sedemus, cùm in amicorū cōuentu atq; cōsortio, de sobrietate, de temperantia, de modestia sermones varios cōmiseremus: cuiusmodi illi sunt qui nos quotidie monēt, vt cum Columba prōcantu gemitum edamus, cùm scilicet quę perperam à nobis facta sunt expendimus: id procuremus, vt veluti Columba felle careamus, hoc est, iracundig amaritudinem à nobis amoueamus, vt Columba osculis inhiemus, quippe pacem ipsam vnde cunq; perquiramus: vt columbæ gregatim volitemus, piorū scilicet cōuentus candida simplicitate prēditos frequētemus: vt Columba ex rapto vivere abhorreamus, nempe nulli esse iniuriā, nulli detrahere, neminem offendere caueamus: vt Columba, cùm cibum sumimus, meliora grana secernamus, dicta quidem præceptaçū ad institutionē & bonos mores faciētia, à turpibus seligentes, ea gustare properemus: vt Columba cadaueribus vesci abominemur, affestus scilicet qui corpori sunt insiti, qui sensibus ad blandiunt, auersemur: vt Columba in petræ foraminibus nidulemur. Petram Christū diuinæ lectionis Magistri interpretantur, in cuius vulneribus & plagis nidum nostrū imponere debemus, vt Columbæ iuxta riuos & fluenta resideamus, vt vimbra accipitris inspecta, si fortè impetū in nos fecerit, possimus eū commodius & expeditius declinare. Fluenta, riuos, aquam cœlitū stillantē pro disciplina ponī, alibi dictum: hinc igitur lectionibus incumbendū admonemur, vt à malī dēmonis fraudibus ita nos facilius subducamus. Vt Columba geminos pullos enutrianmus. Columbam

**A**lumbam amorem superius significare dictum. Geminos igitur amores educemus, vnum quo Deum piè colamus, alterū quo mortales alios ardenti quadam charitate prosequamur: quæ quidem si præstiterimus, nihil nobis ad bene beatęq; viuendum est in posterum defuturum.

## D E T V R T V R E.

**D**Arum Ægyptijs cognita Turtur fuit, nisi plura super ea tradiderunt, quām legatur apud Horum. Sedenim minimè verisimile est, sacerdotes eos in vniuersa rerum natura toto vitæ tempore versatos, non longè plura ac penè innumera intellexisse, quām ea paucissima, quæ, vt Plautus diceret, frustillatim hīc & illic conspiciuntur. Sed quoniam doctrina hæc prorsus extincta est, satis nobis fuerit, si quando corpus ipsum ab inferis reuocare non possumus, aliquam tamen rei umbram ob oculos exhibere, siue ab Ægyptijs, siue ab Hebræis, siue à Græcis aut Latinis ea tradita reperiantur.

## C O N T I N E N T I S S I M A V I D V I T A S.

**P**lerique igitur continentissimam viduitatem exprimere cùm volunt, Turement in aliquo ramo insidentem pingunt; ea enim coniuge vita functo, ita se ab aliarum volucrum consortio separat, tantiq; mceroris exempla exhibit, vt nunquam inde societatem inire cum alio quopiam patiatur, sed quod reliquum est vitæ, absque coniuge in perpetuo coelibatu degat, sola volet, neq; in frondescenti ramo vñquam insideat, eaq; omnia faciat, quæ ad luctum spectare, & ad viduitatis ac solitudinis mcerorem exprimendum aptissima vel in homine videantur. Eiusdem est etiam mas continentia, qui nulli amplius fecminæ copulatur, sed in eodem comparis desiderio perseverat. quinetiam dum viui sunt, mas nullam aliam adit, quām eam vnam, qua cum semel coniunctus fuerit, & identidem fecmina suum ipsa marem vnum tantum agnoscit. Quod quidem ex eo maiorem affert admirationem, quod nullus adhuc hominum, neque quidem ipse Paulus, ausus est legem viduitatis præscribere: & tamen vna inueniatur auicula, quæ nos sponte in continentia moribus antecellat. Audiant, inquit **C**Basilius, mulieres ipsæ, vt animalia rationis expertia viduitatis honestatem indecoro iterati connubij anteponant, si hæc auicula, recordatione consortis, coniugium alterius abnuit, sua contenta solidudine.

## P V D I C I T I A.

**A** Pud Hebræos ipsos omnino reperias Turturū par pudicitiam significare: siquidem, vt apud eundem Basiliū habetur, in circuncisione par Turturum aut duos pullos columbarū offerre mos erat, quod indicium esset pudicitiae, ac vitæ cōtinentis exemplū. Origenes porro, siue ea Cyrilli fuerint, quæ in eādem prorsus sententiam plerisq; locis & huic & illi inscripta reperiuntur, tunc offerre nos Deo muneri par Turturum inquit, cùm mentem nostram Dei verbo velut vero coniugi sociauerimus, sicut hoc genus auium vñū atq; illud idem castum seruare coniugiu dicitur. Addit alibi, Apostolos, cùm de castitate sermonem habent, eam per Turturem, quam memorauerint, intelligi. Diuinæ siquidē literæ per Turturem vnamquāq; animam castitate præditam intelligunt, de qua Psalmo LXXXII dictum volunt, Inuenisse eam nidum, vbi poneret pullos suos, hoc est, Ecclesiam, piorum scilicet cœtum, vbi virtutum genus omne appareret.

# Pierii Val. Turtur.

Turturis enim pulli pro virtutibus accipiuntur. Alibi diximus pudicitia à Ro- D  
manis velata facie pingi sculpiç solitam, & apud alios testudini æquiparatam,  
quod pudicarum est sese domi continere, & frequentia loca omnia declinare.  
Atqui Turtur in secretioribus & remotis à multitudine locis vitam transigit,  
aut deserta montium deligens, aut secreta sylvularum à frequentiore auium alia-  
rum cœtu sequestrata.

## P R O V I D E N T I A.

**O** Blatio verò Turturis & columbae in sacris literis significat, vt Hesychius exponit, hominem contemplationi deditum, qui munus offerat suum in scientia & mansuetudine spirituali: hinc enim opus est prudentia, vt nō excedat legis consideratio circa res vanas occupata. Turturem quidem ponit, quia cognitionem atque prudentiam habet rerum, quas sibi necessarias fore viderit, ita vt eius exemplo exprobraretur populus ludæorum, Hieremia dicente: Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autē meus non cognouit iudicium Domini. Columba autem munda est & simplex, præsentiae sancti spiritus index, quales esse oportet eos, qui diuinarū literarum contemplationi sese dedicarūt: quam quidem simplicitatē IESVS Assessor noster Apostolis ita cōmendauit, vt eos simplices esse debere sicut columba identidē admonet, & beatos mūdo corde plurimū affirmaret. Ideoç Ezechias cùm necq; altū sapere vellet, neç maiora se querere paratus esset, Meditabor, inquit, vt columba.

## S A L T A T I O.

**A** Pud Philippum illum qui sacerdotum Ægyptiorum lemmata quædā Gre- cè scripta posteritati tradidit, saltatorē hominem & tibiis deditū, per Turturem significari comperio, neç quicquam aliud: nam eā omnino tibiis mirū in modum affici compertū est, quarum etiam audita modulatione, dare eā motus incompositos, & saltationem imitari dicunt: quinetiam eo cantu in insidias allīci atq; capi. Ad huiusmodi saltationem addemus, quod Theocritus Idyllo cui Συρανστίου titulus est, loquaciores quasdam fœminas Turtures vocat: illę enim non ore tantum garrulitatem ostentant, verū etiam caudæ motu, qua prop̄ modum obstrepere videntur.

## I N T E L L E C T U S   A E T H E R E V S.

**A** T in diuinis literis Turtur intelligentia, quæ à diuino spiritu est, significat, Fait Eucherius, eo Cantici Canticorū loco: Vox Turturis audita est in terra nostra: neç inficiatur idem de columba dici. Sed spiritum sanctum ex columba tunc intelligi vult, quando, quæ de sacris literis disputatio commentatioç profertur, ea manifesta est & adaperta: tunc verò ex Turture, cùm res altis obscurisç mysteriis agitatur.

## D E   H I R V N D I N E.

**H** T quoniam Hirundo, quam Hieremias dicit turturi comitem itineris additam, in manus incidit, eaçq; non minus garrula quam turtur notetur à Theocrito, naturæ puritatem quandam secuti, significata eius superioribus duobus, priusquam abulet, excipiemus, quæ sunt huiusmodi.

## Æ Q V A L I T A S.

**A** Egypti per Hirundinē in primis, quæ filijs suis cibum subministraret, hominem intelligebant qui liberis equas hereditatis portiones distribueret.

Necq;

**A** Neq; nō principem, qui se ciuibus æquaret suis, nec vlo vellet ornatu vel ap-  
paratu magis quam reliqui, sumptuosiore accipi. Hirundo siquidem mira filios  
alit equitate, singulis cibum parem impariens, ea adhibita diligentia, ne qui se-  
mel acceperit, bis accipiat, atq; ita, vt par sit omnium sportula, procuret. Æqua-  
litatis istiusmodi adeo studiosus fuit Hadrianus Imp. vt in vietu familiari Ho-  
mericum illud obseruari voluerit, ne quis ~~etiam~~ indigeret: quoq; obsonato-  
ribus nullum relinqueret peccandi locum, sepe fercula de mensis aliorum etiam  
infimorum apponi sibi iubebat. Nihil enim ad conciliandos sibi populū ani-  
mos æquè principibus prodest, quam æqualitatis ostentatio. Nam cum poten-  
tia suapte natura odiosa sit, per moderationem maximè omniū euadit amabilis.

## I N S T I T V T I O.

**S**Vnt qui calathum cum pullis hirundineis in aliquot veterum monumentis  
obseruatum, hieroglyphicum institutionis esse contendant, argumentūmcq;  
eiusmodi ad Osiridis & Cereris beneficia in mortales collata, referant, quod sci-  
licet ab iis & viuendi leges, & agri colendi præcepta receperimus, & equo cum  
**B** reliquis iure vitam degere didicerimus. Legifera enim Ceres est Poëtis, de qua  
plura alibi. Et apud Diodorum in sacris Ægyptiorum literis, Osiris Iupiter, iu-  
stus, pater, dux, & consultor omnium habetur: quæ siue ad institutionem, siue  
ad æquitatem accommodes, omnia quadrabunt.

## A R C H I T E C T V R A.

**S**Tudiosum ædificationis hominē, quiq; ampla ædificia, vel etiā oppida con-  
siderit, per Hirundinem, quæ nidum astrauat, intelligi nonnulli volunt: ab  
Hirundinibus enim aggeres fluminibus opponere, muros construere, domos  
cæmentitias ædificare didicisse nos, qui de architectura scripsérunt autores opti-  
mi tradidere. Operæ premium verò est spectare alitis artem & ingenium. Cum  
nidum luto construit, stramento roborat ad lutariæ paleationis normam: ac si  
quando euenerit vt luti copia non suppeditetur, ipsa se totam aqua madefacit,  
mox volutat in puluere omnibus pennis, lutum ita contrahens, ne omnino illi  
materia desit ad fabricandum. Manifestum autē industriæ huius argumentum  
in Heracleotico Ægypti ostio præstant vsqueadè tenellæ auiculæ, molem con-  
**C**tinuatione nidorum ita vagāti Nilo inexpugnabilem opponentes stadij vnius  
spatio, vt id humano opere perfici vix posse credatur: vnde mortalium primi,  
qui casulas ædificare cœperunt, exemplar non tantum ad ædes, verùm etiam ad  
aggeres & munitiones construendas acceperunt.

## P A T R I M O N I V M.

**H**Æreditarium patrimoniu ex asse filiis relictum, per nidum hirundineum  
apud sacerdotes Ægyptios significare tradit Horus, hieroglyphico inde  
desumpto, quod ab auiū nulla nîdus tanto labore, tanto studio, tam diuturnus,  
& posteris quoq; vsui futurus ædificetur: nam si parentes intereant, eam adeūt  
hæreditatem filij, vel eam artem à parentibus edocti, vnde sibi necessaria cōpa-  
rare possint, norunt. Agnoscit hoc Basilius, vbi ait: Nemo paupertate deploret  
suam, necq; is de sua vita desperet, actumq; iam esse de ipsa putet, cui nihil est de  
patrimonio relictū: non enim desunt artes & industria, quibus si nos exercere  
voluerimus, necq; Hirundinibus deteriores esse, vitâ cōmodè agere valeamus.  
Huius verò hieroglyphici argumentū ex eo desumptū scribit Horus, quod, vti  
superius dictum, Hirundo vliqueadè filiorum cōmodis studet, vt vel peritura,  
dum aqua perfusa, & puluere volutata capturæ periculum adit euidentissimū,

# Pierii Val. Hirundo.

nihilo secius sedem filiis paratura opus perficere conatur.

D

## IMPLORATIO AVXILLI.

**I**Nuenias apud Xenophontem (quisquis ille fuerit) eo libello qui titulo de equiuocis circumfertur, per aues has in nido ore patente pictas, populos auxilium implorantes hieroglyphicè significari: nidus enim patriam, os verò ad pertum clamorem & implorationem ostendit. Hinc illud Ezechiæ cantico: Si- cut pullus hirundinis, sic clamabo. Vnde admodum eruditè Plautus Hirundines obiicit in somniū Demonæ, quas Simia solicitabat, qui sit filium statim penes lares suos in phano Veneris opem implorantē inuenturus: illa enim Hirundinum more quodammodo transfretauerat, & ad consuetas sibi sedes, domum quidem paternam, delata erat.

## AMICVS INVITILIS.

**A**蒲 aliquos Hirundinem pro amico ponitum inutili, tum ingrato & per-  
difficili, comperias, quippe qui moribus nostris, & familiaris vitæ rationi  
difficulter assuecat. Hirundo siquidē nostro magis quam vlla alia volucris con-  
tubernio freta, diu nobiscū versata, nostra omniū maximè familiaris atq; dome  
stica, nullā tamen nobis vtilitatē affert, nunquā mansuescit cicuratur' ve. Proin-  
de verno, hoc est, tranquillo aduentante tempore, nos inuisit, & quasi in officio  
futura præstō est: hyeme verò, hoc est, turbido ecclō instantē, aduersaçō fortuna  
ingruente profugit: qua similitudine viuit ad infidam amicitiā notandam, au-  
tor Rheticorum ad Herennium. Eaç de causa Pythagoras eas à tectis ablega-  
uit, id scilicet innuere volens, huiusmodi notæ homines euitandos, ac nullo pa-  
eto consuetudinem & amicitiā cum illis ineundam esse. Id quod & Plutarchus  
Sympōsiacō octaua decade latius explicauit, quæ ne tam multa congeramus,  
breuitatis causa præterimus.

## VERNVM TEMPVS.

**I**Llud verò nulli nō innotuit, Hirundines plures cōuolantes à mari verni tem-  
poris indicium esse, cùm vulgatum sit adagium, Vnam tantū Hirundinem ver-  
nō facere. Accedit hoc Ciceronianū scomina in C. Verrē, vbi dicit: Satisne vo-  
bis magnam pécuniā Venerius homo, qui è chelidonis sinu in prouinciā pro-  
fectus est, Veneris nomine quæsiisse videtur? Alludit, inquit Asconius, ad no-  
mē, quod Hirundo, quam chelidona Græci vocant, Veris, id est, temporis ver-  
ni sit amica: illa enim adulto semper vere præstō est, totamq; apud nos æstatem  
agit. Atq; hoc illud est quod Horatius ait, Cum Zephyris & hirundine prima.  
Et apud Aristophanē, Equitibus, παῦδες τοι ὁρᾶται, ὥστα, νέα χλιδωνάς. apud Athenæum  
legas Rhodiis præcipuum fuisse morem sub tempus vernū Hirundinē inuitare,  
idç χλιδωνάς dicebant. Apud Aristophanem Hirudo chlænā vendere, theri-  
strum emere suadet: præteriisse quippe hyemem admonuit, adesse verò æstatē.

## GARRVLITAS.

**C**Æterū D. Hieronymus et Cyrillus cum Aristotele cōsentientes, per pre-  
ceptum illud Pythagoricum, ὅμορούίς τοι οὐδενός μη εἶναι, abstinentum à cōmer-  
cio garrulorum & susurronum intelligunt: quam quidem sententiam corrobo-  
rat Alexandri historia, quem cùm quiescentem Hirundo quædam magno gar-  
ritu supra Regis caput importunè volitans interturbaret, Aristander Thelmi-  
seus pro domesticis accipiendum, qui Alexādro insidias pararēt, interpretatus  
est, quas tamē facile deprehenderet, idç garritum indicare: quod euentus post-  
modum comprobauit, Alexandri Aeropi, quem ex amicorū numero Thessalī  
equitibus

A equitibus præfecerat, consilio patefacto. Sanè καπίλη ἔχλιθῶν Hesiodo, propter garrulitatem, vnde poëta is κελλεσσα formauit: καπίλη enim garrire est: eoq; cognomento ales hæc apud Anacreontem & Simonidem appellatur. Et Arisophanes, Ranis, musæa hirundinū vocat nagationem nihili, & quæ folijs leuior sit. Sunt qui super hoc D. Hieronymum impugnent, sed n̄ fabulose potius, rhetoriceq; lasciuiunt, quām quicquā sani afferant, præter ea quæ desumunt ex Plutarcho. Nos ex Nicostrato garrulitatem hanc notatam his iambis afferemus:

Εἰ πὸ Κωνχῶς καὶ πλὰ καὶ τοχέως λαλεῖ,  
λῶ πῆ φονῆν πρωτημέτοις, αἱ χελιθῶν  
Ἐλέγονται ἡμῶν σωφρόνοις τολύ.

*Loqui si indefinenter, multaq; & velociter,  
Prudentiam indicaret, utiq; hirundines  
Fortasse quām nos sapere dicantur magis.*

## LVCTVS ET QVERIMONIA.

B **A** lij Pythagoricum idem symbolum interpretantes referūt ad tragœdiam, quasi triste omen, lugubreq; argumentum secum afferat Hirundo, quæ, vt apud Ioannē Grāmaticū in Hesiodi Cōmentarijs legimus, cùm prius Philomela Pandionis esset, nūc Hirundo avis περθύσ, φνή, μὲν οἰκάρχη: Tereus, inquit, mihi vim intulit. Nam quod nonnulli tradiderunt Philomelā in luscinia abijisse, idem autor Procnae, nō Philomelæ id obtigisse dicit: καὶ πέντε ἀνδῶν γέγονυα τὸν ἵτω διδύμητα: Et Procne in lusciniam commutata Ityn deplorat. Idem apud Ouidium habemus:

*Sola virum non vta prius mæstissima mater,  
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.*

Ita & Horatius Flaccus de Procne loquens, quamuis nō expresso nomine, luscinia tamen similem dicit:

*Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,  
Infelix avis & Cecropia domus  
Aeternum opprobrium, quod male barbaras  
Regum est vta libidines. Et Catullus eodem modo:  
Qualia sub densis ramorum concinit umbris  
Daulias absumpti fata gemens Ityli.*

C Sentit idem doctissimus Probus in Bucolicis. Sed hinc alia oboritur quæstio, quoniam super eadem hirundine dixerit Hesiodus,

*Tόρδε μετ' ὅρθογόν ταυδινοίς ὕψεος χελιθῶν:  
Quem manē gemens Pandionis excit hirundo.*

Ὀρθρογόν exponunt interpres, clamosa, non autem diluculò flens, cùm Hirundo tota calamitet die, non autem manē tantum aut vesperi, veluti facit luscinia. Sed hīc quoq; quantum pertinet ad cantus querimoniam & fletum, quæstionem mouet Proclus, Platonis nixus testimonio, nullā alitem dicens dolore affectā canere: quare quod Hesiodus de Hirundine ὅρθρογόν scripsit, is ὅρθροεών legendum censem, quæ scilicet matutinò clamet. Atqui nullo etiam teste scimus auem nullam afflictam canere. Sedenim haudquaquā leuiter, sed ex arte Poëta dixit Hirundinis loquacitatē lamentationē esse, fabulæ ratione habita, quæ de Pandionis filia fertur, cuius lamentationē paulo ante ex Io. Grammatico retulimus. Sed quoniam modo Proclus lugere negat Hirundinē, cùm eam Pādionis filiā agnoscat: quovad modo ὅρθροεών scribendū contendit, cùm nō matutinò tantum, sed toto vocife-

# Pierii Val. Hirundo.

retur dic, diluculo verò haudquaquam magis? Sed vt ad Platonis sententiam D  
conuertamur, ille nimirum de auibus, quatenus aues sunt, afflictas eas nō cane-  
re dixit: qui verò flebili quid Pandionis filijs attribuūt, ad eam, quæ de ijs fabu-  
la vulgata est, respiciunt. Verùm operæprecium est fabulam, quemadmodum  
apud Sophoclem digesta est, poëmate de Tereo, subtexere. Pandiona quidem,  
ait is, Atheniensem filias habuisse Procnen & Philomelam, quarum Procnen  
Tereo Thraci in matrimonium collocarit, qui Ityn ex ea filium suscepit. Aliquo  
verò pòst tempore accidit vt Tercus Athenas repetierit, Philomelā ad Procnen  
vxoren deducturus in Thraciā, quam in Aulide Bœotię deflorauit, linguamq;  
eius abscedit, ne quid ad sororem deferre posset. Cùm verò hæc in Thraciam ap-  
pulisset, historiā vt acta fuerat, acu pingit, remq; ita omnem manifestat. Procne  
re cognita Ityn filium discerpit, patriq; Tereo epulādum apponit. Hic verò vbi  
se filium absumpsisse cognouit, eas erat districto iam gladio interfectorus, quas  
Dei miserti, vt aiunt, in aues transmutarūt, & Procne quidem luscinia facta, Ityn  
absumptum lamentatur, Philomela Hirundo, Tereus mihi vim intulit, assidue  
clamat. Ille verò in epopem mutatus, ὥς ὥς gemens dicere videtur, Hæ cùm filiū E  
meum discerpsissent, eum mihi in epulas apposuerunt. Quare Proclus veniam  
antiquissimo poëte dare potest, qui sorores infelicissimas, etiam aues factas, sor-  
tem quancq; suam, quasi permanente præteritatē calamitatis memoria, ita lamen-  
tari confinxerit.

## P E R E G R I N A T I O.

**I**N coniecturis alioqui, habere se Hirundinis caput imaginari, peregrinationē  
significat: id enim earum avium præcipue proprium, vtpote quæ neq; quidē  
apud parentes degere soleāt. Hinc Hirundo quæ in Pyrrhi tabernaculo nidum  
posuit, rerū quæ peregrè instituerat, irritum euentū ostendit. Indicauit id ipsum  
Cyro, quæ in tectis eius nidificauit. Quamuis Dionysio priori arcem relinqu-  
ti, cùm ibi nidularentur, redditum portendere.

## R E S I P I S C E N T I A.

**S**Vnt qui resipiscentiam per Hirundinem acu transfossam oculos indicent: ea  
si quidem si vulneratis oculis obcæcata fuerit, oculos tamen & lucem recupe-  
rare fertur. Cuius rei causam commentantur, imperfectionem quandā qua pre-  
dita sit, natura quippe nondum vires omnes subministrante: in pullis enim tan-  
tum hoc euenire, quare si punctu læsi eorum oculi fuerint, superesse vigorē ad-  
huc luminis, quem natura ipsa subministrat. Lumen autem pro sapientia & co-  
gnitione ponit, perinde ac pro imperitia & insipientia tenebras, vnicuiq; mani-  
festum crediderim. Tertullianus addit, vti eam ad hoc chelidoniæ suæ benefi-  
cio, cuius scilicet herbæ succo pullorum oculos obliniat, atq; ita visum restituat.  
Ne tamen nullus sit nobis ex Hirundine usus, Cecinnam Volaterranum eque-  
stris ordinis virum, legimus comprehensas Hirundines in vrbe, secum in expe-  
ditionibus afferre solitum, quas postmodum victoriæ nuncias amicis mittebat  
in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore. Vt minus iam illud admire-  
mur, quod à Fab. Pictore traditum aiunt, cùm obsideretur præsidium Romanū  
à lugurthinis, Hirundinem ablatam à pullis ad se mox cum epistola re-  
dijisse, vt lino ad pedes eius alligato, nobis significaret  
quoto die adueniente auxilio, eruptio  
fieri deberet.

PIERIVS VALERIANVS AD ANGELVM  
 A COLOTIVM BASSVM, DE IIS QVÆ PER OLOREM,  
 LVSCINIAM, PSITTACVM, ET ALIAS ALIQVOT  
 aues significantur ex sacris Ægyptio-  
 rum literis.

**A**ptimè quidem, doctissime Coloti, vt totius es antiquitatis studiosissimus, bona-  
 rumq; disciplinarū egregiè peritus, mecum s̄epe de nō cōtemnendis veterū scripto-  
 rum inuentis, quoq; scripta fuerint argumēto, differuisti, etiam si nō usque-  
 quaq; eorum enitescat eloquentia; quæq; ex diuturna & varia tam Græcorum  
 quām Latinorū lectione, & eorū etiā qui remotiora quædā literis mandaue-  
 re, de prodigijs, de somnijs, de sacrificijs, deq; multis antiquorū ritibus & institutis collegeras, me-  
 cum cōmunicasti, quæ licet ex vſu iam recesserint, delectat tamen, & veterum scripta redditunt  
 ad intelligēdum facilitiora. Præcipuè verò ea mihi placuere, quæ de ponderibus & mensuris com-  
 peristi, quæ pauciſſimi hactenus perspexere, licet idem saxum voluere pleriq; etate nostra conati  
 sint. Hæc, inquam, mecum ingenuè conferre, meaq; viciſſim qualiacunq; esse auscultare digna-  
 tus es. Quia verò videbas cogitationes meas ad materiam hodie, dicere possumus, intactam, vel  
 parcissimè à nonnullis traditam, intentas esse, ad Ægyptiorum scilicet hieroglyphica studiosius  
 anhelare, longamq; istiusmodi rei seriem iam instructam, non tamen absolutam, quam tamen  
 quanta poteram festinatione vrgebam, vt quod angustia temporis inuidiebat, industria & vigi-  
 lantia suppleret, subinnuere vīsus es mihi, cupere te quamplurimum, quæ super Olore cōscriptissi-  
 sem inspicere: nimirum enim quod senio tuo tam iucundo, tam facili, tam urbano atq; festivo co-  
 ueniebat, poposciſti. Quare ego tuo huīusmodi studio delectatione q; perspecta, nihil contatus Olo-  
 rem ad te miss: poēticam quippe alitem optimo Poëtæ cantatricem in senectute sua, suauissimā  
 seni lepidissimo, qui etatem iam grādiorem pari cum Cygnis harmonia traducit, Sophocleamq;  
 secutus diligentiam, Musas cursu nunquam intermisso prosequi perseverat. Subsecutæ autem  
 sunt Olorem aliæ quoq; eiusdem ingenij volucres, Luscinia, Psittacus: quinetiam nonnullæ earū  
 æmulæ, sed prærauitate sua mimæ illarum potius quām cantatrices, Pica, Larus, Ciliuus,  
 Gryphus, & Coruus demum. His omnibus necesse est caueam pares vnicuiq; suam, quia tua in-  
 digent sagitatione: quæ quidem tibi haudquaquam grauis futura est, viro eorum, quibus alites  
**C**meæ pasci queāt, opulentissimo. Sed vt iocari desinamus, tu vale, & quantulumcunq; id est quod  
 exhibere potuimus, boni, vti solitus es, consulito. quod enim ab amicissimo profectum est, id &  
 ames, & charum habeas necesse est.

## SENEX MVSICVS.

**A**EGYPTII sacerdotes senem Musicæ studiosum per hierogly-  
 phicam Cygni effigiem significare consueuerunt, quippe quem  
 omnes eo suauius modulari ferunt, quo magis in senium vergit.  
 Musicæ verò illi symbolo ( vt hoc obiter interpretemur ) compo-  
 sitissimos mores intelligebant, veluti in senibus mores ipsos com-  
 politiores, & sibi maximè consonos esse par est: de ihs loquor, qui Colotio simi-  
 les, sanctius instituti, vitam integerrimam, & à turpitudinibus alienam peregē-  
 re. Socrates porrò apud Platonem, Cygnos tum magis dulciusq; canere affir-  
 mat, cùm se breui præsentiant morituros, quasi lœtantes Deo gratias agere  
 videantur, quod ad eum, cuius ministri sunt, migrationem parent. Addit, ho-  
 mines quosdam, cùm ipsi mortem expauescant, Cygnos quoque falso crimi-  
 nari, cantusq; huiusmodi dicere doloris argumentum esse, quem ex aduentan-

# Pierii Val. Olor.

te morte conceperint: sed enim haud quaque animaduertunt, in omni volati- D  
lium genere nullam esse auem, quae vel in esuritione, vel in rigore, aut alio quo-  
piam incommodo, quo se affectam sentiat, emoduletur, cantilfer ve, non lusci-  
niam quidem ipsam, non hirundinem, non epopem: quarum cantum, & luctum  
& querimoniam esse fabulantur. Sibi vero vidcri neque quidem aues has, neque  
Cygnos praे dolore canere, sed quia Phœbo sacræ sunt, eaq; luctitia concitata,  
forsitan & diuinatione præditæ, alterius vitæ bona præsagiunt. Hinc M. Tullius  
Tusculanis quæstionibus Cygnos ait non sine causa Apollini dedicatos esse,  
sed quod ab eo diuinationem habere videantur, quia præuidentes quid in mor-  
te boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Omnia autem quod de morte  
narratur, falsis aliquot experimentis compertum est: tametsi Lucretius poëta  
peruulgatam tangit opinionem, cum eos nece detortos, ac anxiè cruciatus, li-  
quidam lugubri voce querelam attolleret ait ex vallis Heliconis. In quo illud  
etiam animaduertendum, ad hoc & Horatium & alios respexisse, cum poëtas  
Cygni symbolo nuncuparunt.

## P O E T A

E

**N**am veluti Cygni senio confecti argutioribus, ob gutturis exilitatem, or-  
ganis effectis suauorem simul & vocaliorem emitunt vocem, ita etiam bo-  
ni poëta, quo per ætatem magis profecerunt, scribere itidem solent & elegan-  
tius & sapientius. Sic Oedipus Coloneus ea conscriptus ætate, qua propter se-  
nium autor despere videbatur, à filio etiamnum rei familiaris male curatæ actus  
insaniæ reus, omnium quæ antea conscripserat operum cultissimum iudicatum  
est. Et Isocrates (vt Oratores etiam huc admittamus, nam & id dicendi genus  
musicum est, & certis constat numeris) Panathenaicam orationem, omnium  
quas antea scripsisset luculentissimam, post octogesimū vitæ annum elucubra-  
uit. Sic Pontanus & Vraniam & Meteorica, Syncerus Actius poëmata pleracq;  
Aurelius Augurellus Chrysopœiam, & alijs pleracq; ætate nostra bene literati vi-  
ri eo suauius cygneum hoc melos emodulati sunt, quo magis visi consenescere.  
Sic tu Musas affectaris, quæ salis & leporis plurimum præ se ferunt: deniq; om-  
nia quæ ad eruditionem spectant, non ignauiter peruestigas. An vero Plato-  
nem dissimulare poterimus, quem annum circiter octogesimum agentem scri- F  
bendo vita functum aiunt? Ut fabulosum minimè videatur, quod Socratem  
perhibent per quietem existimasse nouellum se Cygni pullum inter genua tene-  
re, qui plumis repente sumptis euolauerit in sublime, ætheracq; omnem suauissi-  
mo clangore cōpleuerit: postridieq; Platonem  
ab Aristotele ei commendatum in institu-  
tionem: visoq; statim puer dixisse Socratem fe-  
runt, eam esse auiculam, cuius imago nocte pro-  
xima sibi personum fuerat obuersata.

M V N I C I P I B V S I N-  
iurius suis.

**S**ed, vt etiam attingamus poëtarum fabu-  
las, Cygnum aiunt hominem municipibus  
suis iniurium hieroglyphicè significare. Siqui-  
dem Olores in volucrum genere id habent pe-  
culiare, vt alter alterum depascatur, atq; inter se  
morsus conuertant, vnde illum crediderim Pin-  
daro inhospitalem appellatum: id quod nescio  
qua æmulatione præstatiæ, in poëtis præcipue,



&

A & nunc esse, & fuisse semper, exploratissimum est. Nam ut ipsi aiunt,  
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Adde quod Melistus Euboicus auem hanc ita conuicijs plenam esse dicit, vt ea  
clamante, reliquæ aues quæ præstò sunt conticescere cogantur.

**S**ed fuerint haec improborum exempla, cum  
ego bene literatos viros eo benigniores can-  
didioresq; semper expertus sim, quo magis &  
ingenio & eruditione pollerent. Pontanum  
aiunt omnium ingenia souisse, de nullo vnquam  
etiam cum familiarissimis obloqui solitum. M.  
Antonium Sabellicū, quem ego per quinque-  
nium audiui, tanto candore præditum agno-  
ui, vt quia nulli vnquam detraheret, neminem  
carperet, neq; manifestos quidem hostes incel-  
seret, quos professionis initio, molestissimos



ANIMI CANDOR.

**B**inuidia homini comparauerat, & quod omnes alba, quod aiunt, linea notaret,  
non emuncti satis iudicij plerunque retulerit notam. Talem fuisse Romæ Pom-  
ponium Lætum aiunt, qui licet à multis iniuria lacesseretur, nunquam tamen ipse  
maledicendo calumnias propulsare curauerit. Talis apud nos Nicolaus Leo-  
nicus, talis tu, talis Iacobus Sadoletus, cuius nomen ætate nostra in Modestiae  
appellatione abiit. Sunt itaq; Cygni, qui verè literati sunt, qui benigni, qui nul-  
la syncerum animum macula labefactarunt. Nimirum enim candoris est indi-  
cium Cygnus, quem omnes insignem memorant albedinis epitheto, ne λευκός  
albitudinem, vt Plautus, dicam. Ita apud Ouidium:

*Ad vada Mæandri concinit albus Olor.*

Et, candidior Cygnis, apud Virgilium. Theocritus ea de causa οὐλωκύνον dixit,  
quod scemincus color plurimum à cædore cōmendari soleat. Albos autem esse  
à natuitate Cygnos, ait Hellanicus.

## G L O R I A E C A L C A R.

**C**Idem verò poëtæ hoc commune cum Cygnis habent, quod gloriæ studio tra-  
huntur, fauorisq; & laudationis omnino sunt audiusculi,

*Nec petitur sacris nisi tantum fama poëtis.*

Cygni quoq; tunc suauius canūt, cum Fauonius eos ad cantum visus fuerit inui-  
tare: ξιφηδη γαρ χάριτα πέθε τὰ φελλὰ ἐλαφῷ Θεοῖς, ait Philostratus, Phæthonite. Sed  
longè venustius & plenius id recenset, vbi palustria & aquatica loca verbis pín-  
gere conatur. Ælianus quoq; non canere eos ait, nisi flante Zephyro.

**Q**uod quidem ideo repetēdum duxi, quia  
si quis Musicā ipsam aptissimè describere  
voluerit, nō aliam libentius speciem imitabitur  
quam quæ in hunc modum ab eo autore oculis  
subiicit. Ex Oloribus verò qui vocaliores sunt,  
in ripæ margine, circulo quodam facto, sidunt,  
vbi argutum nescio quid certandi studio viden-  
tur emulari. Cantilenæ verò signum videoas  
puerulum alatum, qui ventus Zephyrus est, is  
enim cantū Oloribus inspirat, & elargitur. Pin-  
gitur verò is delicatus, mollis, cuiusmodi est au-

## M U S I C A.



D ij

# Pierii Val. Olor.

ra eius, quam libenter adeò captamus. Olorum verò plumæ identidem afflato D.  
eo surriguntur, quippe quæ repercuſſu venti commouentur.

## A P O L L O F I D I C E N.

**A** pud Card. Hippolytum Medicen alumnum meum, signum ex marmore  
pulcherrimè ductum habemus, qui nimirum Apollo Fidicen est: læuam e-  
nim manum admouet ad lyræ iugum: ea Cygni dorso sustinetur: Cygnus ipse  
collo suauiter reflexo, rostroq; ad chordas verso, parē cum lyra videtur harmo-  
niam emodulari. Dextera dei dextro innititur genu, eaq; plectrū continet: adia-  
cet ibidem humi pharetra, vtpote signum, deum ipsum non semper arcum ten-  
dere, sed aliquando tacentem Musam cithara fuscitare. Et hæc quoq; faciunt ad  
Musicæ significatum.

## O R P H E V S.

**S**Anè Plato Ægyptiacæ doctrinæ nunquam immemor, cùm felicem illam ci-  
uitatem conderet, illic fermè ait Orpheum Calliopes filium, cùm à mulieri-  
bus foedè discerptus excessisset è vita, homine, quod erat, derelicto, in Cygnum E  
emigrasse mutata specie, vt qui insignis Musicus fuerat, Musicam itidem perse-  
uerātius exerceret. Hinc locum mutuatus est Horatius noster, cùm in Cygnum  
abire se scribit ad Mecænatem:

*Iamiam residunt cruribus asperæ  
Pelles, & album mutor in alitem  
Superne, nascunturq; leues  
Per digitos humerosq; plumæ.*

Et cùm piscium silentio vocalissimam opponeret harmoniam, ita de lyra canit:

*O' mutis quoq; piscibus  
Donatura Cygni, si libeat, sonum.*

Platonis ea super Orpheo scribenti adsentitur Æneas philosophus, qui quidem  
vbi ex Chaldæorum, Ægyptiorum & Græcorum opinione defunctorum ani-  
mas euocari posse docet, Orpheus Cygni specie euocandū ait. Quòd si quis Ho-  
merum euocare voluerit, oportere eum Lusciniæ formam indutum apparere: F  
de qua paulo pòst.

## N A V I G A T I O S E C V N D A.

**C**Vm verò Cygni & aquis & Fauonio plurimū gaudeant, in ὄρνιθονίᾳ fo-  
lis nautis, veluti aquila tempestati, columbæ Regibus dedicantur. Hinc il-  
lud apud Virgilium:

*Ni frustra augurium vani docuere parentes,  
Aspice bissonos lœtantes agmine Cygnos,  
Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto  
Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo  
Aut cæpere, aut captas iam despectare videntur.  
Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,  
Et cœtu cinxere polum, cantusq; dedere:  
Haud aliter puppésq; tuæ, pubesq; tuorum,  
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.*

A

## DE L V S C I N I A.

 Eluti post Orpheo, ex antiquorū traditione, meritò succedit Homerus, ita post cygnū Luscinia locum tenet, quando, vt paulo antè diccebamus, Cygnus Orphei, Luscinia Homeri simulachrum est.

M V S I C A.

**N**on immeritò autem Musicam, atq; omnibus eām numeris absolutam, per alitis huius hieroglyphicum significari tradiderūt, siue multiplicem vocis variétatem, siue delectabilem suauitatem, siue pertinacem in ea cōtinuationem admirēmur, vt vna deniq; perfecta Musicæ scientia sonum moduletur, quem nunc continuo spiritu in longū trahat, nunc inflexo variet, nunc conciso distinguat, intorto copulet, promittat, reuocet, & ex inopinato infuscat. Quid cūm secum ipsa murmurat, quām plena, quām grauis, quām acuta, quām crebra, quām extēta modulatio? atq; vbi visum ēst, vt sonus ipse vibrans, vt summius, vt medius, vt imus exauditur? omniaq; tam paruulis in fauibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit, quibus Musicæ leporibus enarrandis cum Luscinia Plinius ipse contendere videtur. Vt iam Luscinias taceamus Græco & Latino sermone dociles Druso & Britānico Claudij filijs suisse. Huic autem aui tam genuina, tam voluptaria est modulatio, vt si Aristoteli credendū est, obseruatū sit eam pullos erudire, quod si procul à matribus alantur, non ita suauiter, neq; ita peritè canant, id quod tamen nō mercedis neq; gloriæ spe faciunt, quæ duo mortalibus ad augendam industriam calcaria potissimum adhibētur, sed vnius delectationis gratia qua sese oblectat. Quod si qua vñquā auis fuit, ex cuius cantilenis homines Musicam excogitauerint, vt Chamæleon Ponticus arbitratur, nimirū Luscinia est, quam habuisse magistrā neminem pudere debeat, dummodo vim in hac re alitis non ignauiter assēquatur.

## G E R M I N A T I O :

**G**erminationis tempus nonnulli pér Lusciniam indicant, propterea quod gavis ea cūm primū sylua frondibus incipit opacare, diebus ac noctibus quindecim assiduè canat, lætitiam testata, quam ex verni temporis aduētu persentit, ab eo verò tempore canit quidem, sed non assiduè.

C

## L V C V B R A T I O N E S .

**Q**uare factū, vt qui eam vernis mensibus per totā ferè noctem dulci eo modulamine delectari obseruarunt, vigilantiā ex eius hieroglyphico, nocturnāq; lucubrationes significari dixerint. Nam nisi literarū studijs summa inesset delectatio, mirificusq; cōcentus, pro vniuscuiuscq; ingenij captu, haud facile repérias qui laboriosis vigilij temerè velit insenescere, atq; assidua mentis agitatione consumi. Cui quidem sententię fauet, quod Hesiodus ea similitudine quā de Luscinia ab accipitre in altum rapta, miserabiliterq; cōquerente, posuit. Per Lusciniam, vt interpretes addunt, Poëtam causa modulationis intelligit, semet ipsum scilicet, qui fuerat à iudicibus vexatus: per accipitrem verò iudices, ob rapacitatem, qui Persæ fratris largitionibus corrupti iniq; iudicauerant.

## D E P S I T T A C O .

 Sittacum apud Ægyptios, de quibus aliquid habuerim, nō inueni: sed autores, nationesq; reliquæ, auem in humani sermonis imitatione omnium maximè admirabilem, indistam minimè reliquère.

D iiiij

# Pierii Val. Psittacus.

ELOQVENTIA.

D

Per eius enim effigiem eloquētem hominem, qualem se negat Tullius reperisse, significabant, cūm nullum ex animalibus rationis expertibus articulatis humanas explicet voces: id quod ideo præstat, quod linguam habeat latiorem carnosioremq; & humanæ propémodum similem: nam quæ angustum habent, literas proferre non possunt. Atq; hanc verisimile est inter eas, quas Psaphon Libycus enutriuit & instituit, principatū obtinuisse: ille cñim cūm alio, quin vir esset perditissimus, & omni scelerum obſcenitate contaminatus, viam excogitauit, quā nō modò se purgaret infamia, sed diuinos etiam honores post mortem assequeretur. Aues enim magno numero in seductū penetrale clausit, quas cicuratas, nemine consciente, docuit canere, μῆλας θεός Τάφων, magnus deus Psaphon: mandauitq; moriens, ut penetrale illud nulla interposita mora disiectis fenestrīs pateficeret, atq; ita prouolantibus per urbem totam, totumq; agrum aubus, & magnus deus Psaphon, vbiq; Græcè concinentibus, factum vt sit credi, Eius deus, & templo sacraq; illi fuerint instituta.



## D E P I C A.



St & Picæ docilitas ad humana verba, sed quoniā nō ita liquidè nec concinnè loquitur vt psittacus, et quadam omnino raucitate sermonem obfuscatur, præfractoq; sono syllabas enunciat, estq; memoria minime tenaci, vt nisi quæ didicit frequentius replicari audierit, facile obliuiscatur, ideo non meruit, vt Psittacus, eloquentiæ titulum sibi vendicare.

## G A R R V L I T A S.

Sed pro garrulæ potius loquacitatis hieroglyphico posita est, quod & in ruidis plebeculæ ore quotidie versatur, garrulos Picæ cognomento vocitatis: ea enim & loquacitate plurima, & assidua vocum mutatione insignis est, ut potest quæ diebus ferè singulis diuersam emittit vocem. Cuius quidem garrulitatis ergo Baccho dedicatur, vt Plutarchus affirmat: dicacitate enim plurimum ebrij valent, & arcanum demens detegit ebrietas, atq; vt apud Horatium est,

F

*Fæcundi calices quem non fecere disertum?*

Sedenim super hoc plurima apud Platonem in Legibus, vbi nullum tormentū, ad veritatem eliciendam, vino efficacius adhiberi posse differit. Mira sunt quæ de Pica Plutarchus refert, quæ alioquin loquacissima, auditis Romæ buccinatoribus obstupefacta siluerit euestigio, tantoq; ita silentio dies aliquot meditata, repente quasi expergefacta omnem cum buccinarū sonum, harmoniā & numeros summa omnium admiratione reddiderit. In portentis quoq; Pica sermonis significationem habet, vt ea quæ Ezelino in Feltrinos mouenti facta obuiā, & in eius humeros delapsa, indicium fuit, populum cui plurimum in loquendo studium, ad eius autoritatem se nullo negotio collaturum: pauloq; post, antequam mœnibus appropinquaret, affuerunt ab ea vrbe legati, qui se duci dedarent, pacataq; ad eius arbitrium omnia nunciarent. Nonnulli verò scribunt huiusmodi Picam militari signo insedisse, quam manu captam, & in augurij omen acceptam, Tyrannus ipse expeditionibus omnibus serio circuntulerit.

## S I M V L A T I O.

Est & mendacij siue simulationis hieroglyphicū Pica, utpote quæ anterio-

re

A re parte candida sit, posteriore autem nigriset, amicum scilicet purum atq; syn-  
cerum affatu primo simulet, mox vel decipiatur, vel eludatur. De his Pythagoræ di-  
ctum aiunt, τὸν μελανόντων μὴ γένους, minimè gustandum ex ihs, quibus est nigra cau-  
da; non admittendos in amicitiam homines simulatores & dissimulatores hy-  
pocritas. Quod verò facit ad mendacium, Tryphon Grammaticus ait, οὐδὲ  
αὶ τοῖς ἔχοντις μελάνται, mendacium quippe in extrema parte nigrescere.

## D E L A R O.

 T quoniam à Musicis elegantibusq; volucribus in clamosas incidimus  
& importunas, Larum quoq; nescio quid obstrepen tem audiamus.

## EX P E C T A T I O N E M F R V S T R A T V S.

H Ominem, de quo magna aliqua fuerit expectatio, quam tamen ignauiter  
sit frustratus, ostendere si vellent, Larum figurabant; illa siquidem clamore  
arguto admodum cùm parturit vociferatur, partusq; edit plenosos utiq; ac ap-  
B primè pennatos, cæterūm carne admodum exigua. Sunt qui hāc auem eandem  
cum Ceppo esse putent, proverbio decepti quod circumfertur, λαφθηται παπαθηται.  
Sed enim diuersam esse Larum alitem à ceppo, inde mihi suspicio est, quod La-  
ro longè aliud est ingenium quām ceppo sit: cephus enim ad cibum tenuia  
quæq; sectatur, vt etiam marina sit spuma contentus: Larus verò inter voracissi-  
mas numeratur, omniuorumq; animal esse fertur, vnde sit à veteribus Herculii  
dicatus, quem helluonem maximum fuisse prædicant. Necq; temerè Aristophanes,  
Ranis, Cleonem rempub. omnem deuorantem, Laron vocarit. Præterea  
Hesychius Hierosolymitanus, Larum ait esse auem quæ tam in mari quām in  
terra versetur, & utriusq; partis cibo, quem plurimum & vnde cunq; perquisitū  
deuoret, enutriatur: perq; eam piorum mensis Leuitico prohibita, eos à Theo-  
logis accipi, qui circumcisionem simul venerabantur, & baptismū minus asper-  
nabantur, de quo Paulus, ipso diuinorum institutionum primordio, restitit in  
faciem Petro, licet ipse Timotheum, utpote uno ex parentibus Iudeo genitum,  
circuncidisset. Eos demum homines alitis huius hieroglyphico indicari posse

C manifestum, qui vitam suæ libidinis arbitrio degendā instituere, modò Iudæo-  
rum rigorem in diuinis literis aestimantes, modò in ihs tantū quæ ad volupta-  
tem suam faciūt, excusso legis iugo, omnia sibi licentius permittentes, Christia-  
numq; dogma in eo tantū sectantes, quod de summi Dei clemētia, plus quām  
audere debeant, sibi pollicentur, mox perfractis utriusq; agonis carceribus, effu-  
sissimo cursu in Mahumetiam, aut si quid hoc perditius, libertatem, & vitiorum  
omnium campum effunduntur. Quod verò ad Lari vocabulum pertinet, cùm  
adolescens adhuc essem, Luciani opusculum De ihs qui mercede conducti alie-  
na quadra degunt, vt ea ferebat etas, Latinum feci. In eo locus est, ὁδὸς Χριστοῦ περὶ τοῦ ἀγροῦ  
ἐπίλειψης, καὶ θάπτης ὁ λαφθηται ὁλεων περιχωρῶν οὐδὲ λιαρης. Illud, καὶ θάπτης ὁ λαφθηται, veluti gauia fece-  
ram, secutus Gazam, qui Laron gauiam reddit ex Eucherio, qui ubi de Laro  
mentio est in Pentatecho, eam gauiam esse dicit. Et ita reliqui, vulgatis Lucia-  
ni codicibus in quibus λαφθηται habetur, decepti, modò gauiam, modò mergum  
traduxere. Ita & ego, cùm alia non extaret lectio, quam præ manibus habebam,  
profirebar: sed postea quām Romæ in vetustum Palatinæ bibliothecæ codicem  
incidi, reperi loco hoc, καὶ θάπτης λαφθηται, lectione longè castiore scriptum esse. Piscis  
hic est edacissimus, quem lupum Latini vocant. De pisce autem & hamī esca eo

# Pierii Val. Cephus, Gryphs.

Luciani loco agitur, non de alitibus. Sed vt ad Larum nostrū reuertamur, ver. D  
sus Homeri est, οὐδὲ τὸν ὄδυσσεας,

Σθνατὸν ἔπειταν ὡδίον κύριον λάρῳ φέρειν θεοντας.

vbi Mercurij ornatus omnis scribitur: quem locū Maro Aeneid. quarto totum  
sibi desumpsit. Vbi verò de mutatione in hanc alitem agendū est, ita eloquitur:

Hinc toto præceps se corpore in vndas

Misit, cui similis quæ circum littora, circum

Piscoſos scopulos humilis volat, æquora iuxta.

Hic Seruius: Incongruum, inquit, heroo credidit carmini, si mergum diceret, vt  
alibi ciconiam per periphrasin posuit:

Candida venit avis longis inuisa colubris.

## D E C E P P H O.



Ed quoniam & Cephus ipse suam habet significationem, quem is in  
hieroglyphicis locum teneat, videamus.

F A T V V S.

E

Cephus vbiq; hieroglyphicū est fatuitatis & stuporis, quo animal id egre-  
giè laborat. Ferunt siquidē eum spuma marina vicitare, cuius rei nō ignari  
piscatores, spumas è littore collectas eminus proiecent, ita volucres ad escam  
allectantes, mox cominus, inde etiam manu porrigentes, facillimo eas negotio  
capiunt. Theodorus hanc Fulicam interpretari videtur, ea, vt arbitror, ratione  
adductus, quòd Arati carmina quædam Virgilius ad verbum ferè Georgicis  
expresserit, atq; vbi ille κέπφον, hic fulicam posuerit. Arati carmina ita habent:

Καί ποτε καὶ πόφοι, δέ ποτε θύμοι ποτέωνται,

Ἄντικα μελλόντην αἰέμενην ἐλακτά φέρονται.

τολμακοὶ δέ ἀγριελές τε νησοῖς, οἵ εἰν ἀλιθίναις

αἴθρια χρυσῶν πνέασωνται προρύχονται.

Virgilius ita reddidit:

Cum medio celeres volitant ex æquore mergi,

Clamoremque ferunt ad littora, cumque marine

In sicco ludunt fulice.

Quòd verò vnā iungātur λαφθέα κέπφον in adagījs, geminatum esse opprobrium F  
dixerim, vt lapis caudex apud Terentium, & quod ad mergum & fulicam no-  
stros facit, scortatores nebulones, & alia huiusmodi apud Horatium.

## D E G R Y P H E.



Xigere videtur rerum series, vt qui ab olore Phœbea alite exorsi fu-  
mus, Gryphes identidem Apollineos subiungamus, tametsi quid hi  
sibi vellēt, nunquā compererim apud Agyptiorū hieroglyphicorū  
interpretes. Agyptiū tamen esse cōmentum Bembæa ostendit tabu-  
la, in qua Gryphes multis varijsq; formis cælati, & ea etiam quam fabulantur ef-  
figie conspiciuntur, passimq; in terra Græcia, & Italia vniuersa, quaç Romanū  
olim imperium extendebatur, in mysticæ huius philosophiæ vsum figurati.

A P O L L O.

H I siquidem auritū animalis genus, qui capita habent aquilæ, cætera leonis,  
vt pleriq; tradidere, & vt in ahenea Bembi mensa cernitur, cum alis ingen-  
tis admodum magnitudinis, Apollinem indicabant, veteresq; eos Apollineo  
currui succedere finixerunt, Grypheneumq; Phœbum hac de causa vocitatum à  
nonnul-

A nonnullis manifestum est, quod ita tangit Claudianus:

*At si Phœbus adest, & frænis Grypha iugalem  
Riphæo tripodas repetens detorsit ab axe.*

Et in Gallieni numis Gryphes cūsos inspicias, cūm inscriptione, A P O L L I N I C O N S. A V G. Duo verò animalia in suo quæcū genere reliquis imperantia complectuntur, veluti Sol reliquis in cœlo micantibus ignibus impēritare, & luminis sui magnitudine vberatatemq; reliquos omnes alere & illustrare videatur: méritò itaq; sacrī profanisq; rebus omnibus, aris, sepulchrīs, vrnīs, tēplīs, publicis priuatisq; ædibus custodes passim adhibiti. Sunt tamen qui Gryphis figuram non, vt vulgò creditur, leonina in inferioribus specie esse dicant, sed equis haud absimilem, verū quæ capita cum incuruis rostris aquilarū more, sed ea aurita habeant: ita enim ab Aristæo Proconesio memoriæ super his proditum tradit Pausanias.

## N A S O N E S.

**B** INuenies aliquando Nasones, id enim nomen à nasi magnitudine est, Gryphos nuncupatos, quo quidem cognomento Syriæ Rex Grypus Cleopatré filius appellatus est: fuit enim is visenda nasi magnitudine præditus. Sed quid ego ulterius de Gryphis commentari pergam, cūm rerum scriptores dubitent, an huius imaginis animal inueniatur? Capite enim nono supra quadragesimum libri decimi Plinius sententiam attestatus suam ait: Pegāsos equino capite volucres, & Gryphas auritos aduncitate rostri, illos in Scythia, hos in Æthiopia, fabulosos rcor. Idem tamē quarto libri X X X I I cap. apud Scythes ait aurū à formicis aut Gryphibus erutum. Sed hoc ait ex vulgatæ historiæ opinione. Nam illud Virgilianū, lungentur iam Gryphes equis, nihil aliud sibi vult, quām euenterum ut ea quæ minimè fieri possunt, protinus fiant: aëria quippe animalia cum terrestribus eidem iugo summittantur, quod natura minimè patitur. Sed, bone Deus, quorsum Hydra multiceps? quorsum triceps Geryon? quorsum tribus compacta feris Chimæra? quorsum Sphinges, & monstra alia? nisi ut partium complexum ostendant, veluti ex verbo & diuersis nominibus oratio constituitur. Quare qui simplicium significationes rectè perceperit, facile ad mixtorum interpretationem accedet, quæ cūm tibi, mi Coloti, cognitissima esse non ignorrem, superuacuum duxi plura super his inculcare.

## D E C O R V O:



Inem eram his nugis facturus, qui mihi videbar plus nimio tibi obstrepuisse, cūmq; coronidem ducere pararem, visus mihi sum crocitantem audire Coruum, quasi se quoq; Phœbeam alitem vēditaret, & in harum consortium admitti se quoq; postularet. Non ineptum iudicaui, qui orsus essem à candidissima, desinerem in nigerrimā, à vocalissima in raucissimam, quod sciebā antipathiam istiusmodi in naturæ rebus considerans suā habere voluptatē. Tu igitur necesse est summittas auriculas, & quicquid crocitauerit, & quicquid contra aliarum auium morem fecerit, boni consulas.

## F I L I O R V M E X H Ä R E D A T O R.

**C**Orui autem figura hieroglyphicū erat hominis qui liberos suos exhæredaret, abdicaret' ve, aut domo quoquo ejaceret modo: aiunt enim eum pullos suos, simulac volādi potestatem assēcuti fuerint, nido expellere, mox & regione

# Pierii Val. Coruus.

tota interdicere, quod vsque adeo sit amans solitudinis. Faciunt hoc & sub aquilæ, quarum progressus usquam difficulter inuenias. Autores nostri, qui rerum naturalium historiam conquirunt, magna ex parte scribunt, Coruum pullos quidem parere, sed eos non alere, modestia scilicet affectum, quod eos, simulac exclusi sunt, pennis candidatis præditos aspiciat; ac perinde vix à se genitos arbitretur. Vt cuncti, pro maximè laborantibus in opia, Psalmographus ait: Et pullis Coruorum inuocantibus eum alimenta subministrat Deus. Cùm enim ita fuerint tanquam adulterini, à parentibus destituti, vel rore cœlitus destillante, vel minatissimis quibusdam animalibus, que nidos eos circumvolant, nutriuntur, in supremæ benignitatis summæ prouidentie diuini numinis argumentum. Eucherius hinc filios fideles doctrina cœlesti imbutos, ex infidelibus tamen parentibus genitos, indicari ex veterum Theologorum traditione commonuit.

## I M B R E S.

**I**Naugurij Coruus, perinde ac cornix, de qua dictum alibi, imbrium significacionem habet. quare Nicander ita de Coruo: κέρας τὸ ὄμερόντα κράζων, vbi ait interpres, ὅπις χειρῶνα δαιλῆσι οἱ κέρατοι τὸ φῦλα κολοιῶν υδατὸς αρχομένοι σίδης πάντι σῆμα ιχείγο. Quæ Virgilius secutus, de pluviæ portentis ait:

*Et è pastu decebens agmine magno  
Coruorum increpuit densis exercitus alis.*

**L**ongè autem diuerso à cornice significato Coruus accipitur, quippe cùm ea, vt suo loco dictum, sit concordia signum, vt plerique poetarum elogia indicio sunt. Corui contraria futura quandoque inter collegas discordiam ostenderunt, aquilam, quæ Augusti tentorio supersederat, duo numero insectantes, à qua & afflitti, & ad terram deiecti sunt, cùm is ad Bononiæ Triumvirorū copias traduxisset, Philippo rerum extitum, qualis inde subsecutus est, præsagierte. Fuerunt & Alexandro Babylonæ iter intendant, infausti ominis signum, Corui sublimi volatu se mutuò incessentes, quorum afflicti quidam, ac penè discepti, in illius conspectu ad terram decidere.


## E M A N S O R.

**E**T quoniam in milites incidimus, est cur apud eos aliquantulum immoremur. Emansorem ex Coruo figurato significari, tam diuinæ quam profanæ literæ docuerunt: quippe eum qui officium suum deserat, veluti miles ignauus, qui ad constitutum diem adesse iussus domi desederit. Secundo Fastorum habemus, Phœbū, cùm Ioui sacrum facere instituisse, Coruum qui aquam de viuo fonte afferret, præmisisse: qui cùm insedisset fico quæ acerbos adhuc fructus habebat, tandiu moratus est, quoad maturi fierent: inde pastus anguem corripit, quæ ad Apollinem defert, eum aduersariū causatus morā iniecisse, ne aquam haurire potuerit: quem Phœbus cùm mēdaciō redarguisset, Coruum inde damnavit, vt quandiu ficus lacteus esset, aquam de nullo fonte biberet. Atqui multis antea seculis



D

DISCORDIA MILITARIS.



F

A seculis Coruus in Diuinis literis contumaciæ huiusmodi nota inustus est: præmissus ille siquidē ab Noë ipsa ex arca, vt pacatæ ne res essent exploraret, circa sordes desinentis diluuij desedit: quod quidē, vt Hierosolymitanus Hesychius philosophatur, signū fuit futuros homines, qui admissi ad sacra, sublimisq; scienciam mysterijs iniciati, animo postmodū inconstāti, qui sub fuscarum pennarum veste delitescebat, præclara incœpta ignauiter frustraturi essent, institutionis probæ sanctæq; cōsortia derelinquētes: vt inter Domini discipulos Iscariotis filius Iudas tā turpiter quām flagitiose defecit à Dño. Sanè Cyprianus ad Nouatianū, Coruum hūc emissum à Noë, neq; reuersum, qd ad cadauerū pastum se cōuerterit, hæreticos indicare ait, qui secedentes ab Ecclesia, ad meliora, ad membra quippe sua redire minimè curāt, sed cum immundo grege perpetuis fôrdib. voluant. Has volueres Abraham frumenta depascentes ab egisse dicitur, vnde nomen meruit Abactoris, nimirum indicaturus futurū, vt is Assertoris liberatorisq; nomen assequeretur, qui prauorū hominū collegia summoueret, qui impios tolleret, qui de sacris literis, quæ animorū pastus sunt, malè sentiētes opprimeret. Ita Samson, vt Hieron. quintis supra vigesimis castris Hebræorū ait, à fratribus suis aues abegit, vulpes quæ vineas exterminabāt in vincula cōpegit, interfectoq; leone illo rugiente, in eius mox cadaueris ore fauum mellis inuenit.

## IGNOMINIOSA REPULSA.

**P**Er hominem Coruus obiectū destinatum' ve, aut quid aliud ita expositū, id hieroglyphico manifesto intelligimus, quod ignominiose repulsum fuerit, è conspectuq; summotū. Et quoniā dæmone malo nihil magis abominabile, nihil coniēptius neq; abiectius, Eucherius monet eum ipsum in diuinis literis per Coruū intelligi, eo apud Solomonē loco: Effodianum Corui de torrēte, atq; hinc prouerbiū apud Græcos Comicos vistatisimū, & κέρκης. Sed eruditè atq; copiose alij de prouerbio. In ijsdē diuinis literis Psa. XXV. legitur apud Græcos, μὴ ἀποκεφαλίσῃ, quod nonnulli ad huiusmodi prouerbiū trahunt, verbumq; ἀποκεφαλίζουαι, Suidæ agnatum dicunt, eo ipso Davidico citato versu: & ignominiosæ repulse mentione facta, Latini simpliciter, ne repellas me, reddidere. Sed enim Euthymius innuit posse id verbi ex metaphora scoriæ desumi: nam scoria spurcitia illa est, in omni metallo, quæ tanquam fæx, nulli vtilis operi, proiecitur: indeq; fieri ἀποκεφαλίζειν, contemnere: & nomen ἀποκεφαλίσως, contemptus.

**S**Vmuntur etiā hieroglyphica de celebris ali-  
cuius viri nomine, veluti à Corace rhetore,  
qui post Hieronis obitū primus Rhetoricā Sy-  
racusis docuit: propter cuius celebritatē Metel-  
lus Diodorū rhetorem, quo magistro usus fue-  
rat, iam defunctū honoratus, Coruū lapideū  
eius sepulchro imposuit, quasi antiquissimo illi  
Coraci simile indicare vellet. Cæterū Cicero  
rem salse detorsit cauillatus in Metellum, recte  
eum fecisse, propterea quod discipulum non di-  
cere, sed volare docuisse, inconstantiam scilicet  
Metelli, qua malè audiebat, eo scommate perstringens.

## RHETOR.



## A P O L L O.

**Q**Uod verò Coruus hieroglyphicū Apollinis haberetur, nōnulli ea de cau-  
sa factū existimant, qua caper Baccho, Sileno asinus datur, & eadē ratione

# Pierii Val. Coruus.

in antipharmacum alijs alia. Inauspicatissimū, aiunt, animal, auspicatissimo oraculorum auctori meruit immolari. Sedenim aliud est, hostia hac vel illa deo cuiquam facere, aliud specie sua deum ipsum explicare: nam hoc modo dicimus animalium figurā esse huius vel illius hieroglyphica, quorum figura posita deus statim suus intelligatur. Igitur alijs dicunt, propterea quod medijs aestiū temporis feruoribus, Solis beneficio fatus, pullos excludat suos, quod præter aliorum animalium naturam Coruo datum, peculiare aliquid sibi cum Sole intercedere significat. Inde legere est apud Petronium:

*Si contra rerum naturæ munera nota,*

*Coruus maturis frugibus ona refert.*

Sedenim cùm Porphyrius dicat libro *De abstinentia carnium, colore nigrum* Soli dedicatū, quod eius calore humana etiam corpora fusciora nigrioraq; redantur, sitq; Coruus inter aues maximè niger, manifesta est causa cur is Apollini sacer habeatur. Porro Brachmang colorem atrum in primis venerantur, propter Solem omnia denigrantem. Iam & Salomon rem egregiè nigram ostensurus Canticorum cantico, Crines, ait, eius vt abietes, nigri sicut Corui. Autem autem eam Apollini prius familiarem fuisse, necq; non insigni candore præditam, Apollinis mox indignatione, quod ad se dilectę Coronidis crimen detulisset, in eam nigritiam demutatum fabularū scriptores Hesiodum secuti meminere. Sed Artemo Pindarum cōmendat, qui, Pythijs, dissimulata quę de Coruo fertur historia, Apollinem ipsum scripserit per se Ischios & Coronidis furtum deprchenisse. Anaximader in Horoscopis libris Apollini sacrum ideo Coruum facit, q; solus inter omnes aues vocum significationes, quas accuratè admodū augures obseruarint, habeat. Addam & illud, nigrorem ita Coruo ingenitum esse, vt ad intinguendū capillum, nihil cius ouo dicatur efficacius: & nisi inter tingendum ore oleū cōtineatur, dentes quoq; ita nigros effici, vt mox vix possint elui.

**C**oruum superius siti damnatū ab Apolline dicebamus, ideoq; hieroglyphicū esse in cōmodi eiusmodi, eaq; de causa Nicandru scripsisse, frequentiores eius alitis crocitus venturae pluiae indiciū esse. Sedenim Corui natura ipsa siticulosi sunt per sexagenos præcipue aestatis dies, quibus ventris profluuo laborant, ut troc; potu abstinent, vt incōmodo illi obuiament, aluumq; sistant. Quare si cōsilium eius animalis pensitemus, sobrietatem conuenientius quam sitim hanc vocabimus.

S I T I S.

F



I M P O S T V R A.

**N**on possum loco hoc dissimulare, quam apte quispiā impostorē p Coruū ore saxū tenentē, & vrnā appositā, significarit. In Libya siquidem siticulosi admodū regione, viri aquā, quā de remotis admodū fontibus aut fluuijs attulerint, in fictilia vase ad hoc cōparata distribuūt, quæ alioquin ventre sunt admodum capaci, ore tantū patet quantū satis est ad gallinaceū ouū recipiendū, eaq; minus

D

A minus obturata, ad captandum nocturni aëris beneficium, per summa domorū tecta disponunt. Corui rem intelligentes, non data alterius aquæ copia cōconuolant, immissoq; in vrnas capitibus humorem sorbillant, qui simulac deficere cōperit, lapillos conquirunt ( quod Plutarchus se vidisse affirmat ) quos affarentes in aquam subinde deijciunt, atq; ita surgente in dies humore, siti consulant suæ. Idem scribit de cane, qui lapillos in amphoram oleariam coniiciebat, donec oleo redundantē lambere arbitrio posset suo. Dicit aliquis, philosophū hinc aut geometram significari potius, quam sycophantam: quia rerum plenitu dinem, mutuamq; corporum inter se repugnantiam atq; cessionem cognoscāt, natura ipsa docente, & coruus & canis, & qui maiora etiam de intellectu suo miracula profitetur; in hoc autem probè norunt necesse futurum, vt in corporum conflictu alterum alteri cedat, eam quippe intelligent rationem, qua coronæ illius facoma deprehenderit Archimedes, quam Hieron Syracusanorum rex faciundam locauerat, de quo latè apud Vitruvium. Ego verò ipsa edoctus re, impostorem potius ostendi ex huiusmodi hieroglyphico dixerim. Fuit siquidem

B) mihi Romæ famulus natione Gallus, patria, vt ipse aicbat, Virdunensis, Rolandus ille, quem probè noueras Coloti facetulum, & morionem non sanè illepidum, & cum primis officijs memorem sui, cuius opera vtebar plurimum in scribendo. Allatus ad me Venetijs fuerat vini Cretici cadus generosi admodū atq; suauissimi: iussi, vti mos est talia non credere famulis, diligentius asseruari, amicis aduenientibus potius quam mihi usui futurum: interdum tamen vnciatim minimum quid hauriebatur: intermonebat subinde famulus, nectar ( sic enim ipse vinum id appellabat ) facile, si parcere ita pergerem, in massam obdurari posse, atq; etiam lapidescere. Putabā ego de firmitate dici, quam vinum in dies veterascens acquirebat, atq; Bene sanè, respondebā. Quid autem: venit æstas, visumq; est cadum, ne conciperet æstum, loco dimouere: cumq; in cominodorem cuppam transferre vellem, vix duobus inde sextarijs effusis, nihil amplius effluebat, ipso tamen pondere permanente. Quid sit miror, operculum supernè tollo, introspicio, rem immisso intò digito peruestigo: atq; ecce ibi vim glareæ ingentem quanta nux iuglandis est magnitudine, ad summum usq; cadum ag-

C gestam, quam non in cuppam, sed in vimineam corbem transfundere necesse fuit. Ita astutulus ille veterator quotidie aliquid subducebat, & ne tubulus, qui paulò infra cadi medium immisus erat, aliquando rem proderet, ad exhausti vini modum lapillos eos, amoto supernè operculo, qua liquor infundi solet, immitebat, oppletoq; ita calculis cado, vt nullum amplius infarcire posset, satis iam colluctatus, non expectato vt res propalam fieret, domo emigrauerat. Atq; hæc certò mihi videtur, quæ verissimè dici possit impostura, tot per tris continuos menses lapillis subducti liquoris loco fraudulenter impositis. Sed agnoscio, mi Coloti, Parioniam loquacitatem, quam tamē ita auribus tuis familiarem scio, vt post tot auium clangores eam imitari non erubuerim, tua quippe fretus benevolentia, que dictiōnem meam longius protraxit, quam tuæ postularent occupationes: itaq; omnia boni consules, & vt tuus est mos, næuo etiam in amici articulo delectaberis.

# Pierii Val. Pauo.

PIERIVS VALERIANVS BELLVNENSIS D  
AD NICOLAVM CORDATVM NEPOTEM IVRISCONS.  
DE IIS QVAE PER PAVONEM, GALLVM, GALLINAM QVE,  
Gallinaginem, anserem, perdicem & coturnicem significan-  
tur ex sacris Aegyptiorum literis.

**D**Erquireti mihi, cui magis cogitationes meas, quas de Pauone, Gallo, Gallinaq, Gallinagine, Anserem non nostri generis Perdice & Coturnice ex sacris Aegyptiorum literis in hasce nostras missem, dono darem, Cordatissime Nepos, ex meis te potissimum delegi, cui haec familiariora gustu ex clientu nostratiu, & praecepue externorum muneribus, qui his vel quotidie aedes tuas frequentiat, & veluti superpondia ad te deferunt pro tuis responsis in personarum & fortunaru suarum tutela, ut grauioribus illis veræ (ni fallor) philosophiae studijs delassatus, te ad haru lectione quandoq transferas, moxq tibi & amicis tuis laudiores mensas pares, exhibeas, qui his opime saturati, ex earu indicis seu significationibus te referente secunda veluti cœna animu pariter pascant & oblectent, conferantq quantum haec his salsamentis sapidiores epulae, & quotiens ad huiusmodi discubuent, & palato & animo simul faciat satis: quas etiā Petruo nostro propinabis, quem iam vide re videor discubentem, & supra etatem maiora satis audentem, cui Di tutelam fortunent. Reliquum est, ut & tu de tuarum reliquijs mihi cōmunices: si minus ( quando plures non flagitem quam præstare posis ) præscriptis verbis tecum experiar. Vale.

## I V N O.

**V**NONI Pauo præcipue dedicatus erat, deamq ipsam nonnulli solo Pauonis hieroglyphico intelligebant. In Iuliæ Piæ Felicis numo signum lunonis est cum hasta, & patera Pauone iuxta apposito, cum inscriptione, I V N O N E M, casu quarto, quod lecturarum est. In Faustinæ verò numeris idolum identidem est cum lancea & patera, à cuius pedibus Pauo inscriptio est, I V N O N I L V C I NÆ. Lunonis autem auem esse hanc, eiusq currui succedere nonnulli ideo cōsingunt, quod Luna dubio procul opulentiam significat: ea verò cùm exponitur spectanda, omnium in se oculos contrahit. Verū ideo Pauones lunoni consecratos putat Athenæus, quod huiusmodi aues in Samo insula prius repertæ fuerint, indeq ad gētes alias delatae: sacra enim apud veteres fuit lunoni Samos, & in Samiorum pecunia impressus Pauo, vt idem Athenæus autor est. Spectabatur & Mycenis Pauo pulchritudinis admirandæ, in æde lunonis, quam Hadrianus dedicauerat.



F

## D I V I T I A R V M T V R P I T V D O.

**C**Æterum pleruncq diuitiarum finis in turpitudine consistit, talesq sunt Pauonis pedes: quare Theophrastus super hoc sapienter dixit, τὸν δὲ πόλεμον ἀπογεννῶν, cùm admonere vell et, in speciosa rerum ostentatione etiam alia circumspiciēda perscrutandaq esse, quasi multa turpia & foeda visu dictuq, sub tam formosa specie delitescant, quod Theophrasti dictum ita Horatius expressit:

Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota  
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.

Huius-

A Huiusmodi sunt apud Lucianum tragediarum libri,occo,purpura,auro,argento've foris amplificè decorati,intò verò simulac inspexeris,nihil lætabile,nihil deliosum deprehendas,sed adulteria infanda,incestus,sacrilegia,turpissimas cædes,& omne scelerum & impietatis genus:*εὐωχὴν* enim,vt antiquus Phocylides ait,*οὐλός τλέτης, οὐ διέγειται*:Diuitiæ elatū faciunt,scelera impia adaugent.Argumentum autem huiusmodi *ιπολανθρώπος* exprimere qui voluerit,aptè Pauonem cauda passa,vno'q; elato pede ostentato'q; figurabit.

## D I V I T I A E V I C I S S I T V D I N A R I A E.

**A**St hominem qui modò diuitijs afflueret,modò rerum inopia p̄emiceretur,varioc; euentu fortunæ volubilitatem iacturis & donis experiretur,significare qui vellent,pro hieroglyphico Pauonis tantum caudam facere consueuerunt:caudam is siquidem singulis annis cum primis arborum frondibus amittit,cum'q; earundem germine recipit. Ab elaboratarum autem diuitiarū similitudine factum crediderim,vt Homerū Platonici dixerint in Pauonem abiisse,qui tantam rerum varietatem poëticis coloribus ornatam explicuerit.

B

## N O X.

**N**Octem verò significantes,Pauonem surrecta in orbem cauda figurabant.Nam cùm Pauonem Argum interpretarentur,tot luminibus insignitum,neq; aliud quidpiā per Argū quāc nocturno tempore,si detur dicere,ocu latissimum intelligerent,atq; illi nomen à splendore atq; velocitate inditū profiterentur,vtrunc; enim *ἀργός* significat,neq; alio tempore micantissimi stellarū radj coruscarēt splendescerētq; quāc nocturno,datus est fictioni locus,vt per oculatā eius alitis caudā nox ipsa sensu mystico hieroglyphico'q; significaretur.

## D I E S.

**Q**Vòd si diem innuere voluissent,candem ipsam volucrem demissa cauda pinxissent,quasi tunc nox stellas oculere videatur,cùm dics ipse cœperit aduentare,tam'q; diu latitent stellæ,quandiu Sol supra terram est.

## G L O R I O S V S.

**V**Erūm eadem species quæ noctem significabat,hominem etiam gloriæ plenum eximebat.Pauo enim preciosam eam caudæ supellectilem tum plurimū ostentat,cùm plurimos ad se spectandum aduenisse conspexerit:quod si nullum admirari,adesse' ve cognouerit,eam recondit veluti indignatus.Hinc Ouidius,Laudata Pauone superbior,de valde sibi placente dixit.*Quoniā verò fœminarū est proprium, qualibet in re sibi applausum querere, gloriosasq; esse, inter Pauonem & fœminam mirus quidam naturæ consensus est: ut minimè mirum sit virginem in Leucadia vsquadeò adamatam à Pauone, quem ipsaalueat, vt ea defuncta ipsa etiam commori voluerit.*

## P R O D I G V S.

**N**On ineptè autem nōnulli,perditō luxu prodigos,Pauonis imagine describunt,in quibus quidem cauda miræ conspicitur pulchritudinis: verūm eanecq; ad volatum,neq; ad motum utilis,cùm plerisq; alijs omnibus volatilibus cauda vel ad volatum dirigidum loco temonis cuiusdam attributa sit,aut etiā vt motum iuuet,vicemq; remorū subministret,Pauoni verò ea tam ampla,tam sui prodiga,ad solam colorum ostentationem data.

## C O N C O R D I A.

**I**N numero DOMITIAE AVGUSTÆ IMP. DOMIT. altera facie Pauonis effigies cū inscriptione, CONCORDIA AVGUST. Hæc ea Domitia est,

E iii

# Pierii Val. Pauo.

quam Domitianus Augustam salutauit, posteaquā ex ea filium suscepereat, mox D  
eā repudiauit, repudiata ob instabilitatem ingenij ccepit iterum deperire, ite-  
rumq; eam duxit, quasi populi precibus coactus. atq; huc spectare crediderim  
Concordiae, quæ scilicet maximè omniū in connubīs expetitur, inscriptionem.  
Pronuba enim Iuno, cuius Pauo, vel ex Pauone imperium, cui fuerat restituta:  
sive quod cum se Domitianus Iouem appellari pateretur, vxorem etiam Iuno-  
nis honore voluerit decorari.

**S**Edenim in Faustinæ numo, quem argenteum vi-  
di, Pauo habetur cum inscriptione, C O N S E-  
C R A T I O. In numo etiam eius inscriptio hec, D I-  
V A P A V L I N A, caput grandioris natu mulieris ab  
occipitio vclatæ, à tergo Pauo, qui eandem effigiem  
insidentem dorso inter alas sustollit, eadem que in su-  
periori est inscriptio, quippe C O N S E C R A T I O.  
obseruatū enim est in foeminarum cōsecrationibus,  
Pauonem, auem quippe Iunoniam, è fastigio emitti,  
prout in mariū apothecosī aquila Iouis ales emitte-  
batur: quamuis in Diuæ Sabinæ Augustæ numo  
aquila non Pauo sit. Videmus etiamnum Faustinæ Piæ numum, in quo aquila  
ima gunculā cum radio gestat, cuius inscriptio est eadem, C O N S E C R A T I O.  
Sed minimè mirum Faustinæ aquilam ritu virorum datam, quæ viro ipsa dede-  
rit imperium, quod etiā iure suo plerisq; in rebus administrabat, non sine Mar-  
ci Antonini coniugis viri vnde cunque probatissimi nota, cui cum amici suade-  
rent, principis sui ignominia offensi, repudiandam esse Faustinam, si nollet eam  
occidere, que ut fama erat Cōmodum ex adulterio cōcepisset, & apud Caietam  
conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisset: Atqui, respondit ille, fieri  
hoc minimè potest, nisi dotem etiam reddiderimus: dos autem erat Imperium,  
quod ille à socero, volente Hadriano, adoptatus acceperat. In numo tamen cu-  
ius inscriptio est, D I V A M A X I M I N A, cum muliebri capite, quod Lunæ in-  
sidet cornibus sursum versis, ab altera facie solus Pauo est, cauda in rotā passa:  
inscriptio, C O N S E C R A T I O. Horum numorum vis magna, dum hec scribe-  
bam, cruta est in agro Bellunensi, vico Plautorio, cum ingenti Gallienorum co-  
pia. Ad huius similitudinem factus & numus ille quem Rome apud Colotium,  
alterumq; apud Georgium Anselmum Parmæ vidi, in quo scilicet Pauo est cau-  
da in rotam effusa, à cuius pedibus hinc inde S. C. notæ singulæ conspiciuntur:  
circum circa, C O N S E C R A T I O. ab altera facie muliebre caput occipitio ve-  
lato: literæ, D I V A M A R I N I A N A. Inferiorum ea Augustorū aut mater, aut  
coniux, quod ex operis ruditate coniçimus: nam quo tempore, non reperi.

F O E M I N A R V M C O N-  
secratio.



E



Alliæ significata, que Pauoni subtexere visum est, in hūc modū habēt.

T R I B A S.

**M**Ulierem tribadem, vel quæ maris officium aggredi nō erubescat,  
vel etiā quæ viro dominari affectet, per Gallinā que crīstam erexerit, caudamq;  
sustulerit, cuiq; etiā parua quædam calcaria promineant, intelligi veteres tradi-  
derunt: ea siquidē vbi marē, quod nōnullæ faciūt, pugnādo vicerit, cucurire in-  
cipit, & exemplo mariū tentat coitu supercruenire, Gallinasq; reliquas perinde ac-

si

**A** si rem peragere possit, solicitat, & saliendo defatigat, crista caudamque erigit, atque ea incedit specie, ut non facile inde sit, vtrum mas an foemina sit, internoscere.

## DIVINARVM FLAGELLATOR.

**V**erò qui opulentissimas diuitias prodegerit, & vt apud Horatiū est, res maternas atque paternas fortiter absumperit, significare qui volūt, Gallinam aureos numos depascentem pingunt: de qua miraculum id proditur, vt si auro liquefienti Gallinarū membra misceantur, illud in carnes eas consumi deprehendatur: atque ita fit vt Gallina sit auri venenū. Tradit hoc Aristoteles, atque eum secutus Plinius. Coniectores tamen autumant eum, qui per somnum Gallinarum gregem ad se venientem, & domū ingredientem inspexerit, & diuitijs & honoribus auctum iri. quinetiam addunt, si Gallinæ ita per quietem visæ, pullæ admodum apparuerint, lucelli identidem tenuitatem præfigiri.

**Q**ui fabulas deletabili philosophādi genere cōmenti sunt, Sirenas confinxere, quæ blanditijs amatorijs & voluptuosa nequitia homines ad se traherent, illecebrisque irretirēt, apud quas mollitudinis omnifariæ luto inhæsitanter fœdè computrescerent. Harū pedes Gallinaceos fuisse tradūt, intellectu à superiore non dissimili. Scribūt enim huiusmodi fabularū interpres, significari ex hoc hominem libidinibus deditū, fortunas suas perseveranti studio dispergere, inutiliterque prodigere, cuiusmodi esse Gallinarum morem, cum pleno aceruo pascūtur, aspicimus.

## PERDITIO KERVVM.



## FOECUNDITAS.

**S**vnt qui ratione habita quotidiani foetus, & geminorum aliquādo pullorū, qui ouo ex vnico excluduntur: ouorū etiam, quæ nonnullæ gemina singulis diebus edunt, cuius generis Gallinas Patauij vidimus, tertio etiam nonnunquam addito, verū eo abortiuo, sola quippe cartilagine cōspicuo, fœcunditatem per Gallinā & ouum significari velint. Sanè de Gallinarū fœcunditate Albertus multa. Illud mihi satis fuerit adnotasse, quod apud Macedones Gallinā repartam aiunt, quæ oua duodecimgenti semel ediderit, & in cubitu binos pullos ex ouis singulis excluderit. Sed à mirifica omnino alitis fœcunditate factū, vt Theologi veteres Gallinā pro piorum cōuentu ponī tradiderint, ideoque dictum in Euangelio ait Hesychius: Sicut Gallina congregat pullos suos sub alis.

## SALVBRITAS.

**Q**uæ verò Gallina apud veteres Aesculapio est immolari solita, salubritatis indicium erat, ppterque quod id sacrificij genus ideo ferūt institutū, quod earū caro leuissime sit digestionis, ac perinde languentib. cōmoda. Huius rei locupletissimum testimonium apud Angelū Colotū deprehēdimus: magnā quippe pedū Gallinaceorū copiā proximis dieb. defossā iuxta cippū, in quo Romę Aesculapij statua erecta erat, loco qui hodie Viuariū appellat: quis enim tanto numero pedes eiusmodi eō concessisset, nisi sacrificiorū reliquias ibidē relinquere mos fuisset?

## SECVRITAS.

**A**tqui veluti per lauri surculum in ore columbae, & per platani folium in ciconiae nido securitatem significari prodidimus, cur non etiam per Gallinā, ad alam cuius rutæ ramusculus applicitus sit, securitatē eodem modo pingi, hic roglificūque sapere fateamur? Siquidē Africanus in ijs, quæ de re agraria Con-

# Pierii Val. Gallus.

stantinus Cæsar colligi mandauit, ait Gallinas à fele tutas fore, si rutæ sylvestris D  
ramusculus sub eius alam applicetur. Quin Democritus etiam tradit, eo præsi-  
dio munitas, neq; à vulpibus, neq; ab infesto quopiam alio animali contingi.

## D E G A L L O.



Allinacei Galli significata quædā dissimulare nostræ fuerit verecun-  
diæ, vt pote quæ vix saluo verborū pudore scribi queant. Id tantū di-  
camus, Gallū alitem, eiusdem nominis gentem interpretari. Scimus  
Gallinaceū aliquando gentem ipsam Gallicam prodigio Vitellij de-  
monstrasse, cui Viennæ pro tribunal iura reddenti, Gallinaceus supra humerū  
ac deinde capiti superastitit, quod ipsum venturū in alicuius Gallicani hominis  
potestatem portendit, vt Tranquillus etiam interpretatur. Is mox ab Antonio,  
primo aduersariarū partium duce, oppressus est, cui Tolosæ nato cognomen in  
pueritia Beccho fuit; ea vero voce Gallinacei rostrū & olim appellabat, & nunc  
vniuscuiuscq; alitis nuncupant: quam locutionem à Scythis omnium antiquissi-  
mis emanasse alibi diximus, quod illi cibum Bech dicunt vocabulo genuino. Et E  
orto Galliarum aduersus Neronem tumultu, Romæ passim columnis adscri-  
ptum est, GALLI TE CANTANDO EXCITAR VNT, aptè scilicet ad  
eiusdem nominis gentem nuncupatione deflexa.

**Q** Vantum verò ad alitis petulantia pertinet, cre-  
diderim ego pullum illum Gallinaceū, qui ex-  
clusus est in manu Liuiæ, Tiberium adhuc in vtero  
gestantis, cum ipsa exploratura, an esset marem pa-  
ritura, ouū incubanti gallinæ subduxisset, idq; nunc  
sua, nunc ministrarū manu adeò usq; fouisset, ut pul-  
lus excluderetur, nō tantum sexum in Tiberio por-  
tendisse, quam salacitatem et procacitatem eam, qua  
ille mox famosissimus fuit.

## P V R I T A S A N I M I.

T I. I M P. N E Q V I T I A.



**S** Ed quanto sanctius fuerit hieroglyphica illa referre, per quæ animi diuinita-  
tem ex Galli simulachro apud veteres intelligi solitam comprobemus: Py-  
thagoræ præceptum est, Gallum nutrire: quod nihil aliud sibi vult, nisi vt diu-  
nam animi nostri partem, diuinarū rerum cognitione, quasi cibo solidō, & cœ-  
lesti prop̄modum ambrosia pascamus. Quare Socrates moriens cum animi  
sui diuinitatem, maioris mundi diuinitati speraret se copulaturū, Gallum Æscu-  
lapio, id est, animorum Medico, iam extra omne morbi discrimen positus, de-  
bere se dixit: cum enim de corpore migrandum intelligeret, conualuisse prorsus  
arbitrabatur. Ut verò interpretatur alij, ea de causa dictum hoc à Socrate, quod  
letali eo sumpto pharmaco, sanitatis beneficium iam sentiret, cum exiret à cor-  
pore, à quo omnes animi morbi scatere pullulareq; sentiuntur. Lactantius Fir-  
mianus Septimius Florens Apologeticus, neq; non illi omnes qui cum Aristote-  
le Platonis verba, non sensa, cauillis incessunt, hoc dissimularunt, in quo sum-  
mæ sapientiæ veritas delitescebat. Sed vt animi Medicum cum his dissimule-  
mus, non desunt Platonis interpretes, qui Galli huiusmodi sacrificium eō  
trahunt, vt animas in ccelum migrantibus Phœbo pæana  
canere comminiscantur.

A P O L.

## A P O L L O.

**A**Inter ea quæ Apollini dicata sunt, quippe arietem, crocodilum, scarabeum, ac cipitrem, leonem, Gallus etiam à Chæremone Stoico & à Porphyrio recensetur. Institutum autem est Gallis, inquit Proclus, numen Apollinis aduocare, & veluti proprijs canticis assurgēti applaudere; & vt lib. de Diuinatione ait Cicero, animal hoc admodum canorum est sponte sua, nos verò sacrī hymnis canimus gallicinio Luciferum venturæ lucis prænunciū excitari, obductum caligine cœlum aperiri, dari copiam vt patefacta iam via, errores ambagesq; omnes decline mus, canente Gallo valetudinarijs aliquam salutis, aut saltem alleuationis spem affulgere, meticulosos trepidatione liberari, & multa quæ per insidias parabantur dissipari: quæ omnia aduenientis lucis beneficia sunt. Neq; verò Soli tantū, verùm etiam Lunæ dicatum cum esse Pythagoras aiebat. Pausanias vbi statuas eorum qui cum Hectore singulari certamine congregati, cōiectis in vrnam fortibus, minimè recusassent, ab eo prouocati, ab Achius in Olympia dicatas ait. Idomenei clypeum Gallo gallinaceo insignitū fuisse tradit, propterea quod is à Minnoë & Pasiphaë duceret originē, quæ Solis filia fuerit, cui Gallum dedicari constat, quia ortum eius præsentiat, & cantu indicet mortalibus.

**Q**Via verò Gallus à prima mediæ noctis inclinazione explaudentibus, vt Lucretius ait, alis

*Auroram clara consuetus voce vocare,*  
matutino crepusculo, matutinis astris Deum itidem laudantibus quotidie cōmodulatur, excubiarum & vigiliarum signum apud antiquos fuit, eaq; de causa Mercurio dicatus ferebatur. Ac vt nostra quoque attingamus, eo multò ante lucem canente aberrans resipiscit Petrus, & vt Ambrosius ait, ex parte facti culpam incessit sui, amaroq; fletu crimen rebellionis expurgat, ne mirum adeò sit quod datam aliti huic intelligentiam apud lobem legimus.

EXCVBIAE.



## PROPHETÆ DOCTORES'VE.

**C**Vnt qui super hoc lobis dicto intelliġi vclint Prophetas, & sacrae disciplinæ doctores hieroglyphicè per Gallū accipi, propterea quod illi inter vitæ presentis tenebras venturā lucem quasi cantando prænunciarunt: vnde illud in eorum ore frequentius, Nox præcessit, dies autem appropinquat. Est & illud congruum doctoris munus, vt quibus, quid, quando, & quomodo sit quidpiā indicandum, inscrendumq; animis, debeat veluti diuinitus cognouisse; nō enim, inquit Eucherius, vna eademq; cunctis exhortatio cōuenit, quia nec cunctos parmorum qualitas deuincit atq; cōstringit. Itacq; Gallus certa per interualla modò hos, modò illos excitat, & antelucanū tēpus discriminē veluti quodā dipartit.

## P V G N A C I T A S.

**I**N Eleorū arce Pallados simulachrū ex auro & ebore, Phidiæ opus, erat cum Gallo in galea surrecto, quod pugnacitatis hieroglyphicum esse Pausanias arbitratur, cùm tamen nō inficietur Gallum Mineruæ cognomento Operatrici scruum esse. Sanè Sybaritæ, gens ad omnes mollitudinis numeros nata, Gallum in vrbe esse prohibuerunt, ne nocturni somni quietē interpellaret: ideoq; & fabriles oēs artes ablegauerāt, vt memorie prodididit Athenæus, ne quid esset, quod voluptates suas inturbaret. Quod autem pertinet ad pugnacitatē, Nicander

# Pierii Val. Gallus.

Alexipharmacis, αὐχμάτοις νοεσοῖς inquit, pugnacib. quippe pullis Gallinaceis exponit interpres, qui vt inter se dimicēt assiduè natī videantur, cūm pr̄fertim pugnam semel cœptā identidem repeatant, nescij cedere: vnde Græcū illud adagiū, ἀλεκτύων ὡδί πηδός, insultat Gallus, de redintegrantib. certamen: & Martis pullum cum vocat Aristophanes Auibus. Non est illud dissimulandum, q̄ licet sint animalia ad pugnam nata, inuentū tamen est incitari eos ad pugnacitatem allio in cibum dato, quod Græci οὐρανὸς κύρος dicunt. Quod verò ait Salomon, Gallus ambulans inter gallinas lætus, Eucherius imperij esse dicit significationem. Quòd si in numum incideris Gallinaceorū conflictu signatum, scias eum fuisse Dardanorum pecuniā, Polluce teste: nam illi magnum pugnacitatis decus sibi antiquitùs usurpauere. Hinc honoratum semper apud Maronem Dardaniae nomen, cūm secus Phryges ferè semper velut imbelles notarentur. Iam & Chrysippus Gallorum æmulatione nobis ad h̄c stimulos ad fortitudinē, atq; inde quodammodo calcaria sub h̄c scribit, libro de iustitia. Themistocles quoq; Gallorū exemplo, in quos acriter pugnantes inciderat, exercitū confirmavit, cūm ostenderet eos nō pro patria, neq; pro penatibus, neq; pro maiorū sepulchris, vxoribus ve aut liberis id in cōmodi aggressos, sed ea tantū de causa, ne vincerentur, nolle alterū alteri cedere. Omnia verò pugnacissimos Gallos habuisse fertur Rhodos insula, neq; quidem adhuc ibi degenerauit ea volucrū huiusmodi ferocitas, & visenda proceritas, vt in quibusdā, inde Romam allatis, ipsi conspeximus. A Galli verò pugnacitate factum vt gemma Alectoria, quā in Galli ventriculo inueniri tradunt, victoriā dicatur eam gestantibus cōparare, qua Milo Crotoniates v̄sus, inuictus in certaminib; fuerit; de quo Plinius lib. XXVII, cap. X.

## P E R S Ā M I L I T E S.

P Ersarum porro milites Galli nuncupabantur à Caribus, ob conos, quibus galeas ornatas habebant: eaq; de causa Artoxerxes hominē è Caria, qui Cyrum iaculo vulnerasse creditus est, eo honestauit pr̄mio, vt Gallum aureum in lancea pr̄fixū ante aciem ferret. autor Plutarchus. Sed enim Athenæus Gallos in Perside primū ortos ait, vnde fortasse cognomentū id Persæ potuerint habuisse. Aristophanes, vt suus est mos omnibus illudere, Gallum ait olim Persis imperasse, vnde adhuc cristatos in cassidibus. Quæ verò simulachra tria totidē Gallis ad blandientia spectātur in Antonini Pij Augusti numo, crediderim ego ad mansuetissimum eius ingenium spectare, vt qui pugnacitatem commitigare procuraret, qui omnem belli ferociam quāto potuit studio emolliuerit, vt pote qui mallet vñ cūuem seruare, quām mille hostes occidere, solusq; omniū Principum sine ciuili sanguine, & hostili etiam, quantum ad se pertineret, vixerit.

## S V E S A N I.

*Suesanorum pecunia.* VNus autē Gallus toto surrectus corpore, cum phosphoro à tergo stella addita, vt inscriptio indicat, Suesanorum pecunia fuit.

## V I C T O R I A.

IN augurali verò disciplina Gallus est victorię signū, propterea quòd aus illa victa silere soleat, canere si vicisset. Hinc Lacedemonij, vt apud Plutarchū est, cūm hostem viribus profligassent, Gallum immolabant: qui bouem tunc sacrificare soliti essent, cūm sine cæde victoria obtigisset. Ferūt Socratē Iphicratī duici animos adiecissem, cūm Gallinaceos corā Callia pennis & rostro dimicantes ei pr̄mō strasset: quod & Themistocles, vti diximus, ad suos animandos fecerat. Quod verò de cantu dicebamus, refert Tullius historiā ex Callisthene Leuctri-

A cæ calamitatis tempore, quæ Lacedæmonios propemodū opprescit, cùm apud Thebaidem Trophonio res diuina fieret, Gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere cœpisse, vt nihil intermitterent: tum augures dixisse, Thebanorum esse victoriam. Pergamī omnibus annis spectaculum Gallorum edi solitum scribit Plinius: idq; Athenis etiā institutū à Themistocle superatis Persis, ait Elia-nus: quanquam ea & ludicro fieri apud Lucianum & Herodianum legas.

**M**ethona ciuitas est in Trezeniorum agro, cuius incolæ Gallum pro vinearum incolumente mactare soliti sunt, vt Africi venti, qui eas plurimum infestat, incursionem vel auerteret, vel saltem emollirent: cùm enim flare institerunt, vitium oculos exurunt, spemq; vindemiarum fallunt. Moniti igitur ab aruspiciis, sacri genus hoc instituere, vt viri duo Gallum vnum, & eum album, manu vterq; sua apprehenderet, & in diuersa abeentes trahendo dispergerent, partemq; vterq; suam manu præferentes vineta loci omnia perlustrarent, donec ita omnibus expiatis in eundem cōuenient locum vbi Gallum disseciissent, ibiq; partibus vtriusq; humi defossis, nullum eius anni incommodum se passuros persuasum habebant: iuuitq; sors, vt quandiu sacrum id celebrauere, res illis ex voto succederet. Quid verò sit in causa, cur tanta vigeat in Gallo vis,

*Ut nequeant rabidi contrâ constare Leones,*

*Inq; tueri, ita continuò meminere fugai:*

nempe cùm vtrunque animal solare sit, ex magorum obseruatione inesse maiorem solaris virtutis vim Gallo quam Leoni, idcirco Leonem potentiori cedere, satis superq; in Leonis commentario disputatum à nobis, Procliq; super hoc opinio recitata.

#### I M P I E T A S.

**N**ec prætercundū est illud, quod ex imagine Gallinacei impietas ipsa hieroglyphicè figuratur: is enim matrē salit, vt hippopotamus, & patrem etiā immaniter incessit: eaq; de causa sapientissimi legumlatores Gallū vna cum vipe-ra & cane in parricidæ culeum includendum censuerunt, vt qui eiusdem criminis rei sunt, eodem supplicio simul afficerentur, & penas pares lucent. Notum illud apud Aristophanem, quod Philippides, qui patrem verbauerat, exemplo Galli factum tuerit suum: patrem enim ille male multat.

#### DE GALLINAGINE.

**G**trahit ad se nominis similitudo, vt Gallinaginem huic adnumeremus gregi, quamuis super ea nihil Ägyptij.

#### B E N E V O L V S.

**S**Vnt qui benevolum hominem per Ascolopaca, quam Gallinaginem Latini vocant, pictam intelligat, quod autem nullam maiorem erga hominem studio affici compertum sit. Magnitudo volucri quanta Gallinæ est, rostrum longum, attage-næ color.

VINEARVM INCO-lumitas.



# Pierii Val. Anser.

## D E A N S E R E.

D

**S**ed ut ad chortales redeamus, de Anseri dicendum, de qua tamen nulla apud Horum mentio: quāvis libellus ille qui superest, valde curtus sit.

### C V S T O D I A.

**S**Vnt qui per anserem pictum, custodiam interpretentur, idq; ex Romana po-  
stius historia desumptum, quām ab Ägyptijs traditum. Neq; tamen ab huius  
modi significato physica abest ratio, quippe qui naturae admodum pauidē cūm  
sit, per uigili cura, vt acutissimus est ad ea sentienda quæ latent, facile excitatur,  
& minimo quoq; strepitu expurgiscitur, vt ita olim Vrbem ipsam, sedem ac do-  
mici lium Imperij, defenderit ac conseruarit, vnde illi honores apud Romanos  
instituti: quanquam Heliogabalus totius humani ordinis inuersor, omniumq;  
bonorum morum illusor, eos ita sit vltus, vt canes iecinoribus anserum pascen-  
dos instituerit. Illud verò iuniorum commentum est, per anserem alligatum ad  
anchoram, firmam custodiam intelligere. Anchora porrò firmitudinis indicū  
est, vt loco suo dictum.

**N**Eq; hoc ab Ägyptijs obseruatum, vt silentium  
in tempore seruatū, per Anserem qui lapillum  
rostro apprenderit, significetur. Auis enim hæc quæ  
clamore grauiter obstreperi ferè semper clangit, vt  
etiam inter pascendum silere nequeat, exemplo est  
humano generi taciturnitatis etiam, vbi res exigit,  
obseruandæ, quippe quæ salutem suā alto interdum  
silentio tueri soleat. Illæ siquidem, vt Ammianus au-  
tor est, ab orientali calore inualesce, in occiduam  
plagam transmeare consuerunt, cumq; Taurum  
montem aquilis abundantem penetrare cœperint,  
fortissimarum volucrum vim pertimescentes, rostra  
sua lapillis occludūt, ne vlla vel extrema necessitate clangor elici possit: ijsdēcū  
collibus agiliore volatu transcurſis, tutum iam iter nocte, calculos prōjciunt.  
Neq; me præterit, eruditissimum virum de disciplinis omnibus & politioribus  
etiam literis optimè meritū, hæc quæ Ammianus de Anseribus scribit, gruum F  
esse asseuerare, quod alij viderint. Res hæc mihi suggerit in memoriam non im-  
prudens Aristotelis cōsilium, quod Callistheni sectatori & propinquo suo de-  
dit, cūm eum ad Regem Alexandrum mitteret: admonuit enim hominem, vt  
quamrarissimè, & id iucundè, apud eum loqueretur, qui vitę potestatem & ne-  
cis in acie linguae gestaret.

**A**Loquin Anser in vaticinijs, & rerum aliarum  
elogijs, improbitatem quandam præ se ferre  
videtur. Hinc Homerus in somnij præsagitione,  
procos per anseres innuit: eiusq; inauspicata garru-  
litas & à Virgilio, & à Propertio quibusdam vitio  
data est. Auersum enim adeò est à poëticis studijs  
Anseris ingenium, vt Phœbeam arborem laurum,  
quam sibi exitialem, si eius folia vescatur, intelligit,  
pertinacissimè fugiat. Nam cūm natura sit admo-  
dum calidus, liquidis & frigidis delectatur cibis, la-  
uationesq; amat, & ea declinat quæ perniciem afferre possint. Laurum verò  
igneam

SILENTIVM O P-  
portunum.

E



IMPROBITAS.



**A**igneam esse suo loco diximus. Non dissimulabo, quod ad procos attinet, inuenia aliquando in Anseribus amoris erga homines exempla, vt proditum de eo qui puerum Amphiliocum Olenium genere deperierit, quod & Clearchus & Theophrastus testatū reliquēre. Et Glaucen Ptolemai Regis citharistram memorat Plinius, quam Anser, & eodem tempore Aries etiam adamariint. Alius Lacydi Philosopho comes perpetuò dicitur adhæsse, vt nusquam ab eo, nō in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digrederetur.

## D E T R I M E N T V M.

**E**st & detimenti hieroglyphicum Anser pascens, propterea quod quacunq; ille oletum suum sparserit, adurere omnia soleat: neq; quicquam magis vel satis vel pratis officere, quām si eò pabulatum Anseres immittātur. Quinetiam eorū sterlus, si muria dissoluatur, & oleribus inspergatur, omnia vitiabit. Tum Anser ille poetarum perditissimus, qui inter olores satis cum impudentia strepere notatur à Marone, à Cicerone quoq; carpitur, quod illi Falernum fundum Antonius dono dedisset: quod nisi & improbus & perditorum morum fuisset, B cōiectura est Antonium id minimè facturum. eoq; spectat Ciceronianum illud in Antonium, Anseres de Falerno depellendi sunt.

## A C C V S A T O R I N A N I S.

**E**t ne longius ab eo digrediamur, apud eundem oratione pro Sex. Roscio, Anserem inuenias pro eo accusatore positum, qui obstrepat tātū, noceat tamen nihil, cūm canis non tantū allatret, sed etiam mordeat. Eius verba sunt non importunè repetenda. Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significant, si fures venerint: at fures internoscere non possunt, significant tamen si qui noctu in Capitolium venerint: & quia id est suspicium, tametsi bestiæ sunt, in eam partē potius peccant, quæ est cautor. Quod si luce quoq; canes latrent cūm Deos salutatum aliqui venerint, opinor his crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cūm suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio: aliij vestrū Anseres sunt, qui tantummodo clamant, & nocere non possunt: aliij canes, qui & latrant & nocere possunt.

## S V O S T A N T V M C V R A N S.

**C**Neq; illud dissimulabimus, quod hominem qui suæ tantū familiæ curam suscipiat, aut rerum tantū suarum satagat, quid rei gerant alijs securus, ac minimè curiosus, per Anserem ouis incubantem apto admodum hieroglyphico indicare possumus. Anserē siquidem, vt Quintilij, qui de agricultura quam diligentissimè scripserunt, tradidere, aliena oua in suo etiā genere souere nequam solent: quare curatores eorū, dum oua pariūt, certis characteribus vniuersi cuiuscq; fœtum signare debent, atq; ita vnicuiq; sua ad nouem supponere.

## D E P E R D I C E.



Issimulanda fuerat & Perdix, ne pudendum super ea significatum propalām proponeremus: sed quoniam suscepti operis ordo nos compellat, nihil est supprimendum quod inter hieroglyphica à veteribus adnumeratum inuenerim. Habere verò potest Perdix cum chortalibus locum, quod ea quoq; domi alitur, saginatur, & cicuratur. Sedenim vitia ideo ponuntur, vt reprehendi possint, quodq; abominabile videatur, mortales audientes ipsi absterreantur.

# Pierii Val. Perdix.

A M O R T V R P I S S I M V S.

D

**I**mpudicissimum hominem, tamq; efferata nequitia perditum, vt in cōsanguineis quoq; nullo pudore sit petulans, significare si vellēt Ægyptij sacerdotes, Perdices duas pingere sunt soliti: ipsæ enim coniuge viduatæ, fæse inuicem abutuntur. Mares quippe, vt cernere est ex ijs qui domi aluntur, inter se tumultuāt, clamitant, pugnamq; de coitu cōserunt, quos cœlibes vocant: qui autem vicitus in pugna fuerit, sequitur victoris venerem, neq; aliud pugnæ præmium, nisi vicitum à victore pollui. Verū hoc nō fieri semper, sed certo anni tēpore, obseruatum ait Aristoteles. Illud ferè semper, vt cùm primū pullus exire cœperit, à mare subigatur. ne tibi mirū adeò videatur, quod Marcellus Perdicē ex auibus virili genere appellandū dicat, Varronis autoritate n̄sis. Romani sanè pro huiusmodi notæ puero, pulum dicere soliti sunt: vnde Q. Fabiū, cui Eburno propter candorem cognomen fuit, pullum Iouis appellarūt, quod natis eius fulmine icta fuerit, quasi cam Iupiter appetisset, cùm potius interpretari debuerint, et eum, & eius amatores omnes igne perdendos esse. Apud Ausoniū quoq; Marcum quendā impudicissimū fellem pullariā dictum reperias. In fabulis fertur à E quibusdam, Perdicē venatorem matris amore deflagrassc: vt eadē improbitas sit filiorum in matres, quæ in eo alitum genere parentis est in filios. Sunt qui figmento historiam, sunt qui philosophicum sensum applicent, sed ipsa volucris impudica procacitas, argumentū fabulæ proculdubio suppeditauit. Quare mihi non deliciarum tantum causa videtur Heliogabulus Perdicum plumulis in stratis, in puluinariis, ac etiam accubitis passim usus, quantum naturæ similitudine, cùm portentosus ille, vir'ne dicam an brutū potius, nullum nequitiae genus intactum reliquerit, pudore prorsus omni perditō atq; profligato.


I M M O D E R A T A N E Q V I T I A.

**S**ed vt sc̄mel dicam, nihil ad eneuatissimam libidinem & impotentissimam salacitatem exprimendam Perdice commodius, quæ plerunq; de coitu tanta efferatur rabie, tantaq; æstuat libidinis inreperantia, vt mas oua interdum frangat, ne cubando detineantur fœminæ, quo circa illæ, vt fetus sospitēt suos, oua modò huc, modò illuc, quod mares fallant, transferre coguntur.

**P**otest & celer profectus ex Perdicis pullo, verū eo oui adhuc corticis parte aliqua vestito, significari. Perdix siquidem moræ velut impatiens, minimè expectat vt ouum incubatione ad tempus aperiatur, sed occupatis spatij spontè crumpit, pertusoq; ouo ubi primū caput exeruit, pedesq; protulit, reliquo adhuc adhærente cortice, procurrit, sibiq; cibum enanciscitur.

PRAECOX PROFECTVS.

F



R E D I T V S I N V I A M.

**A**Berrantem hominē aliquandiu, falsaç; dum opiniōne, sed viæ demum redditum & recta sentientē ostendere qui volunt, Perdices duas grandiores faciūt, pullis aliquot inter utrāq; pictis. Si enim eueniat vt Perdix oua sua fracta comperrit, tanto incubationis studio afficitur, vt aliena surripiat, nidoq; infoueat suo: verū illud euenit quod D D. Hieronymus & Ambrosius ex Hieremia tradunt, vt cùm pullos eduxerit, illos amittat: hi siquidem audita illius voce quæ oua pepere-

**A** pepererat, naturæ vegetatione percussi, hac veluti nutrice deserta, ad eā se converunt, quæ oua illa vnde exclusi essent, ediderat. Clamasse, inquit vates, Perdicem, pullosq; quos minimè pepererat, congregasse, familiamq; ita suam imprudenter auxisse, interimq; pullis ad matris vocem procurrentibus, derelictā hanc insipientiæ suæ demum admoneri. Nostri tamen Theologi historiam hanc alter interpretati sunt: alij enim per Perdicem malum dæmonē accipiunt, qui Dei fœtus in prauitatis nido adulterina educatione sibi sperat enutrire. Per oua spem, quam de subigendis eis, & sub imperio suo detinendis concipit: per eam verò auem quæ vera mater est, quæ oua illa ediderit, piorum conuentum interpretantur, ad quem, vti legitimam & naturalem matrem, simulac vocem eius audierimus, deserta falsa, procurrimus. Adamantius per Perdicē aliena oua conuentem, intelligit hæreticos, genus quippe hominum Perdicis instar malignū, fraudulentum, callidum, quodc; decipiendis venatoribus multū insumit operæ: vbi tamē veræ matris, sanctioris quippe institutionis, vox audita fuerit, eos deserit, atq; ita pœnas suæ insipientiæ luere.

**B REI FAMILIARIS CONCORDIA.**

**N**Ec tamen aues hæ ita semper in libidinem efferascunt, vt nō interdum ardor ille deferueat, & vñaniimi concordia mas & fœmina rem familiarē current, quippe bina ouorum faciant receptacula, in quorum altero mas, in altero fœmina incubet, oua inter se partiti, excludatq; vterq; sua, atque educet, quod quidem ansam dedit, vt rei familiaris concordiam in cōsortibus, per duas Perdices incubātes exprimere pleriq; voluerint. cui rei aduersari videtur, quod superius de perdita earum incontinentia dictum, vbi mārem oua frāgere indicatum libidinis impatientia, ne fœminæ incubatione detineantur. Sed id nō semper, sed interdum accidere possum.

**ASTV TIA IN EVITANDIS PERICVLIS  
VAFERRIMA.**

**Q**Vinetiam vaferrimum in periculis evitandis hominem, astuciaq; maximè pollementem significantes, Perdicem & venatorem pingūt: que quo pacto sectantem eludat, & Aristoteles, & ab eo Plutarchus, accuratissima narratione prescripserunt, que scilicet pullos adhuc inuolucres supinos prosterni, sēc; stramentis & paleis obtegi, aduentante venatore, ad sibili significationem assuefaciat: ipsa verò ante aucupis pedes prouolās, sui spem capiūdi faciat, mox abuolet, ac subinde redeat, donec ita illudēs abducatur eum à pullis procul, repetitoq; mox sibi lo, vt Aristophanis interpres ait, abuolandū iam admoneat. Eoq; spectare crediderim prouerbium, πέρισταθεὶς ὥστε, & πέρισταθεὶς. Interpretes claudum quendam Perdicem nomine apud Aristophanē inueniunt, & ab eo adagiu in claudi cantum aliorum ludibriū emanasse. Sed esto aliquid in significato claudicationis, natura tamen Perdicis efficit, vt ad dolos & vafritiē spectare prouerbiū opinemur, cùm scilicet subdolo quempiam ingenio hac progressurum speras, ille tamen cuestiō illac se proripit, atq; ita vacillatione spectantiū spem eludit, vt iter eius, aut rerum progressus euentumq; nunquam certa possis conjectura deprehendere. Nam qui versus apud Athenæum citatur, ἔγχει πάντα μεταπέδει πολέμων, ad huiusmodi pedum inconstantia, titubationemq; eam quæ oritur ex nimio potu, facere videtur: pedes enim tentat vinū luctator dolosus, vt apud Comicum est. Nullū autē inter aues animal Perdice dolosius neq; astutius; vnde illud Aristophanicū, ἐκ πρᾶσικου, quippe Perdicis more periculū euadere; ait enim

# Pierii Val. Perdix.

eius interpres, ἀλλαγμένοντσι κάρεφης ποτὲ οὐ πίστεισιν, τούτως ἀδικελνόμενοι D  
ἀπολίγοι. Stramenta enim pedibus contrahentes, supinas se prosternunt, atque  
ita occultantur, & periculum declinant. Atq[ue] hæc latius apud Plutarchum, li-  
bro quo disputat, vtra prudentiora sint animalia, terrestriae an marina.

## C O N T V M E L I O S V S.

**A**ddunt & contumeliosum hominem per alitem hæc significari, quod in suo  
genere maximè hæ tumultuari, dissidere, & altercari vicissim assidue con-  
sueuerint. Sunt verò Perdices aliæ nobiles, aliæ rusticæ. Nobiles longè grādio-  
res sunt, sylvasq[ue] & saltus plurimū incolunt: rusticæ arua et segetes peruan-  
tur. Grandiores illæ sunt etiam picturatores, & plerisq[ue] Italæ locis nomen re-  
tinent incolme. Romæ tamen Starnas vocant, de quibus fortè Plinius dixerit:  
Misit Hispania externas aues. Rusticæ longè minores, fusciore pluma, & quo-  
dammodo cineritæ. Idem vtrisq[ue] ingenium, sed dolosiores, pugnacioresq[ue] ru-  
sticæ, quas nunc Italia à sono vocis Qualeas ferè vbiq[ue] vocat.

## A S T V T I A P R A V A.

**H**iero glyphicum etiam sapit Græcorum mythologorum fabula, qua singūt E  
Dædalī nepotem ob inuenta artis suæ arma quædam admodum vtilia, per  
inuidiam ab Athenarum arce summa præcipitem datum, qui terra vix tacta mu-  
tatus sit in Perdicem. Cuius figmenti talis fertur interpretatio: Impuri homines  
cum à sapientiæ arce deciderint, à rectis honestisq[ue] studijs alieni facti, tametsi  
astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisq[ue] tractandis super alios  
attolli, sordidis tamen & improbis negotiationibus impliciti, sublime nihil sa-  
piunt, sed humili volitantes, dolisq[ue] & fraudibus omnibus fretri, rem quounque  
modo facere tantum student, libidinum & cupiditatum suarum laqueis & reti-  
bus impliciti obuoluti, eo Perdice deteriores, quod illis vaferrima est ars  
ad elabendum, capturamq[ue] declinandum, quod Græci dicunt επιθυμία: hi ne-  
que capti fugam moliuntur, nec si euadere possint, studium adhibent ullum, vt  
salvi fiant. Astutiæ huiusmodi causa factum puto, vt Eucherius cacodæmonem  
ex Perdicis imagine significari dixerit, eo loco: Clamauit Perdix, congregauit  
quæ non peperit.

## D E C O T V R N I C E.

**N** Coturnice multa sunt quæ cum perdice conueniunt: pugnacitas  
quippe eadem, quo in ludo illa præcipue celebratur, quam omnium  
victricem mirata est Alexandria, urbe quippe tota in alitis huius pre-  
conijs occupata. Hæc Erotes Ægypti procurator morositate nescio  
qua impotens, in ludibriū emit, atq[ue] assam deuorauit, quo facto iussus est ab O-  
ctauiano Augusto malo nauis affigi. Est & par improbitas naturæ, nec odiosa  
minus, eo verò magis detestanda, quod ad hæc impietas insuper accedit & deo-  
rum contemptus, religionisq[ue] odium, & quantum illa ferocire potest execratio.


## I M P V R I T A S.

**P**Er eius enim hieroglyphicum sacerdotes Ægyptij impuritatem indicabat.  
vbi vulgati codicis Græci mēdū animaduertas, in quo oryx quadrupes ani-  
mal pro Coturnice positū, et ita traductū: nec enim hic quicquam de oryge apud  
Horum, apud quem in vetustis codicibus manu scriptis ὄρυξ, non ὄρυξ, legas.  
Et eodem cap. vulgati etiam codices habent ὄρυξ τὸν πῆλων, quod satis manife-  
stum facit, de aue, non de quadrupede hæc dici. Ea verò de causa impura Co-  
turnix

**A** turnix habebatur, quod quotiescumque Luna ori-  
tur, inauspicatos clangores excitat aduersus eam,  
non quae Deum saluere iubeat, aut laudatione  
prosequatur, ut Solem gallinacei, sed manifestissima  
det indignationis aduersus eam signa, quod  
apud ipsos magna dabatur impietati, cum summo  
Lunam cultu prosequerentur. Ante omnia  
autem terram fodiebat (ita intelligendum, πολεοδοτίοις ων τε εκείνην αρχέων τῶν γῆων) pupillasque sibi  
identidem conscribillat, utpote quae indignè fe-  
rat Lunam apparere, quam neque quidem intueri patitur, atque eadem facit in ipsius  
Solis tam diuini astri exortu: qui mos nonnullis Aethiopum nationibus in So-  
lis ortu, quem velut hostem maximè reformidant, & ne spectent, in loca palu-  
stria fugientes, ubi non alia fruticum aut syluarum copia fuerit, ibi delitescunt,  
Deum omni execratione prosequentes. Antiqui vero reges (namque non nisi sa-  
**B**pientes eligi solitos tum temporis, satis constat) cognita Coturnicis natura, que  
verum horoscopi signaret emersum, animalis istius opera tanquam gnomone quo-  
dam vtebantur: nonne ociose in id intenti, certum exortus ipsius punctum deprehendebant. Qui propter sacerdotes solum hoc animal ex volatilibus quae ciborum  
vsum praebent, nullo tamen mactationis honore illi habitu, comedebant, utpo-  
te quod contentionem quandam (desideratur enim καὶ πάντα καὶ vulgatis in codici-  
bus) prae se ferre videretur aduersus praecipuum Deum suum.

## P E R D I T I S S I M A M A L I G N I T A S.

**E** Adem auis in solis, ubi libenter habitat, locis, si quem limpidula aqua fons  
tem adinuenerit, simulac biberit, aquam reliquam rostro pectibusque corrumpere, luto sanguinemque reddere, puluere etiam in eam ingestu, nititur, ne cuiuspiam alteri ani-  
mali ad potum appetatur: que quidem maligna, improba inuidiaque Coturnicis na-  
tura Aegyptijs argumentum dedit, ut malignum hominem per eius hierogly-  
phicum notarent. Eiusmodi vero morum impuritatem eodem modo damnat  
Ezechiel quarto supra trigesimum capite, dicens: Et cum purissimam aquam bi-  
**C**beretis, reliquam pedibus vestris turbabatis. Sedenim Aegyptios non tam ma-  
ligni in alios mouere mores, quos in turbida Coturnix aqua profiteatur, quam  
ipsa aduersus Lunam impietas, et ingratia animi significatio, cum tota Luna sint  
animatis omnibus beneficia, de qua generatio, & alimenta rerum, quotquot  
& hominum & brutorum usui necessariae sunt. Nam quantum ad turbationem  
aquea pertinet, animalia quedam sunt, quae turbulentam & crassam suauius bi-  
bunt, ut Cameli, qui ne ex fluvio quidem prius hauriunt, quam pede protrita ter-  
ra aquam spissorem effecerint. Necque aliter potu gaudent Elephanti quoque, sed  
iij ne imaginis suae toruitate terreantur, turbidam bibunt. Verè autem Coturnix  
Alcibiadis magistra fuit, qui dato Pericli consilio de ratione potius non reddenda,  
trāquillam ciuium suorum quietem perturbaturus esset. Nam cum iam pri-  
mas in republica partes occupasset admodum adolescens, forteque sententiā in  
Senatu de re seria diceret, ex eius sinu Coturnix euolauit: quae tamen totius Se-  
natus cursitatione capta, Alcibiadi, non sine venatoris ambitione, forte etiam  
præmio, redditia est. Quantum vero pertinet ad alitis huius esitationem (ut hoc  
pro corollario subiectiamus) non defuere Medici qui eas à mensis summouerēt,  
tum quia veneni semen illis gratissimus cibus, cum propter comitiale mor-



# Pierii Val. Coturnix.

bum, quem, vt Plinius tradit, solē animalium sentiunt præter hominem, eaq; de D  
causa veratrum appetere feruntur. Aristoteles tamen hominem tantum comi  
tiali morbo tentari ex omnium animantium genere asseuerat, Problematis. Sed  
enim Plutarchus capellas quoq; comitialem sentire profitetur. Quod verò de  
veratro dicebamus, ita apud Lucretium legas:

*Præterea nobis veratrum est acre venenum,*

*At capris adipes, & coturnicibus auget,*

Et Ouidius ad venenum spectans:

*Ecce coturnices inter sua prandia viuunt,*

*Forsitan & sunt inde frequenter anus.*

Nam vt in Serpente dictum, excogitatum est in morbis desperatissimis viperas  
edendas dare, vnde nō modò salus, sed vitæ etiam subsecuta sit longitudo. Cur  
verò Phœnices Coturnicē Herculis sacrificarent, causa est, quod in fabulis eū ab  
hac alite seruatum aiunt: hunc enim Iouis & Astreæ filium in Libyam profectū,  
à Typhone occisum esse autuniāt, Iolaumq; Coturnicem eius naribus admouis  
se, cuius odore fuerit in vitam restitutus: & ne mendacio locuples abesset testis, E  
vulgatum est etiam dicterium, ὅτι τοῦ θεοῦ οὐκακλῆ τὸν καρπόν, Fortem Coturnix sosp  
tauit Herculem. Alij eum dicūt eius alitis esu à comitiali morbo, quo insigniter  
laborauit, liberatū esse: quo si tentantur & Coturnices, facile fieri potuit ut sym  
pathiæ vi aliqua, tacita ve atq; incognita naturæ potentia, vel nido re viuæ, vt  
nonnulli ponunt, alitis vſtulatae, uel esu potius, morbi genus id fugaretur, atq;  
ita Hercules vitæ redditus fuisse videretur, quod est vero similius. Sed ne, Vir  
clarissime, te magnis & assiduis Reipublicæ negotijs detentum vltierius demo  
rer, mira hæc minimè videntur esse, quia variis medicina modis prodest, noxia  
modò per similitudinē cognitionemq; naturæ deducendo, modò per dissensio  
nem cōtrariamq; vim expellendo, modò sensim abrodendo, modò per dissolu  
tionem mitigando, alijs atq; alijs inuentis, quæ salutaria quis nouit, adhibendo,  
vt tam contraria quam cōsentanca pro morbi qualitate prodesse comperiatur.

## PIERIVS VALERIANVS AD THOMAM MILARIUM BELLVNEN. DE IIS QVÆ PER Struthiocamelum & minutiores aliquot aues signifi cantur ex sacris Ægyptiorum literis.



Ontenderam superioribus diebus ab Leonardo patre tuo, ne te assiduitate  
tam pertinaci, tandem literarum studijs insenescere permitteret: id enim è  
re tua fore, & ad salutem tuam facere plurimum arbitrabar, si feruor il  
le adolescentiæ tuae aliqua ocy interpositione cohiberetur: proinde aliquid  
commisceretur, quo tu Venetijs apud nos per geniales hos dies, quibus vin  
demia celebratur, aliquam laboribus tuis quietem interponere cogereris, vt aliquando nobis  
cum amœniori cuiquam tete concederes hilaritati, paulo post ad lucubrationes tuas alacrior re  
diturus. Non enim animus sine cultura corporis sustineri potest. Neque mihi satis placet, quod  
Platonem illum tuum aiunt sponte atque ex animi sententia Academiæ locum minimè salu  
brem delegisse, ubi philosophantium apud se corpora macerarentur, debilioraq; fierent: siue mea  
hæc semper fuit imbecillitas, & ad hanc usque ætatem natura sponte valetudinaria: siue per  
suasum habeam incommoda corporis studiorum profectui plurimum officere. Quantam  
enim

**A** enim ego hinc iacturam fecerim, sum mihi met ipse conscius. Et quantum cæli huius patrij benignitas mihi contulerit, ipsa iam minus cadauerosa facies, quam attuleram Roma, facile poterit indicare: è tristi quippe quodam senio in prospera, nitidam firmamq; virilitatem transmutata. Sanè hinc ad vigiliarum perseverantiam, & legendi scribendiq; labores tolerandos longe acriorem factum me sentio. Tu quod magis probes, quidq; tibi magis conferre soleat, ipse videris, dummodo valetudinis atq; firmitatis ratio in primis habeatur. Fecit autem ille, ut omnibus in rebus festiuissimus est, quod depoposceram: tu vero respondisti, venturum te libenter, si modo per dies hos, quos in patria consumpturus es, vellem ego tecum quotidie vel venatione, vel aucupio exerceri. Accepi conditionem, quantum ad aucupia pertinet: ac ne me imparatum deprehenderes, ne veilla nos tempestas, aut casus, ne minus res cum auibus esse posset, interturbaret, auarium varijs alituū generibus instructum comparavi, idq; totum tibi, ludōq; tuo destinavi. Tu cùm veneris, quid facturus sis vide, simulac coniuvium ex eis instruere constitueris, utrum simplices has carnes, sine veilla peregrinæ iucunditatis aspergine, sine Apitano vlo artificio sis appositurus: an, quia nonnullæ forsitan fatuae, & sine succo videbuntur, hic condimenta illa aromataria Venetijs allata sis adhibitus, ea vero quam suauia, quam odorata, quam preciosa. Propera igitur, ut quando per Aegyptum aucupia nostra sumus exercituri, apud Cleopatram facias nos cœnitare. Ego enim macellum depeculabor, & patinarum struices apparabo, tu corollaria & secundas mensas addere collatitio illo, uti consueueramus, more non grauaberis.

## DE STRVTHIO CAMELO.

**A C I L E** quidem meminisse potes, optime Thoma, quo die Carolus V. Imp. à Clemente VI. P. M. Bononiæ coronam accepit, sacrificij genus quoddam à Germano milite media platea procuratum: interfueristi enim rei gestæ, cùm bouem mactauerunt, cuius vterum exenteratum, varijs alituū generibus, aliorumq; esculentorum farciminibus compleuere, lætum hilaremq; diem ex his omnibus vñatostis celebraturi. Ita nos nunc facturi videmur, qui Struthiocamelum, visendæ magnitudinis alitem, minutioribus plerisq; auiculis in eius aluum ingestis confarciuimus. In collatitijs vero nostris ecenis illis, quas post relictam Romani patriæ redditus, tecq; sodali iucundissimo reperto proposueramus, singula tantum singulis ciborum genera per sortem educebantur. Nostri multa eius multiplici-tatis esculenta à conuiuis excogitata, ut legi fraus fieret sumptuariæ, quæ inter nos sancita fuerat: res enim varie sub uno vel farinaceo integumento, vel omni si cuticula delitescebant, sed non id ganeæ, verum hilaritatis causa. Quare cùm haec fieri soleant in ludum, nos quoque ludum boni omnis causa prosecuti, ingenti illi minores alias aues ingessimus. Maxima ea omnino auium, si modo auis appellanda est, cui plumæ tantum sunt, non tamen volatus: cui crura pedesq; atq; vngulæ non forma tantum, verum etiam magnitudine propemodum bubuli. Sed haec alii disputabunt, nos plumatum alatumq; animal in volucrum ordinem interim admittimus.

## IVSTITIA.

**H**uius sanè pennæ, quoniam præter aliarum auium morem & quales omnes inter se sunt, iustitiam & æqualitatem erga omnes significant, ut apud Horum habetur. Plurimus vero earum usus ad conos bellicos, & galeas adornandas, tam apud veteres, quam apud nostros: cuiusmodi illæ sunt que in eo numero habentur cuius inscriptio, TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. P. M.

# Pierii Val. Struthiocamelus.

TR. P O T. X X I I I I. Ibi enim pinnæ huiusmodi in quedam serto sitæ sunt D supra frontem sigilli, cui subiecta est in inscriptio, I V S T I T I A. Numū Bononiæ vidi apud Io. Achillinum. Ibidem apud Alexandrum Calcinum solum Iustitiæ caput in numo est, cum eodem pinnarum æqualium gestamine, ijsdem litteris, quippe, I V S T I T I A. Sedenim vt ad alitem reuertamur, quoniam Struthiocameli stolidi adeò sunt, vt cùm colla fruticibus occultauerint, latèrē fese existiment, succurrit Carneadis disceptatio, qui Iustitiam nihil aliud esse quāmeram insaniam profitebatur.

## P I N N A E I N M O E N I B V S.

**A**D eiusdem speciei similitudinem murorum summa fabricari solita, causam dedere vt pinnæ vocarentur, ab ijs, vt Varro ait, quas insigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatoribus Samnites. Hinc intelliges de armatura Samnitium, quæ alibi apud Varronem & Plinium legeris.

**S**Anè si quis Ägyptiorū more elementorum concordiam indicare voluerit, nō imperitè picturam eam proponet, quam ipse rerum opifex per animalia id præ se ferentia, cōsiderandā proposuit, lutram scilicet, vel eius loco marinū vitulum, Struthiocamelum, & hominem, uno vinculo religatos. Lutra siquidē, & vitulus marinus, media sunt animalia inter terrestria & aquatica, vinculumq; illud ostendunt, quo terræ applicitæ sunt aquæ, suisq; coërcentur finibus: quia diuina prouidentia cùm arenā terminum maris posuisset, leges etiā imposuit aquis, ne fines transgrederetur suos. Struthiocamelus autem ambiguus est inter terrestria & aëria: verè enim volucris non est, quæ nequaquam à terra, vt volucris, attolli potest: pennæ autem alæq; illi ob id tantum à natura datæ, vt cursum adiuuent. Crura verò, vti dictū, bouilla propemodum, vngulasq; bisulcas habet. Deniq; inter elementa omnia, & ccelū ipsum, homo intermedius est constitutus. Ita per huiusmodi picturam tota ipsa rerum machina describitur.


## M V L T I V O L V S.

**D**Iuinæ literæ Struthiocamelum pro multiuolo homine, & certi nihil sibi adsciscente ponunt, videlicet qui sacræ adscriptus militiæ, profanis tamen negotiis implicitur, ijsq; tantum tractandis occupetur. Nam quòd alatum est, contemplationem refert & exscribit: sed propter vasti corporis magnitudinem tollere se humo nequit, alis tamē, vti dicebamus, ad cursum vtitur. Quòd pedes bouillos habet, terræq; semper adhærescit, quæ terræ sunt significata suscipit: ita enim videtur Hesychius interpretari. Quod verò ad animalis huius ingressum attinet, tametsi volare nequit, perniciissimè tamen currit. Struthiocamelos, ait Xenophon, quos apud Euphratem Cyri milites offenderunt, à nemine capi potuisse: tam longè enim modò pedum pernicitate, modò alarū quasi velificazione procurrebant, vt statim equites desperata præda insequi desisterent.

## H A E R E T I C V S.

**Q**Vod verò superius diximus ex Hesychio, Eucherius quoq; per animal huiusmodi hæreticum hominem significari tradit, qui habere quasi videtur saientiæ pennas, volare tamen non potest.

H Y P O-



E L E M E N T O R V M  
concordia.

E

F

A

## H Y P O C R I T A.

**E**vcherius idem ait de hypocritis dictum ab Esaia: Erit cubile draconum, & pascua Struthionū. Parit siquidem oua Struthio, verūm, vt alibi diximus, neq; illa incubatu fouet, neque pullos nutrit. Ita hypocrita, quamuis recte alios admoneat, & recte faciendi viam addoceat, nulos tamen filios per vllum bene actæ victæ exemplum generat. Hinc lobes clamat: Struthio in terra relinquit oua sua, & obliuiscitur quod pes ea sit conculeaturus.

## I N S I P I E N T I A.

**A**d hæc, vt paulò antè dicebamus, genuina illa animalis stoliditas effecit, vt imago Struthionis caput intra frutices abscondentis, insipientiè hieroglyphicum haberetur, vt pote qui cùm auium sit grandissima, ita vt altitudinem equitis equo incidentis excedat, si tamen colla tantum frutice occultauerit, latere se totam existimet, cùm reliqua magna admodum corporis moles in aperto relinquatur. Ita dum in capite secura est, diceret Tertullianus, nuda, qua maior est, tota cum capite capit. Diodorus tamen id à Struthiocamelo non ex stupore fieri contendit, sed quia sit sibi conscius habere se caput admodum debile, occultare id quamprimum studeat.

## D E V E S P E R T I L I O N E.




Onstrosa quoq; est Vesptilionis effigies, multaç; in se mystica continet hieroglyphica.

A B E X I L I F O R T V N A I N A L T V M  
E V E C T V S.

**P**racipuūq; illud apud Ægyptios fuit, vt per animal huiusmodi significarēt hominem qui debilibus & exiguis viribus siue nobilitatis, siue fortunæ, siue etiā ingenij præditus, ita tamen repente emerserit, vt non se tantum humo sustulisse, sed subito volatu elatus in sublime ferri videatur: cuiusmodi exemplorum plena Roma semper fuit. Vesptilio siquidem licet pennas non habeat, sola tamen membranula fretus volat, ita vt difficulter distinguas, sit' ne' auis, an mus. Quare apud mythologos argutè vafre que duas eludit mustelas, dum se alteri auem, alteri se murem venditat, atq; in a capitis periculum euadit.

**C**lirum verò illud inter hoc tam brutum genus, quod tanta se humanitate complectuntur, vt nulla conuenientius specie figurave officia mutua describas quam per Vesptiliones alterum ab altero catenatim dependentes. Habet enim id genus mutuā inter se quandam benevolentiam, sæpeq; veluti catena quadam contexta, si qua vlli vis inferatur, mutuò sibi cohærent, imbecillitati suæ opem sibi inuicem, afferentes, visæq; sunt alia ab alia alarum hamis vnius ad alterum porrectis pendentes, longum veluti funem produxisse.

## O F F I C I A M V T V A.



## N V T R I C A T I O N I S F A C V L T A S.

**M**ulierem ijdem sacerdotes lactis vberitate fecundam & bene nutricatam significare si vellent, eandem ipsam alitem pingebant, quippe quæ sola vlorum & dentes & mamillas humanis similes habet, lacteç; nutrit pullos, v-

# Pierii Val. Vespertilio.

beribus mulierum in modum admotis. Nam Ægyptij ab ijs quæ in vnoquoq; D genere reliquorū naturam aut mores excederent, significationū suarū argumen ta desumebant. Quod verò ad mammae pertinet, Græci hanc alendi felicitatem indicaturi Diana simulachrū māmosum effingebāt, cuiusmodi illud fuit quod Ephesi tandi tanto cōcursu visitatum, eamq; Latini ea de causa multimammia appellarūt, cuius exempli multa hodie Romæ vetusta signa conspiciuntur. Minimè verò prætereundū est, hoc loco in impressis exemplaribus Horī percrām legi, Γωνίας θηλέχοσαν καὶ καλός αἴστηφοσαν βελόμνοις ωγεφῖσαι, τειχοῖα ωγεφῖσαι, καὶ πειδεῖς πάλιψ ἔχοσαν δύοντας καὶ μασθὸς ωγεφῖσαι: hoc est, Volentes pingere, Vespertilionem identidem dentibus & mammis præditā pingunt. Inde sequitur pro red ditione causæ, αὐτὴ γαρ μόνη τῶν ἄλλων πήλων δύοντας καὶ μασθὸς ἔχει, siquidē sola ea ex omni volucrum genere, & dentes simul & mammae habet. Quorsum enim dentes & mammæ ad turturem alitem minime monstrosam:

## L V C I F V G A.

**V**òd si hominem latebris & occulto secessu gaudentem, vel qui rei cuiuspiam metu percussus in apertum minimè prodire audeat, significare vellēt, formicam & Vespertilionis alam adpingere consuerunt. Aiunt siquidem eam esse inter Vespertilionem & formicas naturæ discordiam, vt si ala tantum Vespertilionis formicarum cauo admota fuerit, nulla earum foras progrediatur.

## M O R A.

**V**inetiam sunt qui tradat credi solitum, formicam eò nunquam exire quò Vespertilio vel semel accesserit: atq; ideo formicā sub Vespertilionis ala positam, & moræ & tarditatis aut impedimenti significatum habere. Transit & ad columbas huiusmodi sympathia, quia vt Florentinus libro de re Rustica ait, colub̄ stationē minimè deserunt, si Vespertilionis caput supra turrim posueris.

## I N S C I T I A.

**C**ognitionem alibi per lumen significari diximus, vnde etiam dare luci, pro declarare & edocere, s̄æpe legimus: contrà verò inscitiā per tenebras intelligimus, vnde hallucinari pro decipi per ignorantiam. Quoniam verò Vespertilionis ea natura est vt tenebris gaudeat, neq; lucem ferre possit, diuinæ literæ dum Vespertilionem à sacris summouent, ἰδοὺ λυθρὸς eum intelligent virum, in quo nullum disciplinarum, aut veræ institutionis lumen effulgeat, explodi debere. Alioqui apud Eucherium Vespertiliones in diuinis literis idolorum monstræ sunt. Propheta: Ut adoretis talpas & Vespertiliones. Sunt etiam cogitationes immundæ, quas improbi dæmones ingerunt, vt idem sentit.

## S E C V R I T A S.

**N**eç desunt qui securitatem indicaturi, Vespertilionem inuerso capite pin-gāti;is enim circumlatus domui viuus, & super fenestrā vel in hyperthyro, aut ipsis in valuis inuerso capite affixus, maleficorum amuletū creditur, Plinio etiā id tradente, quod ad hæc vñq; tempora plerisq; locis factitari videmus. Contrà verò, si quis eam amoliri arcereç ab èdibus velit suis, platani folia suspēdat. Africanus enim in his quæ de agricultura conscripsit, Vespertilionem eò non ingredi tradit, vbi arboris huiusmodi folia suspensa cōspexerit. Pro corollario addam, occidi eas hedera suffumigata. Nam eas qui sustulisse se profiteri signo aliquo velit hicroglyphico, Vespertilionem faciet hederæ folio insidentē. Nam Alcithoë Leucothoëç sorores apud Ouidiū, spreuisse Bacchi sacra singuntur,

eaç

**A** eaq; de causa in Vespertilioes mutatae, vnde suffitum hederæ ita exhorrent, vt eo etiam necentur.

## IMPVRAE MENTIS HOMO.

**H**esychius ait eam hieroglyphicum esse hominis, qui sero & parcè fidei documenta suscepere, inq; illis mente nō satis firma versetur, sed in ambiguo omnia reponat, neq; sciat de terra sua exire, sed in quibus genitus est latebris libentissimè delitescat: Christianus demum sit, sed parum fidelis: sero enim Vespertilio prodit, sub ipsum quippe crepusculum vespertinū, atq; ubi tribus aut quatuor spatiolis volatū exercucrit, à noctis tenebris occupatur: necq; longè fertur, sed supra circūq; tecta semper volitat, cùm Abrahamo Dominus peregrinationem indixerit, terra in qua alitus erat, quamq; inhabitabat, derelicta, pristinam scilicet imbecillitatem & crassam originem nobis posthabendam admoneens, perinde ac etiā separari nos à parentibus, & sequi Dominū doctrina moeat Euangelica. Vespertilio demū vtrū ales an musculus sit, extat in ambiguo, cùm, vti paulò ante diximus, ipsem in fabulis persuadeat gallo se esse murem, **B** catto verò alitem. Volat quidem, non tamen pennis, sed membranulis innixus: neq; pluma, sed pilo, atq; eo quidem murino, vestitur. Ita homines pleriq; volatu qualicunque prædicti, baptismatis tantum tintillum assecuti, apud catholicos Christum fatentur Petrum Ecclesiæ specificè præposuisse, apud hæreticos impudenter delirant atq; præuaricantur: apud Iudeos Christum rident, apud Maumetanos tam Iudeos quam Christianos incessunt, impurissimū hominū genus, non modò Vespertilionibus perquam simile, sed cui meritò ~~est~~ ~~est~~ ~~est~~ nomen inditum sit, abominabile id quidem, & omnibus abhorrendum.

## DE OTIDE.



THEMAS Græci dicunt, quas aues Tardas Hispania, damnatas in cibis, propteræ quod ossibus eius effractis teter odor ex medulla ad tardum usq; exemplò sequitur. Sedenim Xenophon earum carnem ait multò suauissimam. De tarditate idem tradit, & faciles captu asscrit, q; nihil quam perdices longius prouolent, celerrimeq; fatigentur. Ægyptij sacerdotes hanc quoque hieroglyphicis adnumerarunt.

**Q**vippe si hominem imbecillum, qui serociori potentioriç; assurget, ac in rebus gerendis sententijsq; dicundis primas illi partes cederet, significare si vellent, aut ita facendum admonere, Otidem auem, & equum adpingebant; illa siquidem simulac equū aliquem in conspectu habuerit, nihil quicquam contata, illum quadam velutī venerationis ostentatione excipit, circumq; volitando & subsequendo deducendoq; officium facere quodammodo videtur.

IMBECILLVS FOR.  
tiori assurgens.



## NIL ALTVM SAPIENS.

**C**Vm verò Otis omnino avis sit, animi est identidem signū: alatus enim animus passim apud Platonem. Sed hæc animū indicat ignauū ac stupidum, quippe quæ tarda est, corpulētiaq; adeò grauis, vt vix sese terra attollat; ita ter-

# Pierii Val. Alcedo.

reni etiam affectus, quo quispiam detineatur, indicium est, quippe qui nihil sublimis D  
me sapiat aut meditetur.

## CONTVM A X.

**A**T si quis contumacem aliquem & monitoribus asperum, ab omnibus bono opere alienum, hieroglyphico referre voluerit, aptè Otidem & canem pinget: nulla enim avis canem exhorrescit præter Otidem, quæ suæ sibi conscientia tarditatis, simulac canem conspexerit, aut latrantem audierit, statim arrepta fuga se condit in latebras. Per canem autem suo commentario sacerdotem præcipue significari diximus in templis concionantem, de diuinis, de pietate, reliquisque bonis moribus differentem cōtra impios scilicet & improbos oblatrantem. Eum igitur qui subfugit & sacerdotes, ingenio plurimum contumaci esse consentaneum est.

## DE ALCEDONE.



Alcedonem, quod hactenus viderim, Ægyptij non posuerunt; ea vero apud Italos sua habet significata.

## TRANQVILLITAS.

**Q**UORUM vulgatum illud est, per Alcedonis nidum rerum quarumlibet tranquillitatē indicari: mare siquidem per dies circiter quatuordecim, quibus auiculae ille nidificant in littoribus incubantque, mira pacari serenitate compertum est. Est verò nidus ille miro artificio ex pisciculorum ossiculis & spinulis contextus, ad gladii cuiuslibet ictum in columis, figura cucurbitæ, præter unum peregrinum cauum, qua ingrediendi & excedendi sit parentibus aditus, certa conclusis.

## IVSTITIA.

**T**RANSIT & ad res ciuiles figuræ huiusmodi significatū: nam hæ ad maris varietates accōnodantur, est enim iustitiā monumentū; ideoque à Plauto dictum, Alcedones esse iuxta forum. Ad suspensas enim fori procellas, fluctuationesque & turbines, hoc aptissimè refertur. Nam & Horatius mersari se ait, si quando res agere adlibuerit, ciuilibus vndis. Ita dies Alcyoniæ dicuntur, quibus foras conticescunt. Sunt verò dies Alcyoniæ, vt luculentissimo carmine Simonides tradidit, septem ante brumam, dum scilicet incubat: & septem à bruma, posteaquam pulli exclusi fuerint: quibus quidem diebus ea tranquillitas non semper nostris locis, in Adriatico quippe sinu, contingit, neque etiam Tyrrhenia ora, at in Siculo mari ferè semper. Fit verò bruma, vt Hesiodi interpretes scripsere, mense Ianuario, quem in honorem Bacchi Lenæum ipsis vocant: & eo mense à Latinis Brumalia celebrari dicūt, quod Bromus Bacchus appellatur. Sedenim Traiani temporibus, quod de ætate sua Plinius profitetur, ad VIII. calend. Ianuarias fuit, quo die natus est nostræ salutis Assessor. Accidit autem bruma, tresque cardines reliqui, in octaua singulorū, Capricorni, Arietis, Cancri & Libræ, quæ diuturnitate temporis ob minororū aliquot neglectā intercalationē, minimè nunc respondere cōperias: nam octaua Capricorni, circa vigesimā est nuū Decembbris diem. Sedenim hæc perpendere Astronomorum diligenter dimittamus.

## CONSVENTUDINIS RARÆ HOMO.

**A**lcedonem præterea pingebant quotiescunque vellent hominem raro prodeuntem, & minimo temporis momento cum hominibus versatum significare. Alcedonem siquidem videre est omniū rarissimè: ferè enim circa Vergiliarum occultationem, brumamque ipsam apparet, & ubi primū per portū non plus

A plus quam nauem circumvoluerit, statim abit, ut nusquam præterea conspiciat: de quo apud Stesichorū latius. Causam huius nídulationis hybernę quærerit Albertus, eam esse suspicatus, q̄ auicula ea rara adeo sit textura, ut æstate ppter nimiam corporis ariditatem progenerare nequeat, hyeme verò obturatis præ frigore poris, humidiorēq; effecto corpore, fiat ad conceptū idonea. Nō dissimilariū hoc loco quod Antigonus ait, Alcedones ubi senescunt, Cerulos vocari. Verū Aristoteles discernit inter se diuersas, Alcedonē, Cerulū, & Cornicem. Sunt qui harū marē Cerulū vocent, idq; verū esse tradūt interpretes Theocriti.

## DE CVRVA.

**S**VNT pleraq; de quibus Ägyptij parum, alij multum locuti sunt, quæ tam quoniam Ägyptiacis commentis non dissimilia sunt, in Struthio camelum hunc infacienda videntur, atq; in his Curuca, & Cuculus.

## ALIENI FILII PRO SVIS EDVCATI.

**D**E quibus vulgatissimum apud omnes scomma, hominem per eam significari, qui filios adulterinos pro suis pascat. Cuculus enim Curucæ absumentis ouis, in eius nido sua potissimum oua ponit, utpote qui se ignauū minimēq; idoneum agnoscat, qui possit pullis necessaria comparare. Suæ igitur sibi conscientius imbecillitatis, eam init rationem ad prolis suæ tutelam, quippe qui omnium auicularū iniurijs sit expositus, vereaturq; ne si nidum struat, minimo inde negotio depellatur, idcirco ad alienas cōfugere opes pergit. Curuca itaq; oua illa souet & excludit, atq; educat pro suis. Aristoteles, si modò legitimum est id opusculum, De mirabilibus auscultationibus, accidere hoc in Helice tradit; addit & in palumbium aut turturum nīdis oua ea deponi.

## DE CVCULO.

## MINIMA QVAQUE DE RE TIMIDVS.

**C**ucus quia timiditate maximè omniū avium excedit, adeo ut à minimis quibusq; auiculis conuellatur, easq; præ metu fugitet, cōmenti nonnulli sunt, hominem minima quæq; expauescentem, per alitis huiusmodi picturam significari. Vnde conuicia illa, siue quempiam adulteræ vxoris maritum dicere volumus, siue ignauum, siue stupidum, aut nullo animo præditum hominem notare, Cuculum appellamus, vt apud Horatium Sermonibus:

Tum Prænestinus salso multumq; fluenti  
Expressa arbusto regerit conuicia, durus  
Vindemiator, & inuitus cui sāpe viator  
Cessisset, magna compellens voce Cucullum.

Solent, inquit Porphyrio, leuia rustici circa viam arbusta vindemiantes à viatoribus Cuculi appellari: tum illi prouocati, tantā verborum amaritudinem in eos effundunt, ut viatores illis cedant, contenti eos Cuculos iterum atq; iterum appellasse. Ego cùm Octobri mense Roma Neapolim proficerer, in eiusmodi iocos incidi, per continuū diem conuicijs huiusmodi delectatus. Quare cum Acrone dicere possumus, hoc autem ipsa re nouimus, quemadmodū viatores quos in itinere vindemiantes per agros cōspexerint, cōuicijs agitare gaudeat, illiç; ita respondere, vt Cuculum eum appellent quasi pigrum, ignauum scilicet ac nihil hominem. Sed hoc parum est, & quod à Porphyrione dicitur, subfrigidum; hodie siquidem res agitur calumnijs etiam vehementioribus: viatores

# Pierii Val. Cuculus.

enim eos nunc Pulterones, nunc Cornutos, nunc alijs atq; alijs conuicjjs incēs. D  
sunt: illi contrā, siue ciuis, siue magistratus, siue rex ipse occentare cōperit, omne  
opprobrij genus regerunt, tegendisq; retectis turpisima quæcq; minitantur,  
præsertim si celissimis, quæ frequentes tota regione sunt arboribus insederint:  
quamvis id impunè toto agro Campano Neapolitanoq; tempore vindemiacet,  
ne quid Liberī libertati detrahatur. Atq; hoc illud est quod Flaccus ait, Du  
rus vindemiator & inuictus, cui sæpe viator cessisset. Quoniā verò species Cu  
culi certo anni tempore non multum differt ab accipitre, locus fabulæ datus,  
quā in Arati vita Plutarchus refert. Ipsa enim inducitur minores auiculas per  
contari, quare fugerent se conspecta, quæ nullam præ se ferat ferocitatem: quo  
niam, responderunt, suspicamur te aliquando futuram accipitrem.

T R A N S M V T A T V S.

**P**OSSUMUS igitur hominē qui vel mores, vel effigiem ita commutarit, ut aliis  
penè videatur, per eandem hanc auem significare. Ea enim figurā immutare  
reditur, & in aliud transire genus, cùm inter accipitres omnino numeretur, li  
cet vnguibus sit haudquaquam aduncis, necq; capite accipitri similis, sed colore E  
tantum, rostro quoq; magnitudineq; columbiño potius quam accipitrino.

P V L I C V M D E F E C T V S.

**A**Lij porrò quoniam Ægyptios animaduerterant de pulicum defectu descri  
bendo sollicitos fuisse, quippe origanum in eo significato proposuerat, ad  
didere ipsi Cuculum & humanū vestigium, qua specie pulicum exterminatio  
nem indicarent. Ferunt enim, quo quis loco primū audiat alitem illam, si de  
xter pes circumscribatur, ac vestigium id defodiatur, nō gigni pulices vbiq; unq;  
puluis eo vestigio compressus, sparsus fuerit. Hæc obseruarunt Magi. Pulicum  
verò nuncupatione, humiles sordidæq; curæ sunt intelligendæ, quibus implici  
ti vitam agimus anxiam & inquietam. Multa enim, licet ea pingere aut sculpere  
insanientis vaniæ sit ingenij, ob exiguitatē, quæ minus repræsentari potest, vsu  
tamen loquendi frequenter usurpantur.

I V N O.

**P**AUSANIAS vbi opera ea recenset quæ Mycenis spectatu digna viderentur, in  
sceptro, quod in Iunonis manu erat, Cuculū insedisse dicit, eaq; de causa si. F  
gnum ita fieri solitum q; Iunonis desiderio Jupiter aliquādo in eam auiculam se  
cōuerterit: tam inarcta illi de dijs suis cōminiscebantur. Quinetiā locum Coccy  
giū appellatū autores celebrant, in quo Jupiter in Cuculū sit mutatus. Apud in  
terpretes Theocriti ita leges, louē Iunonis cōgressum appetiſſe, rē tamen occul  
tare voluisse: mutatū itaq; in Cuculū, abiſſe in montē qui tūc Thronax, postea  
verò Coccyx appellatus est, eoq; & Iunonē concessiſſe, quæ simulac assedit, Ju  
piter in eius auis effigie ad eā aduolauit, sc̄q; in eius genua proiecit: repulit hunc  
Iuno excusso peplo, at ille statim mutata facie acceptus ab ea est. Hinc apud Ar  
giuos Iunonis simulachrū in throno collocari, in manu verò sceptrum ponī, su  
pra quod Cuculus. O' lepidos & otiosos deos, qui puerilibus his nænijis dele  
ctarentur: sed longè magis ineptos, qui talia scriptis mandare non erubuerunt.

N V P T I Æ.

**C**Vm verò vincula iugalia curæ sint Iunoni, putarim ego boni ominis causa  
Cuculum deæ dedicari solitū: boni est enim augurij Cucus, nostriq; so  
lent ex eius cantu ducendæ vxoris tempus percontari. Caro autem eius si in ci  
bum autumnali tempore veniat, cæteros sapores exuperat.

V E R.

A

## VERNUM TEMPVS.

**E**st & verni temporis signum Cuculus, id quod vel imperitae innotuit ples-  
beculae. Porrò nuncium eum veris ponit Hesiodus:

Ὕπερ κύκνος κύκνος ερνός οὐ ταῦλοισι.

Ut cantum audieris quem reddit ab ilice coccyx.

Tunc enim exulare hominem dicit, quia verum eo nuncio veris aduentum intelligant. Pistotherus apud Aristophanem, Auibus, vbi Cuculum Ägyptis imperasse dicit, tam eos ait quam Phœnices ad cantum huius auicule, tanquam ad imperium triticum & hordeum demetere solitos: tempestiuor enim apud eos messis, quam in Græcia & in Italia sit.

## DE CAPRICIPITE.

## AGELASTOS.



B Ominem qui nulla iucundiore consuetudine posset ad risum allici, quod eius expers esset, veluti Socrates fuisse fertur, ostendere si vel-

lent, Capricipitem auem pingebant, quam liene omnino carere tradunt: in liene vero sedes est risus, veluti amoris in iecinore, libidinis

in lumbis, iracundiae in felle. Eaç de causa dictum, columbam summam significare mansuetudinem, quod bile caret.

## DE VPVPA.

## FERACITATIS PRÆCOGNITIO.



Pupam Ägypti cum pinxissent, præcognitam vindemiæ feracitatem, siue lætum ac plenum vindemiæ prouentum indicabant, lætitiam sci licet aliquam affuturam, ut in Vite latius explicatur. Quia si ante vindemiæ tempus valde clangere audita fuerit, nimirum vini redundantiam prænunciare creditur.

## EBRIETATIS REMEDIVM.

H Ominem vero ebrietate laborant, ac sibi remedium cōminiscerent, signifi-  
care cum vellent, Vpupā & Capillū Veneris herbam pingebant: Vpupa

C siquidē vuis vescitur immodicè, ita ut plerūq; inde ebria fiat, ac simul ac se tētari

sensit, Capillo Veneris decerpto efficacissimè sibi medicatur. Herbā hāc

Græci vocant, ἡ μὲν θάμνος, hoc est, eo quod minimè marcescat, neq; quidem si

aqua perfundatur, immergatur ve, neq; bruma putrefit, ut herbe reliquæ. Sum-

mouent autem Vpupam diuinæ literæ, quam piorū mensis inferri nolunt, que-

rulam quippe volucrem, lugubrē atq; luctuosam, quæ nihil vñquā nisi mœstum

& triste meditatur. Vnde per alitis huius hieroglyphicum, hominē vitijs dedi-

tum intelligunt Theologi, propterea quod nemo magis querulus, magisq; mœ-

stus assidue est, q; vñusquisq; vir improbus atq; flagitosus; solicitat hūc admis-

sorū scelerū cōscientia, vel inquietū exercet admittendorū cupiditas & impotē-

tia. Nam si tumore superbiæ turgescat, quæ illi vñquā hilaritas arridebit. Fastu

cruciatur assidue, neque ullos tantos putat honores, qui quod affectat explere

possint. Repulsam passus est, infelicissimū se mortaliū putat. Avarus est, si iactu-

ra quantulacunq; fiat, vicem deplorat suam: si prædam cui inhiabat elapsam vi-

det, miserè cruciatur. Quid iracundus: an non statim ut incensus est peccas vī-

tij dat sui? Vnde Salomon ei luctum mandat, cui iræ, cui rixæ, cui sine causa ma-

nus sanguinariae. Quid inuidus: nonne suimet carnifex indefessus? Quid libidi-

nosus: mentita est amica, æstuat immensum; expleuit cupiditatem suam, lan-

# Pierii Val. Florus.

guet & erubescit. Quid vorax: distentus est, & grè habet: famescit, extorquetur. Quid ebriosus: aret guttur, pulmo inflammatur: potauit, mète capit, titubat, semianimis deficit: atq; vt semel cum Flacco dicam,

*An'ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,  
quàm eius animus qui sit improbitati, facinoribusq; addictus flagitious. Contrà verò prebus modestusq; vir, ruat cœlum, nulla re commouebitur, gaudebit semper, & equanimis erit semper, gaudētem hilaremq; scit à Deo vocari, exultantem sacris admoueri. Repulsam patitur, modestè fert; iactura afficitur, paruo cōtentus est: denunciantur inimicitiae, pacem meditatur; solicitatur à maligno, ressistit audacter, lætumq; tunc triumphū agere sibi videtur, cùm semetipsum edo muerit. Cibum & potum ita moderatè sumit, vt neq; mentem offuscat, neq; debilitet corpus: nullaq; demum animi tranquillitas, nulla lætitia, hilaritas nulla huic comparari potest; quæ in rectè factorum cōscientia requiescit, cùm se pium cogitet, cùm se vitam puriter egisse reminiscitur.*

## D E F L O R O.

**F** Onge diuersum ab Otide est ingenium Flori: nam quantum illa venerationis in equū ostendit, tantum hæc exercet odij & ignominiæ.

**F** Erocem hominem ab humiliore mansuctioreq; superatū, per Florum auiculā, quam αἱδηνοὶ Græci vocāt, significabant. Palustris auis ea est, coloris pulchri, oculorum acie nō satis valens, quæ cum equo semper pabuli gratia dīmicat: herba enim vterq; pa scitur. Illa vocem eius interdum imitatur, insidiensq; aduersus equū, dorsum occupat, quāq; maximo potest morsu colla armosq; vellicat, hiſq; auxilijs freta eum plerunq; fugat.

FEROX A' MANSVETO  
superatus



## D E S A L O.

**S** Vando verò in has incidimus inimicitias, non dissimiles ab his recensebimus, quæ inter Salum & asinum habentur ingentes.

### I N I V R I A R V M V L T I O.

**A** Egythum Ægypti, quem Latini Salum vocāt, asini vlcera rostro excauantem pingunt, si hominem illatas filijs iniurias vlcifcentē significare volunt. Nidulatur hæc plurimū in spinis, acciditq; vt asinus pruritu vlcerum excitatus, scabendi causa se conferat ad spineta, atq; ita atterat vlcera, nidosq; dissipet: quod quidem illa adeo pauet, vt cùm etiam vocem rudētis audierit, oua abigat per abortum, pulli etiam metu labantur in terram: itaq; Salus ob eam iniuriam in Asinum inuolat, vlceraq; eius rostro impedit, affixaq; pertinacius quanto máximo potest conatu excauat. Deniq; atrox vsque adeo odium inter eos esse autumant, vt si vtriusq; sanguinem commiscueris, sponte se vterq; subducat ac se pareatur, antipathia, ne coeat, pertinacissimè repugnante.

### N E C E S S I T V D I N I S A V E R S A T O R.

**S** I verò Florum vnā cum Salo pingerent, hominem qui alterius necessitudinē pertinaciter auersaretur, significabant: quare aues illæ aut auersæ inuicem, aut capitibus saltem obtortis in diuersa, pingendæ sunt. Commenti causa ea est, quod implacabiles inter vtranq; inimicitiae intercedunt, neq; vlo pacto fieri potest

A test ut harum quoq; sanguis exhaustus cōmisceatur: confusum enim non aliter alter hinc, alter inde cōtrahitur, quām oleum ab aqua subducitur, vſqueadē na-  
tura ipsa dissident. Quare tibi tria sunt obseruanda eiusdem generis exempla,  
quorum natura inter se minimē congruat, sitq; pertinacissimā discordiā, Salus  
& Florus, Salus & Asinus, & de quibus suo loco dictum, Cornix atq; Noctua.  
Namq; vt nihil est appetentius, nihil rapacius similiūm sui, quām natura, ita etiā  
dissimiliūm nihil auersum magis, ac magis abominabile.

## D E A R D E A.

### EXANGVIS DE NEQVITIA REDDITVS.

**H** Ominem ita libidinis vſu confectum exhaustūm̄ vt prop̄modum exanguis sit effectus, ostendere qui vellent, Ardeolā illam pelam pīn gebant, quæ Græcē φωθίς dicitur: ea de coitu ita angitur, vt sanguinē ex oculis emittat, remq; summo cum dolore peragat, clamore vasto atq; admodum insuauī difficultatem attestante. Nomen illi apud Græcos indi-  
**B** tum aiunt, ὁπλαρχεῖον: nam ἀρά quandoq; sanguinē significat. In collectaneis Sudæ Grāmatici dictā volunt πράσσονται τέλεια, quod in paludosis & humidis locis versetur, quasi helodium dicas. Sunt qui eas inter grues recenseāt: sunt qui similem grui dicant: & diuinarū literarum interpretes de aue hac, vbi vulgata Psal-  
morum editio habet, Herodij domus dux est eorum, varia tradiderunt.

## T E M P E S T A S.

**S** Ed enim D. Augustinus, qui herodium fulicam arbitratur, tempestatis eam impendentis signum autumat. Sedenim apud Maronem Ardea & fulica di-  
uersæ sunt volucres, tametsi vtraq; sit indicium tempestatis: ait enim,

Cumq; marinæ In sicco ludunt fulicæ, notasq; paludes  
Deserit, atq; altam supra volat Ardea nubem:

Sed super hac satis est à nobis in Ciconiæ commentario disputatum.

## D E C I N N A M O.

### AROMATARIUS.

**C** Ominem ex aromatum mercimonij ditescentem significantes, Cin-  
namum auem pingunt. Auis ea in Arabia versatur, quæ surculos cin-  
nami congerit, ex quibus nidum sibi conficiat, quo circa indigenæ plumbatis eum sagittis decutiunt, mercis gratia: neque aliud mihi su-  
per ea compertum est.

## D E V E L I A.

### STUDIO SVS OTII.

**S** Tudiosum otij & commodorum hominem indicare qui volunt, Ve-  
liam auem pingunt: ea enim in umbra & aura æstatem agit, hyemem  
in apricis: nam & potentes, cum in eos qui otio literario dediti sunt,  
cauillantur, genus hominum ignauum appellant, quod, vt apud Ju-  
uenalem est, techo gaudet & umbra.

## D E A S I O N E.

### IGNOBILITAS.

**I** Gnobilem hominem, atq; vtī dici solet, Terræ filiū, notare si vellent,  
Asionem illum pingebat, qui diuersus à perenni est, corpore pingui  
& minimē vocali. Nihil enim habetur exploratum de generatione  
eius, cuiusmodi, qualisq; sit: cæterūm Fauonijs tantūm flantibus

# Pierii Val. Asio & Iynx.

eum apparere cōstat, veluti etiā pleriq̄ homines ignobiles, potentiorū tantūm D  
fauore aliquo, tali quippe adspirante Fauonio, nullis alioqui natalibus, nulla  
probitate, nulla virtute, nulla muniti disciplina, ad clarissimas interdum digni-  
tates euehuntur, omnibus, vnde h̄i prodierunt, admirantibus. Noctuarum hoc  
est genus maximū, quibus pluma aurium modò surrigitur, vnde & nomen illi:  
otus enim Græcis est, de qua quidem apud Athenæum plura comperies.

M I M V S.

**P**Er hanc auem pleriq̄ mimum atq; parasitum exprimunt: non enim à mimi-  
ca multum distat ars parasitandi, quam ita describit Horatius:

*Alter in obsequium plus aequo pronus, & imi-  
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,  
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,  
Ut puerum credas sœuo dictata magistro  
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.*

Est enim hæc avis omnium maximè imitatrix, & vt Plinius ait, parasita, & quo-  
dam genere saltatrix. E

C O R N V T I.

**H**Æc in clypeo atq; insigni militum Romanorum, qui recentiori tempore,  
paulo antè quām declinaret Imperium, sub Magistro peditum merebant,  
ordinis eius signum fuit qui C O R N V T I appellabantur: eratq; ales prasinī co-  
loris in orbiculo luteo, quem cæruleus ambitus latè ductus circumpletebatur,  
à quo mox arctior & ipse luteus, & circa marginem extremus ruber.

## D E I Y N G E.

Ynx inter lingua nobiles enumeratur, pro quo nomine Lyncē com-  
plusculis in locis apud Pliniū corrupte scriptū offendes, indice etiā  
illo tam copioso, eodem errore perplexè notato, quippe qui volucrē  
animal quadrupedibus adnumerarint, Lyncem eam, quę nostra hęc  
lynx est, arbitrati. Fringillā hanc vulgo dicunt, vt Gaza putat. Græci pleriq; Ro-  
mani sermonis non vocem, sed significationem secuti, σειρηνίδη, Latini à caudæ  
cōtinuo motu, motacillam dici tradidere, Torquillam alij, à torque quo collum F  
insignita est: alij turbinem, alij aliter nominarunt; sed nos Plinianī codicis macu-  
la iam eluta, ad significata nostra reuertamur.

D I C A C I T A S.

**P**Er eam pīctam nōnulli dicacem hominem intelligunt, propter insignem lin-  
guæ longitudinem: linguam enim habet serpentibus similem, quam in lon-  
gum mensura quatuor digitorum exporrigit, rursumq; contrahit intra rostrum  
non complicatā, sed terreni lumbrici more collectam, & in se reductam. Com-  
munis autem sermo verbosos garrulosq; homines ab instrumento ipso lingua-  
ces appellare solet. Sed ad linguam id etiā addemus, quod pedes habet lynx bi-  
nis vtrinq; digitis insignes: illi tamen hæc de Lynce dicta credidere.

I N C A N T A T I O.

**P**Assim verò prēcipuum ales hæc fuit incantationū signum, propterea quod  
ei amatoriū quid natura inesse persuasum est. Quinetiam quæcunq; ad rem  
amatoriam veneficia, pharmaca, incantationesq; comparantur, uno vocabulo  
lyngas Græci vocaucre. Hinc apud Theocritū intercalare illud, Pharmaceutria:  
*ἴνγξ ἐλκε τυτλῶν ἐμὸν ποτὲ θῶμα τὸν αὐθόρα.*

Scri-

**A** Scribir Pindarus Venerē lynga ccelitūs attulisse, quam Iasoni daret: carmenq; docuisse, quibus Medeam in amorem alliceret.

## V E H E M E N S C V P I D I T A S.

**I**Dem Pindarus hieroglyphicē locutus ὑγιεῖς οὐκέται τοι dixit, vehementē cupiditatē significare volens, vt eius interpres exponūt. lynx enim, vt interpretantur illi, vis illa dicitur, quæ cogitationē nostrā ad cupiditatē & amorē trahit. Tradunt nōnulli Pithūs eam filiā fuisse, propter persuadēdi vim: maxima enim persuadendi vis inest amori, nihilq; tā incredibile dici potest, quod amanti non persuadeas. Vnde rectē Ouidius: Credula res amor est. Addunt, eam amatorijs beneficijs incitasse louem in amorem lūs. Sedenim Callimachus Echūs filiā dicit, & louem (tanta eorum temporum vanitas fuit, ne imperitia dicam) ab ea vē neficijs coactum, vt secum rem haberet: vtcunq; mox ab irata lunone in eiusmodi auiculam transmutatam, beneficijsq; amatorijs construendis damnant.

## D E C A P R I M V L G O.

## P E R N I C I O S A C O N S V E T V D O.

**B**  Erniciosæ consuetudinis hominem indicaturus quispiā, Caprimulgum autē pingat: ea enim inter capras familiariter versatur, appetitq; earum vbera sugere quod cūm fecerit, vber extinguitur: capra, vt aiunt, excæcatur.

## D E T V R D O.

## S V I S A R T I B V S E L V S V S.

**T**üm̄inem qui technis & cōmentis, consilijs ve aut artibus proprijs elusus male perierit, & vti dicitur, in laqueos quos retenderat, incidē rit, ostendere qui volunt, Turdum viscatae implicitum virgulæ pingunt: quandoquidem, vt inquit Plautus, ipsa sibi auis mortem cacat: viscum enim nō prouenit, ait Plinius, nīsi maturatum in ventre ac redditum per auium aluum, maximè palumbium & Turdorum. Apud Irenæum legas quid huic rei simile, de his qui in eligendo sibi malo sunt procliviiores & aduersa mox quæ in se ipsi contrahunt, Deo imputant, cūm nihil aliud sit, indurare cor Pharaonis, & Excæcare oculos populi, apud Deum, quām gratiam suam quæ se lar-

**C** ḡe volentibus infundit, à prauè & iniquè agentibus auertere. Nam simulac quis Deum dereliquerit, quæ bona sunt aspernatus, amissa spiritus gratia, omnibus inde afficitur incōmodis, viam rectam non videt, & contumacem se opponit ad admonitiones, nullo pollet animq; sensu, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Ita dicimus eum à Deo excæcari, & obdurari, quemadmodū Solem occidentem recessu à nobis noctem facere, cūm alioqui nihil à Deo nisi bonum emant, quemadmodū à Sole semper lumen & calor.

## S V R D I T A S.

**A**lioqui Turdus surditatis indicium est, cūm omnium auium eo plurimūm incommodo laborare Turdum, manifestum habetur. Accedit huc & proverbium κύλης κωφόπερ, de loquacibus, qui loquentes alios pati nequeant.

## D E E R Y T H A C O.

## S O L I T V D I N A R I V S.

**S** Olitudinarium hominem qui significant, Erythacum auem pingunt, quæ quidem ita secessu ac solitudine gaudcat, vt raro duas vel in eodem saltu reperire possis. Eam Theodorus modò Sylviam, modò Rubeculam appellat, alterum à syluarum desertis,

# Pierii Val. Cinclus.

alterum à ruboris indicio, quod ex Græca dictione colligitur.

D

## DE CINCOLO.

PAVPERRIMVS.



Nueniebam extremæ paupertatis hominem per Cinclum auem pīctam significari. Causam Aelianus affatim explicauit, qui Cinclū auē esse dicit imbecillam, inualidamq; adeò, vt nidum sibi ipsa parare nō possit, alienisq; ideo nidis ouifectare. Est & apud Sudam aliqua de Cinco mentio, cui nomen à caudæ motatione sit οὐσπυῖς. ea nimirum lynx est, de qua nunc agebamus. Hanc sanè vulgus plerisq; locis, Græcum vocabulum exprimendo, Codaquassulam dicit. Interpretes Theocriti hoc ipsum agnoscūt, & κυκλίζει lumbos motare dicunt, quod Latini fluctuante lumbo reddidere.

## CINGANI.

**C**Vm itaq; Cinclus inops adeò sit, necq; certo vsquā lare vtatur, nōnulli errores illos qui nunc totum terrarū orbem mendicabundi cum chiromāticis vxoribus & liberis peragrant, nusquā certas domos habentes, quos vulgo Cin E ganos vocamus, Cinclos ab auis huius similitudine appellatos arbitrantur.

## AD VENIA.

**Q**Vanquā in vniuersum omne genus auiū apud aruspices pro peregrinis, aduenis & cōuenis accipitur, vt ostenti eius declaratiōne patuit quod Ale xandro oblatum est, dum condendæ vrbis Alexandrinæ in Agypto modulum ab architectis deposcebat, forteq; euenisset vt neq; gypsus, neq; alba terra vspiā inueniretur, quo situm & magnitudinem cupid Regi describerēt, architecti ad farinæ opem se contulerunt, eāq; disseminata quaqua vrbis mœnia ducenda erant, accidit vt aues ad eam depascendā audius aduolarent, quo quidem ostento territus est Alexāder: sed aruspices respondere, prospera vrbī ex hoc portendi, quod futura esset omnium & nutrix & alumna, soliq; vbertatem esset alienis quoq; gentibus largissimè communicatura.

**PIERIVS VALERIANVS AD MAGNIFI-**  
**CVM PETRVM MELINVM ROM. SENATVS CANCEL-**  
**LARIVM, DE IIS QVAE PER APEM, ET ID GENVS**  
cætera significantur, ex sacris Agyptio,  
rum literis.

**V**erbi significationes, quas in aliquot digessimus cōmentaria, legisse te scribis, Petre Eteline Romanorum ingeniorum præsens decus & ornamentum: in quibus & Apem habere voluisses, quæ, quod mellifica est, ad domus tuæ gentile nomen cognationem quandā habere videatur. Proinde si quam, vt superiori anno fecisti, ædium tuarū partem picturis ornare pares, habiturū te speras tui generis argumentū, quo literatorū oculos possis non inaniter oblectare. Feci non iniuitus, quod tibi fore gratum intellexerā. Sed quod à melle te maiorū tuorū nuncupatione vocari putas, dixerim ego te id nominis à morū potius tuorū suavitate cōparasse, siue id summa humanitas meretur tua, siue affabilitas iucundissima, cuius lepore omnes ad te trahis tibiq; deuincis, vt de te verè dici possit, fauum mellis in ore tuo sedem posuisse: siue perelegās ille scribendi tenor tuus, vbi solutā orationem aut carmen facis, amoenissima quadā dulcedine legentem afficiunt, euenit ut unde cunq; merum mel & sis, & habearis. Ac plenus rimarum sum, neq; me cohibere possū quin epigram-

A epigramma illud cœnis nostris sodalitijs olim decantatum erumpat. Quid enim prohibet apud ingenium Poëticæ studiosissimum, aliquando poëtam agere?

Romulei certant lepido certamine vates,

Nominis ecqua viget congrua causa tui.

Nam qui ex te norunt manare poëtica mella,

Mellinum à merito nomen id esse volunt.

Atq; alij malunt correpta parte Melinum

Dicere, Pegaseum quod melos ore canis.

Sis quodcunq; velis, nullo discrimine amandus,

Seu mihi Mellinus, siue Melinus eris:

Omnia congruerint, tanta dulcedine carmen

Pangis, & oranti spargis ab ore melos.

Id quodèò tibi gloriōsius accidit, quod horū infelicitas temporum pauca admodū nunc ostendunt ingenia, quæ bonarum artium amore eruditioñs' ve felicitate capiantur: eoq; alieniores pleriq;

B à doctrinæ studijs euadunt, quo sunt magis natalium splendore aliquo illustrati. Tu verò cùm ex

eas sis domo ortus, in qua summi pleriq; viri gentiles tui, & veteri & recenti etiam memoria ad patriæ ornamentum geniti, insignia rerum à se gestarum monumenta reliquerunt, Cardinalia decora, primos in Urbe honores, titulosq; foris arma pro salute patriæ victoria, diuitias honestissimis artibus comparatas, nihil rerū harum amplitudine contentus, à teipso splendorem excitare quæsiuisti, ut clarissima ea familia dignus euaderes, patreq; in primis tuo senatore semper optimo, apud quem tanta educatus es sanctitate. Accessere mox bona artes, & egregiae disciplinae, Latinæq; & Cræcæ literæ, quas eo conatu successuq; assecutus es, ut paucissimi omnino sint inter Romanam hanc nobilitatem, qui parem tecū gradum hodie conferre possint. Sed quoniam non de literis tantum, sed de totius vita & integritate, atq; animi magnitudine, si quis de te loqui cæperit, sermo faciens effet, parentumq; tuorū benignitas omnis explicada, qui me omnibus humanitatis officijs prosecuti, quam in filios exercere par est, benevolentiam, charitatem, & studium in me omne præstiterunt, his in commodius tempus dilatis, quod nunc agendum instat,

Apem ipsam, quam tibi merito deberi iudicauimus, exhibendam curauimus. Ecce verò tibi eam, in cuius comitatū, ne Fucus etiam, helluo ille satis impudens, & molestissimi Culex & Ve-

C spa sese intruderent, repellere nunquā potui: ac ne ullus & molestia & importunitati finis effet, Musca etiā, Cicada & Araneus sē his admiscuere. Tu quidem strenuè nimirum & ex prudenter tua feceris, si, ne ab eorū aliquo ladedare, caueris. Verū agè quid Apes sibi velint videamus.

### POPVLVS REGI SVO OBSEQVENS.

**O** P V L V M Ægyptij sacerdotes obsequientissimū Regi suo significare si vellent, Apem faciebāt illam vticq; breuem, variā, & in rotunditatem cōpactilem, quæ sola ex animalibus Regem more hominum habet, quem vniuersum Apum agmen cōflectatur, & quæ atcq; homines Regi obtemperātes. Rex verò vel aculeo caret, vel ad offendiculum minimè exerit: quæ quidem præcipua est in Rege virtus, qui in obeundis virtue officijs, nō magis iustitia aculeum, quam dulcem in ellis clementiam ostentare debeat. Ac de populo quidem agnoscit hoc idem Plotinus libro De suo cuiuscq; genio, qui ciuilem hominem, popularibus vticq; studijs deditū, sed qui perfectā virtutem consequi minimè potuerit, ab obitu in Apem regenerari fabulatur: qui verò ciuilem virtutem ad amissim assecutus fuerit, eundem iterum hominem fieri contendit, & ad eadem munera redditurum.

# Pierii Val. Apis.

R E X.

D

**M**eritò itaq; Regem, qui populos vnanimi benevolentia sibi deuinxerit, ostendere qui vellent, examen Apum proponere cōsuerunt: siquidem is foras non procedit, nisi migraturo examine: cumq; procedit, totum examen circa eum congregatur, cingit, protegit, cerni non patitur reliquo tempore. Cùm populus in labore est, ipse, inquit Plinius, opera intus circuit similis exhortanti, solus immunis: circa eum satellites quidam lictoresq; assidua custodientes auctoritate. Cùm processere, se quæcq; proximā illi cupit esse, & in officio conspici gaudet. Vbicunq; consedit, ibi cunctarum castra sunt. Missam facio miram earū circa Regem obedientiā, vt fessum humeris subleuant, validius fatigatum ex toto portat, multaç; huiusmodi, in quibus enarrandis tanta vtitur suavitate Plinius, vt eas ipsas Apes in eius ore mellificare dicas, vnde lepor ille tam dulcis eloquentiæ demanarit. Adamantius ait, Apes hæc nullo animi cōceptu facere, vt pleriq; contendunt, sed naturæ ipsius diuinæ beneficio, quæ vel bruta eosq; prouexerit, vt pleriq; in rebus ratione præditos imitentur. Nos verò vult admonitos, vt vbi Apum mores cognouerimus, ducibus parere non recusemus, negotiaç; ad Republicæ ciuitatumq; salutem opportuna alacri animo suscipiamus. Non enim amat id genus hominum Adamantius, qui sub pietatis specie suam obtengunt ignauiam, suoç; tantum otio & commodis consulentes, negotia subfugiant, & veluti genus humanum oderint, humanas etiam consuetudines auersantur. Adeò vero est Apes, vt Musonius obseruat, conuersationis & vitæ sociæ amatrix, vt si sola relinquatur, desiderio tabescat & moriatur: quod ad popularis hominis naturam & similitudinem referri potest. Atq; hoc spectat Plutarchi illud super exilio dictum, nos quasi formicæ, vel Apes, si ex vna vel cauerna vel alueario exciderimus, hospites externiç; esse videmur. Hoc ipsum examinis significatum in aruspicina etiā reperitur, cuiusmodi signum Dionysio, paulo antè quām regnare cœpit oblatum est, qui cùm equū è voraginibus, in quas demersus erat, nulla prorsus cōtētione extrahere potuisset, discesserat, vt Philistus ait, ægrè ferens: cùm aut aliquantulum progressus esset, subito exaudiuit hinnitum, ad quem conuersus equum alacrem latus aspexit, cuius in iubā examen Apum considerat imperij quod occupauit indicium. Nam equum subiugationi frēnoç; aptum esse, suo diximus commentarij.

R E G N V M.

**A**C ne ab Sicilia tam subito discedamus, Hieroni quoç; iam iussu patris exposito, propterca quod ex ancilla natus esset, ne nobilitati paternæ dedecori foret, tamen ita humanæ opis indigenti Apes in os mella congesse: quo ostento pater ab aruspicibus admonitus, filium recolligendum duxit, moribus & disciplinis ijs erudiendum curauit, per quas postmodum ad præmonstratam Regni maiestatem facile peruenit. Ita vero nomini regio fauorabiles sunt Apes, vt in causa fuerint, ne Onesili Regis Cyprij caput, quod in ludibrium Amathusij supra portam vrbis suspenderant, insepultum diutius maneret: in id enim iam exanimatum, examen Apum mella contulerunt, fauisq; reserferunt. Hinc loci incolæ oræculi super hoc requisiti responso moniti, caput honorificè sepelierunt, Onesiloç; quotannis, vt Heroi, sacra instituerunt.



G R A T A

A

## GRATA ELOQVENTIA.

**A**Ddunt nonnulli, suauem eloquentiam per hieroglyphicū Apis significari. Quanquam Diogenes suæ morem gesturus mordacitati, orationem blan-  
dam, utpote ad fallendum vel ad gratiam paratā, mellitum laqueum vocitabat.  
Irridebat is Platонem perlubenter, cui paruulo in cunis dormienti Apes in label-  
lis consedissent: ex quo responsum est, singulari illum suavitate orationis futu-  
rum. Ita præuisa eloquentia est in infante per Apem. Et huiusmodi tale D. Am-  
brogio è nostris contigisse, memoriae proditum est. Idem & Pindaro poëtæ acci-  
disse Pausanias tradit, cum is puer adhuc Thebis digressus æstiuo tempore The-  
spias proficeretur, calore exuperante aliquantulū à via declinavit, & sub um-  
bra nonnihil acquieuit, cui in somnum soluto Apes in os mel congeffere. Et ita  
demum quemcunq; veteres ab eloquentiæ suavitate cōmendarent, eum ab Apis-  
bus nutritum dictabant. Sic & Theocritus Comatā beatissimū ait, cui huius-  
modi nutricatio contigisset. Apud Hesiódum, Theogonia, Musæ amicorū lin-  
guis rorem instillant. in castigatis enim exēplaribus, non ἀοιδῶ, sed ἴσπολῶ legitur:

τῷ μὲν ὑδί θάωσῃ θάυκρῳ χείσοντεῖσπολῶ.

**B**vbi interpretes ἴσπολῶ δέοντα interpretantur, ac perinde mel intelligi debere, inde  
verò eloquentiæ suavitatem. Sanè Pindarus amabile mel Isthmijs posuit, & δέοντα  
μέλιτην, pro felici successu, qucm Iupiter propinat: vbi commentatores gau-  
dium intelligi volunt, quod ex commendatione & laudibus percipitur, si præ-  
sertim ille ab eloquenti & erudito viro optimè prædicentur; qua quidem voce,  
teste Themistocle, nulla suauior exaudiri potest.

## POETICÆ AMOENITAS.

**O**MNium autem consensu receptum est, per Apis hieroglyphicū poëticam  
intelligere amoenitatem, ut apud Horatiū: Fidis enim manare poëtica mel  
la: & vt ait doctissimus vnde cunq; Varro, Apes causa Musarum esse dicuntur  
volucres: quod si quando displicatae sunt, cymbalis & plausibus & numeris re-  
ducuntur in vnum locum. Pindarus hymnorū suavitatem & elegantiā, per mel  
candido lacte cōmixtum intelligendum dedit, vbi Nemeis dicit: ἡδὸνὴ τοῦ πάραπον  
μεμυγμένον μέλι λαβυρῖνθα γάλακτη. Lac ponit Pindarus, quod à natura est, ac perinde  
**C**genium & venam indicat. Mel verò, propterea quod magno Apum labore cō-  
ficitur, artem & diligentiam significat. Hinc clamat Horatius:

Vos ô Quintilius sanguis carmen reprendite, quod non  
Multæ dies & multæ litura coercuit, & quod  
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Et ipse de se, quantum pertinet ad laborem & diligētiā, quam scribundis ver-  
sibus adhiberet, ait:

Ego Apis Matinæ more modoq;.

Non enim temerè vsque adeò assurgit Pindaro tam honorifice, cuius hymnum  
agnoscat & vena diuite copiosum, & magno studio & arte simul elaboratum.  
Quin & suam fert super hoc loco sententiam:

Natura fieret laudabile carmen an arte,  
Quæsircum est. Ego quid studium, sine diuite vena,  
Nec rude quid poscit video ingenium: alterius sic  
Altera poscit opem res, & coniurat amicē.

## FUTVRI SECVL BEATITVD O.

**Q**Uæsierit hīc sanè aliquis, cur policeatur Dominus ducturum se populum

# Pierii Val. Apis.

suum in terram lacte ac melle fluentem: passim enim hieroglyphicum aliquid sa D pit diuinarum literarum sermo. Igitur Theologi nostri, referente Hesychio, hoc ad futuri seculi delicias beatitudinemq; transferunt, quod ex cibis, quibus hic vtimur, nihil his suauius necq; dulcior inuenitur: tum quia sine labore compa- rantur, & nulla indigent præparatione. Nam bona illa absq; vlla sollicitudine, sine dolore, studio nullo, apparatu nullo, conditum nullius egentia, tanquam ef- fuso copiæ cornu suggestum.

## D V L C I V M A P P E T I T V S.

**A** Pes autem quia dulcia tantum gustant, si pascentes pingantur, hominē hie- roglyphicè significat qui dulcibus tantum rebus delectetur, dulciaq; omni cura studioq; perquirat. Horatius cum dulcedinem & suavitatem, quodq; maxi- mè placeret, exprimere vellet, Si iuuat, & melli est, inquit. Plutarchus libello De coniugalibus præceptis, Mūlier, ait, quæ viri primo congressu territa coniuga- lem inde copulam subfugitat, similis est ihs qui Apicularum aculeis patienter se offerunt, mella ipsa reformidat. Ad eandem respiciens iucunditatem Catullus, suum illum Passerem, Lesbiæ suæ delicias, cum maximè lepidum indicare velit, E mellitum fuisse dicit. Deniq; Virgilianus Dametas cum Pollionis amicis optat mella fluere, nihil aliud sibi vult, nisi ut copiosissima rerum omniū, que suauissi- mæ iudicetur, vbertate ditescat. Egregiè verò Pindaricū est, mel pro suavi, tran- quillo, & maximè expetendo amabilisq; bono ponere: quare de Olympijs victo- ribus ait, ὁ νικῶν δὲ λειπὼν ἀμφὶ τοῖσιν ἔχει μελιπότερα δύο διατάξεις: quod exponunt interpretes, vi- ctores vitæ reliquū agere in terra melliflua, hoc est, tranquilla deinceps suauisq; perfrui quiete. Idem cum κέραντες τοὺς μέλι dixit, mel etiam satietatem habet, nihil aliud voluit exprimere, nisi supremam quandam suavitatem atque dulcedinem inesse melli, que tametsi supremè delectabilis est, satietatem tamen afferat: quam sententiam πρᾶξις protulit. Paulò secius Horatius sensum eundem attigit, vbi dixit, Dulcia se in bilem vertūt: quod tamen ex physica disciplina est ab eo sum- ptum: aiunt enim medici, cibaria dulcia confessim in bilem abire.

## D I V T V R N A E V A L E T V D I N I S P R O S P E R I T A S.

**I**Nuenio vitæ prosperitatē ac inoffensam valetudinem in lōga æui spatia pro- ductam, per hieroglyphicū Apum in secundo oleæ ramo considentiū signifi- cari: id quod mihi Democriti responsum in memoriā adducit, qui olim interro- gatus, qua ratione quis longiorem vitā assequi posset: Interiora, respondit, melle irriganda, exteriora verò oleo perungenda: quod hieroglyphicè acceptum o- stendit, animū quantacunq; fieri potest suavitate permulcendū, hilaritatēq; vn- decunq; captandā, omni prorsus amaritudine atq; acerbitate procul ablegata, necq; quicquā quod exulceret, intromittendū: corpus verò exercitio consolidan- dum, quod quidem in otio torpescere necesse sit. Nam vt cōmentario suo dictū, oleum inter alia significata, exercitiū quoq; denotat. Sedenim Aristoxenus Py-thagoricos plurimū melle vsos tradit. Neq; tantū calidi panis suffitu Democri- tus vitā dies aliquot in amicorū obsequiū produxisse fertur, verū & vapore mel- lis naribus admoto. Omnino aut̄ ferunt, quibus mellis vsus frequentior fuerit, vitā diutius producere. Contrà verò qui cibis acidis delectent̄, breuioris esse vi- tē. Sanè Cyrnios populos, qui scilicet Corsicā insulā incolebāt, longeuos vixisse tradit Athenaeus, q; aſſiduè mellis vterent̄ cibo. Nam & Diophanes, qui de re rustica libros conscripsit, longeuos euadere dicit qui mellis esitatione delectati fuerint. Præstat verò in senecta ipsa plurimū pane & melle pasci: neq; enim so- lūm

A lūm, vt is afferit, viuacitatē adiuuat, sed & sensus omnes sanos & integros custodit. Quāvis, quod ad Athenæū spectat, nostri mel Corsicū dicāt habere aliquid in se, quod amaritudinē sapiat: vnde dixerit Ouidius de nefasta & exitiali cera:

*Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ,  
Tuq; negaturis cera referta notis,  
Quam puto de longæ collectam flore cicutæ,  
Nelle sub infami Corsica misit Apis. Et,  
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,*

*Maro prius dixerat.*

Insaniosum mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copiosius edissent, & vomere & excernere cogebant, necq; quidem omnino stare poterāt.

#### M E R E T R I X .

B Ed quoniā trahente rerum fluxu impeginus in mellis vitia, minime dissimum landum quod quadragesimis Hebreorū castris Hieronymus putat Ionathā cōtra detestationē patris gustasse mel intellectu mystico, quod scilicet destillat à labijs mulieris meretricis, & sorte deprehēsum, vix populi precib. liberatū. Porro mel nō offert in sacrificijs Dei: & cera quę dulcia cōtinet, nō lucebat in tabernaculo, sed oleū purissimū, quod de oliuarū exprimit amaritudine. Quod verò sit verisimilis Hieronymi cōiectura super Ionatha, Aristoteles tū milites plerosque omnes mulierosos esse, tū scriptores rcrū, qui recēsent Hebreorū mores, gē tem eam esse ponūt salacissimā. Sed Ionathā pro innocentia sua dicentē mihi vi deor audire: Cur igit̄ ego conquestus palam sum, satis imprudenter fecisse patrem meū qui populū tam longe addixerit esuritioni, vt vel modico cibo, quem sors obtulisset, suorum vires vetuerit instaurari? Quorsum vlla hīc impudicitia? Nam quomodo ego, qui à sole exorientे hostes uno tātū comitatus famulo, cū per inaccessas crepidines ad eos irrep̄issim, quotquot obuiam habui aggressus cecidi, & in fugā verti, et mox accitis meis, ad vesperā vscq; perseveratissima occidione persecutus sum, quo pacto deliciis & genio vacare potuissem, q pro summo Dei nostri honore, populiq; totius incolumentate, ad extremā vscq; delassationem cōfectus crā: quare illa obsecro adulterina, cōficta, subdititia, nequaq; à tā probo, tā pio, tā acri veritatis propugnaculo, tā immerito de me vnquā cogita ta credideritis.

#### E X O T I C Ā D I S C I P L I N Ā.

C V T verò nos mellis damna prosequamur, id etiā addemus, quod Hierosolymitanus Hesychius nō Poëticā tantum, verūm omnē Gentium doctrinā per mellis Apūmū hieroglyphicum significari tradit, quod in suavitate verborum & eloquij dulcedine tota consistit, rerū autē inanis est. Eoq; trahūt Solomonis illud ex Proverbij: Nō respicies ad mulierē meretricē: fauus enim destillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima aut illius amara quasi absinthiū. Quo minus miremur, si qui longo post tempore successit, Plato quoq; Musas sui temporis meretriculas appellauit. Præceptū verò, vt paulò antē dicebamus, diuinis literis, ne quicquam mellis in sacrificium Domino adoleatur, sed in munus primitiæ eius offerri possint. Præcipit enim ex parte, illius sapientiæ primitias offerri, non autem plenius ea vt, quippe vt fides nostra non in sapientia hominum consistere videatur, sed in virtute Dei, vt Paulus in priore ad Corinth, epist. Ea verò de causa mel, vt ait Eucherius, in sacrificijs offerri prohibebatur, quia resoluti blandimentis deliciarum, aut dulcedine voluptatum, non possunt mysteriorum Dei esse participes. Hinc pascha Domini comedī cū amaritudine iubetur, quia sit semper austera districtio veritatis.

# Pierii Val. Apis.

D E V I T A E D V L C E D I N E A M A R I T I E S.

D

**A**Ttingemus ea quoq; quæ complexu rerum possint in orationem absolu-  
tam coalescere: vt si quis amaritudinem aliquam, aut infortunium, quod  
anteactæ vitæ suauissimum ocium & tranquillitatem exasperet, per huius gene-  
ris hieroglyphica explicare voluerit, nō alia congruentius pictura signo've vte-  
tur, quām figurato mellis fauo, de summo cuius absinthiū pullulet, herba nimi-  
rum amarissima: quod quidem Lucretianum illud sapere videtur, quod in no-  
stræ vitæ conditione frequenter occurrit:

*Medio de fonte lepōrum*

*Surgit amari aliquid, quod in ipsis faucibus angat.*

P O P V L A R I S F V G A.

**C**ommenti sunt nonnulli popularē fugam per examē Apum & subiectū fu-  
mum indicare: quandoquidem Apes nulla rem agis consternantur, in fu-  
gamq; vertuntur, quām fumo supposito. Atq; E  
hac similitudine vtitur Apollonius Argonau-  
tis, in describenda Bebryciorum fuga, simul-  
atq; interemptum Amycum conspexere.

O B O R T V S I N M O E-  
ritia lepos.

**S**Ed longè suauius illud est, quod per Apes  
Sex cadauerosi leonis ore prodeūtes innui-  
tur. Pingi potest hoc, vbi quis aut à detracto-  
ribus malè habitus, insigniorē fuerit existima-  
tionem assecutus, aut inimicorū contumelij  
affectus clarior euaserit, aut ex illatis iniurijs  
creucrit. Mordacissimus est enim leo, violen-  
tus, & ferox. Apes verò in eius faucibus mellificantes, prospera & suavia quæ  
subsequuntur indicant. Verùm historia vetus ansam huic hieroglyphico sub-  
ministravit: quippe Samson Dauidanus tribulis cùm in ferociissimi leonis oc-  
cursum illapsus esset, vltrò belluam adortus eam strangulauit, peremptamq; ex  
publica via in syluam proximā pertraxit, eamq; ibi in abscondito reliquit. Pau-  
cis verò post diebus proiecta belluæ cadauer inuisurus eò redijt, vbi mira res  
oculis obiecta est: nam frequens Apum examen in tabidis eius faucibus fauos  
fabricare occēperant. Vnde illi postea quæstionis argumentum fuit, quā Palæ F  
stinæ iuuentuti dissoluendam proposuit, Qui fieri posset, vt truculenta imma-  
nisq; res, eademq; voracissima, suauissimum ex ore cibum erogaret. Cuius qui-  
dem quæstionis historiā solius vxoris silentio crediderat, eius fidem & taciturni-  
tatem exploraturus. Hinc illa mox medio conuiuio, ob rem ab vxore prodi-  
ta, exclamatio Samsonis plena acerbitalis exaudita, Nihil esse fœmina fallacius.

P R O P H E T A R V N O R A C V L A.

**M**inimè vero prætereunda sunt etiam alia, quæ sacris nostrorum literis tra-  
duntur: Quām dulcia faucibus nostris eloquia tua super mel & fauum ori-  
meo. Et alibi: Iudicia Dei dulciora super mel & fauum. Omnis enim prophetia  
suaues ecclœsi doctrinæ fauos, & dulcia diuini eloquiū mella cōponit. Et Deb-  
bora libro Iudicū prophetiē particeps facta, Apis interpretatur, vt ait Adaman-  
tius. Et omnes deniq; Prophetæ sub Apis nomine comprehundunt, eorūq; fa-  
ui ea sunt oracula quæ literis mandauere. Atq; hoc est bonū illud mel, quod co-  
messe iubemur. Quicūq; enim oracula ea diuina meditatione cōpleteū, scriptis  
vatū nostrorū sermonib. alitur & recreat, is mandatum illud diuinū exequitur,  
quo



E

**A** quo præceptū est, Comede mel fili; bonūq; id esse re ipsa protinus experit. Quod autē de Assertore nostro prædictū est, mel comedet; mel hic Adamātius nostra de virtute colloquia significare profitetur. Quotiescunq; enim de abstinentia à voluptatibus, de domitanda nequitia, de iustitia, de prudentia ex animo disserimus, sermonis istiusmodi suavitatē libentissimè pascit Deus, hosq; liquores assiduè sitibundus inquirit: cui si nequitiae, si pusillanimitatis, si scelerū & stultiæ amarulēta pocula propinauerimus, gustū vt offensus refugit, & vt fel odiosum auersatur.

## C O N C O R D I A.

**E**t quia moris erat infates à lauacro susceptos lactis & mellis gustu primū imbuere, nōnulli hoc ad cōcordię significationē factū autumant, Tertulliano ita dicente: Inde suscepti lactis & mellis concordia prægustamus. D. etiā Hieronymus aduersus Luciferarios de hac ipsa re in hūc modū: Nam & multa alia quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, autoritatē sibi scriptæ legis usurparunt, vt in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis prægustare concordia. Id tametsi faciunt iam adulti, quandā tamē infantiae significatio nem præ se ferunt. Fuit verò aliquibus mos, vt loco mellis, vinū cum lacte propinaretur. Nam apud Occidentis populos diu obseruatū est, vt tinctis sacro lauacro ad eiusmodi innocentiae, quæ præcipua est in parua ea ætatula similitudinem quandam, vinum & lac tribueretur. Eoq; Tertullianus Esaiæ dictum trahit: Venite, emite absq; argento, & absq; commutatione, vinum & lac.

## C A S T I T A S.

**I**n corruptā ad hæc virginitatem, & castum animi propositū, per Apem significari id argumento est, quod ipsæ homines à coitu olidos acriter oderunt, & vt Plutarchus Coniugalibus præceptis ait, Apes eos malè accipiunt, qui recentes à muliebri copula superueniant; sed mulieres quæ Veneri operam dederint, acrius inuadunt, quiq; vel vinum potum, vel vnguenta oleāt. Nam & Maro eas ignorare venerem his versibus attestatur:

Illum adeò placuisse Apibus mirabere morem,  
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes  
In venerem soluiunt, aut fætus nixibus edunt,  
Verūm ipsæ folijs natos, & suauibus herbis

**C**ore legūt. Hinc Pythijs ait Pindarus, σε δο ο τέτω λέγω χρησμὸς ὅρθιας μελίσσας. quo loco interpres subiicit: Propriè quidē Apes sacras Cereris ministras appellauit, impropriè verò omnes alias, propter animalis puritatem. Nam & alibi sacræ eā Apibus delectari dicit. Alij Nymphas sacrificiorū præsides appellari trahiderūt. In diuinis quoq; literis Apē virginitatis imaginē esse dicit Eucherius, nulla tamen causa redditā, quia scilicet eam satis ex Marone cognitā arbitraret.

## A D V L A T O R.

**V**erūm aliud ex Ape hieroglyphicum idem ponit Eucherius, nempe simula chrūm eā esse adulatoris, vt pote quæ mel in ore habeat, in occulto caudæ spiculum: atq; ita homines qui lingua blandiuntur, latenter verò feriunt, significare: loquendo enim mellis dulcedine proponūt, re verò ipsa vulnus inferunt.

## V L T I O.

**N**Eq; defuerunt veteres Theologi, qui Apem vltionis & iracundiæ signum in diuinis literis esse dicerent, citatis ex Propheta locis: Et Apis quæ est in Assur. Et: Circundederunt me sicut Apes.

# Pierii Val. Apis.

A R T I F I C I V M .

N Am illud quod Solomō ait, Vade ad Apem, & disce ab ea quām laborio-  
sa sit operatrix, vnicuiq̄ manifestum est artificij sedulitatisq̄ illam esse hie-  
roglyphicum, Virgilio presertim naturā eius tam luculenter explicante, vt ver-  
sus eos & decies & cęnties memoria repetisse neminem vnum pœnitere possit:

Nanq, aliæ vietū inuigilant, & fædere pæcto  
Exercentur agris: pars intra septa domorum  
Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten  
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces  
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos  
Educunt fætus, aliæ purissima mella  
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.  
Sunt quibus ad portas cécidit custodia sorti,  
Inq̄ vicem speculantur aquas & nubila cœli,  
Aut onera accipiunt venientium, aut agmine facto,  
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.  
Feruet opus, redolēntq; thymo fragrantia mella.

Democritus tamen dicacitate (vt idem identidem repetā) libertateq; illa fretus  
sua, diligentiam hanc & assiduam in re facienda curā improbaturus, parcos aie-  
bat Apibus esse similes, quæ vti semper victuræ laborarent. In quam sentētiā  
Virgilianum illud potius detorquerem:

Sic vos non vobis mellificatis Apes.

S O L S T I T I V M .

E St & solsticij æstiui hieroglyphicum Apes, quòd suo ad labores egressu, vt  
apud Aristotelem habetur, solsticiū id denunciat, eo quippe tempore, quasi  
ferias quasdam celebrent quiescentes. Sed iam tempus est, vt & nos quoq; tan-  
dem aliquando quiescamus ab intenta adeò Apum harū inquisitione, si modò  
vnum, quod haudquaquā prætereundum est, subiunxerimus, quod ab Mnasea  
Pataræo de Apibus scriptum tradunt: eas humanum genus ab esu carnium ad  
arborum fructus & hortensia olim auocasse, condimento scilicet subministra-  
to, per quod vniuscuiusq; cibi, subacidi etiam & amari, sapor commendaretur:  
cuius etiam inuentionis huiusmodi recitat historiam. Peloponnesi, ait ille, Me-  
lissa quēdam cùm fauum Apum inuenisset, prima omniū gustauit, mox & aqua  
dilutum babit, remiq; alijs indicauit, animaliaq; ipsa de se Melissas appellari, &  
ab hominibus summa cura & diligentia curari obseruariq; mandauit.

D E C V L I C E .

**D**E suauitate dulcedineq; hac tenus locuti, melissæ tēperamentū secu-  
ti, quod ipsa non insulse, oppositis iuxta se simulq; positis, excogita-  
uit, de acore iam dicere aggrediemur, cuius hieroglyphicū est culex.

A C O R I S A V I D V S .

E A verò de causa cceptū est proposito Culice hominē acidis illectū indicare,  
quòd Culices obseruassent nō admodum cupidè appetere dulcia, sed acida  
quamauidissimè. Leuia hęc fortè videant, si quis simpliciter acceperit. Sedenim  
veluti per mel omnē rerū iucunditatē intelligebamus, ita per acorē quicquid est  
amcenitati contrariū, nobis fuerit proponendū. Esse enim homines qui iucun-  
ditatem omnē auersentur, verissimū est; & ne longius exempla quæramus, erat  
mihi

D

E

F

**A** mihi nepos natura adeò tristi, vt si quem hilarius ridentem audiuit, vltro stomacheretur & excandesceret, in reliquis vite muneribus quantivis precij, & bonus & prudens. Erat & alter ita risui hilaritatiq; deditus, vt ad obnūciatas quo rumcunc; hominum calamitates risu diffueret: quinetiā ad patris & matris in cōmoda vel ærumnas, etiam suas effusissimè cachinnaretur. Præterea qui principum vitas scribunt, hæc etiam quamvis humilia consequantur: vt, indifferenter in victu Iulium Cæsarem, & qui conditum oleum pro viridi appositum minimè fuerit aspernatus: aut Octavianum Augustum minimi fuisse cibi, atq; ferè vulgaris, secundario pane, pīsciculis minutis, caseo bubulo manu presso delestatū, atq; alios huiusmodi alijs. Quod verò ad rem, quæ præ manibus est, pertinet, Tacitum Augustum Vopiscus tradit amiores cibos appetiuisse: quare minimè mirum, si Virgiliani carminis dulcedine, & Ciceronianæ orationis suauitate, ad insectationem vscq; offensus est.

## ANIMI AFFLICTIO.

**B** Edenim cadit & in sacra nōnulla ciborū amaritudo, vbi iubet Deus azymis vesici amarulentis, in quæ scilicet *mæsa* sit immixta: quippe animam afflendam, nullamq; illi corporis dulcedinē per certos dies indulgendam. Festū enim illud nihil remissum, nihil voluptuosum, nihil luxuriosum, nihil lautum sibi deposit, sed sola animi afflictione, & amaritudine, atq; humilitate celebrat. Huiusmodi est propitiationis dies: cùm enim afflcta fuerit anima, & humiliata in conspectu Domini, tunc ei condonat errata repropitiatus Deus.

## DIALECTICA.

**E** St genus Culicum minutū admodum in volatiliū insectorum genere, quod animal in aëre suspensum, oculi visum inter volitandum fallit, nisi aciem intenderis validissimā: corpus tamen cùm insederit, acutissimo maximeq; tenui stimulo terebrat: ita quē volitantē cernere nequiueras, Iesu stimulantē sentias. Puto eum esse, quem Eucherius in Culicū genere aculeis permolestum ait in diuinis literis, cyniphem appellatum: cuiusmodi atrocitatis illud est, quā Serapiacam vulgo Romæ vocant. Per hoc animal Ægyptiorum plagis adnumeratum, dialecticam artem intelligi putat Adamantius, quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animos terebrat, & tanta calliditate circumvenit, vt deceptus nec **C** videat, nec intelligat vnde decipiatur. Ab hoc autem pungendi munere Hieronymus quoq; doctrinæ Aristotelicæ spineta attribuit, contra Heluidium.

## DE COSSIS.

## AGMEN.



Ngruentem quidem Culicum multitudinem Ægyptij significare si veillent, Cossos vermiculos si non pingebant, certè loquendo nominabant. Hieroglyphicè enim modò loquimur, modò scribimus. Idq; ea de causa, quod ex huiusmodi vermiculis Culices generantur. Sed ex Culicū multitudine infestū aliquod agmen intelligebant. Vt enim Culices quaquà feruntur sunt incolis omnibus molestissimi, ita exercitus quantumlibet amicus quaquà iter fecerit, & molestus & damnosus est. Quod si vlo unquam tempore experimento compertū fuit, infelicissima hac ætate nostra per tot continuos annos magna cum totius Italiæ clade perspeximus. Longè enim grauiora damna nunc ab armatis amicis inferuntur, quam olim ab hostibus, qui vi rerū potiti essent: cuius mali causa est militum improbitas, summam disciplinæ militaris gloriam in sola rapacitate reponentium.

# Pierii Val. Fucus.

## D E F V C O.



Diungendus fuerat api Fucus, vt pote qui non digrediatur ab aliuea r̄is, quibus semper insidiatur: sed quoniam dulcedinis antitheton ad culicem traxit, nunc ad Fucum conuertemur.

D

## A L I E N I   L A B O R I S   F R V C T V S.

**H**ominem ex alienis laboribus utilitate, delicias, gloriam sibi comparantem significare si vellent, Fucū pingebant. Sunt hi grandissimi inter Apes. Sed enim Fucos furesq; apud nos tro cōfundi video. Plinius Fures inter illas grandissimos esse dicit. Aristoteles fures maiores quidē Apibus, sed minores Fucis agnoscit. Vt cūq; mellificandi nullam Fucus habet curam, sed otiosus intus desideret, vel cūm exit effert sese fusini in sublime, gyrosq; volitat cum eiusdem generis animalibus, qui exercitū quasi faciunt, quod vbi satis iam fecerint, quasi se velet in campo exercuerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur labore partis alieno. Contra illos Apes acerrimè dimicant, & vt Virgilius ait,

*Ignatum fucus genus à præsepibus arcent.*

E

## D E V E S P A.



Pud Horum legas Vespa ex corrupto crocodili sanguine, vel ex eius cadauere procreari. Nostri ex equino eam cadauere nasci volunt.

## P E R N I C I E S   S V M M O T A.

Vt cunq; Vespa cūm apud Ægyptios corruptū ostenderet crocodilum, eadem ratione perniciem summotam extinctamq; significabat, quando, vt in suo commentario dictum est ex Diodoro, Crocodilus & mala & ærumnosa mortalibus illata commonstrat.

## P U G N A C I T A S.

Cæterum philosophi vetustiores pugnacitatē per hanc innuere videbātur. Nam & equus, ex cuius corrupto sanguine Vespa oritur, belli est indicium, vt suo cōmentario probatū. Et quod ad hanc facit pugnacitatem, Demosthenes, vt apud Stobēū πόλις θεοφάνειας, Antisthenē ait aliquando à Diogene correptū, vt qui exili admodū voce homines castigaret, respondisse: Vespas itidem sonum haud magnum alis excitare, aculeum tamen acerrimū habere. Quare apud Æneā philosophū Platonicum, Euxitheus dum Theophrasti dicta diluit, Si que ille opinabatur vera essent, Vespa, inquit, item Hector colligabitur: ambo enim caput varia galea redimiti sunt, ac perinde pugnacissimi. De galea ad id alludit quod Homerus Ἡκτόνα subinde κειθαιόνες vocat. Et mulierum chorus apud Aristophanem, Lysistrate, quieturū se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam Vesparum examen fodicare se, vel irritare aggrediatur. Atq; hæc omnia nostra sunt. Sapientiæ enim XI. habemus: Misisti antecessores exercitus tui Vespas, vt illos paulatim exterminarent. Importunū fortè cuipiā videatur, si κειθαιόνες remediuū subiecero contra hanc Vesparū pugnacitatem; sed enim quod utile vel cōmodum pleriq; futurum est, nunquā ego iudicauerim importunū. Bellico, so mollis opponitur. Malua oleris genus, à mollitie, vt pleriq; tradūt, dicta, Vespis aduersatur, præcipue sylvestris; cuius succo, vt Demageron & Pexamus scribunt,

F



**A**bunt, qui sese illeuerit, à Vespis non impetitur, neq; pungitur. Quinetiam si quis punctus iam fuerit, eius herbæ succo, aut cōtusis et impositis folijs sanatur: aper tissimo nobis documento, vt cūm res nobis cum furioso fuerit, lenitatē amplectamur, quoq; acerbioribus ille verbis excanduerit, nos mitioribus responsis ignē extinguere procuremus, illius dīcti memores, μέγιστον ἐπί τοις δρεγήσ φαρμακον λέγθι.

## I M P E R F E C T I M O R E S C I V I L E S.

**P**laton, Phædone, eos qui popularem ciuilemq; virtutem, quam temperantiā aut iustitiam nuncupant, exercuisserint, non eam quidem ex doctrina philosophorum, atq; ex eorū sententia descriptam, sed ex consuetudine quadam exercitatione q; ad aliorum exemplum acquisitam, post obitum in Vesparū, apūmve, aut formicarum genus migrare contendit: his enim omnino aliquid natura dedit, quod ciuilis gubernationis similitudinem quandam pr̄ se ferat: nam & ipsæ collegia celebrant, tribusq; & centuriis distinguunt, habitationesq; sibi construunt magnificentissimas, in quibus cellæ fauorum in morem sexangulæ omnes. Sed Apum texta metarū quasdam propemodum formas imitantur. Vespa

**B**rum castra potius sunt, & Mausolea, orbiculari ambitu, tabulatis super altera alteris aggestis. Huiusmodi fabrica mirificè cōstructa, cūm Belluni essem, ad me allata est ex cuiusdam syluæ solitudine. Septem sunt concamerationū orbes, alter super alterū duorum digitorū interuallo impositi, pilarum columellarumq; interstitio distincti, vt vnicuiq; commodum sit spaciū ad eundum & redeundum ad domos suas. Diameter orbium ad quintum vsq; duodecim circiter digitorū: à quinto reliqui fastigiatim coarctantur, vt vltimus ad quinos senosve dígitos porrigitur. Maior orbis, primum quidem tabulatum, antiquæ arboris ramo appensus erat, crusta supernè ad omnes ventorum & pluuiarum iniurias contemnendas solidata munitaç; Infrà hexagonales cellæ cōfertissimæ: ita reliqua tabulata eadem crusta cellisq; eisdē fabrefacta, suisq; columellis singula sustentata. E superioribus verò stationib; bestiolæ omnes abuolauerāt: medias concamerationes innumerabilis multitudo compleuerat, folliculo quodam tenuissimo, pro tegumento vniuscuiusq; loculi superinducto, quorū aliquot cūm sustulisset, animaduerti Vespas capitibus in imum adactis, domos eas omnes compleuisse. Que verò in inferiorib; erant tabulatis, tanquā embrya videban

**C**tur vermiculorū instar imperfecta: ipsa quoq; eo tegumento, tāquam hybernæ cochlear, sed admodū tenui præmunita, in benigniorem verni temporis horam asseruabantur: quæ tamen omnes, si quidem grauis hyems fuit, ibidem extinctæ sunt, neq; tamen computruit quicquam, & tot iam annos eadem forma statuq; spectantur. Expectabam quidem veris temperiem, vt quid acturæ essent exploratum haberem, sed nihil vlerius processit. Fabrica apud me remansit, non sine magna omnium, qui eam conspiciunt, admiratione, tantum artis & ingenij, tantumq; in construendo ædificio tam operoso, perseverantiae bestiolis his inesse obstupecentiū. Sed quoniam in aculeata hæc incidimus, libet obiter Plini lo-  
cum perpendere, vbi lib. x i. cap. octauo supra vigesimū, Aculeus, inquit, in ore vt asilo, siue tabanum dici placet. Vereor ne illud, SIVE TABANVM DIC  
PLACET, adulterinum sit & subdititium, vt pleraq; adhuc alia apud autorem eundem addita, quæ nisi peritorum hominū diligentia vetentur, indiligentie illi nomen inurant. Asilus enim diuersus à tabano est, Græcè οἴςθι, vel Marone interprete, Cui nomen Asilo Romanum est, æstrum Grai dixerunt vocantes.

Tabanus verò musca est lenta, cineritia, quæ Græcè μύων dicitur. Rarus præte-

# Pierii Val. Musca.

rea est asilus, tabanus numerosissimus. Asilū, inquit Aristoteles, latiusculis qui busdam bestiolis, quæ in fluuijs supernatant, enascit: quamobrem magna asilorum copia circa aquas, vbi id genus bestiolarū est: tabanos verò ex ligno. Item Sostratus de animalibus quarto, cestrum è fluuiali materia nasci tradit, μύωπα verò ex lignis. Idem Aristoteles alibi sanguinea dicit animalia tabanos & asilos, & passim demùm de singulis separatis meminit.

## P E R T V R B A T O R.

**P**Erulgatum verò illud est, vt per hieroglyphicū asili significetur is qui aliorum otia perturbat, quietisq; rebus tumultum aut molestiam affert; est enim is, vt Maro cecinit,

*Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis  
Diffugiunt armenta, furit mugitibus aether  
Concussus, syluæq; & siccæ ripa Tanagri.  
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras  
Inachie Juno pœstem meditata iuuencæ.*

Maronianus autem versus de asilo Romana voce dicto nimirum, ostendit verba illa apud Tranquillū ab Othonē Galbæ manib; deturbato, identidem obmurmurata in damno esse, si, vt vulgata habet exemplaria, legamus, η γαρ ποιησεις. quare castior omnino lectio substituenda. Nam illud quoq; quod magna eruditione viri commenti sunt de longis tibijs, adhuc non liquet.

## D E M V S C A.



Nstat demùm, nobisq; negotium facevit importunissima bestiola, quæ licet ab omnibus solita sit abigi, pertinacia tamen sua peruicit, vt de se multi multa scribere cogerentur: nos ea tantum quæ ad hieroglyphica faciunt, memorabimus.

## I M P O R T V N I T A S A C I M P V D E N T I A.

**I**mportunitatem sanè atque impudentiam Ägyptij sacerdotes notare si vellet, Muscam haud indecenter faciebant: eā enim vt sæpius & assiduè expellas & à te summouere contendas, tanta tamen impudentia prædicta est, vt identidem redire, & infestare te minimè vereatur, nullam tuorum commodorum rationem habeat, siue loquare, siue dormias, siue bibas, siue cibum capias, siue legas, scribas, parata semper adstat, vt in faciem insiliat tuam, infesta, importuna, incommoda, nulli rei nisi fastidio de se concitando idonea. Hinc apud Ciceronem secundo de Oratore, ridiculè dictum de molestissimo iuuene, Abige Muscas puer. Hinc Platonicus vir Äneas summæ philosophus integratissimus, dum Euxitheum introducit Theophrasti commenta deludentem, qui dictabat animas relicto humano corpore id genus bruta sectari, eisque inhærere, quorum opera visæ fuerint imitari, vt Hyperbolum quendam impudentiæ notaret, inquit: Musca item Hyperbolum trahet, quippe par fuit vtriusque impudentia.

## P E R T I N A C I A.

**E**A tamen improbitas pertinacissima, qua nunquam rebus quietem esse sinit, tanti fuit, vt inter prælia deorum, grauissimasq; res poëtarū principem Homerum illexerit ad eius pertinaciæ perseuerantiæ memoriæ demandandam, hieroglyphicumq; proponendū, quo ferox hostis insultat hosti, neq; moram neq; requiem

A requiem dat vllam, donec vulnus inflixerit, & audaciæ confidentissimæ munus executus fuerit. Ita enim apud eum legitur:

Kαὶ οἱ μύης θάρος οὐδὲν θεῖον οὐκέτι,  
Ἴπε τοῦ δρυόπολιν μάλα πόρος αὐδεὶς μένοιο      Ιαράς σάκεις.


Vnde etiam Hebræis Beelzebub dæmonis nomen, quem aliorum longè principem predican, cuius Musca est hieroglyphicum, quod D. Hieronymus agnoscit: nunquam enim cessat ille humanū genus modis omnibus infestare, & modò hos, modò illos ad perniciem laqueos tēdere, ac omnes, quibus nos perdat, vias intentare. Observauerat etiam Eucherius, Muscam in diuinis literis modò pro cacodæmone, modò pro impuro atq; malefico homine, modò pro idolatriæ spurcitia ponī, eo Solomonis citato loco: Muscae morituræ exterminant olei suavitatem: hoc est, adeò malignum est Muscarū genus, ac perinde Beelzebub, vt vel si moriendū sit, dū aliqua noceat, quippe vel bonos alicuius mores corrumpat, vel virtutē aliquā infringat, se quoq; simul perdi pro nihilo habeat.

## R E S G E S T A C O M I N V S.

B **M**usca etiam aliquando in Laconū clypeis insigne fuit: quam cùm quidam non omnino vera maiorem in parma figurasset, obſcienti quòd latitandi causa id fecisset; Imò, respondit, signum est, me tam proximè ad hostes accedere, vt Musca ab eis internosci possit.

## I N D O C I L I T A S.

**Q**uoniam inveniā indocilitatis hieroglyphicū est Musca: nullum siquidem omnium animantium minus docile existimatur, neq; minoris intellectus. In qua sententia est Plutarchus Symposiacōn octaua decade, duo tantū domestica animalia esse dicens, quę nunquam humano conuictu mansuescant, neq; tactum admittat, neq; consuetudinem, neq; vlli rei aut disciplinæ cōmunionem, quippe hirundinem & Muscam, quam semper & indocilem, & feram permanere, ut omnibus patet, asseuerat. Videre etiam est in hominibus, eos egregiè temerarios & impudentes esse, omniaq; audere, qui nulla elegātiori doctrina prædicti sunt: contrà alios quo peritiores fuerint, eo modestiores verecundioresq; esse. Hinc apud Horatium hominē notari vides, qui cùm Athenis per annos aliquot libris insenuisset, Romam reuersus statua taciturnior ingrederetur, quippe id cōtra vulgus sentiens: nam sensus ille ex imperiti vulgi opinione desumptus, cùm nimirū intelligat Horatius, probum doctumq; virum, esse malle eruditū, quām videri, popularemq; aurā illam protinus aspernari. Deniq; verum illud est quod Plinius Nepos ait Epistolis, recta ingenia debilitari verecundia, peruersa cōfirmari audacia, atq; ita quo quis imperitior, eo impudentior atq; iactantior euadit, quod Greco etiam axiomate confirmatur, ἀμαθία μὲν θάρος, λογισμὸς δὲ ὄχνως φέρει: Imperitia quidem audaciā, eruditum verò rerū examen timiditatem affert. Meritò itaq; viro fortī odiosa Musca, & sapienti temeritas. Ideoq; Hercules eas suo de sacello abegisse dicit̄, Myodem quem vocabant earum deum imprecatus. In Olympiæ sacro fortium carnime, tauro, deo eidem, vt aiunt, immolato, nubes earum toto eo agro abire cogebatur. Hunc superius Beelzebuben diximus ex Hieronymo.



# Pierii Val. Ephemerus.

C Y N I C I .

D

**I**N sacris nostrorum literis habetur Cynomyiae mentio nō cōtemnenda, quippe inter Ægypti flagella enumerata. Muscam eam caninā pleriqꝫ dicunt, adiecta scilicet ad importunitatem canis etiam impudentia. Cynicorū sectam anima li huic persimilem dicit Adamātius, qui ad reliquas improbitatis suæ deceptiones, voluptatem etiam et libidinem inter bona summa commemorabant. Nam quòd molesti essent contra ciuiles omnes mores, omnia deridendo, multorū est testimonio manifestū. quòd verò & impudentes, vel vnius Diogenis improbū facinus indicat, qui vel medio in foro spectante populo, hominem, vt ipse iactabat, plantare non erubescerebat. Ita pleriqꝫ hodie, dum leuia quædam publicè reprehendunt, grauissima quæcꝫ ipsi sibi permittunt. Apud Eucherium locus ani maduertendus est de Cynomyia, quæ nō Musca canina, vt quidam putant, Psalmo sit accipienda, sed Musca potius omnimoda. quod si admittatur, non per y Græcam literam scribi debet prima syllaba, sed per œ diphthongū: atqꝫ ita dicendum esset pro Cœnomyia, Muscarum genus omne.

## D E E P H E M E R O .



Pud Cimmeriū Bosphorū Hypani flutio veluti folliculos acinis maiores ferēte, gignitur Ephemerus, animal quadrupes volatile, quod nos Diarium appellare possumus.

V N I V S D I E I . V I T A .

**P**Er hieroglyphicum eius infantem aliquem, qui nō vltra vnius diei spatium vitam produxerit, nonnulli significandum censem. Id enim animalis genus vt eruperit è folliculo, in pomeridianū vſqꝫ diei tempus viuit, & volat, mox descendente sole macrescit & languet, deinde occidente moritur, vita nō vltra diē vnum prorogata. Eiusdem imbecillitatis est papilio, in grandissimæ muscæ speciem, colore albido, qui ex folliculo bombycis intra suam araneam cōditi transformatiç erumpit, candidoç exceptus velo, oua haud ita multò pōst papaverum seminibus paulò maiora, edit plura numero, mox intra paucissimarum horarum spatium ab ouis editis emoritur: ex quo formari posset hieroglyphicum, quod indicaret, re bene gesta vitam exhalatam, vt Epaminondam Thebanū, & Leonidam Spartanum fecisse legimus. Ac ne quis commentitiū ac fabulosum censeat quod super Ephemero autores tradunt, vt bombycem prætereamus, quem tota iam Italia domi vnuſquisqꝫ contueri potest, in Britannijs fluuius est, vel, vt nonnulli tradunt, euripus potius, qui totam fermè insulam diuidit: vtrique in ripæ marginibus arbores sunt, quæ folliculos ad oui anserini magnitudinem ferunt: hi certo anni tempore in subiectam aquam decidentes, simulac molliti fuerint, aperiuntur, deçqꝫ singulis singulæ exclusæ aues abuolant, pipionibus paulò minores, candore insigni, alisçqꝫ adeò plumatis, vt altè statim auferantur, necqꝫ quō migrant vlli adhuc compertum aiunt.

## D E C I C A D A .



T verò bestiolis his finē imponamus, admonet Cicada, quę cōtinuatissimi soni raucitate molesta, nos omnino videtur edocere, vt eius exemplo tædio esse caueamus, tam multa congerentes. Eius igitur hieroglyphica prosecuti, aues iam & volatilia reliqua valere iubebimus.

I N I T I A T V S S A C R I S .

**A**Egypti sacerdotes hominem sacris initiatū, & mysticæ disciplinæ peritiam affec-

**A**ffecutum, per cicadam significabant, in eam scilicet admirationem adducti, quod animal tam exiguum, nullo oris cōmodo, non fauibus, non lingua prēdictum, tam argutē caneret tamen, tamq; altum insonaret. Esse huius instar doctrinam mysticam, & suas præsertim literas, quæ nullo syllabarum complexu, nulla partium orationis textura constructæ, sed sola animalis cuiuspiā, vel alterius rei repræsentatione, absolutæ significationis orationem facere videantur, quæ sese longè diuerso ab alijs literis modo legendam exhibeat. Putabant verò Ägyptij Cicadam, ut apud Horum legere est, per aculeum emodulari, quod motu suo stridorem cieret veluti plectru quo citharae pulsantur; ore quippe caret Cicada, eademq; cæca est, prolixum tamen quiddam, compactum indiuisumq; gerit, simile ei quod linguæ speciem refert in ijs, quibus aculeus in ore est, eoq; ipso rorem haurit, quod vnum illi & peculiare est alimentum. Vnde apud Maronem:

Dum cytiso pascentur apes, dum rore cicadae.

Ceterū de sono diuersa est aliorum sententia, quippe qui attritus sit interioris spiritus. Quinetiam experimēto compertum est, Cicadam non canere per oris **B**aculum, sed colliso, attrito agitatoq; frequenter cauo vtero, quod pueri digitorum stimulatione non semel explorauimus.

#### D I C A C I T A T I S    C A S T I G A T I O .


**C**Vm verò sonus ipsius animalis argutus quidam stridor potius sit, quam cantus vllus, & strepitu aures offendat, natum inde prouerbiū, Cicadę vtreum ne scabito, quotiens reprimenda est cuiuspam dicacitas aut petulātia, vt si perget dicere quod vult, scurriliq; aut maledico morsu impatientiore aliquem tetigerit, ipse postea repercutus, quæ nollet audiens erubescat. Et quod in hanc sententiam ait Hesiodus:

Εἰ δὲ κακόντες τοῖς πάσι, τὰ χακαύπτες μέλον ἀκρέους.

Et huiusmodi apud Sophoclem, Euripidem & Plutarchū plura. Proclus Dia-dochus putat Cicadę cantum ex alarum, quale escunq; sunt, attritu prouenire: ait enim, ὅτι οὐδὲν τὸ πάσι τοῦ πρόφυτον τείχον ἔωτόν, καὶ οὐδὲ μηποταμός: Cicada canit alarum freta ministerio, semetipsam applodens, & strepitum ita ciens. Quod & Hesiodus agnoscit, πυκνὸν τὸ πόδινον γραπτόν.

**C**Vr autem nonnulli vanā & inanem garrulitatem per Cicadam significari dixerint, ex Aristotele, quem non intellexerunt, desumptum crediderim, qui Platonis ideas à materia disseparatas, prioribus analyticis τῷ πνεύματι esse dixerit, quippe ut nonnulli aiunt interpres, nihil nisi inanem cantilenæ cuiusdam garrulitatem præ se ferentes. Quem Cicadarum cantum vt importunū & impudentem, ita Demetrius philosophus notat, cùm à Domitiano pulsus Italia cum Apollonio quereretur: Cicadis, inquit, impunè licet obstrepare, nobis ne quidem mutire fas est. Apud Aristophanem, φίλως, quæ iustus sermo commendauerat, iniustus ait Cicadarū plena esse. Sedenim quantū ad Aristotelis τῷ πνεύματι pertinet, piè magis fecerimus, si dixerimus discipulum longè honestius, quam alij putent, de præceptore suo loqui, sanctiusq; sentire super ideis, quam interpres, nostri præsertim temporis opinentur: quippe cùm Aristoteles de ijs tractaret quæ fa-

#### VANA GARRVLITAS.



# Pierii Val. Cicada.


cerent ad demonstrationē per ea quæ ipse constituit artis elementa, nō obiicien D  
das huc ait ideas Platonis, quia πρεπόματα sunt, hoc est, mysticum quiddam sa-  
piunt, atq; ideo nihil ad demonstrationem qua de nos hic agimus, conferūt: in-  
genij illud, atq; animi supra sensum elati negotiū est, hoc quod præ manibus est  
nobis, vni applicitum est sensui. Vocabulum enim πρεπόματα, inter alia significa  
ta mysteriū etiam significat: & superius Cicadam mystici hominis hieroglyphi-  
cum Aegyptijs esse commonstrauimus. Sanè verò Propertius in garrulitatis  
significatum acanthidem lenam vocat, à sermonis tædio & loquacitate, auriūq;  
offensione: nam acanthias Cicadæ epitheton est, quin & Cicadæ species Hesy-  
chio. Aiunt porrò, ex eo animaliū genere fœminas semper taciturnas esse, quod  
nonnulli ad frigiditatem referunt, qua sint egregiè præditæ.

## N O B I L I T A S G E N E R I S .

**I**llud minimè prætereundum, Cicadam apud Athenienses generis nobilita-  
tem significasse, quod apud Thucydidem in liminari pagina comperies, qui  
πρεπόματα, hoc est, Cicadigeros eos appellat, quod apud Athenienses institutum  
erat, cicadas ex auro capitī ornamento gestare, quæ indigenas & ingenuos ab E  
aduenis & seruis distinguerent. Causam nonnulli cōminiscuntur, quod Cicadæ  
maximè omniū animalium indigenæ videantur: in ea si quidem regione qua ge-  
nitæ, viuunt moriunturq; cùm reliqua ferè omnia animalia aliquò migrēt, necq;  
sedem vllam firmam habere perseuerēt. In vnaquaq; verò ciuitate & municipio  
eos nobiliores dicimus, quorū maiores pluribus antè annis in patria sua clarue-  
rint: obiectatumq; ideo Ciceroni totiens in opprobrium, quod vir nouus esset,  
quia plurimū odiosa solet esse nouorum hominum ambitio, cùm Rempub.  
in quam recens adsciti fuerint, administrare contendunt.

**Q**uamvis autem alijs aliter Cicadarum can-  
tum acceperint, plures illi fuere qui Mu-  
siken hinc intelligi censuerint: ideoq; Cicada  
in citharœdi statua citharæ insidens, hiero-  
glyphicū dedicabatur: quem morem Strabo  
latius interpretatur: quanquā nusquā desunt  
Græcorū fabulæ, Eunomi citharœdi statuam  
celebrantium cum cithara, cui Cicada inside-  
ret, propterea quod is cum Aristone Regino,  
Pithijs, musico certamine destitutus est,  
chorda vna fracta: verūm aiunt Cicadam ad-  
fuisse superuolantem, quæ suppleuerit vocis  
illius vicem. Et apud Theocritum pastor, qui Thyrsin commendare vult à car-  
minis suauitate, melius eum cancre quàm Cicadas, rustica & pastorali simplici-  
tate dixit. Deq; hac Plotinus mihi videt intellexisse potissimum, cùm homines  
musicis modulis affectos ac delinitos, in animalia musica renasci differit. Quin  
& fabella recitatur à Platone, fuisse olim quosdam musicos homines qui cantu  
adeò allicerentur, vt præ modulatione cibumq; potumq; negligerent, ecq; de-  
mum macilentiae redactos, vt in Cicadas abierint, qui famem adhuc nullo alio  
cibo quàm cantu leuent. Videre verò est homines eos qui sermocinationibus  
& loquacitati prolixius æquo dediti sunt, corpore esse maiori ex parte gracilio-  
ri: corpora enim extenuari sermone nimio, philosophi profitentur, quorum è  
numero Lucretius noster ita philosophatur:

## M V S I C A .



F

Nec

**A** Nec te fallat item quid corporis auferat, & quid  
Detrahatur ex hominum neruis ac viribus ipsis  
Perpetuus sermo, nigræ noctis ad umbram  
Auroræ productus ab ex oriente nitore,  
Præsertim si cum summo est clamore profusus.  
Sed satis iam obstrepere cum Cicada visi sumus, quare sit iam nugandi modus.

## D E A R A N E O.



Mportunū fortè videatur insectis his, atq; ijsdem volatilibus, Ara  
neum aggregare: sed traxit me bestiolæ leuitas prop̄modū vola  
tilis, vt inter hæc locum ei constituerem. Præterea, veluti nullus est  
illi angulus imperius, haudquaquam vlla erit inuidia, si huius quo  
que commentarij angulum occuparit.

I N A N E O P V S.

**F**X carmine quidem Catulliano, per Araneum inane opus, nulliusq; precij  
aut momenti rem significari didicimus, vbi de se ipse iocatus ait:

Nam tui Catulli Plenus sacculus est aranearum.

Quod sibi desumpsit Lucianus in Pseudologista: θεραπείᾳ αράχνων μετεῖ, carie &  
araneis oppleta. Verum & ex historiæ sacræ scriptoribus, significatū idem Pra  
fulibus nostris nō improbatū accipimus. Eo siquidē tēpore atq; hora, qua Gre  
gorius Patriarcha Constantinopolitanus, & Macarius, & Pyrrhus & socij, qui  
vniam in Domino nostro I E S V Christo naturā & voluntatem asserebant, cen  
tum & quinquaginta Præfulum sententia damnati sunt, plurimæ Araneorū te  
læ, maxima omnium admiratione, in medium populum cecidere: ex quo signifi  
catū est, eas hereticorū fordes Aranearum instar inanes fuisse, eoq; conuentu so  
lenniç; iudicio disiectas esse. Nonagesimo sanè psalmo de infirmitate huiusmo  
dilegas: Annī nostri quasi Aranea reputantur: nam ea magna cura & ingenti la  
bore contexitur, ob tenuitatem verò minimo quolibet occursu dissipatur. Alio  
psalmo: Tabescere fecisti velut araneam animam meam, super eadem imbecilli  
tate humana dictū volunt. Et earum telæ, vt Eucherius, concupiscentiæ nostræ  
**C**opera sunt, quæ nulla densantur soliditate, venti cuiuslibet humani iniuriæ ex  
posita. Apud alios ita interpretatum inuenias: Exile admodum animal est Ara  
nea, & anima flagellis & amaritudine conscientiæ perculta macerataq; attenua  
ri videtur: cōtrà cùm genio dat operam, pinguescere dicitur, & opiparè sagina  
ri. Sunt qui ex Hebraico non Araneam, sed tineam hīc ponant.

P L V V I A.

**A**lioqui tela huiusmodi futuræ indicium est pluuiæ, quod animal id sereno  
texere quodammodo vereatur, non ignarum serenitatibus tenuem magis  
ac perflatibus obnoxium esse aërem, quibus ambobus opera sua dissipari con  
tingit: nubilum verò, utpote crassiorem glutinosioremq; eius operis tenuitati  
commodiorem experitur.

L E G V M I N A E Q V A L I T A S.

**V**Ilgus verò non ineptè per Aranearum telas & retia, apto admodum hie  
roglyphico legum notat inæqualitatem, propterea quod veluti muscæ &  
volatilia alia pusilla, si in eas inciderint, capiuntur & percunt, fortiora verò ani  
malia perrupto texto facile quoquod libuerit elabuntur: ita leges imbecillam &  
tenuem plebeculam cohibent atq; castigat, potentioribus verò nihil aduersan

# Pierii Val. Tippula.

tur, qui eas ex arbitrio tollunt, scindunt, abrogant, & refigunt. At non ita An-  
tiochus tertius, qui ciuitatibus sibi subditis scripserat, vt si quid vnquam per li-  
teras mandasset quod legibus aduersaretur, ne curarent, tanquam illud esset se-  
nesciente scriptum.

## D I A L E C T I C A.

Per Araneas Ariston Chius Dialecticorum sermones intelligebat, quæ qui-  
dem artificiose admodum elaboratae essent, nulli verò inseruiren<sup>t</sup> vsui. Ean-  
dem idem disciplinā cœno in vñs iacenti assimilabat, nulli quippe utilitati esse,  
ingredientibus autē & impedimento & molestiæ. Idem eos qui disciplinæ huic  
operam curiosius darent, iñs qui cancros largè vescerentur similes esse dicta-  
bat, exigui enim cibi causa circa magnum testarū cumulum occupari. Dialecti-  
cam verò omnem Zeno Philosophus iustis quidem mēsuris comparabat, qui-  
bus tamen eius artis periti non triticum aut utile quidpiam metirentur, sed pa-  
leas, aut quisquilias alias id genus.

## D E T I P P V L A.

E

**V**erū ecce tibi Tippulam, mihi nihil tale cogitanti, neq; sentienti, ex im-  
prouiso huç irrupisse: quare quid ea quoq; sibi velit, videamus, etiam si  
nihil ab Ägyptijs, quod meminerim, super ea traditum habeatur.

## L E V I T A S.

**S**unt qui summā leuitatem, vtputa quam Maro de Camilla canit, per Tippu-  
lam aptè significari posse dicant. Bestiolæ quippe genus id sex pedibus præ-  
ditum, sed tantæ leuitatis, vt super aquam currens non desideat. Hinc Plautus:  
Neq; Tippula leuius est pondus, quam fides lenonia.

PIERIVS VALERIANVS AD NOBILISS.  
MAXIME' QVE REVERENDVM IOANNEM GRIMANVM  
PATRIARCHAM AQVILEGIENSEM, DE IIS QVAE PER  
Delphinum & Polypum significantur, ex sacris  
Ägyptiorum literis.

F

**B**Ustricis diebus, qui proximè præterierunt, cùm Pientissime Präful purifica-  
tionis ergò puluinaria septem te secuti inuisissemus, essentq; vnā tecū eruditissi-  
mi viri Angelus Colotius, Baptista Casalius, Pinpinelus, Antonius Marostica-  
nus, & Petrus Aleander, quibus candidius nil terra tulit, quorum cōmenda-  
tione tuam ego amicitiā recens indeptus eram, multaq; inter equitandū de am-  
bitiosissimo monimentorū studio, quod veteribus illis adeo placuisse, vltro citroq; dicerentur: sug-  
gerebant enim argumentū tot disectorū pāsim adificiorū moles tam immanes, quæ tota gesta-  
tione nostra occurrebant: magnamq; dicendi materiā sumministrabat arcana illa pingendi cē-  
landiā ratio, quæ apud eos fuisse, qui mutam quandā orationem per rerū imagines mente con-  
cipiendam, non ullo vocis sono, literarum' ve complexu enunciandā excogitassent, autoribus du-  
bio procul Ägypti sacerdotibus, quos vniuers& mox nationes, vbi vbi vlla rerū disciplina vigeat,  
tacito consensu cunctis in operibus imitari studiissent. Sub hoc sermone Quirinale præteruecti,  
ad Altæ semitæ latius deflexeramus, in hortos tuos, vbi antiquissimi operis templum olim fuit, in  
quo ruinis obruto signa etiamnum pleraq; vetustissima sub ruderibus subterranei eius templi  
reperta à vobis fuerant, ad quæ spectanda magna ingenuorum multitudo confluebat, inter ea  
autem

A autem opera præcipuum erat Veneris simulachrum, quæ Cupidinem manu regebat, ipse verò Delphinum cauda apprehensum surrigebat, ille Polypum iuxta Cupidinis pedes hærentem solo mordicūs apprenderat. Hic tu, qui veterum operibus adeò delectaris, quærebas, quid id sibi vellet argumentum. Neq; aberant ex loci curatoribus, qui visitantium opiniones exceperant innumeras, plurimūm verò qui rem temerè factam arbitrabantur, animaliaq; illa ad ornatum tantum apposita putarent: vel si quod in ea re consilium fuisset, certè non ullum aliud, nisi ut statuæ penè nudæ aliquo firmarentur fulcimento, facile lapsus & nisi adminiculis huiusmodi veluti adglutinatae præsepit & sustentaretur, neq; alterius cuiuspiam rei significationem præ se ferre: nisi forte quis diceret, Venerem mari ortam, maternisq; pecoribus Cupidinem ad blandiri. Tuq; mi Domine, ad me conuersus, quid super hoc mihi videretur postulasti. Ego autem argumentum id omne ad Aegyptiorum traxi disciplinam: tuq; Vir amplissime libenter auscultare me visus es, meamq; dictiōnem amici reliqui non improbarunt. Proinde rogasti me, ut quæ super Delphino & Polypo huiusmodi differuisse, ea scriptis explicata tibi darem, velle te per otium rem diligenter examinare. Feci quod petieras, idq; libenter admodum, quod magnopere gaudebam datam

B mihi occasionem, qua possem tibi tam studioso, tam pio, tam planè probo Principi in ea re rem gerere, in qua per dies aliquot industriam ego meam, quantulacunq; esse poterat, exercuissem. Misisti igitur ad te pisces eos duos quos poposceras, atq; ea simul omnia, quæ illis capiundis in verriculo deprena sunt. Nam multa Delphinus dum mare cauda verrit in sagenam immisit: & Polypus cirris, & quibus exasperantur cotyledonibus fatus, plurima secum attraxit, nullo discrimine congesta. Eavtillane essent, an inutilia, nolui meum esse iudicium, sed ipsum rete propte eductum erat, cum tota præda protinus afferendum ad te curauit. Tuum erit quæ vsui fore videbuntur, verriculo in siccum attracto, feligere: quæ minus ad rem faciet, ejcere. Sed antea quād ad complexum figurarum, quas explicaturi sumus, agrediamur, necessarium esse visum alterius simplicia significata percurrere, ut habita singulorum cognitione, facilius coagentatio nem ipsam conficere possumus.

### DE DELPHINO. IN COLV MITAS.

C  NCIPIENTES igitur à Delphino, id in primis referre libet quod totiens in humani generis beneficium cessit, quippe plerisque mortalium extremo vitæ periculo laborantibus, ab animali hoc sponte auxilium allatum. Neque enim temerè frænatus Delphinus pictus, incolumitatis indicium fuit, quod dubio procul ob multos ab vndis eius opera seruatos factum opinamus. In Neptuni siquidē templo, quod apud Isthmon erat, visebatur Palæmon puer super Delphino & auro & ebore confectus, quem Herodes Atheniensis dicauerat. Nam & Palæmoni nautæ pro incolumi nauigatione vota faciunt. Idem enim & Melicerta & Portunus est, cui, vt apud Virgilium habetur, seruati votum soluunt in littore nautæ, vt Glauco, & Panopeæ.

### T A R A S.

Q uod verò signum in argenteo numo Delphino vehitur, TARAS is est, vt etiam indicat inscriptio, de quo Aristoteles meminit Tarentinorum politia, apud quos numisma numum dicit appellari, in qua Taras Herculis Delphino vectus. quanquam apud Asiaticos quoq; puerum Delphino insidentem fuisse in numis, tradit Strabo. Sed Phalantum Lacedæmonem memorat Pausanias, qui Tarentum coloniam duxit, priusquam Italiam attingeret naufragium in Crisæo mari fecisse, cui Delphinus opem tulerit, sublatumq; dorso in littus incolumem exposuerit. Stesichorus historiam huic similem Crithei testimo-

## Pierii Val. Delphinus.

nio recenset, Telemachū Vlyssis filium cùm adhuc puer in alto maris littore lūsitaret, in subiectas aquas corruisse, mox Delphinorum beneficio receptum, qui puerum surrexerint, & exposuerint, idcirco patrem Delphinorum insigne postmodum studiosius adamasse, eamq; sculpturam & in ense & scutis habuisse, & in annulo vsum pro sigillo. Quare apud Lycophronem eum & λυρόσημον appellari comperias: quod ea etiam de causa fortè dictum existimes, quòd Philostratus eum subsumum fuisse dicit. Delphini verò & simo admodum rostro sunt, vnde animal repandirostrum, Pacuuio. Et Simonis nomine gaudent appellari, quasi vocem intelligent. Ut verò interim omittamus Arionem Delphini opera & statione, de latronum nautarum manibus liberatū: cuius rei testimoniuū diutissimè in Tænaro habitum donarium, ex ære Delphinus cum insidente Arione: quod argumentum in numis etiam cusum vidi, eum quippe nudum Delphino vectum, dextera victoriā prætendere, laeva lyram sustinere. Prætereamusq; Hesiodi poëtæ per errorem in templo Nemeæi Iouis ab incolis trucidati cadauer, quod in māre fuerat à percussoribus abiectum, à Delphino inter Locridem & Eubœam expositum. Et Melicertæ corpus, quod in Isthmo Delphinus expofuerat, inuentum à Sylpho. Virginem quandam Lesbiam vetusti autores tradidere cum amatore suo demersos in aquam, Delphinorum auxilio in columnes euassisse. Veteres deniq; Delphinum tanta veneratione prosequebātur, vt eum necq; venarentur, necq; villo pacto lädere fas iudicarent: quæ quidem religio in ætatem vscq; nostram propagata est, cùm multos reperias qui Delphinum vel interficere, vel vesci ea de causa scelus putent, quòd quædam illi sint cum humano genere commercia, promptuariumq; sit nauigantibus auxilium.

B A C C H V S.

**Q**uod verò Delphinū Baccho adpingunt, nō solū ad fabulā spectat, sed etiam ad historiā, quòd vinum marina aqua mixtum facilius cōseruatur, vt Columella scribit se ab agricola patruo didicisse. Et Dionysius hac de causa ad mare fugisse fingitur, quod apud Athenęum habemus. Cur verò aqua maris adē vino conferat, rationem & Plinius & Dioscorides & alij tradidere.

### A P O L L O D E L P H I C V S.

**A**T qui non Neptuno & Baccho solū, verūctiam Apollini Delphines F dedicantur, multasq; eius aras apud Græcos Delphinis insculptas fuisse, Plutarchus attestatur. Ad hæc nōnulli addunt, Apollinem Delphini specie adnasse ad Delphos, apud quos præcipue colitur: quanquam & Delphi antea furent Neptuno sacri, vti Calauria Træzeniorum insula Apollini, quæ loca mox dī ipsi inuicem permutarint, vt apud Pausaniam est. De Calauria tamen nescio quid diuersum tradit Stephanus, cuius opus De gentibus, Hermolaus Byzantius in compedium rededit. Quantum verò pertinet ad Apollinem in Delphini transmutatum, Creticum commētum aiunt: illi enim Apollinem totius salutis autorem celebrabant, neq; quenquam vllum evadere infortunium arbitrabantur, nisi Apollinis ope sospitaretur. ad quod fortè tacitè respexit Horatius, Sermonibus, vbi se garruli cuiusdam importunitatem, qui hominem necabat, euassisse gauisus ait, Sic me seruauit Apollo: quamvis de foro loquatur, quòd nungator ille in ius tractus fuerat: ibi enim erat Apollinis templum. Cretes denique ab unoquoq; malo liberationem Apollini ferebant acceptam. Nam & quòd fabulæ fabulantur homines in Delphinos transmutatos, ea de causa confictum aiunt, quòd Delphinis ducibus nautæ seruati fuerint.

P E R I.

## PERICVLORVM FVGA.

**A** Pud nostros etiam vulgo Delphini sunt tuti receptus indicia, quippe qui quotiens futuram tempestatem præsentient, in portus accurrere, deq; vndis exilire cernuntur, quasi velint reliquos inuitare, vt in stationes properè se recipiant, neq; nauigia alto credant. D. etiam Thomas Delphinum ait future tempestatis prognosticū esse minimè cōtennendū, vbi visus fuerit in maris superficie frequentius se vibrare, aut plures quodammodo lasciuire inter se colludentes. Causam philosophi deprehendēre, quòd hyemali procella ingruente, cōsurgunt exhalationes ab imo mari, quæ hyemis fomenta suggerunt, calorq; tunc in Delphinis excitatur: caloris verò cùm propria sit agitatio, euenit vt idem animal sæpius emergat, sc̄q; frequentius ostentet. Vnde illud apud Pliniū, Delphinos tranquillo mari lasciuientes, flatum ex qua veniunt parte præfagire.

## IMPERIVM MARI S.

**I**Ta verò Delphinus maris regem significat, vt pro aqua mariq; ipso passim in numis excudatur. Præcipue autem Sunij Neptunus sub Delphinis imagine colebatur. Neptuno verò aquarū domino nullo non in signo eius adsculpebatur. Pulcherrimus extat numus, cuius inscriptio est, N E R O C L A V D I V S CÆSAR AVG. G E R. P. M. T R I. P. I M P. P P. vbi Neptunū ipsum videoas in portu sedentem, id enim quietis indiciū: dextera temonem terrę adprimentē, quod signum nauigationis est in portum fossilem; lœua verò Delphinū amplectentem, quod maris blanditias & tranquillitatem ostendit, iramq; & cōmotiōnem fluctuū omnem ibi demolitā. Ibidem celeberrima illius ædificij forma est, cum inscriptione, P O R. O S T. In qua quidem portus illius effigie naues diuersi generis minutissima figura elaboratas, nō sine magna artificis cōmendatione conspicias. Atq; vt hinc hieroglyphicum, quo de agitur, interpretari aggrediamur, epigramma Græcum extat, cur Cupidinis signum vna manu Delphinum, altera flores contineat, in hunc modum interpretatione facta:

Οὐδὲ μολπὸς παλάμους νετέχει δελφῖνα καὶ αἴθος,  
Τῇ γῷ μηδὲ ταῦτα, τῇδε θάλασσαν ἔχει.

**C** Non temerè quippe illum vna manu Delphinum, altera flores cōtinere, vtpote qui sit hinc terra dominus, inde maris. Est & in numo M. Agrippæ L. F. C O S. III. Neptuno reduci signum s. c. cusum, in quo Neptunus lœua tridenti altè innititur, dextera verò Delphinū exporrigit. In Q. Nasidij numo nauis est cum stella & velo pleno, ab altera parte caput, tridente ab occipitio posito; infrā Delphinus est; inscriptio, N E P T V N I. quod tutam Q. Nasidij nauigationem Neptuni beneficio peractam indicat. Tam igitur ex ijs quæ dicta sunt, Delphinum ante omnia maritima Neptunū sacrum intelleximus, quam reliquarum etiam aquarum symbolum, ex celebri Corinthiorū signo, apud quos fons fuit, in quo Neptunus æneus situs erat, sub cuius pedibus Delphinus aquam effundebat. Sedenim cùm hæc multa sint, hæc de Neptuno dicta sufficient, si modò id addidero, quòd per Neptunum vice versa, vnuquisq; etiam pisces accipitur, vt apud Nēgium: Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem; hoc est, pisces, olra, pānem. vbi aduertendum Venerem hortis præfici.

## VELOCITAS.

**E** St & illud præcipuum ex Delphino significatum, vt sit velocitatis indiciū, aut mirificæ agilitatis. Constat enim vnicuiq; maris accolæ, quanta se velocitate Delphini iaculētur, quæ cùm refertur, incredibilis habetur ijs qui nō spe-

# Pierii Val. Delphinus.

Etarint. Est autem dubio procul velocissimum omnium animalium tum aquatiliū D  
tum terrestrium, quippe qui malos etiam nauigiorum maiorū supersilient, per-  
inde ac sagitta pernices, ut apud Aristotelem habetur, ἀπαί τὸν διηγένειον λόγον πάχυ-  
τον καὶ τὸν αὐτούς μὲν τὴν χρονίαν, μὲν οὐλούτων πλοίων μεχάλησσιν ιστέες. De agilitate verò, qua  
maximè præditus est, prouerbium emanauit, Delphinum nare doces, si quis im-  
peritus peritisimū instituere aggrediatur: perinde ac illud, Sus Mineruā: quod  
eruditissime Præsul, in me forsitan nō immerito retorseris, q[uod] de ijs ad te scribere  
cœptarim, quæ tu longè me plenius & melius alios docere possis. Nam & illud  
nosti, Nemeis, Milesiam saltu pernicissimū Delphino assimilatum à Pindaro.

## C I T A   N A V I G A T I O .

**I**N nauigatione autem cùm celeritas in primis expetatur, non in congruè Del-  
phinus est nauigandi signum, siue quòd ipsi naues obuiā factas comitantur,  
& quodam gratulationis affectu choreas circumducāt. Ab ea verò sulcandi ma-  
ris facilitate quia Tyrrheni plurimū olim claruere, qui piraticā exerceentes vni-  
uerso ferè orbi terrori erant, Delphinorum cognomentum in Græcorum fabu-  
lis adepti sunt, cùm præsertim Pelasgi, referente Myrsilo, Crotone occupata Tyr E-  
rhenam etiam regionem inuassissent, in qua diutius cohabitantes nauticam didi-  
cere. Habiti vero inter piratas etiam Pelasgi, vnde nationibus reliquis inuidiæ  
plenum erat eorū nomen, idq[ue] apud Maronē semper ad contumeliam ponitur.

## M A T V R I T A S .

**P**Er uulgatum verò illud est, quod maturè agendum significat, si Delphinus  
anchoræ vel alligetur, vel, ut veteres fecerunt, obuoluatur, uno contationē,  
altero celeritatem significante, quæ simul iuncta, inuicemq[ue] temperata, maturi-  
tatem faciunt, & quod Horatius ait, & properare loco & cessare indicat: id Græ-  
ci κατὰ βέβαιος enunciarunt. Sunt qui hieroglyphici huius inuentum Augusto  
tribuant, quòd & adagium & signum huiusmodi solitus sit identidem repetere.  
Habetur ea species, qua Delphinus anchoræ se circumuoluit, in Titi Vespasia-  
ni numis. Sed forte non displiceat in huiusmodi significatiū trahere, quod in nu-  
mo quodam æreo apud Maffæos inspexi Romæ, bouem humana facie perso-  
natum, supra quem Delphinus imminet: per hunc enim celeritatem, per bouem  
tarditatem intelligimus, quæ illius animalis propria est. Actiōnem verò ex hu-  
mana facie colligimus, quòd hominum proprium in primis sit res gerere, quan-  
quam de boue laruato alibi.

## A M O R I N S I M P L I C I O R E M   Æ T A T E M .

**I**Nuenio etiā ex Delphini simulachro amorem in simpliciorem ætatem signi-  
ficari, quem puerilis ætatis amasium non uno exploratum est exemplo, qua-  
lia ab utroq[ue] Plinio referuntur: ut non immerito tot in numis Delphinum cer-  
nere sit ab alato Cupidine frænatum. Et Veneris statuas plerasq[ue] vidimus, qui-  
bus adsculptus est Cupido, qui vel Delphino insideat, vel alio quoquo modo  
regat eum apprehensum.

## G R A T V S   A N I M V S .

**N**Eç tamen ea pro fabulis habenda quæ recitat Pausanias, qui grati animi  
signū in hoc animali se vidisse in Poroselene Ioniæ vrbe testatur: inclama-  
tus enim à puero, properare ad eū solebat, subiectoq[ue] dorso ei, si adlibuisset, ad  
vecturam sese accommodabat, propterea quòd ab eo redemptus piscatorū ma-  
nus euaserat, curato etiam vulnere quod illi fecerant. Ab Egeside proditum ait  
Plinius, in Ialyso Rhodiorum vrbe Hermiam puerum Delphino longa consue-  
tudine

**A**tudine vectari solitū per fluctus, sed subita mox procella superueniente demer-  
sum. Idemq; Naupacti etiam accidisse, à Theophrasto est literarum monumen-  
tis datus. Admiratur Plutarchus tantam animalis istius humanitatē, siquidem  
non educatione, veluti canes & equi, non vlla alia necessitate, velut elephantī  
pantheræq; & leones ab hominibus liberati, sed genuino quodā affectu spontē  
sint humani generis amatores: ideoq; crocodilorum hostes infensissimi, pro-  
pterea quod crocodilus humano semper generi insidiatur, atq; ita ipsa naturæ  
repugnantia inimicitias generat.

## N E Q V I T I A.

**P**hyiognomici sanè lasciuos & petulantes eos in primis iudicāt, qui sumum,  
vt Delphini, nasum habeant: proptereaq; Socrati nequitia, quam ex ipsa fa-  
cie præ se ferret, vitio data est, quod ita se natura affectum inficias non iuit: cæte-  
rū se naturam cōtinentia domuisse: id quod etiam Plato in Symposij fine mul-  
tis argumentis testatum facere est aggressus.

## A D V L A T O R V M I N F I D E L I T A S.

**B**Non præteribo hīc, quod Socion philosophus ait Delphinum adulatorem  
esse, qui ciborū reliquijs, quæ à nauigātibus affatim in mare projiciuntur,  
allecti comiterq; accepti saturatiq;, natātes quandiu affatim vnda subest ac sup-  
petit officiose comitantur, in siccum verò littus nunquam excedunt. Sic adula-  
tores, quandiu tranquillitas affulget, permanent, amicos in hoc vitæ cursu dum  
plana faciliaq; & prospera omnia sunt, adeunt, deducunt, colunt: cùm verò scru-  
pea difficiliaq; acciderint, statim abscedunt: de quibus Horatius noster:

*At vulgus insidum & meretrix retro  
Cum face siccatis amici*

*Periura cedit, diffugiunt cādis  
Ferre iugum pariter dolosi.*

## G I B B E R O S I.

**V**lgo verò usurpatum, vt gibberosos Delphini cognomento notemus. Et  
antiquissimus autor Pacuvius, animalia hæc incuruiceruicū pecus appella-  
uit. Sed & gibba suum habet significatū, vtpote quæ futurorum indicium sit, vt  
apud Tranquillum aruspices Domitianī gibbam personiū sibi accessisse vi-  
sam interpretati sunt. Et quoniam pars est prudentiæ, futura præuidere, gibbe-  
**C**rosos aiunt omnes astutos esse, multaq; pollere sagacitatem.

## I M P V R I A M O R I S S A T I E T A S.

**M**aximè verò mihi natura ipsa per Delphinū philosophari videtur, quem  
terra procul, adeò violentum, pernicem atq; agilem esse iusserit, eundem  
autem simulatq; terram attigerit, vix in arenam exceptū confestim emori: vnde  
dixerit Horatius de re maximè absurda, contraria, & sibi valde repugnanti, Pin-  
git Delphinum in syluis. Ita impatiens est animal hoc terreni soli. Adagiū verò  
est in eos qui magnum aliquid polliciti, minimū præstiterint, & λογίσθη χρονῶ βια.   
Quæ quidem eo spectat, vt cùm amorem ex Delphino significari ostēderimus,  
eatenus amorem omnia virtutis experimenta præstare admoneamur, quatenus  
terra procul in alto sese exercet, & in sublime sæpius sese cœlum versus, marinæ  
vndæ purificatione expiatus, ac sereni tantum aëris affectator eiaculatur. Terra  
autem & animalia terræ addicta, vti serpentes, sues, & alia quedam, voluptariæ  
mollitudinis indicia sunt, tum ipsam rei venereæ spurcitiam innuūt, quod simul-  
atq; Delphinis accesserit, statim expirat. Huiusmodi enim est impuri amoris cō-  
ditio, vt cùm quis id, quod longo temporis interuallo appetierit studiosiusq;  
ambiuferit, asscutus est, in amando deinceps flaccescere ac refrigerari videatur,

# Pierii Val. Polypus.

plerunq; etiam vel fastidio, vel odio succedente, tam alicius ab amata re fiat, vt D  
nihil magis auersetur. Hinc illæ deceptorum querelæ:

*Cui mea virginitas aibis libata sinistris?*

Hinc apud Maronem exclamat Dido:

*Te propter Libycæ gentes Nomadumq; tyranni  
Odere, infensi Tyri, te propter eundem  
Extinctus pudor, & qua sola sydera adibam  
Fama prior: cui me moribundam deseris hospes?*

Quare Lysias apud Platonem, amantes ait, cum primū libidinem expleuerint,  
collati beneficij pœnitere: id quod in eo accidit amore, qui turpitudini sit eman-  
cipatus. In eo verò quem neq; Plato, neq; alius quispiam pro dignitate satis vn-  
quam laudauit, longè aliter euenire manifestum est.

## D E P O L Y P O.



Numeratis quæ apud autores, quos legere licuit, habentur, Delphi-  
ni significationibus, ad Polypum res ipsa, quæ præ manibus est tra- E  
ducit, vt demum quid sibi velit Delphinus qui Polypum mordicùs  
apprehenderit, coniçere valeamus.

### REI FAMILIARIS ACCVMVLATOR.

**A** Egyptij sacerdotes hominē qui rem familiaren̄ ex quibuscunq; rebus, vti-  
libus simul ac invtilibus, nullo discrimine, nulliusq; rei ratione habita, con-  
gereret augeretq; significare si vellent, Polypū pingere soliti sunt. Ille enim cùm  
prodigè admodū multa deuoret, prudens tamē rei familiaris omnia temerè col-  
ligit & conuenatur, & in cubili suo recondit, selectisq; vtilibus atq; cōsumptis,  
invtilia mox, quippe testas, & cancrorum crustas, & putamina conchularum, &  
spinas pisiculorum abigit. Eos Aelianus vchementes ait esse ad vorandū quæ-  
cunq; oblata fuerint, esseq; adeo impotentes, vt ne pastu quidē mutuo abstinere  
deprehendantur, quiq; in retibus minores inclusi fuerint, maiorum escam esse.

### OMNIVM ABLIGVRITOR.

**Q**VIN etiā eum qui aliena abligurierit, & sua mox absumat, notare cùm vel-  
lent, Polypum flagella curtum & detruncatum effingebat. Afferunt enim F  
autores Agyptij, Polypum ita famis impatientē esse, vt si alius cibus non sugge-  
ratur quem deuoret, proprijs flagellis vesci. Vnde dixerit Alcæus οὐδὲ ἵμων ὁ  
τολύπης, (quem versum citat Athenæus) Ipsum me comedo vt Polypus. Hesio-  
dus quoq; οὐδὲ οὐδὲ cū Agyptij sentiens de Polypo ait: δέ τις αὐτοῖς οὐ τίσει ταῦτα, quiq;  
suo exossis pede vescitur. Præterea Oppianus Halieuticis: ἀλλ' οὐχ θλαφυρῆσιν, εἰ-  
χόδιοι θαλάμησι πρέσει τοινώτου οὐδὲ τίσει τοξεῖς αλοτεῖς. Id ipsum Aelianus af-  
ferit, venatione deficiēt suis cum vesci cirris, alijs mox pro ijs qui absumpti fue-  
rint succrescentibus. Heledonem autem θαλασσῆς τήλα, οὐδὲ ξωτήλα οὐδὲ λαγκά, quod semet-  
ipsam edat, appellatam, Polypi speciem etymologicí Grammatici contendunt.  
Nam & Pherecrateum summæ autoritatis virum, hæc eadem de Polypo sensisse  
tradunt. Quin & Carneadem id ipsum agnouisse manifestum, cùm dialecticam  
Polypi similē esse dictitaret, qui præ fame suamet flagella pasceretur. Eos verò  
aucta iam doctrina peritiores factos, in suasmet opiniones mox grassari, easq;  
destruere: quæ quidem curiosius à me cōquirenda fuerunt, quia Plinius Aristotelem  
secutus id fieri negat: quiq; reperti sint corrosa habere brachia, id eis à mu-  
rænis vel congris euenisse afferit, cum quibus assiduum certamen habent. Plu-  
tarctus

A tarchus tametsi in Aristotelis sententiā super hoc nonnunque illabatur, cum Ägyptijs tamen hoc idem tradit, qui tam præstantiū autorū scripta arguere mendacij vereatur; quasi verò non & alia sint animalia, quæ suamet membra in cibum absumat, cùm cercopithecos videamus totas interdū sibi met caudas abrodere: quare cautio est, ne qui animalibus huiuscmodi delectatur, carnes eos attingere permittat, quia simulatque carnibus assueti fuerint, eius facti audiiores, morsus in semetipso vtrò cōuertunt. Id ego cùm hæc scriberē, apud Mediceos processores domi fieri à quodā effeſtioris naturę cynocephalo quotidie conspiciebam.

## VICTORIA VTI NESCIUS.

**H**ominem victoria propter titum, vti tamen victoria nescientem, intelligere cùm vellent, sacerdotes īdem congrum & subiectum Polypum pingebant. Qua specie potuisse Annibal figurari, cùm strage ea Romanorum ad Cannas edita, Romam oppugnatum ire neglexisset. Aiunt verò, quotiens Polypi cum congris certamen ineunt, à congris facilè superari: cæterū nullam esse congris facultatem vt Polypos depascere valeant, quòd ī lauore atque lubricitate corporis, qua sunt egregiè prædicti, morsus hostium effugiant, & mutilatis tantum aliquando flagellis elabantur.

## TYRANNVS.

**Q**uod si hominem Ägyptij municipij sui longè principem, sed tyrannica in ciues dominatione vtentem, notare vellent, Polypum & locustam adpingebant: locustæ siquidē dominationē videntur in Polypos exercere, primasque inter eos obtinere partis, vt apud Horum legitur. Ceterū Aristoteles priores Polypo tribuit, tantoque eum terrori formidinique esse scribit, vt si locusta Polypū in īisdem retibus esse senserit, præ metu exanimetur quamprimum extincta. Habet hæc Gammari fluialis similitudinem, longè tamē maior atque vastior est, & albicantior, cùm Gammari subnigriscent: quanquam & nigrantes admodum locustas in Ligustico mari esse cōspexi. Pedes huic vtroque ex latere quini, īs adnumeratis qui in forcipem exeunt denticulatum: octoni verò Gammaris. Sed est suus de locusta locus in crustaceorum commentario.

## MORIBVS ALIORVM ACCOMMODATVS.

**C**Peruulgarū verò illud est, vt homo qui se varijs hominum moribus accōmodet, sitque omnium, vt Latini dicunt, horarum, per Polypum saxis adhærentem exprimatur, quē maximè omniū colorē mutare constat, īs que similē reddere quibus appropinquauerit saxis. Huic autem similes esse homines dicimus, qui pro loco & tempore viuendi rationē aucupantur, sc̄que eorū, apud quos degunt, voluntati atque sententijs in omne obsequium proni dedunt, omni posthabita ingenuitate. Causam demutationis istiusmodi multi reddere conati sunt, eamque alijs voluntariam, alijs naturalem, alijs coactam tradidere. Voluntariam, quòd id astu quodam faciat. Naturalem, quòd translucidum sit eius corpus. Necessariā, quòd præ metu ita transmutetur, vt homo etiam pro varia cordis concitatione hoc vel illo colore genas perfunditur. Voluntariā sanè reprehendit D. Ambrosius, propterea quòd Polypus dolo malo hoc faciat, vt incautos ad se pisces trahat, eosque deuoret. Theophrastus id in genuinā quandā animalis ignauia recitat, quòd vbi consternatus sit, tumultu aliquo colorem mutet, vt hominē facere dicebamus: vnde prouerbium illud emanarit, οὐκέπεται τὸ χρῶμα, mutatur color ignavi. Formidolosi enim omnino sunt Polypi, propterea quòd admodum frigidi, eaque cumprimis demutationis causa perhibetur; id quod apertius Phocys,

# Pierii Val. Polypus.

Iides damnat, quod si ea sit mutationis causa, reprehensioni omnino obnoxius D videatur. Sedenim pleriq; veterū ingenium huiusmodi vsqueadē approbae- runt, vt etiam proponerent ad imitādum, ea de causa potissimum Vlyssem esse habitum sapientem asseuerantes, quod versuto esset ingenio præditus: vnde ei apud Homerum πλυντήπω cognomentum. Et suauidicus ita suadet Pindarus:

Ποντίς θηξός χρωπὶ μάλιστα νόοψ περιφέρωμα πλωτος τολμίων δύσλαθη.

quam sententiam ita ex commodo transtulimus:

*Agè agè colore Polypi Mentem apparatus optimè In urbe qua velis mane.  
Suadet hoc ipsum Theognis, cuius sententia eadem cum Pindarica:*

*Mentem habeas quam multicolor dum cautibus hæret Polypus.*

Est enim ubi Theognidianus versus ita legitur:

πλωτοδύτης νόοψ ἔχει τολμώντας τον τίτην

τὴ περισσωπλήσιας, τῷ τρόπῳ ιδεῖν εφαίνειν.

Sedenim improbat hoc Basilius Magnus, adulatoremq; vocat Polypum libro De gentilium lectione, quod veluti ille colorem ad subiecti soli speciem demu- tat, ita parasitus ad audientium voluptatem sententiā studeat variare. Sed quod Pindarus & Theognis tradunt, eò spectat, vt studium omne in calliditate dexte E ritateq; viuendi reponamus, vt simulare, neq; non dissimulare, pro loco, pro re, pro tempore, quod obscurum videatur, apud eos quibus adhæsimus, euitare sciamus: quod si virtute incolumi fiat, neq; animi integratatem flagellauerimus, euenire omnino necesse est vt faciliorē & minus inuidiosam vitam peragamus. Libet verò demutationis istius causas altius repetere, atque ipsam rei naturam, quantū ad hoc pertinet, oculis scribendo subiçere, tam probabilia mihi viden- tur, quæ super hoc veteres ex Empedoclis opinione tradiderunt. Porositates quippe exhalabiles inesse rebus omnibus, quas vel cernere, vel attractare liceat: neq; enim animalibus, neq; plantis, neq; terræ & mari tantum, verùm etiam la- pidibus manifestè insunt spiramenta quamplurima: quinetiam in ære & ferro: omnia enim sponte vitiantur, cùm aliquid exhalet assidue, pariq; ratione diffle- tur, atq; interteratur: per porositates enim exiliunt & excluduntur particulæ il- læ interclusæ, quæ ad elementi sui purissimi simplicitatem redire festinat, fæxq; corpori adhærescit, quæ rubigo est in ijs que rubigini sunt obnoxia, putredo in ijs que putrefieri apta sunt, atq; hinc omnia tendunt ad interniciem. Eam poro. F sitatum exhalationumq; naturā nonnulli arbitrio suo ἐμπλουγοῦ, dixerat, τολμάς αλιγ, αλιγ verò ὀστεις πιάς, καὶ πολυελεύσιας. Maximè verò maritimis in petris, que salsugino- sa maris aspergine alluuntur refrigeranturq; par est partes has, & meatus huius- modi deprehendi, cùm hæ tenuissimo quodam halitu corrumpantur: licet id in solidioribus oculata fide minimè possis explorare, propter materię densitatem, & pororum cōstipationem. Cæterū si Polypi carnem intueare, sine vlla pror- sus contatione porosissimam, & transmeatibus aptissimam iudicabis: exossis e- nim ea est, vt Hesiodi dictum usurpem, & mira quadā raritate perspicua. Cùm itaq; pauore aliquo perturbatur, rotat ferè vi sensibili se colligente, quemadmo- dum in homine gelidus in formidine circa cor sanguis coit, corpus reliquū per se quidem satis translucidum, tum maximè rarefit, & transmeabilis appetit: vñ- de veluti vitrum nitidum, colorem quemvis, albo excepto, propter aliquam omnino crassitiem, quæ suppositum inumbrat corpus, fa- cillimè contrahere potest, atq; ita trans- mutari.

A

## DE CHAMAELEONTE.



Nuitat rei similitudo, priusquam reliqua Polypi significata recenseamus, loco hoc de Chamæleonte, deçp Taranda dicere, quorum alter colores corporis uti Polypus, pro corporis cui adhæserit, ratione, mutat: alter vicinarum rerum colores nullo attachu, sed sola tantum attrahit exhalatione.

## VERSIPELLIS.

**P**Er Chamæleonta versipellem hominē significari volunt: sed quod nonnumquam polypo virtuti datur, in Chamæleonte vitiosum semper autumāt, q̄ mutationem huiusmodi non nisi in timore faciat: quanquā in eo & diuerso vite tempore colores mutari tradit Aristoteles. Sanè Chamæleon paucas in corde tantum sanguinis habet guttas: quæç sanguine sunt exiguo animalia, omnia frigidiora sunt: quæ frigida, identidem & timida. Vt cunct̄ verò accipiatur Chamæleontis natura, siue id ingenita vigoris debilitate faciat, siue quod corpus, uti apud Leonem X. P. M. Romæ vidimus, vtreum prop̄modum atq̄ translu-

**B**cidum habeat, vno omnium consensu versipellis, puta Ulysses quispiā, aut Ly-sander, aut Alcibiades, per Chamæleontem figurari potest. Hunc, vt Tertullianus ait, pellicula ambit, corpori nullus inest succus, pectus vix à terra suspendit, gradum magis demonstrat, quam explicat, ieunus semper & indefectus, oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus. Hoc soli Chamæleonti datum, quod vulgò dictum est, de corio suo ludere. Quod verò apud Plinium legitur de portentosa eius magnitudine, quæ par sit crocodilo, viderint alij; nam quem nos apud Leonem X. vidimus, vix palmum excedebat,

## DE TARANDA.



Edenim si Taranda innotuisset Ägyptijs, inde potius quam ex Polypo aut chamæleonte versutiae huiusmodi significatum desumpsissent. Fera ea est apud Sarmaias inuētu rara, captuq̄ difficilis, de qua

Aristoteles philosophus eo libello, quem de adnirāda historia conscripsit, hæc memoriarē prodidit, vt ex Nicolao Leonico, dum is Patauñ Aristo-

**C**telem ipsum nobis ea qua scripsit lingua interpretaretur, audiui: illam quippe apud Gelonos Scythie populos reperi, bouis magnitudine, capite ceruino, admirandæ admodum & singularis naturæ, siquidem ad omnem locorum & frumentum apparentias, setarū colores, quibus totum corpus hirtum conuictumq̄ habet, illico permuteare. Quod si super hoc philosophari liceat animali nondum nobis viso, dixerim ego, quemadmodum in polypo ηδαφεον, quo corpus eius translucidum est, & in chamæleonte etiam transmeabile dicebamus, ita setas Tarandæ pari modo perspicuas esse, vt facile coloris cuiuslibet aura in eas transiliat, diffluentesq; ad se ita colores repræsentet.

## MENTIS ATTONITÆ CONSTERNATIO.

**H**ominem ad hæc, vt ad polypum reuertamur subito aliquo pauore ita consternatum attonitumq; vt neq; periculum neq; damnum quod urget sentire videatur, per polypum significare mos erat: siquidem is ita meticulosus est, quod Athenæus attestatur, vt vel strepitu auditu, vel pisatorie viso, minimècedat, aut fuga sibi consulat, vt reliqui faciunt pisces, sed aut saxis quæ in promptu fuerint sese applicat, aut captantis manum apprehendit, cruribus' ve sc alligat: neq; alia ferè est eorum captura.

# Pierii Val. Taranda.

P O E S I S.

D

**A**ddunt & hoc hieroglyphicū inueniri, vt si sacerdotes ījdem Āgyptij poēsin exoticam significare vellent (nam de sua sanctius sentiebant) polypi capit figurarent, quod quidem esculentis appositum suauissimi saporis, ganeāq; iucundissimum esse perhibetur, ceterū horrenda prodigiosaq; somnia párere deprehensum est. Quocirca si quis futura de insomnijs consulturus esset, ab esu Polypi abstinere præmonebat, perinde ac etiā ne fabas ederet. Persimilem autē huic esse poëticen dictitabāt, quę fabulas amatoriaq; illecebras sectaretur, ipso quidē dicēdi lepōre delectabiles, sed bonis morib. & honestiori discipline maxi mē perniciosas: cuiusmodi genus meretriculas appellauit Plato, & ab inculpabili ciuitate sua iussit exulare. Nolim tamen in hoc albo diuinā illam ponī, quę sanctiorib. est moribus accōmodata, quā nō nihil habere diuinitatis nō inficiat Ari stoteles, quā cœlitūs afflari cōfirmat Plato, quae apud omnes gentes nationesq; omnes in summo semper cultu habita, ipso etiā sanctitatis nomine celebratur.

D I S C E S S I O   S V B I T A,

**A**Egyptij ad hæc, si quem ita pertinaci animo amantem, vt amata relinquere E minime posse videatur, subito tamē euentu aliquo ab alienatum significa re si vellent, Polypum & pulicariam herbam ad pingebant. Polypi enim ita escis adhærescunt, vt auelli inde non possint, & quancunq; rem apprehēderint, tam firmiter tenent, vt adglutinati videantur: quod ab Homero sumptum Ouidius ita luculenter expressit, Metamorph. quarto:

*Utq; sub æquoribus deprensū polypus hostem  
Continet, ex omni demissis parte flagellis.*

Eos enim potius detrunces, q; possis ullo conatu petris, aut quicquid apprehēderint, aucllere: & vt Nazianzenus ait, si quis eum de cubilibus trahere per vim velit, aut ē petris aliquid euellet, aut certe ē carne ipsius petris affixū aliquid re linquat. Admota tamen cunila herba resilire protinus dicunt, q; odorē eius ferre nō possint. Quæ verò sit cunila siue pulicaria, quamq; varijs nominib. ab au toribus appelletur, suo cōmentario inter sagminea significata differuimus. Aut & aquā dulcē superinfusam eadem pollere vi, quod natura ipsa Polypus dulcia omnia auersetur, & omni gaudeat amaritudine, eaq; de causa non inueniri Poly F pos in Ponto, quia mare id multis aquarum dulcium corriuijs supra aliorū marium saporem dulcescere quodammodo videatur. Alij mare id à Polypo vitari putant, quia sit animal ob imbecillitatem suam frigoris impatiens: mare verò il lud ad Boreā quippe vergens, assiduis penē frigoribus obnoxium esse, manifestū.

A M O R I S   F I R M I T A S.

**V**T verò demum ad eam Veneris statuā deueniamus, quæ causa fuit vt tam multa super Delphino & Polypo conquereremus, superfluum quidem est super Delphino dubitare, cur Cupidini adjiciatur, cū amoris in eo signa tot deprehenderimus. Quod aut̄ pertinet ad Polypum, erant qui amoris firmitatē ex Polypo ita delphini morsu detento intelligendum cōtenderent, id quod ex ipsa se se applicandi pertinacia, qua insignis est Polypus, coniūciebant. Ego verò tris argumenti huius interpretationes excogitau. Vel enim pauorem & ignauiam, quę vitia Theophrastus in Polypo præcipua deprehendit, deuoranda esse amatori homini dicendum, Delphini in eorum locum promptitudine atq; agilitate adsumpta: quandoquidē, vt ait Ouidius, Ingenij est experientis amor: atq; vbi multa in hanc sententiam disputauit, concludit demum, vt

*Qui*

A *Qui non vult fieri desidiosus, amet.*

Vel, quoniam diligentissimus est rerum cumulator Polypus, intelligi posse arbitror, facultates omni quantumlibet cura & diligentia cōgestas, citò, vbi amore capti fuerimus, prodigi, invtiliterq; dissipari. Quād extemplo enim, ait Lystes Plautinus, sāuis sagittis percussus est, illicò res foras labitur, liquitur, & quæ sequuntur. Vel qui Delphinum amoris indicium esse ostendimus, Polypū versutig, dicere possemus, admoneri nos eo signo versutiam amanti cumprimis apprehendendam, & quod fieri solere Plato dicit, in amatæ rei mores transmigrandum, vt̄ quippe Polypus in colorum mutationibus, prout vnicuiq; rei adhæserit, facit. Sedenim ea potius de causa Veneri Polypum adsculpi existimandum, quod inter pisces sit omniū salacissimus, adeoq; libidini deditus, vt̄ nimio veneris vsu omnibus defectus viribus debilitetur, necq; iam ad cibum sibi conquirendum idoneus effectus, minimò negocio ab alijs capiatur, & à paruulis quibusq; pisciculis cancellis & cancris exedatur, obseruatum ab Aeliano. Quinetiam aiunt eos ob huiusmodi nequitiam non amplius anno viuere, id quod ea-

B dēm de causa passeribus etiam accidere tradit Aristoteles. Quin & Polypos etiam sc̄eminas, propter crebros partus, ocyssimè deficere. Quanquam aliquando repertus sit Polypus acetacei generis magnitudinem excreuisse, qualem illum Græci prædicant, qui Puteolis per subterraneum cāuum ingressus noctu apothecam falsamentorum plenam depopulabatur: eius enim amaritudinis audifimos eos esse paulo ante ostendimus, donec redemum patefacta, vix à magno hominum numero confectus est.

#### HYEMALE SOLSTITIVM.

A Ddemus & illud, in manu scriptis Hori codicibus legi, οὐ ταλυθός λαχεγούλιοι καὶ βεβηκτοὺς δέρμον ἀλίτην ἢ τοῦ χειροειδούς τροπαῖς σημαίνεσσι. quod est, duos Polypos vinculis coērcitos, & progredientes tamē, cursum Solis quem in brumali conuersione peragit, significare. Quanquā impressorum codicū lectio, quæ est οὐ τάδε, nequaquam displicer: sed si progressum exprimere volueris, videntur, si pedes illigatos pinxeris, qua id ratione tuearis. At de hyemali conuersione sermo est, quæ, vt in sphæræ consideratione manifestè licet inspicere, pro-

C gressum Solis omnino contatiorem ostendere videtur, in vltimis enim Sagittarij & primis Capricorni gradibus Sol ad horizontem vix loco dimoueri, aut quam lentissimè diurnos parallelos conficere videtur. Ad cuius rei tarditatem accedit & eorundem parallelorum h̄sdem fermè diebus repetitio, dum conuersio peragit ut stare loco potius Sol, quād quoquam motu suo progredi videatur. Quare siue pedes, siue Polypos colligatos accipere malueris, non sum admodum laboratus: mihi satis fuerit, & codicū super hoc varietatem, & ipsam rei quæ significatur, historiam declarasse. Tu verò, quanquā cogitationes has nostras sublimi illa doctrina tua longè inferiores intelligas, pro summa tamen humanitate, qua præcipuè commendaris, despiceré haudquaquam velis. Nihil enim in rerum natura temerè à Deo factum, quiq; Deo, vt tu facis, propinquius adhærescunt, nihil quicquam aspernari debent, quod eodem, vnde originem traxerit, periodo quodam suo redire animaduerterint.

# Pierii Val. Testudo.

PIERIVS VALERIANVS AD AMPLISS. PADM  
TREM LIVIVM PODOCATHARVM CYPRI ARCHIEPISCO-  
PVM, DE IIS QVAE PER TESTUDINEM, COCHLEAM,  
Cancrum & id genus testacea significantur, ex sa-  
cris Agyptiorum literis.

**D**oximis hisce diebus. Amplissime pater, cum mihi agalmatū tuorū supellecti-  
lem aperires, antiquissimā operis, ex aere, auro, argento ducta, & marmore cæ-  
lata signa, numismatāq; plurima veterū illa ingeniorū atq; artiū monumenta  
minime cōtemnēda delectabili spectaculo mihi proposuisses, habere te opera hac  
in delicijs ea plurimum de causa dicebas, quod à summæ claritatis viro Ludo-  
uico Podocatharo Cardinali Capitaquensi patruo tuo cōparata cogestāq; fuisse. Quē virū gene-  
rosis natalibus insigne, Medicina celebre, Philosophia clarū, vitæ integritate laudatissimū, vir-  
tutes ipsæ in omni vitæ colore eximiae, ad amplitudinē eā extulerūt. Proinde quidvis esset apud  
te quod illius memoriam renouaret, siue vestis, siue vas, siue libri, siue quæ tam multa extiāt doctrin-  
æ eius cōmentaria, tanquā sacra omnia à te custodiri, & in honore etiam haberi: dignū quidē E  
eius hominis institutū, qui optima quæq; sibi ad imitandum proposuerit. Quæ quidem cùm tibi  
acciderent iucundissima, eo quoq; non parum delectari videbaris, quod ego multa in veterū mo-  
numentis illis, & mystica & in doctrinæ alicuius recessu delitescentia inter spectandū explicā-  
bam, interpretabarq; cuiusmodi illud fuisse memini, quid sibi vellet Testudo Veneris subiecta pe-  
di quid altera ex aere cuprōve Damasceni operis in vsum, vt coniectura erat, bullæ facta, cauda  
quippe replicata, qua lorum aut licium transmitti posset, atq; ita gestari: quid in numis aliquot  
Testudo alia. Quæ tibi cùm exposuisset, postulasti ea tibi scripto credita exhiberi, quod quidem  
libentissimè feci, cùm id semper studuerim, vt quacunq; posses ratione meum erga te animum  
aperire, id sedulo facerē, quod incomparabilis probitas tuāq; benignissimāq; comitas, & egregia  
quædam mentis tua sinceritas exigere videbantur. Accedebant & beneficia in me promptissi-  
ma vultus alacritate collata, & quod literatos omnes quacunq; posses occasione demereris, semper  
appetisti. Sed quoniam parum me tibi præstissem videbar, si Testudinis tantum significata con-  
scriptissem, addidi ad eam quædam alia ex eodem testaceorum genere, quæ nō minoris mihi visa  
sunt eruditiois, quam quæ Testudine super efferebantur. Multa enim hieroglyphica Aegyptij  
sacerdotes ex Cancro, Locusta, Pinnis, & huiusmodi alijs desumpserē: quæ omnia quantum me- F  
moriæ succurrerunt, uno commentario enarrata conscriptāq; tibi dedicau. Tu quotiens ea in  
agalmatis illis tuis vel cusa vel sculpta incisaq; videris, aut mensis illata cōspexeris, Pierij tui me-  
mineris velim, qui te summo cultu, summāq; semper est obseruantia prosecutus.

## DE TESTUDINE.



ESTUD O igitur inter crustacea primum occupabit locum, quoniā  
ipsa narrationis istius argumentum præbuit, & pictura eius in hoc  
symbolorum genere est admodum speciosa.

## IN POTENTIORIS DITIONEM REDACTVS.

**H**ominem in potentioris cuiusquam potestate adeò redactum, vt nullum  
hiam speret effugium, ostendere qui volunt, Testudinem solari percussam  
radio, ac supernatantem in aquæ summo pingunt: ipsa enim vehementioribus  
Solis radijs impedita ita exsiccatur, vt in gurgite deferrī nequeat, idq; præcipue  
mari Indico, ubi & multæ & magnæ sunt, & Solis vis acrior: vnde fit vt vel facil-  
limè capiatur, vel cùm in prædam mergi non possit, inedia extinguatur.

A

## FORTVNARVM CONTEMPTVS.

**F**Verunt ætate nostra ingenia perelegantia, quæ cùm varijs fortunæ ictibus impeterentur, quos cōtra mira adniterentur alacritate, fortunæ aduersæ contemptos impetus per hominem naufragū in Testudinis huiusmodi agitatæ fluctibus tergus insilientem effingerent, solari addito radio, cuius beneficio ne absorberentur accideret.

## VIRGINVM CVSTODIA.

**C**Vr verò Phidias cùm Veneris simulachrum Eleis ex auro & ebore conficeret, testudinē altero eius pede pressam apposuerit, multi quæsiuere, præsertim cùm Pausanias rei significatum alijs relinquat interpretandum. Sedenim illud potissimum ex interpretatione prudentem fertur Phidiā innuere voluisse, virgines custodiendas esse, coniugatas verò domus curam gerere, ac taciturnas esse debere: vtrancq; enim id primum omnium decere, quod Plutarchus in Coniugalibus præceptis exponit, qui oportere ait mulieres à Luna diuersas esse, quæ cùm iam à Sole abscessit, lucida claraq; cernitur: eadem cùm Soli successit, euabenescit: contrà verò debet vxor modesta præsente tantum viro à cæteris conspici, eodem verò absente domi agitare ac sese oculere. Nam & Salomon septimo cap. Sapientiæ, inter reliqua meretriciæ procacitatis signa id etiam notat, quòd domi se cohibere non possit, sed publica loca, fora, plateasq; celebret. Et Paulus ad Timotheum viduas damnat adolescentiores, quæ oiosæ discunt alienas domos perambulare. Consuesse verò mulieres testudineas secum imagines gestare, quas Veneri dedicarent, ex eo manifestum, quòd Thessalæ matronæ Laidā meretricem illam inlytam ligneis testudinibus zelotypia concitatæ interemerunt in templo Veneris, magno populi conuentu: ob quod facinus erexere postea templum Veneris profanatae, quæ nefandam cædem in templo admiserat, vt confessione sceleris veniā petentes deam sibi placarent. Et id gestaminis fuisse testudinem tuā facile crediderim, cùm ita concinnata sit, vt licio suspendi possit. Apud Ægyptios autem tanta erat pudoris cura, vt mulieribus interdictum esset calceorum vsu, quòd prodire palam verecundarentur, ac veluti testudines intra sua se tecta cohiberent. Hinc Antisthenes ansam nactus eludendi Athenien C sium vanitatem, se nunquā solo in quo nati essent excessisse gloriantium: Commune hoc, inquit, habetis cum testudine & cochlea.

## MVNIMENTVM.

**A**Lij per testudinis corticem munimentum intellexeré, quòd ita eam natura munierit, vt cōtra tela possit ipsa, per se sufficere, & iniuriás propulsare. Hic itaq; receptus, & ad omnes incursum oppositum propugnaculum, ansam dedit adagio, vt quotiens aliquid valde tutum velinius innuere, in primisq; securum esse, dicamus, ὅση μέλι πή χελώνη μυῶν, quantū muscarū solicita est testudo. Cuius omnis felicitatem secuta Cæsariana familia, domesticū eum morem habuit, vt paruuli domus eius in testudineos alueos excepti lauarentur. Quapropter Ceionius Posthumius nato iam Albino filio, cùm ingentem testudinem à piscatore muneri accepisset, vir literatus iam inde magnam spem cōcepit de futura filij nobilitate: curari itaq; testudinem iussit, & infantuli ministerijs dicari. Exemplaria Horū quæ impressa circumferuntur, in huiusmodi significatū ἔργῳ οἴτεοι habent, interpretesq; coturnicis os redidere. Sed in manu scriptis codicibus ἔργοις legi, quod facit ad hāc sententiā: testudines enim orygas appellatas, πῆς ἢ ὁρύζων, quod fodere est, vel excavare, apud Vitruviū legas; à quarū similitudine bellica etiam

## Pierii Val. Cancer.

machina ad fodiendos excauandosq; muros cōparata, testudinis nōmē habet: Dnam & Horus significati istiusmodi causam redditurus ait, διόποταθέστην τὸ ζών  
δέστον, ppterēa q̄ os animalis huiusmodi difficulter admodū frangi dissolui' ve po  
test: quod in munimēti significato qd sibi velit coturnicis os, haudquaç̄ video.

### M O R S D I F F I C I L I S.

**H**ominem letalibus vulneribus quantumvis altè acceptis difficillimè mo  
rientem, per testudinē abscessum caput aptè pinxeris: quandoquidem tan  
ta inest eius carnī viuacitas, vt earum caput, præsertimq; marinārum, auulsum  
busto connuentes aliquandiu oculos ostentet, connitentq; ad admotam ma  
num: quinetiam si ad os eam admoueas, mordere etiam admittatur.

### S E G N I T I E S.

**A**Liàs pigrum segnemq; hominem, aut rei cuiuspiam tarditatem atq; conta  
tionem significare qui vellent, Testudinē gradientē pingere consuerunt,  
quam Pacuvius feliciter tardigradā appellauit: lento enim adeò gradu moue  
tur, vt in proverbiū emanarit in segnes & pigros. Hinc Plautinus Āgio, Testu  
dineum hunc tibi grandib⁹ gradum, inquit, si fustem sumpsero. Et apud Am. E  
mianum lepidissimum distichon legas de Testudinē tarditate:

Θᾶττον ἔλλα λθυκὲς κάρανες, πήλωας τε χαλῶνες

εὐρέν, ή στειρὸν ἐν πέρα να πτασθύλων

Promptius esse albos cornuos, volucresq; chelonas,

Quām quenquam esse probum rhetora Cappadocem.

Quinetiam asserunt animal hoc contagiosa adeò pollere segnitie, vt si pes eius  
dexter inferatur nauigio, id ire tardius credatur: quod obseruarunt magi.

### M O R D A C I T A S.

**S**Vnt qui mordacissimum hominem atq; egregiè maledicū, per testudineū  
caput exertis dentib⁹ intelligi velint: nam Testudo ore omnino est omniū  
robustissimo, quippe quæ quicquid dentib⁹ apprehenderit, vel lapidem etiā,  
perfringit ac deuorat.

### P E L O P O N N E S I I.

**I**N Peloponnesium numis Testudo cudebatur, vnde, vt legere est apud Pol  
lucem, dicteriū illud emanarit, τὰν αρετὰν καὶ τὰν Κοίαν νησῖπε χαλῶνες. quod in ado  
lescentiæ nostræ præludijs nescio quibus ita transtulimus: . F

Quando chelonis vincitur sapientia,

Atq; ipsa virtus, Atticum vt proverbiū est.

Vnde obolum Eupolis καὶ Μιχαλιῶν dixit. Ad id verò quod Peloponnesiaca erat  
moneta, lepidè T. Quintius cum Achæi expeditionem aduersus Zacynthios  
meditarentur, eos admonuit, vt cauerent ne more Testudinē caput extra Pelo  
ponnesum proferentes, in periculum aliquod inciderent.

## D E C A N C R O.

**T**estudo in numis obseruata, alterius numi reminisci facit, in quo Paguri  
forma cusa est, quare hinc ad eius generis significata transimus.

### C O E I.

**C**ancer in numis, compactile scilicet genus id quod corpore est obrotun  
diore, cuiusmodi pleriq; cœlestē signum figurat in Zodiaco, Chiorum in  
dicat rempub. Tradunt id & Pollux, & alij: sedenim nisi quispiam autor esset,  
numus argenteus id satis indicaret, in quo Pagurus is est cum inscriptione su  
pernē κΩΙΩΝ, infernē ΛΕΥΚΙΦΡΟΣ.

## S P E I F R V S T R A T O R .

**A** **P**lericq̄ hominem à pulchris inceptis desistentem, & spem omniū ignauiter frustrantem, intelligi cùm vellent, Gammarum nostrum fluuialem p̄fngere soliti sunt, manu ad os eius iniecta: nam is, cùm à tē capi facillimè posse putas, retrouersum velocissimō sese cursu eiaculatur: vnde vulgo etiam in aliqua re falsis, quam si nactos arbitrarentur, Gammarorū venationem obijcimus. Hęc verò recessus obliquatio adeò Cancris propria est, vt Aristoph. Pace, dixerit,

Ἐπει τὸν νηῶτος τὸν καρκίνον ὁρθὸς Βασίλειος: Rectum iter vt carpat cancer non viceris vñquam.

Atcq̄ fortè non deerit qui dictorio huiusmodi mihi s̄æpe negotium facessant, si vnum aut alteruni nostri huius argumenti interpretamētum meo probabilius, quod facile poterit euenire, compererint. Neq̄ mihi profuerit, rem Latinis ingenijs hactenus intactā, excogitasse, primumq̄ in lucem efferre: me scilicet omnia non vidisse clamitent, eorum que ex paucis didicerint obliiti, cùm tamen omnia ea quae ad hoc negotium accōmodari possunt, nō vñā hominum vita, sed necq̄ multa etiam secula sint indagini suffecturā.

## I N C O N S T A N T I A .

**S**Citè admodum Ioannes ille cognomento Scholasticus, scalarum anacepha lœsi, hominē qui modò risui indulgeat, modò luctui, modò austерitati atcq̄ temperantiæ se reddat, modò delicijs diffluat, & voluptatibus implicetur, Cancro æquiparauit, nunc antè, nunc retro, nunc in transuersum gradienti, miraq̄ vitā suam inconstātia traducēti; vīrq̄ is sapiētissimus, de ingenij eiusmodi profectu nihil sibi quicq̄ pollicetur, quod ad vllam sit vñquā frugem peruenturū.

## S O P H I S T A .

**E**Iusdem subterfugij causa sophistā significare qui volunt, Cancrum pingūt: eos enim huic animali persimiles Plato dicit, Euthydemus, quos vbi validiori aliquia ratione deuictos comprehensosq̄ putes, tunc retro fugaci cursu elapsi per diuerticula atcq̄ subterfugia, maiore priore tibi labore intentant, si vilem ac inanem prorsus curani eos consecandi suscepereis. Sed enim non in sophistas tantum, sed in ipsam etiam Dialecticā obortū est à Cancro cauillum. Nam Ariston philosophus vt eam eluderet, dicere solebat, eos qui Dialecticā enixiori conatu sectarentur, ijs assimilari qui Cancris vescerentur: cibi enim admodum exiguī gratia, circa ossa tam multa numero, tantum laboris insumi.

## S O P H I S T A R V M O P P R E S S I O .

**S**pecies demum illa picturę, qua Hercules tot immaniū monstrorū domitor, in opprimendo etiam cancello laborasse porticibus penè omnibus ostentatur, nihil aliud sibi vult, vt veteres interpretantur, quām sophisticas eas nugas huius obtritas disciplina. Fabulose verò iocatur Plato, cùm Herculem aduersus Cancrum desudasse dicit. Quid verò Cancer sit inter sydera collocatus, non nulli ea de causa confictum volunt, quia conuersione regressuq̄ tam peculiari eō in animali animaduerso, per eius imaginem ostendere voluerint Solis cursorum, qui cùm eō progressus fuerit, retrorsum auferri, ac tantundem aufugere videatur. Veluti Caper opposita ratione confictus, quia Sol ab eo signo, toto poli nostri tractu, altiora petere cōtendat: caper enim dum pascitur, accliviora editioraq̄ loca perquirit. Huiusmodi verò cōmentum nō ex orbis totius cōditio ne, sed ex cœli nostri situ sphæraq̄ ipsa ad arcticum obliquata ex cogitatum est: nam ad æquinoctiale circulum appropinquantibus Cancer deprimi videtur, æquinoctij signa attolli: ad id tamē faceret, quod Solis progressus & regres-

# Pierii Val. Pinna.

sus omnino à Capricorno ad Cancrum, mox à Cancro ad Capricornum, sexto D duobus locis æquinoctiali consideratur.

## ARCANA REVELATA.

**S**i quid verò abditum & arcum luci proditum ac reuelatum ostendere quis vellet, pagurum & eius generis pisces, qui latebris gaudent, face apposita figurabat: constat enim eos nocturno tempore, admoto lumine, de penitissimis etiam cauernis euocari. Ea verò de causâ Cancri ad nocturni luminis splendorē accurruunt, quod id omne genus testacea noctu plurimum pasci solent: comper- tumq; est plenilunio ea magis pinguescere, propterea quod liceat his tota tunc nocte pabulari, copiosioribusq; tunc escis enutrirī, vnde pinguiores fiant, ut nō existimat qui plenilunio nullam inesse vim cœlitū hæc in crustaceis efficiendi, remq; ita ad cōmodiorem naturæ rationem deducunt: quamvis vna cum Basilio Magno, magna philosophorum pars sentiat.

## I N Q V I L I N V S.

**I**nquilinum autem hominem ostendere qui vellent, cancellum illum qui vulgo Gammarusius dicitur, pingebant: is enim semper est concharum hospes, E perq; vacuas cōchulas modò has, modò illas, prout excrescit, mutat domicilia, atq; ita semper ædes alienas inhabitat.

## MAGNA INCOEP TA IRRITA.

**R**idiculum fortè illud videatur, quod commenti sunt nonnulli elephantum cum Gammari cauda pingere, si magna incœpta frustra & inaniter cessisse notare vellent, non secus ac illud Horatianum est, ex montium foetura murem ridiculum enasci. Sedenim cùm res ipsa detridendi materiam, non ineptè mihi videntur excogitasse huiusmodi speciem, que non tam significato, quam pictura ipsa risum possit excitare.

## D E P I N N A.



Væ Pinnæ cōmercia cum cancellis habent, depositare videntur ut eas cancro subiungamus. Nam vt Theophrastus ait, vita fortasse conchis seruari non posset, nisi ope cancri. Pinnæ aut in concharū genere sunt. F

## ALIENÆ OPIS INDIGVS.

**V**lrum qui se atq; sua negligenter curet, neq; sine alterius ope consilio've pos- sit consulere rebus suis, ostendere si vellent Ägyptij sacerdotes, Pinnam & cancellum paruum pingere cōsuerunt: nam is in Pinna conditus in vtriusq; sata git vsum: cōchula enim præ fame patesfacta, pisciculi veluti ad escam alliciuntur, quos vbi cancellus inharentes animaduerterit, Pinnæ statim labra morsu velli- cat, illa eo signo admonita concham occludit, atq; ita esculentis potitur: eo verò custode priuata, breui, vt Aristoteles afferit, tempore deficit. Hoc idem habe- mus apud Ciceronē, cuius vērba repeterem non fuerit importunū. Pinna duabus grandibus patula conchis cum parua squilla societate coit cōparandi cibi: itaq; cùm pisciculi parui in concham innatauerint, tum admonitu squillæ Pinna mor- su comprimit conchas, sic dissimilibus bestiolis cōmuniter cibus quæritur. Can- cellum verò huiusmodi tum à venatione, tum à custodia, Græci pinnotherē & pinnophylaca nuncupauerunt. Est hæc squilla parua admodum, quam nonnulli parasitum piscem vocat, vrpote qui sit dapis affectator: colore albido est, cor- pore perpusillo, cauda ferè semper subter vterum, vbi coactus fuerit, incuruata.

## A AB INEVNTE ÆTATE LIBIDINOSVS.

**E**Vm verò qui ab ineunte ætate cœperit in petulantiam lasciuire, & munera Veneris exercere, per Pinnam fœtus ostentantem suos intelligebant: conchulæ enim huiusmodi in concha genitæ, antequam excludatur, inter se quamprimum coire dicuntur, vt non immerito concha ipsa sit Veneri dedicata, atque eam ex concha genitam veteres fabulentur. Concha itidem Cyprum deuectam canunt, quod nonnulli ad salacitatem referunt, quæ concitetur ex earum cibo: non secus enim ac ostrea, libidinosa esse perhibentur.

## D E O S T R E I S.



Lla enim Hellespontiaco ludibrio, ne deo dicam, ita dedicantur, vt concha Veneri, putarim ob earū copiam, quæ Lampsaceno littore, totoq; Helleponto īgens est; vnde Ityphallico veteris Poëtæ ipsi Priapo dicto, ita legitur:

*Nam te p̄cipue in tuis vrbibus colit ora-*

B *Hellespontia, cæteris ostreosior oris.*

qui versus apud Terentianum reperiuntur.

## H U M A N U M G E N V S.

**P**Er ea verò picta sculptavé humanum genus significari, philosophorum antiquissimi tradiderunt. Hinc diuinus Plato humanum genus ostreorū simile esse dixit: nulla enim potuit similitudine nostræ imbecillitatis naturam significantius explicare, cum ostrea indicū esse dixit animi in corporis carcerem & tenbras coniecti: ita enim Deus corpori animam adglutinavit, vt necessarium sit hominem corporis affectibus tangi vel inuitum. Quid verò aliud illa vel diuine vel stellaris essentiæ scintilla hic patitur, nisi quod dum corpori adhærescit, & vinculis se coerteri sentit, & in quodam obscuritatis carcere detineri: vnde fit ut suæ plerunq; immemor originis, modò sensui se, modò appetentiæ subjiciat, & alieni facta iuris, cum materia, cui adglutinata est, rapiatur in præceps. Piscatore igitur Petro opus est, qui nos aut scopulis auulos, aut de imo maris fundo erutos, Assertori nostro littora recusenti, pœnitentiæ punis assos in escam apponat, vt ita absumpti in ipsius diuinitatis amplexu, ad sublimioris viæ consortia transeamus. Quod verò testam ostrea pro pelle habent, quæ sine corū interitu auferrī non potest, eorum sunt hieroglyphicū, qui nec squamas ignorantiae deponere possunt diuinis admonitionibus quantumlibet instituti, nec cultrū spiritus suscipere patiuntur, qui quidem, vt Hierosolymitanus Hesychius ait, etsi in mari baptismatis inueniantur, etsi in fluminibus pœnitentiæ, abominabiles tamen sunt: cumq; vitam sortiti sint in sacri lauaci tintura, vocationem tamē regenerationemq; corruerunt, dum neq; pinnulas neq; squamas induere procuarunt, sublimem videlicet vitam, cognitionemq; diuinorū, que cœlestis est, sed obcœcato corde in ignorantiae voraginibus detinentur, & propterea in his qui squamas habent nequaquam adnumerantur. Quare Paulus fornicatorem, avarum, idolis seruientem, maledicuum, ebriosum, detractorem, legum bonorumq; morum corruptorem, à fratribus commercio submouet: ostrea enim hæc sunt, & id genus reliqua, quæ sine squamis & pinnulis esse deprehenduntur.

## D E L O C V S T A.



Oculta quid iuncta polypo significaret, eo loco declaratum, vbi polypi significata recensuimus. Quid verò ipsa per se significet, nunc dicendū.

# Pierii Val. Locusta.

S E D I T I O S V S.

D

Popularis seditionis studiosum hominem significare qui volunt, Locustas duas marinas sese inuicem incurantes pingunt: videre enim est saepe vniuersitas, tanquam gregis collegium celebrare, dimicare interim inter se cornibus arietum modo, ac mutua flagellatione inuicem saeuire: & genuinum est ciuibus, inquit Pindarus, inuicem inuidere.

T E M P E R A N T I A.

• **Q**uoniam verò incidimus in Locustā, nominis adducti similitudine, quid per terrestrem etiam significaretur, explicabimus. Ophiomachum, quem alij stellionem interpretantur, nos terrestrem Locustam esse comperimus. Per hanc Ægyptij modestiam, temperantiam, atque continentiam intelligebant, quippe quæ nequitiæ virtutes oppositæ sunt: ea siquidem serpētem oppugnat, voluptatem quippe terræ prorepentem alludit. Ipsa autem crura habet, quæ corporulum alte tollant humo, à terraq; interim eorum innixu resiliat, & feratur in sublime, collisoq; serpentis capite intellectui proximior fiat, qui quidem terrenis obrepere nescius, ab ijs disiungi ab alienariq; assidue meditetur. Non dissimulabo h̄c sacræ lectionis locum, de Præcursoris victu, quem constans fama est Locustis vesci solitum, ἡστὶ δὲ καὶ πλεόνως, καὶ μέλιδης. Sunt qui ab Locustarum campestrium intellectu abhorreant, cauliculosq; herbarum nescio quos quod eodem illi nomine nuncupentur, pro animali comminiscuntur, quibus noster ille veritatis præcursor vesceretur. Atqui Diodorus, & alij autores gravissimi, populos in Æthiopia quosdam agnoscunt, qui non alio quoquam cibo vitantur quam Locustis, ob id Acridophagos appellatos. In India quoque gentem quibus Mandrorum nomen Clytarchus & Megasthenes dederunt, Locustis ali Agatharchides & alij prodiderunt, trecentosq; eorū vicos annumerant. Est autem hæc viridis, & prioribus pedibus longissima, ijsq; admodum gracilibus, quos motat assidue. Manifestissimè verò in hoc præcursoris cibo Locustam animal agnoscit Adamātius, dum vndecima in Lucam homilia dicit: Non habuit domesticum mel, & humana diligentia percolatum, sed sylvestre, minus quippe iucundi saporis, vtpote qui eo ad vitæ tantum vsum & necessitatem, non ad delicias vteretur, ex alitibus verò non grande præpingue vellum, quo se liberius inuitare posset: non aériuolam, quæ cibum præberet delicatiorem: sed exiguum admodū voluere, quod vix à terra esurgeret, saltitaretq; potius quam volaret. Quid plura queritamus, constanter asseritur, Locustas eius fuisse cibū, paruulum animal, & illi satis mundum.

F A M E S.

**S**Vnt qui per huiusmodi Locustam, famem intelligent, propterea quod magnam satis inferunt calamitatem, cum agminatim innumerabili aliquando multitudine congregatae segetes inuaserint, magna clade radices abrodentes, quare diuinatrix apud Theocritū dicitur. Cum enim apparuerit, famis est prænuncia. Multa Locustæ huius significata ponit Eucherius, sed quoniam nullam super illis causam adducit, in quo nos præcipue versamur, ea prætermittēda iudicau: vnum illud tantum tangam, quod per cōparationem resurrectionis Dominicæ similitudo quædam sit, cum assultum Philo dicat per Locustam significari: nullum enim è terrestribus animal tanta se perniciitate proripit in saltum, si corpusculi rationem habeamus. Sed hæc alij viderint.

P E D E S.

A.

## P E D E S.

**I**Nuenies in diuinis literis aliud Locustæ huius hieroglyphicum, vt apud Salomonem, Ecclesiaste, pro pedibus ponit, eò quòd animal id pedum longitudine pro corporis modulo omnia excedit animantia. Scriptum igitur: Floredit amygdalum, & impinguabitur Locusta: hoc est, superuenient cani, & pedum accedit tumor, podagra scilicet, quæ plurimùm æratem grandiorem infestat, quod nos à sexto supra quinquagesimum quatuor iam annis non sine cruciabili dolore acerbissimaq; studiorum iactura cogimur experiri, hæreditate hac ab auunculo relicta, & vnà cum accepto ab eo sacerdotio miserabiliter alita. Alibi tamen Salomonis verba ex Hebraico codice diligentius examinauimus, quòd super his varia est multorum interpretatio.

## D E C O C H L E A:

**B** Ddetur his Cochlea, inter esculentā pīscium vice pauperibus accepta, quæ tamen olim altilis effecta, illataq; mensis, Romanas delicias auxit.

## T E R R E N I S A D D I C T V S.

**P**Er cam diuinæ lectionis interpretes ferè omnes animum terrenis affectibus mancipatum intelligunt, inde similitudine libenter sumpta, si quem sensui deditum, vt voluptatibus brutorum instar inhæsitantem ostendere voluerunt. Hesiodus eam felici compositione φρίκης appellavit, quam domipartam diceare possemus, quòd ita sit domui suæ applicita, vt eam secum assidue portet.

## D E S E P I A.

**S**Epiam quidem inter crustacea recensere minimè congruum videbatur: quia tamen dorsum osseo illo integumento instar clypei munitum habet, huc ipsa etiam transferetur.

## P V L C H R A I N C O E P T A T V R P I T E R C E D E N T I A.

**I**D verò præcipuū super Sepia significatum apud Ægyptios sacerdotes erat, vt per eam significant hominem, qui multa, pulchra & magna pollicitus, datum omnino speciosa virtutis exempla videbatur, & per summam inde ignominiam fecerit lapsus, omnium sefellerit expectationem: ea enim cùm spectandā se venatoribus præbucrit, simulatq; in se aciem instrui conspercerit, & classicum cani, atramentum in aquas euomit, quibus infectis, demptaq; ita venatoribus congregandi copia, elabitur. Quòd si inter fugiendum acciderit vt aperto iterum campo deprehendatur, statim in effusam atramenti nubem se recipit, atq; ita sapienter ac identidem frustratur venatoris spem, nulla sui facta copia, vt deprehendi possit, idq; non in congressu tantum facit, sed plerunq; etiam ludendi studio quadam, atq; etiam insidiandi. Effundunt verò suum id atramentum & polypus & lolligo, quam vulgo pīscem atramentarium vocant: verūm iij non nisi metu percussi: Sepia verò non modo cùm metuit, verūm, vt dicebamus, animi interdum gratia. Ei verò atramento tanta vis inest fuliginis, vt si in lucernam addatur, summotis reliquis luminibus, adstantes omnes fœdo liuore coloratos ostentet, vt Æthiopes videantur.

## T H E T I S, E T S I M V L A T I O N V M I N V O L V- C R I S O B T E C T V S.

**H**Viusmodi verò occultationis causa confictum à Græcis crediderim, Thetis in Sepiam cōmutari solitā, dum vel eluderet, vel serio fugitaret Pelea il lam

# Pierii Val. Sepia.

Iam in sequente. Nam & promontorio cuidam in Iolco Sepiadī nomen inditū, D  
vbi factum hoc perhibent. Ita deniqz hominem qui multis simulationum inuo-  
lucris tegeretur, essetq; occultæ multiplicisq; naturæ, per pictā Sepiā notabant.

M E N D A C I V M .

**A** Lij mendaciū ex hoc figmento intelligi volunt, propterea quod, vt Grāma-  
ticus Tryphō ait, οὐ τοῖς ἔχεται μόνοις μελαίνησιν οὐδὲ παρέχεται: in extremis quippe par-  
tibus nigrescit, & obscuratur. Callidi enim impostores, mendaciorumq; confi-  
ctores, solent semper aliqua præficere, quæ vera, clara & aperta videantur, qui-  
bus inspectādis dum oculi sunt intentiores, astutè mox mendacij nubem offun-  
dunt. Quoniā verò atramentū id, quo se se occulit effuso, in cauda est, ea de cau-  
sa Melanuros appellatur. Atq; hoc Pythagoram intellectuisse volunt cùm præci-  
pit, μὴ γένεθλον τῆς μελαίνησις, de ijs quæ nigra sunt cauda gustandū non esse. In hanc  
verò sententiam præclarè Cicero ad Q. fratrem: Multis enim simulationū inuo-  
lucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuerscūq; natura: frons,  
oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sæpiissimè.

I M P R O B I T A S . . .

E

**Q** Vod tamen symbolū Plutarchus libro De liberis educandis ita interpre-  
tatur, vt sub ostendere dicat, cōmerciū cum improbis nō habendū, eos  
scilicet qui à virtute ad turpitudinem se recipiant, fugiendos. Nam & apud Ro-  
manos, nigrū vel atrum pro moribus infamibus & perniciosis accipitur. Hinc  
illud diuulgatū: Hic niger est, hunc tu Romane caueto. Porrò dies atri, qui sunt  
inausti, inauspicati, lugubres, & infelices appellantur: quāvis nostri vulgo dies  
atros intelligent, qui ieunijs destinati sunt, quibus quidem & corpus maccran-  
dum, & à carnium delicijs præcipitur abstinentum.

L I T E R A E .

F

**A** Egyptij sanè cùm literas significare vellent, iuncum, cribrum, & Sepiam po-  
nebant, de quibus sigillatim disputare alterius loci est: nam eorum omniū,  
quæ literas & disciplinas indicarent, certum conscripsimus cōmentariū. Quod  
verò ad Sepiam attinet, quæ pro theca atramentaria ponī solita sit, ac perinde li-  
teras scripturamq; ipsam significet, nō apud Ægyptios tantūm habetur, verūm  
& apud nostros, vti Persianum illud ostendit:

*Tum queritur, crassus calamo quod pendeat humor,*

*Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.*

Atramentum sanè Græci οὐπότερος appellant. Tholos verò est Aristoteli, qui Se-  
piæ inest. Hesychius ex eo vocabulo turbamentum interpretatur: id enim οὐπο-  
τερον ostendit.

VIRI AMOR IN MULIEREM INFIDAM.

**S**Vnt qui amorem coniugalem in viro firmum, in fœmina lubricum, significa-  
re si velint, Sepiam tridente confossam pro istiusmodi rei hieroglyphico fa-  
ciant, propterea quod in eo genere si fœmina percussa fuerit, accurrit mas opem  
allaturus, fœminæq; quacunq; potest ope auxiliari contendit: quod si mas iectus  
fuerit, fœmina sui tantum solicita, quamprimum fuga sibi salutem quærerit.

T E M P E S T A S .

**S**Vnt & tempestatis argumentum Sepiæ: nam pictæ ita vt in aquæ summum  
exilient, magnas procellas paulo post erupturas indicat. Causam reddit Plu-  
tarclus: quia cùm mollia omnia frigus impendiō caueant, hæc vna præcipue  
cùm sit ea carnis nuditate mollitieq; neq; testa, neq; pelle, neq; squamis munita,  
sed

**A** sed vnum tantum tegumentum osseum in dorso sortita, tempestateim facillime præsentit: igitur veluti frigus euasura, neque non agitationes, quæ in imo mari fiunt, exilire, & incômodum illud videntur euitare. Quare polypus etiam pari propémodum mollitie præditus, ad terram properat, scép petris alligat, ventorum iamiam aduentantium portentum.

## D E P V R P V R A.

**N**hunc gregem veniet & Purpura, suis & ipsa significationibus insig-  
gnis: de animali quidem, non de colore, qui loco alio tractandus est,  
præsens erit examinatio.

## M A L E D I C V S.

**M**aledicūm hominem probos improbosq; & quæ carpētem significare qui  
volunt, Purpuram exerta pingunt lingua, quæ quidem illi tam acuta & va-  
lida est, vt ea & conchulas, & quascunq; sui generis testas perforare possit: quæ  
cùm ita sint omniuoræ, frequens illud in edaces dictum emanauit, Purpura vo-  
racior: de quo apud Athenæum plura comperies.

## D E G V L A M V L T A T V S.

**A** Tq; inde fortè proverbiū, quòd Purpuræ plurimūm pér lingua escas in-  
quirentem capiuntur. Et qui hominem qui de ganea pcenas dederit, signifi-  
care volunt, conchylium huiusmodi nassæ per linguam applicitum pingunt, si-  
quidem eius captura in hunc sæpius efficitur moduni: paruæ densæq; admodū  
nassæ strombus piscis includitur, hunc auidissimè captat Purpura, quæ simūlac  
illuc occlusum olfecerit, inserta per nassæ iuncos lingua eum assequi contendit,  
dumq; ille volutatione luctatur, ea magis ac magis lingua protendit: accidit ve-  
rò vt in eo conatu tumefiat, vt nulla eam extrahendi copia relinquatur, atq; ita  
detenta per linguæ captiua fiat. Verùm hoc picturæ genus in huiusmodi signifi-  
catum aliter etiam figuratur: conchulanī quippe pingunt, quæ Purpuræ linguæ  
morsu comprehendenterit. Piscatores siquidem cùm Purpurā norint concharum  
passionem auidius appetere, has in nassas magno numero cōiectas in mare de-  
mittunt, oblongo fune ad nassas alligato: sentiunt optatā escam Purpuræ, por-  
**C** rectisq; intra nassarū iuncos linguis, eas infestāt: at illæ aculeo extimulatae inco-  
lumitati suæ consulturæ contrahunt se, corticibusq; clausis morsu perquam  
acri linguæ infestam comprimunt, pertinacissimèq; detentā haudquaquā amit-  
tunt, atq; ita pendentes sua captæ auiditate Purpuræ tolluntur.

## V N O E X A N I M A T V S I C T V .

**H**ominem verò interemptum iētu ostendere qui volunt, Purpurā saxo eli-  
sam pingunt: siquidem infectores aiunt, quas Purpuras in artis suæ vsum  
parant, saxo uno iētu collidendas, vnde subitarius ille sanguis ad tinētum opti-  
mus emanat: q; si iētu fefellerit, neq; Purpura statim exanimata fuerit, frustra re-  
peti, quia præ dolore sanguis in vniuersum corpus diffusus evanescat. Hinc aiūt  
Homerū totiēs de īs qui valido aliquo vulnere perempti fucrint, Purpurea eos  
morte sublatos dicere: quem imitatus Maro, nunc Purpureā vomit ille animā,  
nunc quid huiusmodi sāpe protulerit, quamvis ad sanguinē, in quo anima sedē  
habeat, Seruius hoc referri putat, de quo satis in Accipitrīs cōmentario dictū.

## S E C E S S V S.

**S**Vnt qui secessum per Purpuram ostendant, propterea quòd Purpura non  
nisi in imo reperiatur pelago; vnde verbum apud Apollonium Argonauti-

# Pierii Val. Echinus.

cón primo, περιφέρεια, quod purpurascere dicere possumus, vbi profundum esse D interpres exponit, ea quam memorauimus Purpure natura repetita. Hinc mare purpureum, pro profundum, poëtæ sæpius posuere.

## D E E C H I N O.



Arinus hoc Echinus obuoluitur, lenticulari propemodū figura, cochleari crusta, scabritie varia, crebris lineamētis rectilineis, quatenus in sphærica figura fieri potest, picturata, īsdem quibus terrestris armatus spinis, verū īs micātioribus, & nunc coco, nunc purpura, nunc puniceo colore splendescientibus: qua parte rostrum à medio ventre exerit, reductior, à tergo gibbosior. atq; is est de quo Martialis ait,

*Cortice deposito mollis echinus erit.*

## DIFFICILIS ATQVE MOROSVS.

**A**Tque vt ad eius significata iam aggrediamur, hominem qui cum difficulter, vel nulla vñquam ratione consuetudinem inire possis, ex hieroglyphico eius commonstrabant, quippe quem quaqua tractare volueris, asperitate renitentiaq; horridum experiare. atq; itidem ex hoc asperitatem eam, quam Horatius damnat, agrestem, inconcinnam, atq; grauem, per hoc animal notabant: nam & nomen illi πηλὸν ἔχεις καὶ τὸ αἰπόφερον pleriq; impositum asseuerant, quia scilicet haberi non possit propter spinas, quasi Latinè velis intractabilem dicere. quamuis sunt qui de nomine id sentiant, vt echinum dictum velint πῆλον ἔχεις καὶ φερῶν τὴν σαρκῶν θύσων, quod scilicet ita se se cohibeat, vt nulla carnium apparent vestigia neq; signa.

## IVDICIORVM SEVERITAS.

**E**Rant autem apud veteres vasa Echini nomine nuncupata, quæ scilicet animalis istius imaginem referebant, quorum in iudicij v̄sus erat. Sanè iudices, de quibus Pollux meminit vbi de diætetiſ & dicastiſ agit, Echinum aheneū aut opere fictili factum habere consueuerunt, in quem testium dicta scriptaq; iudicia coniicerentur: ex quo significabatur, nō licere cuiquam impunè illis manus admouere, neq; inuertere, aut immutare quicquam, sine graui supplicio.

## NAVIGATIO T V T A.

F

**S**Vnt etiam qui per Echinum tutam nauigationem intelligant: ille siquidem imminentे tempestate, quam non secus ac terrestris ventos præsentit, attrahit lapillis se se munit, arenaq; nauium instar saburrat, ne vi fluctuum vlla versari iactari ve possit: id enim maximè cauet ne aculeis exarmet. Basilius Magnus audisse se profitetur à quodam rerum maritimarū peritissimo, qui diceret, habere se pro comperto, Echinum cùm ventorū perturbationem sœ uitiamq; maris præsensisset, calculum correptum haud exiguum subiisse, seq; sub ipso tanquam anchora stabiliuisse. Sanè quidem nautæ simulac eos id factitare conspiciunt, futuram hoc indicio ventorū agitationem tempestatemq; præ sagiunt, nauigiāq; cōtinuò pluribus anchoris infrenant. Admiratur Ambrosius Hexaemero, quo ingenio is ista collegerit, quo doctore perceperit, quis ei fuerit auguriorum interpres. Falli sæpe homines aëre perturbato, quod plerūq; res sine tempestate succedat: non falli Echinū, & homini rationis participi documento esse. Vnde animali tam exiguo tanta scientia, vt non modò quod futurum est infortunium antè præuideat, verumetia qua ratione impendi periculo sit obuiā eundum, nō verbis, nō sophismatis, non ambagibus oratorijs, sed re ipsa commonstret:

M A.

A

## M A C I L E N T I A.

**A**D hæc macilentissimum hominem per idem animal intelligebant, cui quidem sit hoc peculiare, ut nullam intus carnem contineat, foris & spinulas, & crustam, vti dictum, cochleariam tantum habeat: inueniuntur in eo tamen nigra quædam vice carnis, quæ vt cunque sint, à ganeonibus tamen expetuntur. Quod verò ad macilentiam facit, eum ad annum integrum aiunt abstinere cibos. Non relinquā intactum quod apud Eustathium legi, interna ventris Echini appellata: vnde Callimachus,

ὅντε μάλιστα βοῶν τρέσσαι ἐχῖνος.

*De bone quem cupide magis affectantur echinum.*

Idq; ea de causa, quod intra se cibū contineat, quod præcipuum est vētris munus.

## I N S T A V R A T I O.

**E**Xercitum, aut quid huiusmodi ex dissipatis reliquijs instauratum, si quis pingendo significare voluerit, non imperitè Echini marini dilaniationem quandā figurabit: ille enim in frusta disceptus, si proiecatur in mare, confluentibus sponte in vnum partibus iterum committitur, & efficacissimè solidescit.

## D E C O N C H Y L I O.



Onchylium quoq; aliquid habet quod iφογλυφες accipi potest, tametsi animal ipsum huc nō admittat, sed quos generat vñiones.

## L A C H R Y M Ā.

**S**Vnt qui gemmas omnes in ornatu Veneri deberi putēt, quod scilicet eam maximè comptam esse deceat, & delicijs omnibus affluentem. Gemmæ tamen aliquot sua quædam habent significata, veluti vñiones, quos lachrymarum symbolum esse pleriq; prodidere, sumptum scilicet à coniectoribus, qui lachrymarum profluuium per visas in somnis margaritas ostendi tradunt: nam & apud Sudam legas, μαργαρίτας θλεσσαὶ καρπούν φόον.

**P**IERIVS VALERIANVS AD ERVDITIS-  
C SIMVM VIRVM MATTHÆVM MACINGVM VENE-  
tum, de ihs quæ per Crocodilum & aliquot Amphibia  
significantur ex sacris Ægyptiorum literis.



Oterit, & merito quidem, eruditissime Macinge, aliquis qui non aequo forte erga nos animo fuerit, ut runq; nostrum ad Christianæ pietatis vindices deferre, qui sanctissimum amicitia etam mutua etam antiquæ numen tanto sub silentio, Ægyptiorum quodammodo secuti religionem, coluerimus. Ægyptiaca enim prorsus est hac superstitione, Deum sub silentio colere. Sed enim qui de pietate aliter quam Euangelia doceant, & sacri canones imperent, vel sentit, vel sibi sequendum credendum ve proposuerit, is dubio procul impietatis crimine condemnandus, acriterq; puniendus est. Manifestum autem est, Ægyptios olim Crocodilum adorasse, quod nos non modo abhorremus, sed & Poëtæ veteres, qui mores hominum facile tolerat, modo satyricè derident, dum eorum aliquis dicit eos portenta colere, modo vt rem magis exacerbent, addunt, Crocodilum adorant. Causam tamen eam Ægyptij allegare soliti sunt, quod Crocodilus silentij sit hieroglyphicum, quandoquidem animal id lingua careat, & ita silentij significatum præse ferat: quod

L

# Pierii Val. Crocodilus.

pterque nostrum per tot annos nimium superstitione coluimus. Ne igitur cauillandi cui- D  
piam ansam demus, existimauit silentio huic nuncium remittendum, atque ita in viam re-  
deundum, id quod ut tu quoque facias adhortor. Misit itaque ad te sequestrem Crocodilum  
ipsum, qui quoniam Aegyptiacè loquitur, quippe per rerum figuras & signa, causam omnem  
tibi liquidius explicabit. Quoniam verò Crocodilus hic ab intima usque Aegypto istuc Vene-  
tias traducendus fuit, exenterare eum oportuit, & accuratissime salire: loco verò facis exem-  
pta, infarciuimus in uterum eius eadem diligentia fluvialem Equum, Phocam, Murænam,  
Anguillam, & Aegyptiacam quandam ranam. Animalia inquam hæc ut cuncte adduci  
potuerint, ad te misi, ruptaque ita silentio meiorum consortio aggregavi. Tu si qua in ijs quæ ad  
rem tuam faciant inueneris, arbitrio utaris tuo: reliqua quæ nullius apud te momenti vide-  
buntur, & rēsāngas, ut dicitur, projicias licet.

## DE CROCODILO.

VONIAM à poëtis nostris, atque etiam à plerisque alijs Ägypto ea est obiecta infamia, quod & monstra colerent, & Croco- E  
dilum præcipue adorarent, cur hoc animal inter reliqua apud  
ipsam nationem sacra, locū haberet, differendum: ita fiet ut quid  
imperiti colerent, quid sapientes intelligerent, manifestum fiat,  
atque inde minus eorum succenseamus philosophiæ.

D E V S.

Colebant siquidem Ägyptij Deum sub Crocodili, quod non inficiamur, F  
imagine, propterea quod solus inter animalia elinguis esse deprehensus  
est, quod diuinitatis munus esse perhibent. Nam & in Pythagoræ symbolis ha-  
betur, linguam in primis esse coercendam, ut Deum imitemur. Proximè accedit  
ad hanc sententiam sapiens ille neq; illiteratus vir qui opusculum de moribus,  
carminibus scriptum edidit, dum eum Deo proximum esse ait, qui ubi ratio po-  
stulat, tacere norit. Deus enim sub alto profundoq; silentio mortalium facta  
omnia diligenter examinat, omniumq; merita inspicit, proq; re, loco & tempo-  
re singula moderatur. Quod verò de dijs silentium apud eos esset, vel Harpo-  
crates indicarit, cuius effigiem presso obsignatoq; ore ideo dedicarūt, quod cæ  
remonias ritusq; suos qua ratione instituti essent, in vulgus propalari nolebāt,  
atq; ita sacra inuolui silentio procurabāt. Quin & Mercuriū illum suum, quem  
Nilo prognatum patre prædicabant, tanto silentij cultu prosequebantur, ut ne  
nominare quidein eum fas arbitrabantur. Nam quem & appellabant, qui Pla-  
toni Theu, Propertio nostro Theutates est, alium fuisse dicunt, qui scilicet Ar-  
gum interfecit, quiq; leges illis atq; literas tradidit, à quo & Septembrem men-  
sem eo nomine vocarunt. Et Cabalistæ Dei ministros aiunt propitios nobis  
fieri, vel si tantum nominis eorum meminerimus, aut eorum notas præ oculis  
habuerimus, signata'sve gestauerimus, etiam si ore nunquam enunciemus: præ-  
cipueq; T E T R A G R A M M A T O N diuinitus datum nomen ineffabi-  
le, nostræ cum Deo reconciliationis signum, propterea quod literarum, qui-  
bus notatur, satis est reminisci. Merito itaq; Helias sacerdotes Baalis ridet III  
Regum X V I I I , dum eos adhortatur maiore vti voce, quod eorū Deus in  
diuersorio forsan esset, aut in itinere, aut certè obdormiceret, ita fieri posse ut  
excitaretur. Sed quid nos tot gentiliū fabulas euoluimus, cùm sacræ institutio-  
nis nostræ literæ in templis quotidie canant: Te decet silentium Deus in Sion.  
Äquum

**A** Equeum est quippe ut tacito verecundoq; silentio trepidationem quam ex tantæ maiestatis consideratione concepimus, profiteamur. Et: Sileat omnis terra Deo. In quam sententiam Petrus apud Clementem: Quæ summo sunt silentio honoranda. Deus enim, ut Cyprianus ait, nō vocis, sed cordis auditor est. Nam & Anna Samuelis mater, quæ typum Ecclesiæ præ se tulit, ante conceptum cùm sterilitatem deploraret, Dominum non clamosa petitione, sed tacitè & modestè intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur quidem ea prece oculata, sed manifesta fide; loquebatur non voce, sed corde, quia sic sciebat Deum audire; ideoq; quod petebat efficaciter impetravit, quia fideliter postulauit. Et publicanus quem Dominus probat, nō erectis impudenter ad cœlum oculis, neque sublati indecenter manibus, pectus suum tundens, & peccata sua contemnans, diuinæ misericordiæ auxilium implorabat. Habet insuper Crocodilus eam cum Deo similitudinem, quod eius solius oculi pellicula tenui translucidaq; à fronte demissa obteguntur, atq; ita cernat, cùm alijs ita minus cernere videatur. Ita oculū Dei perlustrare, intueriç; omnia, res ipsa indicat, cùm nos eum

**B** nequaquam cernere, aut nostratia hæc explorare, plurimum opinemur. Sed quantum pertinet ad sermonem, nostra in primis est pietas defendenda, apud quos totiens legitur, HÆC D I C I T D O M I N V S, cùm simplex sit Dei substantia, neq; membris vllis neq; cōpagibus composita: non igitur os neq; linguam habet Deus qui loqui possit. Id verò sic accipiendum, ut tunc Deus loqui videatur, cùm aliquid inspirat in sanctorū fatidicorumq; vatum corda, vel etiam vocis sonum afflatu suo facit ad eorum aures pervenire. Nam si vox humana aër ictus dicitur, potest & vox Dei dici aëris ictus vel vi, vel voluntate diuina. Itaque illuminata mens per Dei spiritum formatur in verba, vnde locutus Deus homini dicatur, quoniam humana fragilitas aliter audire de Deo non potest. Præterea, vti Adamantius inquit, veteres Deo sermonē attribuēre; quia cùm norint homines hoc ministerio voluntatē alterius alteri innotescere, agnoscant ea quæ sibi per Prophetas deferuntur, diuinæ indicia esse voluntatis. Mortales enim haudquaquam intelligerent in hac vel illa re Dei contineri voluntatem, nisi ea locutus diceretur, cùm eorum sensus nequaquam percipere possit, voluntatem cuiuspam per silentium inter homines indicare posse.

## O R T V S.

**C** Orum ad hæc pingere si voluissent, geminos Crocodili oculos faciebant, quos habet instar suis, verum ex toto corpore prominentes, & emissios. Atq; ita pars ea, quæ lucis conceptaculum tā insigniter extet, exortui videatur assimilari. Est tamē & alia ratio istius significati, quod animal hoc suapte vi, nullo parentum incubitu fomentōve, formam & lucem acquirit, veluti Sol per semetipsum exoritur. Crocodili enim tā fluiales quam terrestres cùm in sicco partum ediderint, oua sua terræ cōmittunt gremio, quibus tamen semper assident, dum catuli animentur, & excludantur. Locum verò eligunt, ad quem summo auctu eo anno egressurus sit Nilus, quasi diuinatione quadā oua transferentes. In numis verò aliquot simulachrū Orientis radiato fingitur capite, dextera in altum sublata, eaç; passa, quod in Gallieni plerisq; numis habetur, inscriptione addita, ORIENS AVG. quam quidem manum patefactam, & radios ipsos, Mare non uno loco videtur explicasse:

*Ubi primos crastinus ortus  
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.*

# Pierii Val. Crocodilus.

O C C A S V S.

D

**Q**uod si occasum identidem pingere procurassent, Crocodilum humi toto profusum corpore deliniabant, quippe quadam incubantis specie, sponte enim ad ima quæque ferri gaudent, immersisq; fluuijs humi libenter obrepunt, soloq; adhærescant, delphinorum & aliorum hostium metu, quod norūt quām molli tenuiç cute in ventre sint. Dies præterea maxima ex parte agunt in terra, noctes in aqua, teporis vtrunque ratione: noctu enim tepidiorem aquam experiuntur. Ita Solem imitari videntur, qui nobis emergere matutino tempore, vespertino immergi videtur. Ad hęc Crocodilo visus in aqua hebes, extrā acer- rimus: ita illi præcipue accidit, Solis occasu obscura omnia, exortu clara atque perspicua redduntur.

T E N E B R A E F V N E S T V M' V E.

**T**enebras autem (quo vocabulo tam funus, atratumq; pomparū apparatū, quām mortem ipsam, quæ lumina claudit decedentiū, intelligebant) significare cùm adlibuisse, Crocodili caudam faciebant: is enim simulac animal aliquod ceperit, caudę opera vtitur ad exanimandum, ea enim captiuum vincit, ac mox plectendo conficit. Vis siquidem omnis, ac omne Crocodili robur, in cauda situm. Id verò commodè figurabitur, si abditus in specu sola exorrecta cauda pictus fuerit: nam & illi proprium est spelæa subire, in quibus quatuor interdum menses hyemis in media pertinaci delitescit, vnde forte tenebrarū deductum est significatum. Sedenim hęc etiam ad eam facere opinionē possunt, quod ideo Crocodilum colerent, quia hinc etiā diuina quādam specularentur. Nam quod Dei ipsius & caput & substantia imperscrutabilia sint, cum Crocodilo faciunt in specu latitante: quare Seraphim faciem atq; pedes Dei velare ad arcā Domini dicuntur, quod diuinæ maiestatis principium atq; finem verbis nemo valeat explicare, neq; picturatione vlla declarare: definire verò nulla prorsus circumscriptione quispiam aggrediatur. Quam verò de Deo cognitionē profitemur, eam ex operibus perpendimus, quod à posterioribus diceret Aristoteles. Quare Gentes admonebat I E S V S Deus noster, Si nolitis mihi credere, credite operibus quæ ego facio. Ita igitur sapientes illi Crocodilum imaginati sunt in specu, cauda tantū exerta, absconditū. Nam Psalmo etiam X VI I dicitur Deus posuisse tenebras latibulum suum, vt planè significetur, obscura multis & incognita esse, quæ de Deo p̄ijs tantum innotuerunt, vtpote quæ Deus ipse occulat in tenebris: & vt Origenes Adamantius ait, manifestū est raro admodum pervenisse ad homines Dei cognitionem, idq; paucissimis contigisse, siue quod ob mentis hebetudinem ad eius micantissimæ lucis radios cæcutimus: siue quod inquinata mens eius non recipit puritatem: siue quod humanum hoc corpus adeò fæculentum animum etiam obturat, ne possit spiritum eius admittere: siue quod intellectus nostri virtus sit adeò imbecilla, vt immensitatem eam nulla capere possit coniectura. Nam & de Moysē legimus, eū vbi Deus esset caliginem subiisse, Deiç iudicia prophetæ abyssum vocare consuerunt. Quin & I E S V S ipse, Nemo, inquit, cognouit filiū nisi Pater, nec Patrem nisi filius, & cui filius reuelauit. & in hanc sententiam passim à nostris plurima. Eaç de causa Ioannes filium lucem ponit, quia is & seipsum illuminat, & Patrem in conspicuo ponit, qui adhuc latēret in tenebris, nisi per filij manifestationem innotesceret. Nobis verò nisi lux illa orta esset, adhuc in umbrosa mortis regione sederemus, diceret Esaias. Vnde aut, nisi diuino dispēsante spiritu, imaginatus est Orpheus dicere,

Nox

**A** Nox quæ lucem emittis? Quod & Psalmographus: Emitte lucem tuam & veritatem tuā. Tabernacula enim Dei tenebre & latibulum, vti diuinæ literæ passim memorāt. Sed plura super hoc dicturi sumus in Ignis commentario, vbi Faces.

## P E R N I C I E S.

**T**Nvnūersum autem per id animal sculptū, malum, damnūmve aut pernicies talījs illata, sī Diodoro credimus, apud Agyptios significabat, omninoq; inex plebilis rapacitatis hieroglyphicum habebatur: animal enim est multæ rapinæ, vnguis ad discerendum promptissimis, morsu aspero tetroq;, vt quod dentibus lacerat, nunquam sanetur. Impunè verò inter eos enat, qui se adipe eius feri perunxerit. Quod factitasse Firmum Agypti tyrannum, qui oppressus est ab Aureliano, testimonio Aureli Festiui, Vopiscus tradit.

## S A L A C I T A S.

**E**Rat & salacitatis indicium, vt ipsi dicunt Agyptij, propterea quod abundanti foetura prolifici sunt Crocodili, libidinisq; vsqueadè contagiosæ, vt è dextera eorum maxilla dentes lacerto dextero alligati, nequitiam credatur stimulare. Terrestris porrò Crocodili, quem Scincum, vt alij, Scingum appellant, rostrum & pedes in albo vino poti, lasciuiae cupiditates accendere apud magiæ scriptores legas, & huiusmodi quædam apud Dioscoridem & Plinium.

## F V R O R.

**F**Vrorem ad hæc Agyptij, & quæ inde calamitas aut clades accepta esset, per Crocodilū semetipsum verberantē indicabat, propterea quod is irrita prædæ cuiuspiā spe frustratus, in semetipsum furit, supra modum indignabundus.

## L A T R O C I N I V M.

**N**Egotiorum impedimenta, insidiasq; & latrocinia, quæ cōtra viatores exercentur, per idem animal etiam ostentabant. Et Typhonem, quem Βελώνα dicunt, in Crocodilum abiisse asseuerabant, tametsi nonnulli Typhonis cometem ponant. Crocodilus autem assidue negotiatoribus insidiatur, quo genere latrociniij Typhonem infamem tradunt. Quapropter cum illi honores omnino decreti essent, ex mansuetis animalibus asinum illi nutricabant: ex feris verò Crocodilum & fluialem equum. Institutum enim erat apud eos, quibusdam Dis, ne nocerent tantum, sacra facere: atque ita quo magis illos sibi conciliarent, animalia eiusdem ingenij, quo illos fuisse persuasum habebant, colere consuerant. In Apollinis verò ciuitate, quod iniurias à Typhone Osiridi illatas vlciserentur, de Crocodilo vesci iegē singuli tenebantur. Certo igitur die conuenari solebāt, & quotquot caperent, interfecitos eos ante templum, rei à se bene gestæ monumentum testimoniumq; prosternebant.

## H E L L V O.

**I**Idem sacerdotes helluonem significantes Crocodilum hianti ore pingebant: Is enim cibo satur, quem immodicè sumit, somno sopitus in littore se prosternit esculento semper ore, ad quem auiculæ trochili, quæ senatores & reguli dicuntur, pabuli se gratia conferunt, inuolatesq; dentes depurgant, atq; ita magis & magis ad patentiorem hiatum scabendi dulcedine prouocant: quod ichneumon perpetuus eius hostis si quando fuerit conspicatus, saltu se in guttur eius immittit, introq; progressus donec feri cor morsu lancinet, moribundam mox feram derelinquens abit incolmis. Alij crapulam ideo significari per Crocodilum tradunt, propterea quod is meatu careat, per quem ciborum excrementsa defici soleant: quare eadem mox digesta & indigesta per os reiectare necesse

L ij

# Pierii Val. Crocodilus.

habet, quæ mox aues aduolantes depascantur, perinde ac qui præter satietatem D nimio farciuntur cibo, cùm digerere ipsi non possunt, euomere cogunt. Qui ve rò cultui habitu à sacerdotibus nutriebant, tanta erant mansuetudine, vt nō mo dò vocem accersentiū agnoscerent, & attractari paterent, verū etiā fauces ad apertas porrigerent, dentesq; manib. depurgari, abstergiç; linteo permitteret.

AB IGNOBILI GENERE AD CLARITA-

TEM ERECTVS.

**C**ommenti sunt nōnulli, hominem qui nulla sanguinis claritate, minimisq; principijs ad amplissimas celeberrimasq; dignitates, ad opes, ad honores euectus esset, per Crocodilum & ouum eius pingere. Illud enim de Crocodilo fertur, nullum animal à tam paruis initijs in tantam excrescere magnitudinem. Ouum enim nō multò maius edit quam anseris, & fœtus inde exclusus pro por tione est, attamen ad cubita usq; quindecim, vel etiam sexdecim crescendo por rigitur. Sunt qui eos tandiu augeri afferant, quandiu viuunt. Facit ad hoc Æso pia fabella non illepida de Crocodilo, generis nobilitatem, & sua & antiquorū præclara facinora apud vulpem extollente: cui argutè illa responderit, ex cute E vetus eius ac diuturnum exercitium, vel eo tacente, prodi.

I N V I C T V S.

**A**ddunt nonnulli, lacessum iniurijs hominem, necq; tamen succumbentem aut victū, per Crocodili tergus significari, propterea quod id supernè corticosum adeò sit, vt contra omnem ictum, inuictum habeatur. De vigore verò eius elangescente, si quis eum penna ibidis demulceat mitigetq; in Ibidis com mentario dictum est loco suo. Apud Horū inuenias vespam superuolitatem Crocodilo indicū esse, vel ipsius animalis sanguinem corruptū, vel Crocodilum mortuum: vespa enim ex putrefactis oritur cadaueribus. Verū id quoq; mysticè, cùm mala ea quæ per Crocodilum significantur, indicare vellent facta iam mitiora vel omnino sublata: aliter frigida & inanis ea esset interpretatio.

Æ G Y P T V S.

**C**rocodilus catena religatus ad palmam, in æreis plerisq; numis habet, cum inscriptione, C O L. Æ G. Colonia Ægyptus. Ab altera facie duo sunt humana capita, quorum alterum ad Orientem spectat nauali corona insigne: literæ supernè sunt, I M P. vbi nimirum per Crocodilum ipsa significatur Ægyptus. F Quod verò sit religatus ad palmam, Augusti omnino victoriā ostendit, quam etiam in obelisco campi Martij notari iussit, Ægypto in ditionem redacta. Duo illa capita, Augusti vnum alterum Agrippæ esse crediderim, de quo Virgilius: Tempora nauali fulgent rostrata corona. In alio Augusti numo argenteo Crocodilus est, supra quem scriptū, Æ G Y P T O. infrà C A P T A. ab altera facie Augusti caput, cū circunductis literis, C A E S A R D I V I F. C O S. VI. Et pictor Nealces, cuius meminit Plinius, cùm prælium nauale Ægyptiorum et Persarum pinxit, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, hie roglyphico apertissimo hoc declarauit, quod arte non poterat: asellū enim in lit tore bibentem καὶ πάρεγγον pinxit, & Crocodilum insidiantem. Est & numus L. Æ L. AVREL. C O M M O D . vbi Commodus ipse sub Herculis imagine pede dextero Crocodilum calcat, læua clauem sustentat, dextera Ægypto si strum pretendenti spicas porrigit. Inscriptio rem declarat, I N D V L.

G E N T I A E A V G . Atq; hæc de Crocodilo di cta sufficiant.

D E

## A DE FLUVIALI EQVO.

**P**Lurimum verò secum affert impietatis improbus ingratusq; Hippopotami animus, qui nulla genitorem reuerentia prosequitur, & alienis bonis diripiendis natura promptissimus existit.

## IMPIETAS.

**M**Erito enim Aegyptij sacerdotes cùm īpium, cùm ingratū, cùm iniustum quempiam notare vellent, Hippopotamū proponebant. Admonituri vērō mortales omnes vitia ea omnino esse declinanda, totaç; animi fortitudine supprimenda, duas eius animalis vngulas deorsum inuersas facere consuerunt: siquidem is ab ineunte statim adolescentia patri incipit infestus esse, tentatq; si possit eum decertando superare, quem sāpe in pugnam prouocat: quod si acciderit vt victor euadat, matris coitum affectat, vita patri cōdonata: sin victus aut cohibitus à patre fuerit, necq; tam scelerati voti compos fieri potuerit, perdurante tamen prauitate tātis per conatum differt, donec adolescat, factusq; iam robu

**B**stior atq; validior, deteriorem ætate factum patrem inuadit, fcedissimeç; necatum petulantissimè dilaniat. Inuersas igitur vngulas eas ideo statuebant, vt qui rem spectarēt, quid illæ sibi vellent cōmonefacti, propensiōres fierēt ad pietatē.

**I**d quod tantæ apud eos curæ fuit, vt principū sceptræ, & huiusmodi pleraç; insignia, atq; gestamina & monumenta, armāç; aliquot quorum quotidianus esset usus, ita insignirent, vt in summa potio réç; parte ciconiam præfigerent ex ære, vel ex auro argento vē factā, infernè verò vngulam Hippopotami subiçerent, quod impietati præferendam esse pietatem indicaret. Species verò vngularum ijs est, quales bubus, licet dorsum, iuba, & hinnitus equi sit, vnde illi nomen. Inest præterea talus bisulcorum modo, dentes vt aprorum exerti, leuiter tamen: rostrum resimum, apri cauda etiam, magnitudo & interiora asini, tergoris crassitudo tanta, vt ex eo ve-

**C**nabula fiant, & scuta galeæç; impenetrabiles, nisi humore madeant, munire possit.

PIETAS IMPIETATI  
præferenda

## IMPROBITAS EDOMITA.

**C**elebratissima verò est species illa, quæ visebatur olim Hermopoli, ea scili, Huius symbo- li iconem vi-des proxima pagina.
 cet pictura, vt Hippopotamus esset, supra quē sculptus erat accipiter cū serpente dimicans. Cuius argumenti significatū id esse tradunt Aegyptiarum literarum periti, vt Typhonem ab Osiride vi domitū, cùm de principatu certamen conseruissent, intelligendum autument: per fluuialem equū Typhonem ab Osiride vi domitum, per anguem principatum interpretantes: atq; ita improbitatem potiores sibi partes asserere conantem, virtuti demūm cedere subinnuant. Eadem de causa cùm sacra faceret eo die, quo Isidis aduētus è Phcenicia celebra tur, fluuialem equū religatum libis incessere per ludibriū consuerant. Non dissimularim hic Aureoli tyranni tumulū ad pontē Aureolum Insubriæ superesse, à Claudio Cæsare sex elegorum versuum epitaphio nobilitatum, in cuius conditoris parte prima Hippopotamus sit incisus, quem serpens cauda mordicūs apprehensa complectitur. Id puto significare, tyrannidem tādem temporis spa-

# Pierii Val. Phoca.


tio domitam. De Aureolo enim qui Gallieni tempore cum plerisque alijs tyrannidem arripuit, plura legas apud Trebellium Pollionem, & Iulium Capitolinum. Epigramma tumulo inscriptum à Claudio Imp. ita fertur:

Κλαύδιος Αὐρηλίῳ μετὰ Διονύσου Αρετανοῦσαρ  
Τὰ κτήρες θυκτῆν ἀς θέμις εἰδίθη.  
Τῷ γονικού λαώ, ἀλλ' ἐπὶ ἐθέλησε φόνημα  
γένεταις ἀδικήτως πᾶς θραστὸς αὐτίκειος.  
Καὶ οὐδὲ οὐκέπεινατ λαοὺς σώματος ἔχατος ὅπλά των  
Αὐρηλός, γέφυραν ἔστη το τέλευτο τάφοις.

H O R A E.

**H**Oras etiam Ägyptij sacerdotes per fluuialem equum significare soliti sunt: qua verò de causa id ficerent, neque Horus scripsit, nec nos apud quempiam traditum inuenimus: si quid tamen ariolarī liceat, dixerim ego, quia depascit segetes, destinatione, ut ferunt, antè determinatas in diem: non enim uti boues & pecora reliqua, hac illac errabundi modo hic modò illic aliquid carpunt, sed tamquam messores ad opus certum conducti, suam unoquoque die partem pabulantur. Horæ verò nomen plurim pro tempore cuiuscunq; maturitatis accipiunt, cuius apud Græcos apertissimum est significatum. Cùm verò ita pabulatū prodit, ea vtitur astutia, ut velut ex agro ferentibus vestigijs progrederiatur auersus, ne quæ reuerten- ti insidiæ comparentur. Vel ea fortè de causa horas indicare dictus, quod diem & noctem duplici natura dimetitur: siquidem interdiu in imis aquis latet, noctu in terram egreditur. Apud Ägyptios autem nox cū die pari propemodum horarum numero assidue dispescitur.

VIRTVTI CEDIT D  
improbitas.



E

## D E P H O C A.



Hoc fluiali addetur equo, cui similiter vita in aqua & in terra communis: eam nos vitulum marinum à specie tergoris instar boum villosi nuncupamus.

### S O M N I C V L O S V S.

**S**uperfluum verò esse videtur rationem afferre, cur somniculosus homo per simulachrum eius exprimeretur, cùm de profundo eius somno diurnaque vernalitate tam multa passim à Græcis Latinisq; autoribus memoriae prodita reperiantur, quo scilicet pacto sternunt se somno diuerso in littore Phocæ.

### I N F O R T V N I I M A G N I T V T E L A.

**I**D potius referam, quod hominem ita res suas procurantem, & aduersus pericula auxilia disponentem, ut à quocunque vel maximo infortunio tutus habeatur, significare qui volunt, eum Phocæ corium indutum pingunt. Vitulum siquidem marinum ex aquatilibus fulmine non ici obseruatū est, tantaq; mortarium id persuasione receptum, ut vulgo cingula ex eiusmodi corio comparantur, quæ infortuniorum istiusmodi amuletum esse creduntur. Veteres autem cala-

F

**A** calamitates à potentioribus illatas, fulminum iactibus equiparare soliti sunt. Et fulminare dicuntur Reges, cùm quid in alicuius perditionem moluntur. Sic, Cæsar ad altum fulminat Euphratem, apud Maronem legas; apud Ouidium vero, se totiens Augusti fulmine petitum.

## V R I N A T O R.

**V**Rinatorem etiam hominem per animal huiusmodi significare mos fuit, quando in sicco genitum nullum hoc magis vndis ex disciplina soleat assefieri. Pariunt enim in continenti Phocæ, pauloq; post catulos edueunt, ut mari assuescant, & evestigio reducunt, idq; sæpius factitant, usquequò paulatim ita consuescant maris contubernium non aspernari.

## D E M V R A E N A.

**M** Vræna quoq; in siccum exit, & terrestrium commercio delectatur. Quid verò hinc significetur, videamus.

## A L I E N I G E N A R V M P R O C V S.

**B** Er hanc pictam Ægyptij sacerdotes hominem alienigenarū con cubitum appetentem, externisve matrimonio copulatū intelligebāt: siquidem hæc, vt Licinius Macer tradit, fœminei tantum sexus est, ideoq; de mari egressa serpentibus copulatur, atq; inde concipit: ob id sibilo à pescatoribus tanquā serpentibus euocari & capi. Aristoteles tamen, vtpote qui Murum mare agnoscit, vt suus in plerisq; huiusmodi mos est, hoc negat, tametsi in terram prodire, atq; ibi sæpe capi, non inficiatur. quavis Andreas Physicus, qui Nicandro glossata quædam subiecit, totum id mendacium esse profitetur, & neq; Murænas in continentem prodire, neq; viperis per littora cōmiseri contendit. Attamen cum Ægyptijs Archelaus id afferit pro cōperto, neq; dissimulat Nicander, qui pescatores ait, quamprimum Murænas in continentem exire conspexerint, metu percussos in mare statim se demergere, quò se ab viperarum iictu tueantur. Hoc idem D. Ambrosius, Hæxaëmero, Basilium Magnum secutus affirmat.

## M O R E S C O N I V G I S F E R E N D I.

**A** Viperis enim ait sibilo Murænas euocari, idq; perinde ac si hieroglyphicū esset interpretatur, id scilicet ex hoc innui, vt mulieres admonentur, ferendos esse mariti mores, si licet fallax vir, asper, inconditus, temulentus, lubricus, multaçq; in hanc sententiam.

## A D V L T E R I V M.

**B** Asilius ex hoc congressu anguis & Murænæ adulterium interpretari videatur: admonet enim eos qui nuptijs insidiantur alienis, discant, cuinam feræ, cui reptili sint similes, cùm naturæ quoddam adulterium viperæ Murænæq; cōiunctio videatur. atq; huc potius respicit Ægyptiorum hieroglyphicum. Quare minimè mirum si Crassus, vir satis impurus, Murænam miræ docilitatis exanimatam luctu prosecutus est, qui vxores tris absque luctu sepelierat, quod illi à Domitio obiectatum legimus.

## S A E V I T I A O C C V L T A.

**N**Eq; incongruum erit hieroglyphicū, si occultam quandam sauitiam significatur, sanguinariam quippe crudelitatē in molli alio qui atq; effeminato homine, per irritatā Murænam expresserimus, immani Romanorū procerum exemplo, qui seruitia olim Murænis exponebant excarnificanda, cùm ea alio, qui bestia exedentula sit, vt diceret Tertullianus, atq; etiā exanguis, & excornis,

# Pierii Val. Anguilla.

## D E A N G V I L L A.

D



Nuitare videtur similitudo quædam, vt Anguillā murænæ subiungamus, nō quòd hęc inter amphibia sit, sed quòd erratica, quadāq; cognitione murænam attingat, quippe cùm hęc fluuialis, illa maritima sit anguilla. Nam quæ in mari reperiuntur anguillæ, à fluminibus omnes inferuntur, suntq; ibi omnes peregrinæ: in alienā tamen adscitæ patriam, alienos etiam mores imitantur, & labem magna ex parte eluunt, quam ex terrena fæce secum attulerunt. Eius verò significata rara admodum apud Ägyptios fuerunt. Nostri multa hieroglyphicis Ägyptiorum similia, quæ per eius imaginem intelligenda essent, excogitarunt.

### S I B I S O L I N A T V S.

**V**Num enim id tantum super Anguillæ nota traditum ab Ägyptijs inueni, vt hominem omnes alios auersantem, & seorsum ab aliorum consortio sibi viuentem, per simulachrum eius significanter, propterea quòd eam nūquam cum vlo alio piscium versari, neq; quidem coniugali inter se vsu misceri deprehendissent. Sunt qui velint eas sponte in luto humescenteq; humo provenire. Sunt qui eas scopolis se atterere dicant, ea strigmenta viuescere, neq; aliam earum esse generationem. Basilius Anguillas non alio vlo modo, nisi ex fœculenta materia limoq; procreari tradit, quarum neq; ouum, neq; vllum alium ad successionem modum constare compertum est. Aristoteles porrò neq; marem neque fœminam in illis esse testatur, neq; prolem ex se aliquam creare posse, cùm neq; ouum, neq; semen sortitæ sint. Ouum in nulla vnquā Anguilla visum, neque fœtum in utero deprehensum, vt in ijs quæ animal gignunt: capillamentis tamen & lumbricis quædā similia in ventriculo reperiri, non tamen ea vnquam animascerere, neque eo loco gigni aut immorari, quæ sint in fœtum euasura, quia non secus ac cibus concoquerentur. Quòd verò alij dicant meliores esse fœminas, quas à capitis forma secernunt, quippe repandiore his, maribus verò oblongiore, atque ita eas quæ à cæteris discreparent, fœminas appellarint, philosophus idem non maris aut fœminæ, sed generis differentiam agnoscit.

### M E M O R I A P O S T O B I T U M E X T I N C T A.

**C**ommenti sunt alij hominem, de quo nulla post obitum memoria supersit, per Anguillam mortuam significari: illa siquidem mortua nō superfluitat, nec sursum fertur, vt maxima ex parte pisces cæteri faciunt, sed pessum in profundum rapta, in eodem quo genita est limo cōputrescit. Id ea de causa fit, quòd ventre sunt admodum exiguo, atq; ideo minus inanes. Totū verò corpus cum ferè solidum sit, neq; ferè quicquam aëris admittat, & caro ipsa glutinosa admodum, nec quid peruum relinquat, fit vt simulatq; expirarint suomet pondere grauatæ pessum ferantur.

### P R O F A N V S.

**I**N diuinis Hebræorum literis exdem profanæ sensu mystico dicuntur: neque enim squamosæ sunt, quiq; huiusmodi sunt pisces, in aquæ profundū immersari, & in coeno libenter volutari conspiciuntur. Ad horū similitudinem, animi qui terrena tantum sapiunt, idonei non sunt vt ad sacra proponantur.

### I M P A T I E N S A L I E N I C O E L I.

**A**dhæc, hominem in alieno cœlo difficulter habentē intelligentes, Anguillam in hydrijs duabus pingebant, capite scilcet in vnam, cauda in alteram demer-

A demersis. Anguilla siquidem nullam vehementem tolerat mutationē, & si æstate de lacu in piscinam transferatur, viuere nequit, etiam si frigida aqua fuerit.

## FVGIENTIA SINE SPE SEQVI.

**H**ominem insuper qui fugitiuam rem aliquam nulla consequendi spe secta-  
retur, indicare si vellent, Anguillam pingebant, quam manus à cauda pre-  
henderet: tanta enim est lubricitate prædicta, ut de presantum manibus elaba-  
tur quam facillimè, difficulterq; cötineri possit. Subterfugij istiusmodi similitu-  
dinē sibi desumpsit Athanasius, ubi epistola ad Ægypti episcopos dicit: Tam-  
etsi elabi millies tanquam Anguillæ conentur.

## SPES CERTA RE SVPER AMBIGVA.

**Q**uod si certām esse spem de ambigua re quapiā ostendere voluissent, obuo-  
lutam eam ficalneo folio pinxissent, quod scabritie sua presanti sit admini-  
culo nequaquam irrito. Vnde prouerbium, Τείω τὰ ἔγχελω.

PER DISCORDIAS CIVIVM LO-  
CVPLE TATVS.

**B** Hominem verò ex ciuilibus seditionibus & tumultuosis discordijs crescen-  
tem, reç; auctum significātes, eum in Anguillarum venatione occupatum  
effingebant. Aqua siquidem quieta limpidaç; earum capture nulla propemo-  
dum, magna verò si perturbetur. Quare pescatores tempestates obseruant, la-  
cuimve aut fluminum turbationes, vnde aqua limosa fiat, magnas inde captu-  
ras paruo negotio consequentes. Rem tradit Aristoteles & pleriq; alij, tum Ari-  
stophanes, Equitibus, historiam luculenter admodum explicat, Allantopola di-  
cente: Eadem quidem tu fecisti, quæ venatores Anguillarū faciunt. Sed cur non  
Aristophanem ipsum sua lingua loquentem audiamus?

Ὥπριταροὶ τὰς ἔγχελκς θηρώμενοι πέπονται,  
Ὥταν μὲν ἡ λίμνη κατασῆ, λαμβάνεται τὸ δέον·  
ἴαν δ' αὐτεὶς καὶ κατεῖται τῷ βόρειορει κυνῆσιας  
αἰεσται, καὶ σὺ λαμβάνεται, λοῦ τὰ πόδια παρεπήσεις.

Fecisti ut is qui captat anguillas facit,  
Quieta cum sunt stagna venatur nihil:  
Sed cœnum ubi omne illac & hac subuerterit,  
Captura magna est. Tu quoq; ubi perturbaueris  
Hinc ciuitatem & inde, plurimum capis.

**C** Quam sententiam Cicero sibi desumpsit, oratione in Catilinam secunda: Ho-  
nores quos quieta Republica desperant, turbata consequi se posse arbitrantur.

## D E R A N A.

**R** ana verò ita in hoc album admittenda est, ut hieroglyphica tota videa-  
tur: nam anteaquam facta sit, in huiusmodi materiam dare incipit ar-  
gumentum.

## IMPERFECTVS.

**M**ulta esse in humanis operibus imperfecta, indignè, ut mihi videtur, pluri-  
mi conqueruntur. Quis enim vnde cunq; perfectum opus ullum præstare  
possit, si mortalium nemo omnibus absolutus numeris reperitur? Quin ipsa re-  
rum natura multa nobis ostendit, quæ inchoata reliquerit: nec tamen ob hoc  
eius quisquam indiligentiam reprehendat: id quod spectare est in Rana præci-  
puè, per cuius effigiem non immerito sacerdotes Ægyptij rei cuiuspiam imper-

## Pierii Val. Rana.

fectionem intelligebant. Videre siquidem est plerumq; huius generis animalia D in limo, vbi procreantur, altera parte Ranam, altera verò terram ipsam indistinctam, viuentiç portiunculæ applicitam. Sèpe enim flumine, aut lacuna, lama ve aliqua, vel sponte, vel deriuatione aliqua decedente animal id imperfectum destituitur, quod tum primū informari cooperat & coalescere. Omnibus his fidem Nili facit inundatio, quæ rerum istiusmodi miracula omnia prorsus excedit; eo quippe deturgente, musculi & varij generis animalia reperiuntur, inchoato ope re aquæ terræç in parte corporis viuente, nouissima effigie etiamnum terrena. In Ranis verò qualibet maturitate genitis, natura semper imperfæcta; quod in ipsa præcipue lingua exploratum est, quam applicitam & cohærentem habent, cum tenax sit earum materia, neq; distincta satis compositione. prima verò cohæret, intima absoluta à gutture, vnde genus illud v'lulatus intra aquas reddūt, quām ḥλωνυα φωνὴ vocant, quæ vtī Plutarchus ait, amatoria & coniugalis est.

I N V E R E C V N D V S.

**I**ldem ipsi sacerdotes si hominem inuercundum notare voluissent, Ranā descriebant: ferunt enim eam sanguinem nō nisi in oculis habere: qui verò subsanguineos habent oculos, ex Aristotelis & Adamantij physiognomici sententia, inuercundi audaceç sunt: iracundiam, vbi siccii: vbi humidi, ebriositatem: subrubescentes si latè pateant, intemperantis oris hominem, mulierosum, stolidum, & aleonem indicant. In grandioribus rubor, neq; libidini neq; gulæ modum ponit vllum ostendit. Quod si glauci sanguineiç fuerint, hinc calliditatem, inde vesaniæ proximiorem audaciam coarguent. Quia verò canes plurimū oculos sanguine suffusos habēt, hinc apud Homerum Achilles caninos oculos ob impudentiam obiicit Agamemnoni: de quo satis in Cane.

C V R I O S I T A S.

**P**arit impudentia curiositatem, vnde alterum elicetur hieroglyphicū. Nam hominem in alienis negotijs explorandis plus æquo solicitum, quiç dicta factaç singulorum assidue percontetur, & impudenter arcanorū omnium spectator esse concupiscat, per Ranam identidem significabant: oculi enim animali huic prominentes sunt & emissiti, vt facile spectandi contuendiç omnia curiositatem præ se ferant. Et qui homines eiusmodi sunt oculis prædicti, dolosi, stolidi, ineptiç simul & importuni plurimū reperiuntur. Hoc tamē significatum in Rana nō ab oculorum specie tantū, verū ab occultiore doctrina quadam desumptum vidéri potest. Tradunt enim Magi, Ranæ oculos cum lusciniæ carnibus in cœru in loro alligatos, præstare vigilantiam somnolentia fugata. Vnde spectandi promptitudo nō indecenter excogitata. Sanè vulgatum id est apud Græcos tum apud Latinos, inesse oculis pudorem, quibus tamen nisi modus imponatur, procliuerter eosdem in oppositū huic virtuti vitium prolabi. Alioqui Rana tanta prædicta est verecundia, tamç pudoris ingenui studiosa, vt in propatulo nunquam admisceatur: sed enim cum in aqua coire nequeat, noctu exeunt, atç ita noctem quām longa est complexu mutuo cohærent.

L O N G O P O ' S T T E M P O R E P R O G R E D I E N S.

**A** pud Horum legas, hominem qui diuturniori tempore pedes æger sese mouere nequierit, si tamen aliquando ingrediendi beneficium consecutus, per Ranā posticos tantū pedes habentem significare: ea enim posteaquām natā & informata est, sine pedibus aliquandiu viuit, adolescensç posticos primū pedes profert.

S O P H I-

A

## S O P H I S T A .

**E**st & in sacris nostrorum literis mystica de Ranis Aegyptiacis mentio per quām frequens, quæ iugiter in Aegypto pluerint. Sophistarū nugas, & dialecticorum garrulitatem, per eas doctores quidam intelligunt, siue ob nullius significantię vocem tam argutā, tam cęperit pertinacem, siue quod in luto voluptuosa sit earum habitatio: quorum vtruncę Sophistis attribuitur. Ab excellentia autem Sophistam Aegyptium vno doctorum omnium consensu dicere mos est, quod ad Protea nonnulli referunt, qui se omnia in rerum miracula transformaret. Sunt qui Ranæ hieroglyphico hæreticos notent, qui, ut Eucherius ait, in cœno vilissimorum sensuum commorantes, vana tantum garrulitate oblatrare non desinunt. Aeneas vir Platonicus, Theophrasto, Ranę vtitur exemplo, dum Cleonta garrulitate nobilem taxat: Necessariū, si yera sit opinio Theophrasti, quod animæ post obitum brutis applicarentur, quorum vitam viuere visi fuerint, ut Ranæ & Cleo vna semper futuri essent. A' vocis autem asperitate Ranæ nomen apud Græcos βατράχων, quasi βοάτραχον dicas, quod apud interpretes B Theocritianos Thalifjs inuenias. βοάτραχον verò, si nobis dicere liceat, asperisōnum possimus interpretari. Vnde de maximè dissimilibus dicitur, Rana cum grillo: id enim locustarum genus valde musicum, & ob acutum molliter stridorem, conciliando somno à delicatis hominibus expetitur.

## D A M O N E S .

**Q**uin etiam in diuinis literis Ranæ simulachra sunt cacodæmonum, quod libro Apocalypseos luculentè scriptum est: Et vidi de ore draconis spiritus tres immundos in Ranarum similitudinem.

## P O E T Ā .

**A**Damantius tamen aspera quadam seueritate commotus, per Pharaonicæ plagæ Ranas mystico sensu poëtarū carmina significari putat, quod inani quadam & inflata modulatione, cuiusmodi est Ranarum sonus, siue ille cantus sit mortale genus omne in fabularum ineptias illexerit. Nulli enim rei animal id idoneū aut vtile, inquit ille, cōperitur, nisi quod improbis & importunitis clamoribus ad negociosorū atq; ociosorū simul fastidium vscq; obstrepat. Miror verò tantæ eruditionis virum hæc de poëtis sensisse, cum præsertim ubiq; sit interiores, ut ipse dicere solet, literæ speculator: necq; animaduerterit, dū poëtas carpit, Moysi, Hieremiac, Esaiac, & plerisq; omnibus Prophetis alijs se conuitia facere, qui vaticinia illa de diuinis humanisq; rebus cuncta luculentis carminū numeris cōscripta elaborataq; libris demandauère. Quod si quos reprobare volebat, diceret saltem quæ carmina, quippe Ithyphallicane, an Fescenina, an titrochaica Bacchi, quos Poëtas intelligeret, ne ob huius vel illius impuritatē sanctissimum hoc omnibus nomen profanaret, ipsumq; totius mundi conditorem Deū, qui apud Græciæ totius Christianos poëtæ nomine sancte colit, incessere videretur. Nam quē nos factorē cceli & terræ dicimus, Græci dicunt θυμῷ τὸ σπεύσην τῆς γῆς.

## S I L E N T I V M .

**C**ontrà verò, ut vnde discessimus reuertamur, inuenias silentiū significari Cetiā per Rubetam ranam illam grandissimā, quæ geminis veluti cornibus insignita est, propterea quod obseruarūt magi, si ea in multitudinē vociferationib. obstrependē inferatur, silentiū fieri. Eoq; spectare nonnulli putant Ranam illam Meccenatis celebratissimā, qua is literas & tabellas obsignare solitus erat, utpote qui ea que literis crederet, silentio inuoluenda esse cōmoneret. Sedenim

## Pierii Val. Rana.

cum Rana, non rubeta, in omnium sermone, ego eò potius rem spectare dixi. D  
rim, quasi Meccenas id in Augusti gratiam factitarit, de quo etiamnum infan-  
tulo illud fertur, quod in aucto suburbano obstreperentes forte Ranas silere ius-  
serit: cui quidem commento adeò fauit vetustas illa, vt ex eo negentur ibi Ra-  
næ coaxare, quasi etiam adhuc tanti Principis imperio obsequantur. Voluisse  
igitur Meccenatem hieroglyphico eo schemate taciturnitatem polliceri, in ḥs  
quæ Augustus eius fidei credidisset, non secus ac Ranæ ipsæ morosa adeò gar-  
rulitate insignes, illi adhuc infantulo paruere. Nam Sextus Aurelius & Eutro-  
pius scribunt Meccenatem præcipuum amicorum Augusto fuisse, ob taciturni-  
tatem, quam tamen in eo nonnunquam desideratam ab Augusto Tranquil-  
lus ait. De Ranis id fertur, quod in frigidiores coniectæ fontes obmutescant,  
translatæ in tepidiorem paludem vocales fiant.

### R V S T I C I T A S.

**Q**Væ verò Rana in paruulo numo quodā Romæ apud Maffæos habetur,  
cūm ab altera numi illius facie Dianę pharetratæ simulachrū dubio procul  
inspiciamus, facile in eam coniecturā ferimur, vt fabulam eam commōstret, qua  
rustici & maligni homines aduersus eius matrē Latonā vsl sunt, atq; ideo diuæ  
illius imprecationibus omnes in Ranas cōmutati. Vel cūm dea sit humoris do-  
mina, animal illi maximè omnium aquaticum dedicetur: nam & adagium est,  
aquam Ranæ, cūm quid cuiquam quod maximè placeat, & voluptati sit, dona-  
tur. Sunt verò Ranæ coniunctrices, & agrestem illam asperitatem egregiè præ-  
se ferunt, tamq; olim importunæ, vt inito cum muribus fœdere, Abderitarū re-  
gionem incolis inde expulsis desolarint: in quorum ingentem multitudinē quæ  
cladem huiusmodi fugiebat, Cassander Antipatri cūm incidisset, eos in socios  
recepit, agrumq; illis in Macedoniæ finibus assignauit.

### PIERIVS VALERIANVS BELLVNENSIS AD PAVLVM IOVIVM NV CERINORVM EPISCO- PUM, de ḥs quæ per aliquot piscium genera significantur, ex sacris Ägyptiorum literis.



Ram omnino commentariū hoc de pisciculorum aliquot significationibus, Pau-  
le Ioui doctissime deserturus, quod multa in eo piscium genera continebantur,  
ex quibus neminē ætate nostra frugem ullam colligere posse suspicabat: ita quæ  
fuerat olim piscium nomina, vulgo hodie desiderantur. Metuebam verò labo-  
res in horum significationibus meos minimè gratos ideo futuros, quia in nonnul-  
lis non satis mihi constabat, quare ratione vel exemplo possent eorum imagines describi, quarum  
bona pars esset mortalibus ignota. Naturas quidē & significata prout apud veteres autores inue-  
neram, facile poterā explicare: sed quorundam nomina tam Cræca quam Latina, non videbar  
ita posse reddere, vt in foro cetario quis posset huius vel illius piscis speciem deprehendere. Quod si  
ea de causa hieroglyphica hæc conscripta sunt, vt eorum quis vti posset imaginibus, irritus hic ple-  
runq; futurus conatus videbatur, quoniam hoc præstare me posse minimè confidebā. Videbam  
ad hæc multos qui prouinciam hanc suscepissent, in tam multis hallucinari falliq;, eamq; cōtro-  
uersiam de plerisque piscibus tot ab hinc annis agitatam, eruditorum penè omnium defatigatis  
ingenijs, adhuc sub iudice pendere, neque liquere prorsus, per varias nō incuriosorum hominum  
opinio-

**A** opinione, eorū multa quæ vel quotidie in mensam apponuntur, quo fuerint apud Latinos aut Gracos nomine nuncupata. Postea verò quām eam te suscepisse prouinciam intellexi, ut multa piscium genera, quo nomine apud veteres vocarentur, edoceres, in eā sum erectus spem, vt & tu, qua insignis es doctrina, solitudine atq; diligentia, neq; non alijs in tāta atatis nostrā eruditio- ne, quanta non alijs vñquā millesimo ab hinc anno floruit, facile consequamini, vt vniuscuiusq; piscis nomen ex vulgo redimere possumus, & obliteratam penē huiusc rei scientiam per vos resti tutam intueamur. Quare quod perdere destinaueram commentarium adseruauī, te uno fre- tus, qui bonā eorum partem tam accuratè cōperis indicare, idq; tibi dedicandum duxi, vt si quid in eo esset, quo quis vti vellet, te potius quām me piscium magistrum agnosceret, & qua quisq; pi- ctitura faciendus esset edoceretur, atq; ita laboris huius particeps fieres, dum pīcēm ego interio- rem, tu exteriorem condire procurares. Sed iam, si quid ab historiarum, quas tanto cum lepore, tanta cum fidescribis, occupationibus oīi tibi supereft, nassam hanc nostram inspiciamus.

## DE TORPEDINE.

**B**  AXIMAM omnibus admirationem in primis afferre videtur ma- gica propemodum vis in Torpedine considerata: sed nos ea super quid Āgyptij senserint, enarremus.

### M V L T O R V M A S S E R T O R.

**E**Vm qui multos seruasset, Āgyptij sacerdotes per Torpedinem pīctam si- gnificari instituerant, siue quōd opem ferat pisciculis natandi et emergendi adhuc imperitis, eos ad se recipiens, quod præcipue obseruatū est in foetu pro- prio, quem & emittit, & intra se recipit: visāq; interdum Torpedo est grandis, quæ foetus intra se octoginta haberet: siue, vt ipsi Āgyptij tradidere, quōd vñā cum piscibus alijs in verriculo deprehensa, omnes plerunq; sospitet, cūm ne vis quidem hominum innumera possit verriculum educere, manibus & pedibus penitus obtorpescientibus: quia venenum quod effundit, per retia dilapsum in funes omnes quantumvis longos ad manus vñq; pīcantium irrepit, & vniuer- sum mox occupat corpus. Quin autores sunt qui pro comperto tradāt, Torpe- dinem hamo captam malum illud suum in lineam transmittere, inde per arun- dinem, moxq; in pīscatoris brachium diffundi, quo protinus obstupefacto, ve-

**C** natio in irritum cedat. Si quando tamen piscibus alijs obuolutæ contrahuntur è mari, torporem experti sunt multi quamprimum pīcēm virga tangere volue- rint, quare in Anconitano mari maximè cauent ne rete in altum iaciant, pīscato- ribus ea incomoda sāpe subeuntibus. Quæ quidem vis torporem infunden- di, cūm non in appropinquatum tantū corpora, cominūsve eam attingen- tiū, verūm è longinquo, vel si hasta, vel arundine tentetur, lacertos quantum- libet validos cogat obtorpescere, pedes ad cursum velocissimos alliget, & ob- stupefaciat, argumentum dedit vt hominem ignavia egregiè pīdictum, per hie- roglyphicū eius indicari commodissimè posse pleriq; dicent. quodq; magis mirum est, pīscēs etiā quos attigerit, eodem torpore afficit: idq; non in pīscēs tan- tū, sed in vñūquodq; animal pīstare affīmat Plato, ita de Torpedine in Me- none loquens: ιοὶ γαρ αὐτὸν τὴν αἵδει τάκτην λόγον ταῦτα καὶ ἀπομέλειν νοεῖν τοιόν. Vehemens enim virus illud insuperabili frigore pīdictum, vbi duriorem aliquam materiam na- cītum fuerit, quippe vel vīmen, vel funē, illi pertinacius & copiosius adhārescit, circumfusumq; aēra facilius contaminat, atq; ita perreptit, non secus ac flamma ipsa per incensum filum vehementius transmeat, quām si cum torre iactetur. Sic

# Pierii Val. Remora & Salus.

& aqua fluialis capite vno in eam declinato sensim ascendit, & totum denique D madefacit. quod tamen in crassiori elemento sensim atq; contanter fit, in aero quamocysimè fieri contingit.

## D E R E M O R A.



Dmirabilis est & Echeneis, qua nōnulli, vt indicat Aristoteles, vtuntur ad iudiciorum causas & amatoria beneficia, & que non vt testudinis pes nauigij importatus tarditatem nauigationis inferre dicuntur, sed naues ipsas attractu solo sistere, ac veluti anchora infrænare: vnde moræ alicuius iniectæ nascitur hieroglyphicum.

I M P E D I M E N T V M.

**N**am ea de causa impedimentum & obiectam tardationem per eam signifi cari prodiderūt, quod pisciculus is non maioris ferè quām pedalis magnitudinis, limacis magnæ similis, nauigia stare cogat, nullo suo labore, non retinendo, neque alio modo quām adhærendo: infrā enim carinæ applicitus pin nis, quas etiam tenues admodum habet, in transuersum dilatatis, tanti roboris est, vt ruant venti licet, diceret Plinius, & saeuant procellæ, imperet furori, ac vires tantas compescat, quosq; non vlla interdum vincula, non anchoræ pondere irrevocabili factæ præstare queant, quantumlibet magnos ipse paruu lis adeò infrænet impetus, & mundi rabiem domet. Echeneidi nomen à tenen dis nauibus inditum: vnde etiam epigrammatarij quidam veteres anchoram Echeneida vocarunt, Latini Remoram dixerunt. Huius habita impedimenti ratione Plautus ait: Nam quid illæ me tam diutius remorantur remeligenes? eo enim nomine Remoram appellat. Locum citat Festus ex Patina, Comœdia.


## S A L V S.



Vtianus muricem appellat, qui nauem à Periandro Cnidum missam cum mandatis, vt pueri nobiles castrarentur, tandiu in medio mari retardarit, donec principē sceleris pœnituisse, ac alia quæ decretum abrogarent mandata prævenissent: remq; eo probari testimonio, quod eius piscis conchulæ Veneri Cnidiae dicatq; facti memoriam diutissimè propagarint.

## P A R I V N D I F A C I L I T A S.

**S**Vnt qui ex pisciculo hoc pariundi facilitatem significari dicant, quod exemptus aquis, saleq; duratus, in eum usum asseruitur, vt grauidis alligatus partus facilitate iuuet, vnde ἀστρολύνων, quasi ἀστινολύνων eum appellauere Græci. Non ab re vero me facturum existimo, si columniam obiectam Plinio, quod Aristotelem arguerit imperitia, sustulero, simulq; præstantes hos autores, quos librariorum imperitia cōmisit, conciliauerō. Locus est apud Plinium de Remora: Pedes eum habere arbitratur Aristoteles, ita posita pinnarum similitudine. Sedenim apud Aristotelem, vnde locus hic de historia animalium lib. 2. cap. 14. desumptus est, non ita habetur: quin eorum is errorē arguit, qui pedes eum habere prodiderunt, quibus omnino caret: sed



F

A sed quoniam pinnas habet pedibus similes, hinc sit ut pedibus instare videatur. Sed cur non ipsa Aristotelis verba ponamus: ἐπί δὲ ιχθύδιον παρηγράψαντες παντες ἔχεισι. Paulo autem infra: τοῖς δὲ φυσικοῖς πέπλοις, οὐκ ἔχεισι, ἀλλὰ φαινεται ψήφις τὰς περισυγχρόμοις ἔχεισι τοις. Sed quoniam impium propemodū esset credere Plinum Aristotelis verba ad verbum penè transferentem, quod præ omnium oculis erat, inficiatum esse, aut autorem immerito vellicasse, crediderim ego dictionem Aristotelis subdititiam & adulterinam esse, fuisse tamen in alicuius codicis margine notatam à quopiam, qui Pliniana verba Aristotelisq; eadem agnoscebat, ut ita lectores admoneret, Plinium ex Aristotele illa decerpisse: postea verò librariorum imperitia intertextam eam locutionem, ut pleraq; id genus alia toto opere deprehenduntur. Legamus igitur cum Aristotele Plinium conciliantes: Pedes eum habere nonnulli arbitrantur, cum minimè habeat, sed ita videri propter pinnas, quæ sunt pedibus similes, cui sententiæ meæ, spero, vnumquenque peritum virum proliuiter accessurum.

## B D E A N T H I A.



Lutarchus eo libello quo differit, vtrum aquatica an terrestria animalia magis prudentia præstent, quem pisces Homerus i&rho;as, id est, sacrum appellauit, Anthiam esse videtur opinari. Eustathius tamen i&rho;as, magnum interpretatur, ut i&rho;as μέλιθρος θεος οὐδιλέψιας, cui Atheneus etiam accedit. Alij & p̄b̄v r̄u i&rho;as, hoc est, emeritum exponunt, veluti sacram bouem dicimus, qui sit à iugo in posterum dimissus. Cæterum Homerus eo versu qui legitur, i&rho;as. π.

Ἄσ οὐ πέπλος φάσ  
Γέρεη ὑπέρ περιβληπετούσιον ιχθῶ  
Ἐκ τούτῳ θύραζε λίνος καὶ οἴνοπι χαλκῶ.

*In procurrente vii quisquam  
Caute sedens salso sacrum de gurgite pisces  
Extrahit aeratis hamis, linōq; prehensum:*

sacrum ideo pisces appellasse videtur, quod maritima omnia fuerint antiquitatem sacra, & piscari religiosum esset: veluti Vlyssis socij nō nisi magna fame coa-

Ceti ad punctionem configiunt: ita enim Homerus:

Αλλ' οὐ πέπλος γέρεη ιχθὺς περιβληπετούσιον  
Καὶ δὴ ἀγριωτέρωντος αἰντούσιον τούτον αἰναγμα  
Ιχθὺς οὖν θάσος τε φίλας, οὐ περιέρχεται ικεῖσος  
Γνωμῆσις ἀγνοεῖσθαι, ἔτερος δὲ γαστρατεῖος.  
*Sed postquam in ratibus penus est exhausta, marino  
Quærere venatu viētum coguntur iniquum,  
Piscēsq; volucrēsq; manus quō intendere possent  
Incuruis captant hamis, vis nanq; adigebat*

*Imperiosa famis.* Huc & Theocritum citant Berenice, Leucum pisces appellasse sacrum. Eratosthenes putat Chrysophryne potius sacrum appellari, & hoc aiunt sentire Galatea Callimachum. Theocritianus pescator aureum, quem cepisse somniauerat, pisces Neptuno charissimum esse religiosissimè veretur. Sed multi Elopes, nonnulli Pompilum dicunt. Et Delphicum etiā sacrum volant. Plinius Planos omnes sacros existimari autumat. Ut cuncti tamen autores alijs atq; alijs faueant, bona eorum pars in Anthiam consentiunt, rarum inuentu pisces, frequentiore tamē circa Pamphiliam, de

# Pierii Val. Anthia.

quo habita raritatis ratione dixerit Martialis Epigrammatarius:

*Ad palatinas acipenseram mittite mensas,  
Ambrosias ornent munera rara dapes.*

D

Quem sanè inter selectiores cibos ponit M. Tullius Tusculanis, neq; non libro De finibus bonorum & malorum. Nec; sum nescius, qui reperitur in Arethusa fonte, alium forma esse, & alia de causa sacrum. Cur verò tam multa super Anthia quæsicerimus, ea fuit causa, quod hieroglyphicum eius significatum posuit, noluimus quempiam à nobis contendere, piscis eius formam & nomen nostro seculo cognitas, cum omnis anteaest temporis curiositas in re pervestiganda defessa, nihil adhuc certi protulerit.

## SECVRITAS PERICVLIS LIBERA.

**I**autem nostri fuerit instituti, dicere quemadmodum per Anthiæ piscis figura securitas à periculorū omnium timore libera proponitur. Hieroglyphici causam afferūt, quod quo is in loco sit, nullam ibi belluam reperi cōfessum est: eum siquidem non aliter vitant bellug, quam suem Elephanti, gallū leones: quo iam indicio securi spongatores vrinantur. Quod verò diximus Planos omnes E Plinio sacros esse, certissimā ait ille securitatem vidisse Planos pisces, quia nunquam sint vbi maleficæ bestiæ, qua de causa vrinantes sacros eos appellant.

## SECVRITAS OTIOSA.

**Q**uoniam verò perdifficile est certam piscis huiusmodi formam adinuenire, cum ætate nostra vel ignotus mutato nomine inter alios obrepatur, vel indignatus alios sibi præferri sponte solum verterit, neq; maria nostra inuisere amplius dignetur, non ab re in facturum existimauit, si quandoquidem in securitatis hieroglyphicum incidimus, neq; satis de pisce constat, alias quasdam eius species, quæ usui cuiuspiam fortè futuræ sint, ex numis veterum substituisse. In numero enim Neronis dea est sella sedens, dextera manu ad aurem appressa, sinistra trophæum in virgula tenens, crure sinistro, quam longum est, exorrecto, cuius inscriptio est, SECVRITAS. Et quantum pertinet ad dextram eo modo sitam, Plinius Epistola quadam ad Romanum ait: Nihil quod in dexteram aurem fiducia mei dormias. Quod verò ad exorrectum crus pertinet, Lucianus libello De ijs qui salario conducti degunt: Ut ilium quod in votis omnium est, extensis pedibus tandem accubare possis. Tale quiddam apud Aristophanem, Pluto. In altero Neronis eiusdem dea sedens, ara ante posita, radium læua tenet, dextera caput ab occipito sustentat, de quo gestu Terentius: Faciam in utramvis aurem ociosus ut dormias. Basilius & Menander id de ocioso dici volunt, turpique qui sit desidiæ deditus. Inscriptio verò numi, SECVRITAS, ut in superiori. In numero vero Imp. M. Iul. Philippi Aug. dea sedet, dexteraque sagittam tenet, lœuam supra caput tollit innixa sellæ. Hieroglyphici inscriptio, SECVRIT. ORBIS. In numero Antonini Pij Aug. Brit. dea sedens cum radio in læua, dextera capiti & sellæ innititur. Inscriptio, SECVRITATI · PERPETVÆ. In numero Lucillæ Augustæ nutrix est sedens, tribus infantibus appositis, quorum unus lactens in gremio est, duo ante pedes una collidunt: inscriptio, SECVRITAS. In numero, circa quem literæ, IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P. à læua dea stans, quæ lœua scipionem tenet, dextera aquilam: literæ, SECVRITAS P. R. Sedenim partim hæc in Sellæ commentario, atque ubi de Aquila saxum gestante differimus, neque non in Anchora, repertuntur.

DE

A

## DE CEPHALO.

IEIVNVS.



VNT qui iciunum hominem ostendere volentes, Cephalum ex mugilum genere translittoranum pingant: is enim non nisi mucore vescitur suo, quamobrem ipse semper iejunus: atque hinc illa intēstini ganeæ adeò expertita suauitas. *καρπός* à Gr̄ecis appellatur, à non nullis Plotes. Atque insuper adagium circunfertur, *καρπός καρπόντις*, de ieunis. Tant̄q̄ stuporis is esse fertur, vt in metu occultato capite, delitescere corpus reliquum arbitretur: eoq̄ nonnulli non illepidè proverbiū trahunt.

## VITANDI PERICVLIS SOLERTIA.

**P**Er eundem Cestrea qui modò stuporem præ se ferebat, vitandi periculi solertiam significari comperio: siquidem is, vt luculentissimè scripsit Oppianus, cùm se retibus circumventum senserit, in sublime sese alacri iaculatur saltu, totoq; virium conatu in summam vndam affectat emicare, ac plerunq; accidit vt subera transiliat, quibus retia suspenduntur, atque ita capturam euadat.  
**B** Secus tamen accidit in stagnis Venetis: noctu enim eos potissimum capiunt, incensa igne fornacula, quam in cymbulæ prora statuunt. Eam duæ, vel interdum plures cymbæ à dextera lœuaçp adhærentes, leui tacitoq; lapsu comitantur. Cephalii tum siue metu percussi, vibrantibus in aquarum ima radijs, siue canticanti eo splendore allecti (nam cura est vt illustris admodum flamma succendatur) pernici saltu delphinorum in morcm extra vndas sese quā flamma micat eiaculantur, atq; ita sponte in paratas ad id cymbas décidunt, capture ingenti ad satietatem plerunq; exuperante, spectaculo autem maximè delectabili.

## DE SCARO.

## PRVDENS CAPTIVITATIS DECLINATOR.



T magna est prudentia Scarus, per quem callidum captiuitatis declinatorem significari tradunt. Is enim, inquit Ouidius eo volumine quod Halicuticon inscribitur, quod opus olim à Nigidio elucubratum aiunt, si nassis inclusus fuerit, non fronte erumpit, nec infestis viminibus caput inserit, sed auersus caudę iictibus crebris fores laxat, atq; ita retrorsum erumpit. Apud Ælianū legas, eum simulac caudam extra nassam protulerit, à socijs mordicūs appensa cauda foras extrahi: si vero protulerit caput, adesse qui cauda sua porrecta ansam effugiendi præbeat.

INGLVVIOSVS.

**H**ominem voracem & ingluuiosum, lamia quippe laborantem, ait Horus, per Scarum pictum intelligebant, tum quia solus in genere ruminat, quām etiam, quia obuios quoq; pisciculos depascitur. Aristoteles quoq; solum hunc inter pisces quadrupedum ritu ruminare creditum autumat, diuersaçp omnino ab alijs specie ventris esse, cuius intestinum simplex etiā se replicat, & in vnum continuumç resoluitur. Assimilatur is Auratis specie squamarum, sed colore atq; sapore præstat, vt qui Sapphiri gemmæ radiolos imitetur, tātæ apud veteres existimationis, vt Ennius eum Iouis cerebrum appellari. Eum autem ideo ruminare aiunt, quod dentes neque serratos, neq; vtrinq; consertos habeat, sed altera tantum oris partē planos. Nam & animalia reliqua quæ ruminant, parte

M iiiij

# Pierii Val. Mullus, etc.

altera dentium carent: provisumq; à natura, vt quod malè mansum est, ea reper. D  
ditione conteratur, atq; ita confici possit.

## DE MULLO.

### DIANA LVCINA.

 T Diana illa syluicultrix marino culta simulachro est: nam ea per Mullum piscem, quæ Græcis omnino Trigla est, exprimebatur, alie- nissimo, vt multis videñ, hieroglyphico. Causam ponit Eustathius, quòd piscis huiusmodi ter, vt poëta Cilix ait, anno pariat. Dianam verò leuandis partibus inuocari, Lucinæ nomen indicat: ea siquidem, vt apud Catullum, Lucinæ dolentibus, Juno dicta puerperis. Merito itaque cui sit ter anno soluendi partus facultas data, Dianæ gratum, & cumprimis familiare ani- mal existimatur. Nam quòd tria sint virginis ora Dianæ, quid sibi velit, alibi declaratum. Athenæus Triglam Dianæ dicari propter venationem putat: illæ enim marinos lepores hominibus letales, perinde ac terrestres hos venatici ca- nes insectantur, necq; ab eorum viru mali quicquam patiuntur vel ob impedien dæ Veneris vim, quam ferunt inesse vino in quo suffocata fuerit, quod Ther- psicles apud Athenæum ait epotum viro Veneris vsum adimere, mulieri con- cipiendi facultatem inuidere. E

## DE SARGO.

### ALIENI LABORIS FRVCTVS.

 Ominem ex aliorum laboribus sibi fructum & gloriam usurpatem, & alienam, vt ita dicam, messem demetentem, significare qui volunt, Sar- gum & nullum pingūt: sequitur enim Sargi reliquias nullus, atq; ubi ille luto excitato abierit, fodere enim potest, nullus descendit, & pascitur. Na- scitur Sargus in Ægyptio mari ferè: vnde Lucilius,

*Quem præclarus Elops, quem Aegypto Sargus mouebit.*

Sedenim Brundusinum maximè commendat Ennius. F

## DE PASTINACA.

### PARRICIDÆ SVPLICIVM.

 Vm qui parricidij pœnas dederit, significare si vellet Ægyptij, pisca- torium hamum Pastinacā piscem attrahentem pingebant: ea siquidem venatu detenta, spinam quam in cauda gestat, in raptorem eiacylatur, iictu maximè letali, nisi coagulo leporis vel hoedi vel agni drachimæ pondere ex vino succurratur, quod & huiusmodi, & aliorum marinorum iictibus præsenta- neo est remedio. Hoc verò ἔτερόν τις dictum ea de causa opportunum fuerit, quòd cuiuscunq; incommodi remedia, passa sunt, vt vulgus ait, palma vbique proferenda. Est verò Pastinaca, quem Græci πυχία vocant. Eam aculeo vim inesse tradit Älianuſ, vt si quis eo frondentem arborem pupugerit, haud ita multò pōst folia omnia décidant, arborq; veluti magnis solis ardoribus exic- cata prorsus exarescat.

## DE NEBRIADE.

## VORACITAS INSATIABILIS.



Ominem cibum immodicè sumptum euomentem, ac nihilo secius insatiabiliter mox crapulantem significaturi, marinam mustelam pingebant, quæ Nebrias est nonnullis: ea enim ore, vt Ägyptius interpres Horus ait, parit, innatansq; mox quæ pepererat conuenatur, atque depascitur. Sepias itidem ac lolligines ore párere sunt qui velint: id redarguit Aristoteles, partus foueri ore dicens, & emitte, proptereaq; putari eas ore párere.

## DE FVCA.

## REI DOMESTICÆ STUDIOVS.



B & in stragula parit.

## DE RAI A.


## CAPTATOR.



Aptatorem hominem notare si vellent, Raiam pingebant: gestat enim illa ante oculos suos gemina fila, in capilli speciem, extrema quorum rotundis quibusdam præpilantur quasi escæ causa additis: his ea, vbi locis arenosis aut fæculentis obturbato solo se absconderit, piscatur, attollens fila illa sibi præpendentia. Dum enim pisciculi occurunt, & capita machinamenti pensilis pulsant, ipsa sensim fila subducens eos allicit, donec ad os admoveat, atque ita repente corripiat. Sepia quoque hoc eodem vtitur machinamento, in cancris alliciendis, quorum auidissima est.

## DE SCOLOPENDRA.


## ANIMVS A' VITIIS DEPURGATVS.



C Ominem qui animum suum à vitijs affectibusve cruciabilibus depurget, quæq; selædant, eximat & expellat, significare si vellent, Scolopendram effigiant: eam nonnulli Centipedam vocant. Ea autem vbi hamo deprehensa fuerit, quamlongissimè potest scese exporrigens, hamī lineam abrodit, quo deuorato, interiora sua foras euomit, donec hamum ejiciat, dein recipit intrò ac valet ea qua prius salubritate.

## DE PHOLI.

## PARTO FRVENS.



Ominem ijs quæ sudore proprio compararit fruentem indicaturi, Pholim piscem pingebant. Ea enim mucorem quem ipsa emitit ad altam crassitiem sibi obducit, vt tota visco delibuta videatur, ita vt in eo quasi cubili conquiescat, vnde illi nomen: φωλεύς enim nidificare est. Videndum vero, an hæc sit Ausoniana Tinca ita passim hodie nuncupata, quam natura ipsa videtur in vulgi pauperisq; plebeculae solatum protulisse.

# Pierii Val. Squatina, etc.

## DE S Q V A T I N A.

F A B E R   L I G N A R I V S.

D



T Squatina meruit inter huiusmodi significata recenserit, per quam fabrum lignarium intelligi volebant. Est enim piscis tam asperæ, sca bræcæ ac validæ cutis, ut ebur eâ, nec non ligna quantumlibet dura, poliantur. Nam ex mari fabriles quoq; vsus veniunt, ut omittamus fabrilia instrumenta omnia in huius piscis capite deprehensa. Quin & serram conficere didicimus ex huius piscis osse ita crebro mucronato, qualis longa annorum serie suspensa fuit tholo ante D D. Petri & Pauli conditorum, priusquam à Iulio 11. illa venerandæ antiquitatis monumenta solo æquarentur, iactis mox tam ingentis machinæ fundamentis, quam neq; nati natorum, nec qui nascuntur ab ipsis, ullo unquam tempore conspecturi sunt.

## DE C L V P E A.

L V N A R E   C O R P V S.

E



N Arari Galliæ fluuio piscis est quem vocant Clupeam, Veneti Chieppam, Romani Lacciam. Sed quantum Romæ carnis & molitudine & bonitate præstat, tantū apud Venetos vilior, plebeiusq; habetur, ut qui in eiusmodi stagnis minimè pinguescat, spinarum verò multitudine atq; densitate fastidio sit. Sed vtcunq; apud nos sit, in eo Galliæ fluuio ita Lunæ naturam imitatur, ut ea crescente candescat, decrecente verò nigrescat. Accidit verò ei, ut cum corpus nimium auctum fuerit, spinæ quoque, quæ per vniuersam carnem continuatis quibusdam ordinibus porrigitur, & ipsæ quoq; ad crescunt, adeoq; extendantur, ut animal id interimat, quod in mirabilibus Italici tradit Heliodorus. Qui quidem piscis si Ägyptijs innotuerit, nimirum Lunæ eum hieroglyphicum posuissent. Aiunt etiam in eius capite lapidem grano salis similem, qui faciat ad quartanas.

## DE A P V A.



St pesciculorum genus quod ex sola pluuiâ præcreatur, Apuam Latinî vocant, aspiratione Græci vocabuli repudiata: ἀφύλω enim illi πνεύμα τὸν οὐκ eam dicunt. Ligustica Tyrrenicaq; omnis ora, cum plurimum p literam in ch vertat, vulgo Anchuan vocitat, n etiam litera ad incitatiorem primæ syllabæ sonum adiecta. Sunt qui has in halecularum genere connumerent.

F E S T I N A N T I A.

E Rat is pesciculus festinantiæ signum: nam ubi vel minimum concaluerit, coetus est: unde adagium, Ad ignem Apua, cum quid celerrimè factum, vel ipso temporis momento significamus, de quo in Augusto apud Tranquillum. Et proverbio dictum ἡ τυχὴ ἀφύτη, quasi satis sit ad eius nocturnam spectasse tatum ignem. Hanc Veneris sacram ait Athenæus, quam Stilpon philosophus Megarenensis Neptuno cum immolasset, promeruit ut ea ciuitas magna Apuarum prouentu fuerit à Deo locupletata.

D E

A

## DE HIRVDINE.



Hirudo quoq; aquatile animal, cuius plurimus in medendo usus signifi-  
cata quædam habet hieroglyphica.

## SANGVINARIVS.

**C**RUDELISSIMUM siquidem hominem, & humani cruentis audi-  
sum, per eam significari notius est, quam adnotare oporteat. Et Cimæta apud  
Theocritū, Pharmaceutria, quam poëta transtulit ex Euphorionis Mimis, non  
aliter ab amore sibi sanguinem exuctum lamentatur, quam si limosa Hirudo  
corpori suo applicita fuisset:

Ἄλι οὐδὲν αὐτοφέ πί μεν μέλαν εὖ χρόνος αἴτια  
Ἐμφύτευσε λιμνῶ τις ἀπαντεῖται Μάτη πέπωνες.  
Heu crudelis amor nostro saturate cruento,  
Summa affixa cuti velut hunc suxisset hirudo.

## IN SATIABILITAS.

**B**VERUM ea etiam insatiabilitatis est signum, quandoquidem ad suatum ad-  
mota non prius ab opere desistit, quam tota sit supra modum sanguine tu-  
mefacta; quod ita expressit Horatius:

Non missura cutem nisi plena cruentis hirudo.

## DE LEPORE MARINO.

MINIMA DE CAUSA EXANIMATVS: vel,  
DAMNA MVTVA.



**V**i marinum Leporem pingunt humano tactum digho, mihi viden-  
tur significare voluisse, vel hominem minima de causa exanimatum:  
quandoquidem ferunt eum qui non modo digho, verum etiam virga  
Leporem marinum attigerit, quamprimum cum exanimascere, & nisi prom-  
ptuarium sit remedium, etiam mori. Vel mutua damna ex eadem pictura libet  
interpretari: nam hieroglyphicum hoc apud veteres non inueni: quia humanus  
attactus Lepori etiam est exitialis, in Indico præsertim mari, ut à Licinio Ma-  
cro traditum ait Plinius. Ita nusquam non mollis Lepus. Nam & per rurico-  
**C**lam, molliiem quandam effeminatam intelligi suo loco diximus inter quadru-  
pedes, tum ob timideitatem, tum ob pulpamentum copiam, quorum vtrunque fœ-  
minarum proprium, cum audacia virilis omnino sit. Caro enim pars fœminea  
dicitur. Nec postremi nominis philosophi sunt, qui ossa à mare, carnem à fœ-  
mina procreari velint, & ad embryi coagmentationem vtriusq; concurrere ge-  
nituram. Facit præterea ad effeminationis significatum, quod Hippon Philoso-  
phus ex seminibus tenuibus magis fœminas, ex densioribus mares fieri conten-  
dit: quod tamen eorum dissertationi relinquimus, qui naturæ secreta altius ri-  
mantur. Nam cum sint qui totam hanc fabricam ex mare constare dictitent, ne-  
que fœminam præter fomentum quicquam aliud conferre de suo, Anaxagoras  
tamen, Parmenides, Empedocles & Epicurus aliquid etiam ex parte matris ad  
generationem accedere asseruerunt, præcipue verò Alcmæon: sed  
vt Censorinus ait, is non definitè se scire confessus est,  
ratus neminem posse perspicere.

# Pierii Val. Spongia, etc.

## S P O N G I A.

D



Ed cur Spongiam prætereamus, quæ & ipsa inter aquatica enumeraatur animalia, vt pote quæ refugiat ad tactum, se cip in angustum colligat. Vt cunctæ verò sua hæc habent hieroglyphica.

B I B A C I S S I M V S.

**V**ulgatissimum enim est, naturæ bibacioris hominem per Spongiam significari, ea quæ omnibus in promptu est causa, attractu solo tantum humoris exugendi. Quo accedit festuum vulgi dicterium in Vespasianum iactari solitum, quod dictabat eum procuratoribus pro Spongijs vti, quod quasi siccus madefaceret, & exprimeret humentes. Credebatur enim procuratorem rapacissimum quenque ad ampliora officia ex industria promouere, quod locupletiores mox condemnaret, atque ita ille eorum rapto frueretur. Quod vero scriptores hic siccus pro pauperes ponunt, cum Horatiana facit elocutione: ut Epistolis,

*Sin prodeesse tuis pauloq; benignius ipsum  
Te tractare volés, accedes siccus ad vncum.*

quippe, ut palam est, pauper ad locupletem.

A B O L I T V S.

**A**b Augusti tempore receptum est, ut pro abolitione Spongia capiatur, ex quo ille Ajacem suum, quam tragediā penitus aboleuerat, in Spongiam incubuisse respondit, adensem alludens, in quem Ajax sponte sua incubuerat.

M O L L I T I E S.

**A**lij mollitem etiam per Spongiam significari voluerunt: de quo Plutarchus opusculo eo, quo docet, qua ratione internoscere adulatore ab amico possumus. Comici, cuius non ponit nomen, dictum citat: *αν μὲν των ουρηγάς μαλακώτορες οὐ πέσουσις*, Nisi corpus spongia mollius reddidero, de verberibus loquens, quibus eum cædendum interminabatur.

## D E G L A N I.



Erūm agè inter minutos hos proceriore vnum aut alterum inferamus, ut ita pisciculorum, qui præmissi sunt, sordes emendentur.

PATERNA DILIGENTIA IN FILIIS  
EDVCANDIS.

F

**P**aternam in filijs educandis diligentiam, eamque accuratissimam exprimere si vellent, pisces Glanum pingere instituerat. Oua enim is quæ foemina destituerit, perseveranti custodia tutatur ad quadragesimum & quinquagesimum usque diem: ab his denique non abscedit, donec ita coalescat soboles, ut ab reliquorum piscium iniuria se tueri valeat. Tantumque eius affectum esse ferunt, ut dum oua deserere minimè patitur, à pescatoribus ea trahentibus in vada facillimè capiatur, tam ardentí animo, tamque pertinaci studio apud illa permanere contendit. Hæc Ælianus, qui Glanum etiam Siluri speciem similitudinemque habere dicit.

## D E S I L V R O.



St verò Silurus, ut veteres omnes autores tradūt, bestia malefica, quæ, ut inquit Plinius, & homines & equos deuoret. Sed & Glanum Pausanias ait hominum esse deuoratorem. Nequaquam verò Sturio esse potest neque Glanis, neque Silurus, cum minimè fera esse possit Sturionis natura, tam molli delicatoque ore prædicta, quæ siue ex porculetis in eam euadat magnitudinem

nem

A nem, siue alterum sit genus, & non nisi pisci nomen in apud Athenæum, atque is inter grandiores. Idem verò autor, & Porcos, & Siluros inter Nili pisces enumerauit. Et Hispania omnis Sturionem Sulium vocat, literis trāpositis, quasi velint Sulum dicere, hoc est, Hycam. Sunt quidem in Danubio Siluri celebres, sed nō minus hyca, qua de re aliquid dicit Hermolaus: sed hæc alij viderint.

## DE THUNNO.

**D**E Thunno, cuius usus tam recentis, quam sale durati, frequētissimus per vniuersum terrarū orbem est, cum nullo nō in littore capiat, nihil aliud inueni quod hieroglyphicis inseri posset, nisi vel strabonem, vel limis oculis prospectantem, ex eo significari.

L I M I O C V L I.

**L**Ævo enim ille oculo plus cernit, utroq; hebet: quare Byzantij frequentissima est eorum captura quo tempore transfretant, quia micantissimi lapidis, qui ab imo freti lucet, fulgore percussi, in sinum qui ab læua est, numerosissimō diffugiunt cœtu. Apud Aeschylum legas, sinistrum oculum intorquere Thynnī more. Sed hoc pertinet ad prouerbia.

PIERIVS VALERIANVS AD MAXIME REVERENDVM COSMAM GERIVM, DE IIS QVÆ PER PISCEM IN VNIVERSVM SIGNIFICANTVR, DE'QVE MARI mox copiose, ex sacris Aegyptiorum literis.

**S**uperiori anno cum te & amicos alias Patavij philosophantes inuisissim, deqv; vestris & nostris studiis (si modo mea in vlo studiorum genere censeri possunt) multa contulissemus, quibus explicandi scripta ego nescio quæ mea verbis legenda proposuisse, animaduerti Cosma studiosissime, pro tuo erga me amore, magnate affectum latitia, quod eum quem sciebas per longa temporum intervalla multis & inuisis occupationibus à literarum studijs auocatum, audentem tamen inspiceres de literis aliquid reminisci, proindeq; veluti Entellum aliquem, cui iam gelidus tardante senecta sanguis hebesceret, in certamen accenderes & excitares, orare discedente me cœpisti, vt istiusmodi generis scripta sapius ad te legenda transmitterem. Ego tamen et si te nostris nihil indigere existimabam, quem vniuscuiusq; doctrinæ præceptis & institutis abundare oportere persuasum habebam, qui apud eruditissimum Romulum Amasæum tota educatus adolescentia, nunc Bonanicum, Lampridium, & alios istic habeas, à quibus veluti ab oraculo, tuis omnibus satisfieri cogitationibus potest, neq; me quicquam tam reconditum, tam rarum de Musarum arcanis afferre posse, quod illis & tibi, qui eos audis, non longe sit exploratius, quam ego per interruptato tiens literarum studia potuerim obseruare, constitui tamen aliquid ad te mittere, quod me in te obseruantæ signum & monumentum esset, idq; præcipue delegi, quod si non doctrina, certè ipsa rerum varietate delectare posset. Nam cum piscium quasdam species ex hieroglyphicis decerpas, & tui & mei amici quidam accepissent, supererat adhuc de piscibus in vniuersum, quid veteres illi sacerdotes Aegyptij sensissent, dicere. Id commentarium adhuc à nemine occupatum veluti thuvx̄ms ijs apud me diligentius asseruabatur, quod tibi dedicandum existimau. Tu quicquid id fuerit, pro tua comitate hilariter suscipias velim. Videbis verò hic quantæ fuerit abominationis apud Aegyptios Piscis, quem nos tanto mox honore prosecuti sumus, quantum inter mortales super eo su vniuscuiusq; ferè nationis iudicio variatum. Sed ne tam longa morer epistola, rem ipsam hinc auspicabimur.

N

# Pierii Val. Mare.

PROPHANVM.

D

**P**ROPHANVM in primis atq; abominabile per piscem apud Ägyptios sacerdotes significari proditum, quem & pollutum aiebant, & à mensis suis amouebant, in eo scilicet piscium genus damnantes, quod hi plurimum alter alteri grassatur cibi causa: præterea quod nullius sit nutrimenti, tanquam facilè computrefcat, vt cum minimè asseruari possit, proverbum in sordidos emanarit, Piscis repotus. & apud Plautum dicterium vulgatum, Piscis nequam nisi recens. Quinetiā constat Äthiopas illos qui sola piscium alimonia victitarūt, breuioris omnino vitæ quam nos esse. Deniq; vt in Phædone est, apud Platonē, nihil nasci in mari Iouc dignum existimabāt. Sanè Zoroaster vnā cum Magis, inter animalia quæ bonis malisq; genijs obnoxia sint, discrimin posuere, vt bonis dedicata opinentur, veluti canes, & volatilia, & testudines terrestres: malis verò, aquatica omnia; eumq; beatum putant euasurum qui plura enecet.

## DVAE MORTALIVM CONDITIONES.

**I**llud ad hanc vscq; diem à Iudeis magna religione seruari manifestum, vt ex E Mosaicæ legis præcepto piscem non attingant, nisi qui pinnatus sit, & squamosus: lubricos verò lœuesq; omnes auersentur: id quod ita interpretatur Admantius, vt per aquas, mare vitæ huius intelligat, in cuius fluctibus mortales asiduè volutamur; in hoc mari nostro pisces qui pinnulis iuuantur, & squamis muniuntur, ad superiora facilè sustolluntur, & aëri huic viciniores fiunt, veluti qui libertatem spiritus quærant. Talis est ergo sanctioris vitæ vir quisq;, qui intra retia fidei conclusus, bonus piscis ab Assertore nostro nominatur, & in vas conseruationis immittitur. Squamosi verò quorsum: per hos intelligit idem autor homines qui parati sint vetera indumenta deponere, nouumq; hominem induere, & vt Gregorius Nazianzenus diceret, οὐκονιάζεις. Latini Græcam secutæ locutionem, encæniare dixerunt, vt ita omni mentis duritia deposita, animum Deo tractabiliorem offeramus. Qui verò necq; pinnas necq; squamas habent, nō in imis semper versantur vadis, & in cœno plurimum voluntur, veluti sunt anguillæ, rhombi, & huiusmodi reliqua, quæ nequeunt ad aquæ summitatem ascendere, ad superiora quippe peruenire: atq; nō sunt qui luto, hoc est, turpitu F dini & vitij inhæsitantes, ad vitales auras superioremq; spiritum attolli nequeunt: adeò carne turgidi, & vndecunq; oppleti consertiq; sunt, vt necq; depolare facile quicquam possint, necq; se attollere, aut ab ea cui affixi sunt face subleuare, hoc ita terrestrium affectu grauati, vt nullam ecelestium curam suscipiant, crapulæ tantum, libidinibus, cupiditatibusq; suis implicati: quibus quidem voraginibus hausti, simulatq; ceciderint, nihil quicquam conantur emergere, sed ita recumbentes, in eodem quo hæserint luto voluntari delectantur. Eodem in uoluuntur cœno philosophi qui naturæ tantum principijs insistunt, ad naturæ verò ipsius autorem, cuius spiritus super aquas fertur, nunquam attolluntur. Eodem implicantur Iurisconsulti, qui leges non iustitiæ studio, sed lucri tantum cupiditate profitentur. Eodem voluntur sacerdotes, qui cæremonias ore tenus prosequuntur, quid verò per cæremonias intelligi fieri ve debeat, aspernatur. Quin etiam Oratores, necq; non Poëtæ qui facundiæ tantum vbertatem, affluentissimosq; verborum fluctus, ingentemq; vocum strepitum, canorasq; rugas admirantur, quæ verò ad integræ vitæ institutionem faciunt, nihil pendunt, vnā cum superioribus in imo huiusmodi fundo, quippe ubi liuidissima maximeq;

A maximeq; cest profunda vorago, supini detinentur. Atque hoc est illud profanum, quod vetus illa pietas tantopere auersabatur. Gentes tamen aliquas inuenies (vt alienigenarum quoq; instituta conquiramus) quibus pisces sacrificare mos fuerit, veluti Bœotij faciebant, qui selectiores quasdam anguillas ex eo genero quæ Capaides appellantur, præcipuæ commendationis in Eubœa, dis immolare consuerant. Passim vero piscatores Neptuno Thunnum, qui maximus esset, sacrificabant spe capturæ. Et Phaselitæ Lyciæ populi falsamenta Cylabræ cuidam heroi offerebant, eius conditæ pisces ita puros arbitrati, vt deos etiâ alios pisciculis huiusmodi sale conditis placari opinaretur. Sunt vero qui apud eos id ea de causa institutum scribant, quia regio illa ab origine prima falsamentis ex pisce factis empta fuerit.

## P V R I F I C A T I O.

**Q**UOD vero Ægyptij mare profanum arbitrabantur, alijs longè secus existimarentur. Nam M. Tullius vbi rationes de parricidæ pena commemorat, oratione pro Sex. Roscio Amerino, ea potissimum de causa insui reos culeo dicit, ne cum in flumen abiecti delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Ad hæc Proclus tradit, sulfur & maris aqua ad purificationem adhiberi. Et Euripides Platonem secutus in Ægyptum, cum morbo quodam implicitus, sacerdotū suasu mari se expiasset, in columitati redditus est; eaq; de causa versum hunc ille istius rei memor suis poëmatibus inseruit, θάλασσα κλύσει ταχίτα τ' αἰδεόπως νενέψει. Aristophanes quoq; tale aliquid attigit, cum dixit: πλευραὶ μὲν αὐτὸις ὡδὶ θάλασσας ἥγουσι, ἐπειτ' ἐλεμέναι. Necq; ritum ignorauit huiusmodi Catullus, vbi ita canit:

Ecquid scis quantum suscipiat sceleris?  
Suscipit ô Gelli quantum non ultima Thetis,  
Nec genitor Nymphaeum abluat Oceanus.

Necq; temerè Clemens inducit Petrum, ante quam cibum sumeret Tripoli lauisse in mari, alibiq; libenter eum in codem lauare. Et apud Homerū Telemachus Palladi supplicaturus, in æquore manus lauit; quæ quidem purificatio omnium gentium consensu de mari sumpta, baptismum ab omnibus præuisum nationibus indicat, quæ sola vera est purificatio. Diuinæ enim literæ per mare vnitatis numero baptismum intelligunt, vt Theologi docuerunt. Nam & Michæas propheta mare baptismum appellasse visus, cum dixit: Tu peccata nostra in profundum mare demerges. Mare vero lauacrum huiusmodi ea de causa nuncupatur, vt sentit Euthymius, quod animarum sordes, quæ illuc cluuntur, recipit, & quia purgat: omnia autem quantumlibet lutulenta flumina inuehutur in mare, lateq; ab eo admittuntur, sed tamen nihil intra se continent sordidi, fæcesq; omnes ad littora, sed eas perpurgatas, continua reiçit alluvione.

## D A M N U M   E T   V T I L I T A S.

**A**lunt vero qui sacerdotum Ægyptiorum cōmenta curiosius sectantur, Tritonem ideo biformem pingi solitum, superiori quidem parte hominem, inferiori vero piscem, vt ex humore nos & vtilitatem & damnum consequi moneremur, cum illi ex humana natura bonū atq; proficuum, ex pisce non nisi perniciem interpretarētur. Sedenim de Tritone alibi. Quamvis autem apud Ægyptios perniciem piscis significaret, in ostentis tamen boni ominis habitus est nonnunquam: vt qui Augusto pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret, in littore deambulanti exilijt ē mari, & ad pedes procubuit, quasi nuncius

# Pierii Val. Mare.

Neptuni, amicitiam eius sibi cōciliantis; tanta fuit eorum hominum in quos co- D  
lebant deos vanitas & impudentia.

## SILENTIVM.

**S**Vnt verò qui Pythagoræ præceptū, quo edixit ipse, Ιχεύω μὴ γείσαθω, propter  
Σιχεύωθεν quā religiose adeò præcipere cōsuerat, factū putent: piscium enim ta-  
citurnitate nihil est quietius, proverbio inde desumpto, Pisces taciturnior: qua-  
propter visi fuerint pisces Pythagoræ quodammodo contubernales. Et Lucia-  
nus Alcyone, ἀφωνα γροῦ δῆ τάχη καθ' ἵδητος διαυτάμενα: muta, quæ aquā incolunt. Ita Lu-  
cretius mutas eos natātes appellauit. Ex piscibus autem, uno excepto boca, cui  
à boando, id est vocem emittēdo nomen inditum, reliqui omnes dubio procul  
taciturni sunt. Et quamvis, vt apud Aelianum est, quidam, vt lacerta, chironis,  
aper, grunnire videantur, sibilare chalcis, & cuculum imitari coccyx, tenuia ta-  
men ita sunt ea vocis indicia, vt inter vocales recenserī minimè mercantur. Nisi  
verum illud est quod Pausanias Arcadiæ fluuiū memorat, in quo pisces nascan-  
tur quos Pæciliæ vocant, qui turdorum auium voces edant, quodq; similes in  
Aorno fluui Philostephanus Cyrenæus memorat, quosq; vocales in Clitore E  
fluui ponit Mnascas Patrensis. Taciturnitatis verò huiusmodi quæ sit in pisci-  
bus, ita Flaccus meminit:

O' mutis quoq; piscibus      *Donatūra cygni si libeat sonum.*

Quām appositè autem & Claudianus silentiū hoc piscibus attribuit, dum Rha-  
damanthum ait loquacissimos viros, & qui ausi sunt arcana prodere, in pisces  
indui apud inferos iubere his versibus:

*Qui iusto plus esse loquax, arcanaq; siveuit  
Prodere, pisces fertur victurus in vndas,  
Ut nimiam pensent aeterna silentia vocem.*

Atqui Piscibus orientibus genitos, dicacissimos futuros ait Manilius quarto:

*Neve sit vt primos animo præcedere pisces,  
Garrulitas odiosa datur linguæq; venenum,  
Verba maligna nouas mussantis semper ad aures,  
Crimina per populum populi fert ore bilingui.*

Sed vt ad Pythagoram redeamus, Plutarchus, Sylla, eum ait vesci solitū ijs quæ F  
dis immolata fuissent: cùm verò piscium nullus ad sacrificiū idoneus haberetur,  
ea quam pfitcebatur religione ab eis abstinentū censuisse. Sed quantū pertinet  
ad sacrificiū, non cōstare id multis docuimus exēplis. Idē Pythagoras mare Sa-  
turnilachrymas esse dictabat, quasi vellet ex hoc eius impuritatem innuere.

## HUMANÆ VITÆ CONDITIO.

**A**Egyptij sacerdotes igitur, vt propositum est, marc perniciem vocabant, ea  
præsertim de causa, quod cùm totius alimenti sui beneficia ex Nilo conse-  
querentur, corrumpi cum simulac mari commiscebatur animaduertebat: atq;  
ita mare dicebant quod in humano genere vitale est vitiare. Ut verò scripturæ  
hieroglyphicæ speciem aliquam oculis subiçiamus, in Sai pro vestibulo templi,  
quod Palladi dedicatum erat huiusmodi visebatur argumentum: Infans, senex,  
accipiter inde, mox pisces, postremoq; omnium fluuialis equus: quod humanæ  
fragilitatis conditionem indicat à pucritia vergentis in senium, ac iterum repue-  
rascentis: accipiter verò Deum, ac perinde amorem, quodq; in nobis diuinū est,  
ac vitā ipsam vitalem ostendebat. Piscis, odium simul atq; morte, propter mare,  
quod exitium atq; perniciem appellabant. Equus verò fluuialis impudentem  
violenciam.

**A** violentiam notabat, ut qui nec patri quidem parcat suo, verum eū interficit, ut matris ipse connubio potiatur. atq; ita propémodum concors ea discordia, quæ corporum temperaturam constituit, cùm dissidente penitus cceperit, atq; vnum in alterum violenter grassari, mors inde sequatur necesse est. Fluialis enim equus ideo pro dissidio ponitur, q; in duobus cōtrarijs elementis viuit, aqua & terra: noētu enim egressus aquis segetes depascit: & binis est vngulis praeditus, vt boues: de quarū quidē vngularū distinctione in Sue satis ex diuinis literis disputatū.

## O D I V M.

**O** Dium itaq; per pīscem interpretabātur, maritimaq; demum omnia tanta religione & horrore prosequabantur, vt ne nautas quidem alloquebantur, rati vel ex eorum sermone se contaminari: ita eos arbitrabantur à communī omnium aliorum vivitu & moribus dissentire, cùm ex mari, quod Homer nullius frugis esse dicit, victum hī tamē & necessaria sibi compararent, quæ Theon grammaticus apud Plutarchū disputat Symposiacis: cumq; elemen- tum id ab humana natura non solūm alienissimum, verū etiam illi inimicissimum asseuerarēt, nullum cū ijs commercium habere voluerūt, quod vel in mari gigneretur aleretūrve, aut id inhabitaret. Necq; tamen ignarus sum Plutarchū de mari præclarè sentire, vt eorundem Conuiuorum habet decade quarta: sed nos hoc loco Ægyptiorum dictata, quę interpretanda desumpsimus, in primis cōmemoranda censesmus. Nam illi cū tam pertinaciter mare abominarentur, mosq; esset in sacrificijs sal adhibere, ne marino vterentur, id ex Hammonis fonte deposcebant: aferrebatur enim inde sal è palma contextis cistulis, quod purum arbitrabantur, quia ex ipso fonte, non ex mari proueniebat, cuiusmodi salis vis magna in Noricis Rhæticisq; iugis atq; conuallibus circa fontium margines concretum vulgo reperitur, neq; alterius ferè tota Germania salis habetur usus.

## D I V I N O R V M A B H V M A N I S S E P A R A T I O .

**F**Verunt è veteribus, qui segregationes aquarū ab aquis, apud Mosen, ita interpretati sunt, vt animos quosdam spiritu suo vegetos expertesq; corporis assererent significari per aquas, quæ supra ccelos in firmamento longè alijs presentiores cōsedissent: infrà vero, in ipsis quidem terrenis locis deteriores malignosq; morā traxisse, atq; etiamnū trahere: idcircoq; dicūt, eas aquas quę supra ccelos collocatæ sunt, Deum laudare: per aquas autem eas quæ sub ccelis sunt collocatæ genios interpretantur, quantum spiritu naturaç; sua conari possunt, improbissimos, ab ea nimirum altitudine, quæ ad probitatem secundum natūram accommodatur, in ipsum imum prauitatis fundum, vitijq; sentinam deturbatos. Eas vero aquas vt turbulentas, vt seditiosas, vt affectuum perturbationumq; procellis & turbinibus fluctuantes exæstuantesq;, maria nō iniuria nuncupatas fuisse, propter mutationis facilitatem, & momentorum voluntatis ele-



- A Nascamur
- B Senescimus
- C Viuimus
- D Morimur
- E Naturæ dissidio.

# Pierii Val. Marc.

Etionisq; motuū instabilitatem, quam quidem interpretationē vt altè nimis re- D  
petitam, & paucissimorum ingeniorum intellectui peruiā, Basilius haudquaq;  
magnificere videtur. Ägyptijs tamen argumentū placuisse, indicium est, quod  
ccelū rore pluuiū venerabantur, quod humor huiusmodi à probis illis naturis  
defluere videretur, quæ propter mentis puritatem dignæ essent, quæ decentem  
accōmodatamq; Deo creatori laudem redderēt, disciplinamq; illā cœlestem in  
inferiora sparsim diffundere proseminalareq; viderent. Minimè igitur mirū est si  
mare sacerdotes illi vsqucadò abominabile existimabant, q; cœlestis roris puri-  
tatem cōtaminaret, & amaritudine sua dulcedinem eam omnem peracerbā red-  
deret, eiusq; indignationis ergo tantum in maritima omnia odium, vt etiā insu-  
larcs vti profanos auersarentur. Et mox receptum apud scriptores, insulares o-  
mnes malos esse, Lerios autem pessimos: quod in Siculos haudquaquā meritò  
nōnulli detorsere, perinde ac in Leriorum locum Chios alij quidā substituerūt,  
nulla carminis habita ratione. Nam, vt hoc obiter explicemus, epigrāma est ve-  
tustum admodum, quod in vulgus prodijt, vulgatis in exemplaribus:

καὶ τὸ δικαιοδόκης χῆν οὐκεῖ, δύχο μὲν δέ δέ,  
πάντοτε, τῷλω περιέστη χθόν.

E

Non sum nescius Chios hominū nequissimos olim habitos, quod vt credatur,  
satis est Theophrasti iudicium, qui eos ait oratorem quendam senem ad Lace-  
dæmonios destinasse, qui quod eum puderet senectutis, canitiem succis fucae-  
rat, cumq; is publicè dicere incepisset, surrexit Archidamus in ea tum Repub.  
longè princeps, dixitq;: Quā obsecro sermonis incolumentē habiturus est hic,  
qui mendacium non in anima solūm, verūm etiam in capite circumfert. Strabo  
tamen, decimo, carmen hoc Phocylidæ adscripsit, Leriosq; nō Chios, ponit, vt  
legendum sit, λέειοι οὐκεῖ, & in fine, καὶ περιέστης λέειθ: cui lectioni ego magis faueo,  
quo χθόν, pro χθόν primam κατὰ Σωμίστην producit. Quidam eruditissimus alio qui  
vir Patroclum pro Proclea reddidit. Carmen itaque in hunc modum vtrobicq;  
restituendum:

καὶ πόδε φωκυλίδης, λέειοι οὐκεῖ, δύχο μὲν δέ δέ,  
πάντοτε τῷλω περιέστη, καὶ περιέστης λέειθ.

Id nos ita Latinum fecimus:

Hoc quoq; Phocylidæ dictum, Lerij mali, at illud  
Non ita vti dicas, hic malus, ille minus.  
Praui omnes inquam, Procleam si demperis vnum,  
Et tamen ipse etiamnum est Procleas Lerijs.

F

In quam quidem poëtices amicinitatem quamvis κατὰ πάρεργον, ideo tamen defle-  
ctere collibuit, quia dum hæc commentarer venit in mentem mihi epigramma-  
tis Cornelij Castalij Feltrensis, lurisconsulti in foro Veneto clarissimi, quod ne-  
minem eruditum legisse peneitateat:

Afrani & Capito fratres, Neptunia proles,  
Quorum iam tota est aurea facta domus:  
Ambigitur multum de vobis, peior vter sit:  
Nam nemo id dubitat ne sit vterq; malus.  
Iudice me Capito tu longè es pessimus omnium,  
Et tamen est frater te quoq; deterior.

Quod quidem scomma desumptū est ex epistola Phalaris ad Adimantum, quā  
cōmodi tui causa libuit adscribere: ἀνέω σε σφράγεας πέτε το, ἀδελφὸν, δῶσπερος ὑπῶντας χάρ-  
ρων, δύχο τεκνογον λέγοντθ, ἐκέντητο τε μυπαλινσ, έγώ δέ σομει, μᾶλλον δέ ισχετος τοπειονα, τοῦ μὲν ἀλλων  
ἀπάντη

**A** ἀπόντης ἐκένοις ἔνοι κακίω· οὐδὲ οὐτε ἐκένοις, οὐτε ἀλλας ἀπάντως θεά· Audio te cū fratre tuo altercari, uter vestrūm peior sit, cū tu quidē illū dicas, contrā vērō ille te: ego vērō existimo, iñò perbellè mihi cōpertū est, illum vtīq; alijs omnibus, te vero vno, necq; illum neq; aliorum hominū quempiam esse peiorē. Addam illud vnum, si non satis nugarum est, quod ad Phocylidæ nomen epigrammati Græco insertum pertinet, videndum an eō spectet id false dictum à Cicerone epistola ad Atticum libri quarti nona, καὶ πέδη φωνηλίδη, ubi Pompeium perstringere videtur, qui licet egregie de Repub. loqueretur, parum tamen aut nihil differret à ceteris. Vnde illud ad cundem Atticum lib. vii. Epist. Dionysius vir optimus, ego quos tu bonos esse dicas nō intelligo, ipse nullos noui: id quod probando latissimè prosequitur. Sed nos iam satis.

## N E Q V . I T I A.

**Q** Voniam vērō mare ipsum in primis salsum est, & sal inde plurimum conficitur, totumq; illud elemētum si exiccari posset, in sal abiturū est, Ägyptij ipsum quoq; sal ita auersabantur, vt ne pane quidem salito vescerentur: quippe **B** cūm viuendi, vt sāpe dictum, puritatē in primis adamarent, id fixum immortumq; animo gerebant, vt omnia nequitiæ irritamenta summouerent: itaq; sal ipsum summo studio reiiciebant, quod meram esse nequitiā intelligebant, cūm propter calorem sal irritare libidinem, seminalemq; vim expergefaccere & acuere feratur: vnde salacitas petulantiae nomen. Exemplo vērō sint ostrea & cōchylia in hunc vsum à nepotibus summo studio conquisita. Quin etiā mures abroso sale prægnātes fieri tradit Aristoteles: ἀνθεύεις præterea Venus, illiq; salacitatis ergo fanum ad portum maris aruspices ponī apud veteres iubebant. Et marini Dei omnes lasciuiores fecundioresq; ponuntur à poëtis. Nimirum & illa Cœli virilia Saturni falce recisa, & in mare prolapsa, Venerem gignunt, quippe omnes fructuū vires abscisæ, atq; in humores viscerum veluti in mare proiectæ, sicut illic Venerem, ita hic libidinem gignunt. Theologī nostri sensu longè seciore sal accipiūt pro doctrina Euāgelica, idq; sibi velle quod capite Leuitici secundo dicitur: Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies, nec auferes sal feederis Dei tui de sacrificio tuo: in omni oblatione offeres sal, quasi dicere velit legislator, **C** quodcunq; docueris, quodcunq; correxeris, in quacunque virtute versatus fuisse, ad Apostolicam æmulationem atq; imitationem tete accommoda: sal enim terre Apostoli, Domini ipsius testimonio. Nam sicut omnis cibus ad nutrimentum aptus, diccret Hesychius, omni modo sale conditur, ita omnis sermo utilis ad iuuandum, Apostolicæ omni modo sapientiae necessarium habet condimentum. Sed vt ad mare reuertamur, fluxum id atq; lubricum, non vti sal, solidum, & frugalibus vībus commodum. Minimè prætereundus hic in diuinis literis locus, vbi legere est Iordanem fluuium retrorsum fontem versus cursum suum reflexisse, quod, vt D. Ambrosius opinari videtur, significat mollitudinem animi ad maris lasciuiam profluentem cursum tenuisse, & ad fontem, quippe ad originem, hoc est, Dcum animi ipsius autorem cōuersum esse. Qyoniam vērō scriptum est partē aquæ Iordanicæ defluxisse in mare, partem vero conuersam substitisse, Adamantius qui per Iordanem baptismum intelligit, sententia priori non absimili figuram hanc esse dicit, vt per subsistentes aquas accipiamus eos, qui eo abluti lauacro in pietatis dulcedine perseverāt: per eam vērō partem que defluat in mare, intelligamus eos, qui licet ad baptismū venerint, in vitiorum tamē amaritudinē dilabuntur, eaq; falsagine corrupti, synceræ vitæ suauitate ca-

# Pierii Val. Piscis.

reant, cùm manifestum sit in tota hominū vita nihil dulcius innocentia reperiri, D. peccato verò nihil amarius, etiam si quædam aspectu primo dulcia videantur. Sic apud Salomonē legitur Ecclesiaste: Nam in nouissimis, inquit, amarius felle inuenies, quod initio dulce videbatur. Faciūt ad hoc & Græcorū fabulæ. Nam Arrianus in Indiæ descriptione fuisse ait insulam incultā in Erythræo mari, Nō-solam nomine (sed Nosorā apud Stephanū legere est) centū fermè stadijs à litore distantem, quam indigenæ Soli sacram esse affirmarent, in quā nemo transi ret, aut si transisset, nō amplius appareret, quoniā eam vna Nereidum incoleret obscurō nomine, omnibus viris qui eō nauem appulissent, commisceri solitā, ac eos postea in pisces conuersos in mare dimittere: quo scelere iratum ei Solem ex insula migrare iussisse, necq; eam renuisse, precatam tamen ut insita sibi voluptatis appetentia euanciceret, Deumq; optatis annuisse, ac omnes, quos illa vencificijs mutarat in pisces, in homines rursus ex pīscibus cōmutasse, vnde Ichthyo-phagorum genus emanarit. Ouidius tamen ait eam in pīscem mutatā, eoq; modo libidinis pruritus extingui potuit, si modò hæc eo loco intelligenda:

Nais, an ut cantu, nimiumq; potentibus herbis,

E

Verterat in tacitos iuuenilia corpora pisces,

Donec idem passa est.      1111. Metamorph.

Atq; alibi apud eundem autorem pisce legas Venerem latuisse: fusus enim fuga tusq; Veneris ardor, quonam euadat nisi ad frigidam pīscium naturam, in quibus nullus alimenti somes, quo iterum succendi queat. Hinc nostris etiam ieu-nijs pīscis apponitur, vt eius cibo lasciuiae calor tepefiat, atq; hinc etiam occasio aliqua castimoniæ requirat. Necq; obstant quæ superius de maris & marítimo-rum salacitate disseruimus, quia pīscium genus, vt nonnulli disputant, tametsi degat in mari, & τύγας tamē ea de causa mare sāpius Homero dicitur, quòd fru-ctum nullum gignat, sed fluuiorū & imbrrium dulcis humor per antiperistasis amaritudinis corruptus, atq; in se collectus, veluti calor in aëre frigidore de-prehensus, per frigidioris venti colluētationem in fulmē abit, ita hīc frigida ma-teria quæ nō nihil terreni secum traxerit, intra calidam comprehēsa, varia pīsciu genera producit, quorū insitum frigus tempore inde maris facile cōfouetur. Non enim omnia pīscium genera progernerant, argumento est, quòd simulac in mare F pluuiæ deciderunt, Solq; flagrantius per sudum irradiari, exemplō videoas su-perficiem maris innumerabilibus pīsciculorū animulis pullulare, in quibus infi-nitus Apuarū numerus, quę à Græcis ἀφίω, quòd ex pluviā generantur, nomen accepere: ostrea tamen ac cōchylia, quæ libidinosa diximus, plus aëris admittūt, ac perinde spumosiora sunt, & salugini coalita & applicita, quare minimè mirū si accidat hīc salaciora fieri. Atqui nō hīc testacea necq; crustacea inter pisces assū-miūs, sed tuo illa tantū genera quę initio posita sunt, vellubrica, vel squamo-sa: in his enim nostra plurimū dictio versata est, quanq; Manilius eos qui Pisces horoscopum habuerint, libidinosos futuros præsagit Astronomicōn 1111.

Scilicet in pīscem sēsē Cytheræa nouauit,

Cum Babyloniacas summersa profugit ad vndas,

Anguipedem alatos vngues Typhona ferentem,

Inseruitq; suos squamosis pīscibus ignes.

A M I C I T I A . F I R M A .

A Lioqui sal amicitiae symbolū fuit, durationis gratia: corpora enim solidio-ara facit, & diutissimè cōseruat, vnde hospitibus ante alios cibos apponi so-litum

A litum, quo amicitiae firmitas ac perseverantia significetur. quare plerique omnino sum habent, si sal in mensam profundi contigerit: contrà verò faustum, si vinum atque id micrum effusum sit. Vel, quia velut ex aquis sal multis & fusilibus in unum quoddam & solidum coit, ita ex diuerso conuenientes in unum animi coalescant, fiatque Platonicum illud, *μία τυχή*.

## A' MVSIS ET GRATIIS ALIENVS.

**S**ed ut ad piscem reuertamur, cum animalia reliqua tam terrestria quam volatilia, multa det & ingenij & docilitatis experientia, soli pisces indociles prorsus & stupidi sint, praeter pauca admodum, quae vel in Delphino, vel in paucissimis aliquot admiramus, mos apud Aegyptios inoleuerat, vt cognomento piscis hominem à Musis & Gratiis alienum cauillantes appellarent. Sed qui piscium partes tuentur, multa etiam in eo animantium genere deprehendunt, quae mentis aliqua vestigia prae se ferant, sed propter habitationis dissidentiam, ea hominibus minus cognita: terrestria siquidem & aëria domi propemodum & in nostro ferè omnia municipio contemplamur, quare multa facilius licuit explorare: Aegyptiis verò ea minus innotuisse quam alijs, qui nullum cum piscibus commercium habere voluerint. Nam ut reliqua huiusmodi multa dissimilem, in Eloro Siciliæ fluvio, qui urbem Eloram a se ita nuncupata præterfluit, cicut genus piscium fuisse tradit Apollodorus: in clamati enim accedebant, & cibum e porrigentis manu placidissime capiebant. Citat Stephanus Chronicum primum, ubi hec ab Apollodoro memoriae demandata fuerint. At veterum parsimonia nunquam satis laudari potest: nam apud Homerum non Graecos solum, quo tempore circa Helleponsum militabant, piscibus abstinuisse comperias, sed & Phœacas, Horatij etiam nostri testimonio, helluones procosque ipsos Penelopes sola ganea nobiles, quamvis insulares essent, marinum obsonium nullum appetuisse. Vlyssis verò socios videas non nisi extrema necessitate coactos expescari, quippe comedunt omni absunto, ne Solis boues attingerent, non obsonij causa, sed ut famis ferociam, que ob ingenitam importunitatem malesuada dicitur a poëtis, aliquo pabulo mitigarent. Videas apud Satyricos piscium esculenta, utpote quae tantum ad luxum & ingluuiem spectent, saepius improbari. Neque laitora aliter Romanis, ubi se delicis dedere coeperunt, conuicia fuere, quam opipare piscibus instructa, eo inquit tempore quo illis omni turpitudinis genere lasciare licentius sibi permettebant, pristina prorsus abolita disciplina, quod Satyricus poëta carpit:

*Atq[ue] ita defecit nostrum mare, dum gula sœnit  
Retibus aſſiduis penitus scrutante, macello  
Proxima nec patitur Tyrrhenum crescere p[isc]em.*

*Inſtruit ergo focum prouincia.* Ne verò quae Seneca in Romanorum luxuriam libro Quæſtionum tertio refert, hic stomachosius repeatam, Catonem meritò admirari solitum accepimus, quomodo ciuitas salua esse posset, in qua pisces pluris quam bos venundaretur: quod in hac quoque temporum miseria passim fieri manifestum est.

## G A N E A.

**N**eque quidem satis fuit piscibus in escarum principatū admitti, verum eò improbitätis & petulantiae processere, ut soli sibi obsonij nomen usurparint: nam veteres ὄφεγγοι, hoc est, obsonatores, ut Latini vocabulum à Græcis mutuati dixerunt, eos appellabant, qui pisces undeque conquitos studiosius compararent. Demosthenem aiunt cum Philocrate cupediarię impudicitiaeque crimi

## Pierii Val. Piscis.

naretur, cum ex auro proditorio & scorta & pisces cōmercatū accusasse. Quin, D  
etiam pro Ctesiphonte, cūm quidam in comitijs esse iam comedendi horam cla  
mitaret, Nullo, inquit, pacto bone vir nos hodie piscedulos reddes: quasi lur  
cones & ganeones ex vno pīscis esu notare vellet. Antagoram poētam Antigo  
nus Rex increpuit meritō, cūm eum deprehendisset in Congro pīsce cōdiendō  
diligentius intentum, quamvis ipse regis curiositatem conuerso cauillo illuserit  
non infacetē: Antigonus enim dixerat, Putas' ne Antagora, Homerum cūm illa  
scriberet, in Congro condiendo vnquam occupatum fuisse: cui Antagoras: Pu  
tas' ne Antigone Agamemnonem cūm illa faceret, quo quis modo congrū con  
dīret, sollicitum fuisse? Pīscem igitur pro ganea ponī nō ignarus Horatius, cūm  
Iccium ad frugalitatem hortaretur, cumq; commendaret quōd tali esset animo  
præditus, vt neq; rerū opulentia moueretur, necq; vilioris cibi frugalitatē asper  
naretur, quippe qui in medio positorum abstemius herbis viueret, his tamen  
ita contentus esset, ita sibi rerum omnium opulentiam redundare putaret, ac si  
eum liquidus fortunæ riuus inauraret, id mox adiungit:

Verūm seu pisces seu porrum & cāpe trucidar:

hoc est, siue lautiore victu, siue parco delectaris: per pisces delicatores, vt dictū,  
epulas, per porrum & cāpe, frugalitatē intelligēs. Omnis enim caro, inquit He  
raclitus, corpus est, vel corporis pars: maritimorū verò vis tanquā anima cōpa  
cta, gratiā & voluptatē illis cōparauit. Sanè Plato, qui nihil ex Aegyptiorū op  
pinione in mari nasci loue dignum dixit, marina ipse corpora Dis amicissima arbi  
tratus est: quare nonnulli afferunt Aegyptios sacerdotes nō alia ratione mariti  
mis abstinuisse, nisi vt piē casteq; viuerēt, veriti forsitan, qui delicias omnes auer  
sarentur, ne pisces & cibus esset simul & condimentū. Beatos enim illos tantūm  
iudicabant, qui simplicem ac necessarium cibum delicij quibuscunq; præfcre  
bant, quod & saluberrimum esse Plinius attestatur. Diodorus tamē primum ex  
radicibus, secundum ex pisce cibum apud Aegyptios fuisse contendit. Ceterūm  
nos de sacerdotibus, nō de prophanis loquimur: nam & Horus ipse autor Agy  
ptius, alios omnes dicit vesci solitos. Necq; nescimus ex lacu à Myride fos  
so tantā fuisse pīscium capturā, vt argenti talentū singulis diebus vestigalis no  
mine reginæ persolueretur. Aliarum verò gentiū sacerdotes non modō pīscem F  
non abhorruerūt, sed & loca quādā Dis sacra esse cōmenti sunt, vt solis ipsis pi  
scis inde capere liceret: cuiusmodi erant Rhiti in Attica regione iuxta Eleusino  
rum fines aluei quidem ipsi tantūm fluminū, cūm aqua omnis, quæ illuc fluueret  
ac reflueret, marina esset, quæ loca Cereri & Proserpinæ sacra dictitabāt, ac per  
inde solis sacerdotibus deberi. Quinetiā ætate nostra, fluminum, stagnorum la  
cuumq; plurimorū expīcationes sacerdotū tantūm ditioni addictæ sunt. Quo  
niam verò plerisq; locis mordet Erasmus Christianismi mores super esu pīscū  
& iejunij, dum modō ita dicit: Cūm olim præcipuus gurgitū luxus fuerit in pī  
scibus, mirum est hodie religionis causa vulgus pīscibus vesci. Alibi: Olim vesci  
pīscibus pro delicij habebat, & infami vocabulo dicebantur opsophagi: nunc  
ea res magna est sanctimonia. Alibi his mordaciora cōminiscitur, quasi velit o  
stendere, adactos esse nos legibus, vt iejuniorū tempore pīscibus vesci cōpella  
mur. Respondemus ad hāc ex sanctissimorū patrum sententia, pisces nō ex edi  
cto nobis oggeri, sunt enim multa & frugum & olerū genera, quibus nutriti va  
leamus: neq; vt per argutos falsosq; iocos ritum perstringit, ad sanctimoniam  
vlliū cuiuspīam opinione spectare: sed cūm Christiano homini tum semper,  
tum

**A**tum in ieiunio maximè lasciuia omnis abstinentia proponatur, cibisq; in primis affluentia luxusq; corrigatur, pisces tamen ad ieiuniorum consolationem indultos esse, qui quidem delectare aliquantulum, saginare vero aut obesum corpus reddere minimè possint: nullius enim, ut saepe dicimus, aut parui sunt nutrimenti, ideoq; cibus est corporibus, quod non Platonica tantum, sed nostra etiam sibi philosophia depositit, debilitandis idoneus. Sed Gregoriū ipsum audiamus. Epistola eius est ad Augustinum Britanniarum præsulem, in qua quantum ad ieiunia pertinet, piscium esum ait ita homini Christiano indultum esse, ut hoc ei infirmitatis solatum, non luxuriae pariat incendiū: monetq; insuper, ut qui carnisbus sibi abstinentia constituere, sumptuosiora marinorum belluarum convivia instruere haudquam velint. Decret. dist. I I I .c. deniq;. C. & post pauca. Atqui ganeam ex pisce non ea tantum causa significari dicendū, quod audius a lurconibus expetatur, q; quod ipse quoq; piscis natura vorax est, quā quidem Virgilius notat, Ciri, propterea quod Thetis Scyllā Nisi eius opem implorantem in pīscē vertere noluerit, verita scilicet ne actutū ab alijs piscibus deuoraret:

**B** *Nam miseros mutauit virginis artus*

*Cæruleo pollens coniux Neptunia regno:*

*Sed tamen externam squamis vestire puellam,*

*Infidosq; inter teneram committere pisces*

*Non statuit, nimium est audum pecus Amphitrites.*

#### A N I M A E.

**N**on ignorandum vero pisces eruditioribus animas esse, quod ex puriore quodam constent elemento, nec multum concretus aliorū morentur, primisq; animatorum à Deo creati, ut obseruat Philo, quodammodo animalia, & non animalia, vel ut ita dicam, mobilia inanimata, quibus ad solam corporis incolumentatem Deus animalem spiritum afflarit, veluti sal carnibus ne putrefeat adhiberi solet. Apud Festum Pompeium legas genus pisciculorū maiorum pro animis humanis Vulcano dari solitū, quotannisq; piscatorios ludos trans Tyberim in area Vulcani mense Junio celebratos. In quo illud animaduertendum, vulgatos Festi codices in damno esse, cum in antiquo manu scripto legerim, q; id genus pisciculorum viuorum datur ei Deo pro animis humanis: non autem genus pisciculorum maiorum: nam si maiores, quomodo pisciculi? Est & alterū eodem loco mendum, quod scriptum est eos ludos fieri solere à pop. Rom. cum vetus codex habeat, à prætore Rom.

#### I N N O C E N T I A.

**N**eque desunt qui pīscem innocentiae hieroglyphicum esse contendant, cum omnino sint innocui, nec elementū suum ad insidias alijs inferendas transgrediantur. eoq; spectare dicunt Pythagoræ præceptum, qui abstinentia esse piscibus edicto cauerit, ne persequerentur infantes.

#### DÆMONES IMPROBI.

**A**lī per animalia quae in aquis degūt, improbos dæmones significari tradierunt, ut in sacris literis Ionethes Chaldæus interpretatur: & superius ubi segregatas aquas ab aquis exposuimus, aliorū quorundam sententiam idem sentientiū recitauimus. Sanè Magi dæmonas aqueos dicūt lasciuiae libidinique præfectos: & marinos deos vetustas omnis pro hieroglyphico lasciuie posuit. Et pisces maris Euthymius ait positū pro dæmonibus, qui inter vitæ nostræ fluctuationes versantur, & in amara prauorum salsa vitam ducunt.

# Pierii Val. Piscis.

G E N T E S.

D

IN Christianę verò pietatis institutionibus, gentes quę diuinum cultum non-dum suscepissent, per pisces indicabantur. Atqui gentes huiusmodi dæmonū cultui passim deditæ erant, quare piscatoribus hæc à Deo prouincia demandata, vt pisces in sacerdotum imperia redigerentur. Porro Assertor noster Euangelio pisces assos comedunt, quod indicat, sacrificium quod offertur Deo, non exum, sed assūm esse debere, fidem quippe vñluti igni probatā, & sancto feruentem spiritu offerēdam. Eodem respicit, Ambrosio teste, Seruatoris eiusdem nostri dictum Euangelio, simile esse ecclī regnum reti missō in mare, quod piscium genus omne congreget, quæcūp ibidem subsequuntur: vbi nimirū de mortalium animis sermo est, quæ ad sanctioris vitæ institutionem attrahant. Quin & Prophetā cùm de piorum congregatione loqueretur, super maria fundatam eam dixit. Apertissimè Esaias: Ecce, inquit, gentes quasi stillæ situlæ. L X X sic reddide-re, Sicut aquæ multæ, quod idem est.

I G N O R A N T I A.

Quamatum quidem & pinnulatum piscium genus satis expositū est ex Ori-  
gine, quæ scilicet eius hominis hieroglyphica sint, qui veterem possit homi-  
nem exuere: ideo cūq; omne quod habet squamas & pinnulas, tam in mari quam  
in fluminibus & stagnis, electo populo comedere concessum est. Illud addendū  
ex Hesychio, squamas ignorantiæ hieroglyphicum esse, quæ quidem opera be-  
neficiorū scientiæ excuti amoueri cūq; possunt. Id in Paulo liquidò commonastra-  
tum, qui cūm veritatem ignoraret, cæcus factus est: addita verò Christi do-  
ctrina, quā Ananias ei predicauit, ceciderūt vt squame ab oculis eius, & mox vidit.

A Q V A E.

Assyriorum verò religio fuit, vt piscibus abstinerent in Rheæ venerationē,  
quæ quidem ea illis dea erat, quæ pluvijs potissimum dominatur: pēw enim  
fluo est: putabant enim illi ex aqua & aëre naturam rerum præcipue constare,  
pro cūp vnda pisces, pro aëre columbam venerabantur: de qua suo loco dictum.

F A C E L I T I S.

Viamvis alij factum hoc in Facelitidis deæ, quæ Veneris fuisse filia perhi-  
betur, cultum asserunt, eam cūq; olim in piscem cōmutatam, quam Syrii pro  
dea coluere, atq; in eius honorem Basso referente pisces argenteos in templo de-  
tulere. Chalon amnem in Syria ponit Xenophon, in quo magni & mansueti pi-  
sces, quos Syri veluti sacrosanctos habent, eos cūp violari, & quæ ac columbas, ne-  
fas putant.

D E R C E T O.

Vin & Derceto, siue vt tradunt alij, Atargaten, muliebri effigie, quæ in pi-  
scem ab umbilico desineret, summæ venerationis deam in templis apud  
Ascalonem habuere. Et vt his finem imponamus, Oxyryynchitæ Ägypti popu-  
li piscem urbis suæ cognominem summo cultu pro dea coluerunt, hic cūp canem  
& mactare & esse soliti sunt in Cynopolitarum ignominiam & opprobrium,  
quod illi piscem Oxyrynchum apud se pro deo habitum, comedere non  
verecundarentur. Cynopolitarum enim deus Anubis fuit,  
quem canino, vt suo loco dictum, ca-  
pite faciebant.

HIEROGLYPHICORVM TOMI  
primi finis.

HIEROGLYPHICORVM  
IOANNIS PIERII VALE-  
riani Bolzanii Bellunensis, Commenta-  
riorum, siue de sacris Aegyptio-  
rum, aliarumque Gentium  
literis,

TOMVS II.

*In quo adiecti sunt à CÆL. AVGUSTINO CURIONE duo libri, multa  
pulcherrima Hieroglyphica, quæ à Ioanne Pierio aut prætermissa,  
aut non satis explicata fuerant, continentes.*

BASILEAE.



# ILLVSTRI AC GENEROSO Aheroi D. Ioanni Iacobo Fuggero, Kirchber- gæ, Vveissenhorni, &c. domino, literarum præsidi, ac studiosorum omnium Mecœnati, Ioannes Pierius Valerianus

S. P. D.

**Q**uem ea munera, quibus humanum genus Deus liberalissimè honestatū voluit,  
mecū ipse cōsidero, IO. IACOB E Fuggere heros ornatisime, in eam opinionē  
adducor, ut existimē nullū maius reperiri posse, quām literarū flagrans studiū,  
vel discendi cognoscēdive cupiditate potius, ex quibus & rerū bonarū voluntā-  
tem excitari, & verarū intelligentiā nasci perspicimus, nihilq; in rerū natura  
existere, quod ita tum mores erudiat, tum viam quasi muniat ad summū splendorē consecan-  
dum, quām nouā ex humanitatē inquā atq; doctrinā. Idem planè te sentire video, qui cūm om-  
nem semper excellentē in societate humana virtutē memorabile extitisse cognoueris, tum inge-  
nij, doctrinæ, sapientiæ honores præcipuā habuisse erga mortale genus famam ac cōmendationē  
non ignoras. Hanc vt verā & expressam minimēq; adumbratā tibi coparares, nihil prætermit-

**B**tendum putauisti quod ad verū ingenij cultū, animūmq; doctrina informandū pertineret. Lu-  
strandom itaq; primò vñā cum fratribus Galliā eruditissimis hominibus & liberalibus studiis af-  
fluentē, mox Italiā omnī bonarū disciplinarū altricē censuisti: ac inde eam sapietiæ morūmq;  
laude paulo pōst ad tuos reuersus vestra Germania ostendisti, vt iam omnes cognosceret te nō fo-  
lūm eximia ad recta vitæ instituta progresſionē fecisse, sed eos etiā aditus quasi adaperuisse, qui-  
bus latos vberēsq; fructus ad genus humanū redundaturos et sperarēt, et iam etiā cerneret: eāmq;  
spem et expectationē de præstanti cōſilio tuo, successus planè cofirmauit et auxit. Videamus enim  
admirabile illam tuam virtutē non modo elegantiſſimariū artiū institutione, scientia ac iudicio  
cōmendari, sed etiā animi magnitudine, clientelis, munificētia, liberalitatēq; mirū in modū illu-  
ſtrāri, vt cōmoda, que ex tantata fortuna & amplitudine omnino maxima sperabamus, lon-  
gè maiora nos iam cōfescutos fateamur. Quamobrē vt multa prætermittā, egregia quadā ac pla-  
nè invicta animi celsitudine te præditū declarasti, cūm maximas opes profunderes, vt bibliothē-  
cam magna librorū Latinorū, Græcorū, Hebraicorū, aliarumq; linguarū multitudine ex Ita-  
lia, exterisq; prouinciis cōportata cōſtruueres & exornares, vt quām multorū hominū studia lau-  
**C**datiſſimo exēplo ad dignitatē, ad rectiorū disciplinarū cultū excitares. Tua enim semper laus e-  
rit, tibiq; acceptū referre debebūt studiosi, quod multis cōmodis fruūtūr, et quod animū optima-  
rum artiū scientia disciplinarūq; studijs excolere possint. Verūm his in omnes collatis beneficijs,  
quæ maxima sunt, acquiescendū tibi minimē iudicasti, quin potius maiora moliris, ac alterā il-  
lam planè regiā benignitatē adhibendā, dum afflitos recreas, iacetib; dexterā istam tuā pietā  
te præstante porrigis, de honorū cōmodis & ornamētis cogitas: dum omnes deniq; liberalitate im-  
mortali busq; beneficijs tibi denincis. Siquidem existimasti te pro tua fortuna posse, pro acerrimo  
singulariū iudicio debere, vt curares tenuiores, felicioribus tamē auspicijs natos adolescētes, tuis  
sumptib; in Germania, Italia, & Gallia benignè tantisper fouendos & sustentandos, dum eos in  
omni bonarū artiū genere progressus fecissent, vt docendi alios munus iam suscipere ac obire pos-  
sint. Quo quidem instituto nullū illustrius, nullum ad cōmemorationē nominis tui cum omni po-  
steritate adæquandā aptius esse iudicamus: hac enim ratione declaras te maximo semper honore  
dignū, teq; per studioſe eassequi, ex quibus vera, non adumbrata, laus nascitur, & nomen tuū tot  
etiā & tam præclaris testimonij virtutisq; monumentis ad omnē memoriam cōmendatū cele-  
brabitur. Nam quæcunq; accuratius nunc scripta & expolita Germanorum opera sunt, ea ferē  
omnia ad te missa, & tua felicitati credita legūtur: & si nō autorum cōmendatione, vel tuos alii  
nomine sunt in manibus. Tibi debetur (de alijs eruditissimorū virorū lucubrationibus, quæ satis

# Pierii Val. Epist.dedic.

multæ sunt, nihil dico) quod Demosthenem, Aeschinem, Isocratem, Pausaniam, ad nostrorum hominum cognitionem translatos habemus, dum eruditione præstarem virum Hieronymum Uulfum in clientelam suscipis, ac præmijs ornas. Hæc cum sermone omniū ad nos perferuntur, cum in editis libris videmus et legimus, felices eos iudicamus, quib. Dei beneficio datum, vel vnu familiaritatis, vel officijs aliquib. tibi coiungi, qui à tantis ornamentis commendationē ducis. Quapropter ego primus fortassis eorū, qui ne de facie quidem te norint, accurate operā dedi, vt aliqua in re animū tibi atq; obseruantia probare meam. Nam Hieroglyphicorum meorum cōmentariorū alterū Tomū ad te mittendū censui, vt vnicum studiosorū ornatorē, cunctarumq; artium bonarū præsidem: adductus nō solū humanitate ac benignitate tua, plurimis quide & amplissimis officijs perspecta studiosis omnib. verū etiā, vt iā dixi, opinione quæ apud me est, de egregia tua erga literas promouendas volūtate. Cui quæso aptius ac cōuenientius huiuscmodi scripta mitti possunt, q; ei qui ita illa semper amauit & excoluit, vt in his ipsis vel tractādis, vel iudicandis longe omnib. præstet, ac maximè insignis habeatur? Accesit huc et similitudo quædā, quā te habere video cū ornatissimo Florentinoruī principe Cosmo, qui cū familia Medicea ortus sit, hoc est, sapientiae stirpe, auita quadā benignitate solus hoc tempore in Italia inuentus, literarū, venustatis, elegantiae, atq; adeo virtutū omniū vindex. Quamobrē cū singulos ferè Commentarios amicis varijs inscriptissim, priorē Tomum in vniuersum huic optimo Principi tuendū cōseruandumq; permisi. Par i ratio-  
ne satis feliciter agi cum hoc altero Tomo iam existimauis, si eum in tuam clientelam de me absente, deditissimo certe, tanquam præsente suscepis, quod te facturum pro singulari tua humanitate minimè dubito, cū iam Fuggerana domus in ipsa Germania nō solū singulos ac vniuersos de bitis officijs cōpleteatur, sed virtutis ipsius quasi seminariū existat. Præterea si requirendus erat literarū patronus, quis hoc tempore citius comparandus, apud quem tanquam portum, ipsa contra barbariam opem et patrocinij inueniant? Evidem quod ad me attinet, quotiescumq; ad inge-  
nium, studia, & instituta, tua inquā et Cosmi Medicei cōsideranda animū confero, non possum non cōfiteri me maximo cumulari gaudio, cūm propter multa, quæ et sapienter facitis, et optimè ratione temporū habita statuitis, tū quod in tanta bonoruī Principiū orbitate, rataq; beneficiorū & liberaliū hominū inopia, qua hodie passim in orbe Christiano (quod pudet dicere) laboramus, pro humanitate, pietatis liberalitate prolixa, alijs libentissimè ea largimini, quæ magnis la-  
boribus singulari industria consecuti estis: quodq; omnes intelligūt vos in beatis & omni copiarū genere florentibus ciuitatibus principem locum tenere, in summa tamen vestra fortuna virtutis F laudem magis enitescere, quam fortunæ gratiam. Quæ iam tuæ Σοχῆ adferimus, explicationē continet eorum quæ sacerdotes Aegyptij ispolavantes circa corporis humani fabricam commēti sunt, auspiciati à capite longe nobilissima parte: ne quis existimet hos ipsos Aegyptios ita brutorū cultui deditos, vt non etiam hominē quæ meretur veneratione suscepū reliquis omnibus prætu-  
lerint, ac μυροφόρου agnoverint. Nam si multa eruditī viri admirati, quæ illi in eo animantū genere quod nos rationis expers ducimus, obseruassent, longe ea plura sunt, quæ solo ex homine sa-  
crarū apud eos literarū materiā ad sua illa hieroglyphica suppeditarint, quippe cuius membra singula in huiusmodi mysteria receperunt. Hasce meas lucubrationes separatim eo nomine tibi deberi intelligebā, quo studiosi & boni omnes cōmuniter ingenij sui monumēta tibi deberi profi-  
tentur. Et certe si iusti rerū aestimatores esse volemus, literati, optimisq; studijs dediti, nulla alia ratione maiore suorum laborū commendationē sperare possunt, quam si in eius Principis nomi-  
ne illas apparere fecerint, in cuius autoritate et iudicio præcipua proborum doctorumq;  
pars acquiescit, & qui animi magnitudinem diligentia, integritate &  
consilio sustinet, atq; tum literarum gloria, tum etiam sa-  
pientiae laude fruicitur. Vale.

A IO· PIERII VALERIANI  
 HIEROGLYPHICORVM COMMENTARIO-  
 RVM, AD IOANNEM IACOBVM FUGGERVM, DE IIS  
 QVAE PER CAPVT SIGNIFICANTVR, EX  
*sacris Aegyptiorum literis.*

## PRINCIPIVM.



B RÆCIPVVM quidem Capitis hieroglyphicum apud omnes fuit, vt ex eo principium intelligeretur: id vel frequentissimus autorum usus, vel nominis ipsius indicat originatio: siquidem ita vocatum ait Varro, quod ab eo capiant initium & sensus, & nerui. Vel cotidianus sermo aperte declarat, dum aliquem esse huic vel illi rei caput dictitamus: dum à capite aliquid exordiri: dum in proverbijs, piscem à capite primum putere, Græci dicunt, cùm malorum publicorum & priuatorum causam in reipublicæ vel familiæ cuiusquam principe consistere profitentur, ad id Platonicum scilicet innuentes, tales esse ciues, quales qui primatum inter eos obtinent. Et Cicero, caput esse ad beatè viuendum securitatem ait. Pro præcipuo verò, ad Appium epist. An tibi obviam non prodirem: primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more maiorum, deinde, quod caput est, amico. Sed quid alienis adeò immoremur, cùm nostris abundè vti possimus: Ipso statim Bibliorum principio, Bersith, Aquila vertit, οὐ καφαλίδι, in capitulo, quod caput initium custosq; rerum sit: vulgata editio fecit, In principio, quod hieroglyphici esset interpretamentum. Alij dixerunt, in capite, in Filio: nam mundus per ipsum factus est. Quod verò in Esaiæ visione habetur de Seraphim duobus, qui senis singuli alis præditi, binis caput Dei velabant, binis alteris eiusdem pedes obtegebant, per adopertum caput, exordia Dei incompta esse interpretatur Adamantius: per obiectos verò pedes, nouissima non comprehendendi: sola media in conspicuo esse, opera quippe eius, diuinæ indicia prouidentiæ, ccelorum motus varios, Solis, Lunæ, stellarumq; progressus, terræ, maris, & aëris vicissitudines, & que cunctæ in rerum natura suo sunt ordine disposita: sedenim quæ ante ista fuerint, nouit nemio. Ex ijs quæ sunt, Deum intelligimus: post hæc quæ futura sunt, credere quidem possumus, sed scire nequimus. Vnde legas apud concionatem in diuinis literis Regem: Annunciate mihi priora, & nouissima quæ erunt, & dicam vos esse Deos.

## D I V I N I T A S.

C IN Deo sanè Caput cùm ponimus, id quod in eo constat diuinitatis intelligimus, quæ cuncta scilicet præcedit, & cui omnia subiecta sunt, diceret Eucherius. Idem & Hieronymus tradit eo libello, in quo, quid sit diuinitas, explicat. Tam insano verò cultu Ægyptij caput omne venerabantur, vt à capitibus & armis brutorum prorsus abstinerent, diuinitati iniuriam facere arbitrati, si quis illa esitasset. Platonici tradunt humanum caput ad mundani orbis similitudinem compactum, in eoq; duos animæ diuinos circuitus interlocatos, esscq; membrum diuinissimum, ac reliquorum omnino princeps: reliqua, vt capiti seruant adiuncta. Caput, ait Hierosolymitanus Hesychius, vt hoc obiter addamus,

## Pierii Val. Caput.

vniuersusque animalis ratione pollentis mens dicitur, cuius sedes cerebrum; Dvnde caput, & cuncta quæ adhærent iecori, super altare in holocaustum pone-re iubemur: nam & cor & iecur cōcupiscentiæ nostræ impetum, motumq; con-tinēt. Hinc Paulus nobis bene precatus, Pax, inquit, Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Idem Hesychius huc adnectit illud ex Esaia: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usq; ad verticem non est in eo sanitas: quod enim in nobis est rationis, vt dictum, in utroque habitat, & corde & cerebro. Non decet autem mentem so-briam diuidi, sed esse veluti vinculum, quod affectus nostros ad sanam rationē adiungat atq; deuinciat.

### D O M I N I V M.

**E**T quamvis per se caput principatus indicium sit, longè tamen significatius hieroglyphiceq; magis id ostendit, si fascia redimatur, siue ea corona, siue, vt apud Græcos, diadema vocetur. Nam & coniectores eo redimiculo caput insignitum per somnium visum, dominij signum auant. Sedenim diadema- ti suus est locus inter vestimenta, vbi reliqua tractamus insignia: nunc de capite E simpliciter verba facimus.

### M V N D I M O L E S.

**S**erapidis simulachrum apud veteres autores celeberrimum, cœlum habere caput dicebatur. Vnde Eustathius eruditè primo Iliados, veteres ait cœlum pro capite accepisse: atq; ita Pallas de cœlo descēdit, incitatiorem Achillis iram compressura. Sed quoniam multa super eo toto opere dicēda sunt, quod id sibi numen Ägyptij pro rerum natura confinxere, nō importunum fuerit loco hoc totam hieroglyphicam eius effigiem, per quam mundi totius moles indicatur, semel eo modo describere, quo exhibita est ab oraculo, quod vt fertur ipse de se- ipso in Nicocreontis Cyprij regis gratiam his carminibus enunciauit:

έμιλος θεός ζεύς δέμαστοις καρυψίπηπο,  
ζεύσι θεού κύριοθεού καφαλή, γαστήρ δὲ θάλασσα,  
Γαῖα δὲ μοι τόδε εἰσί, πάδ' ψατ' οὐδὲ φένει καπνός,  
δύματα τηλαυγός λαμπρός φάθει λειον.

Sed quoniā in Macrobianis aliquot codicibus pro lectione quæ est, Ζεύς δέμασι, F legere est castigatiore versu, & ite de μαθῆται, si cui ea magis arrideat, dicamus:

*Sum Deus, ut discas, talis, qualem ipse docebo,  
Cœlestis mundus caput est, mare venter opacum,  
Terra pedes, aures versantur in æthere summo,  
Lax, oculi, quam solis habet splendentis imago.*

Vbi animaduertēdum, ventrem pro mari, & vice versa, mare pro ventre etiam apud alios accipi, præsertimq; apud coniectores. Nam Hippocrates Cous ho- rum sententiam fecutus, eum ægrotum qui per nocturnā imaginem mare per-turbatum viderit, morbo ventris tentari conçcit, idq; minimè contemptui ha-bendum iudicat, qui adhibitis remedijs, quo nutricatus curandus sit, statim do-cet. Quin apud nos etiam in sacris literis aliquid in hanc sententiam de Deo le-gere est. Nam, vt Cyprianus ait, mali dæmones ita per fabulas ea deprauabant, quæ manifestissimis passim verbis in diuinis literis explicantur: vt illud in hanc sententiam apud Esaiam L X V I. Quam mihi sedem ædificabitis? aut quis lo-cus ad requiem mihi? cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum, quod, quo sit intellectu accipiendum, videris apud Adamantium su-

per

**A** per Genesi, homilia prima. Apud Hieremiam XXIII. Non ne cœlum & terram ego impleo? Et Proverb. X v, In omni loco oculi Dei speculatur bonos & malos. Hinc Cyprianus idem, in abditis & secretis vel semotis locis, in cubiculis etiam ipsis, orandum monet, idque magis fidei conuenire, ut sciamus Deum ubique esse præsentem, audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quæque & occulta penetrare. Cum itaque veteres per Serapinū vniuersam mundi molem, & ipsa rerum principia intelligerent, certatim eum templis magnificentissimis honestarunt; cuiusmodi ea fuerunt quæ in Memphi & in Alexandria celebrabantur. Pausanias Athenis etiamnum templum Serapidis suis se narrat Ptolemæi in gratiam structum. Inuaserat autem Ptolemæum Lagi superstitio ex dæmonis apparitione, qui iusserat, ut apud Eustathium est, mitti nauem, quæ appulit, Phocidi, & accepto inde oraculo Sinopen accessit, indeque Iouis Serapidis simulachrum translulit, quod quidem cuiusnam esset materiæ discerni non poterat, nempe ut chaos ipsum, cuius symbolum erat, præ se ferret. Et quod illi simulachrum in templo Alexandreæ ita vastum erexitum est, ut de B xtera vnum parietem, alterum lœua perstringeret, ex omnibus metallorū lignorumque generibus compositum ferebatur, ut nihil non cōplete retur quod terra vel proferat, vel intra viscera abditum occultarit.

## LOCVPLATATIO.

**E**a autem potissimum de causa Serapis in cultu erat, quod persuasum mortalibus fuit, inde locupletiores diuitias obuenire. Ait enim Psellus, dæmonas nobis sæpe diuitias polliceri. Porphyrius magnorum dæmonum principes Serapin & Proserpinam agnoscit. Nam omnino qui apud Ægyptios Serapis, apud Græcos Pluto est, & Pluto idem qui diuinarū deus. Hinc auarissima metrix apud Catullum sollicita est ut ad Serapin deferatur, cui preces alleget, diuitias & opes petitura, quod is dæmonum princeps locupletandis supplicibus dare operam, eius superstitionis errore crederetur, atque ideo gestare calathum, de quo paulo post plura, unde bona hæc liberalissime depromerentur: nunc pauca hæc pro re sufficiat attigisse.

## LVCRVM.

**E**st & lucri signum caput, verum id apud cōiectores; illi enim capitū magnitudinem insolitam, per nocturnā imaginem oblatam, diuinarum accessiōnem significare tradunt, propterea quod vulgo numi, ut apud Artemidorum est, capita vocantur.

## SALVS.

**R**eceptum etiam est apud omnes, ut caput pro salutis hieroglyphico ponatur, idque in extremo discrimine cōmendare, id adiurare, id deuouere. Hinc totiens apud Homerum ea loquendi figura, ἐπ' ὀδυσσῆι κέρη, ἐπ' ἐρυθρῷ κέρῃ. Hinc Tib. Gracchus cum salutem suam populo commēdaret, manu capiti superposita ire perrexit in Capitolium, quod illi male vertit, interpretantibus inimicis, eum eo signo diadema sibi deposcere. Tale aliquid apud Aristophanem Acharnanibus legas, dicente Dicæopoli: Et si non iusta profatus fuero manu supra caput imposta, quæque vniuersus approbet populus. Sed & portenta huic subscribunt significationi: tacta siquidem de cœlo Cæsarum æde, capita omnibus statuis simul deciderunt: quo quidem ostento præmōstratum est, Cæsarum progeniem vñā cum Nerone eius gentis vltimo defecturam.

# Pierii Val. Caput.

DOCTRINA IMPERIO'VE PRÆSTANTES.

D

**A**ntiquum autem fuit institutum, eos honore numismatū decorare, qui vel doctrina vel imperio cæteris antecellerent, quare Mitylenæi Sapphūs imaginem numis impressere, Homerum Chij, autore Strabone. Horum exemplum secuti Mantuanī principes, Maronis sui speciem in numis aliquandiu expresse, non immeritò sibi alumno eo applaudentes, qui Venetiam vniuersam sui non minis celebritate sempiternæ gloriæ commendarit. Plurimūm verò principum imagines posteritati per eiusmodi monumenta innotuere, neq; numis tantūm, verūm etiam gemmis expressæ: vt tot statuarum memoriam, quibus non suam tantūm similitudinem humano habitu insignem esse voluerunt, verūm etiam facies suas dijs adscribi, vtq; ipsi eorum nominibus vocitari se iussent, prætereamus. Longè illud simplicius, quod Octavianus Augustus numum cusit in quo singula ex vtraq; facie capita, atq; ea quidem pulcherrimè elaborata: eorum alterius inscriptio est, DIVOS IVLIVS.alterius AVGUSTVS DIVI F. quam quidem inscriptionem multis alijs in monumētis usurpauit, vt in lapidibus qui ruinārum iniuriam effugerunt, passim Romæ legitur: cui vt ad blandiretur Ma-ro, Æneidos sexto, Diui eum genus appellauit; in antiquissimis enim Romanæ bibliothecæ codicibus habetur, AVGUSTVS CÆSAR DIVI GENVS. Idem cum Sphingem repudiasset, qua tabellas signare solitus erat, non sine mul torum conuicjjs, qui ænigmata illū missitare cauillabantur, Alexandri aliquan diu imagine signauit, quoad sua demum vti collibuit, cum autoritatis iam validissimè corroboratæ, clarissimusq; habretur. Quin ea signare, qui quoq; subsecuti sunt principes, perseuerarunt.

## PROSPERITAS.

**Q**uod verò pertinet ad Alexandri imaginem, persuasum olim fuit, per uul gata inter homines opinione illi prosperè omnia successura, omnesq; eius actiones adiuuari, qui Alexandrum vel auro vel argento expressum gestitaret, adeò vt Macriana familia, quam suo tempore nobilissimam Romæ fuisse Tre bellius attestatur, Alexandri effigiem cōsueuerit habere quasi familiarem, apud viros quidem in auro vel argento, apud mulieres in reticulis, & dextrocherijs, & in annulis, & in omni ornamentorum genere. Quin & Antoninus Seueri filius Alexandri studio sissimus fuit, cuius imagines cum passim renouasset, mortales, vt huic eius studio adularentur, statuas aliquot erexere, quæ vno corpore facies duas gestarent, Alexadri scilicet & Antonini. Quam quidem superstitionem Chrysostomus acerrima insectatur increpatione: nam & eo tempore abusus huiusmodi circumligandi aurea Alexadri Macedonis numismata capiti vel pedibus, auferri nondum potuerat.

## DIVINA PROVIDENTIA.

**T**IN Theodosij & aliorum qui eo seculo fuerunt Imperatorum insignibus, in atrio præsidis Thebaidos nuncupati, argumentum hoc pictum spectabatur, cuius exemplum in quodam eius militiæ ordinum officiorumq; canone descri ptum Romæ apud Massæos inspexi. Tabula est libris quodam ordine disposita onusta, quorum nonnulli syllabarijs quibusdam notis inscripti sunt, quibus per compendium contentæ in eis rationes indicabantur: alijs nihil præscriptum habet. Supra tabulam fastigium attollitur, in media cuius facie genij duo latum sustentat orbem, in quo caput instar humani, cuius ita inscriptio est, DIVINA PROVIDENTIA. In angulis vero tabulæ quæ descriptos, vti diximus, libros continet,

A continet singulis capita singula sunt apposita, quorum superius à dextera inscriptionem circunductam ostendit, V I R T U S . alterum à lœua, S C I E N T I A . inferius à dextera, A V C T O R I T A S . quartum à lœua, F E L I C I T A S . Quod quidem, vt puto, innuit rerum omniū gerendarū summā à Deo primū emanare, eumq; conciliandū in primis, vt nostra omnia fortunentur. Mox necessariā esse virtutem, quippe animosum, aptum, & idoneum esse debere hominem qui præclaras sit facinora aggressurus. Verū virtutem solam parum prodeste, nisi accesserit & disciplina, cuius scientia erudit, & tempora & occasionses internoscamus. Sedenim & hæc & illa vix sufficient, nisi & autoritas adiuncta fuerit, quam milites populiq; sub imperio contineantur, iussaq; non contanter exequantur. Vnde legas de Vespasiano, cùm esset iam à miltibus salutatus Imperator, autoritatem & quasi maiestatem quandam inopinato scilicet & adhuc nouo principi defuisse, quæ nō prius accesserit, quām è plebe quidam luminibus orbatus, item aliis debili crure, sedentē pro tribunalī pariter adiissent, orantes, vt Tranquillus ait, opem valetudinis demonstratā à Scrapide per quietem, restituturū

B oculos, si inspuisset: confirmaturū crus, si dignaretur calce cōtingere: cumq; vix fides esset rem vlo modo successurā: ideoq; ne experiri quidē auderet, extremo hortantibus amicis palam pro cōcione vtruncq; tentauit, nec euētus defuit, atq; ita, quod primū desiderabatur, autoritatē indeptus est. Sed & quarta necessaria est, felicitas quippe: licet enim animis valcas, experientia sis eruditus, autoritateq; cōmunitus, nisi tibi res feliciter cedat, ruere plerunq; omnia, & elabi in irritum experieris. Addita huic & altera tabula cum eisdem libris & libro: um notis & genijs in fastigio orbem cum capite sustollentibus, sed angularēs circuli affixi adscripta habent nomina singula singuli, V E R , Æ S T A S , A V T V M N V S , H Y E M S , vt scilicet admoneamur, diligenter nos animaduertere debere, vt suo quæcq; tempore agantur, procurentur' ve.

## M V S A.

N Vdum autem mulieris caput, quale Nymphaeum fingunt, nullis gestaminiibus appositis, quæ hieroglyphici notitiam afferre solent, sed quod comā habeat nonnunquam ab occipitio nodo comprehensam, nonnunquam in humeros negligenter diffusam, Diodorus Musæ hieroglyphicum esse contendit, cuius dicto standum, cùm in huiusmodi rebus indagandis non incuriosus fuerit, tametsi nonnunquam sententiam ex vulgo mutuatur.

## T E R R O R .

M Vliebre simulachrum horrificā specie fabrefactum apud Corinthios, imago terroris erat, de quo Pausanias lib. II. Atq; huc nonnulli trahunt Medusæ caput, quam Domitianus pro pectorē gestare gauisus est, vt sui admirationem apud omnes incuteret. Quamvis non desint, qui factum id ab eo in gratiam Palladis, quam vnicè colebat, interpretantur. Sedenim de Medusa plenius in Anguium commentario.

A Pud mathematicos faciem inuenias collo, ore, oculis, & toto capitū gestu tortuosam, idq; cōtradicentem aduersariū significare: cuiusmodi simulachru in X. Scorpij gradū intulere, coq; supra horizontem ascende in lucē editū,

ADVERSARIUS.



# Pierii Val. Bicipitium.

ceruicis forc indomitæ, opinionisq; destinatæ, futurum esse præsagiunt.

D

R O M A.

**M**VLieris verò caput galeatum in plerisq; numis Romam ostendit, non tan-  
tum quia Romani nihil nō armis arrogarint, aut quia suā ad Martē ori-  
ginem referre voluerint, quām vt arcanum illud suum de Romæ nomine publi-  
cari vetito, peritis quidem rerum patefacerent, vulgo verò tenebris osius obscu-  
rarent, re ad interpretationem aliam distracta. Gergithius enim autor minime  
contemnendus, antiquum Romæ nomen Cephalon fuisse tradit, quæ quidem

*Tantum alias inter caput elatura esset,*

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

Sed nos quid solicii sumus, quibus rationibus Roma sit caput, cùm Dominus  
Deus noster Christus Petro prædixerit, nomen illi Cephas cōuenire, quem sci-  
licet Romæ principati destinasset. Aliàs verò cùm eum Petru nominat, ad Ca-  
pitoliū immobile saxum alludit, ac perinde omnium, non Romanorum tantum,  
sed quaqua tota terra habitabilis extēderetur, caput futurus esset. quod dictum  
volui, vt Oecolampadij cōuersio diligentius expenderetur, qui cùm Theophy, E  
lactum Latinum ficeret, verba illa, πάσης τῆς οἰκουμένης, videtur prætermisisse.

## D E B I C I P I T I O.

C V S T O D I A.

**V**o verò humana capita, quorum alterum maris, quod intrò aspiceret,  
alterum sc̄eminæ, quod extrà prospectaret, custodiam significare Ægy-  
ptij tradiderunt, propterea quòd hieroglyphici huiusmodi beneficio  
se se à nullo dæmonum infestari posse persuasum habebant: & vt Horus ait, figu-  
ra hæc satis superq; ad tutelam sufficere credebatur, nullis vel literis, vel impre-  
cationibus appositis, quæ infortunium amolirentur.

D I M A N E S.

**I**Nuenias plerunq; in veterum monumentis capita duo, duabus additis infer-  
nè literis D. M. quod DIS MANIBVS, hoc est, defunctorum tutelaribus  
sacrum vel cōmendatum intelligas. Cæterū, vti dicebamus, Ægyptij id ipsum F  
innuere volentes, & tutelam significantes, nullas addebat literas. Manes verò  
& superos & inferos, augures dicebāt, inuocabantq; eos ita nuncupatos, quòd  
per omnia ætheria terrenaq; manare arbitrabantur.

A N I M A D V E R S I O S E V E R A.

**T**Enedium numum memorat Pollux, ab vna cuius parte duo essent capita,  
ab altera securis, cusa. Seuerissimæ hoc animaduersiōnis signum, vt in Ar-  
mis alibi diximus, habebatur, qua Tenediorum Rex filium percuti iussit adul-  
terij conuictum, lata prius ab eo lege, vt in adulterio deprimens mas & scemi-  
na eodem supplicio securi subiacerentur. Quo iudicio cùm neq; filio pepercis-  
set, rem eo monumento iussit insigniri. Meminit huius legis etiam Aristoteles  
in Tenediorum republica. Et prouerbium in acerbos iudices inde factum, Te-  
nesia securis.

P R V D E N T I A.

**Q**Uod verò bicipitium Iani apud Romanos celeberrimū fuit, sunt qui pru-  
dentiam solertiamq; regis præse ferre autument: prudentis enim hominis  
est præterita noscere, futura verò multò antè præuidere. Hinc illa apud Persium  
exclau-

A exclamatō, cūm hominis nescio cuius prudentiam desideraret:

O' Iane, à tergo quem nulla ciconia pīsūt.

Eodem fermē significato Anteuorta Postuortāq; diuinitatis assumptiæ comites colebantur.

A N N V S I N I E N S.

**N**Equa tamen desunt, qui bicipitum hoc ad munus occludendi aperiendiq; anni referant: nam & Cyprianus bifrontem eum exprimi scribit, quod in medio cōstitutus, annum incipientem pariter & recendentem spectare videatur. Quæ verò super hoc Ouidius latè describit, apud eum videnda prætero. Imberbe Iani bicipitiū in numo quodam est, ab cuius altera parte quadrigæ sunt, cum loue fulminante: inscriptio literis fossilibus, R O M A, quod nimirum ipsius Reip. sigillum fuerit. Geminus verò Janus vtracq; facie barbatus in argenteo numero est, in quo literæ, L. F. M. F. O. V. R. I. Ab altera parte trophæum est cum flagello & sceptro, cuius apex serpentinus: Roma iuxta, quæ coronam ciui- cam trophæo superimponit.

B

S A T V R N I B E N E F I C I A.

**I**Anicos plerosque numos videoas capitibus geminis vna ceruice contentis, vna parte signatos, altera naui. Sunt qui ex hieroglyphicis huiusmodi Saturni beneficia significari tradant, Ianumq; eo monumento Saturno gratiam relata voluisse, qui naui ex Ægypto in Italiā vectus agriculturam commonstravit; nam à satu illi nomen apud Latinos fuit. Deratico verò huiusmodi numo ita Ouidius:

*At bona posteritas puppim signauit in ære,*

*Hospitis aduentum testificata Dei.*


Hunc verò fuisse primum numum cusum, & à Iano ipso signandi æris morem inuentum, pleriq; memoriæ prodidere. Sed & Cecropis effigies biceps facta, quod linguas duas calleret, Græcā & Ægyptiacam. Porrò fama est Athenienses Ægyptiorum colonos fuisse, è Sacensi ciuitate duce Cecrope deductos, vt Nazianzenus in Monodia Basilij.

I N C O N S T A N T I A.

**A**lioqui Mathematici bicipitum inconstantiae hieroglyphicum posuere. Nam tertio supra vi gesimū Leonis gradu bicipitis hominis simulachrum oriri confinxere, quod eo ascidente gradu natum, inconstantis ac leuiter mutabilis voluntatis atq; sententiae fore præsagiunt.

**C**ontrà verò quos Ianos huiusmodi bicipitio insignes plerisque locis videoas, sed sine manibus ac sine pedibus, quadrangulari quodam scapo ita præciso, vt ab humeris vbi in quadrum abire incipit, deorsum versus magis ac magis angustetur, per hieroglyphicum hoc sunt qui firmitudinem & stabilitatem eorum denotari dicant, quæ sapienter & maturo consilio gerantur. Quod verò manibus & pedibus careant, vim diuinam ostendit, cui nihil

B E N E C O N S U L T O R V M  
stabilitas.



# Pierii Val. Tricipitium.

horum opus ut quod facere destinarit efficiat: Deus enim simul & annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Et alter, Dicto citius tumida equora placat. Illa præterea dilatatio quæ sit à basi sursum versus ascendendo, ostendit humana omnia, quo diuinitati proprius accedunt, eo augustiora amplioraque fieri. Vnde apud Maronē Dido apotheosin sibi, ob res à se præclarè gestas pollicita, dicit:

*Et nunc magna mei sub terras ibit imago. de quo alibi latius.*

## D E T R I C I P I T I O.

G E R Y O N E S.

**R**er tricipitium verò Geryonem in primis significari passim inuenias. Quid autem sibi Geryones velit, & vtrum historicū an fabulosum fuerit cōmentum, vt adhuc in ambiguo sit, scriptorum varietas efficit: vulgarior tanien ea est opinio, tris in Hispania fratres vnanimi concordia imperiū obtinuisse, quos Hercules oppresserit. Græci, vt ingenio sunt ad comminiscendum noua promptissimo, alia atq; alia super Geryone tradiderunt: sed inter eos Hecatœus Geryonem affirmat loca circa Ambraciam & Amphilochos tenuisse, E indecque abactas boues, quæ specie mirare reperiantur in ea regione valde herbida, & pascuis lætissima. Alij in Euxino ponto urbem τεκαριων memorant, cuius principem Geryonem Hercules sustulerit, cumq; boues speciosissimas eius abi geret, interroganti cuius illæ fuissent, responsum, Geryonæ Tricarení, quod tricipitis sonat, inde datum locum fabulæ.

**S**Anè vt Hispania, quæ tripartito diuisa est, per Hieroglyphicum Geryonis intelligatur, tum autores pleriq; tum Imp. Hadriani tertium Consulis numus ostēdit, in quo simulachrum triceps hastæ innixū, quod dubio procul factum ob Hispaniam peragratā, siue vt originationem suam ostenderet, quod Gaditana esset matre genitus, vt apud Spartanum est.

H I S P A N I A.



F

L V N A M E N S I S ' V E .

**I**nterpretes Hesiodi τεκέφαλον χειροῦ Lunam significari contendunt: alijs tempus præsens, præteritum & futurum: alijs triplicem mensis diuisionem, quæ ternis apud Græcos denarijs dispescitur, apud Latinos in Nonas, Idus, & Calendas diuiditur. Græcorum nuncupationes sunt, ισαμπλίς, ὥδη δέκα, φθίνοντθ, quarum nuncupationū vltima, dierum numeri Romano more retrocedunt.

A V X I L I A R E S.

**N**Ec me præterit Plutarchū in libro De ciuilibus institutionibus ad Traianum, asserere Geryonē multis oculis, multis manib; & pedibus præditū ea de causa vulgo dictatum, quod in negotijs obeundis consilio uno, multorū opera vti cōsuerit, quod in principe vel alio quopiam, cui reipub. summa credita sit, cōmendabile plurimū habetur. Non enim omnia possumus omnes. Idcircoq; Pelopides laudatur, qui legationē initurus, cùm se ad dicendū parum idoneum intelligeret, adiutorē sibi sociumq; munieris Epaminondā cooptauit. Sic Nicias cū ad labores tolerandos imbecillo admodū corpore & inexperto esset, Lamachū sibi & robustū & industriū sociū accepit. Quod verò ait Plutarchus Geryonē pluribus oculis manibusq; præditū, eundē & quadricipite legas apud Ari-

A Aristophanem, vbi de Lamacho loquitur, βέλει διαμάχεσθαι τηνόντε γραπτήλω.

**T**RICEPS quoq; Serapidis imago in numisma

tis quid sibi velit, in brutorū commentarijs sparsim attigimus: sed id nunc locupletius explicandum est. Tricipitiū est ex tribus animalibus, quorū in medio est leonis caput vastū admodū, dextra parte canis applaudibūdi blandientisq; lœua lupi: supernè calathus insidet: quæ species vniuersa anguis ambitu complexa est. Qui Solēm hinc interpretant, ex capite Leonis tempus præsens indicari volunt, quod eius conditio inter præteritum futurumq; actu præsenti valida feruensq; sit. Præteritum ex lupi capite coniunct, quod animal est admodum obliuiosum: obliuio autem de præterito est. Futurū ex adblandientis canis effigie, quod est indicium spei, quæ nobis semper adblanditur: spes verò semper de futuro est. Competit verò Soli temporis cōsideratio. Quid verò sibi velit serpens, vt Deus sit, vt temporis autor, alio cōmentario sati explicatū est: alibiq; ostendimus huiusmodi tricipitium prudentiæ conuenire. Calathum verò loco hoc aiunt altitudinem sideris commonistrare, vimq; refertissimam ac opulentissimam, quia in eum omnia terrena redeunt, dum immisso calore rapiuntur.

## I V P I T E R    A E Q V V S .

**Q**VAMVIS qui Serapin Iouem esse dicunt, modium eius capiti superpositum ea de causa figurari autumāt, q; omnia sint æquis distributionibus ab ipso rerū omniū arbitro moderata. Nā vt optimè Maro, Rex Iupiter omnib. idem.

**E**T Dianæ simulachrū tribus insigne capitibus celebratur, quorū vnum equinum, caninum alterum, tertium humanum, sed facie admodum rusticana. Vnde Maro,

D I A N A .

Tergemināmq; Hecaten tria virginis ora Dianæ, dixit. Apud Arginetas tamen vna tantū facie & vnico corpore singi Hecatē, talemq; apud eos statuam se obseruasse Pausanias tradit, Alcamenemq; primum tria illa simulachra inuicem conexa excogitasse. Quid verò sibi velit equus, canis & rusticana illa facies, in eo simulachro alibi docuimus.



## Q V A D R I F R O N S .

### Q V A T V O R    A N N I    Q V A L I T A T E S .

**C**VR verò Ianus quadrifrons plerisq; locis informari solitus sit, ea fuit causa, quod illi rerum omnium principia finesq; introitus exitusq;, dedicati essent: quin & quæ illi templa ergebantur, quadrata specie fiebant. Et mercatorum stationes trapezitarumq; mensæ, in eiusmo dī Ianis habebantur, de quibus apud Horatium:

Hæc Ianus summus ab imo perdocet.

Ad id etiā spectabat ea effigies, vt quatuor anni qualitates indicaret, quas Græci Latinicq; horas visitatissimo vocabulo appellarunt. Horatius de Ioue: Varijsq;

# Pierii Val. Quadrifrons.

mundū temperat horis. Et quoniā in horas incidimus, erat apud Megarenses Io D uis simulachrū, supra cuius caput & Parcæ & Horæ statutæ erāt ea de causa, inquit Pausanias, q̄ fata in Iouis omnino potestate consistat: Horas verò, quippe quæ nos anni tempora dicimus, arbitrio suo disponat. Cæterū quod ad Parcas attinet, Æschylus Iouem quoq; ipsum fato subiectum esse dicit, ita super eo locutus: οὐτοὶ τὸν αὐτὸν φύγοντες τὴν περιφερεῖλα. Atq; hinc fortè Parcæ illi supra caput insident.

## I A N I   F I L I A E   I I I .

**C**ritolaus tertio Περὶ φαινομένων, Iani simulachrum ideo quadrifrontem figurari dicit, quod filiæ eius quatuor laqueo gulam fregerint, Iani patris desiderio, quem agricolæ lapidibus obruiſſent: ubi de Iano illo loqui videtur, qui Saturni filius perhibetur, qui vino finitimiſ agricultoris cōmunicato, cùm ī suauitate illecti plus æquo hauiſſent, in ſomnumq; prolapsi diu iacuiffent, experrecti demum, venenumq; ſibi propinatum arbitratī, conſurrexerunt in Ianum, eumq; lapidibus oppreſſerunt. Hæc eadem à Plutarcho referuntur.

Q V I N C V C E P S .      M A N A S S E S .

**Q**Vinis verò frontibus neminem præter Manassem formatum legi, qui Rex E Hebræorum posteaquam prophetam Eſaiam ſuſtulit, quincuplici facie ſtatuum ſibi poſuit, vt longè plura ſe perspicere indicaret, quam Prophætæ, qui Vi- dentes appellabantur.

## S E P T I C E P S .

**M**Athematici, ſi Petri Aponensis inuenta ſu- mus admissuri, quæ vnde deſumpta ſint, quamq; antiquum ſit argumentum illud, alibi declarauimus, hieroglyphicum ſeptem capitibus inſigne, quintodecimo Geminorum gradu ſtuere, inde ſignificantes, ſub eo graduum numero in lucem editum multifciuum fore: quippe nullum doctrinæ genus, artem nullam, nullam denique linguam eſſe celebrem, quam is non ſit optimè consecuturus: eundem tam publicis quam priuatis rebus agendis aptiſſimum, & inter mortales admirabilem omnino fore pollicentes.

MVLTISCIUS.



F

## D E   C O M A .

**A**pilli verò cùm ad caput pertineant, hieroglyphicis eius poſtulant adſcribi, qui nimirum in diuinis literis cogitationes quibus ornatur anima, mensq; contegitur, ſignificare ferunt à venerandæ antiquita- tis thcologis: anima enim ipsa cogitationes generat, perinde ac caput ſibi capillos profert, quibus ornetur & obtegat. Hinc illud, Capillos capi- tis nostri numeratos eſſe, cogitatus quippe noſtros omnes Deo patescere. Ton- dere aut, ſuperfluas & inutiles cogitationes ſummouere ſignificat, quæ niſi ton- deantur, vel obceccant, vel aliquod aliud afferunt impedimentum. Eucherius pi- los veterū cogitationum indices eſſe dicit: ideoq; imperatū à Moysē, vt Leuitæ abradant omnes corporis ſui pilos. In Nazareis autem non tondere, neq; qui- dem pati vt eorum caput à nouacula tangatur, indicium eſt, eos cogitatus fuos, atque omnem vitæ rationem, ita Deo dedicasse, vt nihil in eis ſuperfluum appa- reat. Nam & qui ſacerdotibus mandauerunt vt barbā nutrirent, quod in Naza- ræorum quandam ſimilitudinem olim Concilia pleraq; ſtatuuerunt, fieri hoc in- tellexerunt,

**A** tellexerunt, vt hi dum barbam capillo'sve vel viderent vel attrectarent suos, sui identidem officij recordarentur, cogitatus quippe suos in Deum dirigendos, totum esse sanctum debere sacerdotem, bono semper uti consilio, & in se nihil admittere, quod vel mutare vel summuere sit opus. Quis est hic, dicet aliquis, vt laudem Deo demus? Esto vel nullus, vel quam rarissimus, admonitio ramen hæc sub oculos assidue obuersata, proficere aliquid potest, veluti reliqua quoq; sacerdotis ornamenta gestaminaq; aliquid præ se ferunt singula, que per hieroglyphicū quæq; suū, hominem integratatis admoneat. At decies in die vel iustum cadere clamitabunt, ideoq; tondendum identidem, vt auellendarum cogitationum prauarū memores identidem simus: seducere enim seipsum hominem, qui se sine peccato esse professus fuerit. Atqui sanctius est longeç laudabilis, in eo mentem cogitationēq; omnem collocare, ne potius peccemus, quām quotidie peccare, vt emendationis admoneamur. Sedenim quantū ad comam attinet, modum his moribus Gregorius sapientissimè præscripsit, qui quarta & vigesima libri primi epistola, capillos ipse quoq; in capite ait exteriore cogitationes indicare, & præsentis vitæ curas exprimere, quæ quidem ex negligeti atque torpescente sensu coortæ, quia minus opportunè prodeunt, nobis quasi non sentientibus pullulant. Igitur alijs qui præficitur sacerdos, necq; prorsus debet sollicitudines exteriore à se projcere, necq; illis multum inhærere. Coma itaq; ne quaquam deglabretur, sed ne immoderatius excrescat, diligenter attondeatur. Quod verò de non abradenda in rotundum facie capillorum, lege prohibitum est, vel vt LXX reddidere οὐσίων, facere more barbarico, quod nonnulli densioris capilli tædio factitant, ob paganorum instituta nonnulli vetitum putant, apud quos voueri comas, & puerorum capita dæmonibus offerre mos fuit.

**B** Æterum rasitatio capitis apud Græcos pariter & Latinos diu seruitutis indicium fuit. Ideoq; Agrippæ Posthumi seruus nomine Clemens magna ausurus, vt pro Agrippa iam necato, cui nonnihil omnino similis erat, sese ferret, & res nouas in repub. concitaret, furatus domini cineres, Coram Hetruriæ promontorium

**C** vectus ignotis sese abdidit locis, donec (inquit Tacitus) crinem barbamq; promitteret: nam serui caput rasitabant. Apud Aristoph. Auibus, Pistorherus admiratur poëtam, qui se Musarum seruum dixerat, comatū esset. Et apud Latinum Comicum, tanquam mirum de se futurum dicit Amphitryone seruus Sosia,  
Ut hodie abraso capite calvus accipiam pileum.

## SERVITVS.



## LIBERTAS.

**O**nirocritæ frontem capillis glabram imaginari, indicium esse autumant liberationis à molestijs & impedimentis. Quin & caluitum ipsum, accersitis in iudiciū, aut supplicium timentibus, effugium ostendit. Idcirco verò Lace-dæmonij frontes abradi, capillum à tergo demitti iusserunt, vt longè tutiores in bello essent, adimereturq; hosti facultas in pugna capillum apprehendendi. Nam & barbam etiā ea de causa, præter Græcorū aliorum morem, rasitare consuerunt. Quod si fugam meditarentur, instabat à tergo vinculum atque ansa, quo capi possent: atq; ita præ capturæ metu destinatiore animo consistebant,

# Pierii Val. Caput semicrinitum.

aduersisq; dimicabant. Pollux Euboicos opisthocomas vocatos ait: & Hecto- rem Timæus ea per terga fusa coma insignem describit, id quod Abantes pri- mos omnium excogitasse Homerus tradit. Idem Homerus οὐρανοῦ τοὺς Græcos ea de causa vocat, vt antiqui eius interpretes tradunt, quòd moris esset apud Græcos comas nutrire, in signum fortitudinis: Theseacq; primum aiunt anterio- rem capitinis comam Apollini Deliaco dedisse.

## M O L L E S.

**A**lioqui coma tam apud Græcos, quam apud Latinos, mollitie semper si- gnum fuit: comatum enim puerum Græci probri causa dicunt. Et Cicero paſſim, capillum nunc compositum & delibutum, nunc comptum & maden- tem, nunc calamistratam in vnguentato Consule comam incessit. Vituperat & Maro madentem crinem Mæonia suffultum mitra.

## DE SEMICRINITO CAPITE.

 Siris nō semel dicēdus est nobis, tot & tanta fuerūt ea quæ super homi- nis celebritate veteres memorię prodiderūt, dum commentū alij, histo- riam alij consequant̄, veluti de semicrinito eius capite varia traduntur. E

## O S I R I D I S P E R E G R I N A T I O.

**N**am eam effigiem in Osiridis memoriam fieri, autor est Xenophon, quis ille fuit qui scripsit Äquiuoca, quod nonnulli peregrinationem eius ostendere interpretantur. Ita verò habebat simulachrum huiusmodi, vt qua parte crines & barba promittebantur, ita prolixī sinerentur, vt alteram oris partem omnino cooperirent. Causam hanc afferunt: quòd toto expeditionis tempore quo Gigantas bello persecutus est (id decennium in Italia fuisse ferūt) capillum & barbam nutrierit, quam mox in Ägyptū reversus deposuerit. Vnde mos inoleuit apud Ägyptios, vt peregrinantes barbam & comam nutrirēt. Superioribus annis facies huiusmodi dextera parte capitis crinita, lœua abrasa, Viterbij antiquo lapide visebatur: egoq; apud Petrum Melinum virum Rom. nobilitate & literarum peritia insignem marmoreum capitulum vidi à sinistra parte capillatum, à dimidia altera glabellum.

## M A R I V M I N T E R I T V S.

**C**oniectores (nam libenter hos in comitatum accipimus, quòd eorum di- F ctata magnum cum Ägyptiacis hieroglyphicis similitudinem habēt) rem aliter interpretantur. Nam dexteram capitis partem capillis denudatam imagi- nari, ostendere aiunt mares consanguineos extingui debere: quòd si nullos ha- buerit, damnum nihilo secius aliquod extimescendum.

## F O E M I N A R V M I N T E R I T V S.

**S**i verò lœua capitis pars sine capillis esse visa fuerit, cui hoc acciderit, fœmi- nas, si quas habet consanguinitate iunctas, interituras ostendit. Si non ha- beat, alicunde damnum omnino obuentūrum: cognatorum enim hi significa- tiuum caput constituūt. Dexteras verò partes mares, sinistras fœminas, in Tau- ri commentario non ex coniectorum tantum opinione, sed & medicorum & philosophorum & astronomorum etiam traditionibus indicauimus.

## S O L I S V I A E.

**Q**uidem Osiridis rem curiosius interpretantur, Solem aiunt apud Ägy- ptios Osiridis nomine acceptum, & manifesto naturas ipsius argumento lœuas partes abrasas ostentare, dexteras verò hispidas. Nam quo tempore dexteras,

**A**dexteras, hoc est, septentrionales mundi partes inambulat, virent omnia, herbis, fruticibus, arboribusq; tum pubescentia, tum hispida: quo in lœuam vertente, abradi omnia videntur.

## SENECTVS MISERA.

**Q**ccipitum verò caluum, vt ijdem coniectores opinantur, senectutem indicat inopem & infelicem.

## IACTVRA.

**Q**Vòd si toto capite caluitum esse visum fuerit, amissionem eorum quæ ad vitæ ornamenta pertinent, præmonstrari tradunt. Quin & abradi caput, nisi sacerdotes sint, aut scurræ, aut quòd id facere consuerint, malum portendit, bona quippe eorum vi auferenda: nauigantibus naufragium, morbo affectis periculum extremum, citra mortem tamen, quòd moris sit naufragio facto capillum deponere, necq; non à morbo conualecentibus.

## SUPERFLVA SVMMO TA.

**B** **Q**Vòd verò sacerdotes Ægyptij quotidie rasitabant, necq; ullum capillorū vestigium toto capite cerni patiebantur, hieroglyphicè significare volebant, superflua omnia summoienda, cuiusmodi significatum habetur XXI Deuteronomij, vbi si mulierem quis ex hostico viderit approbaueritq; ita vt eam vxorem ducere concupiscat, iubetur inter alia caput eius detondere, vnguesq; præcidere: hoc est, vt Cyrillus interpretatur, si quid in profanis disciplinis deprehenderimus, quod approbemus, idq; in usum nostrum transferre cupiamus, dandam operam vt ex his quæ superflua fuerint, amputentur.

## VIRTVTIS DECOR.

**I**N diuinis deniq; literis multa leguntur de Samsonis coma, quam studiosissimè nutriuerit, propterea quòd dum ea capiti esset applicita, quo diffusior erat, eo ipse viribus valentior, & ad iniecta quælibet vincula disrumpenda robustior efficiebatur: ea verò detonsa, deficiebat viribus, & toto robore destituebatur. Intelligitur verò Samson Nazaræus, vir aliquis Deo dicatus: comam enim is ordo religiosissimè, vti dictum, nutritab: per quam amplissimæ virtutis ornamentum accipimus, quæ caput, hoc est intellectum nostrū decoreret, quæ quo magis excrescit, eo fortiores aduersus aduersarios motus efficimur. Per alieni-

**C**genas qui vincula contendunt iniçere, humanos affectus & cœcupiscentiæ vim intelligimus: id enim innuunt preces sacræ, dum parci nobis ab alienis supplcamus. Quòd si eueniat vt humana vieti fragilitate mulieris Dalidæ, hoc est corrupti sensus amore corripiamur, declinamus in somnum, & in eius gremiu obdormiscimus, obliti scilicet eorum quæ rationis lumine irradiati vigilantes operabamur, iam facti desides ignauicq; bona opera intermittimus: ita mulieris dolor tondemur, hoc est, voluptatis insidijs illeçti spiritus fortitudinē amittimus; & in hostium ita potestatem incidimus, qui nos vexent, exagitent, & ludibrio habeant. Nulla enim re magis cruciatur homo, quam rerum humanarum cura: aut enim simulach huic deditus fuerit, auaritia, aut amore, aut odio, aut inuidia, aut alia quapiam lue molestatione q; male affectus assidue laborat. Vbi verò resipiat (id enim est vbi expergesfactus fuerit) errorem agnoscit suum, penitentiamq; adductus amissam studet comam reparare, paulatimq; vires ita resumere, donec pristino recuperato labore, peccato iam moriturus, cum vniuerso inimicorum conuentu exitialem in se ruinam trahat, extinctaq; omni cupiditatum & vitiorum manu, mundo etiam ipse moriatur.

# Pierii Val. Canicies & Barba.

## D E C A N I C I E .

S E N E C T V S .



Vperuacuum videtur per canos senectutem locorū vbiq; significa-  
tam dicere, sed illud cōmemoratione non iniucundum fuerit, quod  
in hanc sententiam ostenta olim p̄emonstrauere. Galbæ siquidem,  
cūm is prouinciam Hispaniam Tarragonensem ingressus sacrificâ-  
ret intra ædem publicam, accidit vt puerò è ministris acerram tenenti capillus  
repentè toto capite canesceret: quod rerum mutationem significare aruspices  
respondere, successurumq; iuueni senem. Nam is Neroni Claudio successit, qui  
alterum & x x x natus annum sublatus est, ipse tertio & septuagesimo ætatis  
anno Imperium adeptus. Sedenim coniectores ominosum habent, si vel puer  
vel adoleſcens in senem mutari sibi visus fuerit; mortis enim propediem affu-  
ræ signum hoc volunt. Necq; lætum esse, si contrà senex fieri se puerum imagi-  
natus fuerit, portendere enim hoc imprudenter eum aliquid facturum, quod ei  
nocumentum afferat, propterea quòd, vt Homerus ait,

αὐτὸν δέ τοι πάντας αἰδεῖσθαι φρεάτην καὶ θύειν πάντας.

D

## D E V S P A T E R .

**I**Nuenies in diuinis literis Deum visenda canicie figuratum, vt apud Danie-  
lem: Capilli capitis eius quasi lana munda. Angelos hinc Eucherius, & alba-  
torum multitudinem significari tradit. Alij ad humanæ naturæ similitudinem  
transferentes, ideo fieri autumant, vt dierum antiquitas inde subinnuatur: Deo  
enim nihil antiquius. Quod ea de causa libentius adnotavi, quia scio esse ple-  
rosque etiam quantivis precij viros, qui Deum patrem ea canicie insignem pin-  
ginequaquam approbent.

B

## D E B A R B A .



E barba verò alijs atq; alijs temporibus, apud alias & alias gentes  
varia semper fuit institutio, neq; constans vñquam vsus. Verùm de  
ritibus nūc dicere supersedebimus, quòd materiam huiusmodi per-  
petua nuper declamatione percurrimus, vbirationes explicuimus,  
cur sacerdotibus comam nutrire vetitum sit, barbam verò abradere non con- F  
cedatur. Verùm hic significata tantūm prosecuturi sumus.

V I R .

**V**Num ergo atq; id præcipuum est barbæ hieroglyphicū, vt virilitatis indi-  
cium sit. Nam etsi alia sunt signa quæ marem à fœmina secernunt, quia ta-  
men pleriq; viri dicuntur effœminascere, mulieresq; identidem virum induere,  
barba viri illius signum apud veteres habitū, qui non sexu, sed virtute ipsa lon-  
gè alius à fœmina reperitur. Nam & mulieres, si quæ virtutem hanc consecutæ  
sint, viriliter agere dicunt. Vnde Horatius de Cleopatræ animis ait: Nec mulie-  
briter expauit ensem. Quòd verò virum barba significet, multa sapientū dicta  
testantur. Nam barbam se ideo gestare Diogenes respondebat, vt se virum esse  
subinde recordaretur. Haliabas & pleriq; philosophi admodū clari, barbam di-  
xere viris à natura ornamenti dignitatisq; causa contributam. Inde Artemido-  
rus, filios tantū ornamenti patribus afferre dicit, quantū ori barba decoris ad-  
dit. Cynicus apud Lucianū tam deformē putat esse ornatum barbæ auferre vi-  
ris, quam leoni iubas attondere. Thesea perhibent tondere barbam nunquā vo-  
luisse, vt virtutem ipse suam eo profiteretur indicio, qui tamen omnium primus

ante-

**A**nteriorem capitum comā Apollini Deliaco dedicauit. Sed hæc tam multa sunt, ut si omnia complecti velim, nunquam habitura sint finem. Ad nostra igitur revertamur. Sed nec radetis barbam, inquit qui Dominus est; vel, ut LXX, Non corruptis barbæ faciem, quia perfectionis nostræ signum est barba, Hierosolymitanus ait Hesychius. Neq; enim est congruū, virtutes, quarum barba symbolum gerit, corrumpere, agentes nos nō sub vero, sed sub falso & ficto habitu. Theologi veteres, quos imitatur Eucherius, eo loco Regū, vbi Hanno Animonita nunc̄js Dauidicis, qui de patris obitu Regem consolaturi aducerat, barbas abstulit ad ignominiā, historiam ad mysticum sensum deducentes, Hannonem iniuriosum diabolum esse dicunt, qui subinde bene facere volentibus barbam abradit, hoc est, fortitudinem adimit. Ita apud eos barba erat fortitudinis hieroglyphicum, quia scilicet virum indicat. Atq; vbi Dominus XXI Leuitici cap. repetit ad sacerdotes filios Aaron: Non radent caput, neq; barbam, inquit, caput & barba, ait Hesychius, sapientiæ est & perfectionis nostræ signum.

**B** Crux vero intonsa semper barba sit Aesculapius, cùm tamen pater eius Apollo impubis passim ostentetur, capillo eius tantummodo luxuriante hieroglyphicum philosophi sic explicuerunt. Nimis ille rerum autor viridi semper fruitur iuuenta; verum omnia quæ cuncte generantur, in seniū ocyus aut serius vergunt. Sed quamvis ita passim barbatus Aesculapius figuraretur, apud Sicyonios tamen simulachrum eius imberbe ex auro & ebore confectum fuisse, Pausanias tradit.

**F**acere mihi videtur ad institutum negotium (ut id etiā addamus) quod sacerdotes illi imperium hominem, eumq; presertim qui vniuersum vitæ tempus domi sessitarit, nec aliorum mores hominum peregrinantes urbes inspexerit, ut ita rerum ignarus sit, ne

**C**rei cuiuspiam rationem norit, non amicitiæ, nō hospitalitatis iura suscepit, ipse quis sit, vtrum sit, an non sit, id quoque nesciat, per asinum caput humano appositum truncò significabant. Asinum enim esse imperiæ hieroglyphicum, suo satis commentario declaratum est. Solitos vero Aegyptios humana corpora brutorum capitibus insignire, prout hoc vel illud animal alia atque alia præ se ferebat significata, testimonio ea multa sunt, quæ in gemmis, in marmbris, in æs, ad hanc usq; diem monumenta superauerunt, quorum intellectus ad simplicium significationes referendus est. Hæc enim hoc loco persequi, infiniti laboris esset, & reliquis commentarij de animalium significationibus deriperet argumentum.

## D E C E R V I C E.

**A**Diuncta capiti ceruix est, ita ut caput raro sine ceruice proponatur. Ea autem vel sola aliquod habet hieroglyphicum. Nos igitur & natura &

ORTA SENESCERE.



IMPERITIA.



# Pierii Val. Ceruix & Dorsum.

Hominum mores securti, aliquid etiam super ea referemus. Neque enim frustra D illa modò mollis atque summissa, modò rigida erectaque, sed veluti ex habitu gestuque aliquid præ se fert quod omnibus manifestum videatur, ita non indiligerenter veteres sua inde significata desumpserent.

## S V P E R B I A.

**I**N diuinis sanè literis pro arrogātia atque superbia ceruix accipitur: quare Psalmo trigesimo supra centesimum, impiorum concisas ceruices legas, pro edomitica superbia. Quamvis eo loco non desunt qui funes, hoc est, vincula legendum asseuerant, quæ scilicet insolentes iniecturos se minitabantur. Pro elati verò animi signo: Filiæ Sion ambulauerunt extento collo.

## F E R O C I T A S.

**N**Ostri ferocitatem per ceruicis hieroglyphicum exprimere maluerunt: vnde Horatius Epistolis:

*At vos Seu calidus sanguis seu rerum infertia vexat Indomita cœruice feros.  
Et elatae rigidæque ceruicis homines physiognomici superbos esse dicunt. Et apud Esaiam cap. XV, contumax huiusmodi vitula, sternax, & indomita, pro ingenio nostrum documentum notatur. Et Psalmus XXVIII supra centesimum: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.*

## A V D A C I A.

**P**Ro audacia, multa apud Ciceronem, ut illud in Verrem: Tamen si qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cum prætor adsit, contra voluntatem eius iudicare: & huiusmodi pleraque.

## S V M M I S S I O .

**C**Ontrà verò summissum animum apposito iugo significat, estque hieroglyphici huiusmodi metaphora apud scriptores visitatissima. Cic. in Ant. Dan dæ ceruices erunt crudelitati nefariæ: legiones ad urbem adducere, & eas in ceruicibus nostris collocare cogitat. Et de natura Deorum, Itaque imposuisti in ceruicibus nostris sempiternum dominium. Absque iugi verò signo in obsequijs significatum vitula est Osee X. quæ trituram amare docta, super Ephraimci colli pulchritudinem transitura sit.

## D E D O R S O.

**C**Erla subiectur dorsum. In dorso gibber esse solet. Gibberosus homo hieroglyphicum eius est, qui, ut in diuinis literis habetur, refigitur à sacris, eumque significat qui flagitorum sarcina oneratus est, neque tamen errorem aut delictum intelligat suum, vt pote qui non videat manticæ quod in tergo est. Vide verò illud, Quid operatur gibberosus quasi rectus: ab Rege Israël dictum in Regem Syriæ.

## F V G A.

**D**Orsum autem fugæ manifestum est hieroglyphicum. Vnde primo Regum, vbi de Dagonis idoli casu scribitur, Arca Domini iuxta locata, non frustum dissipasse, manecque dorsum eius tantum inuentum: quod indicium fuit, veri numinis aduentu falsum eiectum, & in fugam actum. Nam qui fugiunt, persequentibus dorsum dant. Eadem sententia Psalmus scriptum: Quoniam pones eos dorsum: hoc est, cuges eos arrepta fuga dorsum obvertere. Id nostri dixerunt, terga dare.

## D E

A

## DE HUMERIS. V I R E S.



Vmeri dubio procul vires & fortitudinem, vt Eucherius ait, in sacris literis indicant. Vnde propheta cum magni arcani onus crucem ipsam gestandam prediuinaret, Potestas, inquit, super humerū eius. Cic. de Senectute: Cum humeris bouem sustineret viuū. Et orat. pro Flacco: Respub. quam vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris in- quam humeris, Iudices, sustinetis. & ita saepius.

**PIERIVS VALERIANVS BOLZANIVS, AD VR-**  
**BANVM BOLZANIVM PATRVVM, DE IIS QVÆ PER**  
**Oculos, Aures, Nasum, Os, & in eo partes significan-**  
**tur, ex sacris Aegyptiorum literis.**

B **H**acile meminisse potes, honoratissime Patrue, quarto ab hinc mense cum Ueneribus esse, tēq; viri illi clarissimi, Daniel Ranerius, Nicolaus Leonicenus, & Leonicus Thomaeus adiissent, Græcas adhuc literas etate tam confecta docentem inspecturi, quænam illa fuerint, quæ super oculis ex totius antiquitatis eruditione repetisti, quæq; illi ad propositum argumentum addidere, quid super auribus, quid super ore & eius partibus examinarint. Nam eum tu diem, ob eorum amicorū convenutum, tam variam rerum eruditioem inspectam, quæ hinc inde emicuit, inter totius virtutum iucundissimos recensuisti. Comperimus verò te in honestissimo studiosorum cætu Pindari oracula interpretantem, forteq; locum illum explicabas, Nemeis, Diniæ, μασθεὶ τὰς τοπικὰς ἀρματάς πίστις. hic tu horum aduentu plurimum exhilaratus, opportune de lætitia, quæ statuerit in oculis fidem, differuisti. Cestit enim, interpretabar, voluptas ex oculis fidem facere: lætitiam scilicet oculi patentioris figura hieroglyphicè apud Aegyptios significari, in ijsq; iucunditatis præcipuam esse sedem, quia gaudium se primum ab oculis prodat. Eorum enim tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum explicari, atque ut nostri aiunt, eos nimis argutos, quemadmodum animo affectis sumus, loqui. Polemonis dictum haberi, oculos esse tanquam fores animi: per oculos quidem animum emicare, in idemque animum introspecti: ex quo nonnulli oculum verum cordis nuncium dictarunt. Usque adeò verò totā corporis vim in oculis incumbere, vt Zamolxis & Abaris philosophi totius corporis curatione opus esse dixerint, si quis oculis mederi vellet, quod si corpus curare quis affectaret, animum in primis depurgandum. Subiecisti mox: Essent autem multa ex Aegyptiorum doctrina in oculorū hieroglyphicis: sed ne vos κατὰ πάρεργα importunè demorerer, reliqua Pindarica prosequar. Imò, respondit Ranerius, per opportunè, Urbane pater, in hunc sermonem incidisti, ut de literis Aegyptiacis loquererere. Nam per totum hæsternum atque hodiernum diem hospites hosce meos Leonicenum atque Leonicum fatigauit, super huiusmodi generis doctrina eos percontatus, qui quidem multa eruditissimè, tanquam sacra Cereris aperuerunt. Sed quod ad singulorum partes ficeret, hæc rese aqua in plerisque ingenuè profesi sunt. Causa autem huius inquisitionis erat, quod tabulae cuiusdam ob antiquitatē admirabilis exemplum ad me Roma misit Bembus meus, obeliscorum etiam plurimas notas, quæ illic reperiuntur, quas quia ex Aegypto olim aduectas manifestum est, tūq; Aegyptum peragasti, ubi magna est inscriptionum huiusmodi copia, & quæ tua semper fuit in antiquitate omni cognoscenda cura, studium, & diligentia, putamus te rerum huiusmodi non ignarum. Ad hæc Horum Aegyptium à Philippo quodam Græcè redditum accepimus, qui materiam hanc

# Pierii Val. Oculi.

tractauit: sed codicem huiusmodi, quamvis ab Aldo nostro publicatum, plurimis locis mutum & imperfectum inuenimus, non utique Aldi, viri diligentissimi, negligentia, sed exemplarium vitio, quæ rariissima reperiuntur, atque ea in damno omnia. Eaque de causa nunc ad te conueneramus, si quid horum nosti, à te libenter audituri. Et quoniam oculi iam hieroglyphica commemorare cepisti, ea rogamus (ut etiam pro amicis his meis loquar) ne nobis inuidias. Hic tu: Grauiissimum viri optimi onus cœruiibus meis imponitis, cum pauca admodum ea sint, quæ præstare possum, ut vestro respondeam desiderio: siquidem argumentum hoc in tot pyramidum & inscriptionum antiquarum memorijs, quas non in Aegypto tantum, verum & Romæ, & plerisq; alijs in locis aspexi, me quoq; diu multumq; torcit, cum rerum harum obseruationes apud scriptores diligentissime conquerierim, interpretationes autem, præter levia quædam, nusquam repererim, easq; tantum nutu veluti quodam indicatas, ut afferitis: Nilianiciq; opusculum, in quo talia promittuntur, lemmata summatim quædam attigerit: atque ea, qualiacunq; sint, in manus nostras corruptissima peruerent: quare, uti dicebam, quid super hac re polliceri possum, quod satis vobis faciat, non habeo: pudorq; non minimus me absterrat, de secretioribus literis apud eos loqui, quos nihil, quod sciri posse, ignorare, compertissimum habeam. Ne tamen rusticitatem ullam induisse videar, quæ paucissima mihi cognita sunt, profaram, ea spe, ut à vobis & meliora & reconditiona sim magno meo cum fænore recepturus. Et ne tempus in excusationibus quantumvis honestis conteram, quæ de oculorum hieroglyphicis recitare possum, quando ita vos iubetis, ut vt in memoriam venerint, explicabo. quod eo libenter facio, quia dum vos charissimas animas conspicio, succurrat illud Euripidis:

Ὥμητρ θύν φωτὸς βλέπειν θλυκύ·  
Suaue est viri benevoli oculos intueri.

## I V S T I T I A.

**A**PVD Aegyptios sacerdotes primùm omnium iustitiæ seruatorem per oculi patentis hieroglyphicum significari compertum est: frequensq; dicterium apud Græcos, quod minimè ignoratis, δίκης ὁφθαλμός. Tum Plato Legum nono, iustitiam speculatricem atque vindicem appellat. Chrysippus oculos iustitiæ acres, rectos, atque immotos facit, quod eum, qui recte iudicaturus sit, non oporteat luc aut illuc oculos ab honesto deflectere. Illud etiam nostis ex Diophili Comœdia:

Ἐστις δίκης ὁφθαλμός ὃς τὰ πάντα τὰ μηνόμενα·      quod Nepos meus ita reddidit:  
Est qui tuetur cuncta iustitia oculus.

Apud epigrammatarios, qui temporis iniuriam peruicere, pulcherrimum habemus pentametrum:

Ὥμηα δίκης κα. θορηπάντα τὰ μηνόμενα·      quod Nepos idem:  
Cernunt omnia quæ sunt lumina iustitia.

Hinc aliqui in facienda dictis fide, iustitiæ oculum attestantur. Orphci quoque id de Sole dictum, Ὥμηα δικαιοσύνης, cui iustitiam in primis veteres dedicassent.

Vnde Bithyni; quod scribit Arrianus, iudicia ex aduerso Solis sedentes exercere consueuerant. Et veteres Theologi iustitiam prodidere, ut Pro-

clus ait, è medio Solis throno per cuncta propagari,  
omniaq; veluti Sol ipse omnium moderator est, dirigere.

M O D E.

A

## M O D E R A T O R .

**M**arcus Tullius vester Solem mundi mentem & temperationem appellat, Scipionis somnio. Et vetustissimi illi sacerdotes moderatorem hieroglyphicè significaturi, oculum & sceptrum facere soliti sunt: nonnunquam in sceptro ipso ramulos complicare, ut in complexum coēentes oculi speciem in medio spectandam informarent: eaç specie Osirin, quasi multoculum dicere velent, intelligebant. Nam o s Ägyptica lingua, multum: I R I verò oculum significat: cuius interpretationis & Plutarchus lib. de Iside & Osiride, neq; non Eusebius meminere.

**I**maginē enim Osiridis apud Plutarchū fulgenti admodū amiculo vestitam habemus, ex quo Solis vis intelligebat. Apud Eusebium ἄνω μὲν περιεισθαλμον ἐκτεινει. Hinc Homericum illud:


ἥλιος δ' οὐ πάντ' ἴφορά, καὶ πάντ' ἐπακέδη.

Quem secutus Maro dixerit:

**B** Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.  
Illud verò non ignoratis, eundem esse Osirin & Dionysium: vnde Eumolpus,

ἀρχοφαῖς δίδυνοι φέρει τηνόταν.

SOLIS VIS.



## C V S T O S .

**Q**uin etiam ab officio in vniuersum corpus præstito, custodem ex oculo hieroglyphicè significari comperimus. Vnde oculos nonnunquam geminos totidem capitibus incumbentes aspeximus, quod DIS MANIBVS interpretantur. Capita enim Manes apud Ägyptios, oculos verò diuinitatem præ se ferre manifestum est. Maximè verò admirandam esse custodiam, quam oculus pupillæ præstat, ex Euthymio didicimus: siquidem Psalmo XVII philosophat, Tunica super tunicam, & alia quædam integumenta eam muniunt, quorum alia tenuia & translucida sunt, ne ullam pupillæ, quæ suapte natura humida est, ac perinde mollis, inferant asperitatem; alia verò exterius crassiora, vt palpebrarum tunica, quæ duobus est semicirculis distincta, vt pulueris atq; aëris incursum, & paruula quæque animalia in oculos inuolare solita, repellat

**C**atq; summoueat. Quin pilis etiam vallatae sunt, vt sudorem propè fluentem aliò auertat, nec in oculum influere permittant. Acutū enim et salsum sudorem esse, ac perinde molestum & cruciabilem, si oculum attigerit, futurum.

## D E V S .

**P**reclara autē illa sunt, quæ de Deo ipso per figuram nuncupationē in oculi cōmonstrato, intelligebant: veluti scilicet in minori mundo oculi sunt articulorum omnium præstantissimi pulcherrimis, ac omnium actuum moderatores, ita Deum illum optimū maximū mundi oculum, patrem luminū à Iaco bo nuncupatum, omnia formositate transcendere, omniaq; gubernare, atq; vt ait Apostolus, nihil eum latere, cuius oculis omnia nuda & aperta sint, atq; ita bonos & malos speculetur: & vt quæ pro facie sunt homo videt, ita quæ delitescunt in imo corde prospicit Deus, & perscrutatur. Hinc eruditōrum opinio est, θὸν ἀπὸ τῆς θάλασσης dictum, quippe quod omnia prospiciat, vt inquit Eucherius: quiq; oculi in diuinis literis Deo attribuuntur, eius sunt signum intelligentiæ, cui porrò nihil occultum sit. Cyrillus libro nono Apologiæ, qua Juliani Apo statæ maledicta cauillationēsque in pietatem nostram refellere aggressus est,

# Pierii Val. Oculi.

vbi ille Moseos ænigmata reprehendit, qui verbis, non occultis rerum inuolu- D  
cris, humanum genus erudire debuisset, is omnes qui antiquitùs habiti sunt sa-  
pientes, huiusmodi institutionis genere vsos indicat: cumq; Ägyptios memo-  
rat, eos dicit per oculum, & adiectum scipionem, vt paulò antè diximus, Deum  
intelligere voluisse, quippe summam super omnia naturam, quæ scilicet omnia  
conspiceret, ac omnium dominaretur. per sceptrum enim passim Regiam intel-  
ligi dignitatem. Quinetiam absque oculi pictura plerosq; veterum reperimus  
Deum per stantem baculum figurasse. Cur verò ex humanis membris oculum  
illi pro Dei signo desumpsissent, eam afferunt rationem, oculum humanum mi-  
stura suæ materiæ aliquid lucis possidere, quod in nonnullis tam efficaciter ex-  
ploratum est, vt per medias noctis tenebras, oculis repente patefactis clarè cer-  
nant: id quod præcipuè Tiberio imperatori contigisse prædicant. Et ætate no-  
stra M. Antonium Sabellicum, dum apud nos Græcè disceret, de se affirmātem  
audiui, quotiescunq; noctu excitaretur, aliquandiu & libros & instrumentum  
cubiculi vniuersum liquidissimè discernere solitum. Quo constituto, cōgruum  
identidem erit, vnicum ac primarium illud lumen, quod omnem supereminet E  
lucem, cùm sit seditione fulgentissimi splendoris potens, eiusq; omnino dō-  
minus, pro luce meritò nominari, eum mundi lucem profiteri, ac per oculum, lu-  
cis receptaculum figurari.

## A N G E L I.

**Q**uatenus verò noster oculus, licet alicuius sit particeps lucis, alterius tamen  
luminis indiget, si videre velit, eum Diuos, siue Angelos, siue vt veteres  
plurimum dicebant, genios referre autumant, qui quidem sine superioris lumi-  
nis, hoc est, Dei ipsius irradiatione, obire per se proprium munus intelligentię  
nequeant: intellectum enim quasi oculum videri, qui non ex se, sed lucis parti-  
cipatione videt. Oculum porrò, hoc est, ipsum intellectus vigorem, non omni-  
no esse simplicem, alioqui aduentantis lucis compositionem concretumq; mi-  
nimè pateretur. Hinc communis est autorū sententia, constare angelos ex actu  
& potentia: quod altiori quadam inquisitione elucidari deberet, nisi solam hie-  
roglyphicorum commentationem mihi demandassetis.

## S E R M O.

**V**T cœptum igitur prosequamur argumentum, eundem Oculum inveni- F  
mus esse sermonis hieroglyphicum apud Ägyptios, sermonemq; ipsum  
dupliciter considerari. Vno modo, quatenus loquendi facultatē à natura conse-  
cuti sumus: altero, quo in hoc vel illud idioma linguā inflectimus, & in proprio  
artem & elocutionem adhibemus. Simplicem itaq; sermonem illum per linguā  
tantum figurari: sed si cultum & elegantiam accessisse innuere vellent, linguæ  
oculum subsanguineū subiiciendum. Vigorem enim in eo quendam ita ostendebant,  
aut animæ principatum, cuius in sanguine sedes esse fertur. Sic autem  
perfectos animæ sermones effinxisse visi, similitudine àmobilitate sumpta, quæ  
vt præcipuè oculis inest, ita etiam sermoni congruit, casuum quippe multiplici  
desinentia, pronunciationis varietate, accentuum tenore, alio atq; alio oris, ac  
totius demum corporis motu, vel ab arte, vel à natura concurrentibus.

## C O N T E M P T O R D I V Ú M..

**A**LICUBI videmus in solea insculptum oculum, quod iuniores pro animo  
Deo subiecto, & ad eius obsequia parato, posuerunt, quod ego aliorū iu-  
dicio reliquerim. Scimus nos soleam simpliciter calcandi suppressendiq; indi-  
ciūm

A cium esse, ipso vno, quod satis est, Virgilio dicente:

*Atq; metus omnes, strepitumq; Acherontis auari;*

*Subiecit pedibus. Ideoç; diuūm contēmptorem, impium & perditum ho-*  
minem intelligi, videri conuenientius.

## F A V O R.

**N**Eç desunt qui oculū fauoris & beneficentia signū dicant: & in sacris verbum Aspicere, significare se propitium & benignū ostendere. Videmus enim apud Maronem, ubi Iupiter Libyæ defixit lumen regnis, reginā ritè quietum accipere in Teucros animum, mentemq; benignā. Contrà verò de Pallade acriter irata, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Hunc verò fauorem, qui per oculum indicatur, theologi nostri gratiam vocat. Vnde quos Deus aspicit, for tunari: quos auersari videtur, derelinqui, & infelices esse profitemur. Et quoniā nutus plurimū in palpebris cōsistit, sunt qui palpebras attributas Deo, locutio nis eius quæ in diuinis literis habetur, hieroglyphicum esse dicant. Vnde de in cōprehensibilibus eius sacramentis atq; iudicij, diceret Eucherius, Psalmo, di B etum: Palpebræ eius interrogant filios hominū. Hieronymus quoç ijsdem ver bis palpebras ait incomprehensibilia iudicia Dei esse eodem citato versu.

## C A S S V S L V M I N E.

**I**N diuinis literis, vt hoc subiçiamus, obcæcatus pro eo ponitur, qui D'ei nullam habet cognitionē, neç vllā veritatis lucem intueri potest. Quod verò Aſfertor noster ait de oculo, qui mentem infestet atq; seducat, eruendo, inepte quidam, imò impiè atq; ludaicè carneū oculum re ipsa effodiendum abiçiedumq; intelligunt: vnde nonnulli, nacta hinc calumniandi ansa, in Christiani iugi suauitatem, onerisq; leuitatem, dura nimis præcepta Christi vocauerūt. Cæterū si tam stupidi sunt vt Euangelicæ lectionis sensum nō intelligent, sciant Chryſostomum, Cyprianum, & Hilarium, doctos proboscq; alios plerosq; omnes de amicis illis declinandis intelligere, quorum nobis pernicioſa sit cōsuetudo, dum vel exemplo, vel etiā adhortationibus abducere nos à bonis moribus & à vitæ integritate cōnitunt. Omnia enim fatemur amico deberi, sed vſcq; ad aras. Atq; hīc subticisti mi Patrue, profatus tantūm, ne reliqua prosequerere, honorē ha-

**C**bere te auribus grauiſsimorum hominum, cūm lepidè THOMÆ VS coniectari se professus est, cur tibi tacendum imperasses, addens in explicanda rerum na tura, obscurioribusq; scriptorum locis in lucem eruendis, sibi, vtpote viro phi losophiæ studijs dedito, nullam esse debere verecundiā. Nam tu, inquit, oculū amoris laſciui etiā esse signū ideo dicere noluisti, ne Venerē ex obſcenō carmine lumine esse pæto probare cogereris. Atqui poteras Venereū huiusmodi oculū ex Hesiodi Theogonia proferre: hunc enim, vt nosti, poëta vetustissimus ἐλιξελέφαρον appellat, quasi laſciuiæ amorisq; plenum, & mobilitate lubrica quo quo se facile vertentē, hominisq; mentem, in quem inspexerit, tenacissimè complicantem, sumpta Hesiodiani vocabuli à clauiculis vitiū metaphora, quasi aspi cientes laqueis & vinculis deuinciāt atq; constringāt. Hīc tu Patrue: Scio quid me deceat. Sed ea potius de causa finē feci, quod nuper prælegendo, & nunc di cendo, laſſulus mīhi videbar: quare nīl vobis graue est, vos reliqua, pſequimini, οἱ μὲν φρεστοὶ εἰς τὴν αἴτην καὶ λέγεται. Hīc Thomæus multa de te honorificè locutus, ad mittendā laſſitudinis excusationē dixit. Vt verò dictionē tuam prosequereſ le pidus senex, multa super amore ex Musæo & Platone differuit, quēadmodū is ex pætis amati corporis oculis in amatis pupillas inuoleat, ibiç aperta sibi via in

Q

# Pierii Val. Oculi.

mediū vsq̄ cor penetret atq̄ transiliat, siue spiritus, siue sanguis sit tenuissimus, D qui corpus in alienum tam lubricus illabatur, idcircoq̄ signatè admodum inue recundi, ac maxime petulantis hominis hieroglyphicū fieri ex oculo subsanguineo, obseruatum ab ijs, qui physiognomiæ scientiam tradidere; quare apud Luvianum de lasciuo & admodum improbo adolescentे dictum, habuisse eum ιφαιμον διαλυμόν. Neq̄ temerè Ouidiū inter lasciuia signa posuisse, purpureas genas pollice tangendas, cuius hæc sunt carmina:

Cum tibi succurret Veneris lasciuia nostræ,  
Purpureas tenero pollice tange genas.

## L I B I D I N O S V S.

**I**Taq̄ si hominem Veneris vsui intemperāter deditum significare quis voluerit, cius aiebat oculos glabris ex toto palpebris effingēdos, quarum pīli tunc defluere incipiāt, cùm res venerea cœperit exerciri, eoq̄ magis décidunt, quo amplior accidat eius rei vsus.

P R A E S T A N T I A.



E

**A**Ddebat deniq̄ ad ea quæ de amore aut pulchritudine, aut alia quapiā charitate quæ affectum excitet, disseruerat, oculū esse vbiq̄ hie rogllyphicum rei quæ maximè præstet, quæq̄ charissima omniū habeat: Catullianaq̄ illa tot exempla, quæ toto paſſim opere comperiuntur, rei locupletissimū facere testimoniuū. Sed quòd insularum peninsularumq̄ omnium ocellum dicit, ex Pindaro desumptū, qui Agrigentū Sicilię oculum vocet, Olympijs, ode secunda, στελίας τὸν θάλαμόν. Atq̄ in hanc sententiā Tullius: Hi duos oculos terræ maritimæ effoderunt.

**P**ER adapertū autem oculū hieroglyphicè vitam significari, veluti per eum clausum, mortem. Hinc apud Homerū totiens, intueri solem, pro viuere: hinc claudi lumina, apud eundem, neq̄ non apud nostros vbiq̄, pro mori. Oculos enim morientibus operire, rursusq̄ in rogo patetacere. Quiritum magno ritu sacrum fuisse legimus, ita more condito, vt neq̄ ab homine supremū eos spectari fas esset, & cœlo nō ostendi nefas, autore Plinio.

V I T A M O R S Q V E.



F

**I**AM & monoculos Cyclopas hieroglyphicè cōfictos ea de causa, quòd eorum officiū circa fulgurationes, & fulmina, & huiusmodi alia versari cōmentum fuit, quæ quidem in aëre fieri manifestum. Aēr autē cùm in medio sit situs, datus est locus fabulæ, vt oculo vnuſquisque uno tantum in media frōte sito præditus haberet. Ita interpres Hesiodi Theogonia cōmentati sunt.

M E T E O R A.



I O V I S P R O V I D E N T I A.

**S**TATUAM demum Iouis in subdiali ara, ad quam Priamum Troia capta incensacq̄

A saç̄ confugisse proditum, tribus insigniem oculis fuisse ex Pausania cognitum: idç̄ simulachrum à Sthenelo Capanei filio Argos translatum. Hieroglyphicè verò indicasse triplicem eius prouidentiā, qua cœlestia, maritima, & inferna curat: ætherium enim eum passim, & ab omnibus appellari. Quòd maris imperium gerat, & nostri sæpius, & Æschylus atç̄ alij apud Græcos ostenderunt. Quòd infernus etiam sit, Homerus καὶ τὰ χθόνια eum vocat. Atç̄ idem de Iunone apud Maronē: Iunoni infernæ dictus sacer. Atç̄ hīc cùm Leonicus & screatu & pituitę abstersione paulūm substitisset, R A N E R I V S excepit: Quantū ex ijs quæ haçtenus allata sunt obseruaui, pauca admodū & iejuna propémodū ea esse conspexi, quæ veterum traditione ad hieroglyphicorū explicationem extare cōperiūnus. Animaduerti verò te Thomæe cautè admodum ad Græcorum &



B Latinorum eruditionem cōfugisse, vt rem ipsam locupletares, abundātioremç̄ redderes: quod & Vrbanus egregiè fecerat, cùm ad sacras p̄cipue literas defle xisset. Nam quamvis rerum effigies pro verbis positæ sint ab Ægyptijs, in ijs tam, vti video, philosophorum, poëtarum, historiarum, & diuinarū etiam discipularum sententiæ delitescunt: quæç̄ illi angustis oculorum spatijs inclusere, reliqui ea per latissimos eloquentiæ campos produxere: vnde ansa datur cōmodo dissima, rem amplificandi, & quaqua libuerit, cum simile nusquā desit argumentum, perugandi. Rectè quidem Raneri doctissime iudicas, respondit L E O N I C E N V S, Ægyptiorum argumentum hoc latissimè diffundi posse. Nam & Hetruscorū doctrinam de prodigijs, & ipsa Onirocritarum cōmenta, cùm physica magna sui parte sint, ab Ægyptijs emanasse crediderim, qui p̄sertim videā ipsum Hippocratem nostrum tantæ claritatis medicum, decumbentiu suorum somnia usque adeò magnificere, vt ad hanc vel illam imaginem, quę videri visa fuerit, morborum, quibus affligerentur, naturam explorauerit, seduloç̄ his an inaduersis, opportuna remedia singulis adhibuerit: quę quoniam ab eo diligen-

C tissimè descripta sunt, superfluum fuerit commemorare. Tum R A N E R I V S: Habendæ mihi sunt tibi Leonicene gratiæ non vulgares, qui coniectores mihi chariores esse facis, dum eos Ægyptiacum quid sapere docueris, quibus sum ab ineunte ætate mirificè delectatus. Dumç̄ Vrbanus, atç̄ mox Thomæus loquerentur, titillabat me cupiditas quædam, vt ad ea quæ dicebant, de somnijs quædam nō incongrua subiçcerem: sed verebar sermonis tam iucundi cursum intertubare. Atqui, inquit L E O N I C E N V S, opportunè vir clarissime partē hanc de somnijs tractasses, nobisç̄, si horū ego animos perspectos habeo, rem gratissimam fecisses: quare omnes te obsecramus, vt quæ dicturus eras, iamiam incipias explicare. Subsecutus est R A N E R I V S. Cum oculo, de quo haçtenus multa sunt dicta, cilia cōponenda mihi videntur, necç̄ non supercilia. De cilijs Leonicus, dum palpebrarum tangeret nuditatem, optimè.

## S E V E R I T A S.

S Vperciliū ego pro seueritatis hieroglyphico positū video, cuius vos eam affectis rationē, senibus peculiarē esse seueritatē, eosç̄ passim ita habitos. His verò superciliū maximè nutriti, & plerūq̄ ita hirsutū haberi, vt tondendū sit, vnicuiç̄ manifestum: quod propterea euénit, vt vester tradit Aristot. quia super-

# Pierii Val. Supercilium.

cilia compagini sunt apposita ossium, quæ senescente ætate laxantur, & ita plus D humoris transmitti patiuntur, vnde supercilijs alimentum affatim impendatur.

## H I L A R I T A S.

**S**ed longè secus inuenimus Onirocritas sentire, qui supercilium hilaritatis indicium esse posuerunt, boniç alicuius aduentantis præ sagium, si & densum & bene coloratum apparuerit: maximè verò si mulier ea fuerit, quæ per somniū id se videre imaginata sit: fœmellis enim id studium accuratius, vt etiam intinguant, ad venustatem augendam. Solere nos præterea & serenitatem frontis, & animi iucunditatem, ex supercilij relaxatione interpretari.

## L V C T V S.

**G**Labellum verò supercilium somniare, luctus esse significationem, h̄dem Onirocritæ commenti sunt: cuius signi causam afferunt, quod veterū mos esset supercilium in luctu vellicare.

## I V N O.

**I**d quoq; mihi videtur obseruatione dignum, quod apud Sex. Pompeium habetur. Oculi superius integumentū in tutela lunonis esse, quod eo protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam ab Iunone tribui putabant, atq; inde Lucinam eam dictam. Et partem eam capit is illi dicatam tradit Varro.

## N V M E R O S A P R O L E S.

**A** pud cosdem cōiectores, eum qui tris oculos habere se vel plures imagina-  
tus sit, si ducturus vxorem sit, bene illi euenturum portenditur: filios enim  
quos quæsicit, brevi suscipiendos. Indicium enim filiorum esse oculos, Artemi  
dorus tradit, somniorū oraculis explicandis, propterea quod & amabiles sunt,  
& instar oculorum chari, nec non senescentibus parentibus duces, ministriç  
agendorum. Quod enim ad amorem facit, in promptu est dictitare nos, ferre in  
oculis eos, quos charos habemus, & vnicè diligimus. Præterea dixisse Cicero-  
nem ad Atticum: Oderat, nunc fert in oculis. Et apud Catullum, nil charius esse  
oculis; Ni te plus oculis meis amarem, & huiusmodi multa.

## O R B I T A S.

**S**i verò quispiam utroq; oculo per nocturnā imaginem obcæcari se visus fue-  
rit, eum aut filijs orbandum, aut fratres, aut parentes amissurum aiunt. Fra-  
tres quidem, propterea quod oculi inter se germanitate quadam coniuncti cen-  
seantur. Parentes, quoniam lucem præ se ferunt, in quam nos eorum beneficio  
prodierimus. Quin etiam filios, ea quæ superius allata est causa.

**C**æterū si quis compeditus sit, aut alia qua-  
piam calamitate circumspectus, bene illi euen-  
turum, si obcæcari sibi videatur; securitatis enim  
id esse indicium, propterea quod mala quæ cir-  
cunstent, minimè sit inspecturus.

## S E C V R I T A S.

**N**Eq; dissimulandum id quod ab eodem Ar-  
temidoro traditum est: Oculum in aure si-  
tum in somnīs videri visum, cæcitatis indicium  
esse, quippe quod ostendit, aurium tantum benefi-  
cio percipi, quæ oculis legi consuerunt. Idemq;  
significari, si per singulos manū digitos oculos  
quis dispositos inspexerit, propterea quod cæci tentabundi, manibus oculorū  
vice



A vice vtantur. Quæ quidem commenta cùm mecum, iam à Leoniceno monitus, reputare cœpi, Aegyptiorum inuentis tam similia esse conspicio, vt inter hieroglyphica non immeritò locū habere posse videantur, quod & pictura commode possunt exprimi, & certam rei rationem suscipiunt. Ad hæc THOMÆ VS: Vera quidem, & nulli nō approbanda sunt hæc, ornatissime Raneri, quæ dicere commentus es: atq; ego in ea sum sententiā, vt nihil ferè differre putem, vtrum talia quæ recitasti, an vetusta ea hiéroglyphica præponi debeant. Sed quoniā in aures incidisti, venit in memoriam mihi, in ijs etiam esse multa, quæ doctrinam sapient Aegyptiacam: qualia quæ sint, si permittant socij, libenter enumerem. At quid ( responderunt omnes ) acceptius & iucundius sit nobis futurū, hoc præfertim sermone suscepto, polyhistor noster Thomæ Leonice, cùm quanta qualisq; sit eruditio tua ignoret nemo? Tum ILLÉ: Vestræ hoc est benignitatis dictū, nam nostra quām pedestria sint satis intelligo: sed qualiacunq; dícā tamē.

Æ Q V V M D O M I N I V M .

**B**A Pud Græcos in Creta simulachrum Iouis absq; auribus fuisse fertur, argu-  
mento, vt qui cæteris iura datus est, neminem ullum priuatim auscultare  
debeat, sed omnibus publicè consulere. Eaq; de causa sapienter Alexander verè  
Magnus, alteram præbere aurem accusatori, alteram reo reseruare solitus erat.  
Quod si quis eum, aut iudicem aliquem, aurem vnam vel auertentem, vel manu  
appressa obturantem effinxerit, ad huiusmodi significatum non inconcinnum,  
vt puto, fecerit hieroglyphicum.

**Q**Vatuor verò aures, manusq; totidem, qui-  
bus Lacedæmonij simulachrum Apollinis  
præditum esse voluerunt, vero nimirum hiero-  
glyphico, nihil aliud significabant, nisi sapientiā,  
cuius Deus ille symbolum esset. Eam autem &  
multarū rerum auscultatione, & operibus iden-  
tidem agendis cōparari. Non enim dignè sapien-  
tem cum dixeris, qui se rerum cognitioni tantūm  
emanciparit, nisi & facta, quæ probes, inspicias,  
**C**quæq; is & diligēter & probè examinarit, in vti-  
le aliquod vel sibi vel alijs opus promulgarit.  
Res enim gerere, & captos ostendere ciuibus hostes, attingit solium Iouis, no-  
ster ait Horatius. Necq; me fugit alios esse qui hieroglyphicum hoc Lacedæmo-  
niorum summo Deo attribuiunt, quia summa rerum sit Pythagorica τιμὴ, de  
qua multa dicenda essent, sed enim non sunt hīc ad cōmemorandum necessaria.

### SAPIENTIA.



### D E N A S O.

#### S A G A C I T A S.

**Q**Voniam verò Nasus est inter aures, interq; oculos medius, non est  
hīc prætercundus. Eius autem hieroglyphicum præcipuum est, saga  
citatem indicare. Nasutiq; vocabulum Festo sagacem notat, quod  
vniuscuiusq; rei odorē statim explorat, & prius scilicet sentiat quām  
inspexerit. Sic auritum, ab audiendi curiositate dictum. Sic oculatum, qui ex-  
prompto oculi vtitur beneficio. Sic cordatum, qui corde præstet. Tu verò  
VRBANE pater, quia sacræ literæ odoratum saepè Deo Opt. Max. attribuunt,  
quo sensu sit nobis accipiendum, explicare ne graueris precor. Tum tu Patruel

Q iiij

# Pierii Val. Nasus.

De Naso quidem vnum tantum nūc succurrit, quod ad hanc rem facere videatur. Nares quippe in Deo perscrutationē eam significare, qua ipse corda hominum odoratur: eoꝝ spectare illud ex lib. Regū: Ascendii fumus de naribus eius. Alibiꝝ in sacris literis, odorari, cuius & indicium & instrumentum est nasus, placere significat. Ita Noe sacrificante odoratus est Dominus Deus oderem suavitatis: hoc est, placuerunt illi sacra, quæ vir ille probus obtulerat. Idcirco Lex hominem qui vel paruo, vel magno nimis, vel obtorto naso fuerit, ab altari sancto summouet, ne scilicet accedat ad ministerium eius. Tales sunt, quibus vel pauca admodum habentur in diuinis institutionibus quæ ipsi probent, vel quibus omnina nullo discrimine tam bona quam mala placet, vel illi, quibus mala prauaꝝ tantum placent, diceret Hesychius. Deinde ad Ranerium conuersus: Scio verò conjectores hac parte super multa commentos, quæ tu recensere potes Raneri, qui partem hanc tibi agendā suscepisti. Libentissimè, respondit R A N E R I V S. Et quando incidimus in nasum, ut ordinem sequar tuum, apud Onirocritas Vrbane pater, eum qui se magno naso per somnium viderit, magna in rebus agentis sagacitate prudentiacꝝ fore promittitur. Hinc etiam emunctæ naris viros dicí eos visitatum, qui acris sunt iudicio conspicui.

M O R S.

**S**i verò aliquis morbo decumbat, & absq; naso se imaginetur, futurā illi mortem inde præsagiunt, quod ea pars actutum abit à cranio.

**V**T verò ad aures redeamus, id in primis unctione est quod apud eosdem Onirocritas habetur de auribus asinini, quas qui se habere per somnium imaginatus fuerit, seruitutem ī atque ærumnas ingruere homini præsagiunt, nisi fuerit is philosophus, cui tantum eam speciem prospera ominari tradit, ob tardiorē aurium motum, quæ cōtanter in huiusmodi animali mouentur, quemadmodum firmam esse debere philosophorum auscultationem volunt.

S E R V I T V S.



F

L O N G A S E R V I T V S.

**Q**Vinetiam humanæ aures apud eosdem conjectores si seruo homini plures accessisse visæ fuerint, longæ sunt seruitutis indicia: multa enim ostendunt extare imperia, quæ somniatoris sit auditurus.

A M P L I T V D O F A M I L I A E.

**C**ontrà verò si paterfamilias fuerit qui plures habere se aures imaginetur, familiæ huic aiunt amplitudinem significari, propterea quod plures filios & seruos dicto parentes sit habiturus.

L V C R V M.

**O**pificibus autem insomnium idem lucrum apportat: audiet enim multorum voces opera locantium. Verum hæc & huiusmodi pleraꝝ, ut ingenuè fatetur quid ego sentiam, ingenij humani argutias potius ostendit, quam solidorem ullam sapientiam disciplinam. His dictis ad te Patrue conuersus addidit: Nunc tu autem Urbane pater, si quid sacratus habes super auribus, in medium afferre potes. Tum tu nihil contatus:

C O N T E M P L A T I O.

**D**Vm de supercilio disputatum est, vnum mihi videtur esse præteritum, per quod

A quod homō intelligitur sublimium diuinarumq; rerum contemplatione detentus, propterea quod supercilia eminētiori sunt loco sita, circaq; organa quae sensum contineant, qui mentis agitatione moueatur. Is verò nim̄um sedem habet in cōrebro. Neq; negarim apud profanos superciliū pro fastu ponī, fastuososq; superciliosos dici.

## O B E D I E N T I A.

**S**ed ad aurem pōtius transeāmus, quę h̄sdem in sacris literis hieroglyphicum est obedientiæ, vbi præcipue Moyses secundo immolato ariete, sacrificio quod Explicationis LXX dixerunt, alijs Consummationis, vel ut vulgata habet editio, in consecratiōne sacerdotū. Is alijs ritē factis, insuper de hostiæ huiusmodi sanguine extremum dexteræ auriculę tum Aaronis, tum filiorum eius tetigit: quod, ut interpretantur Theologi, ad obedientiam refertur, quam præstare debemus Domino, memores scilicet Adamum propter relictam abiectionemq; obedientiam paradiso eiectum, & solum revertere coactum. Agnouere hieroglyphicum hoc nostri etiam poëtæ, vt Horatius:

B *Nemo adeò ferus est, vt non mitescere posset,  
Si modo culturae patientem accommodet aurem.*

Atq; illud etiam Sermonibus:  
*Demitto auriculas vt iniquæ mentis asellus.*

## C O N T V M A X.

**C**ontra verò veluti auris adaperta obedientiæ signū est, ita & obturata hieroglyphicum est cōtumaciæ, hominisq; mandata detrectatis, idq; sibi velle, quod apud Esaiam legimus: Surdi clamāteni audite. Abscissam eam, sunt qui idem significare asserant, summoto quippe obedientiæ ministerio.

## C A L V M N I A T O R.

**A**d hæc, præter huiusmodi contumaciam Theologi per amputatam aurem accipiunt eum quoq; qui detractionibus & calumnijs in alios oggestis delectantur, & turpium impudicorumq; sermonū lasciuia capiuntur: proba verò consilia, & admonitiones de honesta & hominc digna ratione viuendi, cane pē ius & angue protinus auersantur. Carpocrates porro hæreticorum sceleratissi-

**C**mus, qui mala & bona omnia, non natura mala neq; bona, sed opinione hominum ita vocari disputabat, vt quodcunq; adlibuisse, id identidem licere persuaderet, merito discipulos summa dexteræ auris inusta particula presignabat. Nā eodem modo, sed stygmate longè grauiori, eorum omnium non aures tantum, sed oculi etiam, & nasus, & os, atq; lingua inuri deberent, qui delirijs huiusmodi audiendis tempus insumunt. Hic, cum aliquantulum incensus esse videreris, L E O N I C V S commotiunculam eam sedatus ita sermonem exceptit. Dum de extrema auris particula loquereris Vrbane, venit in mentem mihi Recordationis hieroglyphicum, quod per pollicem & indicem ad infimā aurem appressos figuratur. Nam inter agalmata Ferdinandi secundi Neapolitani Regis nūmus erat, in quo auris manu apprendebatur. Commentum literæ ab altera parte declarabant, M N H Σ Θ H, ultima tamen litera parum conspicua: quod cum Maroniano quadrat carmine,

*Cynthius aurem vellit, & admonuit. Consecrata enim auris est Memoriæ. Hinc illud apud Plinium: Est in aure ima memoriarum locus, quem tangentes attestamur. Est post aurum æquæ dexteram Nemeseos, quem dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit, quo referimus tacto ore proximum à minimo digitum, venia-*

# Pierii Val. Auris.

sermonis à Dīs exposcentes, ne scilicet eius memores nos vlcisci velint. Obser- D  
uaui verò aurem in gemma quadam incisam, cuius extremā partem expassa ma-  
nus pollice atq; indice tantum leuiter comprehendebat, literis identidem, quæ  
rei facerēt interpretationē, ad sculptis, M N H M O N E Y S Ω N. Id nonnulli alijs gem-  
mis imitari conati, cū literas nescirēt, E Y diphthongi charactères inuertere. Sed  
quòd vltima syllaba ΥΣ per M Latinam literā expressere, sāpe in quibusdam nu-  
mis eam pro Σ positā inspeximus, & ΥΣ vice versa loco M Latinæ. In numis au-  
tem multæ aliæ literæ deiectæ cōspiciunt, vt ꝝ pro B. ꝑ pro E. & similia: quod  
ideo dictum volui, ne fallant impostores, qui noua interdum opera, atq; ea qui-  
dem deprauata, pro veteribus venditare non erubescunt. Vt verò Fuscus frater  
meus referebat, apud Angelum Colotū Bassum antiquarium Latinè Græceq;  
eruditissimū Romæ viderat gemmam eodem sculptam signo, cuius inscriptio  
erat, M N H M O N E Y E, vti etiam superior. Ad huius hieroglyphici figmentum re-  
spexisse mihi videtur Ouidius eodem loco, quem suprà citauimus:

*Si quid erit de me tacita quod voce loquaris,*

*Pendeat extrema mollis ab aure manus.*

F V T V R V M O P V S, V E L Q V I D A G E N D V M.

E St & futuri operis indicium auris ad audiendū intenta, ab eius dubio procul  
officio, in quo est rei quedam formula. Auscultatio enim initiū est & imago  
quædā operis quod aggressuri sumus: eoq; spēctat numismata tot cū inscriptio-  
ne, A D L O C V T I O, in quibus milites obuēris intentisq; adstare auribus con-  
spiciuntur.

D O C I L I T A S.

I Lla verò quæ de figura aurium à physiognomicis traduntur, docilitatem, be-  
nignitatem, mansuetudinem ex auribus extantibus significare, faciūt quidem  
ad eorum doctrinam, sed ad negotium nostrum parum afferunt vtilitatis.

I N D O C I L I T A S.

P Erinde ac etiam pressas aures, & simiarum instar temporibus adhærescen-  
tes, stuporis & imperitiæ, quæ doctrinam nullam admittant, signū esse per-  
hibent: quæ si quis in hieroglyphicorum vsum trahere voluerit, integrum vni-  
cuiq; dicimus, suo iure ludere.

F

## D E L I N G V A.

**S** Ed vt ad linguam conuertar, iam res exigit: quandoquidem quod su-  
perius Vrbanus de oculo linguae subiecto ad perfectam sermonis ra-  
tionem indicandam dixit, alterius ab eo non alieni admonet hierogly-  
phici. Lingua hæc est manu prætenta. Nam qui per linguā sermonem  
articulari voce coagmentatum intelligebant, adiecta manu quæ illam compre-  
henderet, eloquentiam significabant. Sanè quidem Hebræi per Lason, quæ lin-  
gua est, sermonem intelligunt, vnde fortè λαλῆν Græcis. A' Dico verbo nimirum  
Latini Dingua olim appellauere: inde D litera in L mutata, Æolum more, lin-  
guam fecimus: vt etiam Sellam, quæ prius à sedeo, sedda dicebatur. Aiunt tamē  
Grammatici veteres, Pompeium Magnum dingua semper scribere solitum.  
Esto igitur sermo lingua; verū pñunciatio manu, hoc est, artificij ope indiger,  
vt in vsum deducatur, & appareat eloquentia. Nam manum operis esse symbo-  
lum vnicuiq; manifestū est. Quicquid verò vel in iudicando, vel in demonstran-  
do, vel in deliberando cōtingit, nequaquam solo cogitationis termino cōtinetur,  
sed actione ipsa perficitur. Opus autem facere cū sit proprium manus, et ab ea  
præro-

**A** prærogatiua potestatem etiam indicet, non absurdè linguam manu rectam effinxere, in eloquentiæ significatum, quæ quidem, ut Maro canit, regat dictis animos, & temperet iras. Speciem eam in aliquot obeliscis obserues: priuatim vero manum quæ linguam comprehensam tenet, ex marmore vetustissimo, ex aliqua statua nimirum auulsam, apud Viuem Hispanum Pontificium medicum Romæ Fuscus frater conspexisse fatebatur. Sed ut ea quæ ad hanc rem pertinet prosequamur, non impropositio quorundam inuenito excogitatum est, hanc dicendi vim per linguam perforatam, à qua catenulæ quaniplurimæ religatae ad aures subsequentis multitudinis applicarentur, significare. Nam Herculem Galli senem admodum, corpore tamen præualido, crudo, viridiq; faciebant, leonis spolio, clava, pharetra, & arcu intento præditum, armatumq; eo gestu ut ingredi videretur, facie tamen in humerum conuersa ad numerosam multitudinem, quæ gressum eius subsequeretur, ad quorum omnium aures catenæ singulæ aureæ adiunctæ essent, quæ mox in unum quasi nodum collectæ, in perforatam Herculis linguam immitebantur. Contemplari vero erat in ea pictura vultum

**B** Herois blando mansuetοq; gestu hilarem, ipsosq; cœtus hominum ita catenis tractos sponte properare, quasi alius alium præuenire concertarent. Quod quidem siue Gallorum fuit inuentum, siue Lucianus ipse, qui rem conscripsit, qua erat ingenij felicitate, fabulam ex se cōmentus est, nihil meo iudicio ad eloquentiæ vim exprimendam significantius excogitari potuit, neque magis hieroglyphicum. Nam quod ad Gallicanum figmentum spectat, Cornelius Tacitus Gallos ait duas semper artes studiosius exercuisse, militarem quippe, & disceptandi rationem. Reliqua ad hanc rem pertinentia, quid singula sibi velint, apud Lucianum ipsum inspicienda. Et quoniam eloquentia tam boni quam mali causa fuit, estq; quotidie, merito Anacharsis quid esset in homine pessimum, quidq; optimum, interrogatus, Lingua respondit.

## M E R C V R I V S.

**L**ingua porrò Mercurio sacra, quam ab eo regi sidere Mathematici tradunt, velut splenem à Saturno, hepar à loue, à Marte sanguinem, cerebrum & cor à Sole, à Venere renes & genituram, stomachum à Luna. Sernionis itaq; præses **C** Mercurius, vnde apud Homerum Deus hic ad fluuij Xanthi ripam, Dcorum inter se orto certamine, Latonæ committitur, sermo quidem rerumq; memoria aduersus obliuionem. Quid enim magis inter se contrarium, quam orationis uis, & obliuio? Aiunt vero Ægyptij, Mercurium primum omnium verba in ordinem redegitse, multisq; rebus indidisse nomina: literas eius inuentum fuisse, Deorumq; cultum instituisse, quæ sine magna vi eloquentiæ mortalium mentibus insinuari minimè potuerint. Apud alias quoq; gentes in honorem Mercurij, qui Dcorum præco singitur, lingua in sacris dissecta præconi tradebatur. Facit ad hoc nominis ipsius interpretatio: nam Hermen ἡρμηνία μέτεων, quod omnino loqui significat, deductum aiunt. Quiq; veterum figmentorum rationem explicant, per Mercurium nihil aliud intelligi volunt, quam sermonem ipsum, quo solus homo ex terrestribus animalibus honestatus est. Vel Hermes nuncupatus est ἡρμηνία, quod humano generi sermo sit veluti præsidium quoddam & munimentum, vnde οἰκτηρεῖς initio παρὰ τὸ θεόν φεύγεισι appellatus: eaq; de causa linguas illi dedicarint, quod corporis nostri pars, intelligentiæ nostræ conceptus apud propinquas animas differendo explicet. Est etiam illi cognomentum Λεύθης, quod magnè cuiusdā sit utilitatis, summaq;

# Pierii Val. Lingua.

ope eos adiuuet, penes quos sit illius facultas. Vnde etiam σῶν dictus: nō enim D sermo in perniciem aut detrimentum, damnum' ve vllum, mortalibus datus, sed ut hominem sospitet atq; tueatur. Quo circa salutem, id est, canis imaginem ad custodiam adhibitam Mercurij simulachro semper adjiciebant: atq; illi ædem in foro, vbi eloquentiæ vsus plurimū viget, statui monet Vitruvius ex aruspicio cum disciplina.

## D I S C I P L I N A.

**N**Eç verò mirum, si omnia Mercurio scripta, inuenta, meditationumq; sua- rum argumenta, Ägyptij soliti sunt inscribere, solumq; illum & sapientiæ & eloquentiæ arbitrum iudicarunt, quando is, autore Seleuco, tota rerum vniuersalia, siue principia malimus dicere, viginti millibus voluminū ( quæ reperi- mus, quæ accepimus, damus ) explicauit: vt verò Manethus asseuerat, triginta millibus: quibus etiam addidit sex millia quingenta, & vigintiquinq; in quibus libros de diis empyreis centum, de æthereis totidem, mille de cœlestibus elucu- brauit, quæ si membranae tot cōolutæ essent, vix fidem facerent: facit tamē ho- rum mentionem Iamblichus, magnæ vir apud Græcos autoritatis. E

## S O M N V S.

**E**Rat & lingua in ara posita, quæ somnū significabat, quod Apollonius Ar- gonauticō primo indicat, vbi dicit:

πίως ἐπὶ τῷ Αλώσῃ χαίροντο  
Αἰθομέναις, ὑπνον δὲ Αἴξ κνέφας ἐμνάοντο.

quæ tuus Vrbane nepos ita Latinè reddidit:

*Interea exustis libamina linguis  
Spargebant, nigra captantes nocte soporem.*

Quoniam inquit interpres, antiquis mos erat somnum captantibus victimarū linguas adolere Mercurio, propinatisq; crateribus vinum superlibare, idq; ex antiqua philosophia, quandoquidem sermo esse Mercurius perhibetur, cuius instrumentū est lingua, quæ quidem somno incidente quiescit tacita. Atq; hinc repertū est eam adolere Mercurio, quod & Homerus ipse tetigit, Αλώσας δὲ πεὶ βάλον, Linguas imponit in ignem. Qui verò fabulas consequuntur, historiam hu- iusmodi à Direchida in Megaricis traditam recitare solent. Alcathum Pelopis F ob Chrysippi cædem in exiliū actum, peregrè profectum, vt alibi verso solo de- geret. Accidisse verò vt Iconi fieret obuiam, qui Megara deuastabat, in quem & alij complures à Megarensium Rege missi fuerant: sed Alcathus aggressus fe- ram, eā cōficit, linguacq; eius in ara posita, Megara euestigio reuersus est: cumq; ij qui à Rege missi fuerant nunciassent sc̄ monstrum debellasse, Alcathus feram elinguem ostendens, mendacijs eos redarguit. Atq; hinc apud Megarenses insti- tutum aiunt, vt sacrificijs quæ fierent in posterum, linguæ aris imponcrentur. Philochorus libro de sacrificijs ea de causa linguas Mercurio adoleri dicit, quo- niam in corpore pars optima sit, quæq; sibi rerum vendicat principatum.

## S I L E N T I V M.

**A**Ddemus & illud ex Homero, præcisas linguas indicium esse silentij: ille enim, vt nostis, ait, ἀλλ' ἔχει τίμητη Αλώσας, iamduudum incidite linguas, pro, silentium capessite, vt interpretes exponunt. Quo quidem admisso omine, cùm iam satis superq; nugatus fuerim, opportunè mihi silētium imperabo. Tu verò

I M P V R V S. mi Patrue, hominis suscepto ioco, At nolim, respondisti, virum tam probum, tam modestum, tam eruditum, in abscissæ linguæ turpissimam ignominiam

inci.

**A** incidere: si quidem ea præcisa in diuinis literis, impurum indicat hominem, qui sordidam, nefariam ac profligatissimam vitam viuat, atque ideo repellatur à sacris, ab omni piorum moderatorumq; hominum conuentu turpiter & ignominiose reiectus: de quo Dauid: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & quæ sequuntur. Quod verò conjectas in ignem linguas apud Homerum citasti, nostras cuperem ego inflammam eam iniijceremus, quam Astarte noster accedit, cum XII comites ab eo electi, afflati sunt, igneis linguis ab vniuersitate vertice promicantibus. Huiusmodi enim linguæ splendore tanto conspicuæ, omnino significarunt eam orationis vehementiā, ardorem illum, illamq; fandi vim cœlitùs illis affuturā, ut quæ à diuino Magistro præcepta acceperant, per vniuersum mox terrarū orbem persuasibili (penetrat enim ignis) sermone disseminarent, sanctissimisq; monitis mortale genus incenderent, aberrantesq; latè mentes, & inscitiae torpore frigescentes, pietatis ardore succēdas, ad hostiæ puræ atque immaculatae sacrum incitarent, essetq; eorum fulgurum

**B** sonitus in omnem terram exiturus: sonitus inquam fulgentium earum linguarum, quas ad incudinem fabricatas diceret Pindarus, qui linguam ferream, Pythijs, veritatis indicium ponit: ἀφεδε δὲ πεδεὶς ἀμονι χαλκηθε ἡλώσαε. Nam dubio procull lingua si fabricata fuerit ad incudinem, ferrea erit: si ferrea, solidissimæ firmatatis. Mendacia enim imbecilla sunt, quia tempus veritatem in lucem adducit, atq; ita niendacium euanscīt. Sanè quidem hodie vel vulgo dicitur veritatem ad malleum durare, quod idem ferè est, quod Pindarus ad incudinem dixit. Poscent autem alia multa sermone super hoc examinari, atque hinc ad Apollinis pleætra, & multiplices Musarum choros sterni via, si præcipue dentes ad linguam socij conferantur: sed quoniam ego iam edentulus nullam eis amplius gratiam debeo, cur mihi sit pro eis laborandum nusquā video. Præter hæc cum reliqua linguæ disputatio de gustu nos appellat, eaq; sit potius physica quam historica, ad Leonicenum hæc meo calculo transtulerim. Consensere reliqui, neque inuitus ille ita loqui ccepit.

## C D E G V S T V.

**N**Empe, ut suscepimus prosequar argumentum, si de oculis, de auribus, de naribus, quid præstare queant, differimus, gustatus quoq; his accedit, seq; tractari postulat, ne per ignominiam præteritus videatur. Est autem hic duplex apud Ægyptios, quorum sacerdotes si delibatum aliquid leuiter, neque tamen plenius gustatum significare vellent, hieroglyphicum linguæ inter primores dentes nonnihil exorreæ proponebant. Sed si absolutam gustus plenitudinem ostendere curassent, primores gutturis partes, quæ intimæ adhærent linguæ, figurabant. Asserebant enim illi, quod Medici nostri etiam nonnulli prodiderunt, perfectum gustum in lingue radice consistere: inde enim neruos quosdam, & sentiendi vim illam prouenire. Nec tamen sum ignarus, esse mulitos, qui gustatus prærogatiuam attribuunt palato. Sanè Diogenes explorari saporem aiebat propter fungositatem mollitiemq; linguæ, perq; commissas illi corporis venas, perfundi sapores ad sensum elicitos, non aliter atq; sp̄ngia exuetos. Huiusmodi verò sensum in anima sedem suam posuisse. Quamvis verò dicat Alcmaeon, humore teperc; atque adeò mollitie linguæ sapores internoscí, Ægypti nequaquam cognoscendi saporis instrumentū solam linguam esse con-

# Pierii Val. Os & Dentes.

senserunt, sed cum multis alijs, palatū præcipuè participem agnouere: & in nō. D nullis, quæ gutture carent, simile quidpiam linguæ esse, vt in quodam piscium genere qui ventrem habent ori propinquum, inesse intus sentiendi facultatem. Sunt & alij rerum naturalium scriptores, qui linguā aiunt sapores quidem sentire & iudicare: eorū verò suavitatem amaritudinemq; in descensu, vnde deglutiuntur, exploratò sentiri. Quare Philoxenus magis fortè quàm philosophi ganeæ peritus, gruis gulam optabat, vt voluptas illa longius deglutiendo produceretur. Quātum verò ad palatū pertinet, scimus Catonem gustus sedem in eo esse credidisse. Nam cùm lurconi cuidam ambienti, vt inter eius familiares recipetur, negare vellet, ei dixit, nō posse se cum eo viuere, qui plus palato quàm corde saperet. Aduersus tamen Ägyptiorum, & horum omnium opinionem insurgit Aristoteles, qui linguam in primore sui parte vim perfectius sentiendi saporem, obtinere contendit: nam interiore si tangat, minus illam sentire: quod in catapotij ex aloë, vel amariore aliquo succo pastillo' ve deuorandis, manifestius exprimur. Nam cùm illa intra duorum digitorū summitatē contenta in imas fauces immiserimus, vix tantillū sentimus amaritudinis, quæ si quis lingua E vel summa lambat, vix ferre posset. Videlur verò natura ipsa, vti recte reliqua, ita hoc sapientissimè cōstituisse, vt hæc sentiendi vis iuxta labia, & in prima considereret lingua, quò sapores omnes admittendos exigendos've, anteaquàm ori demandarentur, exploraremus. Quòd verò quispiam dicat eo vehementiorem esse saporis gustatum, quo magis cibus ingestus ori opulentius & contantius mandatur: respondent periti homines, non ideo maiorem gustandi vim in radi ce linguæ insitam esse, sed propter diuturniorem moram, & affluentiorem saporis copiam vehemētius sentiri. Hæc atq; alia multa prisci philosophi inter se dissidentes prodidere, vt minimè mirum sit eos de rerum principijs, & alijs à sensu remotis dissentire, si re super omnibus tam explorata diuersi abeunt, nec certi quicquam constituere potuerunt.

## DE ORE ET DENTIBVS.

**S**Edenim vt iam ad totius oris fabricam conuertamur, Aristandri Telmesij sententia est, os & eius partes esse quasi hieroglyphicum quod. F dam domus, dentes cum primis incolas ostendere. Hoc verò dupliciter accipi; aut enim domesticos esse, aut alienigenas. Itaq; superiores dentes domesticorum incolarum signa esse, propterea quòd pars illa superior toto ferè capiti adglutinata est atq; cognata. Inferiores verò alienos ideo monstrare, quòd maxilla ea, quæ illos sustinet, tota sit mobilis, atq; ita aduentitium nescio quid præ se ferre videatur.

## DE TRIMENTVM.

**S**Vnt autem qui detrimentum per dentes putent significari, in ijs quæ in sermone vel voce cōsistunt, eiusq; famam dilacerari obrectantium calumnij obiectā. Nam & poëtæ oratoresq; omnes hinc mordere, carpere, rodereq; metaphorice dixerunt, quoties cuiusquam nomen scurriliter traductum, aut hostiliter infamatum innuere volunt. Sed quòd planos tantum in huiusmodi significatum confectores ponunt, Satyrici nostri ad acriorem vim amplificandam genuinum adhibuere, & alij caninos etiam immiscuerunt.

## VERECUNDIA.

**A**Pud philologos hieroglyphicū verecundia os videtur esse; vnde de impuden-

**A** dentibus dici solet, eos os non habere. Hinc Cato Maior Lentulo, qui sputū in eius faciem eiaculatus fuerat, abstersa tantum facie dixit: Affirmabo omnibus Lentule, falli eos qui te negant os habere, argutè vulgatam hominis impudenteriam notando, quamvis de sputi copia dicere videretur.

## A M O L I T I O.

**N**eque nescius sum pro amolitione, ut ita nunc dicam, veteres expuendi gestū usurpasse: vt Theocritus, ὡς μὴ βασικῶς δὲ τεῖς ἐστὶ μὲν ἐπίστου κάλων. & multa apud alios huiusmodi, quæ recitare superfluum esset. Nam quæ maximè abhorreabant, quæc̄ opprobrio habebant, ea ignominia designabant. Quin & veteribus Christianis mos fuit, estc̄ adhuc, ad immunda verba expuere, quodam veluti expiationis modo. Ita illud apud Tertullianum lib. ad vxorem altero, accipiendum: Cùm aliquid immundum flatu expuis.

## H O R O S C O P V S.

**S**ed vt os tandem comprimam, vno adhuc hieroglyphico illud obturabo; quod apud Horū Niliacū habetur, vt cibo super aliquid attingamus. Nam **B** illic per hominem qui horas comedat, hieroglyphicum explicari tradunt horoscopum intelligendo: nō quia horas comedat homo, quod fieri minimè potest, sed quia ab horis alia atq; alia humano generi alimenta subministrātur. Huiusmodi verò horarum pastum commode fortè exprimere poterimus, si ex vniuerscū horæ prouētibus aliquid decerpserimus, puta, rosas, spicam, & pomum aliquid, quæ in vnum fasciculum colligara, ori adaperto admoueantur. Horas porrò hic intelligendum tris eas anni partitiones, quæ suo quæc̄ tempore singula maturant, ver quippe, æstatem, autumnūc̄: quæ tempora Ägyptij, quatuor vnumquodc̄ mensibus nostris complexi sunt, ex Hori regis partitione, à quo his etiamnum nomen horis inditum, vt quadrimestris esset vnuſquisc̄ eorum annus: de quo diffusius alibi. Quin Persę atq; Assyrij, quos nos annales, horas vocitarunt, & Græci horographos eorum scriptores. Apud Lucianū enim legimus, ὅμηρος παλαιὸς θῆν πρόσων βασιλέως, ὃς μηλέσι οἱ πρόσων καὶ αὐτεῖσιν ὅροι. Cùm vero Horus ab Ägyptijs Apollo esse prædicetur, nostri vnā cum Græcis nomen idem ad quatuor & viginti horas transtulere, quas Solis esse filias Homerus dicit: de quibus, vt hoc παρέργει ponā, veterem habemus fabulam, Horomazen,

**C** cùm in mundi fabrica, reliqua digessisset, quatuor & viginti deos in ouum inclusisse. Id cùm Arimanū gnati ludo perforassent, bona malis immixta prodīsse, atq; ita quantacunc̄ fruamur iucunditate, quocunc̄ simus gaudio exhilarati, serus quid vesper vehat, nos nescire. Hic cùm finem facere visus esset Leonicenus, ad inclinatum iam solem aspectans Ranerius: At nos, inquit, quid serus vesper aduixerit probè scimus, qui bonam huius diei partem tam iucundis sermonibus exegerimus. Vtinam vero ſæpe daretur occasio istiusmodi conuentus celebrandi: & cum dicto, salute dicta surrexit: quod & alij fecere, die prius constituto, quo iterum eſſent conuenturi: illi domum, ego in nauim abiij, mox Florentiam, quō fueram, vt ſcis, per Iulij Card. domini mei literas accersitus, atque ibi primo quoq; tempore, tam ea quæ ex te audierā, quām quæ viri illi eruditissimi diſſeruerāt, quæc̄ convenire mihi viſa ſunt, in commentaria mea Ägyptiaca tranſtuli, veftra ope fretus & latius et plenius explicandi multa, que curta & angusta nimiū compererā apud autores posita: nec verò ſiuit me temporis breuitas quæ quisq; diſputaſſet ad amuſim dirigere, & ipsa que audifilem verba repræſentare, quod nonnulli ex amicis à me poſtulabant: id enim nego.

R

# Pierii Val. Cor.

tium multū mihi temporis abstulisset, nec meæ me occupationes id facere permisissent. Satis igitur à me factum puto, si res ipsæ breuiter, quantum memoria complecti potui, recitatæ sint. Verùm agè benignissime Patrue, Aristarchum in due atq; hunc castigandi laborem minimè grauem ducas: quæc; me rectè meminisse compereris, asterisco insignias: quæ segniter & oscitanter excepta, obelo defodices, vt ego hæc alijs communicaturus, iudicio adiutus tuo, audentius id facere confidam. Vale.


## AD SEBASTIANVM CORRADVM DE IIS QVÆ PER HVMANVM COR, ET GENI- turæ vascula significantur, ex sacris Agy- ptiorum literis.

 Cce tibi Cor meum, Corrade iucundissime, cui etiam addidimus genituræ vascula, eaq; mundissima pudicissimæq;. Cor quidem à meo desumptum, qui summā eruditio nem tuam, frugalissimū studium, acutum deniq;, quo polles, iudiciū, et multum admiror, et plurimū diligo. Cenitur & verò vascula, causa tua, à quo fruges tot proficiuntur, quibus studiosi omnes audiissimè pascuntur: quémq; haec tenus cibum vel putridū vel adulterinum saepe mandere coacti sunt, tua nūc cultura, tuo studio diligentiaq;, valeant iam recenti, maturo, legitimōq; frui. Neq; fructus huiusmodi ex Ciceronianis tantum hortis electi, sed ex totius Latini nominis possessionibus agrisq; decerpti, quorum haec tenus arbores vel teredibus, vel erucis, vel visco, vel ulceribus, conductorū plurimum negligentia, nescio qua, vitiatae fuerant, per te nunc perpurgatae, cultæ, sarritæq;, in pristinam rediere viriditatem, uberrimam incolumēq; feracitatem. Sed quod etiam pertinet ad vasculatam in diuinis nostrorum liceris, quam in sacris Aegyptiorum, neq; non apud Cræcos, præter ea quæ à corde desumuntur significata sermonis ipsa quoque indicia sunt. Qui cum igitur ego libentius sermocinarer, quam tecum, quis sponte me in tam utilium sermonum tuorum partitionem admisiisti, qui clarissimo Egnatio collegam consularem me in Quæsturæ tuæ cognitione creari procurasti? Quare mihi videbor non sine magnæ voluptatis sensu loqui tecum, quotiescumq; memor ero scriptorū meorum, qualiacunq; sint, aliquid à te legi, non id fortasse ingenio & eruditioni tuæ responsurum, aliquod tamen daturum mei erga te animi testimonium.

## D E C O R D E.

 T verò à corde exordiamur, per id ita concinnatum ut loro catenula ve suspensum à gutture propenderet in pectus, probi hominis orationem indicabant, vt qui mentiri aut fallere nesciret, sed vti vulgo dici solet, ea ex ore proferret, quæ corde concepisset: ea scilicet loqueretur, quæ ipse sentiret, omni fuso mendacioq; procul. Hoc ipsum Cicero, toto pectore, de sinceritate loquens, dicit. In pectore enim sedē habere cor, manifestum. atq; illud, Aperto pectore, frequentissimo eorum vsu, qui citra fucū loqui se profitent. A quo loquendi candore Mercurius fuerit αργεφόνης appellatus, candidū enim veteres αργενὸν dicebant.

VIRI PROBI SERMO.



**A** cebat. Præterea pectus pro recessu quodam accipit sapientiæ. Vnde Horatius:  
*Non tu corpus eras sine pectore.*

Et in hanc sententiam accipit Ambrosius, quod Apostolus ille, qui ante alios diuinæ sapientia donatus est, ad C H R I S T I pectus reclinet in ccena caput.

## C O N S I L I V M.

**A** Tque hæc illa est bulla, quæ puerilis ingenuitatis insigne fuit, de qua multa suo diximus commentario. Quoniam verò cordis erat eius figura, admonitos inde pueros volebant, ut frugalia semper consilia secuti, corde præstare conarentur: corculum enim veteres pro solerti & acuto dicebant. Et animæ partem rationis participem, cor appellari solere dicit Adamantius. In huiusmodi significatum accipi locum illum Pauli, epistola ad Rom. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quis enim putet, quod dicit, in cordibus, in membro corporis quod cor appellatur, tanquam in membrana aliqua legem scriptam intelligi: vnde enim caro tantos prudentiæ sensus concipere vel ostendere posset: aut tanta memoriæ receptacula continere? Nam & quod diuinæ literæ

**B** ræ cor Dei sæpe nominant, intelligendum ex eo arcum illud diuinæ sapientiæ, quæ à patre est: ut Psalmo, Eructauit cor meum verbum bonum, innuens filium I E S U M Christum altæ illius sapientiæ mysterio genitum. ita Eucherius.

## V I T A.

**I**Ta verò in consiliū significatum accipi cor plerunq; solet, vt humanæ etiā vitæ rationem præ se ferat, quod ex perniciose auspicio Cæsar is exploratum. Ille enim quo primùm die in sella aurea sedet, & cum purpurea veste processit, valde consternatus est cum Spurina aruspice suo, corde in extis bouis optimi non inuento: aiebat enim ille, vereri se, ne consiliū & vita Cæsari deficeret, quorum vtruncq; à corde proficiscitur. Nam philosophorū omnium consensu, nullum anima! sanguine præditum, sine corde & iecinore inuenitur: qua de re questio magna inter eos fuit qui diuinationis præcognitionē eiusmodi profitebantur, potuerit' ne hostia sine corde viuere, an ad tempus amiserit: quanquam Cæsar id elusisse fertur, audacioriç; animo respondisse lætiora quædam, necq; pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset: quod quidem non semel, sed bis ei sacrificanti, quod meminit Plinius, accidit, ut cor in extis non inueniretur. Neque

**C** Cæsari tantum non inuentum in hostijs, peractum vitæ tempus ostendit, sed & Heluio Pertinaci eo die, quo occisus est, sacrificanti, negatur in hostia cor reper tum, & cum id vellet procurare, caput extorum non deprehendit. Et Theologi nostri secuti Prophetarum dictata, consilium in corde residere dicunt, in eōque agendorum omnium radicem statuunt, docente Domino, in corde esse quod coquinathominem: & vbi mundo corde sacræ literæ habent, synceras intelligunt cogitationes. Quaç; ratione consiliū symbolum est, eadem pro illa intelle ctus parte, à qua regimur, figuratur: ut illud: Quare cogitationes ascendunt in corda vestra: ascendunt, dominantur, primum ita locum asciscunt sibi, ut vestra omnia consilia conculcent. Ita verò facit cor ad animam, quæ vitæ nostræ materia est, ut prisci vates illi animæ receptaculum esse cor significaturi, id hieroglyphicè animæ ventrem appellarint: atq; ita intelligendum esse illud apud Hieremiam: Ventrem meum, ventrem meum doleo. Hesychius ait: Nam quem ventrem: Ipse subinfert: Et sensus cordis mei conturbati sunt: ideoç; intestina huiusmodi aqua lota offerre admonemur in holocaustum, hoc est, abditas latentesç; cogitationes eluere, & diligenter abstergere.

# Pierii Val. Cor.

NILI DILUVIUM.



D

**S**acerdotes Ägyptij cœlum & terrā diluuio liquefentes, exundationē quippe Nili; que tam à terra quām à cœlo esset, vt alibi disputatum, ostendere cūm vellent, cordis simulachrū proponebant, cui lingua esset applicita: ex corde quidem Nilum ipsum intelligentes, qui sua potens vi affluentissimā humoris copiam è terra visceribus educeret, vt motus omnis à corde principiū habet. Sanè illi, cordi totius corporis principatum, præfecturam, arbitriumq; tribuunt, ac perinde Nilum Ägypti dominum agnoscūt, necq; quicquā aliud eam esse, quām Niliacæ alluusionis viginem profitentur. Per linguam verò confluentes vnde cūq; imbrium eluies, quas eo quo plurimum inturgescit tēpore in Äthiopia maximas fieri compertissimum habebant, quibus in Nilum collabentibus cataclysmo facto Ägyptum vniuersam sub aquis mersari, veluti lingua humore vnde cūq; ad ipsam confluente, semper in vdo est, & aliquo semper corriuio irrigatur alluiturq;. Quoniam verò illis fertilissima rerum omnium vbertas à Nilo est, rerum itidem causas omnium originemq; in humorem referebant, omniumq; parentē, omni reiecta controuersia, celebrabant. Quorū opinionē Thales Milesius secutus, ex aqua omnia sensit esse, & in aquam vicissim redditura: principium quippe animantiū omnium esse genitiram, eandemq; humidam: ex quo simile esse veri iudicabat, ex humore oriri omnia: quæ ratio fuit vt maritum Græci potionis nomine nuncuparent: πόσις enim vtruncq; horū significat. Præterea stirpes omnes humido aluntur, humido ad fruges euadunt, humoris autē penuria interim exarescunt. Solis ad hęc ignis, siderumq; omnium aquarum exhalationibus alitur: quinimō & mundus ipse, vt præstantissimi philosophorum asseuerant: quod quidem apud Aegyptios tam persuasiblēre receptum erat, vt Solem & Lunam non curru, sed nauigio vt dicerent, ad nutrimentum scilicet & generationem eorum hoc referentes.

AEGYPTVS.

F

**P**ræcipuam autem Aegypti effigiem ex imagine cordis in ardenti ara thuribulo've cōsidentis, ostēdere consuerūt: calida enim ac humida est Aegyptus, in Australibus pr̄sertim locis, quemadmodum & cor: idemq; in sinistram hominis partem toto declinat turbine. Alibi verò Antarcticas regiones, sinistras ab eis appellari docuimus: in illis autē oriri Nilum, in quo summa eorū religio, & à quo paulò antē omnia proficiisci, ex eorūdem institutis dicebamus. Quod verò pertinet ad thuribulum, Hippo philosophus, vt ex Cratete didicimus, fabula cui titulus πανόπλη, cœlum veluti præfurnium esse dixit, homines verò carbones. Sed hęc melius ex Homero declarabuntur: ait is, nullius disciplinæ quantumlibet remotæ nescius, Iouem cum reliquis dijs, Solē quippe stellasq; omnes ad Äthiopū epulas iñuitatos accedre, quasi velit id, quod paulò antē dicebamus, innuere, hauriri ex vdo nutrimenta sideribus. Accumbunt verò apud Aethiopas, quia circa Oceani oram non nisi Aethiopes habitāt, quos vicinia Solis, vel diuturna parallelorum morā vscq; ad nigri



**A**nigri coloris speciem exurit. Oceanū autem quemnā alium hic intelligamus, nisi Nilum, cui antiquissimū id cognomentū fuit, propterea quod Nilum illi, vti dictū, totius humoris fontem arbitrarentur, Ægyptumq; ipsam suapte vi tātam aquarum redundantia euomere. Erit itaq; cor Ægypti instar, hoc vti sanguinis, ita hēc primariū totius humoris receptaculū: thuribulum verò conuiuas ipsos, vtpote sacrificulos, indicabit hostiarū super ignē positarū nidore exhilaratos.

## ARDENS ORATIO.

**S**ed cur nō potius dicamus, cor ita in thuribulo positū significare orationes, precēsve, quæ puro ex corde proferuntur ad Deū: idq; esse thus illud mundum, quod sibi Deus offerri mandat in diuinis literis, ex quo scilicet odore in capiat suavitatis. In Euangeliō Matthei, vbi Dominus perperām agere Pharisēos inquit, qui nō obligare iuramentū, quod per altare fieret, arbitrabant̄, sed quod per donum altari illatum: Adamātius cor hominis inter alia significata idem & altare intelligit: per votum verò, recti alicuius operis deliberationem, quod faciundum simulac insederit animo, oblatū, vti votum, interpretatur. Nam & La-

**B**tini vota alia cōcepta, alia nuncupata vocāt. Priora illa sunt de quibus hic inteligit Adamantius. Quoniā verò multi palām dona hæc eleemosynarū, precum, iejuniorū, offerunt corde, tamē sunt alieni à Deo, hi Pharisæi sunt cęcorū duces, qui quæ exterius perpendunt, quæ verò interius sunt mīnimè contuent̄: ita per dona iurandū censem, non per altare, à quo donis ipsis accidit sanctitas. Monet igitur Dominus vt cōsideremus cuiusmodinam ex corde eleemosynæ, vel psalmi, vel preces, vel ieunia offerant̄: atq; ita qui testē altare, hoc est, cor & cōscien- tiā appellat, per altare iurat, ac perinde omnia quæ continent̄ in eo, cōpletebitur.

## COLEM.

**P**lutarchus hanc cordis effigiem subiecto in foco succensam, cēlū indicare contēdit, animumq; illum, qui propter eternitatē nulli vnquā senectuti obnoxius est. Et Apuleianus Trismegistus ab Hippone nō admodū diuersus, Ægyptū cēli agnoscit imaginē, n̄ s̄q; omnibus equiparari, que in cēlo gubernant̄, exercenturq;: et si dicendū sit verius, terrā eam totius mundi templū esse. Quinetiā inuenias apud nōnullos, vniuersum terrarū orbē in diuinis literis nōnunq; Ægypti nomine nūcupatū: vt eo Psalmi loco, Veniēt legati ex Ægypto: ppter, C ea q; vniuersam terrā eodem, quo Ægyptus, modo coagmentatā imaginentur.

## CLIBANVS.

## CONSCIENTIA IGNE EXAMINATA.



Acit verò ad hanc cordis significationē Clibanus in diuinis literis pas- sim propositus, cui cor hominis aptissima cōfertur similitudine, de quo tam frequens in Mosaicis librīs, et Prophetarum aliorum oraculis men- tio reperitur, siue per similitudinem, siue sit pro instrumento sacrorum positus. Clibanus enim prefurnium est apud Latinos: per eius figurā interpretes cor ho- minis, vti dictū superius, intelligunt. Nam quædā Deus apud maiores nostros, veteres inquam Prophetas apponi sibi vult Clibano cocta, hoc est, tacita mētis agitatione examinata, cū scilicet nos erroris pœnitent, et cōscientia nostra ardore quodam occulto intra se succendit, vitiūq; ipsa suū paulatim exurere contendit.

## SACRORVM ARCANA.

**A**DAMANTIUS putat ex Clibani forma, quæ cūq; in diuinis literis profundiora vel inenarrabilia sunt, significari, quippe quæ recondita delitescunt in

R ij

# Pierii Val. Clibanus.

sensu mētis, necq; facile ad imperitum vulgus proferri possunt: sunt enim multa D huiusmodi, sicuti de Camelo, & Sue, altero quidem ruminante, sed qui pedem integrum habeat: altero verò bifidam pr̄ se ferēte vngulam, sed qui minimè ru minet. Ita etiam de Adamo per Euam astu serpentis deceptā, in pr̄euaricationē adducto, quarum historiarū mysticum significatū locis suis exposuimus ex Philone. Apud Ezechielem, vt ad Adamantium reuertamur, quæ de Cherubino vel de Deo media sui parte succēso, vel de admirabili illa visione, sunt literis demandata, nisi coquantur in Clibano, necq; quidem mandi, necq; deuorari, ita vt sunt cruda, poterūt: hoc est, vt cruditatē hanc interpretēmus, nisi qui latet interius sensus diuinī calore ignis moliat̄, excoctusq; ita cibus fiat vt mandi pos sit, & ad nutrimentum assumi, aliquid semper occursabit, asperitate sua difficile, quod ab eorum gustu mortales auertat. Oseæ dictum est: Corda eorū sicut Clibanus incaluerunt: quod longè seiore à superioribus sensu tunc fieri intelligen dum est, cùm vitiorum ardor cor ipsum interius exurit, quippe cùm mortales flagranti cupidine incensi, suam ipsimē perniciem affectantur: in medio enim hæc posita sunt, vtrum res ad sacrificiū coquere, an exurere potius inutiliter ve limus. Atq; ita Clibanus varia interioris affectus habet significata, proq; sensu mystico figurañ. Minimè verò pr̄tereundū videtur, quod Hierosolymitanus Hesychius hieroglyphicē super Clibano philosophatur eo Leuitici loco: Cūm autem obtuleris sacrificiū coctum in Clibano de simila. Nam per Clibanū Mariæ virginis vterum significari tradit: Clibano enim ignis superponit̄, qui sup ponitur in craticulæ ministerio. Veluti enim Clibanus & ignem & panem coquendum desuper accipit, ita Dei genitrix spiritum sanctum, & Dei verbum in vtero suo conficiendum maturandumq; suscepit: & quæ multa in hanc senten tiā prosequit̄. Est verò Clibanus, tum furnus, tum sartago, aut testa quædam grandior, operculo vel ferreo, vel ex ære premunita, supra quod ardētes prunæ ingeruntur, vt quod intrà positum est, coquatur, cōdiatürve. alicubi totum hoc opere figulino conficitur. Ad huius autem similitudinem formata est pectoris concavitas, per quam spiritus vltro citroq; commeat. Columella scrobem Clibano similem fieri monet, vt imus quām summus sit patētior, quo radices latius euagari possint. Ex hac itaq; forma nonnulli Prophetarum scripta Clibano si milia dicunt, quæ plus habeant in recessu, quām ore summo polliceantur. F

## D E S A R T A G I N E.



St & Sartago ab hieroglyphicis huiusmodi non absimilis: nam eodem penè significato, sacrificium Deo facturi, quædam in sartagine frigere iubemur.

## R E S I P I S C E N T I A.

E A tamen differentia, quod in Clibano tacitæ conscientiæ stimulus adurit, in sartagine culpam agnoscimus, eāq; nosmetipso incusando ream facimus, quasq; mereri nobis videmur poenas vltro depositimus, & modò hūc modò il lum errorem sollicita repetitione versantes animo, quæ satisfaciendi ratio nobis reliqua sit, agitamus. Alij rem eō trahunt, vt prophetarum oracula toto mentis ardore versanda submoneāt: inde enim fieri, vt repetita s̄epius, & inter se cōglobata, facile intelligi & explicari possint, vt hinc eam saltē quæ ad mores pertinet doctrinam assequamur. Alio verò modo sartago apud Hesychium accipi tur pro cruce Christi: siquidem cibus, qui prius ineptus erat ad mandendum, simulatq;

**A** mulatq; sartagini fuerit incoctus, mandi potest: ita corpus Christi antequā patetetur si foret esui exponendum, vt ipse de se s̄epe futurū aiebat, abominabatur humanæ aures, respondebantq; omnes, durus est hic sermo: quomodo potest hic corpus suum apponere vt manducetur: post crucem verò patesactū est, id diuino munere dispensationēq; fieri posse: nam totū illud mysterium in Christi passi commemorationem institutum est.

## D E C R A T I C V L A.

 Raticula tota prorsus Hebræorū esse videtur, sed enim Cyrillus hieroglyphicum in ea agnoscit Ägyptiacum.

I R A.

**A** It enim eam subiecto igni, & corde superimposito, furoris & indignationis apud sacerdotes illos indicium fuisse, vt ex eo scilicet cordis bile succensi excandescentiam ostenderent.

## P O E N I T E N T I A.

**B** **N**Ostri hoc sanctius intellexere, qui Craticulam penitentiæ signum posuerunt (licet vero mihi Theologorum dictata sectanti, eorum interdum vobula usurpare) non tamen hinc tacitam mentis exulcerationem intelligentes, sed amaritudinem conscientię minimè simulatam, manifestissimis vero conspicuam argumentis: quippe ubi luctu, lachrymis & lamentatione conficimur ob ea, quæ nequiter, improbè atq; iniquè patrauerimus, unde mox fletus ex intimo cordis fonte prorumpens carnem maceret, ieunia debilitent, abstinentia comminuat, atq; arefaciat. Hæc enim est illa in propatulo posita sui conflctatio, quæ succensos diuini amoris igne carbones omnibus ostendit, exemplumq; alijs prebet, qua se quis ratione possit abnegare. Hinc nonnulli quos ardens inuitat ad æthera virtus, non flagrantem modò animum præ se ferunt, verum & corpus ipsum tormentis obiectare non dubitant. Talis olim pientissimus Laurentius fuit, qui dum edaci corpus igne torreretur, longè magis animo in ipsius Christi amorem accendebat, sacrificiumq; Deo sanctum & immaculatum, interius cor, exterius corpus, in vera craticula vstulatus offerebat. Nec tamen sum neficius Adamantium hæc, quæ de craticula dicta sunt, ad diuinæ lectionis inquisitionem adducere, cum ea scilicet ardentí studio consectamur, quæ nullo obiecta velamine vnicuiq; sunt intellectui peravia, cuiusmodi scilicet est sensus, quem historicum Theologi nominarunt. Quæ vero ratione craticula Christi mortem & resurrectionem significare possit, apud Hesychium videndum, Leuit. II, eo loco: Si autem in craticula fuerit sacrificium,

## C O N D I T O R I V M.

**E**X eo autem quod cor in abscessu pectoris latitat, & intra precordia se reducit, diuinæ literæ cor plerumq; non tam pro ihs quæ in abdito profundoq; mentis recessu conduntur, quam pro quarumcunq; rerū receptaculo, ubi hæc in diuturnum tempus asseruandæ reponuntur in occulto, per cordis effigiem exprimere consuerunt. Vnde in sepulchri etiam significatum cor accipiunt. Christus enim Evangelio manifestè sepulchrum cor terræ nuncupauit: Sic erit, inquiens, filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

## C O N C O R D I A.

**N**Ec vero me pigeat iuniorum etiam inuentum antiquis his subtexere, qui cōmenti sunt in concordiæ significatum duo corda vinculo colligata figu-

# Pierii Val. Spina dorsi.

rare, quod à corde vocabulum, non à citharæ chordis deductum existimarunt. D

## DE SPINA DORSI.



Ssa quin etiam & neruos aliquot Aegyptij inter hieroglyphica retulere: cuiusmodi os illud est, quod à summa ceruice multis distinctum internodis per vniuersum dorsum excurrit.

### TITILLATIO.

Per eius enim picturam, nequitiam petulciorem, concitatamq; titillationem significabat: siquidem humanam genituram à cerebro delabi, perq; id ossis defluere, non Aegyptiorum modo, sed multorum etiā aliorum opinio fuit, Alcmaeonis verò precipua, quam vna cum Hippocrate poëtarum aliquot autoritas confirmavit. Sentire hoc ipsum Plato videtur, dum seminiū vim vertebralis ossis defluuum esse tradit. Hinc Maro:

*Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.*

quod ad Anaxagoræ ὁμομειαν nonnulli referunt, cuius opinionem Lucretius acriter incessit, quod putarat is,

*Ossa videlicet ex pauxillis atq; minutis  
Ossibus, & sic de pauxillis atq; minutis  
Visceribus viscus gigni, sanguenq; creari,  
Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis.*

Democritus eam ex totis prodire corporibus, precipuisq; eorū partibus, veluti carnolis, fibris, & ossibus, arbitratus est. Ceterum philosophorum & medicorum plurium diligentia secus rem inuenit, qui genituram minimè esse ossis vilius medullam, sed sanguinem potius asserunt: quibus Pythagoras etiam adstipulatur, dum eam probatissimi sanguinis spumam esse contendit, ac alimenti nutrimentū. Huiusmodi porro sanguis ab hepate ad renes immittitur, per meatus inde ad id aptos flexuoso quodam tramite ad testes dilabitur, quod in distinctionibus apertissimè compertum est. Vnde Anchises apud Maronem paterna impulsus charitate clamat:

*Proice tela manus sanguis meus.*

Quod ad imitationē Pindari dixisse videat, qui Nemeis ita, πλωγθεὶς αἱρεῖ φίγη Θαικυδαῖν αὐτόθιν τεσσάρα, τὸν γαρ οὐ μα. Quidam philosophorū rerum venearum libidines in iecinore contineri arbitrati sunt, quod à Laetantio quoq; memoratur lib. de F Artificio. Et Mathematici iecur à Venere regi autumant, in eoq; amoris sedem poëte omnes agnoscunt, dum Cupidinem iecur sagittis appetere ulcerareq; cōqueruntur. atq; ita V 11. Proverb. Salomon: Donec trāsfigat sagitta iecur eius. Verū aliud est concupiscere, aliud cōmoueri ad procacitatem: alterum enim mentis, alterum corporeæ munus est viuacitatis. Quæ verò ad iecur pertinent, in Vulture satis examinata sunt. Sedenim cùm renes ossi, quod suprà posuimus, adhærescant, non imperitè figmentum hoc suum Aegyptij cōmenti sunt: nam & Astronomi renes & genituram in Veneris potestate cōstituunt. Renes ait Varro ita dictos, quasi riui ab his obseceni humoris orientur. Quòd verò & lumbi eidem ossi adiacent, Aegyptij per lumbos Venerē innuebant: hinc apud Comicos & epigrāmatarios poëtas vbi quid lasciuus enunciandum fuerit, frequens adeò de lumbis mentio, dum fluctuantes eos alij, alij exorrectos, alij alter dicunt. Tangit & Persius hoc, vbi lasciuorum poëmatum recitationem incessit, dicens: Cūm carmina lumbum intrant. & inferius: Summa delumbe saliuia. Habemus & in sacris cōcentibus, vsc̄ ad noctem renes increpuisse, et impletos

**A**tos illusionibus lumbos. Et Gen. x x x v. Reges de lumbis tuis egredientur. Præterea ubi Paulus de Leui ad Hebræos scribit: Adhuc enim ait, in lumbis patris erat, quādo obuius ei factus est Melchisedech. Nec tamē inficias ierim, aliquot diuinarū literarū locis lumbos ponī pro virtute, vt xii. cap. Regum tertij, qui tamē apud Hebreos primus inscribitur, ubi Roboam seniorū spreto consilio salutari, adolescētiorū, in quorū adulatioñe fuerat educatus, animos prætulit, qui ferociores erant; suaserunt enim illi vt rex iuuenis & imperitus rerū, fortē se atq; terribilem populo ostentaret, & ita loqueret ad eos: Minimus digitus meus compactior est lumbis patris mei. quo responso amaritudinis pleno factū est, vt statim à tribubus decē desertus fuerit, regno quod pater auxerat, ad duas tantū tribus imminuto. Quamvis verò diuinæ literæ lumbis plurimū tribuāt, ubi de genitura mentio sit facienda, nō illæ tamē ossa ipsa ex Aegyptiaca disciplina reñciunt. Nam ubi Laban accipit hospitio Iacoben sororis suæ filiū agnitiū, significare volens etiā ex patris consanguinitate eū sibi coniunctū esse, Os, ait, meū es, & caro mea: quasi ad id respiceret, quod veteres pleriq; philosophi tradidere

**B**ossa ex virili semine in embryone gigni, ex materna verò genitura virili circūfusa, carnē ipsam fieri. Sed quōd alicubi Lūbos, in vulgatis habetur editionibus, Symmachus vertit latera: sed eodem vtrunq; significato, concupiscibilis animæ pars, signatur: iuxta enim latera renes sunt. In lumbis sanè maxima, aiunt interpres, esse solet incitatio ad concupiscentiam, aduersus quam renes nostros & cor nostrū aduri, in sacris adorationibus suppliciter imploramus, quippe vt & naturali appetitui, & voluntati simul oblistere valeamus. Hac de causa dicebat Apostolus: State præcincti lūbos vestros, vero tamen cingulo, hoc est, voluptate ea, quæ vera sit, quæ scilicet à castitate & cōtinentia oritur: quod dubio procul est à Domino desumptum, ubi præcinctis nos iubet esse lumbis. Nam & apud Romanos cinctus armatū strenuūq; significat, vt discinctus contrà imbellem & effeminarū. Iam & hostiæ renes ignibus traditi, dubio procul significant genitalium partiū ardores extinctos esse: quiq; omne quod pingue est de renibus & omnibus interioribus obtulerit, tūc verè purgatus omni libidinis vitio, pro delicto hostiā iugulauerit. Sed quoniā hęc in diuinis literis & sępe & multipliciter habentur, non importunū fuerit, quod ad hanc sententiā facit, locū ex Leuitico

**C**repere, ubi de pacificorū sacrificijs agitur: ubi sanè legislator iubet duos renes cum adipe quo teguntur ilia & reticulum, siue, vt alijs edūt, fibras iecinoris cum renunculis, aduleri super altare in holocaustum: ex his, vt ait Hierosolymitanus Hesychius, legislator vult nuptiarū desiderium offerri Deo, vt prolis causa, non fornicationis, proveniat, & honorabile sit coniugiū, & torus immaculatus. Iungit verò iecur renibus, quia delectatio sine concupiscentia in eo sedem habere fertur: hepate verò in renes vim operationis suæ ministrante, quod per desiderium quam Græci ἐπονεῖσσι vocant, motum fuerat, ad desiderium effectus concittatur, quæ duo simul adulenda sunt, vt scilicet necq; praua nobis proponamus, & si quo modo suggerātur, abolere festinemus: & vt verbis vtar Hesychij, quia in hepate concupiscentiæ requiescere putantur, propterea pinnā, hoc enim ex LXX desumit, hoc est, summitatem cum renibus auferri præcipit, & offerri ad altare, vt ab omni mala delectatione mundemur, scientes quōd primitiua cogitationum nostrarum Deo necesse habemus auferre. Demū vt à gentibus quoque arma nobis mutuemur, Poëta venustus in hanc sententiam ait:

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,      Cum mala per longas inualuerē moras.

# Pierii Val. Pudenda.

T E M P E R A N T I A.

D  
Nil mirum in sacris nostrorum literis id erat temperantiae signum, quod in sa-  
lutari victimalumbos eximi mos erat, tanquam impuros, ait Philo, propter  
concitandae libidinis titillatum, semine per eos irriguo. Diuino autem praecepto  
lumbos praecingi iubemur, cum sacra illa solennia ferimus, quae tunc temporis  
instituta sunt, cum exeentes ex Aegypti captiuitate, hoc est, ex voluptatu & deli-  
tiarum illecebris, agnum, hoc est, puritate edere admonemur, & in castimoniæ  
conuictu discubere. Apud Nilum autem huiusmodi lex de temperantia lata  
est, qui, ut Ambrosius, Geon est, unus ex quatuor Paradisi fluuijs, qui virtutem  
hanc significare dicit, de quo satis in Accipitris commentario differuimus. Quod  
vero de vasculorum perplexitate dicebamus, admittit id etiam Aristoteles, qui te-  
stes libramenta quedam esse dicit, quorum beneficio semen ad penem commode la-  
batur: neque id semel asseruit, dum eorum aduersatur opinioni, qui testes solos ge-  
nituræ receptaculum putant. Innititur vero is exemplo tauri, qui iam exectus  
vaccam impleuerit. Quendam etiam ait Albertus Magnus euiratum, prolificam in  
coitu operam nauasse: licet Galenus ab Aristotele diuersus eat, testesque omnino E  
seminis receptacula esse contendat. Quin etiam Auerroes in hoc a suo dissentit  
Aristotele. Quibus responsum fieri posset, sit testes in hunc usum a natura tribu-  
ti essent, animalibus utique omnibus id officij subministrarent, neque nulla esset abs-  
que illis propagatio: secus vero plerunque repertum, ut quae recitauimus exempla  
testantur. Cadunt igitur causa, qui solis, quos oggerunt, testibus innituntur. Ab hac  
spina cauda exit: ea curta, in diuinis literis ostentat eos, quibus nulla de futuris  
cura, qui diem nouissimum, futurumque Dei iudicium aspernatur, qui subinde di-  
cunt Edamus & bibamus, pereat qui crastina curat: cras enim forte moriemur,  
quia mors aurum vellens, viuite ait, venio. Est enim cauda pars corporis extrema.

## D E P V D E N D I S.

PVendorum significata his adiungere necessarium est. Nam vetustas  
illa ut minus vitiosa fuit, ita simplicius apertiusque de unaquaque re phi-  
losophata est: neque erat tunc temporis in humano corpore quicquam,  
quod vel visu, vel nuncupatione sua, turpe iudicaretur. Prauis vero F  
moribus succrescentibus, multa decernenda fuere tam factu esse quam dictu tur-  
pia, ut qui rebus suis modum prescribere nescirent, ipsius saltem turpitudinis infi-  
mia absterrentur. De antiquissima igitur disciplina dicturus, quae ad significa-  
tionem figuræ illius, quae tam visu quam dictu obsecena iudicatur, pertineat, ve-  
niā mihi dari postulo, ac in eam haec accipi partem cupio, propter quam &  
prius excogitata a veteribus illis fuerunt, & a me nūc in communem usum pro-  
palata, eo quidem consilio, ut haec illis scriberentur, qui sanctius instituti, re-  
rum viscera & intimas medullas, non verborum superficiem, examinarent.

## M A G N A N I M I T A S.

Esto igitur prima pudendi virilis significatio, quae tot columnis incisa, tot obe-  
liscis notata, tot alijs veterum monumētis insculpta, magnū & erectū viri for-  
tis animū ostētarint. Extant adhuc columnarū frusta aliquot in Sesostreos me-  
moriā erectarū, quæ literis Aegyptiacis incise sunt, in quibus triusque sexus natu-  
ræ insculptæ conspicuntur. Sesostre enim hunc Theopōpus lib. III appellat, quē  
Sesonchos in aliqui nominarunt, qui scilicet Aegypto regnauit vniuersæ, impe-  
riūque in Europā protulit, de quo apud Herodotū multa. Vbi igitur in columnis  
aut

**A**ut obeliscis ab eo positis virilia pudēda conspexeris, bellicosos, strenuos, & magnanimos viros armis ab eo superatos intelligas. Nam & cōiectores, mulierem quæ virum & liberos habeat, si cōmutatam se in marem somniauerit, viduam breui futurā conīciunt, atq; ita viri muneribus functurā. quæ vero liberos non habeat, mares parituram, quæ virgo sit, futurum ut primo quoq; tempore matrimonio eloceat. Ita semper ea humani corporis pars aliquid semper indicat, quod ad negotia virilia pertineat.


## FORMIDOSVS ET IMBELLIS.

**V**bi verò in monumentis ijsdem muliebria vide vis incisa, argumentum est, imbelles, molles, & inertes homines ab eo subiugatos, cuius nomē vel nota superposita fuerit. Ad quod dubio procul re-

**B**spexit Homerus, cùm Therfitem Græcorum pusillanimitatem increpantem his verbis inducit, οὐκέτι εἰλύχε ἀχαιοῖς, θάκτη ἀχαιοῖ. Id quod ad Numanum fese & sua gloriose iactantem non inuenustè transtulit Maro, dum eum, o Phrygię (neq; enim Phryges) in obsessa Trojanorū castra dicentē inducit. Alibi virorum negotia ita prescribit, vt hi bella pacemq; gerere deberet. Et Horatius virilē Cleopatrā animū obstupecit, quæ generosius perire querens, ensem haudquaquam muliebriter minus expauerit. Apud eūdem Tyrteus poëta non mulieres, sed mares potius animos in Martia bella versibus exacuit. Ouidius quoq; in Eunuchū, cùm militem virū esse debere assereret, Ista mares tractat, dixit, tu spes depone viriles. Ad hęc Onirocritæ dicūt, si princeps quispiam in fœminā se degenerasse per nocturnā sit imaginē arbitratus, futurū vt loco deſjciatur, propterea q; mulieres plurimū imperijs virorū subiiciuntur.

## INNOCENTIA. CRIMEN.

**C**ON est hoc loco p̄ætereundus sacrificij veteris mos, vbi masculi vocabulum insontem, & nulla criminis macula notatū intelligi debere autumant Theologi, per fœminam verò crimen. Cyrillus enim Leuitico, homilia prima, siue ea sit Origenis, vbi agitur de vitulo masculo sine macula offerendo, masculum ait intelligi, qui peccatum ignorat, propterea quod fœmina sit peccati symbolum. Labilis enim, mollis, & ad delinquendū proclivis admodū est mulier. Masculum igitur sit munus quod Deo offers, hoc est, muliebre nil habeat, concupiscentia vacet, fragilitatem aufugiat, nihil molle, nihil dissolutum meditetur. Et masculi deniq; nuncupatio in diuinis literis virū indicat virtutibus perfectum, qui præsentि forticq; animo semper est, cùm mulier contrā tātā sit infirmitatis, vt Salomon Sapientia dixerit, Melior est iniq;itas viri, quam mulier benefaciēs. Et mares tantū stirpis Aroneæ iubet Dominus vesci sacrificato, quia scilicet nō omniū est de Deo disputare, sed eorū tātū qui nihil fœmineū, nil fluxū in cogitationibus habeat. Demū, ne de Deo disputare præsumamus, quādiu per quādam declinationes diffluentes, vel domesticas curas, vel inania negotia, à masculorum dignitate vigoreq; exciderimus. Similiter in victima peccati, masculus tātū de genere sacerdotali vescetur carnibus eius: ad penitentiam enim forti-



vicit armis strenuos,  
vicit fama inertes.

# Pierii Val. Spina dorsi.

opus est sensu, ait Hesychius, & intentione virili. Cui Psalmographus ita succedit: Viriliter age, vigorēq; audacter amplectere, & in quācūq; prouinciā te dele gauerit Dominus, eā & alacriter suscipe, & non ignauiter administra. Porrò vir qui testiculos auulos habeat in diuinis literis, hieroglyphicū est hominis qui vitam prius piè sancteç institutā habuerit, iuuentutemq; omnē bonis operibus exercuerit, ingrauescente verò ætate ad nequitias & inquinamenta declinarit. Nam cùm testes, vti superius ostensum est, virtutis indicia sint, euiratio mollietiam dubio procul effacementeç significat, ipso se vocabulo prodente. Vel, vt Hesychij sententia est, secuisse ille abstulisseç sibi testiculos videñ, cuius impius animus scelerataç mens timorē Domini verāq; abiecerit pietatem, perinde ac si crudelis manus semetipsum absiderit, hoc est, sese à Dei coniunctione, quę sita est in virtutibus, abstulerit, & bone frugis prole fecitificationeç priuauebit, ipso q̄ppe abiecto signo, per quod vera virilitas in homine cognosci possit.

**A**ntiquorum autem religione institutū fuit Gallos, euiratos quippe sacerdotes, Deū Matri ministrare, perpetuæ eius seruituti addicatos, quod qui patris, matrisve nomen violauerint, eo suppicio damnandi viderentur, ne possent ipsi inquam fieri parentes: in qua sententia fuisse Lucretium, hæc eius carmina declarant:

*Gallos attribuunt, quia numen qui violarint  
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sunt,  
Significare volunt indignos esse putandos,  
Viuam progeniem qui in oras luminis edant.*

ERGA PARENTES  
ingrati.



E

## C O E L I F O E C V N D I T A S.

**Q**Væ verò de Cœli pudendis à Saturno falce abscisis et in mare deiectis veteres fabulati sunt, sententiā præ se ferunt à diuinis literis non admodū alienā, Deū quippe omniū rerū species cōformasse, moxq; præcepisse, vt cōiugio quęq; suo cresceret, repleretq; terras: id quod & pleriq; philosophi dixerunt, rerū seminæ cœlitū delapsa tempore quęq; suo coaluisse, inde ad eas propagandas naturam usum Veneris indicasse. Iam & Osirim Ägyptij suum, de quo sæpe alibi, humana effigie pudendis obscenius excitatis faciebant, inde generis nostri causam F (Sol enim Osiris) & per quem capite gestabat calathum, educationis beneficium significaturi.

**S**Ermonis efficaciā persuadendiç vim ostendere veteres si voluissent, Mercurij simulachrum grandiori iam ætate, barbatum, & effetto propemodum corpore, natura tamen obscenius excitata, eaçq; tantum parte validissimum factebant, cuiusmodi signum Cyllenis fuisse Pausanias tradit: atq; ego sigillum ea specie æneum apud Fabium Caluum Rauennatem Romæ vidi: cui quidem signo, præter hæc vestis erat suffarinata, in cuius sinum poma, fecituræ scilicet indicium, condebantur, nempe quod sermo cuius omnino symbolum est Mercurius, in grandiori, prouectioriç ætate vim quandam propemodum generandi, transigendiç aliquid habeat, vt quod in consul-

MERCURIVS, VEL  
efficax sermo.



A consultatione propositum est, deliberet, persuadeat, ac omnino conficiat. Arte-  
midorus Onirocrita scribit, se quoq; Cyllenis vidisse Mercurij simulachrum, cu-  
ius species non alia erat, quām pudendī virilis effigies: eaq; de causa coniectores  
super sermone differunt, quā quis per eius partis imaginem somniauerit.

## IN VETERATA NEQUITIA.

**A**d di solita est Hermæis huiusmodi vestis longo syrmate tracta, quorū qui-  
dem similitudinem Thcophraustus Eresius in homines nequam & intempe-  
rantes detorquebat, propterea quōd syrma, ventrem, pudenda, & barbam tan-  
tum haberent: ita illi vestem traherent sceminarū more, ventri dediti essent, atq;  
libidini, nequitiam in ætatem etiam grandiorem producerent, cùm vitia quæ-  
dam, vt Satyricus monet, cum prima sint barba resecanda.

## SERMO INANIS.

**I**n Nanem verò sermonem ostendere volētes, Mercurium eundem iuniori spe-  
cie ac prorsus impubi cùm effinxissent, attracta illi pudenda vel desidentia fa-  
ciebant: in his enim qui nondum ex ephebis excessissent, infecundam & imper-  
fectam esse orationem animaduerterant, vt pote quōd ætas illa ad prudentiam  
nondum esset idonea. Huiusmodi verò signum vidi Neapolí in magnificen-  
tissimis Mactaleconum ædibus.

## PROVENTVS.

**I**Am & Priapi simulachra in hortis statui ab antiquis solita, ne multum in his  
immoremur, prouentus qui deposceretur significatum habebant. Ea verò de  
causa fieri consueisse ait Varro, quōd horti omnes in tutela sunt Veneris, que to-  
tius est generationis Dea.

**F**rænum libidinibus atq; nequitiæ impositū  
& imponendum esse, admonere cùm vellent  
Ægyptij sacerdotes, genitale viri manu cohibi-  
tum atq; coercitū pingebāt, quippe hominis cō-  
tinentiā eo gestu describentes. In appendicibus  
vtiq; ad Virgilianū opus adiectis, cuiuscunq; illi  
fuerint ioci, sapienter quidem cōpedibus Vene-  
**C**rem cōstringendam inuenies, quantumq; natis  
creandis seruiat adeundā, vt corruptū ibi locum  
ex Lactantij Firmiani lectione corrigamus: ita  
enim apud eum legas:

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis

Seruiat, hos fines transiliſſe nocet.

## CONTINENTIA.



Approbesq; interim eorū fortitudinem, qui potius excastrari voluerint, quām  
illicito coitu contaminari: cuius facti fidem apud Cyprianū & Origenem qua-  
rito. Præcipuum autem illud in Christianorū institutis præceptum ponit Euse-  
bius, γαρ οὐ τὸν ἴωτὸν γαστέρα πρατεῖς, ventrē quippe, quæq; sub ventre sunt, coer-  
cēda. Sanè Anacharsis Scytha cōuiuio acceptus apud Solonē, ita mox decubuit  
cōpositus, vt vna manu pudēda, altera verò os obsignaret, palma ad id appres-  
sa, daturus quippe per huiusmodi gestum cōtinentiæ atq; silentij monimēta. Ea  
verò toto vitæ tempore cōtinentiā à delicijs omnib. alienā secutus est Anachar-  
sis, quare statuis eius inscriptum erat, ΓΛΩΣΣΗΣ, ΓΑΣΤΡΟΣ, ΑΙΔΟΙΩΝ ΚΡΑ-  
ΤΕΙΝ. quippe, linguā, ventrem, mentulam cōpescere. Nam ille nimirū ante omnes  
probus est, qui tribus his egregiè sibi tēperarit. Neq; verò paruā huius cōtinen-

# Pierii Val. Spina dorsi.

tia laudem meruisse videtur Alexander Macedo, cui adhuc iuueni cum puella, Dnoctis bona parte peracta, deducta esset, vt cu eo dormiret, quarenti regi tarditatis causam, respondit illa, expectasse se donec maritus cubitum iret: cōmotus Alexander ministros acriter obiurgauit, reducite, inquiēs, hanc: parū em̄ absuit quin vestra culpa factus fuerim adulter. Quin & captiuas Darīj puellas quanta integritate seruauerit, ignorat nemo. Exempla hæc adolescens, ætate feruidus, delicijs affluens, adulatoribus vndiq̄ circūseptus, sponte præstigit, vt nos qui monitis dubio procul sanctioribus erudit̄ sumus, aliquando cogeret erubescere.

## VENVS VERECVNDIA.

**N**on defuisse verò vñquā qui verecundiā adaniarēt, tot Veneris simulachra in antrū abdita, de quibus alibi meminimus, indicio esse possunt. Adhuc iuxta Mantinea Nigræ Veneris facellū apud Melias fuit, ad verecundiā quippe, qua præditum esse debet humanum genus, indicandam. Reliqua enim animantia die plurimū & in propatulo, homines verò & clām & plurimū noctu liberis dare operam solent. Simulachri huius meminit Pausanias lib. VIII.

## EXTINCTA LIBIDO.

E

**A** pud Ægyptios genitalia à Titanibus desecta, & in fluuiū demersa competrātis, quod libidinis ardorem extinctū, aut extinguendū esse, mystico eo sacro intelligendū. Græci Herūs & Leandri fabulam cōmenti sunt, vt extinto lucernæ lumine, calore quippe naturali deficiente, iuuenilis quoq̄ concupiscentię ardorem extingui significarent, atq; ita tam marem quānī fceminam gelida sene ctutis procella exagitatos in aquas immergi, ac deniq; suffocari. In sacrī nostrorum literis sententia huic fabulæ non absimilis de flore amygdalæ, de locusta & cappari habetur, quam loco suo satis explicauimus. Neq; tamen illud cōtemnendum, quod Græci extinctos cōpressosq; nequitia stimulos à viro forti, hoc est, virtute prædicto, indicare volentes, Anteum illum suum Terræ filium ab Hercule collisum fingunt: nihil enim aliud est Anteum à terra procul sublatum enecare, quām à libidinoso tactu manus & mentem procul amouere.

## COELESTE RERVM OMNIVM PROMPTIVM.

**P**anos vrbs in Ægypto fuit, in qua huius etiam dei colossus visebatur ingui. Fne procaciter extento, qui flagellum in Lunam à dextra eius sitam attolleret. Pana enim illi ad Lunæ simulachrum addere voluerunt, quod omnia mortalium usui necessaria putarent à Luna suppeditari. Sed quid hoc sibi vellet argumentum, facilius ex Cabalisticæ disciplinæ significationibus eruemus. Aiunt enim eius mysterij sapientes, omnem siderum vim, quæ rerum procreationi cōparata sit, in lunare prius corpus infundi, tanquam in penum aliquā promptuariam, mox illam pro rei vniuersitatisq; materia formā vniūcuiq; suam fideliter erogare: idq; sibi velle videtur in Panos manu flagellum, quasi accepta eo gestu doceat expendere.

## SOL.

**I**n Sūdæ collectaneis legas Priapi simulachrū, quē Horū Ægyptij esse dicunt, lœua penem arrectum continere, dextera sceptrum disco & pennis insignitū, quę omnia Solis vim ostentet; ex genitali siquidem obscenius arrectato significari aiunt, quę abdita sunt in visceribus terræ semina, vi solis crumpere: per sceptrū verò imperiū, quod in cœlestibus & terrestribus gerit, cuiusq; opera & terra & mari patefacta se se mortalibus exhibuere, ususq; & cōmoditates rerū omnium

**A**nium subministrarunt. Discus orbem quo circunsfertur indicat: pennæ verò velocitatem, totius celi ambitu quatuor & viginti horarum spacio cotidie decurso. Sic illis philosophatum est temporibus, ut rem tam seriam, et omni modestia & verecundia tractandam, ad nequitiæ turpitudinisq; imaginationes traheret. Sic Iudæi quoq; Beelphegori nonnunquam initiati sunt, ignominiae quippe simulachro, quem Priapum Latini vocant, Moabitarum de more ferentes sacra, grauissima contra se numinis omnipotentis iracundia concitata. Sic Athenarū eruditio arcanaq; mysteria vniuersum orbem elusere. Atq; hiuc demum in Eleusinæ Cereris sacrâ tormentum illud cæremoniarum, ad occlusas portas diuturnior mora, linguæ obsignatio, & tot habituum & ornatuum, quot Apuleius enumerat, varietas tendebat, ut posteaquam per quinquennium anxijs anhelabundiq; magni alicuius oraculi cognitionem expectarant, & rei cuiuspiam diuinæ maiestatem quandam, diceret Tertullianus, se visuros conceperent, sub naturæ significatione simulachrum virilis membra tot fascijs, tot integumentis tandem cooperatum, reuelatum tandem intuerentur, quodq; quotidie ad naturæ requisita non semel tangere cogerentur, vidisse se pictum aut sculptum, sub religiosissimi iusurandi prohibitione profiteri vetarentur. quodq; longè magis ignominiosum est, huc philosophi, huc principes, huc ipsi Romanarum rerum domini Augusti, leuitate nescio qua pellecti perhibentur.

## DE VMBILICO.



Voniam verò vmbilicus quædam communia habet cum genitalibus, exigit locus ipse, ut quæ partis eius significata sunt, explicitur.

## P A T R I A.

**V**Mbilici significata alij alio modo acceperūt: sunt enim qui louem, sunt qui mediū, sunt qui finem per simulachrū eius intelligāt. louem quidem ex vmbilico significare videoas apud Curtiū lib. IIII, cuius effigies smaragdo & gemmis alijs coagmētata erat. Et hoc idem indicat numus quem apud clariss. patrium Venetum Stephanum Tepolum vidi, cuius inscriptio est, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΙΡΙΑΣ ΖΕΥΣ. ibi enim quædam huiusmodi species habetur. Medium vero, vt qui dixit Delon orbis vmbilicum. Finem Martialis, cùm scripsit:

Iam peruenimus usq; ad vmbilicum.

Sed eo loco intelligendus est voluminis terminus, qui cùm volumen explicatur, in fine omnino est: cùm verò idem obuoluitur in spiram collectum, medium tenet locum. Sedenim Onirocritæ per vmbilicum dubio procul patriam intelligunt, vnde scilicet educationis auspicia suscipiuntur: & per ea quæ vmbilico accidunt in somnijs videri visa, de patria vaticinari solent.

## M E D I V M.

**V**Idetur verò patria vnicuiq; homini orbis medium esse, cùm ab eo loco, vbi quisq; lucem auspicatus est, & terrarum situm, & mundi spatia metiri incipiatur, et quoquo versum iter arripuerit, patriam semper quasi centrū statuat. Sed apertissimè Ciccro vmbilicū pro medio ponī ostendit in Verrē actione VI. Et raptam esse Liberā, quā eandem Proserpinā vocāt, ex Ennensiū nemore, qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominat. In homine quoq; vmbilicus medio totius corporis loco cōstituitur, siue circulū circunduxeris lacertis manibusq; exorrectis, siue ad quadræ figuram factum eum imagineris, quanq; de medio hominis diuersa est & Vitruuji & Varronis opinio: hic enim

# Pierii Val. Vmbilicus.

inguēn in homine masculino medium agnoscit, vmbilicū ille. Apud Martialem D  
medios lambere compertas, quod ad Varronis sententiā accedit: nam foeminae  
inguēn esse medium, idem quoq; Vitruvius confitetur.

F I N I S.

**C**Vm autem & finem significet vmbilicus, ostendendum quid vmbilicus in libro sit, de libro enim loquitur Martialis, cùm se peruenisse dicit ad vmbilicum vsq; vti paulo antè dicebamus. In quo quidem multi hallucinantur, dum alij vmbilicos esse putant, defensacula ea ænea quibus librorum anguli ornātur simul & muniuntur: quandoquidem cornua etiā eodem errore vocari crediderint à poëtis, præcipue verò bullam in libri medio affixā. Alij signa esse quedam arbitrantur, quibus antiqui librorum fines concludere soliti essent: ideoq; Porphyrionem citant, qui ad vmbilicum, ad finem interpretetur, apud Horatium:

*Deus deus nam me vetat*

*Incepsum celeres promissum carmen iambos*

*Ad vmbilicum ducere.* Alij clauos ad similitudinem bullæ, qui pro ornamen-  
to affigi soleant tabulis quibus libri cōglutinantur, intelligunt. Alij, vt ex errore E  
vno in aliū trahantur, rati se apertè rem indicasse, locum Ciceronis ex tertio de  
Oratore citant: Sed tum ita solet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad  
Caietam & Lucrinum legere cōsuesse: ibi per vmbilicos, lapillos intelligunt lo-  
tos & politos, ita enim scriptis prodidere, cùm hæ buccinorū quorundam testu  
læ sint, quæ turbinatim cōuoluuntur, in fastigiū acuminatae vmbilici forma, qui  
ex lapide olim fieri consueuit, ad vmbilici nostri similitudinem. Vt verò & Mar-  
tialem & Horatiū idem dicentes, necq; non Catullum & Ouidium etiam intelli-  
gamus, qui vmbilicū hunc eodem omnes significato posuere, sciendum libros  
olim fieri solitos ductu plurimū perpetuo, vna quippe pagina, nō vt nos illis  
dissectis, & in quaterniones quos dicimus consertis: & quia complicabantur ad  
instar spiræ conuoluti, inde volumina dicta sunt à voluendo. In extrema autem  
pagina firmitudinis ergò paruus admodū bacillus, ex cedro quippe, aut buxo,  
cupresso' ve, vel ex ebeno, vel ex ebore adglutinabatur, ad latitudinis modum,  
quæ membrana præcisa erat, hunc vmbilicū appellabant, cuius quidē capita vo-  
lumine complicato hinc & inde prostarent: solebantq; ea ex argento, vel auro,  
vel etiamnum gemmis ad ornatum præmuniri: atq; ea sunt quæ cornua nōnulli  
vocarunt, vt Quidius ad librum Epistola Tristium prima:

*Candida, nec nigra cornua fronte geras,*

hoc est, necq; ebore, necq; argento, aut nitida vlla gemma vmbilici præmuniātur,  
cuius facies atrata luctum præ se ferat. Martialis XI.

*Explicitum nobis vsq; ad sua cornua librum.*

Sic apud eundem, vti superius dictum, quod & apud Horatium, vmbilicus pro  
fine ponitur: quia principiū libri est vbi à titulo incipit explicari: finis, vbi tota  
reuoluta pagina peruentum est ad vmbilicū. Huius ego generis volumina mul-  
ta vidi, caq; vetustissima, alia ex membranis, alia ex Nilotica papyro, alia Græcis;  
alia Hebraicis, alia etiam Arabicis literis perscripta. Non præteribo papyracea  
illa monumenta, quæ in arcis Æliæ thesauris Romæ asseruantur, in quibus ar-  
chetypa est Constantini Imperatoris donatio, papyraceum esse textum, glutine  
quodam delibutum, mox aut aprina sana, vel vitro exæquatum ac perpolitum,  
vt & scripturæ patiens fuerit, necq; vlla calamū asperitate offenderit, miro quip-  
pelæuore complanatum.

CASTI

## A CASTIMONIA E' CONCUPISCENTIA.

**E**xcisus vmbilicus apud Diuinarum literarum interpretes castimoniam significat: eo enim modo quo præcism præputium circuncisionis illius est signum quæ libidinem atq; nequitiam à corde resecare debemus, ita in sceminiis vmbilici amputatio castimoniam indicat: virtus enim eius in vmbilico est. Hinc de profanatis prostitutisq; Hierosolymis Ezechiel ita lamentatur: In qua die nata es, non est excisus vmbilicus tuus, vuluæ igitur matris adhærescit: hoc est, nihil quicquam anima ab originatione separatur, sed patriæ coalita est, & applicata mollitudini, vt minimè mox mirum sit eam, quæ omnia subsequuntur, turpia perpetrare. Nam quod ex Iobe dicebamus, virtus eius est in vmbilico. sub vmbilico ventris legere videtur Eucherius, vt per hoc sceminae significet genitalia, sicut in viro lumbos dicimus. Nam vmbilicus dubio procul est concupiscentie signum.

## D E V E N T R E.

B  Am Venter quoq; sua continet hieroglyphica, eaq; ab vmbilico, de quo nunc dicebamus, non admodum aliena: quare nusquā de eo quām post vmbilicum, possumus commodius meminisse.

## P R I N C I P I V M.

**A**bsolutū perfectumq; opus significat, vt diximus, vmbilicus. Contrà venter, in sacris præcipue literis, nunc principij, nūc originis indicium est, cum scilicet quis vel à natuitate, vel ab eo quo sapere cœpit tempore, factum inceptum've aliquid ostendere voluerit, ex utero, ventre've dicet. Ita Iobes: Si non ex ventre matris meæ dux illis fui; de misericordia loquens, qua pauperes ab ætatis initio prosequi cœpisset.

## M A R E.

**I**N Serapidis descriptione figuráve, de qua plenius alibi, γαστὴ τὸ θύλακον legitur: Venter quippe mare est. & vt superius notaimus, Hippocrates decubentem quempiam, qui mare conturbatum in somnijs sibi sit videre visus, morbo eum ventris tentari coniicit, similitudine puto à mari sumpta, quod veluti flumi na fontesq; omnes in se recipit, ita venter omnia consumat.

## I N S A T I A B I L I T A S.

**V**Nde poëtæ ventrē pro ganca, & insatiabilitate, vorationēq; parasitica ponunt, vt apud Horatium Epistolis:

Quicquid quæsierat ventri donabat auaro.

Scilicet vt ventres lamna candente nepotum

Diceret vrendos.

Epimenidis in Creteñses obiurgationem Paulus

Apostolus repetit, qui γαστέρας αφγάσ, ventres quippe ignauos eos appellat. Verus verò ille ita in codicibus aliquot antiquis habetur:

Κρήτες ἀεὶ φυσαὶ, κακαὶ κέρδα, γαστέρος αργοῖ.

Semper mendaces Cretes, cōmercia pessima, ventres ignauui. Iam &, Viuite ventres, Lucilius dixit. Et quod apud Terentium legitur, Pugnos in ventrem ingere, Donatus de toto parasito ventrem intelligi posse dicit. Apud Sudam, & in alijs prouerbiorum collectaneis parasiti cuiusdam responsum habetur, qui ventris opprobrium obiectum sibi ita refellit, vt probrum id omnium pulcherrimū existimare se dicat: præstare enim eo ventrem alijs rebus, quod plenus, leuis agilisq; sit, atq; strenuus: inanis verò, grauis, & invtilis. De adipali sanè lautitia ga-

S ij

# Pierii Val. Pellis.

neaq; verbum apud Græcos γαστριθεω. In Diuinis literis Psal. xvi, impletum D ventrem legas, pro insatiabilitate atq; ingluwie. Quiq; gulæ & nequitiae impe randum præcipit philosophus, ventri, vti superius dictum, temperadum, & his quæ sub ventre sunt, inquit. Sanè quidem Ægyptij mortuorum ventres exime re, & in Sole discindere soliti sunt, vt qui scelerum omnium causa essent, atq; ita vel expiarēt, veluti de impulsore pœnas sumere viderentur. Verū hæc pleriq; dictu quidem speciosa dicant, non tamen imitanda sibi proponent, lepidumq; orationis Catonianæ principium in dissuadenda lege agraria ita exordientis obijcent: Arduum esse ad ventrem verba facere, qui careat auribus: nam & in hanc sententiam Græcum est prouerbium, γαστρὶ θνήσκει ὁ πόνος.

## H V M A N A D E L I C T A.

**S**Anè ventres, Leuitico, modò aqua cluendi, modò extra castra exportandi, apto admodū hieroglyphico, reatus, maculas quippe nostras indicant: quia Fimus in Diuinis literis pro delictis accipitur: ea verò vel corrigi possunt, atq; ideo elui: vel expiabilia sunt, eaq; procul deportanda, ne contagione vlla pars, quæ syncera est, contaminetur. Qui vero Deo venter in Diuinis literis attribuitur, secretam substantię eius originem indicat: vnde illud Psalmus, Ex vtero ante lucem genui te. Significat alibi iudicia eius incomprehensibilia, diceret Eucherius, quæ rimari nulli datū est, de quo Iobes: De cuius vtero egressa est glacies & gelu de cœlo quis genuit: Idem Eucherius, qd' apud Abacunt legitur, Venter meus turbatus est in me, ita interpretatur, vt per ventrem hieroglyphicè rationis vas & receptaculum intelligat. Apud Hieremiam, vbi, Ventrem meū do Ico, pro mente accipit. Quòd autem de spiritali, nō de corporeo loqueretur, indicium est quod sequitur, Sensus cordis mei conturbatis sunt. Manifestè autem Euangeli: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Contrà verò de ventriloquis inuenias in ijsdem Diuinis literis: nam vbi Leuitico legitur, Ne declines ad magos, Lxx reddiderunt, Ne sequimini ventriloquos: per hos Theologi falsos Prophetas intelligunt, qui Deum professi, à Deo aliena quæq; docent, falsasq; doctrinas & prophetias comminiscuntur, cōtra quos dixerit Ezechiel: Væ prophetis insipientibus, qui spiritum non diuinum, sed suū sequuntur. Maxima est enim omnino, inquit Hesychius, diabolici erroris & frau F dis species, ventriloquorum inuentum, & quæ multa super hoc exequitur.

## D E P E L L E.

**T**Rahit ad se venter pellem, quadā propémودum similitudine, qua super in Diuinis literis aliquot inuenias hieroglyphica, cuiusmodi sunt hæc:

### V E X A T I O.

**P**Elles hieroglyphicè in Sacris literis vexationes sunt, quæ hominem ad mortem vscq; commacerant, imbecillumq; reddunt: distractæ enim illæ in vsus varios, in vasa, in opera multa, patiendo probatæ laudem à Domino consequuntur. Nam, vt Paulus ait, afflictio patientiam generat, patientia probacionem, probatio spem, spes virtutis firmamentum, & inconcussam in operibus bonis stabilitatem.

### M O R S.

**S**Vnt qui locum ex Genesi, Et fecit eis tunicas pelliceas, eo interpretentur hie hieroglyphico, vt mortalitate conuestitos esse eos intelligi velint. Nam cutis omnino eos indicat, qui solis exterioribus intenti, interius emarcescunt. Apud Plutar-

A Plutarchum lib. de Iside & Osiride, tympanum humanam sapit naturam, atque ideo mortalitatis hieroglyphicum est. Conficitur verò tympanum ex pelle plano, latoq; circulo circumducta.

## S C O R T A.

**I**Nuenies & pro meretrice pelles positas Leuitici xv, Vestem & pellem quā Ihabuerit, lauabit aqua. quem locum citat Hierosolymitanus Hesychius, sententiæ huius interpres. Iam & apud Romanos meretrices scorta dicuntur, à scor- teis pellibus, quibus pro strato vtebantur. Idem pellem pro diutijs poni dicit, & pro cognatione alicubi.

## C A S T R A, V E L B E L L I C U S A P P A R A T U S.

**A**lio significato pellis pro tentorio & castris ipsis ponitur, propterea quod vetusti moris fuit, tentoria ex consutis pellibus configere. In Abacuntis can- tico: Pro iniuitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian: hoc est, Madianitarum castra vertentur in fugam & dissipabuntur.

**B**PIERIVS VALERIANVS AD IO. MANAR-  
DVM FERRARIENSEM, DE IIS QVÆ PER MANVS  
ET PEDES SIGNIFICANTVR, EX SACRIS  
Ægyptiorum literis.

**C**umma quidem ingenij amœnitas tui, raraq; admodum eruditio, iudiciumq;  
in omni disciplinarum genere exactissimū acerrimumq;, quibus te præditum  
superioribus diebus animaduerti, cum apud Cælium Calcagninū cœnaremus,  
effecere ut doctissima illius cœna nunquam immemor sim euasurus. Sed quo-  
niam parum est gratum animi affectum in corde tacitum fouere, nisi ubi facul-  
tas datur, eum palam feceris & in propatulum exposueris, cum nihil mihi commodius nunc ad  
meum erga te amorem explicandum occurrat, quām earum rerum commentarium, de quibus  
plurimus ea cœna sermo fuit, id quamprimum ad te curauit transmittendū: ibi enim tu per abdi-  
tiissima philosophorum arcana medicorumq; sapientiam ingressus, nihil obscurū reliquisti, quod  
super pulsu, venis & arterijs queri posset: quamq; necessarium esset, medici non modo cor, verū  
etiam manus ipsas eruditas esse, manifestissimè docuisti: frustra enim esse mentis disciplinam, &  
scientiam, nisi eam manus opere facto comprobaret. Cumq; medicamina plurima, quæ manibus  
tuis ipsem et confeceris, recensuisses, opportunè Vincentius Caprilis coniuua noster lepidissimus  
aclamauit, Manardum te deniq; esse à manuum ardore diuinitus appellatum: itaq; tunc ma-  
num Cælius, & alij, qui accumbebant omnes, suis quisq; laudationibus in cœlum extulere. Ego  
verò alias ingressus semitam, nihil à re, quæ præ manibus erat, abscedens, eadem hæc, quæ nunc  
descripta ad te legenda misi, ad verbum propémودum manu super declamavi: quæ quidem file-  
genti tantum placuerint, quantum audienti probare videbantur, minimè putabo me oleum &  
operam perdidisse, sperans scilicet inde aliquid futurum, quod initam hanc ex literis amicitiam  
apud posteros faciat testatissimā. Neq; tu illa supprimes, si recte diligentiam tuam perpendi, quæ  
ad humani generis utilitatem paucissimis antea cognita referasti. Facit hoc idem Cælius noster,  
qui quotidie aliquid de Musarum penetralibus eruit, & in promiscuū vsum exponit, inde per-  
petuam sibi laudem, & amicis nomen comparaturus. Nostra vero hæc qualiacunq; sint, si non  
utilia, vti vestrata, certè aliqua ex parte spero fore delectabilia. Tu igitur quod au-  
ribus libenter haurire visus es, oculis nunc & mente  
perfriuere.

# Pierii Val. Manus.

## D E M A N V.



Vix fuerint manu super hieroglyphica apud Ægyptios significata, quicq; honos ei habitus ab eius nationis sacerdotibus, Manarde mi, dicebamus: ea nunc in hunc modum, vt dicta fuerant, repetemus.

D

## O P V S.

**M**anus apud Ægyptios sacerdotes operis in primis hieroglyphicum fuit, Meaq; picta sculpta ve, hominē ædificationis studiosum significabat, quippe qua in operibus faciundis plurimum vtimur, cuiusq; beneficio rerū artificia constant, & conceptæ in animo excogitationum imagines oculis subiiciuntur. Ut verò ait Hippocrates, in vnaquaq; arte manus vnuſquisq; ad opus, quod facere destinari, accommodat: natura enim, vt ait Cic. dedit homini manus multarum artium ministras. Artemidorus coniector artes ex manu significari ea de causa dicit, quod earum opera artes exerceantur. Iam & oblatę in somnijs manus si pulchræ formosæq; sint, felicem rerū agendarū successum indicant, & ijs præcipue, qui manibus opus faciunt, vt idem tradit Artemidorus. Et Pindaricū illud Olympijs celebratur ode 1111, Χεὶς δὲ καὶ ἡποῖον. vbi per manus opera, per cor audaciā intelligendā interpres Triclinius obseruat. In sacris quoq; nostrę pietatis librīs, manus operis hieroglyphicum habentur, eo præsertim loco vbi Deus Moysi mādat, vt serpētis caudā apprehēdat manu. Actionē hīc per manū significari tradit Philo: siquidē nullo fieri modo potest, vt voluptates, quas per serpentē significari alio cōmentario diximus, coerceri, opprimi ve valeat, nisi prius manus, hoc est, synceros animi affectus, vtpote rectorū operum ministros expediāmus, & in omne pietatis ministeriū promptissimas habeamus, atq; ita demū arreptus intrepidē serpens virga fiat, hoc est, voluptas in disciplinā, que per virgā figuratur, vt in Caduceo declaratū est, quamprimum abeat, atq; ita absolutā veritatis cognitionē partim intelligēdo, partim experiūdo, cōsequatur. Apertius verò manus opus est eo loco, Exod. x 1111, Et viderūt Ægyptios mortuos super littus maris, & manū magnā quā exercuerat Dominus cōtra eos. Huiusmodi significationem etiam Græci veteres admisere. Nā Lacedemonij sic inuocando deos existimabāt, vt manū etiā admoueremus, nostrā scilicet operā addentes: neq; enim eos aliter exaudire. In quā sententiā Salustianus Cato: Nō votis, nec supplicijs muliebribus auxilia deorū parantur: vigilādo, agēdo, bene cōsulendo, prosperè omnia cedūt: vbi socordiæ te & ignauiae tradideris, ne quicquā deos implores, irati infestiq; sunt. Sed vt ad nostra redcēmus, Psal. L X X V I I I , Deuni exquisiū manibus meis nocte corā eo: quamvis apud eos qui Hebræos sequuntur, nulla hīc de manib; mentio. Verūm alijs exponunt, manibus, id est, bonis operibus, quæ tamē nocte, hoc est, occulte, & in Dei tantūm cōspectu fiarent. Nam & Assertor, Nesciat, inquit, leua, quid dextera agat tua. Dum attollit Moyses manus suas, vincitur Amaleches: hoc est, vt interpretatur Adamātius, opera & actus sustollit ad Deū, nō humiliacēs, obrepēs q; reptiliū instar terre applicitus, sed ad Deū porrectos, inq; ecclum surrectos. Quodq; Leuitico præcipitur, Manus eius offerāt hostiā Domino, Theologi per manus opera interpretantur. ut r. Ζεοχώ verò quandā, manus Dei pro ipso accipitur Filio, per quem facta sunt omnia, vt Eucherius & alijs plericq; interpretant illud Esaiæ: Omnia hæc manus mea fecit. Sed longè manifestius alibi vates idem clamat: Brachiū Domini cui reuelatū est: vbi Theologi, vt apud Hesychiū est, Filiū dubio procul inteligi debere profitentur, Patri scilicet θυσιῶν, quod ne cui ambiguū relinqueretur,

labores

**A**labores eius pro nobis suscepitos statim subiicit, vir extra omniū aleam diuinis simus: ait enim: Labores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, ipse aut vulneratus est propter iniurias nostras, afflictusque est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Psalmus sanè LXX, Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est. Theologi subiectam antiquitatem interpretationem huic versui memorant, potentiam tuam, & iustitiam tuam, id esse brachium. Vbi vero hostiae salutaris brachium dextrum separari, darique muneri sacerdoti preceptum est, Cyrillus, vel Adamantius potius, per huiusmodi brachiū à vulgo separatū significari ait, pontificē debere dextera quæque, hoc est, proba & honesta facere, ut qui tanquam lampas illucescit in atrio, exemplo reliquis esse possit, non opinione tantum, verum etiam operibus, quam quisque viam ad virtutem & pietatem ingrediatur: contrà vero sinistra, hoc est, prava & turpia non attingat, vitaque sit omnino integra & inculpabili.

**E**Vthymius vbi de manu puritate sermo fit


INNOCENTIA.

**B**tionesque inquit significari, eò quod per eas opera fieri soleant. Earum autem puritas dubio procul insontem ostendit: unde etiam abluendarum manuum gestus innocentiae signum est, quasi illas non contaminatas habere profiteamur. Antiqui enim quando contesteri volebant se alicuius innoxios esse sceleris, neque impuris se facinoribus immiscuisse, assensum've praebuisse, in multitudinibus conspectu manus abluebant, ut scilicet ex illa manuum munditia animae identidem puritatem indicarent. Inde Deut. cap. XXI, vbi cadauer in agro cæsum quis repererit ignorato cædis autore, seniores ciuitatis quæ loco ita polluto proxima fuerit, accersiri iubentur, & in deserta sterilique conualle vitula facere, super quam lauent manus, ut ita expientur & ipsi & ciuitas, populusque omnis absoluatur. Sic circundaturum se altare Domini Psalmographus vates profitetur, cum una cum innocentibus manus suas abluerit. Et Pi-

**C**latus cum iniuriae sententiae crimen in Hebreos reiijceret, innocentiam suam attestaturus, manus publicè lauit. Datas autem homini manus ideo ait Athanasius, ut ad rerum necessiarum usum inseruiat, & ad preces Deo porrigendas attollatur: atque ut palam est, manus est quæ cibum & alimenta omnia legit, condit, instruit, & originem mouet: manus est, quæ præ clara facinora in pugna vel discriminū conflictu facit: ab ea est scribendi cōmoditas & elegātia, quam Propheta honestauit, de Deo dicens, Calamus scribæ velocius scribetis, quo scilicet diuinę vocis oracula exprimuntur. Manus sacra infert altaribus, & pietatis omne munus peragit, sacramenta cœlestia nobis subministrat, & mysteria reliqua ritè perficit & operat: eam dignatus est Dei filius commendare, cum dixit: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Manus denique est, quæ omnia cōfecit, omnipotētis Dei testimonio, per prophetā dicētis: Nonne manus mea fecit haec? Manus est totius corporis propugnaculum: quæ dum illud totum oberrat, totum defendit, totum comit, totum vestit, totum ornat, uniuersę eius molis dominā se re ipsa profitetur.

A V T O R I T A S.

**H**inc manus autoritatemque & potestatē signatissimē indicat, ut in sacris pietatis nostræ canimus, in manu Dei esse omnium potestates, & iura regnorū



# Pierii Val. Manus.

omniū. quo significato dictū à Psalmographo, Exalte manus tua, vt Theologi D sunt interpretati. Iam apud Hieremiā: Sicut lutū in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel: de summa Dei potentia. Et illud minimē dissimulandū, quod poëta Cæcilius ait; Deū quis nō summū putet, cui in manu sit quē esse dementē velit, quem sapere, quem insanire, quem in morbū iniçci, quē contrā amari, quē auersari, quem expeti. Sic ad Terentiā Cic. Verū hęc nō sunt in nostra manu. Et aruspices, nulla quamvis sanctiore imbuти disciplina, cùm prādenti Vespasia no humana manus trielinio illata fuisset, & subter mensam subiecta, præsagium fuisse respondere, rerum potestatē ad Vespasianū aliquādo peruenturā. In Dei verò manu esse omnes fines terræ, sacra piorum vatum oracula testātur, qui fieri posset admirantium, vt aqua longè altior terra, ita suspenderetur, ne continet omnem obrueret, quoquo versum circunfusa. Tametsi non defuerunt antiquorum ingenia, quæ natura fieri hoc cōmentarentur. Ptolemæus quippe Almagesto, triginta se nescio quas stellas Arctico polo affixas deprēdisse profite, quę cùm siccæ frigidęq; naturæ sint, vi sua repellant aquas; terram autem ea par te, qua illę micant, vt sibi natura similem, & temperatura quadā à Saturni sidere E copulatam exerant, & suspensam teneant. Alij Magneti hoc attribuūt, quo lapi de tota illa pars, quæ ad Arcticum versa est, incrustata quodāmodo cōperitur: tantamq; illi vim dum se ad polum erigit esse dicūt, vt vniuersum terræ corpus eodē trahat, atq; ita bonam eius partē vndis extare faciat. Alij alias atq; alias super hoc rationes cōminiscūt, cōcauitates subterraneas, oualem figurā, protuberationes, & cōmenta alia ingeniose magis quām verè excogitata, quæ omnia si suscepti operis ratio pateretur, facile refelli possent, vtpote quæ tam validissimis naturæ rationibus, quām hodiernæ nauigationis exploratione, falsa reprehenduntur. Sed hęc illi viderint. Basilius Magnus totum hoc ad architecti summi Dei sapientiā refert, admirationemq; omnem dirigere nos ad eius prouidentiam adhortatur. Nam & apud Hieremiam Prophetā ipse rerum opifex clamat: Vos igitur non timebitis me, qui posui arenā terminum maris: quasi nulla alia in re magis potentiam viresq; suas ostentarit. Ille enim cùm abyssos circumuallaret, legem imposuit aquis, ne datos transiliant fines, signatisq; terminis coercentur.

**E**xpedita autē manus, & in propatulum prolatā, ita opus, autoritatem, atq; potestatē indicabat: contrā verò, nihil hominem, ignauum & ocio desidiaq; torpescētem significare si vellet, manus eius in sinum consertas effingebant: qui porrò status ignauissimi nebulonis est, cùm præsertim Anaxagoras ideo sapientissimū omnīū animantiū videri hominem dixerit, quia manibus instructus foret. Quod dictū Plutarchus in Moralib. repetit, neq; dissimulat Aristoteles.

**A**pro autores aliquot inuenias lēuā manum pro furacitate positā. Nam Plautus, Persa, vbi Sophoclidisca lena Pechnij pueri manū de-

I G N A V I A.



F

FVRACITAS.



posceret,

**A** posceret, atq; ille dexterā porrexisset, respondit ea: Vbi illa altera est furtifica læua? Ita & Catullianum illud intelligitur de Marrucino, qui manu sinistra nō bene vtebatur, sed in ioco atq; vīno tollebat līntea negligentiorum.

## P L A V S V S.

**P**Lausūm autem, lætitia&q; & gratulationis signū, manib; in eūm gestū figuratis vt sese complōdere viderentur, significare, theatra Romana, et poētarum pulpita sāpius ostenderūt. Id autem in Sardanapali statua, quæ Tharsi erat, exprimebat, cū inscriptione, quę modis omnib; lasciuendū esse cōmoneret.

## I M P E D I M E N T V M.

**C**omplicatas verò manus digitis pectinatim insertis, adcō vetus illa religio impedimenti signū esse credidit, vt parturientiū nīxibus obstarē, ne partum edere possent, quandiu manus eo gestu tenerentur, perdita admodum superstitione persuasum habuerint.

## L I B E R T A S.

**B** **Q**uemadmodū verò per manus ita complexas impedimentū significabāt, sic per eas explicatas libertatem innuebant. Numus est Tib. Claudiū Cæs. in quo videre est sigillum, quod dextera pileum tenet, læuam quām latē potest discapedinatā exporrigit, cum inscriptione, LIBERTAS AVGUSTA. quamvis verò pileus per se sit libertatis signū, manus ea tamen ita passa significatū adauget. Sedenim vt de parturiētiū fascinatione per implexas manus dicebamus, ita contrarium est in numo Iuliæ Piæ, vbi partus felicitas explicatur, in quo Venus læua hastæ innītitur, dexteram expansam ostendit, cum inscriptione, VENVS GENETRIX. Romani enim genus à Venere, propter Æneam eius filium, se ducere asseuerabant, maximè verò gens Iulia.

**C** **Q**væ quidē cōdente & dicāte Julio Cæsare, templū erexit Veneri Genetrici, cuius rei Plinius, Tranquillus & alij meminere. Legimus & Cæsaris tesseram fuisse, Venus Genetrix: vt Syllæ, Apollo Delphicus: Marij, Lardeus. Observandū autem in numo scriptum esse GENETRIX per E media syllaba, prout veteres grammatici scribendum monent, cū tamen genitor per Inotandum agnoscant.

## LIBERALITAS.

**E**st & illud frequentissimo latinitatis usu dictū, Manus remittere, liberalitatis et donationis significato, quo loquēdi modo lusores præcipuē vtunt: nam remittere manus, est cōdonare collusori iactum, quem sua ipse manu damnosum fecisset, debueritq; ob id numos exsoluere. Hinc legere est in epistola Octavianī Augusti ad Tiberiū: Ego perdidī viginti millia numūm, sed cū effusē in lusu liberalis suissem, vt soleo plerunque: nam si quas manus remisi, cuiq; exegissem, aut retinuissem quod cuiq; donauī, vicissem vel quinquaginta millia: sed hoc malo, benignitas em̄ mea ad cœlestem gloriā effert. Præcipuē verò dextrā liberalitatis & erogationis indiciū esse voluerunt, vtpote quæ, vtī prompta est, & ad capiendū expeditissima, ita & ad porrigendū erogandumq; vīstatissima. Vnde Græci ὥστε illud suū mensuræ de manu sumptæ vocabulū, de quo alibi locus suus, deductū volunt, quōd scilicet inde dona porriganter. Sed quoniā tā liberalitatis q; libertatis significatū in dex-

VENVS GENETRIX.



tera

# Pierii Val. Manus.

tera ponunt, huiusmodi disciplinam longè melius sacræ nostrorum literæ pro D diderunt: veteres enim Theologí qui diuinorum nominum significata perscrutantur, eam inesse vim in Dei dextera intellexere, vnde pulchra, grata, lætaq; omnia prouenirent, proprioq; nomine Michaelem vocari. at Græcorū Theologia Michaelis vim in Deo eam esse dicunt, quam Mathematici Veneri dedicarunt. Psal. decimo supra centesimū iubetur Christus sedere à dextera Dei patris, vbi Theologi per sessum requiem, & fruitionem diuini imperij, & patri & filio propriam, & honore parem intelligūt; per Dei verò dexterā effusissimā eius benignitatem interpretantur. Læuam demū Aramei eam in Deo vim esse dicunt, vnde fortia, dura, & castigantia procedat; idq; numinis Gabrielem appellatum, quod Astronomi ex Græcorum Theologia Martem esse dixerunt.

**A** pud Græcos Latinosq; poëtas plerunq; reperimus centimanū Briareū, centimanumq; Gygē: quin & Homerus Solem ἑκατόνταρχον nuncupauit: quorū significata cum hieroglyphicōn instar interpretetur, nō importunum fuerit hīc explicasse. Interpretes Hesiodi, per Briareū vernū tempus dici tradunt, ob herbarū, florū, & frondium copiā, quam affluēter adeò sumministrat. per Gygem verò hyemē, & ipsum centimanū, ob ea multa, quæ iamdudū collecta cōgestaç; in variis mox usus distribuit, & negocijs quæcq; suis accommodat. Quod verò & Sol centimanus Homero sit, multa & innumerabilia eius officia, quæ magis aperta cognitaç; sunt, q; recensere oporteat, effecerūt.

VER. HYEMS. SOL.



E

## OFFICIA MVTVA.

**C**essit & in prouerbiū mutui beneficij, officijq; ab officio prouocati, Manus manū scabit, ex Epicharmi Comici versiculo, quē in ore fuisse semp Prodi- co Sophistę, Socrates apud Platonē memorat, Axiocho. Erat verò huiusmodi:

ἵδε χειρ τὰ χέρα κνίζε, δές πηγὴ λάθος π·

Næ manus manum fricabit, Da quid, auferes quid.

Sed enim illud vulgatum magis: χειρ χέρα νίπῃ, σακτυλοί δὲ σακτύλοι.

sic enim manus scripti codices habēt, quod alij suo freti ingenio corrigerē voluerunt, quæ trimetri effet ratio minus animaduertentes:

Manus manum, digitū interim digitos lauant.

## O P E M F E R R E.

**E**adem dextera, quæ pullaria Plauto dicitur, passis digitis opis ferendæ fuit hieroglyphicum, cuiusmodi species in Opis deæ simulachro aliquot in numeris obseruatur, quasi ea opem omnibus velle se ferre polliceatur. Quinetiam & nunc vulgo, & apud veteres usurpatū illud τὰ χέρα ἀδιελλεν, manum admouere, quotiens operam nostrā alicui negocio adiutricē adiūcimus. Hinc apud Maronēm Palinurus ad Aeneā clamat: Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas. Sanè illud sumptū à sacris, in quibus quispiā adueniens admota victimæ manu, fiat & ipse particeps sacrificij. Sed hoc frequentius apud nostros, cum infantes ab originali labore per sanctas aquas expiātur, lustricusq; eorū dies celebrat: qui cunq; enim manus admouerint ad infantē, dum sacrū id peragit, paternis feso obligant officijs, & arctissima pietatis necessitudine & nato & parentibus coniunguntur, propemodumq; affines fiunt. Quod verò de manibus sacrificio admotis

F

**A** motis dicebamus, quod theologi nostri interpretant̄ eo Leuitici loco, Quicūq; illa attigerit, sanctificabitur, id dicūt ostendere, q̄ in disputationib. quæ de Deo sunt, theologicisq; mysterijs, sufficit nobis tantūmodo tāgere, quēadmodū qui vult igne calefieri: nam is si interius manū immittat, pro eo quōd poterat et satis erat calefieri, cōburitur: sic qui, pfundius, vel altius de Deo disputare præsumit, pro eo q̄ gloriōsius aliquid ostentare affectat, in blasphemiam cadit, dum diuinorum dogmatū nequit sublimitatē assequi. Ea de causa populus Israēliticus nō ascendebat in mōtem Domini, sed iuxta radices corona dūcta desidebat: quod vtinā superioris seculi tēpora animaduertissent, nō em̄ sanctissima hęc doctrina tot ineptorū hominū, ne ignauorū dicā, nugis atq; cceno implicata esset & cōta minata. Sed Deo Max. gratia, qui nostra demū ætate tot autorū veterū thesauros aperuit, vt in vnaquaq; disciplina proficere volentibus, verā, facilē brevēq; viam patefacere dignatus est. Quod verò ad hāc rem facit, monet Paulus, haud facilē cuiquā manū imponendā, de ordinibus nimirū cōmunicandis, quorū vis & ratio in spiritus sancti cōtributione cōsistit, iuxta ritū, quo impositis supra ca

**B** put manibus sacerdos dicit, Accipe spiritū sanctū. Id verò diligētius examinan-dum imperat Paulus, ne indigno, vel improbo, vel imperito talia conferantur.

## F L A G E L L U M.

**S**ignificat etiā flagellum manus in diuinis literis, vt apud Sophoniam: Exten-dam manū meam super Iudam, & super habitantes Israēl, & disperdam de lo-co hoc reliquias Baalis. Et beatus lobes de calamitatibus, plagiis, & infortunij suis loquēs, Manus Domini, inquit, tetigit me. Et illud, Tridentur in manū gla-dij, castigabūtur gladio significat, vtpote qui occidione occidēdi sint. Iam quod alibi legitur, Firmasti super me manum tuam, de castigatione intelligendum est.

## P I E T A S.

**I**N Antonini numo pietas ipsa dexterā exporrigit expansam, lœua donarium in subiectam aram porrigit. In L. Älij Cæsarīs numo aureo, dextera sigilli co-dem est gestu, lœua donū tenet, cum inscriptione, P I E T A S. Quod verò dictum est in Cynocephalo, passas in ccelum manus adorationē significare, videas id in Gordiani Pij numo, in quo sigillum est passas hinc inde manus ad cœlum attol-lens cuius inscriptio est, P I E T A S A V G V S T. Et larbas apud Maronē dicitur

**C** Multa louem manibus supplex orasse supinis.

Iam & Salomō Trecensis nō ignobilis sacræ Scripturæ commentator, sacerdo-tes, inquit, cūm sanctum B E N E D I C T U M pronunciant, nomen inquam id sanctum XII. literarum, extendunt manus suas.

**A** pud nationes aliquot inuenias, reiectas post tergū manus, easq; connexas, supplicē hominē significare. Eam formā in huiusmodi si-gnificato peculiarem apud Assyrios fuisse tradit Ammianus, vbi lib. x v i i i . Antonius ab Vrsi-cino agnitus in hostili acie, obiurgatorio sono vocis increpitus, proditor & nefarius appellatus, sublata tiara, quā capiti summo ferebat ho-noris insigne, desilijt equo, curuatisq; membris humū vultu penē contingens, eum salutauit, pa-tronū appellans & dominū, manū post tergum cōnectens, Ignosce mihi, inquit; & quæ pro criminis depulsione subsequuntur.

T

## S V P P L E X.



# Pierii Val. Manus.

## C A P T I V I T A S.

**S**Edenim apud Romanos huiusmodi species manū post terga reuinctarū,  
captiuitatis nimirum indicia sunt, & Virgiliiano confirmatur carmine,

*Ecce manus iuuenem interea post terga revinctum*

*Pastores magno ad regem clamore trahebant.* & multis vbique ter-  
rarum monumentis, ex ære & marmore dedicatis, passim intueri licet. Ita lib. de  
Amicitia Cic. de eo qui litigare se simulās blandiaſ, atque ad extremū dat manus,  
vincique se patitur, vt is qui illusus sit, plus vicisse videatur. Talem Astronomi fi-  
gurare solent, vbi ostendere volunt cum ab inimicis superandum, & in eorum  
potestatem redigendum, qui **XIII.** Sagittarij gradu lucem auspicatus fuerit.

## P A C I F I C A T O R.

**Q**Væ verò species in M. Catonis Proprætoris numo cernitur, vbi victoria  
est sedens, manu exorreſta, pollice summisſo, quod puto victoriam con-  
ſilio partam significare, vt illud, quod alibi explicatum est, Romanos sedendo  
vicisse, huc accommodetur. Ille porrò gestus in manu res compositas ostendit,  
qui habitus in statuis pacificatorum exprimi solet: vt in equeſtri colosſea ex gre E  
M. Aurelius, in area Lateranensis basilicæ visitur, de qua in Digitis.

## R E S T I T V T O R.

**I**N alio IMP. SEV. ALEXANDRI AVG. numo simulachrū est lœua ha-  
ſta innixū, dexteram porrigens, vola & digitis demissis, pollice pendente, in  
quo literas eas tātū inspexi quæ R E S T I T V T O R dicerēt, reliquas discerne-  
re non potui. Verū apertius in Gratiano numo porrigitur manus mulieri al-  
tero genuflexæ genu, cum inscriptione, R E P A R A T I O R E I P V B.

## S A L V T A T I O.

**E**Rat & salutationis indiciū, dextera iuncta dextræ, quod apud Varronē, atque  
etiam apud Callimachū Ætijſ habetur. Vnde Virgilius in candē sententiam  
Æneam inducit cum patre in Elysijſ loquentem ita queri: Cur dextræ iungere  
dexterā non datur. In hunc sanè diem mos hic perdurat, vt hospites & peregrini-  
nos, & quoscunque notos peregrè venientes, dexterarū coniunctione salutemus.

## A D O R A T I O.

**N**Eꝝ verò tantū porrectis in cœlum manibus adoratio fieri solita, sed et auer-  
fa manus ad osculum exposita, adorationis indiciū est. Hinc illud apud Pli F  
nium, quandā esse in dextera religionē, quæ osculis auersa appetiſ. Qui adorat,  
inquit Hieronymus in Ruffinū, solent manū deosculari. Vnde Hebrei deoscula-  
tionē pro veneratione usurpant: eiusmodiſ loquendi forma per totā iam Italiā,  
ex quo Hispanos in dominationē admisimus, inoleuit, cūm prius id honoris nō  
nisi Pontificibus debereſ. Et nōnulli Catuli somniū de Augusto referunt, quasi  
Iupiter cōpluribus prætextatis tutorē à ſe poscentibus, vnu ex eis demonstra-  
ſet, ad quem omnia desideria ſua referrent, eiusque osculū delibatū digitis ad oſ  
ſuum retulifſet. Alioqui, vt in Cynocephalo dictū, ſublatæ in cclū manus ado-  
rationis indiciū ſunt. Apud Ciceronē Quæſtionib. Academicis admirationis id  
ſignū est, vbi dicit: Hortensius autē vchementer admirās, quod quidē perpetuò  
Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus ſepe tolleret: nec mirū, nam nunque arbi-  
tror contra Academiā dictū eſſe ſubtilius. Peruulgatū verò eſt Catullianū illud  
in hanc ſententiā: Admirans, ait, hęc manusque tollens, Dij boni, & que ſequunt̄.

## C O N S E N S V S.

**I**N militaribus verò allocutionibus ſublata manus, cōſensus et approbationis  
hiero-

**A** hieroglyphicū est. Vnde totiens apud Xenophontem, si, quod propositū esset, scitum facere se profiterentur, manus tollere iubebantur. Sedenim hoc ritu Hebræorū prius institutū fuit, quod plerisq; locis habetur: & Aaron Leuitico, tollens manum, populo bene precatus est. Ita nobis quoq; faciundum imperauit Paulus: Orate, inquiēs, in omni loco attollentes puras manus. Et Tertullianus, vbi de oratione pro salute Imperatoris agit: Illuc suscipiētes (ait) Christiani, manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus: deniq; sine monitore, quia de pectore oramus: & quæ sequuntur in hanc sententiam.

F O E D V S.

**S**ed neq; Pythagoricū illud prætereundum, μὴ παρὰ ἐμβάλλεται, non vnicuiq; dexterā porrigendam: quippe non temerè esse quempīā in amicitiæ familiaritatisq; foedus admittendum. Citat hoc symbolum in hanc sententiam Plutar- chus eo commentario, quod de multorum amicitia conscripsit: & Solonis dictum illud in primis fertur, οὐλας μὴ ταχὺ κτῶθενδ' αὐτὸν, μὴ ἀρθεύμενος: Amicos ne cito cōpares: quos autem acquisieris, ne reijicias, contemnāsve. Mos verò adhuc **B** est nostris presulibus, in admittendis in clientelam amicis manū porrigere exosculandam, quod firmū quasi foederis & conciliationis signum habetur. Observes etiā apud Amianum, rerum gestarū lib. I. suprà X X, Nebridium, qui cōtra Constatium vnum omniū iurare noluerat, metu militū, qui ferrum in hominem strinxerant, ad Julianum profugisse, suppliciterq; orasse, vt timoris leuandi causa ei dexteram porrigeret. cui Julianus: Ecquid, ait, præcipuū amicis seruabitur, si tu dexterā attigeris meā? Plutarchus in Catone V ticensi morem tangit osculandi manus Imperatoris apud Romanos: nec id quidem omnibus, sed paucis admodum honoris gratia concessum. Vnde etiam in diuinis literis legitur: Tua dextera me suscepit, quod ita interpretantur Theologi: Mos eorū est qui opem alicui sint allaturi, dexterā porrigere, in qua & vis, & aptitudo, agilitasq; magis promptuaria, quam in lœua. Et Psal. L X I I I, Tenuisti manum dexterā meam: id est, optimi Assertoris instar manū meam apprehendisti, meq; de terra & servitute Babylonica eduxisti. Alij sic exponunt, vt per dexteram manū à Deo tentam, meliora ac laudabiliora opera intelligentur, quæ benigno Deus animo suscepit. In sacrificijs demum manuum impositio nūc benedictionem ministrat, nūc peccatorum remissionem, nūc Sancti spiritus aduentum, nūc expiations, quas solo percipimus intellectu, ait Hesychius.

F I D E S.

**Q**Via verò fides in foederibus primū expetitur, Numa Romanorū Rex constituit, vt manus eæ quæ fidei sacra facerent, ad digitos vscq; inuoluerentur, quod fidei tutandæ indicium esset, cuius præcipuè sedem in dextera esse docuit: vel, vt arcana in abdito habeantur. Porrò fidem in manibus Arabes adeò colebant, vt foedus nunquam facerent, nisi sanguine ex vola iuxta maiores digitos eorum qui foedus inirent, lapide quodam eliso, intinctoq; inde flocco ac lapidis bus septem, qui forent in hunc vsum cōparati, illitis, suis interim Oratal & Allat numinibus vnicis inuocatis. Agnoscit & Maro fidem per dexteram significari, quare Dido apud eum exclamat:

*En dextra, fidēsq;, Quem secum patrios aiunt portare penates.*

Atq; hoc est quod Achemenidi Anchises

*Dat dextram, atq; animum præsentī pignore firmat.*

Velamen verò illud, quo fidei simulachru, vel manus ipse obtegerentur, album

T ij

## Pierii Val. Manus.

fuisse cōstat. Vnde Maro canam fidem appellauit, vt nonnullorum est opinio: D  
quamvis & literatissimi viri sunt, qui canam ideo fidem à Virgilio dictam pu-  
tant, quod primum omniū templum Fidei fuerit à Roma Æneæ filia conditum,  
vt in fragmentis Pompej, diuino illo numine rerum opifice iam tum Romanæ  
originis initio, quod futurum olim erat, præmonstrante, vt quod imperium ibi  
sine fine permāsurum parabatur, fundamentū pietatis in fide iecisse tot antē se-  
culis constaret. Horatius tamē velaminis albi mentionē facit, vbi dicit: Et albo  
Rara fides colit velata panno. Id enim ad sinceritatē, quæ requiritur in fide, in-  
dicandā excogitatū: à fide enim fucus omnī abesse debet, neq; vlo subterfugi  
colore candor eius violari. Quapropter iustē magnanimiterq; Romani fidem  
hostibus etiā seruandam rati, Cannensi clade accepta, cūm Hannibal quibusdam  
captiuis redimendi se potestatē fecisset, fidē ab eis accepta redeundi, nisi rēs con-  
fici posset ea quam proposuerat conditione dolose illi vnius diei iter progressi,  
simulato negotio, in castra hostica redierunt: inde quasi sacramento soluti, tan-  
quam liberi essent, securi cōfidentesq; Romā se contulerunt. Indignatus Hanni-  
bal, dum eos sibi dedi postularet, ipse etiā S. P. Q. R. factum ægerrimè tulerūt, E  
neq; vllis ciuium suorum precibus aut lachrymis vinci potuerunt, quin publicè  
ad Hannibalem remitterentur. Sed quid vetustiorum malē praeueq; facta cōqui-  
rimus, si recentioribus seculis dolosa huiusmodi fide deceptum Adelbertū Ba-  
uemburgi Regulum legimus, turpi nostrorum principum ignominia, quē At-  
to Maguntiæ archiepiscopus blanditijs pellectum, ad Ludouicum Regē capi-  
talem eius hostem attraxit, iuramento pollicitus se procurarūt, vt quemadmo-  
dum eum saluum de imunitissimo, vbi erat, loco educebat, in columē identidem  
reduceret. Cūm itaque paulūm extra portas prodijset, Atto coniectis in So-  
lem oculis, iter longum & horam iam tardam causatus, satius fore dixit redire,  
coimmōdūm vt corpus aliquo cibo curarent, itineris lassitudinem ita leuaturi.  
Cui Adelbertus, nihil suspicatus mali, non difficulter assensit. Reuersi igit, sum-  
ptoq; ientaculo, dant se iterum in viam, ac simulatq; in Ludouici conspectu con-  
stitere, Adelbertus in manus Regis deditur: quo proditionis Attonē audacter  
incusante, iuramento, inquit Atto, tūc planē satisfactū, cūm te impransum edu-  
ctum, intro vt prāderes reduxi. Sed hęc improba barbari hominis facta prēter- F  
eamus, & ad fidem reuersi, haberi eam dicamus in Hadriani numo quodam, Ię-  
ua tenetē orbem planum: id nonnulli speculum esse contendunt, nam id quoq;  
significatū habet fidei, additaq; est erecta columella, ob fidei quippe tum recti-  
tudinem, tum firmitatē. Multò verò manifestius duæ manus iunctæ, fidei sunt  
hieroglyphicum, quod in plerisq; numis antiquorum obserues, inscriptionibus  
etiā additis, modò FIDES EXERCITVM, modò FIDES ROMANO-  
RVM. Sed huiusmodi manus iunctæ ad alia etiam extenduntur significata.

### F E L I C I T A S.

**Q** Vandoquidē alicubi simulachra duo dexteræ iungētia felicitatis hierogly-  
phica sunt, caduceo pr̄sertim apposito: rebus enim pacifice cōpositis, con-  
gruum est publicā priuatamq; subsequi tranquillitatē. In Hadriani numo tenet  
ipsa dea caduceum manu vna, altera Imperatorē apprehendit: inscriptio est, F E  
L I C I T . A V G V S T I . Vbi verò idē Imp. genibus quendā procumbentē suble-  
uare videtur, quid sibi velint iunctæ dexteræ, declarat inscriptio, R E S T I T U-  
T O R I G A L L I A E. Quod verò superius dexteram salutationis signū esse dixi-  
mus, in numo qui TRAIANVS HADRIANVS inscribit, Imperatorē ipsum  
videas

**A** videoas dexteram Dei sedentis dexteræ iungentem, cum inscriptione sub basi posita, ADVENTVS AVG.

## I V D E X.

**S**ed & abscisæ manus ipse hieroglyphicum suum habuere, quod minimè fuit prætereundum. Spectari enim solitas Thebis iudicū statuas absq; manibus, Plutarchus ait: & eam quæ Principem referret auersis esse oculis, vt iustitiam & à donis alienam esse debere, & nulla mulceri facundia oportere significant. Nam Stratoclem & Dromoclidem quis iniquo animo nō ferat, quorum sermo omnis cùm de Reipublicæ negotio aliquo capessendo, dēq; tribunalibus collo querentur, erat, vt se inuicem ad auream messem inuitarent.


## D E I V I S.

**S**anè Ianum, de quo plura alibi, veteres bicipitem, sed absq; manibus & pedibus effingebant, quadrato lapide ab exili basi in latum exurgente. Indicabat id Dei vim, cui neq; pedibus necq; manibus opus est, ad ea quæ iusserit efficienda, vtpote qui nutu solo totum potest mundum tremefacere, & vt apud Poëtam, dicto citius tumida æquora placare. De statua verò Ianī, quæ numerum C C C L X V dierum digitorum gestu indicaret, suo loco dicetur.

## P R O V E N T V S.

**Q**uamvis verò ita veteres iustitiam informarint, apud cōiectores tamen reperias virum agendis causis nobilem, iudiciaq; & leges fama optima consestantem, qui plures se habere manus somniauerit, prospera expectare, q; id portendat & clientum, & amicorum, atq; etiam pecuniarū prouentum exuberantē,

## V I N C U L A.



**I**mperitis tamen, maleficis & sceleratis homini bus, id somnij vincula minitatur, multas scilicet manus ad eorum coercitionem expediri. Sed quoniam incidimus in prouentū, succurrit id ex Psalmo C X V I I , Labores manū tuarū comedes, apud Græcos τῶν καρπῶν scriptum esse: quare bene periti quidam, fructuum potius quam manuum reddidere: καρπὸς enim tametsi nō quidem manum, non palmam, sed iuncturam palme cum brachio significat, vt apud Homerū legas Venem à Diomede vulneratam ὥδι καρπῷ, vbi non pars pro toto, sed locus letalis, & conuulsioni obuius de industria designatur, ad criminis atrocitatem augendam: pro fructu tamen passim ponitur, & multa inde in huiusmodi significatū vocabula. Erit itaq; sensus, fructibus suis vescetur is qui timet Dominum, nec impius hæc tam culta noualia miles habebit.

## S P E S I R R I T A.

**I**nuenias & operum inefficaciam per præcisas manus significari, quæ vanas nonnunquam irritasq; cogitationes, spesq; hominum inanes indicant, quod ita scilicet opus ad finem qui fuerat institutus, perduci minimè possit. Et mathematici, nullius utilitatis & haudquaquam frigi hominem in lucem edisub X V I I Geminorum gradu ostendere cùm vellent, hominem eo loco vtracq; manu multum pingunt, atq; eum ignauiter consistentem.

## M I N I S T E R I V M.

**S**ed lōgè alia de causa Mycerinus Ægyptiorū Rex viginti colosso ancillarū circa filiæ cadauer circumstātium, truncis manibus, h̄sq; humi ante pedes ia-

T ij

# Pierii Val. Manus.

centibus erexerat: h̄s enim vxor manus absciderat, q̄ adulterij tam nefarij mini- D  
stræ fuissent, vti scilicet pater sceleratissimo exemplo cōplexu filiæ abuteretur.  
Quod verò in diuinis literis primo Regū habetur, vbi Arcā Domini Palæstini  
pr̄cedam abduxerāt, & in Dagonis idoli sui templo posuerāt, manè repertus Da-  
gon prolapsus cōfractusq; abscisis manibus: interpretes loco hoc, abscisis mani-  
bus, intelligūt, fore tunc præmonstratū, vt cùm Domini nostri doctrina ad gen-  
tes pervenisset, idolorū manus abscinderent, hoc est, præstigiæ quibus morta-  
les omnes eludebāt, desiturg essent, neq; vlla ulterius decipiendi potestas dēmo-  
nibus relinqueretur. In huiusmodi ferè significatum Leuitico legas, vbi de victi-  
mis agitur: Si nō poterit manus eius inuenire, hoc est, si propter egestatē emere  
non poterit, si precium erogare nequiverit. Alioqui, sideratae, attritae, vel etiam  
abscisæ manus, neq; non pedes, actiones indicat deprauatas: studiosum quippe  
hominem eorum tantum quæ vel ab auaritiæ, vel superbiæ spiritu suggerūtur.  
Quare Dauid ita deprecatur: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus pecca-  
toris non moueat me, diripientis scilicet aut violantis: superbi enim hoc est, au-  
ari illud. Eodem & brachia significato accipiuntur. Nam vbi Psal. XXV. delin-  
quentis hominis brachium cōteri legitur, impurorū hominū brachia debilitata E  
significari ait Origenes, quandoquidē ad nullum misericordię aut beneficentię  
opus exerceant. Nā manus & brachiū, inquit is, operis est indiciū. Sed eo loco  
Euthymius adimi perperā agendi autoritatem, viresq; confringi interpretatur.

## A V A R I T I A.

S Vnt tamē qui hoc ad auaritiā pertinere censeant, interpretamentūq; huius-  
modi ex Theocritiano carmine mutuentur, οὐτινὸς δὲ ἔπος αὐτῷ πάλιν πόλεμος  
χρήσεις ἔχων, & quæ sequuntur in hanc sententiam. Necq; desunt qui manum tātūm  
sinistram digitis cōpressis pro tenacitate & auaritia pingant: nam & coniecto-  
res lāuam lucri, & augendæ rei signum ponunt, quippe quæ ad custodiendum  
magis idonea sit, vtpote segnior, & tenacitati accōmodatior. Ad hoc facit quod  
Diogenes, vt nonnulli tradunt, dicere solebat, nō esse tradendas amicis manus  
complicatas: quod interpretantur, benignitatē addendam comitati. Auaritiam  
& ille gestus in manu significat, cùm exorrecta capedunculam assimilat, quo  
gestu Philemonis Romæ signum vidi, cùm in altera volumen complicatum ha-  
beret, idq; tenaciter restrictum, vt qui precium sibi deposceret, nō nisi eo nume. F  
rato librum exhibitus. Ferunt enim eum Comediarum scriptorem, ære gra-  
ui solitum lucubrationes suas venundare. Inscriptio sanè erat ΦΙΛΗΜΩΝ. Apud  
Aristophanem iocus est Cōcionatricibus, vbi Phidolus deos exemplo ponit,  
quibus cùm supplicamus boni alicuius gratia, stare eos supinā manū porrigen-  
tes, non vt quid dent, sed aliquid accipiāt. Hinc  
quoq; Atheniensium in aucupādis lucris auidi-  
tas dictorio carpit, ἀποκέκτησα τὴν χρήσην καὶ ἀποθέματα,  
manum etiā dum moritur Atheniensis porrigit.

P Orrò aut orationem vnamquāq; tradunt ex  
manu significari, quamvis alio loco prensam  
manu linguā id facere dixerimus. Ea tamen diffe-  
rentia habetur, quod species illa non orationem  
tantūm, sed eloquentiā indicabat. Manus vero  
vnumquāq; sermonē per se ipsa significat, quod  
vnā cū sermone manū etiā motū expetimus, vt

S E R M O.



ait

**A**it Artemidorus : histriones enim vel celebres inuenias solcēcismi redargutos, quod gestu manū aliquando peccassent: de quo alibi. Contrā verò erant Hermea signa quadrata sine manibus & brachīs, solo quippe insignita capite, eaq; p̄cipuè apud Athenienses, sed in quorū medio virilia etiā adsculpebātur. Sermonis hæc erant indicia, vt in Pudendis etiā ostensum, Mercurij quippe ipsius vim ostendebant. Nam is & Cyllenius ideo vocatur, quod x̄m̄s Græci vocant eos, qui sine manibus sunt. Ostēdit verò hoc, sermonem suapte vi pollere, & si- ne manibus omnia conficere. Cur verò signa illa quadrata fierēt, in quadra iuge- ris dictū. Sedenim cùm Aristoteles duplē sermonis ponat intellectum, vnum scilicet primæ intentionis, alterum secundæ, vt nostri interpretantur, sermonem illum qui per Hermea figurañ virilibus arrestis, primæ dixerim intentionis quasi mente conceptum: secundæ verò, qui per manus significatur; is enim per vocis instrumenta expressus, opus quodammodo conficere videtur. Hic verò sermo plurimū apud eruditos aut per dialecticā in angustias intruditur, aut per elo- quentiā in latiores campos explicatur: vnde Zeno Stoicæ disciplinæ princeps **B** commentus est, per manū vtruncq; diuerso gestu porrectā significare: quod qui dem inuentū cùm manifestū sit hieroglyphicū, minimè fuerat dissimulandum.

## D I A L E C T I C A.

**D**ialecticam enim ostendere cùm vellet, manum pingere solitus est digitis in pugnū compressis, angustias hinc scilicet & argumentorū breuitatem, quibus illa cohibetur, ostendens, quod simplex vniuersicq; rei qualitas tribus plurimū propositionibus comprehendatur, axiome, assumpto, & illatione, vel partibus his etiam breuioribus.

## E L O Q V E N T I A.

**E**loquentia verò latè diffusa patentí decurrens planitie, quaq; libuerit per- uagata, per diductos digitos dilatatamq; manū ab eodem exponebatur. Reprehendit sanè Quintilianus eos, qui orantes vlla in causa manū sub pallio cōtinent, quasi res ignauiter agatur: nostri tamen instituti est, cùm apud Pontifi- ces inter sacra sermonē habemus, manus intra palliū cohibere, frugaliq; tantum pronunciatione vti. Quoniā vero Theologi finiunt aliud orare esse, aliud ado- rare, status ad cultum, manus ita surrecta ad adorationem facere videbuntur.

**C**

## P R E C E S.

**T**N Hetruscis quoq; institutis hoc gestu manuum ad preces vtebantur, neque non in devouendis ciuitatibus, evocandisq; dijs: cumq; louem dicebant, ma- nus ad cœlum sustollebant, vt eo etiam loco apud Virgilium est:

*Multa louem manibus supplex orasse supinis.*

Sanè, quod ad hāc rem facit, Polemonem sophistam legimus Olympicis ludis, qui Smyrnæ olim celebrabantur, inepti cuiusdam actoris solœcismum manu fa- ctum reprehendisse, cùm in exclamacione, Ἀχ, manus ad terram protendisset. Cùm verò ἀγανά pronunciaret, faciem ad cœlum erexisset. Sed quantum ad lo- uem pertinet, eundem morem vetustissimo rītu apud nostrę pietatis Pontifices obseruari videmus: quotiens enim vel D E V M, vel D O M I N V M enunciant, gentem sanctā bonis verbis expiaturi, prosperaç; & felicia mortalibus precatu- ri, manus sub eam locutionē supinas in cœlū tollūt. Quin etiā δειπνού, quod sacri- ficare est, etymologici grāmatici nōnulli dictū putant, q; qui sacrificant, precan- turve Deos, δειπνοτὰ κέρπε, manus quippe protendunt. In numo Gordiani Pj si- mulachrum est, quod passas hinc inde manus ad cœlum tollit, cum inscriptione

# Pierii Val. Pedes.

ad rem accommodata PIETAS AVGVST. Illud addam, antiquum precan D  
di modum noctu sub dio Pindarū posuisse, Olympijs, ode secunda, apud quem  
vixit in morte ob hanc cansam inscribitur.

## DE PEDIBVS.



Æc quidem manu super memini, Manarde, tibi differuisse: sed quoniā  
Caprilis velle se de pedibus audire similia dictabat, quæ super his à  
me tunc dicta fuerunt, visum est subiungere.

### I R R I T V M.

**F**ieri minimè posse aliquid, aut inconstans irritumve futurū, quod cœptum  
factumve fuisset, ostendere si vellent Ægyptij sacerdotes, pedes in aquæ super-  
ficie inambulantes pro hieroglyphico faciebat. Nemo enim est qui nesciat, nulla  
id humana ope ingeniove fieri posse: nihil enim magis irritū cedit, quam si quis  
plantas super aquæ superficiem firmare sibi persuaserit. Ad hoc respexit Cicero,  
cùm libro Officiorū tertio, fluxas, labiles & inconstantes Epicuri rationes esse  
differeret, quippe quæ minus in solido consistant, quod aqua hærent, vt aiunt. E  
Sunt qui elocutionē hāc, In hac causa mihi aqua hæret, rem nondū peractā signi-  
ficare contendāt, dubiumqz aliquod superesse, quod nondū fuerit explicatū, aut  
sibi re super adhuc dicendū esse, sumpto à clepsydris, in quibus aqua, temporis  
dati index, per tothoras stillatura statuebat argumēto. Et hoc esse quod ad Q.  
Fr. Cicero ita scribit alterius libri epistola v. Quod idibus & postridie fuerat di-  
ctum de agro Campano, nō est dictum, in hac causa mihi aqua hæret. Vbi tamen  
damnat Epicurum, cū Ægyptiorū hieroglyphico videtur cōvenire, vtpote qui  
argumentorum eius infirmitatē omnino redarguit. Nam ingredienti vnicuiqz  
animali, vt palam est, solo opus est, diceret Aristoteles, cui firmiter innitat: id aut  
homini, vtpote grauiori animali, neqz in aëre, neqz in aqua cōcedit, et ea de causa  
pedes suam habent nuncupationem, quod πεδις, id est, solum sibi deposcunt.

### V A C I L L A T I O.

**C**VM Ægyptiaco consentit hieroglyphico quod Psalmo LXXIII legitur,  
Mei penē moti sunt pedes. Græca lectio habet οὐλαβού, quippe vacillarū,  
sue potius fluctuarū: maris enim turbatio, fluctuūqz cōmotio, οὐλός. Hic verò  
pedes pro cogitatione ponunt que scilicet animi nostri pietatē pedum instar re-  
git, & sustinet. Penē igit̄, inquit, cogitatione peruersus, ac penē lapsus sum, vt cre-  
derem Deo nullā inesse prouidentiā, incertoqz casu mortalia defluere, aut quid  
huiusmodi. Ita ibi legi psal. XXXVII, οὐλαβού τοδεσμος. Vbi si verbī mari-  
timi & fluctuantis ratio est habenda, Latinè dicemus, cùm fluctuare cœpissent  
pedes mei.

### F V N D A M E N T V M.

**C**Ontrà verò pedes in solido constituti, iactū ostendunt fundamentū. Hinc  
apud Iurisconsultos legas, ponere pedē, pro fundamentū iacere. Hinc illud  
apud Tulliū De finibus IIII. Quid enim sapientia vbi pedē poneret nō habe-  
bat, sublati officijs omnibus. Alibi pedem ponere significat occupare. In Deo  
aut pedes virtutis eius firmitatē ostendūt, & solidi fundamenti stabilitatē, Esaiā  
dicente: Ccelū mihi sedes est, terra aut scabellū pedum meorū. Alibi pedes Dei  
hieroglyphicē accepti, humanitas Christi est: nam sicut caput Pater, ita pedes Fi-  
lius, qui eō quod terreno mixtus est, diuinitate ipsa inferior est. Quod verò scri-  
ptum est Deuteronomio, Qui appropinquat pedibus eius, de doctrina illius ali-  
quid assequētur; sunt qui ex mysticis hisce pedibus abeundos intelligat sanctos  
interpre-

**A** interpretes, & qui diuinā prēdicant sapientiam. At q̄ Psal. stantes pedes hieroglyphicē ponuntur, mentis atq̄ fidei stabilitatē significat. Nam contrā de maleficiis Propheta, Cur claudicatis vtroq̄ pede? Et Psalmographus psal. x viii, Claudiauerūt ab errātes à semita. Porrò vitiatus pes, aut mutilus, aut intortus, in diuinis literis hominem significat qui à recta diuinæ institutionis semita declinat: quandoquidem pedes pro actionum, vt dictum est, progressu sæpe ponuntur: Theologiq̄ omnes hunc vitę nostræ cursum viā appellare consueuerūt, dē qua Dauid psal. us, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: hoc est, qui dum hanc viuunt vitam, ea faciunt quæ lex Domini præcipit atq̄ mandat.

## P V R I F I C A T O R.

**S**i verò pedes altius in aquam mersos effinxissent, purificatorem significabāt. Nam et alibi aqua & ignis in defecationis significatum accipiuntur, q̄ rebus his labes omnis eluatur & eximatur. Hic verò de ijs sermo est, quæ leui sint macula contaminata, quibus vnda satis superq̄ sit ad depurandum. Apud Horum legas fullonem hic significari, quod tantundem est: nam id est fullonis officium, B vt res depurget, & munditiem vestibus inducat. Alij commenti sunt χρόνια pro γναφίᾳ apud Horum legere, vt scribam ex hac pictura cōmentarentur, propter ea quod hoc à Mercurij similitudine descriptum apud Horum vulgatum legerant: sed non animaduerterūt eo loco non ἔμπει, sed ἔγγονο legi, quod exponi debet, ab operæ videlicet similitudine, vt scilicet gestus ille describeretur, figuraturq̄, qui fulloni est vestimenta pedibus in aqua pressantis.

**T**antali verò species in aquam demersi ramis fructiferis ad frontem vscq̄, & ob oculos dependentibus, quos frustra carpere, & hāc haurire irrito cauet euentu, quanā meliori patescat interpretatione, q̄ luculētis his Petronij versibus:

Nec babit inter aquas, nec poma patentia carpit

Tantalus, infelix quem sua vota premunt.

Divitis hæc magni facies erit, omnia latè

Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

## D I V E S A V A R V S.



## S E R V I T V S.

**C**Apud Onirocritas pedes seruorum indicia sunt, vt pote qui totius corporis pondus sustineat, vt operā domi ruricq̄ facienda seruis incumbunt, & quæ perperā egerint compedium supplicio puniuntur.

## T R I V M P H A T O R.

**Q**uoniam verò Regum triumphantiū mos erat captiuorū corpora pedibus cōculare, subiectionis signum: triumphabundū hominē per ita positū pedem Romana pleraq̄ signa significat, eoq̄ spectat versiculus ex Psal. L xvi, Imposuisti homines supra capita nostra, hoc est, de nobis triumphū alijs cōcessisti.

## V I A.

**A**b officio quoq̄ pedes in diuinis literis vię profectionisq̄ significatū habet. Avnde plerunq̄ videoas vetustis in imaginibus Deum pingi pedibus intra nubes absconditis, quod fatidici vates nostri volentes carnis à Deo assumptæ viam (eam Theologi nostri aduentū dicūt) arcanā, obscurā & incogniā fore significare, eam preferebant speciē. Hinc Dauides offusam ad diuinos pedes caliginem canit Psal. x viii. Sed quod idē alibi canit, Pes meus stetit in via recta, dictū volunt veteres Theologi propterea, q̄ nō solū manus, sed etiam pedes

# Pierii Val. Pedes.

pro actione, progressuq; negotiorū accipiunt. Et Leuitico, vbi sacrificiū fertur pro sacerdotū consecratione, pollices manuum & dexterorū pedum, hostię sanguine oblinuntur: dexteras quidem partes obunctas ponūt, quia bonorum hæ sunt operum indices, cùm sinistræ pro prauis accipient. Nam & Maro, dextera ait esse iter ad Elysium, At læua malorū Exercet penas, & ad impia tartara mitit. Quod verò vñctionis mentio facta est, ea sanè vigoris, conseruationis, & salutis assecutionem significat. Vnde etiā apud Gentes athletæ non nisi oleo delibuti certamen inibant. Non vngi verò, in diuinis ijsdem literis desolationē, ruinam, & perditionē indicat. Sic in Aegypto sublati sunt vna nocte omnes, quot limina postesq; intinctos agni sanguine non habuere, vt Hesychius.

## S O L S T I T I V M . H Y E M A L E .

**S**olis cursum in hyemali solsticio significare si vellent Aegyptij sacerdotes, pedes duos compedibus implicitos, atq; ita progrēdientes (nisi codex impressus mendosus est) effingebant, quod Sol tūc lentius, & quasi pedicis coercitus ingredi videatur. Sedenim huius rei longè aliam picturam esse diximus in commentario Polypi, vbi manus scriptos Horī codices, duos Polypos inuicem colligatos, non pedes duos, habere monuimus.

## V O L V P T A R I I . A F F E C T V S .

**P**hilosophi antiquiores, quiq; doctrinā eorum seuti sunt, pedes pro cōtem- ptissima parte ponunt: esseq; in anima pedes aiunt voluptarios affectus, venereæ mollitudini mancipatos. Quiq; Achillis figmentum interpretantur, fuisse illum inuiolabilem præter talos, qui Stygis aqua illini nequuerint, quod ea parte manu matris tētus fuerit, cùm ab ea est fatalibus vndis immersus, ea autē parte saucium perisse, id sibi velle fabulam dicūt, quod fortis alioqui homo aduersis casibus omnibus animosus, nullaq; fortunæ iniuria deiectus, libidini tamē ita interdum succumbere deprehendatur, vt inde sibimet exitium paret. Nam & Orpheus principem libidinis locū talum ait, sed idem mysticè, vt si suus est mos. In cena Domini discipulorum lauantur pedes, vt scilicet ablutis animorum sordibus, ad Eucharistia donum mundi nitidiq; procederent. In Jacobis & Esau partu philosophatur Philon, firmissimæq; mentis, quippe optimi luctatoris esse opus ait, tenere calcaneum: nam id animum indicat qui vitio dominetur. Calcaneum enim, vt alibi saepe, infirmæ vitiosæq; naturæ indicium est.

## F I N I S .

**E**s etiam pes absoluti operis indicium: ad calcem enim dicimus, cùm ad finem peruentū esse vel operis, vel negotij, volumus indicare. Et Adamantius, vt alibi dictum, nouissimum in Deo nobis incognitum esse, apud Esaiam ostendi eo argumēto dicit, quod Seraphin duo alis inferioribus Dei pedes obtegebāt.

## I N I Q V I T A S .

**A**nguineos alibi diximus Gigantum pedes effingi, cruraq; obtorta, & quodammodo deluxata, propterea quod tota aberrat via, qui ccelo bellum inferre parant. Pedes igitur ita male affecti, iniquorum operum indicia sunt. Nam vt recti pedes quatuor animaliū in diuinis literis apud Ezechiem memorantur, ob eorum quæ in Euāgelijs habentur veritatem, ita retorti pedes de prauis dicitur ingenij atq; maleficis: non enim recte pedes dirigunt, diceret Ambrosius, qui posteaquam semel in viam rediere, ad scelera mox & iniquitatem reuertuntur, & tanquam sus lota primo quoq; tempore repetunt lutu volutabrum, & vt Lucretius ait,

*Insatiabiliter toti voluuntur ibidem.*

Sane

**A** Sanè apud Psalmographum, impiorum ambulationes obtortas esse, ambagi-  
busq; circumactas, inuenies.

## A G G R E S S I O.

**I**n statuis verò pes lēuus antè porrectus, aggressionis indicium est, quo ita fir-  
mato, gestum aiunt ad inuadendum aptū, quòd dexterī pedis agilitas iustum,  
quoquouersum quis incubuerit, iuuet. Sinister enim sua quadā peculiari tardi-  
tate, totius est veluti corporis firmamentū, ac quasi centrū, circa quod alterius  
pedis alacritas & prōptitudo versetur exerceaturq; & quasi rotæ curuatura axi  
per radios innixa circumagatur, parti vnicuiq; laboranti opē allatura, quod nō  
ignorauit Maro noster, vbi x. Lūcagus Aeneā ferire parat: proiecto nam pede  
læuo aptat se pugnæ. Hoc etiam in numis, vbi Martis vltoris inscriptio est, sa-  
pe cōperias: nam & philosophi consentiūt, motū à dexteris partibus oriri. Atq;  
ego Romæ in Mediceis ædibus pulcherrimi operis statuam obseruauī, que spe  
ciem hanc in aliquem inuadendi, læuo proiecto pede, præ se ferebat. Militaris  
**B** antè haberi à peditibus, ita enim vibrandis spiculis vehementiorem esse iustum.  
At si res, inquiunt, agatur gladio, dexter pes proferendus, vt propinquior de-  
xtera sit ad vulnus inferendum. Sed vtcuncq; illi, apud Maronem tamen eodem  
ipso congressu, quem paulò antè dicebamus, strictū rotat acer Lucagus ensem.

## R E G R E S S V S.

**N**On ierim tamē inficias, regressum dextero porrecto pede figurari: quia qui  
loco se moueat necesse habet à dextero pede motum auspicari. Ita signari  
videas numos FORTVNÆ REDVCI cusos.

## I G N A V I A , V E L R E Q V I E S .

**E**t quoniā gestus ab histriónibus in primis obseruabantur, inde factū vt hie  
roglyphica nōnulla inde desumpta sint: quale illud pro otio et desidia, pedē  
supra pedem statuere: qui gestus in aliquot sepulchrorum imaginibus, sed pro  
quiete habetur. Sanè Aristophanes cùm ociantem meditabundūq; Euripidem  
describeret Acharnanib; famulus eius interrogante Diceopoli an intus esset  
Euripides, respondit, Ipse intus pede supra pedem posito tragediā meditatur.  
Et Pluto, Mercurius; Nunc aut̄ esuriēs pede supra pedem posito altū requiesco.

## C D E C A L C A N E O.

 Alcaneum quamvis sit pedis pars, à pede tamen, quantum ad hierogly-  
phica pertinet, separatur.

## S E N T E N T I A P R A E P O S T E R A.

**C**Alaneum quidam hieroglyphicè accipere videntur pro infirma, falsa, atq;  
præpostera illa ratione, qua nos vitia nostra excusamus, et nimiū plus equo  
nosmetipsi nobis indulgemus. Vnde Deus Genesi ad serpentem, qui volupta-  
tis est signum: Homo ipse tuum obseruabit caput, & tu illius calcaneū, imbecil-  
litatem scilicet mentis, quæ facile seducatur, & quicquid adlibuerit sibi permit-  
tat. Siue, vt alibi diximus ex Philone, calcaneum ea pars animæ est, que terrenæ  
adhærescit naturæ, in sensum voluptatesq; prona & labilis. Ideoq; Assessor no-  
ster discipulorū pedes lauisse dicitur, vt signum esset, dilutum esse maledictum  
illud calcanei, quòd ab ipso rerum primordio serpentis morsibus patebat aditus.  
Nam alibi dictum inuenias, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpen-  
tes & scorpiones, in hanc sententiam,

# Pierii Val. Genua.

## T E R M I N V S.

**I**n terdū accipitur pro actionis termino, sumpto à saltatoribus more, in quo-  
rum saltu extrema pars vestigij, quam calcaneū presserit, signat. hinc Psalmo:  
Ipsi calcaneum meum obseruabunt. quod proximè accedit ad id, quod inquit  
Ouidius,

*Sed scilicet ultima semper  
Expectanda dies homini est, diciq; beatus*

*Ante obitum nemo supremāq; funera debet.*

Latinus quoq; sermo calcem accipit pro termino. Sic videt Cicero calcem, ad  
quem decursum est. & ad calcem peruenire, & similia passim habentur.

## D E G E N I B V S.

**A**dam & Genua, sine quorum auxilio parum aut nihil ageret pedes,  
alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicē.

I M P E D I M E N T V N.

**E**st in his quoq; significatū impe-  
dimenti, si poplites alternis geni-  
bus impositi figurarentur, qui quidem gestus  
nullo magico suisurro simpliciter inter beneficia  
recensentur: eo enim partus detineri, & omnem  
actum impediri, maiorū religio, decretis etiam  
inhibitorijs, vt perhibet Plinius, testata est.

## M I S E R I C O R D I A.

**C**æterū genu misericordiæ sedem esse, an-  
tiqua omnis superstitione cōfitetur, vt memo-  
riæ auris, irrisiōnis nasus habetur: quamvis The-  
banus Crates religionem eam, vti reliqua facere solebat, eluserit. Nam cūm pro  
quodam Gymnasi principem supplicaret, procumbens coxam illius pro geni-  
bus attigit, principeq; præ fastu indignante, Quid, inquit, an non hæc tua sunt,  
ac genua? Apud Cicronem legas oratione post redditum, vbi L. Pisonem acer-  
bissimè compellat: Tu meum generū, propinquum tuū, tu affinem tuam, filiam  
meam, superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Iam verò il-  
la, Ad pedes iacere, & accidere ad pedes, eodem significato notissima sunt.

**D**epositum genu humilitatis & superiorem  
agnoscentis indicium esse, nulli non inno-  
tuit. Hinc apud Horatium:

*Ius, imperiūq; Phraotes  
Cæsaris accepit genibus minor.*

In diuinis literis, Reliqua mihi sunt septē millia  
virorū, qui ante Baalem genua nō curuauerūt.  
& alibi, Flecto genua cordis mei, & huiusmodi  
pleraq; id vno verbo dicitur procedere, atq; ita  
etia nōtri Psalmo L X X I I reddidere: Coram  
illo procident Æthiopes. Multò verò plus pro-  
cumbere, & terram lingere, vt ibidem: Inimici eius terram lingent.

## P R O C L I V I S A D V I T I A.

**N**Eq; negarim alicubi flectere genua esse hieroglyphicū ad terrā, hoc est, ad  
vitia declinantiū, & humanæ cedentium fragilitati, impurisq; affectibus  
inseruentium, aduersus quos nō steterimus, nullam ex hoste victoriā spera-  
re possumus.

L E V A-



A

## LEVATI PARIENTIVM LABORES.

**V**isebantur olim in Capitolio ante Mineruæ cellam signa tria Nixidia nūcupata, quæ genibus nitebantur, sed ea de causa ita dicta, quod parientium nīxibus præsiderent: quod eo libentius retulimus, quod vulgata exemplaria Festi corrupta sunt, in quibus scilicet pro Nixidia, Noxijs dij scriptum inuenias. Sunt qui signa hæc Antiocho Rege Syriæ superato, à M. Attilio subtracta prodierint, ab eoq; Romam apportata: alij capta Corintho aduecta, que ibi mēsæ subiecta fuerint. Sed iam de manu, dēq; pedibus, & genu, hæc dicta sufficiant. Videor enim mihi nullam neq; tui, neq; publici commodi rationem habuisse: tui, quia philosophum scio nolle desidibus & superuacaneis lectionibus detineri, eaq; tantum lecitare, quæ ad sanam doctrinam facere videantur. In publica verò commoda me peccasse vereor, quia dū te his detinui nugis, boni aliquid ad alicuius ægroti salutem excogitasses. Quicquid tamen in hoc erratum est, totū id tua culpa factum, qui cicadæ, vt dicitur, vterum scabere non dubitaſti.

BPIERIVS VALERIANVS ERUDITISSIMO  
VIRO FRANCISCO ROBORTELLO, IN ACADEMIA  
PATAVINA BONARVM LITERARVM PUBLICO PROFES-  
sori, de digitis & mensuris ad Aegyptiorum  
Hieroglyphica.

**C**um nuper scripta tua omnifariae doctrinae plenissima, & utriusq; lingua & ornataissima, summa cum voluptate legerem, incidissem q; in obseruationes eas quas doctissimo viro Ioanni Sico inscriperas, dupli sum dolore affectus: ob amici memoriam, qui tam miserabiliter nobis ereptus est, noctu in habitatione sua clām trucidatus: deinde commentario eo amissō, quod amicitiæ nostræ pignus paulo anè illi recognoscendum dederam, sed adhuc absq; titulo: ita dupli hac iactura & amici & libelli facta summopere dolere cogor, quod potuisses doni eius hæres esse. Ne verò amplius hoc accideret, cœpi ante omnia commentarijs omnibus titulum inscribere: & cùm magni nominis philosopho Bernardino Tomitano de digitorum numeris libellum inscripsisse, superesse vidi al-

Cterum de digitorum mensuris, eumq; ne amicos nimium obtunderem, tibi Francisce Robortelle doctissime commendauii: quamvis partem hanc præteritus eram, quod ea parum suauis videbatur, verebarq; ne imago ferè eadem toties repetita, satiaret potius quam oblectaret. Partem tamen hanc omni iure tuam nō modo legendam, verū etiam examinandam tibi commendabo, quod id in animum induxi meum, euenturum, vt quemadmodum ego doctrinam tuam mihi laudi fore persuadeo, tu quoq; pro animi tui candore putes ad rem tuam facere, vt quicquid ego scribere sim agressus, id tum tua, tum aliorum amicorum opera politius fiat. Veræ enim necessitudinis ea lex est, vt amicorum existimationem non securus ac si eadem nobiscum inuehatur nau, nobiscum identidem seruari, & omne periculum adire iudicemus.

## DE DIGITO COMMVNITER.

**D**ebuerant quidem digitii in Manuum commentarium inseri: sed quoniam tam varia tamq; multiplex est eorum materia quam cōprehenderunt, vt ijdem ipsi uno nequievint commentario coarctari, necesse fuit eorum argumenta diuidere: quorum alter liber circa numeros versaretur: cumq; numeri quoq; ipsi sua gerant hie roglyphica, separatim de numeris per digitorum gesticulationem significatis,

# Pierii Val. Digit., & mensuræ.

& quorundam etiam numerorum intellectu mystico, differendum fuit. Alter hic D de dígito communiter, ad mera pertinet hieroglyphica. Demum, quia dígitus idem dimensionem præcipue significat, eamq; creat, addenda erunt dimensionū & species, & significata, cùm quæ peculiariter quisq; sibi dígitus comparauerit, ad calculum examinauerimus.

## A L M V S   S P I R I T V S.

**V**T verò rem auspiciatius exordiamur, ad alnum conuersi spiritum, qui nos afflet, eum dicimus in diuinis literis per dígitum hieroglyphicum & intelligi, & nominari. Euāgelio autem, omni summota dubitatione, vt cùm Assertor noster dicit: Si in dígito Dei ejcio dæmonia, profectò venit in vos regnum Dei. Quo loco diuus Gregorius ex eo manifestum esse ait dígitum pro sancto spiritu accipi, quod cùm Marcus posuerit. Si in dígito Dei, aliis Euāgelistæ dixerit, Si ego in spiritu Dei. Porrò in precibus, quas certo anni tempore almo huic spiritui allegamus, dexteræ Dei dígitum eum appellamus. Præterea D. Hieron. eo opusculo cui de Diuinitatis essentia titulus est, dígitum vnitatis numero, pro almo eo diuinoq; spiritu accipi debere profiteſt, quo lex in duabus tabulis in mon E te Sina scripta fuerit: Ipſe enim, vt idem ait, scripsit, qui & dictauit.

## P R O P H E T Æ.

**N**Vmero verò multitudinis dígiti sunt Prophetæ, per quos spiritus idem alius libros Legis afflatu suo cōscripsit. vnde Dauides: Videbo ccelos tuos, opera digitorum tuorum: vbi per ccelos ipsam Prophetarum incitationem accipiunt, qua correpti admirāda tot oracula de diuinis humanisq; rebus in posteros consparsere. Sunt qui Psalmographum dicant ad historicum sensum sim pliciter respexisse, per dígitum tamen virtutem Dei exponant. Vnde Magi Pharaonis cùm Moseos miraculis cederent, dígitus Dei est, dicebant, vbi pars protot, dígitus pro manu: nam omnino manus, vt loco suo dictum, cōfecti operis hieroglyphicum est. In mundi verò totius fabrica, nihil ccelo ipso admirabilius.

**Q**Uod si hominem dígitos aut vngues suos commordentem pictum sculptum ve inspexeris, scias eo gestu, aliás quidem meditatiō nem, profundumq; ad ecstasim vscq; cogitatū intelligendum: aliás verò penitentiam facti, vlciscendi ve minas. Illud significatū apud Persium & Horatium habes, quorum alter dicit:

Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngues.  
alter & in versu faciendo,  
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.  
vltimum apud Propertium habes:  
Ungue meam morfo sæpe querere fidem.  
sed hæc omnibus notissima præteribimus.

M E D I T A T I O , V E L  
vltio.



F

## L A S C I V A   M O L L I T I E S.

**A**Spicies fortè statuam saltatorio gestu positam, ritu barbarico adornatam, dígitis supra caput veluti argutum aliquid crepitantibus: ea hieroglyphicè lascivas mollities, & eneruatæ nequitiae delicias indicat. Et vno dígito caput scalpere, delicatæ admodum mollitiei signum est: quod Gn. Pompeio vitio datum, vscq; ad inimicorum publicum cauillum, ait Plutarchus. quo super gestu iuvenalis etiam mordaciter iocatus, cùm dixit: Qui dígito scalpunt vno caput. Pluribus

A ribus verò modis hæc in digitis mollitie nota, gesticulatione, munditia nimia, ornatū gemmarum anulorumq; sumptuoso, motuq; ad mimicum proprius accedente. Quare Chilonis Lacedæmonij dictum est, inter loquendum manū moueri non debere. Et Hebraico proverbio dicitur, stultum digito loqui.

## S O C I E T A S.

**L**Icet in duabus cōsertis manib; fidei fœde-rumq; hieroglyphicum locupletius habeatur, non est tamē illud dissimulandum, quod de pollicibus est à Cornelio Tacito traditum: morem quippe suis Regibus quorundam barbarorum, quotiens in societatem coirent, applicare dexteras, pollicesq; inter se vincire, nodoq; perstringere, & vbi mox sanguis in artus extremos peruenisset, leui vulnere cruentem eliciebant, atq; inuicem lambebant: idq; fœdus arcānū, quasi mutuo cruento sacram haberi solitum.

## F V R I A E O R E S T E A E.

**Q**Vi verò digitus lapideus paruo olim tumulo superpositus erat inter Mēgapolim & Messeniam, in regione Mānia nuncupata, à quo quidem digito tumulo nomē fuit, non alia de causa erectus fertur, autore Pausania, nisi quia Orestes furij agitatus vnum ipse met sibi à manu digitum abroserit, remq; eo monumento notare voluerit.

## P A C I F I C A T I O.

**S**Ed quoniam ad pollicem reuersi sumus, qui aliorum dux est & dominator, super eo quædam, quæ hieroglyphicum sapiunt, apponemus. Hic int̄ alia significata compositæ pacis hieroglyphicum apud Romanos habitus, eo quippe gestu, ut manu porrectæ subiçceretur. Rem tangit Quintilianus Rhetor, vbi ait: Qui gestus in statuis pacificatorum esse solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure prætensiō, manum inflexo pollice extendit: quod perperām in codicibus aliquot impressis legitur, infesto pollice, quod nihil est. **C**Atq; hinc locus apud Papiniū Sylua prima intelligitur, Dextera vetat pugnas: vbi de gestu hoc dubio procul accipiendū: de quo quia multa alij, rem ego breuiter substrinxī. Hunc gestum periti antiquitatum agnoscunt in Marci Aurelij statua, quæ nunc ante Lateranas ædes, ex ære, magnitudine colossea, equo insidens visitur: dexteram enim porrigit resupinam, & aliquantulum inclinatam, digitis disiunctis, pollice deorsum verso.

## F A V O R.

**F**AUOR autem assensusq; alienæ victoriæ præstitus, aut cùm aliquem strenue facientem laudare vellent, per sublatum pollicem exprimebatur. Hinc illud apud Horatium:

*Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludum,  
hoc est, maximè tibi fauebit. Quippe si pollicum alter satis est ad fauorem indicandum, vterque in eum gestum adhibitus quam maximè fauere profitebitur. Nam & qui certabāt, cùm succumbere se, & hosti victoriam cedere fatebantur, pollicem sustollebāt. Vnde illa in victos apud Græcos imperatio, αἰτεῖσθαι πλον, quod alio de more nostri herbam dare dicere maluerunt. Nostro verò tempore cum vniuersa Italia, & tota etiam Europa altervtri ex duabus factionibus dam-*



# Pierii Val. Digit, & mensuræ.

nata sit, moris est, his pollicem, illis indicem attollere, si cui faucent factioni, atte D stari voluerint: idq; vtinam studio nō tam perditio fieret: non enim Italia omnis sibimet aduersaria, omnium hinc prædæ exposita, tot clades, direptiones, incen dia, desolationesq; suarum iam omnium vrbium tam continentí per tot annos bello pateretur, seq; mox ob solam suorum pertinaciam, implacabileq; dissidi um, ruituram miserabiliter deploraret.

## T R V C V L E N T I A.

**Q**uem verò versum pollicem apud Iuuenalem & aliquot alios legas, nihil habentem cum fauore simile, sciendum est id tyrannorum quorundam signum fuisse temporarium, vt eo scilicet tempore sicarij percussoresq; in cædem trucidationemq; populi debacchari inciperent, cùm signum id versi pollicis ab Imperatore datū obseruassent. Qua de re, scholis omnibus nota, & nihil ad hieroglyphica pertinente, plura dicere non puto necessarium.

## R O B V R.

**I**D potius referemus, robur validasq; vires per pollicem significari, si surrigatur, quatuor reliquis ad volam appressis. Nam ea de causa à Græcis dicitur, quod pari cum reliqua tota manu robore cōtendat, alteriusq; manus vice fungatur, vt Galenus interpretatur. Apud Latinos autem, quod præcipuè pollicat, nomen habet: is enim dominatur in manu, nec in sinistra cēssat, quamvis ea tota sit ignaua, neq; minus quam tota manus semper in officio est. Quin & veteres hunc præstare alijs intelligentes, hallum eum appellabant, quod in reliquo rum dorsa vnu omnium insiliret: aspirationem enim loco S literæ positam nō nunquam ab antiquis inuenias, & vice versa, S pro H. Sed longè simplicius est hallum ab ἀλω vel ἀληγω deducere, id enim salire est.

## I N V T I L I S B E L L O.

**H**ominem bello invtile ostendere qui volunt, manum abscisso pollice faciant: digitus enim hic summotus, hominem actionibus & præsertim bello invtile reddit. Eaq; de causa legas grauiter animaduersum in nonnullos qui bellum detrectādi causa sponte sibi pollices amputassent, vt à Senatu in C. Voctie num, vel vt alibi legitur, Votienū. A' Cæsare etiam Augusto in quandam equitem Rom. qui duobus filijs adolescentibus, causa detrectandi sacramenti pollices amputauerat. Marcellinus cùm Gallos militiæ semper obuios & expositos ostendere conetur, nostrā verò ignauiam, quod Græcanici vir ingenij libenter admodum facit, incessere, reprehensioniq; obiectare, neminem vñquam apud eos ait, quod in Italia plerunq; accidit, munus Martium pertimescentem pollicem sibi præcidere. Sanè verò Athenienses, crudeli admodū atq; immani exemplo, Æginetarum iuuētuti pollices præciderunt, ne populus qui classe valbat, descendere secum posset in virium maritimorum certamen.

## D E I N D I C E.

**P**ollici proximus est index, ita dictus, quod eum porrigere solemus indicando. Sunt qui eum Salutatorium etiam appellant, sunt qui Medicū, neq; defunt qui Lichanon esse velint: sed horum prosequi controversias, nostri non est instituti, qui ad hieroglyphica festinamus. Satis igitur fuerit eum indicem Romanō nomine nuncupare.

## S I L E N T I V M.

**P**ræcipuum igitur digiti huius hieroglyphicum est, silentium indicare, si ori appressus figuretur; quo gestu Titi Liuji Patauini imago supra fores prætorij

A rī in eius vrbe patria dicata, nempe quōd is scribendo adeò multa complexus, scriptoribus alījs silentium indixisse videatur. Hinc apud Apuleium libro primo Metamorph. legas: At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stupore attonitus, Tace, tace, inquit. Et Pontianus Pontifex epistola quadam: Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem hæsitas, sit manus tua super os tuum. Ita & Eutychianus, quæ verba sunt ex Salomonis dictis. Et Damasus epistola de coëpiscopis: Digitum ori imponite: hoc est, nihil vltius loquami. Ita & apud Ioben: Principes cessabant loqui, & ori suo digitum superponebant. In omnibus verò templis, vbi colebatur Isis & Serapis, simulachrum erat, digito labris impresso, quod multi interpretantur, tacendum esse, illos itidem mortales fuisse. Sed quæ fuerit Harpocratis effigies apud Aegyptios, literarijs ludis omnibus innotuit. Figmentum hoc porrò totum Aegyptiacum fuit, quod digito labris impresso, silentium significaret de dīs immortalibus habendum: in quos ne licentiosi loquendo simus, à Platone etiā monemur, Legibus. Alias Harpocratis sigillum in anulis gestari solitum à veteribus ea de causa tra-

B dit Plinius, vt silentium de agendis rebus indicarent. Angeronæ autem effigies obligato obsignatoç ore fuit apud Romanos, vt silentio prætereundum innueret, in cuius tutela numinis Vrbs Roma esset, quodç proprium illi nomen, ob eam scilicet superstitionem, ne tutelares dīs sacris quibusdam auocarentur, deuouerentur ve. Hinc Valerium Soranum neci traditum constat, quōd arcum hoc propalare ausus esset. Eaç de causa Plinius de Roma loquēs ait: Cuius nomen alterum dicere arcanis cæmoniarum nefas habetur. Quod verò ad obsignatum os facit, Alexander Macedo cùm matris epistolam accusationis in Antipatrum plenam, vñā cum Hephaestione legisset, detractum è digito signatoriū anulum ori illius appressit, silentij monumentum.

## EX PATIENTIA VOLVPTAS.

**S**ed nihil ferè tam eruditè traditum à quopiam est, vt non ingenia inuenta sint, quæ aliorum commentationes euertere conarentur. Inuentus est siquidem scriptor Masurius nomine, qui Angeronæ simulachrum, quod Romæ in facello Volupiæ obligato, vti superius, obsignatoç ore visebatur, propterea confictum ait, quōd qui suos dolores anxietatesç dissimulat, patientiæ beneficio ad maximam perueniat voluptatem. Nam & Verrius Flaccus Angeronam dici ait, quōd angores ac animorū solicitudines propitiata depellat. Sed quamvis alia atç alia etiam super Harpocrate commētati sint ingeniosi viri, illud ego minimè dissimularim, quod summæ eruditionis autores approbasse videntur, summum Deum ex eo figmento silentio coli debere, quod & in Pisce, & in Crocodilo, & alibi ex lamblichī monitis aperuimus. Et in pietatis Christianæ sacrī preces pleræcū sunt, quas ad Optimum Maximumç Deum nulla emissa voce dirigere iubemur. Super Harpocrate demum Plutarchus multa, quæ quoniam multorum commentarijs vulgata sunt, ea non existimauit hīc ad commemorandum necessaria. Illud vnum minimè præteribo, traditum ab Aegyptijs Oron & Harpocratem digito ad labia appresso coalitoç in lucem editos, eodemç modo & Heraiscum, magnæ apud eos celebritatis viros. Iam apud Romanos silentij nota fuit S, prima eius nominis litera, quæ triclinijs, & diætarum foribus superponi consueuerat, vt inde silentium conuiuis indiceretur, quando multa inter bibendum dici soleant licentius atç liberius, quæ palam efferre nefas. Vnde Flaccus Torquato ad cœnam inuitato cauturū se pollicetur, ne fidos inter ami-

# Pierii Val. Digitæ & mensuræ.

cos sit, qui dicta foras eliminet. Et cōuiuas memores odio habendos esse, Græ, D co, quod Martialis ponit, adagio monemur, μωμωνα συμπότω Procille. Vino enim libertas, vnde Lyæi nomen, attributa. Apud Comicos nonnunquā inuenias ad S literam, T quoq; adiectam, vt Phormione Terentius, s t.

## D E M E D I O.

**M**Edius à situ ipso nomen accepit, ab officio Medicus, à loquendi vsu infamis & impudicus. Sunt qui hunc nō hallum, sed Lichanon velint, Λίχανον, quod nos lābere dicimus, vt ita exploratis vnius cuiusq; ſei ſaporibus, quid ad ſtomachū faciat, quid' ve ab eo repudietur, intelligamus. Apud Procopiū legimus, ſummo quid digito g��atū, cùm tamen in digito nullā g��andi viſ eſſe poſſit; intellexit tamen ille, ſublita dīgiſi extremitate ori aliquid admotum.

## S T O M A C H V S.

**S**Anè quidem Āgyptiū ſacerdotes, vt apud Horum habetur, ex dīgiſi pīctura ſtomačum hieroglyphicē intelligebant: ſed nēq; certus illīc dīgiſus, neq; cur id fecerint, explicatur. Dici forte poſſet ab officio, quia ſolent qui grauantur ex crapula, auxiliū alleuationemq; ab eo plurimū dēpoſcere, quo ſcīlicet in ſum, E muſ gutturis immisso, incitata nauea euomere cōpellantur, atq; ita ſibi incom modi eius remedium comparant. Vel quia Medici ſtomačum totius corporis regem appellant, quippe qui omnibus portiones ſuas certa quadam dimenſio ne impartiſi videatur. Dīgiſi verò pīcipuum hieroglyphicū eſt, mensurā pīfe ferre, de qua multa paulo pōst loco ſuo. Ea verò à medio potius, quām ab alio quopiam deſumitur, vtpote perfectiore. Primū enim iſ ab internodio medio ad extreum vnguis, & ad radicem ſuam, & qua dimenſione diuifus, alterutra pollicē & auricularem & quat, circino ad interiores cutis angulos appreſſo: mox frontem, naſum, aures, & plerasq; alias humani corporis partes dimetitur, cuius quidem rei ſtudiū ad pīctores & ſtatuarios delegabo. Neq; me latet, eſſe qui Li chani nuncupationem in anularem transferant, ſed iſi ſententiā ſuam probent. Quem nos medium & medicum dicimus, hic nimirum eſt, qui etiā impudicus.

## I N F A M I A.

**E**Xporrectus enim medius, reliquis in pugnum attractis, virilis pudendi ſpe cies quādam oſtendit; eoq; gestu infamiae eſt hieroglyphicum, de quo F Satyricus:

Cūm fortuna ipſe minaci      Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet vnguem,  
de Diogene dictum, qui hospitibus quibusdam Demosthenem videre cognoscereq; anxiē quāritatibus, eum oſtendit, medio dīgiſo, pro indice, porrecto, vt ſcīlicet illum impudicitiae aut ignominiæ cuiuspīam notaret. Mitto illa nota nimis; Et impudicum oſtendis dīgiſum.

## D E A N V L A R I.

**A**Nulari, qui minimo proximus eſt, nomen dubio procul inditum ab anulo, quo dīgiſus iſ inſigniri ſolitus. Cur id iſtitutum, variæ ſunt autorum opiniones, ex quibus nos, pluribus alijs omiſſis, quas in Gemmarum commētario recenſuimus, eas quā potiores videbuntur afferemus.

## C O R.

**I**Llud autem primum omnium manifestum eſt, anularem dīgiſum cordis eſte hieroglyphicum: eaq; de cauſa iſtitutum ab Āgyptiis, vt ihs anulo tanquam corona honestaretur. Eundē ſacerdotes cūm circa deorum ſuorum aras opera bantur, confeſtis odoribus illinebāt; eiusmodi q; honores illi ea de cauſa haberī ſolitos

A solitos aiunt, quod dissectionum periti neruulum quendam à corde natum, per dorsum ad cor tendere, & in eo desinere compertum habuere. Sanè solebant in eiusmodi anulis eorum etiam imagines fieri, quorum memoriam colerent atq; obseruarent ij, qui eas gerebant, ita nos sibi præcipue esse cordi, cum quadam etiam ambitione, omnibus ostentantes. Vnde Cicero libro De finibus, Epicuri studiosos memorans, Epicuri imaginem, inquit, non modò in tabulis, sed etiam in poculis & in anellis habebant.

## C O N I V G I V M.

**H**ic porrò digitus anulo insignis, coniugij est hieroglyphicum, eaq; de causa sunt qui eum pronubum appellant. Hinc Maro vincia iugalia posuit pro connubio. Et in diuinis literis inditum sponsalitij anulum, arrhabonis indicium, nuptiarum causa legimus: eumq; morem & institutum omnes Christianorum cōuentus semper obtinuerunt. Vnde Septimius Florens digitum hunc & pronubum appellauit, & anulum quoq; pronubum, eo loco: Nam & mulieres, parcissima patrum sobrietate aurum minimè nouerant, uno excepto digito, quem Banulo pronubo sponsus oppignerasset.

## V I N C V L V M.

**I**Vgalia illa vincla monēt, ut qua de causa anulus inter alia significata, vinculi etiam fuerit hieroglyphicum, aperiamus. Ea sic fertur: Promethea olim Saturi lege perpetuis vinculis ab Ioue damnatum, ea mox conditione liberatum, ut inde anulum lapide & ferro compactum gestaret, ne omnino exolutus pœna visideretur, indeq; anulorum usum propagatum. Indignationem autem Iouis inde ortam aiunt, quod Prometheus Parcarū sortem de Thetidis filio, qui patre maior & clarior futurus esset, patefecisset, atq; ita Iouē ab eius congressu deterruisse, ne se præstantior filius nasceretur. Sedenim cùm eiusmodi legis silentium in Iouis perniciem euasurum esset, fabulatorū desidero prudentiā, qui velint Iouē pro imperio & autoritate sibi conseruata, Promethea ita male multare voluisse.

## S E R V I T V S.

**Q**UOD verò anulus sit seruitutis hieroglyphicum, tam maritale signum attestatur, quod addictam esse viro sponsam indicat, quām Pythagoræ symbolum exponit, dum nos arctum anulum gestare vetat, quod ex diui Hieronymi interpretatione, non esse anxiè viuendum admonet: quippe cauendum, ne nos in eam seruitutem coniunctionem, quæ dura sit, & incommoda. Habet verò secum vinculi significatum anulus, quod tota eius nominis originatio, quantū ad etymon attinet, ab A N particula desumitur, quæ circum significat, atq; ideo vinculum, aut compedium matricarum' ve oppressionem. Essent verò super anulo plura commentanda, sed hic de anulari digito, non gestamine vel ornamento, scribere institutum est meum: quare longè plura in cōmentarium id reiçimus, quo insignia pleraq; ordine locoq; suo interpretati sumus.

## V E N I A.

**P**ETITAM à diis sermonis veniā, cum obsecratione, ne nostri memores delicti, vlcisci cogitarent, eo exprimebant hieroglyphico, ut proximum à minimo digitum ad aurem dexterā referret, quod tacto prius ore fieri institutū. Est enim locus ille Nemeseos, quam gestu hoc, ut in aure ostensum, cōciliari crediderūt.

## D E A V R I C V L A R I.

**S**VPER auriculari nullum haētenus hieroglyphicum inueni: id tantum apud chiromanticos deprehendi, cum qui brcuiorē hunc habeat quām legitima

# Pierii Val. Digit., & mensuræ.

mensura depositat, id est, ad tertium anularis nodum non perueniat, indicium D esse eum illegitimo concubitu susceptum: sed quoniam ex diuinatricibus, conie cturalibusq; disciplinis, si modò disciplina est talia profiteri, nulla est hac magis fallax, his omissis, ne digitus prætereatur indictus, ad ea me conuertam, quæ de numero cuius is præcipuum est hieroglyphicum, superius fuerant examinanda, nisi præ voluminis magnitudine morositatis notam declinare visum esset. Is igitur cùm, vti sequenti commentario explicabitur, & unitatem & quaternarium alio atq; alio gestu præ se ferat, septenarium, quantum fieri potest, in extremam volam exorrectus ostentat. Numeri autem huius hieroglyphicum est, vt præter ea quæ loco suo commemorata sunt, multiplicatatem, aut frequentem signifiet iterationem.

## FREQUENS ITERATIO.

**H**ebræi autem in primis, vt Ægyptiacæ linguae discipuli, SEPTEM de re pluries repetita ponere consueuerunt. Vnde argentum septies purgatum, pro sæpius, Psalmo undecimo dictū: hoc est, vt Euthymius explicat, donec quicquid in eo terreni fuerat igne abstersum exhalarit. Et Psalmo nono supra septua E gesimum, Redde vicinis nostris septuplum: interpretes aiunt, septuplum Hebræorum more positum pro multiplici, quemadmodū & septem, sæpe pro multis. Nam & Regum primo Theologi ponunt illud, Sterilis septem peperit: itidē & ecclesias septē, pro multitudine. Iam Chrysostomus actione in Iudeos quinta, septenarium numerum ait in diuinis literis infinitæ multitudinis signum habere. Et ita forte Virgilianum illud accipiendum:

*Septem illum totos perhibent ex ordine menses*

*Rupe sub aëria deserti ad Strimonis vndam*

*Fleuisse. & alibi, Immania septem Terga boum.*

& eodem modo pleracq;

## SANCTVS SPIRITVS.

**E**st & sancti Spiritus prærogatiua septenarius: de quo, vt infinita alia prætereamus, Esaias: Et requiescat super eo spiritus Domini. dein dona eius VII enumerat: spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consiliij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini. F

## PERFECTIO.

**Q**Væ verò plurima & Philon, & Hierocles, & alijs super septenarij perfectione disputat, nunc missa faciemus: illud quod nostri temporis inuentum est, minimè dissimulabo, multarū rerū, ne de argento solo dictum hoc existemus, quæ per ignis iterationē depurgantur, perfectionem in septima decoctione consistere, veluti quotidie cernere est in saccharo purgando: nam vbi septies igne id examinaueris percoixerisq; nihil quicquam ulterius proficit, sed lapides cit penitus, ne ulterius eliquari possit. Vnde proverbum vulgo usurpatum de re, quæ summam adepta sit perfectionem, Septimæ decoctionis saccharum, vbi sagacissimum quempiam atq; vaferatum hominem designamus.

## HUMANÆ VITÆ CURSUS.

**A**Ddemus & illud, septenarium numerū totius humanæ vitæ cursum significare, vt theologi declarant eo Leuitici loco: Septem diebus comedetis azyma, de quo Paulus: Epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis: & nō ad tempus, sed omni nostra vita ab huiusmodi prauitatis fermento mundi esse debemus. Nam si septem diebus

A diebus holocaustomata, vt LXX reddunt, offerre debemus, necesse est diebus septem nos puros permanere, quia non debent qui sacra ferunt celebrantq; cri minis cuiuspiam sibi esse consciū.

## DIMENSIO.

**N**on eram autē super dīgito quicquā vltierius philosophaturi, nisi mihi venisset in mentem, in mensuris quoq; multa delitescere hieroglyphica, eaq; plurimū de dīuinis. Mensurā verò ipsam digitorum esse filiam. Nam Āgyptiā mensurā ex dīgito posito ideo significabant, q; tota metiendi ratio à dīgito principium capiat. Mēsura enim, vt apud Aristotelē, à minimis oriri debet; atqui dīgiti sunt omniū membrorū minimi. Nec me præterit, nouissimos quosdā mensuræ principiū, perinde ac etiā ponderū, à grano tritici desuīpsisse, vt scilicet co hæretia grana quatuor, dīgiti spatiū expleat, cuius ratione reliqua mox ad mensum vneriant. Caeterū cùm veteres ab humanis membris mensurā inchoarint, satis cōstat ex eorū traditione, digitum omnium mensurarum esse minimam. Ita apud M. Junium Nypsum legas, qui de limitib. agrorū luculentū reliquit opus, B cuius de dīgito verba sunt: Minima pars earum mensurarum est dīgitus. quod & Iulij Frontini sententię consonat: si quid enim infra dīgitem metiamur, partibus respondemus, vt dīmida aut tertiā partē dīgiti. Hinc illud apud oēs usurpatissimum, Latum vnguem, aut transuersum dīgitem non secedere, cùm minimū quodq; spatiolum intelligi volūt. & illud, Leonē ex vnguis aëstimare, cùm ex minimo quoq; vel indicio, vel argumento, vel causa, rei totius summā intelligimus. Id inde sumptum, quod memorie proditū est Phidiā ex viso Leonis vnguitotā feri faciem magnitudinemq;, magna artis suę cōmendatione representasse. Qua verò ratione certa dīgiti dimensio nationib. omnibus præscribi possit, adhuc incōpertum est mihi. Nam apud autores dīgitus, & quę inde mensurę desumunt, proportionis potius regulā, modum've quendā, quam certū ullum mensuræ terminū ostendere videntur. Quæc; Roinæ atq; alibi vel in aës, vel in antiquis marmoribus mensurarū exemplaria signata reperiuntur, nationibus omnibus non inseruiunt. Ad hæc, hominū facies pro locorū & regionū situ, perinde ac aliorum etiam animalium corpora, tum exilitate, tum proceritate, tum crassi C tudine diuersa dissimiliaq; nasci manifestum est, id quod Basilius Magnus à veteribus traditum, à se verò diligenter obseruatū asseuerat. Tritici quoq;, si mensuram inde quis maluerit exordiri, & pondere & magnitudine, non prouinciae tantū, sed regiones singulæ, & vel modico inter se distantes interuallo, ac plerūq; etiam cōtigui agri variant. Perq; aëtates, & secula singula, corpora nostra immuni, Homerus, & ab eo Virgilius & Horatius vñā cum philosophis tradidere: id quod & maiorum nostrorū ossa passim eruta testatissimum relinquunt. Rari enim, qualia nunc hominum producit corpora tellus, vt apud Poëtā est, vel Pliniū testimonio, patribus proceriores fiunt cōsumente vbertate seminū exustione, in cuius vices nunc vergat aënum. Quare certa exactaq; dīgiti dimensio, que par sit apud omnes mēsura, nusquā potest reperiri. Quoniā tamen veteres in ea cōueniunt sententiā, vt dīgitus sit mensuræ principiū, que inde mox distribuuntur mensurarū nomina loco hoc recensere libet, argumentum quidem ab Āgyptiorum sacerdotum inuentis non alienum: si quidem in mensuris etiam hieroglyphica quædam inueniuntur, quæ suo se loco prodent. Mensuræ autem his præcipue capitibus discernuntur, vt loco primo sit dīgitus, secundo vncia, mox sextans, inde palmus, doron, dochme, spithama, pes, cubitus, gradus, passus,

# Pierii Val. Digitij, & mensuræ.

orgyia, vlna, hexapus, decempeda, plethrum, actus, iugerum, stadium, hexaple. D thron, diaulus, hippicum, milliarium, dolichus, parasanga, schoenus, funiculus, stathmus: quorum omnium rationes afferre perdifficile fuerit in multa scriptorum dissensione. Ne tamen Chrysippi Medeani penitus exscribam, ea tantum colligam, quæ à probatoribus tradita videbuntur.

D I G I T V S.

**E**sto igit̄ digitus vel ex granis tritici quatuor coherentib. spatiū collectū, vel mēsura omniū minima, vnde rcrumpublicarū decreto reliquas astruere necesse sit. Quæ verò super eo sint hieroglyphica, longa iam narratione suprà disseruimus.

V N C I A.

**C**erto autem dato spatiolo, quod digito attribuatur, vncia sesquidigitō constat: ea verò octaua palmī portio, ita tamen vt palmum h̄ic accipiamus pro mensura ea, quæ *ωνδάρη* Græcē dicitur. Sedenim ex dimensione Nypsi, vncia supra digitum nihil plus occupat, quam tertiam alterius digiti partem, dum pal-  
mum ait quatuor constare digitis, easq; esse vncias tris: & ita Frontinus etiā tra-  
dit: quare vncia pars erit pedis duodecima, vt rectè mensores ponunt. Quod si E  
vncia sesquidigitō fieret, pes in digitos decem & octo produceretur. De quo ve-  
rò palmo & h̄ic & illic intelligendum, paulò inferius explicabimus.

S E X T A N S.

**S**extans sexta pars assis omnino est, vncię quippe duæ, vt pondera ad mensu-  
ras accōmodantur: que quidē vnciæ, vti ppositū ex nonnullorū traditione,  
in triū digitorū spatiū porrigunt: quanq; vti dicebamus, Nypsi nonnihil variet  
mēsura. Nimirū verò loco hoc assēm pro pede, vt inferius patebit, intelligendū.

P A L M V S.

**P**Almus ex Vitruuij descriptione quatuor cōstat digitis: ex aliorū verò sentē  
tia digitos continet XI. Nypsus hunc mensuræ modū sextā appellat, & do-  
dratē etiā vocitari afferit, que scilicet palmos tris cōtineat, vncias quippe nouē,  
qui sunt digiti XI. Causam verò cur ita diuersi autores ierint in assignanda pal-  
mī dimensione, eam esse crediderim, quod Latini appellatione palmi tria dimen-  
sionū genera cōpleteūtur, quæ suis apud Græcos nominib. discernunt. Ea sunt,  
*σῶρος, στεχμή, ωνδάρη*.

Δ Ω P O N.

F

**E**st verò *σῶρος*, siue *στεχμή* scem. gen. (vtruncq; enim dicitur) mensura, quam alio  
nomine παλαιώσιον appellant, vt interpretes Hesiodi versu illo cnarrant:

*τεωδαμον δ' ἀμφὶ ταύρῳ στεχμόνεον ἀμαλέξῃ, Inde apsin curru decadoro cede tripalma-*

Sedenim hoc Hesiodi loco quædā oboritur difficultas, quā anteacq; vltierius p-  
grediamur, ne quod nobis negotiū facessat, fortè nō importunū fuerit explicas-  
se. Quatuor apsidibus currulis rota cōficitur. Ad huius verò rotæ diametrū He-  
siodus pro modulo decadoru currū vocat, vt unaquæcq; apsis triū sit spithama-  
rum; atq; ita necesse est vniuscuiusq; rotæ circumferentiā, siue curuaturā dicere  
malimus, duodecim esse spithamarum. Hæ verò doræ sunt XXVI. spithama  
enim doras, quippe palætas tris cōtinet: & palæsta, vti dictū, quatuor est digi-  
torū: si ergo, vt ostensum est, circumferentia circuli qui rotā ambit, XXVI do-  
ris constat, & diametrū vñūquodq; tertia pars est circumferentia, cur nō dode-  
cadorum diametrū posuit potius, q; decadoru: ne geometrię terminos excede-  
ret, veritatiq; ipsi videre aduersari. Cui difficultati respōdetur, decē illas dia-  
metræ doras ab interiore circuli parte desumendas, de quib. h̄ic intelligit. Duę verò  
doræ computātur ab interiore parte rotæ, vscq; ad circumferentiā exteriorē: vna  
quip;

A quippe dora ab utræ rotæ parte. Alij ita soluit, ut digitos octo, qui doræ sunt duæ, expensos intelligent in ea quæ ligularia dicuntur, siue compages dicere velimus, quibus unaquæcū apud inuicem adacta conseratur, hoc modo: Precepit verò παλαιστῶ mensurā esse quatuor digitorum, inde colligimus, ubi Nicander basilisci corporaturā describit: quē enim Plinius duodecim nō excedere digitos affirmat, Nicander eo super τεῖα σῶρα φέρων μῆνας τιμῆς. Interpretus eius, τεῖα σῶρα, inquit, ἵγιον παλαιστᾶς, σῶρον γενή παλαιστᾶς. Tria itaque dora duodecim explebunt digitos, & Plinius basiliscum.

## V I T A E B R E V I T A S.

**I**N diuinis literis, ut multorum theologorū est interpretatio, παλαιστὴ vitæ brevis est quasi hieroglyphicum. Nam Psalmo nono supra trigesimum, qui apud aliquos trigesimus octauus est, in Græco canitur, οὐ παλαιστὰς οὐ τὸς ἱμέρας μᾶς. Traductione, quam Ruffinus citat, scriptum est: Ecce veteres posuisti dies meos. Illi enim qui ita reddiderūt, vissi mihi sunt, aduerbijs παλαι, quod antiquitū apud Latinos est, significatū ex vocis similitudine sequi. Ita & Romanorū exemplar habet, quod & Cassiodorus agnoscit, & in ealocatione plurimū immoratur. Qui Hebræos sequuntur, alijs breues, alijs positos à Deo dies in mensura digitorū IIII aiunt: alijs palni longitudine cōstitutos dies, alijs pugillares dies datos, atq; si minimæ etiā mensuræ mentionem faciunt. Paraphrastici: Veluti in digitis numeratos, nihil ad rem: de mensura enim h̄c est sermo. quarē vulgata traductio, cōmensurabiles habet, sed sensum non exprimit integrū τὸ παλαιστῆς. quare id fortè melius quod ex Adamantio cōjicere possumus, si legamus, Ecce quām breues admodū posuisti dies meos; quippe cūm quatuor digitorū mensura breuis admodum sit, ac perinde vitæ nostræ breuitatem significet. Hinc clamat lobes: Nihil enim sunt dies mei. Ut missum faciamus Hippocratem, vitam quidem breuem, artem verò longam esse cōquerentem: & quæ multa in hanc sententiā dici possent. Euthymius quoq; palæstā quatuor digitorū coniunctione fieri, spithamæq; tertiā esse partē dicit, ac perinde minimā omnino mēsuram, eoq; nomine paucitatē dierū, quos viuimus, intelligi. Sed quoniam id nomen & τὸ παλαι deduci possit, interpretari etiam posse dicit contentiosos, seu laboriosos dies, hoc est, luctæ pugnæq; plenos: in lucta enim labore ac contentione multa vtimur. Ideo verò dori nomine mensurā eam appellari dicūt, quod eorum plurima quæ donantur (id enim est vocabuli significatū) ab eodem digitorū loco amittantur, quo παλαιστὴ constat, à quatuor quippe digitis. Plinius antiquos ait Gr̄cos vocasse σῶρον, quem nos palmum. Vitruvius quoq; quem nos palmum, σῶρον ait à Gr̄cis dici, quod munerum datio Gr̄cē σῶρον appellatur. Id autem semper per manus geri.

## ΔΟΞΗ.

**D**OCH me dimensio est decem digitorū. Sunt tamen qui σῶρα mensurā eandem esse putent cum doro, quippe quod à digiti auricularis vngue ad extremū usq; pollicē occupamus. Plinius libro V I I . cap. altero, ubi de Pygm̄orum statura loquitur, ternas eos spithamas longitudine, hoc est, ter-

## ΣΠΙΘΑΜΗ.

# Pierii Val. Mensuræ.

D

nos dodrantes nō excedere dicit. Dodrātem posuit Plinius ratione pedis habita, ex quo si dematur quadrās, reliqui erunt digiti XII. eaç pars quę tribus constat quadrantibus, dodrans nimirū appellatur. Frontinus spithamā etiā sextantem dici scribit, habereç palmos tres, vncias nouem, digitos duodecim.

D E V S.

**A**dducit hæc rerum series in memoriam id, quod Prophetæ, qui plurimū hieroglyphico, si nō charactere, idiomate certè hieroglyphicis perquam simili vtuntur, Deum appellatione Spithamæ vocitarunt, penes quem scilicet sit rerum omnium facultas, supremaç autoritas, manu passa propemodum occupata, qua singula ordine tenoreç certo temperat ac moderatur, neç non fines æquis terminis distributos, dimensionesç omnibus, quæ in vniuerso mundo sunt rebus lege sua dipartitur. Moris enim est oblatarum rerum magnitudinem spithamis, quę nobis promptuaria est mensura, dimetiri. Quod verò dictum de omnipotentia Dei, sufficiat vnu ex quadragesimo cap. Esaiæ locus: *Quis mensus est pugillo aquas, & cœlum palmo ponderauit?* & quæ sequuntur. Vbi Hieronymus: *Quod autem pugillum vocat & palmum, humanæ cōsuetudinis verbis vtitur, atq; mensuris, vt Dei potentiam per nostra verba discamus.* Et paulo post: *autem hoc est, palmus, extensam significat manum à pollice usq; ad extreum digitum.* Quę verò ibidem posita sunt de lichano gustatore, vt idem interpretatur, digito, ac perinde minimo, alijs viderint.

V I T A B R E V I S.

**I**N Spithama autem, vti superius dictū, vitæ breuis hieroglyphicon habetur: quod à Græcis autoribus positum est, vt minimum vitæ spatiolum mensuræ eiusmodi paruitate significaretur: usurpaturç plurimū ad vniuscuiusq; rei breuitatem indicandam, præsertim vbi in pumiliones cauillum vertitur, vti de Pygmæis dictum, quos in derisum trispithamos scurræ vocant.

P E S.

**P**Es nemine discrepante digitis constat sexdecim: quare qui scribunt eum palmis quatuor confici, palmum accipiunt vt Vitruvius οὐδέπον. Diuiditur vero huiusmodi dimensio in vncias XII. & est sexta pars altitudinis in humano corpore. Frontinus pedem ita describit, vt eum dicat habere palmos quatuor, vncias XII, digitos XVI.

C V B I T V S.

**C**vbiti quoç ratio ideo varia est, quia palmus variè accipitur. Nā qui duobus eum constare palmis dicunt, digitos omnino quatuor & viginti cōmēmorant, dum cubiti spatium i.e. esse dicunt, quod ab extremis vnguibus in medium brachij angulum protenditur. Id nimirum sesquipedale est, & Græcis pygon dicitur, vnde Pygmæi Eustathio. Ita palmi illi duo pro totidem dodrantibus accipiuntur. Necç diuersus erit à Nypso & alijs Vitruvius, qui cubitum senis, more suo, palmis dimetitur, cùm dubio procul palmos quatuor quenç digitis porrixerit. Cubitum pictores quartam corporis nostri partem esse volūt. Apud Herodotum cubitum inuenias viginti digitorum tantum, differreç ab eo qui dicitur περιτός: de quo videris apud Suidam. Est etiam cubitus regius, qui maior est cōmuni tribus digitis, de quo idem Herodotus primo. Est & cubitus geometricus, qui dimensione vna sex cubitos ē nostris æquat, vt Origenes & Augustinus retulerunt.

T E M-

## T E M P E R A N T I A.

A

**H**ieroglyphicum verò cubiti vna cum fræno manu prætento, temperatiam præ se fert: vnde Nemeseos simulachrum insignibus his conspicuum habebant, cuius hæc erat inscriptio:

Ἥνεμιστς προλέγει τῷ πάχει πάπτε χαλιψῶ,  
Μήτ' ἀμετρόν πι ποιέω, μήτ' ἀχέλινα λέγειν.

Una manus cubitum ostentat, gerit altera frænum:

ILLA, modum serua: hæc admonet, os cohibe.

**S**VNT qui deliciosum molliculumq; hominē, ne hieroglyphica hæc elabantur, ex cubito ceruicali innixo notēt. Signum, inquit Adamantius, mihi videtur voluptatis carneq; sub cubito manuum ceruical assutum: sumptum id ex Ezechiele, qui dicit: Væ ijs qui assuūt ceruicalia sub omni cubito manuum: nimirum eos intelligēs, qui propter animi corporisq; mollitiem à virili

B recedunt fortitudine, & nequiter effeminātur. Forsitan autem, addit Adamantius, sermo diuinus per istiusmodi figuram & argumētum eos culpat magistros, qui per vaniloquentiam, & falsæ beatitudinis promissiones (quod nostro, quippe corrupto tempore, supra modum inualuit) multitudinē audientium libidini, vitij, voluptatiq; summittunt. Addit etiam Propheta de capitis velamine quædam, quæ quoniā his præcipue temporibus valde suspecta sunt, consulto præteribimus, quæ si quis curiosius appetierit, eiusdem Originis homiliam legat in Ezechielem tertiam, dēq; temporum nostrorum processibus dicta omnia interpretabitur.

## G R A D V S.


**G**radus, quem aliij gressum dicere malunt, quem scilicet Græci ποδημα, uno constat cubito & pede, quod spatium tantundem est ac pedes duo ac semis, vel digitii quadraginta.

## P A S S V S.

C **P**assus à passis manibus dici videtur. Alij passum quinque tātūm pedibus constare putant, quo spacio gressus duo recenseantur, siveq; digitii octoginta. Nam spatium quod passis manibus occupamus, in sex & nonaginta digitos exporrigitur, quæ integra est quadrati corporis proceritas.

## O R G Y I A.

**O**rgyia Herodoto sex pedum est. Mensura eadem à pedū numero hexapus dicit. Orgyiae spatiū Sudas inter expansas manus capit, quæ quidem mensura cùm par sit proceritati humani corporis, nulli dubiū & Sudam & Herodotum idem sentire. Lib. Pandect. x. tit. Fin. reg. cap. vlt. fodienti puteū passum à vicino limite abesse oportere, interpres Latinus posuit. Lex ea Solonis à Caio recitata, Græcè scripta est in codice Pisano, qui Florentiæ asseruatur, & ἔγγρα hic habet, quæ quidem mensura vna plus pede crescit, & alias, vti ostensum, ἔκπτε vocatur. Theodorus ex Aristotele interdum passum vertit. Sed cùm orgyia, vti dictū, uno plus pede supra passum porrigitur, non satis recte videtur expositū, vt passus à passis manibus dicatur: id autē si admittatur, recte Theodorus. Sed enim omnino variat ipsa passuum mensura, pro regionum ritu & institutis.



D E L I C I O S V S.

# Pierii Val. Mensuræ.

V L N A.

D

**V**Lnam Seruius & pleriq; alij eandem cum ea quam memorauimus orgyia videtur interpretari: neq; tamen inficiatur, longè minori spatio ab alijs describi. Sunt verò qui vlnam orgyiæ dimidium esse velint, nomenq; id, atq; ea fere trium pedum mensura in plerisq; Italiae locis permandere. Quare quod apud Plinium legitur lib. X VI, cap. X L I, de abiete, cuius crassitudo quatuor hominum vlnas complectentiu implebat, hominibus quatuor admotis arboris ambitum vlnis octo complexum intelligendum. Si verò vlnas altero modo maluerit quis intelligere, nihil laborauerim. Sanè huiusmodi amplitudo mihi non est miraculo, qui & abietes & larices & arbores alias vastitatis incredibilis insperxerim in Noricis Alpibus enatas.

D E C E M P E D A.

**D**Ecempeda, quæ Græcè Αἴανθος, suo se prodit nomine. Ea verò & Acēna est, Thessalorum quidem inuentum, vt apud interpretem Apollonij Argonauticis legimus. Porrigitur nimirum ea in digitos centum sexaginta, qui duo passus essent, non tamen orgyiæ. Eo dimensionis nomine sæpe vtitur Cicero, & decempedatorem, metatorem appellat. Eo ferè spacio à vicino abesse lege XI. tabularum iubetur is, qui sicum aut oleam in agro plantauerit: nam si quid aliud seuerit, satis est quinque abesse pedes. Quanquam super huiusmodi limitatione lib. Pandectarum X, tit. fin. reg. Solonis lex à Caio recitata, non satis ex fide Latinis reddit. Nam quod interpres reddidit, Oliuam autem aut sicum nouem pedes ab extrema regione plantet, alia autem ligna quinque pedes: in Pandectis quæ tanta veneratione Florentiæ custodiuntur, ita Græcè scriptum reperi: ἐλαῖαι δὲ ἡ συκῶν ἀνάρτη τόδες, ἀρχὴ τῆς ἀλοτεύς φυτθέντι, πὰ δ' ἀλλα δύο πόδες. Ex quibus verbis manifestum, oliuam quidem vel sicum pedes nouem procul ab alieno solo plantandas, cæteras autem arbores duos tantum pedes abesse posse. Sunt & alia eadem lege, quæ aliter habent in Pisano codice ipso, quām passim in impressis voluminibus præstitum, de quibus alibi differendum: nunc nostrum sequamur institutum.

A C T V S.

**A**Ctus pedibus cōstat centū & viginti, qui passus essent quatuor & viginti.

I V G E R V M.

F

**I**Vgerum, vt Varro finit, constat ex actibus duobus quadratis. Vnde Quintilianus ducentos & quadraginta pedes ponit in longitudinem, dimidium in latitudinem, quod uno iugo boum in die arari potest: de quo, quia pleni sunt omnes Grammaticorum libri, non est vt plura inculcem.

S T A D I V M.

**S**Tadium dupliciter consideratur: alibi pro spatio cursoribus in agone destinato, alibi certum est mensuræ genus limitibus agrorū metandis comparatum. Atq; hoc plurimū centum vigintiquinq; passibus nostris terminatur, qui pedes essent D C X X V. Ea summa octies cōputata mille facit: quæ dimēlio proximè accedit ad eam, quā ponit Herodotus II, vbi de labyrintho, αἱ δὲ ἵπποι περὶ δεγγύαι δίκαιαι εἰσὶ σούσιον ἔξω τολεθεον, Orgyiæ centum iustæ stadium conficiunt hexaplethrū. Quod verò ad agones pertinet, Græci stadium suum ducentis pedibus metiuntur. Sed Herculeū ducentis quantumlibet pedibus dimensum ab Hercule, alijs omnino maius. Vnde mathematum periti herois staturam ex eo stadio, quod ipse suis pedibus metitus est, prodidere. Italicū porro pedes continet C X X V. auto.

**A** autore Censorino. Erat & stadium Pythicum, quod pedibus mille constitisse tradunt: at Olympiacum, quadringentis tantum. Sic colligimus ex his, stadium non fuisse certae mensuræ spatium, sed partis illius, quæ alicubi breuior, alicubi longior fuerit, agonibus destinata.

## P L E T H R V M.

**P** Lethrum verò mensura est centum pedum, sexta quippe stadij pars, vt apud autores Græcos passim habetur, ἀλέθρον δέ στάδιον ἔξακτον ποδῶν ποιῶσι. Tantum verò est, centum id constare orgyiis dicere, cùm, ut superius dictum, orgyia sex occupet pedes.

## D I A V L V S.

**D** laulus mensura est duorum stadiorum. Cæterum varietas stadiorum effecit, vt diaulum nonnulli ducentis constare cubitis tradiderint. Quin & cubitus ipse, vt suo loco dictum, plurimum habet varietatis:

## H I P P I C V M.

**B** Hippicum, quo scilicet equi ad cursum admittebantur, duplo maius diaulo fuit: nam quatuor id stadia comprehendisse, Plutarchus autor est.

## M I L L I A R I V M.

**M** Illiarium, vt Iunius Nypsus, octo stadij constat: vt Vitruvius, pedibus quinquies mille: atq[ue] ita stadium id assumitur, quod CXXV passibus nostris terminatur, quos pedes esse diximus sexcentos quinque & viginti, quinque vnicuiq[ue] passui pedibus adnumeratis.

## D O L I C H V S.

**D** Olichus, vt nonnulli ponunt, stadia continet duodecim, vnum quippe milliarium & semis. Qui verò quatuor & viginti aut uno minus ponunt, quæ tria essent milliaria, recursus rationem habuisse mihi videntur: erat enim locus, vbi equi sunt cursu exerceri soliti, cursu septies iterato, quare à flexu locus ita nuncupatus. Apud Pindarum inuenies, & octies & duodecies iterationem eiusmodi fieri solitam, pro equorum, qui iungebantur, modo: de quo in commentario de Metis diximus. Ita patet illud apud Chrysostomum in epistola ad **C** Philipenses homilia prima: Etenim qui postquam decem dolichos cucurrit, si post deficiat, omnem amisit laudem: dictum, quia scilicet duo adhuc dolichi erant decurrenti.

## P A R A S A N G A. \*

**P** Arasanga, mensura Persica, in stadia triginta porrigitur. Herodoto ea essent tria milliaria & semis, qua dimensione in itineribus transalpinæ nationes plurimum vtuntur, vulgo Leuguam appellantes. quanquam & Leugæ spatium, pro locorum regionumq[ue] situ plurimum varient, quippe quæ inter Alpes, breuiores, in Germaniæ verò atque Galliarum campis longius protracti sunt. Deniq[ue] eam mihi videntur rationem habuisse, vt quantum itineris una hora obequitando confici posset, id ea nuncupatione appellarint: ideoq[ue] cùm difficilior ac perinde tardior sit ingressus per Alpes, Leugas identidem breuiores constituerunt.

## S C H O E N V S.

**S** Choenus duas occupat parasangas, quæ septem essent milliaria. Hæc inter Ægyptiacas mensuras adnumeratur ab Herodoto. Nonnulli stadia eū quin-

# Pierii Val. Mensuræ.

quaginta continere tradunt. Plinius ex Eratosthenis ratione quadraginta tantum, qui passus essent quinques millia. Aliqui stadia XXII singulis schœnis attribuere. Atque ita mensurarum huiusmodi inconstantiam diuersitas autorum facit, siue loca, siue tempora rationem hanc omnem variarint, quemadmodum in ponderibus tanta scriptorum diffensione omnia conturbata.

## HÆREDITARIA PORTIO, SORS'VE.

**I**Nuitat verò me nominis similitudo, ut quid schœni vocabulo sibi velint diuinæ literæ, aperiāmus. Apud Hebræos enim mensuræ genus erat sub funiculi nomine nuncupata, per quem portionem eam indicabant, quæ in agrorum diuisione huic & illi obvenisset, transibatque vocabulum ad hæreditates & patrimonia. Vnde Moseos cantico, Deuter. Funiculus hæreditatis suæ Israël, & Psal. 77. Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et 47. Ezechielis: Ioseph duplēm funiculum habet: & passim multa huiusmodi. Ägyptijs porro mos, ait Prodigus, ut apud Max. Tyrium est, terram metiri funibus: quod & Hieronymus agnoscit tertio Ioëlis cap. vbi Septuaginta ait transtulisse, Χειμαζέον τὸν Κοίνωνα, quod alij torrentem spinarum fecerant, funiculum ait Κοίνωνα, aut iuxta Ägyptios mensuram certi itineris. Vnde in Psalmis: Semitam meam & funiculum meum inuestigasti. In Nilo enim, subiicit flumine, siue in riuis eius solent naues funibus trahere, certa habentes spacia, quæ appellant funiculos, ut labori defessorum recentia trahentium colla succedant.

## VITÆ PROGRESSVS.

**Q**via verò versiculum obiter ex tricesimonono supra centesimum Psalmi citauimus, πῶς τείσογε με καὶ τὸν χῶρον με σὺ Βηθυνίας, Semitam meam & funiculum meum tu inuestigasti: transtulerunt quidam, examinasti, à vestigio tamen est Βηθυνίας, quamvis qui Hebraicam sequuntur lectionem, grabatum ex iuncto factum, non funiculum, intelligere videantur, dum πῶς χῶρογε με σὺ Βηθυνίας, accubitum meum euentilasti, reddunt. Quinetiam Chaldææ Arabicæque lectionis traductio in hanc ipsam sententiā habet. Sed &, quando ambulauero in via, aut quando accubuero ad studendum, legi. Sed quoniam Græca lectio iam recepta est, quam, ut plerisque locis apud Hieronymum video, eam esse arbitror quam LXX transtulere, eam secuti, quid in ea hieroglyphici contineretur, exposuimus. Quā vero schœni funiculive mensuram apud Ägyptios & Persas esse Euthymius tradit, eandem ait nostri propemodum stadij longitudinem æquare.

## S T A T H M V S.

**S**TATHMUS, quod itineris diurni spaciū est, produci fertur stadij centum et quinquaginta, quæ millaria essent vnde viginti, quadrante minus. Nam & Iurisconsultorum tabulæ viginti millaria diurnis itineribus concesserunt. Ioco-se vero Lucianus ὑπόφελο ludit, ἐκτὸν τειχίλιοι μὲν ἡ Γεράκη γῆς σάδιοι πόλεις πῶς σελώνια, διπλῶς ἀμύνεται; Nūquid tria millia stadiorū sunt à terra, ad Lunā usq[ue], qui primus nobis stathmus, id est, quod itineris spaciū uno die peregimus? Sed ut fabulas omittamus, satius fuerit, tot decursis spacijs cōmodū quiescere: quamvis adhuc digitī quoquouersum accepti quasdam habēt dimensiones, quarum norma modoque reliquum totius humani corporis dimetimur, mensura in hoc vel illo membro nunc parte pari, nūc geminata, in pluribus triplici; quippe pollex expeditus, ut suprà innuimus, eiusdem mensuræ est cum infamis dimidio, aure, cum naso, cum fronte & ore, cum infima brachij latitudine, & partibus plerisque

A rīsq̄ aliis. Verūm cūm hēc ad pingendi sculpēdiq̄ artem potius, quām ad suscep̄ti operis negotium pertineant, eam artificib⁹ operam relinquentes, imaginum significata, non artem pingendi, exponere prosequemur.

CLARISSIMO BERNARDINO TOMITANO,  
PUBLICO BONARVM ARTIVM IN ACADEMIA  
Patauina professori, de Digitorum numeris & signifi-  
catis, ex sacris Ägyptiorum literis, per  
Pierum Valerianum.

**M**icare tecum digitis libet, TOMITANE honoratissime. Micare mecum? inquies. Nempe quantacunq; sis grauitate præditus, micare tamen libet. Quid enim aliud is, qui per digitorum motus varios, numerorum significationes explicare agressus fuerit, facere videatur, quām ridiculis propemodum articulorum omnium gesticationibus, modo eos porrigendo, modo contrahendo, colluderé ne dicam, an pueriliter ineptire? & tamen ipsa rei cognitio aliquid habet, quod eruditus quantumlibet viri minime sint aspernaturi. Quare ausim dicere, aliquid omnino in digitis meis vel ipso Tomitano non indignum, quodq; forsan emunctissimam eius narem ad libri totius lectionem possit allucere. Multa enim ex eo tempore sunt, quæ temporibus illis beatioribus, quibus industria & ingenium in precio fuerunt, minimè contemnenda videbantur. Sedenim ut quid de huiusmodi argumento sentiam, ingenuè fatear, habet omnino aliquam rerum copiam, & varietatem: Sed exactissimam diligentiam illam, omnia perquirendi, quæ in huiusmodi sententiam dici possint, neque me præstaturum polliceor, cui pleniorē esse, per otium, & tam frequenter infestam podagram, minimè licuerit. Neq; tu, qui omnem vitæ meæ rationem optimè nosti, id ab occupationibus meis efflagitabis, eo uno contentus, quod hoc, qualecunq; sit, mei erga te amoris & obseruantiae argumentum esse voluerim. Cognosco autem ingenium philosophi, qui tam multa quæ minimè oculis conspicua sunt, ita spectare videatur, ac si rerum suarum imaginibus conformata, suisque coloribus picta proponerentur. Animam nemo vidit, quam philosophus ita intuetur, & ad amissim factam agnoscit, ac si colossus ingens aliquis aut fabrica quævis admirabili membrorum artificio elaborata esset.

C DIGITORVM DIVISIO.

**R**ATIONI consentaneum videtur digitos primū diuidere, & quod illi munus singuli suscipiant explicare, ut ita mox quæ in illis significata reperiuntur aperiamus. Illi enim alio atque alio gestu dispositi, nunc contracti, nunc porrecti, uti profati sumus, modò hac, modò illa manu varias habent significationes, ac omnem ferè numerorum rationem explent, cuiusmodi plurima in antiquorum statuis reperiuntur, & apud scriptores passim offeruntur, quæ non paruam inferant hæsitationem, nisi aliqua eorum ratio, quod facere proposuimus, expendatur. Tota igitur supputationis ratio in tris partes diuisa est, quarum prima digitus, articulus altera, tertia compositus numerus appellatur. Digitus est quicunque numerus sub denario profertur: & huiusmodi puncta vscq; nouem, prærogatiua quadam, etiam sub numeri nomine singula continentur. Articulus, qui nullo redundante diuiditur in decadas, è quorum vtroque compositus

# Pierii Val. Digi<sup>t</sup>i, & numeri.

numerus resultat, quotienscunqz scilicet articuli, siue denarj numerum aut hūc D aut illum sibi assumunt. Numeri sedem in inferioribus tribus digitis habent. Articuli coniunctim in indice, polliceqz. Compositi & hos & illos, prout v*sui* venit, aut explicant, aut inflectunt socialiter. His ita constitutis, opere pre*ci*um est, quos quisqz digitus, quos cuiusqz digit*is* gestus, numeros ostendat, aperire. Primum autem omnium illud constat, l*æ*uam manum omnia indicare puncta ab vnitate, usque nouem & nonaginta: dexteram vero à centenario, ut ita dicam, usque noningenta. Sed quibus digitis millenarium à centenario distinguatur, magna est inter eruditos controv*er*sia, dum alij Bedam, virum quidem non in eruditum, sequuntur, alij probabiliorem quandam rationem amplectuntur. Bedas enim, si modò ille ita scripsit, centenarium à l*æ*ua in dexteram ita transferri tradit, ut quo gestu, quibusqz digitis X in l*æ*ua numerauimus, eo centum in dextera designemus: inde ad millenaria descendamus, & quibus gesticulationibus in l*æ*ua numeros usqz nouem ostenderimus, fijsdem in dextera totidem millenaria proferamus. Alij naturæ ordinem secuti, uti minores numeri maioribus subiiciuntur in l*æ*ua, ita minores summas maioribus in dextera: subditas agnoscent: ea enim proportio est numerorū ad decadas, quæ centenariorū ad chilidas. Congruum igitur est eorum quoqz hieroglyphicorū figuræ ad eorum regulam accommodari. Quare perplexitate, que in ijs que Bedæ attribuuntur mentes implicat & obturbat, evitata, ita manus statuendæ, ut veluti in l*æ*ua cceptum est ab auriculari pro vnitate & sociis, ita in dextera ab eodem dígito centenariū exordiamur, usqz noningenta. Millenaria vero per pollicem & indicem exprimamus. Atqz ut in l*æ*ua à numeris per inferiores tris digitos ascensum est ad articulos, ita in dextera per eosdem inferiores à centenariis surrigamur ad millenaria, quo scilicet gestu quibusqz digitis in l*æ*ua X ostendimus, per eosdem in dextera millenaria explicare incipiamus, quæ circa pollicem & indicem longè cōmodius & conuenientius hospitantur. Cuius rei testem appello summæ multiplicatiscqz doctrinæ virum Iren*eu*m Theologum ex antiquioribus, qui aliquot etatis bus ante Bedam claruit: aperte enim hic scribit, V N I V S numerum, quo gestu significabatur in sinistra, translatum in dexteram centena confidere. Sed ponam eius verba super hoc gestu, in Valent. libro primo, capite decimotertio: A' numero nonagesimono, qui fuit in l*æ*ua per V N I V S significationem, transferri in dexteram, & ibi centena constitui. Huius sententiam Græci, & vniuersus recentiorum usus admisit, quoqz inter egregiè princeps Lucas Minoritanus, qui Arithmeticam & partes eius absolutissimè consummavit, eiusqz opus uno omnium ore probatissimum, multis abhinc annis venit in manus hominum, & habetur in primis. Fuerunt & alij, qui manibus ad hanc seriem, quam ponit Ireneus figuratis, libellos ad mortalium institutionē edidere. Præterea tota huius hieroglyphici ratio cum Chaldeis ad amissim congruit, mirificèqz respondet. Illi enim totam hanc computandi diligentiam per lineas expressere, ita inter se distinctas, ut apicibus solum quibusdam additis, situ tantum numerorum varietatem indicarent, quaternæ tamen ita positæ, ut prima dígitos, secunda articulos, tertia centena, quarta millenaria commonstrarēt, eo quidem ordine, ut qui apex surrectus l*æ*uorum vnitatem ostenderat, dextrorum versus centena præse ferret: iidem, sed infernè vergentes, l*æ*uorum x, dextrorum mille signarent, in eum, quem sequenti vides

pagina modum:


Ad

A

1.	100.
2.	200.
3.	300.
4.	400.
5.	500.
6.	600.
7.	700.
8.	800.
9.	900.

10.	1000.
20.	2000.
30.	3000.
40.	4000.
50.	5000.
60.	6000.
70.	7000.
80.	8000.
90.	9000.

Ad Chaldeorum igitur normam, manuum digitorumq; supputationes accom  
B modabimus, earum volis altera alterius è regione passis, vt vnitates cētenariis,  
decades millenariis, ad superiorum hieroglyphicorum instar, opponantur.



Quòd verò Orontes Regis Artaxerxis gener, qui ob eius indignationē quan-  
dam & honoribus amotus, & a dignominiam redactus esset, dixerit: Quemad-  
modum supputatorum digitii nunc myriadas, nunc vnitates præ se ferunt, ita  
Regum amici nunc plurimum, nunc minimum præstare possunt: non est vt  
quispiā hoc ad Bedæ rationes trahat, quasi Orontes intellexerit de dexteræ le-

# Pierii Val. Digiti, & numeri.

uæc<sup>p</sup> auricularibus, in quibus hinc vnitates, inde millenaria constitui debeant: D  
insulsa enim est imaginatio, cùm Orontes myriadas hic confusim ad amplifica-  
tionem oratorio more dixerit, non quòd myriadum hicroglyphica vnitati si-  
gillatim opponere cogitarit, sed in vniuersum hinc lœuæ digitos, illinc dexteræ  
designauit. Obstaret Chaldæis & Persis, Irenæo & alijs, Quintilianus, quem  
nōnulli ex libro vndecimo citant, eo loco: Gestus poculum poscentis, aut ver-  
bera minantis, aut numerum quingentorū pollice flexo efficientis. Quæ sunt à  
quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi. Sed ijdem ipsi, qui  
quingentorum positum volunt, inficiari non possunt, quin eo loco erudití ple-  
rig<sup>p</sup> viri quinquagenarium potius agnoscant. Non sum verò nescius nonnullos  
esse, qui lectionē apud Bedam defendere aggrediantur, quippe quæ in lœua de-  
naria sunt, ijsdem digitis in dextera centena significare, atq<sup>p</sup> ita per eosdem pol-  
licem & indicē per decadum aggregationem ad noningenta vñq<sup>p</sup> procedēdum:  
mox cùm millenaria fuerint indicanda, ad eiusdem dexteræ inferiores digitos  
descendamus, quod vel natura ipsa videtur abhorrere. Sanè Hieronymi verba  
sunt: Porrò centesimus numerus (diligenter quæso Lector attende) de sinistra E  
transfertur ad dexterā, & ijsdem quidem digitis, sed nō eadem manu, quibus in  
lœua nuptæ significantur & viduæ, circulū faciens exprimit virginitatis coronā.  
Ego, ni fallor, ex his verbis Hieronymum puto eadem tradere, quæ docuit Ire-  
naeus, dum modo loco suo sentētia cōmatis adlitis distingua<sup>t</sup>. Sententia quidē  
Hieronymi est, diligenter attendendū. Quid attendamus? Centesimū numerū  
de sinistra transferri ad dexterā, & ijsdem quidem digitis, nō eadem manu circu-  
lum facientē exprimere virginitatis coronā. At explicauit se aptius, inquiunt, di-  
cens, quibus in lœua nuptæ significantur & viduæ. Scimus quidem in lœua vn-  
guem pollicis, ad vnguē indicis, quasi ad osculum molliter applicatū, maritalis  
coniūctionis hieroglyphicū ab eo viro doctissimo positum, quod loco suo ple-  
nius cōmentati sumus. Vidaus aut̄ per sexagesimū ostendi, qui numerus per in-  
dicem eiusdem lœuæ, qui extremū pollicis articulum arcte complectatur, expri-  
mitur. Idem fatentur omnes. Sed Hieronymus, ne fallamur, admonet, transferri  
numerum centesimū ab lœua in dexteram, per digitum & gestū scilicet, qui vni-  
tatem in lœua constituit, in dextera centena cōficiat. atq<sup>p</sup> ita de cæteris. Atq<sup>p</sup> hoc  
est quod ait, Sed non eadem manu. quam manū eam intelligit qua non vtimur  
in centenis, cuius scilicet digitis nuptæ significantur & viduæ, quarum manuum  
hieroglyphica superius & explicauerat, et ingeniose interpretatus erat. Sed quo  
modo corona hæc, dicet aliquis, circumflectetur in auriculari<sup>c</sup>. Respōdemus: si  
digitum eum ita inflexeris, vt digitus eius vnguis mediæ palmæ tuberculū appé-  
tere videatur: id ita coronæ plexū imitabitur, ac si arboris cuiusvis ramulum ita  
flexeris, vt cacumen eius ad locū vnde germinare cœperat, inflexeris. Nā gestus  
hic, vt quod necesse est identidem repetamus, in lœua vnum significat, cētum in  
dextera, vt singula copiosius suis quec<sup>p</sup> locis enarrabūtur. Nunc quoniā lecto-  
rem aspera & morosa forsitan disceptatione delassauimus, libet in huius gesticu-  
lationis sententiā lerido Nicarchi epigrāmate aures animum' ve aliquātulū deli-  
nire. Locat enim is in Cotyttarin annōsam vetulā, quæ p̄ēcano cùm esset capite,  
multæc<sup>p</sup> dicacitatis, ac Nestori comparata, nondū eum ita grandēū esse sine-  
ret, quæ ceruos annis superasset, ea ætate suam lœua manu verā dissimulans inci-  
peret numerare, tamen & viueret, & luminis beneficio frueretur, & firmis ingre-  
deret pedibus, quæc<sup>p</sup> ac si esset adolescētula. Quare maximē verendū ne Plutoni  
sinistri

**A** sinistri aliquid acciderit. Sed Nicarchum ipsum audiamus, quem falso quidam Nicandrum vocant:

Η πλινθυροπίφοισι κετυζαεῖς ή πολύμυνθο  
γράπα, δι λώ Νέστωρ ἐπ πρεσβύτη τον Θ,  
ηφάθ αθεκόσαο ἐλάφος τολέομ, ή χεὶ λαΐ  
γῆρας σειθυδίων δεύτερον αρξαμέν,  
Ζώδιον λαύσοσα, καὶ αρπάποτον οἰωνίτη Νύμφη  
ἀστέμε μισάζου μη πάτεριδ' αἰδης.

Quòd si quis epigrāma ipsum Latinè sibi cani postularit, id huius est sententiae:

Multūm garrula anus, caput omne Cotyttaris alba,  
Propter quam Nestor non sit adhuc senior,  
Quæ ceruos annis superarit, quæq; sinistra  
Vitæ iterum captet connumerare dies:  
Vivit adhuc, cernit, pede firma est, virginis instar,  
Plutonem ut dubitem passum aliquid grauius.

Et quoniā in Nestoris ætatem incidimus, synepēia postulat, vt quatuor etiam luuenalis carmina subiungamus:

Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,  
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.  
Felix nimirum, qui tot per secula vitam  
Distulit, atq; suos iam dextera computat annos.

V N I T A S.

**S**ed iam strato itinere, sopitisq; controuersiis, ad ea quæ liquida manifestaçp sunt procedamus, digitosq; ipsos crumpere gestientes è carceribus emittamus, primiçp spacia corripiant auriculares, alter & alter: quorum qui in lœua est, vno omnium consensu vnitatis indicium est, si vnguiculum ad medium volæ tuberculum aduertat, quasi coronam quandam flectere meditetur. Itaq; si fasces à dextera alicuius statuæ fuerint, lœua verò eo gestu prætendatur, primi Consulatus hieroglyphicum apparebit: vel si alia fuerint insignia alicuius honoris indices, primūm eo potitum ostendet, atq; ita de reliquis.

C E N T V M.

**A**B hoc lœuæ digito ad eundem dexteræ conuersi, eodem gestu quo illic vnum, hic centum, vt iam constare potest, significari profitemur. Neque id prætercundum, quòd centenarius numerus virginalis, vt sacrarum literarum interpretes tradunt, appellatur: de quo apud Matthæum habetur cap. XIII. Quandoquidem ijs qui vitam rectè, piè, sancteque instituerunt, tria sunt proposita præmia, vel fructuum proventus, alijs tricenarius, alijs sexagenarius, alijs centenarius. Tricenarius quidem ijs qui maritalem secuti vitam, eam coniugio minimè contaminato peregere: nam numerus ille, vt loco suo dicetur, aptus nuptijs. Sexagenarius ijs, qui viduitatem aut ccelibatum incorruptè atque integrè custodierunt. Et sexagenarium annorum numerum vitudatis esse identidem ostendimus. Centenarius demum ijs, qui virginitatem intaminatam incolumemq; ad ultimum usq; vitæ terminum seruauere. Eucherius centenarium hoc præmium non tantùm ad virginum merita, verum etiam ad martyrum mercedes præmiaçp proposita contendit. Hierosolymitanus Hesychius, perfectissimum, ait, centesimum ideo concipimus, quia quinquagesimus, quæ spiritus sunt, amplectit, vnde Pentecoste spiritui sacra. Bonorum verò operū fructus, qui messem omnem excellit, in Euangelica lectione ad

# Pierii Val. Digiti, & numeri.

centesimū vscp̄ cūmulator. Adamantius quoq̄ numerū hunc plenum in omni- D  
bus atq̄ perfectum autumat, aitq̄ totius rationabilis creaturæ sacramentū intra  
se contineat.

D V O.

**A**d læuam autem, vnde digressi sumus, reuertentes, si, vti de vnitate dice-  
bamus, aut Consul, aut Imperator, aut Dictator, vel quid huiusmodi fue-  
rit, qui dignitatem eandem sibi accessisse indicare voluerit, non insulse statuam  
ponet, in cuius manu læua anularis digitus eodem inflectatur modo, atque eo-  
dem loco cum ipso minimo applicetur. Duo enim vel bis, vel iterum, eo gestu  
exprimi manifestum.

C O R P V S , V E L I M M V N D I T I A .

**I**Ps̄e verò dualis numerus mystico significato corpoream indicat naturam, &  
Ipro immundis accipitur in sacris, quòd is numerus sociandis generandisq̄  
corporibus aptari solet: de quo videndus Adāmantius lib. tertio in epistolam  
Pauli ad Romanos, vbi de propitiatorio loquitur. Summonet D. Hieron. in  
hanc sententiam aduersus Iouinianum, animaduertendum esse iuxta Hebrai-  
cam veritatem, in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die, expletis  
operibus singulorum, subiectum esse, Et vidit Deus quòd esset bonum: in se, E  
cundo verò die omnino subtractum, vt admoneremur non esse bonum du-  
plicem numerum, quòd ab vnione diuidat: nam vnitas tota Dei est, dualitas  
verò significet hieroglyphicè fcedera nuptiarum, quibus vbique Hieronymus  
paulò se infensiorem ostentat.

D V C E N T A .

**E**odem verò ipso gestu quo in sinistra D V O , in dextera digitus idem D V-  
C E N T A significat.

I I I.

**M**edius autem, quem nonnulli Medicum, plures infamem & impudicum  
appellant, ita penes duos inferiores adcuruatus, ac si citharæ cuiuspiam fi-  
lo vna serie gestuq̄ apprimendi essent, ternarium effingunt numerum. Quód-  
que superius de titulis & honoribus attigimus, vbi tergemini cuiusquam no-  
tandi essent, hoc assumi potest hieroglyphicum.

A N I M A , D E V S ' V E .

**S**ed ipse etiam numerus suum habet significatum, quippe qui incorporeæ  
naturæ consecratus, nunc animæ, nunc Dei simulachrum, hieroglyphi- F  
cuniq̄ est: de quo multa Pythagorici, multa etiam veteres Theologi disputa-  
runt, quæ breuitatis causa sunt prætereunda. Illud tamen non omittam, Propri-  
tiatorium in diuinis institutionibus longitudine duorum cubitorum & semis  
fieri demandatum, vt id Christum hominem significaret, quod & apud Pau-  
lum epistola ad Romanos habetur: qui quidem licet verus esset homo quem  
proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine eius, aliquid tamen ha-  
buit quod humanam excederet naturam, tria tamen non exæquaret; nam pater  
eo maior est. Sed si quis hæc apertius declarari sibi voluerit, ad eius epistolæ in-  
terpretes accedat. Quòd verò paulò antè binarium malum esse dicebamus, sa-  
cerdos Heli, cap. IIII primi Regum, dualem numerum pessimi spiritus esse su-  
spicatur, vti Dei ternariū. Nam cùm angelus Domini Samuelem bis vocasset,  
tertiam vocationem expectandam duxit, vt vocem diuinam esse cognoscere.

C C C .

**E**odem gestu digitoq̄ quo tria in sinistra, C C C in dextera significant. Sed  
& vocabulū ipsum suas habet significationes. Trecenta siquidē pro magno  
admo-

**A** admodum numero ponuntur: ut apud Catullum: Expecta hendecasyllabos trecentos, Quos simul complexa tenet trecentos. & multa huiusmodi, etiam apud alios: Et tercentenias erroribus impletat vrbes. Tercentū niuei tondent dumeta iuuenci. Tercentum tonat ore deos. Sanè cùm superius centenarium plenū atq; perfectum numerum esse ostenderimus ex Adamantio, cundem triplicatum su premium quid significare nulli dubiū relinquitur. Sed tercentenī in arcæ longitudine cubiti, ostendunt hominem qui sit à centenario lapsus, hoc est, qui à tota rationis summa per ignorantiam deciderit, facile posse per Patris, & Filij, Sancti q; spiritus cognitionem in trecenta restitui. Hic autem animaduertendū est, posse nos gestuum conformatiōnibus illud coniectari quod ait Pliniius libro XXXIII, ca. V, Iānū à Numa rege dicatū digitis ita figuratis, vt CCCCLXV dierum nota, per significationem anni, temporis, & ævi se Deum indicaret.

C C C L X V.

**C**Vm itaq; Plinius dicat digitis ita figuratis, verisimile non est, quod nō nulli putant, in dextera insculptā fuisse literam T, quæ apud Gr̄cos trecenta significat: in lœua vero z & E, quæ sexaginta quinq; supputant. Dicamus igitur eius statuē dexteram eo gestu figuratam, vt ea exporrecta tris inferiores digitos graduum in morem incuruatos haberet, qui gestus, vti dictum, trecenta signat: lœuam autem, vt paulo inferius patebit, ita conformatam, vt index pollicis vngui circunductus, arctissima eum circulatione complecteretur, infamis vero mediam palmam versus adcuruaretur, duobus reliquis extantibus quantulumcū, que porrigit potuerint: ita enim quinq; & sexaginta describi: annum enim ad huiusmodi dierum numerum intelligi debere ciuiliter Pandect. vltimo Paulus ait. Et intercalarem, quo scilicet bis sexto calendas Martias dicimus, quarto quoq; anno nihilo secius eodem dierum numero supputari, manifestum: quia duo illi dies vnius vice habentur: nec interesse ait Celsus, vtrum priore an posteriore die quid actum sit.

I I I I.

**T**Rium igitur numerorum gestibus ita positis, in sequentium aliorum trium ridicula propemodum sese offert gesticulatio. Nā quatuor exprimere cùm volumus, minimum sustollimus, reliquis in incuruatione sua permanentibus. **C** Ita quartū Cos. Imp. Dict. & reliqua.

C C C C.

**E**Adem ratione modoq; in dextera īdem compositi digitī, C C C C consti-  
tuunt. Nec super hoc aliud ad negotium.

V.

**Q**Vinq; autem, aut quinquies ostendere qui volunt, anularem & minimum exporrigunt, impudicum palmam versus incuruant, vti in Iani statua dicebamus. Neq; quidem hoc tantū signo quinarium significabant Aegypti, verū etiam per sculptæ Stellæ hieroglyphicum, propterea quod, vt Horus ait, ex innumerabili stellarum multitudine quinq; tantū sunt ea prærogativa præditæ, vt mundi, quod illi aiebant, curam gererent, humanis rebus omnibus consulerent, nihilq; apud mortales fieret, quod ab earum arbitrio non pendebat. Ego, si mihi dicere liceat, desumptum puto à radiorum numero, quo Stella pīscis īsignita est, quod & Naturalis historiæ scriptores tradunt, & ego in Anconitanum littus electas magno numero conspexi, & manibus meis attrectavi. Sedenim de hac plura loco suo in Cœlestibus enarrabuntur.

# Pierii Val. Digiti, & numeri.

S E N S V S.

D

**S**ed & ipse quinarius numerus quomodo cunctis descriptus figuratusve, suam habet hieroglyphicam in sacris significatione: pro quinque enim sensibus accipitur. Vnde illud Ambrosij per uulgatum de quinque virginibus prudentibus, & totidem fatuis. In antiquioribus vero Mosaicæ legis præceptis, qui peccasset in sanctis, tantundem reddere iubebatur, & ad illud quintas adiucere, quod in exemplaribus Græcis επίτελης legitur, ut scilicet ita intelligamus: Si quis de sacris vel oblationibus vel muneribus in usum pauperum erogatis, aut pro templa ædificatione, alteriusve voti operis designatione datis, quinque intervertisset, oportere eum quinque sarta testa reddere, mox peccati veniam imploratum επίτελης adiucere, hoc est, & altera quinque, & aliquid insuper auctarij. Quā sententiam Cyrillus examinans ita meditatur: Si quis, inquiens, quinque sensuum opus perverterit, & debito honestoq; vnumquenq; officio defraudauerit, oportere eum sinceros illos, & integros Deo restituere, mox alias quinque interiores adiucere, & horum omnium deniq; summam & solidationem quandam superaddere, firmū scilicet bene agendi propositum, si Deo satis ex aße facere voluerit. Eodem facere videbitur, quod ab uno mense ad quintum usq; annum didrachmæ quinque, hoc est, ut Hierosolymitanus Hesychius interpretatur, quinque sensuum perfectio, sit oblatio, quæ ideo per geminatum numerum exprimitur, ut intelligamus, ea quæ puer sensibiliter audit, videt, gustat, odoratur, & tangit, ea etiam conduplicet, dum ad intellectum ea accommodare fuerit institutus.

Q V I N G E N T A.

**I**dem gestus ex hisdem digitis in manu dextera, quingenta supputat.

V I.

**A**Nularis vero in laeva solus incuruatus, auriculari & alijs ex porrectis, senarium ostendet: de quo multa apud Macrobius libro sexto.

S E X C E N T A.

**I**N dextera vero eodem depositus modo sexcenta colligit: qui numerus apud Latinos pro maximè ingenti copia, numerosissimacq; multitudine, ac proximum infinita, hieroglyphycè proferri solet. Ad Atticum Cicero: Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi. Ad eundem idem: In quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. Lepideq; Plautus, Captiuis, Sexcentoplago nomen fecit illi, cui plagæ innumeræ nunciabantur. Sed ne sexcenta ciusmodi proferam, ad reliqua enarranda progrediar.

V I I. D C C.

**B**is iam trium digitorum spatij decursis, tertium iterabimus, quod palmam moueat. Facta igitur ad auricularem repetitione, eum dicimus, quantulumcunq; porrigi potest, ad imum usq; palmæ tuberculum appressus, septenarij numeri signum esse. Et in dextera, septies centeni. Eo vero gestu componendo medius quoque adflecti cogitur, ac veluti gnomon horarius supra anularem prominere, ut ea sit cius digitæ figura, quam trapezitæ nunc in septenario notando delincant, in hoc scilicet signum 7.

C E N T V R I O.

**A**C, ne leue quid attigisse videamur, eadem trapezitarum nota in plerisq; veterum monumētis adsculpta, centurionis signū habebatur. Ostendit mihi Romæ

A Romæ vetustū admodum monumentum ex marmore Thomas Petrosanctius, vir antiquitatum huiusmodi studiosissimus, in quo & signum id incisum erat, & verba rem interpretantia, in hunc modum addita.

## SIGNUM CENTVRIONIS, 7.

**E**T Bononiæ inscriptionem vidimus ad D. Petronij ædem, in qua signum idem eodem significato incisum spectatur. Romæ etiam apud Paulum Cæsum Cardinalem inscriptionem vidi eius notæ, quæ sic incipit:

- M. POMPEIO. M. F. ANI ASPRO 7 LEG. XV.

APOLLINAR. 7 COH. III.

& quæ multa ibidem insculpta sunt militaria, de quibus in Armorum commentario abundè meminimus.

## D E V S.

**N**on erat autem otiosum septenarij nomen, quod hieroglyphicum esse Dei Philolaus asseuerat, quippe quod ea sit eius numeri prærogatiua, ut ipse similis, alter ab alijs sit, veluti Deus dux & princeps vniuersorum solus semper, singularis & immobilis. Inter enim ea quæ intellectu percipiuntur, septenarius sine motu est, neq; quicquam patitur. Nam alijs numeri partim generant nō geniti: partim generantur, cum minime generent: alijs vtruncq; obeunt munus: solus vero septenarius vtriusq; conditionis immunis. Vnitas quippe à nullo prorsus genita, numeros omnes quotquot habentur, generat. Octo vero generantur à bis quatuor, nullum autem generant. Nam numeri hic infra denarium intelliguntur. At quaternarius eorundem & parētum & liberorum ius obtinet, octonarium quippe gignit, à bis duobus ipse genitus.

## P A L L A S.

**Q**uorum cum nihil accidat septenario, quod sine matre sit, quodq; virgo Palladi assimilatur, & quorūdam symbolico hoc vtentium idiomate mos fuit summi Dei sapientiam vocabulo signoq; Palladis interpretari, quanquam vbi figuræ mathematicas aliquot hoc commentandī genere declarauimus, ternarium & æquilaterum triangulum præcipue Palladi dicatos ostendimus. Sed quoniā alibi, quæ septenarius significata habeat in Diuinis literis, dicenda sunt, C hic satis fuerit pauca hæc attigisse.

## O C T O. O C T I N G E N T A.

**M**edius itaq; auriculari adiectus, ita vt vnā cum eo extremam volæ partem apprimat, octonarij numeri hieroglyphicum erit in lœua: in dextera octics centena recensita indicabit.

## I X. C M.

**M**edius demū ad extremā palmæ volā vnā cū duobus inferioribus applicatus, ita vt totā obtegat, nouē in sinistra cōstituit, in dextra nouies centena.

## M V L T I T V D O.

**E**st etiam nouenarius ipse numerus hieroglyphicus, quippe qui se non intra cutem contineat, sed effusus plurimos significet: quod Theon obseruat in Arati carmine, ὅτι ταῦτα κεράων: nō quod nouem, inquit, ætates viuat, sed quod per quandiu, vt Tibullus, *Vixere cornices multos dicuntur in annos.*

Apud Nicandrum ὁ νέκταρος legas, pro, aliquot præditum aculeis. Idem ὁ νέκταρος σφραγίλας in Scorpij cauda ponit, cum septem tantum in ea compages enumerentur. Pro multis igitur nouem posita interpretes agnoscunt, de quo satis in Scorpij cōmentario. Quin & Alcæus hydrā ὁ νέκταρος eadē ratione dixit, cum

# Pierii Val. Digitij, & numeri.

Simonides eam ποτηκην τακέφαλη tradat. Quem imitatus Maro, ita super ea: D

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Ad hoc etiam facit, quod Hesiodus nouem inquit noctes Iouem cum Mnemosyne iacuisse, vnde Musarū problemi suscepit. Oportere enim, aiunt interpretes, eum diu studijs incubere, qui sit mox aliquid ingenij atq; doctrinæ memorabile testimonium relicturus:

*Nam decem bos luca per annos  
Parturit, ingentem prolem paritura, nitensq;  
Dentis ebur, decora ampla virum, decora ampla Deorum.*

## D E N A.

Postquam igitur digitij tres inferiores triplici cursu ludi sui partes peregerat, athletas nunc spectabimus, pollices quippe, indici vnumquenq; suo commissos, varia quorum colluctatio à lœua theatri parte per decadum campū, altera verò ad dexteram lucta per numerosissimas chiliadum arenas exercebitur. Erit igitur cōflictus primus, lœuæ index in primam pollicis sui suffraginem vngueni affigens, quem attractus pollex ita vrgeat, vt colluctatorem strangulacione quadam elidere videatur. Hieroglyphicum hoc denarium, alterum verò par ad dexteram millenarium recensebit. De denario locus patescit apud Apuleiū, Apologia: Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueras digitos aperuisse. Quo verò pacto digitij in tricenario aperiāntur, loco suo dicemus. Apud Horū Niliacum inuenias linēam vnam surrectam cum alia supernè deiecta, vel incumbente, decem linearum quæ in plano ducendæ essent, hieroglyphicum esse. Puto ego hunc exprimere voluisse denarium numerum, cuius scilicet denæ vnitates per lineas totidē significari, tanquā per puncta, solitæ essent, quæ apud Ægyptios eiusmodi tantum figura comprehendenderentur: compendiosam enim rationem aliquam in numerorum notis nationes omnes, quæq; suam, excogitarūt. Omnino enim codices quos inspexi, omnes eo loco mendosi sunt, præsertim impressi, qui sic habēt: χερμῆ δε ἐν μίᾳ ἀριᾳ χερμῆ ἀδικαιωμένη δένα χερμᾶς ἀδιπίσθι, σημαίνει. Sed & in manuscriptis aliquid desideratur, quorū minus corrupti ita habent, χερμῆ δε δέ μίᾳ ἀριᾳ χερμῆ ἀδικαιωμένη, (hic vacuum relictum) δένα χερμᾶς ἀδιπίσθι σημαίνει. quorū hæc est sententia: Linea vna recta, vna cum altera supernè sibi adscita linea, vel F (hic vacuum) vel decem lineas planas significat. Puto autē lineas illas ita ducas I. Nam aliquid simile apud nos est, cùm linea plana supernè ducta, cui puncta numeralia subiçiantur, quæ singula vnitates ostendat, duplicatum numeri tantundē significat, quot sunt signa, quæ planæ illi lineæ subdita conspicuntur, ut IIII VI R. aut I. II. I. V I R. pro Sex. vir. & Decemuir. In Ægyptiaco verò signo, superior illa linea producta ostendere videtur, licet vna tantum signata sit, X. tamen sibi vnitates adsciscere. Quod verò de duplicatis pūctis dicebamus, multis potest veterum inscriptionibus confirmari, sed vna tantum exēpli loco ponam, quā Venetijs apud clarissimum virum Danielem Ranerium senatorem, antiquo lapide ita notatam inspexi. I. II. I. V I R. quod tantundem est, ac si D E C E M V I R scriptum esset. Intelligendū enim est pūcta illa quatuor, linea illa supernè ducta, duplicari. Quod verò ad Horum attinet, id ideo apposui, vt castigatorē codicē quærendū admonerē. Nec me latet Probū de notis antiquorū, eius lineæ supernè ducētæ signum, ad millenariū vscq; prouehere, sed in eo libro multa sunt multorū arbitrio, atq; etiā errore, inculcata: neq; rei cuiuspiā sana intelligētia magis nostro tempore desideratur, quam inscriptionum eiusmodi vera cognitio. Ad id

verò

A verò quod suprà lœuæ pollicem indici, quippe decades chiliadibus, responde-  
re asserebamus, Romani quoq; ad Ægyptiorū, Chaldæorū, Persarumq; imita-  
tionē, cùm decē signarent, per x duplē literā suam, q̄ decussatio, qua insignis  
est, locutionem denarij saperet: Mille facturi, litera eadem in suo iure cōseruata,  
capita tantum à dextera lœuāq; oppositis semicirculis, cuiusmodi alij apostro-  
phos, alij, vt Victorinus, siclicos appellauerūt (est enim sicilicus ponderis certi  
mensura, quæ signo hoc  figuratur) coniunxere. At ita ex x litera, vt dictū est,  
sua  millenarium hieroglyphicum formauere, vtī quo gestu lœuę digiti de-  
cem ostendunt, eodem dexteræ mille prōferunt. Quamvis Priscianus, qui nihil  
non arrogat græcitati, id secundum Atticos, quibus  mille sunt, factum ve-  
lit: atq; ideo, veluti illi ad hunc numerum prima tantum nominis litera vñi sunt,  
quippe x ita nos M pro mille posuerimus. Sed hoc nō vincit, quin notam eam,  
quam suprà posuimus, à sua potius litera quām à græcanica Romanī desumpse-  
rint. Non est autem hīc prætereundus Ciceronis locus, epistola ad Tironem,  
quæ incipit: Quid igitur? nō sic oportet: vbi in vulgatis codicibus scriptū, Hel-

B luo nequissimus sestertia C C dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla  
maceria, nulla casa. In venerandæ antiquitatis codice bibliothecæ Mediceæ, ita  
Florentiæ scriptum obseruauit: Helico nequissimus HS.  dabat: id, sestertia  
mille dabat, indicat. Idem hieroglyphicum in multis antiquorum memorijs ani-  
maduerti, notumq; est Rauennæ marmor vetus ita inscriptum:

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII FABR.  
M. R. HS.  LIBERALITATE DONAVIT. & quæ sequuntur: hoc  
est, Decurionibus septimi collegij fabrum municipij Rauennatis sestertia mille  
numūm. Hæc verò etiam apud antiquarum inscriptionū impressores ineptissi-  
mè corruptissimēq; edita sunt. Idem in antiquis inscriptionibus indicant W. &  
L. de quibus loco suo, vbi quinquagenarij numeri hieroglyphicum prosegue-  
mur. Sunt qui millenarum numerūm, per miliariæ spicæ hieroglyphicum indi-  
cent: neq; quidem autores absunt, qui genus id segetis nomē à maximo grano-  
rum numero, mille scilicet, accepisse tradant, vt in spica dictum.

## XI. XII. &amp; reliqua.

C Hls igitur eo gestu constitutis, vbi accidisset vt denarijs reliqui etiam nume-  
ri infra x adiungendi essent, trium illi, vt ostensum est, inferiorum digitō-  
rum flexionibus porrectionibus ve significabantur: Vndenarius quippe, indi-  
ce ac pollice pro decem circulatis, auriculari mox eo loco, vbi vñū significat, ad-  
flexo: Duodenarius, firma denarij circulatione permanente, annulari ad auricu-  
larem adiecto. Ita reliqui numeri vñq; ad vnum de viginti, prout per inferiores  
digitos ostendi, satis explicatum.

## XVI.

Q Voniam verò sextodecimus numerus inter hos collocatus est, eiusq; si-  
gnificatio magni apud Ægyptios momenti fuit, & iam constat numerum  
eum per medium molliter inflexum, & indicem & pollicem circulatos significa-  
ri, nunc quid ipse sibi velit numerus, vidcamus.

## V O L V P T A S.

S Anè quidem Ægyptij sacerdotes per eiusmodi numerū eo, vt verisimile est,  
gestu signatum, voluptatem, præcipue venereā indicabant. Ab eo siquidem  
annorum numero adolescentuli ad muliebres consuetudines, & oblectamenta  
nequitie incœptant animum applicare; licet ad ter septimum vñq; annum semen

# Pierii Val. Digiti & numeri.

infecundum esse dicit Aristoteles. Quod si prolificū sit, vel exigua, vel imperfēcta generari autumat. A' bis septimo autem anno pruritu Veneris incitari vult: à quo etiam tempore pubescere primū incipit, stirpesq; imitari, vt Alcmæon Crotoniata ait, quæ semen laturæ florescūt prius. Atq; hic ille est ætatis flos, de quo sæpius apud autores: vt apud Terentium: Annis? sexdecim, ætatis flos ipse. Et Ouid. philosophiq; istiusmodi non ignarus, cùm Narcissum ostendere vellet eius esse iam ætatis, vt amoribus dare operam posset, ait:

Iamq; ter ad quinos vnum Cephisus annum Addiderat.

Indicium autem incep̄ti coitus est vox crassior & inæquabilis, quæ secūda ferè omnibus hebdomade, vel saltem incipiente tertia, euenit, & subalaris odor. Aristoteles id τραχίζει appellat. Antiqui nostri, vt Censorinus ait, hirquitillare dixerunt, & quibus corpus olere incipiat, hirquitallos. Nam annorū quatuordecim vel παιδε, vel φηλον appellabant, ad sexdecim verò ἐφέβος, vt Terentianū illud obiter interpretetur. Postquam is excessit ex ephebis, quanquā οὐτέφεβος quoq; vni ca locutione Græcis dicitur de grandiore iam adolescentia. Ad stipulantur huic Ägyptiorum cōmento Astronomorū traditiones super ætatum affectibus: illi enim Lunam ad quintum usq; annum infantem prop̄modum ductare dicunt: decenniū inde Mercurio adscribunt, vnde illud eius ætatis studium rerum plurimarū, & mutabilitas, & inconstantia, vt modò hoc, modò illud appetant; hinc gestiunt paribus colludere, temereq; iras colligunt atq; ponunt, & vt Horatius ait, mutantur in horas. Mox hominem sextodecimo ætatis anno in Veneris directionem deuenire asserunt. Ad hunc usque annorū numerum & Seruius Tul. & Terentius Varro pueritiam protraxere. Nam Rex in Institutionib; suis pucros ad sextumdecimū usq; ætatis annū appellauit, ad quintumdecimum Varro. Iuniores ille à sexto decimo ad sextum & quadragesimū usq; dicit, adolescentes hic ad trigesimum usq;. Quod reliquū est ætatis apud illum seniores habentur. Apud Varronem à tricesimo ad quintū & quadragesimū, iuniores, inde seniores, ac demūm senes appellantur. Diuersa hæc aliquantulum ætatis descriptio apud Pythagoram, qui vitam hominis quatuor ætatibus dispescit, viginti unū cuiq; annos impertiens, pueritiae quippe, adolescentiae, iuuentuti, quam Latini virilitatem potius appellarunt, ac senectatē demum: quas totidem anni temporū. Fbus æquiparauit, vt suo loco singula tractauimus.

## E X C E S S V S.

DRæterea sciendum est, hunc quoq; numerum ex eorum esse classe, qui multitudinem excessum' ve significant. Cùm enim dicimus sedecim pedibus superare, intelligimus maximo exceedere interuallo. Vsurpatum ab Aristide, qui Periclē dixit ἀπαθήσασθαι αἰώνα τὸν ἕτητοράς οὐ τοῖς λέγοις. Ab Eupoli, vt Bruto ostendit Tullius.

## X X.

CVm verò XX significare vellent, pollicarem vnguē infimæ indicis suffragini (vt hoc pro re utar vocabulo) ad primebāt, vbi scilicet index ab infamī incipit separari. Bedas verò, cuius codicem in damno esse suspicor, nō enim adduci possum virum tam eruditum ita scripsisse, vt infamem hieroglyphico eiusmodi admiseret, quippe qui apud eum scriptū legerim, impudici summitatem inter nodos indicis & pollicis arcte figēdam esse: quod si quis facere meditetur, id subsequetur incompromitū, vt neq; quo pacto possis tria & viginti commōstrare, necq; vnum de triginta repræsentare, & alia multa eiusmodi, cùm in XXXI ostend-

A ostendendis tres illi inferiores dīgiti arctius contracti, lineæ, quæ palmæ eiusdē flexu media fit, ita applicandi sīnt, vt trium graduū sp̄cīem pr̄e se ferant. In no- uem verò & viginti notandis, ijdem dīgiti quantū exporrigi possunt, ad palmæ vſq; rādicem apprimantur. Quare necesse est decades omnes, indicis & pollicis tantū gesticulationib⁹ explicari, nullo eorum in societatem admisso dīgito, qui partem eam quæ numerus vocatur, indicent. Ac ne quis autoritate cuiuspiā decipiatur, Erasmus ille multiscius, qui scholījs in Hieronymū ad Iouinianum, vbi de virginitatis agitur hieroglyphico per coronam expresso, inepta quædā somniauerat, quæ nemo vñquam cruditorum cogitasset: cùm errorem mox re- cognouisset, dum cognitiora, vt ipse dicit, traditum se profitetur, lōco hoc im- pegit in Bedam, imò in vitiaturi Bedæ codicem. Eandem iacturam fecit in quin quagenarij nota cùm apud Bedam scriptum sit corruptissimè de græcæ literæ similitudine, quod loco suo suæ dabitur luci:

V O T. X X.

**C**Vræ premium mihi videtur, anteaquā vicena hæc amittam, quid sibi velint notæ V O T. X X. in numis & aris, vel vt vulgus ait, triūphalibus arcubus, explicemus. Dicimus itaq; fieri solitum id in salutis augurium, cùm scilicet S. P. Q. R. vouebat hæc vel illa sacrificia se laturos, ludos ve celebraturos, aut ædes dedicaturos, si præscripto annorum spatio Respub. in èodem statu permanis- set, quo tunc florebat cùm vota suscipiebant. Hinc apud Cornelium Tacitū le- gas, salutis augurium quinq; & viginti annis omissum repeti, ac deinde conti- nuari placuisse Claudio Imperatori. Fuisse verò salutis augurium in hunc mo- dum, ait Dion, vt si Deus permittat, salutem populo posceret: quasi ne salutem quidem à dijs petere fas sit, nisi prius hoc ipsum dij concesserint. Obseruabatur autem quotannis dies vna, in qua nullus ad bellum exercitus proficeretur, nemo contra hostem se pararet, nemo pugnaret, quod in bellis ciuilibus haud- quaquam obseruari poterat: hoc salutis auguriū, cum alijs cæremonijs iam abo- litis, restituit & Augustus Cæsar. Apud Liuum sæpe reperias vota eiusmodi fa- cta. In ara siue arcu Constantini Romæ V O T. X X. scriptum, aspicias. In numo Maximiani Poeni V O T. X X. in media laurea positum. Ita plerisq; alijs locis & Cnumis, V O T. X. alibi, V O T. X X X. votis quippe decennalibus, votis vicenali- bus, tricenalibus, reatum scilicet voti solutum, quod ita postea posteritati com- mendabant, factis aut ex ære aut marmore mōnumentis.

M V L T I T V D O.

**I**Llud autem scitu non indignū, quod vicinalis numerus multitudinis signifi- catum habet, de quo apud Theocritum legas:

Ἐπτά τε ἑπτάς δέ γηράτεροι οὐκέπι πούθωνται.

Viginti natorum Hecuba neq; maximus Hector.

vbi poëtam numero abusum aiunt interpretes, pro multorum, propterea quod sit numerus multitudini maximè congruus, quod etiam apud Simonidem ob- seruarunt. Homerus in eiusmodi significatum vnde uiginti posuit, quod Latini vno minus viginti dicere consuerunt.

D V O M I L L I A.

**V**lgena superius eo gesto figurari ostendimus, cùm pollicis læui vnguem in eum indicis & infamis inimicū locum, vbi dīgiti illi duo diuaricari incipiūt, affixerimus. Idem gestus ijsdem dīgitis in dextera duorum millium est hierogly phicum. Neq; vltra repetemus, quæ super hoc gestu perperam. à quibusdā alijs

Y iij

# Pierii Val. Digiti & numeri.

excogitata sunt: sed ad calcem festinantes, triginta iam & ter millia proferemus: D  
X X X.

**T**RIGINTA, vti ex Apuleio dicēbamus, in denario indicabātur, indice & pollice adapertis, ita tamen vt vtriusque vngues ad osculum quodammodo coarent blando inquit amplexu Bedas: Hieronymus, eorum digitorum coniunctione molli.

N V P T I A.

**E**ST verò numerus tricenarius nuptiarum hieroglyphicū, vt sacri Euangeliorum interpres, Matthæo, affirmant, quod non multum abest ab eo numero per quem Ægyptij maritalem copulam, siue, vt apud Horum est, maris & fœminæ congressum significabant, geminæ quippe voluptatis interuentu. Nam cùm numerus, vt paulo antè dictum est, X V I voluptatis signum haberetur, illi mox duo atq; triginta nuptiarum hieroglyphicū esse constituerunt. Nuptiæ vero coniugalisq; coniunctio eodem hīc significato accipiuntur. Qui quidem congressus vtriq; voluptuosus, cùm, vt Ouidius diceret, vtrinq; resoluat, geminari identidem poscit ipsum voluptatis signum. Atq; hoc illud est in diuinis quoq; li Eteris, quòd trigesimus annorū numerus pro maritali copula ponitur. Vnde fructus ille trigesimus, qui offertur Deo, cùm coniugalis vita castè puriterq; & nulla alterutrius partis iniuria cum fide peragitur. Cōmodè verò fecerimus, si rem huiusmodi sculpturi, eam non ex duplicatis X V I, vel ex integro X X X I I fecerimus, at manum ipsam ea specie composuerimus, vt X X X I I repræsentet, vngibus, vti dictum est, læuæ manus duobus illis ad osculum coëuntibus, anulariç & auriculari in flexum palmæ appressis, vt duo significant addita tricenis.

T E R N A M I L L I A.

**I**DEM gestus in dextera, qui X X X in læua commonstrarat, tria millia significat. Quæ fuerint verò apud Romanos milleniorum notæ, quæ paucissimis ætate nostra patuerunt, quæ earum ratio, in quinquageno & quingenteno numero copiosius explicabimus.

X L.

**Q**VOD si pollicis eiusdem suffragio lateri vel dorso in læua eiusdē indicis superinducta sit, ita vt signo  $\ddagger$  facto digitii ambo quantū fieri potest extensis, dantur, indice tanquā horologij cuiuspiam gnomone prominente, quadraginta significabant. Atq; hoc illud est quod apud Apuleiū habetur: Cùm verò X L quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea X L tu dimidio auges, non potes digitorum è gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiuscq; anni Consules numerasti. Hæc ille disputat oratione secunda pro seipso, vbi Pudentilla quadragesimū annum non excedere contendit, quā Ælianus iam sexagenariam deposuerat, ideoq; nefas esset eam ad nuptias solicitere: quando, vt sacri etiam interpres aiunt, sexagenarius numerus viduitati sacer est, vt paulo infrà loco suo plenius. Facit & ad virum hic annorū numerus. Nam Philon problemate proposito, Quare Isaac quadragenarius Rebeccā duxit: tempus id congruū maritali copulæ ait sapienti viro: idq; fieri boni ominis causa, quia semen in vulua reconditum quadragenis diebus in masculum figuratur. Esau quoq; quadragenarius Iudithen vxorem accepit.

I G N O M I N I A.

**A**PUDE Hebræos verò in flagris quadragenarium numerum vel uno excedeare infame habitum, & prō ignominie nota accipiebatur. Vnde illa in Actis

**A**VILLI autem ibant gaudentes à conspectu Concilij, quod digni habiti essent qui pro nomine IESUS contumeliā paterentur. Verbum autem Græcum illud ἀπάθλων, habet in se aliquid, quod infamia notatum indicet, sed & intestabilis sit, & ad honores non amplius idoneus haberri possit. Apud Hebræos enim lege cautum erat, vt si quis vel vnam plagam supra quadragenias accepisset, ad honores & dignitates consequendas non amplius idoneus haberetur. Hinc locus ille cap. XI. secundæ ad Corinthios epistolæ patescit: A' Iudeis quinques, quadragenas, vna minus, accepi. Cur, vna minus, quærerit Theophylactus: atq; ea citata lege iussisse ait Iudeos tot numero plagas, vna minus, infligi, ne illi cederet ad ignominiam, si forte percussor ultra constitutum numerū prouectus esset. quod si errore, vel casu aliquo accidisset, eam esse voluerant quadragenam: cupiebant enim eum per eiusmodi castigationes ad se trahere: quod si facere, potuissent, par erat, vt hominis doctrina, ingenium, & fandi vis, honores sibi deposcerent, quos nequaquam deferre recusassent. Cauebant verò ne ad repulsam locus esse posset ignominiae. Sunt qui simpliciter rem accipiant, quia Iudei literæ tantum B addicti, habebant in lege, non excedendum in flagris numerum quadragenæ. Sed nos illud, vna minus, pensitamus. Neq; nescimus Moysem illum plagarum numerum ideo non excedendum instituisse, ne forte qui castigandus tantum es- set, nimia flagrorum repetitione exanimaretur. Cuius verba sunt Deut. XXV, Sin autem eum qui peccauit dignum viderint plagis, prostrerent eum, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat ut quadragenarium numerū non excedant, ne foedè laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus.

## R E D E M P T I O.

**E**ST & ea quadragenarij numeri cōsideratio in diuinis literis, quod à V anno usq; ad vigesimū, qui se Deo voverit, redimere sese potest fructu quadragenario, si clis quippe XX, siue vt Septuaginta reddidere, didrachmis. Siclus em, vt saepe dictum, duabus æstimatur drachmis. Illæ igitur drachmæ sunt XL. Cuius rei hieroglyphicū significatum est, vt præter sensuum castigationem, pos- sit ea ætas ieiunijs interim & orationibus vacare, donec eō perueniat, vt opulen- C tioris doctrinæ fiat idonea. Ad operis cuius quandam similitudinem Moyses per XL dies ieiunus orationi operam dedit.

## Q V A T E R N A M I L L I A.

**A**CNE idem sepius repetendo morosus fiam, qui gestus, quæ' ve digitorū col- locatio in læua fuit, cum IIII notaremus, eadē figura statusq; idem in de- xtera quatuor millia cōputabit. Quia verò polliciti sumus loco hoc rationē red- dere, cur Romani millia hęc per rectā lineolā, & sicilicos (ea est certi pōderis no- ta, ad apostrophi, quo nūc plurimū vtimur, similitudinē) hinc inde adalligatos figurarint, ostendendū est. Manifestū est millenarij numeri notam, quę tot anti- quis in marmorib. inspicit, hac fuisse figura, L. duo millia verò sicilicis ad rectā lineolā duplicatis ⌂: tria millia, triplicatis ⌂: quaterna millia quadruplica- tis ⌂. Pr̄teribo millenariū, quod id signū & à Prisciano & alijs agnitiū ple- risq; locis in cōspicuo est. Duo millia, Mediolani videas in hortis q; olim Zichi Simonetq; fuerūt, porta Comēsi, ea inscriptiōe, cuius initiuū est, C. VALERIVS C. F. O. V. F. & q; sequunt. Cai fil. ob votū fecit. Deniq; HS. ⌂. ARBITRA- TV VALERIAE C. F. S. O R O R I S. & Rauennæ apud Petrinū Suessanū, MO- NVMENTVM HS ⌂ EX TESTAMENTO. Sed impressores nōnulli

# Pierii Val. Digiti, & numeri.

signum vitiarunt, vtpote qui H. S. C. C. T. C. C. imperitissimè fecerunt. Terna ve D  
rò millia hac ratione signata consipiuntur in antiquissimo codice Mediceæ bi-  
bliothece Florentiæ nunc, ad D. Laurentij dicatæ per Clementem V I I. P. M.  
epistola ad Caninium Sallustiū, quæ libro II. incipit: Literas à te mihi Stator.  
eo loco: Quod scribis ad me de drachmis C C C L I I I. notatū est. De drachmis  
¶, quod cōputat tribus millibus. Ac ne in quatuor millibus similiter signan-  
dis immorer, scilicet ¶, hæc vt semel dicam, demū erit regula, vt quotiens-  
cunq; siue apud Plinium, siue Liuium, & alios, præcipuè verò in Verrinis, L. V.  
num inueneris duobus C C præpositis, totidem verò II subiectis, C C L I I, in-  
terdum etiam hoc modo per X. denariam notam, C C L X X, tu ¶ facito, nul-  
la dubitatione impeditus. Vbi C C C L I I I, vel C C C C L X X X X, tu ¶. Vbi  
C C C C L I I I, vel C C C C L X X X X, tu ¶. & millena tot firmiter credas.

Q V I N Q V A G I N T A.

**Q**VINQUAGINTA verò hieroglyphicè per digitos indicandis, lœuæ pollicem,  
palma tota passa, deorsum inflectes, & r̄ tertiae apud Græcos literæ simili-  
tudinem effinges: non autem, vt Erasmus ex deprauato Bedæ codice scripsit, cū E  
quinquaginta pollicem exteriore arcu instar Græcæ literæ ι incuruatum ad pal-  
mam inclinabis. Sed iam ad huius numeri hieroglyphica veniamus.

R E M I S S I O , V E L I N D U L G E N T I A .

**E**RAT autem hic numerus remissioni & indulgentiæ consecratus. In veteri e-  
nī lege quinquagesimo anno cuiusq; obligationis remissio cōdonabatur  
quippe si quis possessionem distraxisset, recipiebat: si liber in seruitutem incidis-  
set, libertatē assequebat: indulgentiā debitor accipiebat, exul in patriā redibat.

E F F O E T V S.

**P**ER eos qui alterum à quinquagesimo vitæ annum excessissent, cur nonnulli  
effecto iam corpore, mentis quoque & ingenij debilitatem significari dixe-  
rint, non sat scio: nisi Aristotelis dicto freti sint, qui Politicis ait, post annos L II  
ingenij vigorem euancere. Vnde etiam Euripides Bacchis dixerit:

Ἐγένετο τὸ μῶλος ἐπεφῶ, νῆστος δὲ ἔχει

Cerno, senecta vestra mentem non habet.

Atq; alius non minus dicax, ait:

τολιά χρόνος μηνών, & φρονήσεως.

Canis indicant ætatem, haud prudentiam.

Sedenim ad hæc amplissimus erit alibi respondendi locus.

P L V R I M I.

**E**T hic quoq; numerus multitudinem significat, quo libenter vtitur Maro:  
*Quinquaginta intus famula.*

*Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.*

Quam tamen & Simonides πεντακόσιον appellavit, cùm Alcæus επιτελεῖ φαλοφ  
dixerit, vt superius meminimus. Vt cunque autem quinquagenarius numerus  
describatur, spiritualis vitæ hieroglyphicum est, & animi eius qui diuinis inten-  
tus, sublimia quæq; mente concipiatur & contempletur, perinde ac duplicatus in  
cētenarium, negotiosam significat. Quinquagesimo enim post resurrectionem  
die Sancti spiritus afflatus aduenit. Et operum nostrorum fructus vberimi atq;  
pinguissimi, ad centenarium vsque numerum cumulantur, eorum inquam, qui  
vitæ integri, scelerumq; puri peregrinationis nostræ cursum piè sancteç; per-  
egerunt. Hic verò numerus centenarius non sine mysterio per quinquagin-  
ta

A ta potius didrachmas, quām per drachmas centum exprimitur in significato huiusmodi: sed quinquaginta bis ideo complectitur, quia nullum bonum, integrum & perfectum opus esse potest, absque ipsius Sancti spiritus ope auxilioq;. Ad similitudinem autem quandam gestus eiusmodi, qui quinquaginta prae se fert, factum putarim, ut Latinī eius numeri notam L esse voluerint: quanquam non desint ingenia, quæ re super ea sic philosophēt, aut ratiocinentur potius. Numeri à punctis prius originem traxerunt, sed quia erant adeò exilia, puncta ipsa aliquantulum producere cceperunt ad instar vocalis mediæ, • : ; :: :: I. II. III. IIII. Sed si ita processissent, ut usq; ad nouē lineolis totidem vnum quenq; numerum notarent, molestam & inconcinnam rationem fore suspicati sunt: ad compendia igitur animum verterunt, & pro quinario, ne quinque lineas facerent, vna signata, reliquas quatuor per obliquā vnam à tergo ductam, fecerunt. Mox usq; placuit, ut expeditior esset scribendi ratio, pro nota ea v vocalem quintam statueret, moxq; usq; nouem unitates eas addere, prout numerus quisq; postulabat. Ad denariū cùm venissent, quinq; duplicarunt, ita tamen ut secundum inuerterent, & subiacerent priori, vnamq; facerent notam per decussationem. Tribus his notis processuni est usq; ad quadraginta & nouem. Usq; sum est inde facere ad commoditatem, quam ex compendio aucupabantur, quinquaginta notandis, signū illud ex vna obliqua linea pro quatuor rectis & quinta adalligata surrigere, ut staret quæ pendebat in latus, quæ stabat in plenum deijceretur. Ita ex L notata sunt quinquaginta. Vēntum mox ad centena, quæ per primam eius nominis literam intelligi voluere. Ad quingenta cùm venissent, rectam lineolam quæ iacebat in quinquaginta, in semicirculum adcurvata surrexere in hunc modum, V. quam notam imperiti superiori capiti coniunxere, quartam Alphabeti literam arbitrati. Atq; hoc illud sicilicū est, de quo facta mentio in millenarijs, quod à tergo quingentorum V ita applicitum J, mille facit, & ita reliqua, vti suprà dictum.

## Q V I N A M I L L I A.

**Q**VINA verò millia, quo gestu L in lāua, eodem in dextera composito figurantur.

## S E X A G I N T A.

**S**I verò pollicem eo gestu inclinatum, quo quinquaginta per se significat, toto indice circundocto diligenter à fronte præcingamus, sexaginta constituemus. Hinc errore fieri non potuisse dicit Apuleius, ut Æmilianus, contra cuius accusationem causam suam agit, sexaginta pro quadraginta protulerit, quia longè diuersus est vtriusq; numeri gestus.

## V I D V P T A S.

**P**E rnumerum sanè sexagenarium, vti dicebamus, viduitatem veteres significabant, quod mulier id ætatis nata haudquaquam amplius idonea est ad conceptum, propterea quod ab eo annorum numero claudi vulnus philosophina turæ contemplatores tradunt: ideoq; vltierius illi nubere nō licet. cui legi plurimum nititur Æmilianus contra L. Apuleium. Si qua verò, quod aliquando accidisse ferunt, natu tam grandis concepisset, ostenti loco habitum. Quare He lisabetis conceptus grandæua ea ætate pro miraculo adducitur à diuino nuncio, ut virginis Deiparæ fidem ficeret, posse Deum quæcunq; naturæ vim exceedunt efficere. Sara etiam cùm à summo numine sibi iam nonagenariæ promitti conceptum audisset, risit, utpote quæ id naturæ lege fieri minimè posse cognoscere.

## Pierii Val. Digi*t*i, & numeri.

scebat. Paulus quoqz, qui sexagenarium numerum viduitati dicatum agnoscebat, illi inquam viduitati, quae viduitas est, casta<sup>q</sup>z, syncera & intaminata in solidudine persecuerat, vbi probatā mulierem eligi mandat, quae iunioribus præsit, Vidua, inquit, eligatur non minor L X annorum: ad eum vscz numerum scilicet perfectionem in muliere designans. & quia est viro infirmior, non nisi sexagesimum fructum colligit in diuinis literis. Ideo si se redemptura sit mulier, Leuitico, didrachmas X X X offert, id est, fructum sexagenarium. Eruditz admodū D. Hieronymus causam, cur sexagenarius numerus ad viduas referatur, explicare volens, ad numeri ipsius hieroglyphicum se confert, in quo scilicet pollex à superiore digito deprimatur, arctez cinctus ab eo, in quantis affligatur angustijs ipsa viduitas, ostentet, quae ita sit vnde cunctz cohibita. Mox illud addit ad consolationem: Quanto scilicet maior est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius propositum esse præmium.

### LXX. ET SEPTENA MILLIA.

**V**T verò & reliquas tris decades attingamus, septuaginta exprimebantur, vt Bedas tradit, indice vt suprà circumducto, pollice verò ita exorrecto, E vt in medium indicis artum affigatur. Necz aliud super hoc numero mysticum adinueni. Idem gestus in dextera, sed non ex Bedæ sententia, septena millia com putabat.

### OCTOGINTA, ET OCTONA MILLIA.

**I**Ndex identidem circumflexus, pollexz protentus, ita tamen vt eius vnguis extra medium indicis articulum prominens appareat, octogenarij numeri est hieroglyphicum in læua, in dextera octona millia signat,

### A D O R A T I O.

**Q**Vi quidem gestus ad os admotus, adorationis hieroglyphicum est: de quo Apuleius IIII. Metamorph. Et admoventes oribus suis dexteram, priore digito in erectum pollicem residente, vt ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.

### NONAGINTA, ET NOVEM MILLIA.

**P**Er inflexum autem læuae indicem, ita vt eius vnguis ad radicem pollicis ap plicetur, pollex liber extet, qui superiore numero, toto extremo articulo oppressus erat ab indice, nonagenarius exprimitur. In dextera gestus idem, millia nouem. Ita cum ad nouem & nonaginta peruentum est, manus omnis ita clauditur, vt pugnum faciat, pollice superextante, & ad medium infamis dorsum exorrecto. Qui si pugno ita includatur, vt cum vngue suo totus occultetur artculus, sexaginta nouem adstruet.

### T A C I T U R N I T A S.

**S**Vperesset de myriadibus dicere, quae per manum varijs gestibus modò ad pectus, modò ad femur applicatam indicantur, de quo apud Plautum:

*Pectus digitis pultat, cor credo euocaturus foras.*

*Ecce autem auortit nixus læua in fæmore habet manum,*

*Dextera digitis rationem computat feriens femur.*

Sed quoniam intentio nostra fuit hieroglyphica cōquirere, non artem omnem numerandi tradere, & argumentum id non indiligenter à Beda explicatum, & iam

A iam in omnium manibus versatur, finem huic dictio*n*i facturus, quo numero taciturnitatem Aegyptij soliti sint indicare, non est animus præterire. Erat is utiq<sup>z</sup> M X C V: mille scilicet & nonaginta quinq<sup>z</sup>, qui partim dextera, partim lœua desigabatur. Mille, vti superius ostensum, dexteræ manus indice, ad primam sui pollicis suffraginem appresso, summoq<sup>z</sup> eiusdem articulo super indicis vngue inclinato. Quinq<sup>z</sup> verò & nonaginta, in lœu<sup>z</sup> tribus inferioribus digitis, inflexo infami, anulari & auriculari porrectis, indicis autem vngue ad infimam pollicis suffraginem affixo. Causam verò cur eo numero taciturnitatem Aegyptij significarent, eam afferunt, quod compertum est eo dierum numero, qui annos tris complectitur, nisi cœperit puer effari, linguam eius præpeditam esse, neq<sup>z</sup> ullam superesse spem vt amplius loquatur. Sunt qui Pythagoram triennale silentium dicāt hinc instituisse, vt naturæ species exprimeretur in discipulis, quos, vt tunc primū natos, alendos educandosq<sup>z</sup> animi cibo suscepisset. Sed nos in taciturnitatis mentionem illapsi, eius demū memores, ne hominem grauioribus occupatū studijs & disciplinis, in leues adeò nugas auocare videamur, dicti illius sapientissimi, M A N V M D E T A B V L A, non frustra vulgati, memores, nihil ulterius super digito loquemur.

PIERIVS VALERIANVS AD ILLVSTRISS.  
AC REVERENDISS. DN. D. HERCVLEM GONZAGAM  
CARD. MANTVANVM, QVA RATIONE LITERAE ET DI-  
sciplinæ Hieroglyphicè significantur, ex sacris  
Aegyptiorum literis.

 Urnius tuus, Antistes illustrissime, vir planè probus, & disciplinis optimis pereruditus, cuius tu opera non solum ad doctrinam, sed ad rerum tuarum etiam administrationem vteris, proximis hisce diebus cum Romam aduenisset negotia tua curaturus, impendio me rogauit, Leonem meum illum Aegyptiacum, quem olim Amplitudini tuae dedicare cogitasse, sibi videndum traderem. Responde, fuisse quidem olim id consilij, sed pro re nata captum, quia scilicet clarissimus adolescens discipulus meus, Hippolytus Medicus, quo tempore Florentiæ in honore erat, leæna fætū qui expectabatur in dies, ad Illustriss. Principem Fridericum fratrem germanum tuum mittere decreuerat, marem & fæminam orituros. Id enim frater ipse tuus propagandi semini causa, maximè cupiebat. Ita volebam ego, dum leunculoru illud par splendidissimo fratri tuo oblatum in propagulo spectaretur, haberet & tu Leonem alterum interiorem, quem vñà cum eruditissimis, quos domi alii, amicis attractares: multa enim insunt Leoni, quæ studiosoru omnium ingenia semper exercuerūt. Verum accidit vt spem falleret leæna, quia vtranq<sup>z</sup> fæminam edidit, quare sublata mihi quoq<sup>z</sup> est mittendi Leonem men occasio, quia neq<sup>z</sup> fætura illa iam erat transmittenda, sine qua si meus venisset Leo, importunè accedere visus esset. Cœperam tamē cogitare, nunquid aliud inuenire possem, quod ad ingenij tui sublimitate videretur accommodatus, cum opportunè de studijs tuis ex ipso eode Furnio, quæ mihi mirifice placuerūt, intellexi. Aiebat enim te philosophia & diuinaru literarum lectionibus incumbere, maxime verò pietatis nostræ ignibus incensum, cogitationes omnes tuas ad eiusmodi disciplinæ conuertisse: qui quidem nunciū mihi accidit iucundissimus: quandoquidē, si quid ego huiusmodi scribere instituissim, quod ad hoc ipsum, quod tibi adeò cordi est, argumentū facere videretur, sperabam me tibi rem longè iucundiorē effectum. Erat verò mihi tunc præmanibus, De literis & disciplinis commentarium, quod ad expli-

# Pierii Val. Disciplinæ.

canda Aegyptiorum, atque adeò maiorum etiam nostrorum quædam super his mysteria con- D  
fiebam, quibus scilicet imaginibus, per hieroglyphica sacerdotes Aegyptij, per mystica mox  
verba veteres Hebræorum patres literas essent indicare soliti, quibus disciplinas, quibus de-  
mum sapientiam ipsam figurassent. Interrogaui Furnium, an commentarium hoc, pro Leo-  
ne missum, vlla tibi esset in parte placitum. Legit, & vt animo est egregie candido, ap-  
probauit, suasitq; vt omni summota contatione, libellum omnino mitterem. Cuius ego iudi-  
cio fatus, nam eum palati tui optimè callentem arbitrabar, quamprimum per occupationes  
licuit commentarium absolui, tibiq; statim, quicquid id esset, dedicaui. Videbis igitur An-  
tistes honoratissime, quæ de literarum studijs, deq; humana diuinaq; disciplina vetustas illa sub  
rerum verborumve quorundam inuolucris occultauerat, quod peritissimi quiq; inter se hoc ve-  
lut ænigmatum genere vti consueuerunt. Et nisi me suscepti operis fallit amor, spero te conser-  
sum hunc multorum eruditorum, qui per huiusmodi sculpturas Aegyptiorum inuenta secuti  
sunt, aliqua cum voluprate suscepturum: tuumq; tibi institutum tunc longè magis placitum,  
cum ex ijs, quæ sumus allaturi, nationum penè omnium sententiam, in eam quam sequeris stu-  
diorum rationem conuenire perspexeris. Sed ante aquam ad illam deueniamus, de literis quæ-  
dam simpliciter prius dicere necessarium est. E

Apud Aegyptios sacerdotes librorum bibliothecarumve facies iuncorum fasciculo, cui ap-  
pensa esset sepia cribrumq; illi subditum, hieroglyphicè signabantur. Et literatorum hominum  
memoriae, vel marmore, vel ære conspicuæ, his ijsdem figuris insculpebantur: & quicquid ad eru-  
ditionis monumentum faceret, hoc elaboratum erat ornamento.

## LITERAE AEgyptiacæ.

 A verò species literas, præsertim Ægypticas, vt apud Horum est, significabat, propterea quòd & iuncō illi, & atramento huiusmo-  
di de sepia exempto scriptitabant, neq; ad hunc vsum alio vteban-  
tur instrumento. Quod autem ad sepiam attinet, quæ pro theca  
atramentaria poni solita sit, ac perinde literas significet, non apud  
Ægyptios tantum, verùm & apud nostros quoq; habetur, Persius:

Tum queritur crassis calamo quòd pendeat humor,  
Nigra quòd infusa vanescat sepia lympha. F

Atramentum sanè Græci οὐποτές appellant. Sunt & alia pleraque sepiæ si-  
gnificata, sed ea inter pisces conuenientiori loco memorauimus. Cribrum  
verò sub sepia ponere ideo commenti sunt, quia ea prima sunt arma, quibus  
in pane conficiendo vtimur, atque id apud Ægyptios ex iuncō contexi soli-  
tum: nam ὁλέχωθ, quem solo iuncum appellare possumus, vtilissimus ad na-  
sas marinas, vitiliumq; nexus elegantium. In Ægypto verò, vti Plinius tra-  
dit, cribrorum longitudinem implet. Admonebat autem ea cribri cælatura,  
ita iuncō & sepiæ subiecta, eum qui vieti necessaria comparasset, literis dare  
operam posse. Cui verò desit prouisæ frugis in annum copia, alij dedatur arti,  
aliam've sequatur industria necesse esse. In hanc Ægyptiorum sententiam Si-  
monides interrogatus, vtrum diuinitæ, an sapientia prius optari deberet, nescire  
se, respondit: id verò exploratum omnibus esse, sapientes diuitum fores fre-  
quentare. Opinionem tamen hanc interpretatione callida elusit Aristippus, qui  
à Dionysio illo suo interrogatus, vnde fieret, quòd philosophi diuitum li-  
mina tererent, non illi philosophorum: respondit, Quia philosophi norunt,  
quibus

**A** quibus egeant, illi autem minimè. Sed ut ad Ägyptimores reuertamur, illud constat, ante aquam pollutionum contagie contaminarentur, & à pristina caderent disciplina, primariā apud eos nobilitatem dignationemque eorum fuisse, qui literas callerent, cum literis non nisi locupletes operam darent. Nam & Athenienses morem hunc ab Ägyptiis acceptū aliquandiu seruauere, ut is primas in Republica partis obtineret, qui & eruditione & sapientia maximè præstarct. Et quantum ad institutionē attinet, Romani artes honestiores omnes, & quæ literarum ope comparantur, Liberales appellauerunt, quod earum doctrina ad ingenuos spectaret. Hinc illud apud Terentiū: Fac periculum in literis, fac in palæstra, in musicis. Quæ liberum scire æquum est, solerter dabo.

## I N S T I T V T I O.

**S** Anè apud Ägyptios institutio, si quos habuimus codices, in dāno nō sunt, SB O nuncupabatur, cuius interpretationem plerique ponunt, vicitus opulentus, vel ad necessitatem idoneus: id scilicet innuentes, literarum studia rem paratam sibi depositare. **Q**ua in sententia fuisse etiam Aristotelem ex eo manifestum est, quod eum nullius rei egenum esse cupit, qui philosophiae sit operam daturus. Et Zachariæ Chimios inter Hebræos nominatisimi dictum circumfertur: Si farinam habueris, legem capessere poteris: si legem assecutus fueris, farinæ non egebis. Legis enim appellatione, literas intelligūt Hebræi, & farinam pro frumento annonacque omni ponunt. Quod quidem cum eo quadrat, quod Isidem, siue Cererem malis dicere, legum inuentricem fuisse memorant, cum eadem fruges etiam humano generi commonstrarit, de qua loco suo plenius. Ad huiusmodi rem Aristotelis scomma est, quo reprehendere solitus est Athenienses, qui iam à pristinis moribus & studiis deciderent, cum tamē se frumenti perinde ac legum inuentores fuisse gloriarentur, frumento quidem plurimum, legibus vero minimum vterentur. Sedenim magis facere ad Ägyptiorum sapientiam videtur, si quæ alij de corporis cibo, deque rerum opulentia intellecterūt, ad animi pastum, & doctrinæ fœcunditatem referamus, cum dubio procul illi per cribri signum Ἰησοῦς institutionem interpretarentur. Nam & azymorum calathus, qui Leuitico ab Aarone & filiis eius offerendus erat, linguam, hoc est, sermonem, vel eloquentiam potius diuini numinis significasse fertur. Sicut enim panis nutrimentum est corporis, sic & lex, & doctrina Dei, nutrimentum est animi. Cum vero sæpe cibus pro doctrina positus sit, non apud Ägyptios solum, sed apud nationes omnes quæ literis & disciplinis claræ habentur, cuiusnam sermo vel eloquētia pleniorem perfectiorem've doctrinam induxit, quamvis qui copiæ totius & perfectionis autor est: Ille ille cibus animi verus, ille pastus suauissimus, ille ferculum & lautissima doctrinæ totius mensa, super mel & sauum optatissima. Et huiusmodi sensu panes illi duo primitiarū dicti, ex duabus decimis similæ fermētatae, quos XXIIII Leuit, offerri sibi iubet Dominus, nouo sacrificio legem & Euangelium indicant. Panes enim hi sunt fidelium animalium cibus. Quod vero ex duabus similæ decimis conficiantur, admonet hec geminata perfecti numeri designatio, condit eos ex doctrina, quæ perfectam in Christo diuinitatem, perfectamque humanitatem tradit: nec aliter coqui, nisi per huiusmodi doctrinam possunt. Sed ipse demum Dominus Assertor noster, hieroglyphicum hoc explicauit, cum astuto dæmoni respondit, hominem non ali pane solo, verum etiam quo cunctis verbo, quod ex diuini numinis ore procederet. Animaduertendum vero in diuinis literis per cibum ipsum modò pecunia,

## Pierii Val. Disciplinæ.

modò rem domesticam, modò annonam genus omne intelligi: atq; omnes has locutiones identidem accipi pro doctrina: vt cùm præcipit Deus, simulac in terram Canaan ingressi fuerimus, eaq; & expiata, & ritè perpurgata fuerit, ne veteres incolas expellamus, sed cohabitare nobiscum permittamus, quin & pecunia nostra eos subleuemus. Hierosolymitanus Hesychius pecuniam hic hieroglyphicè pro doctrina nostra positam intelligit. L X X hic Cibos ponunt, quod idem est cum fructibus & annona. Nam cùm aliquem à sceleribus ad virtutem & bonos mores, ab impietate ad Dei cultum atq; timorem adductum, & in distinctionem nostram redactum inspexerimus, eum, quia peritus fuerit, nequaquam abominabimur, sed doctrina subleuabimus, & honesti commercij, laudabilisq; consuetudinis exemplo pascere, educare, confirmareq; pernitemur. Missum facio fermentum in faringe sata tria absconditum, vbi Eucherius farinam pro scientia positam tradit. Quinetiam missos facio non modò panes, verùm & totam messem, & patentes campos in diuinis literis pro sacrè doctrinæ hieroglyphico positos, de quibus idem Eucherius dictum ait: Et campi tui replebuntur vberitate, atq; de pascuis idem. Vnum illud minimè præterierim, quod utili admodū documento apud Maximum Tyrium habetur, sermones similitudinem ciborum gerere, sicuti concentus odorum, cùm ea sit ciborum natura plurimum, vt secundissimè nutriant: odor aër sit vaporatus, vt sonus aëris iectus, quorum uterque cùm in re tenuissima consistat, aut nullam, aut minimam habeant pascendi vim. Appetendas itaque monet epulas nutrientes, sermones quippe de virtute, atque adeò diuina in primis philosophia: paruiq; ideo faciendam eloquentiam, eam inquam quæ præter aurum oblectamentum, nullam aliam afferat utilitatem: sermonesq; illos esse potiores, qui animum rebus optimis cibi instar enuntiant. Apud Abacunta Prophetam legas boues non adsistere ad præsepio. Boues Euthymius Iudeos intelligit hieroglyphicè positos, qui olim virtutis cultores fuerint: per præsepio, sacros & diuinos libros, qui pabuli nihil eis in posterum allaturi essent. Et Psalmo L X I I I, Super oves pascuae tuæ. Interpretes per pascuae vocabulum sacram intelligunt lectionem, qua illi animum opiparè nutritre sibi videntur, qui ex diuina lege vivunt. Ita nonnulli Psalmo L X I X, Fiat mensa eorum in laqueum. Mensam esse volunt diuinæ inspirationis scripta, que Iudeis implicationem mentis afferunt, non doctrinam. Idq; sibi velle laqueum, in quem Propheta mensam huiusmodi transmutari poscit. Mox & tormentum addit, & multam, qua castigati sunt ob destinationem suam: inde scandalum, propter pristini status diuisionem, totiusq; gentis dissipationem. Denique vt à mensa demum saturi recedamus, Simandius Ægypti Rex bibliothecam inscripsit, A N I M I A L I M E N T V M, cùm id, quod cibus corpori, studium literarum animo subministret. Et noster Tullius, Tusculanis, vbi de Archimede loquitur: Eius mens, ait, rationibus agitandis exquirendisq; alebatur, cum oblectatione solertie, qui est unus suauissimus pastus animorum. Idem pasci se Fausti bibliotheca alibi dicit. Alibi contemplationem, animi pabulum vocat. Alibi se vorare literas profitetur.

### S A C E R   S C R I B A.

**V**T verò cribrum etiam expediamus, ex eius hieroglyphico Ægyptij sacrū etiam scribam intelligi volebant: ea enim nuncupatione eos, qui futura præfigirent, appellabant, vti Prophetam Hebræi Videntem. Nam veluti cribrum

A brum vtilia ab invtilibus disiungit, ita per signa quedam sacerdotes illi mortem à vita discernebant. Et *τὸν περὶ τὸν θάνατον* dici solitum de ijs, quæ vera compertaq; vide-  
rentur. Sanè librum Horus apud Ægyptios fuisse tradit, qui Ambres nuncupa-  
batur diuinationum plenus, ex quo præcipue decumbentem ægrotum, vtrum  
victurus nec ne, an moriturus esset augurabantur: idq; ex ægrotantis decubitu  
præcognoscebant. Nam & alij plura id genus obseruarūt, vti fimbriarum in lo-  
dice complicationes, aduenientes molestè ferre, eorum cōspectum auersari, ob-  
tutus solito toruiores, & alia, non tamen cum arcanis illis conferenda. In anti-  
quis Hebræorum scriptis mentionē inuenias de libro quodam arcano, in quo  
scripta designataq; essent omnia, quæ vniuerso mortaliū generi euentura sunt:  
adduntq; eum & Adamo diuinitū ostensum, atq; etiā Moysi: sed hæc illi supre-  
mi numinis aspiratione accidisse crediderim, oraculumq; huiusmodi ob quan-  
dam docendi similitudinem, librum appellatum. Hinc sapientissimi viri Maro-  
nem volunt ad huius quasi libri formulam dixisse illa super posteritatis Æneiæ  
futuro successu:

B      *At pater Anchises penitus conuale virenti  
Inclusas animas, superumq; ad lumen ituras  
Lustrabat, studio recolens, omnemq; suorum  
Fortè recensebat numerum, charosq; nepotes,  
Fataq; fortunasq; virūm, moresq; manusq;.*

Nam & Romani, dum à fando fatum dicunt, edicta decretaq; huiusmodi, velu-  
ti relata in deorum acta, intelligere visi sunt.

#### PERFECTÆ VIR SAPIENTIÆ.

**A** Lij dicunt per cribrum consummatum virum significari, sapientem quip-  
pe, qui de diuinis humanisq; rebus sciat appositi disputare, quod veluti  
eius instrumenti munus est apludas à frumento secernere, ita doctrina, rerumq;  
vsus & experientia faciat, vt bonum à malo, rectum à curuo discernamus: vt me-  
ritò à Marone dictum sit, *Mystica vannus Iacchi*. Huc nonnulli trahunt Anti-  
sthenis dicterium, absurdum esse lolium à tritico non repurgare: hoc est, invti-

**C** les ciues non secernere ab vtilibus, milites ignauos à strenuis: quod dictum ali-  
bi latius interpretati sumus. Apud Galenum prouerbiū est, Stulti ad cribrum,  
cūm illi notantur, qui rem, aut negocium, quod vires exuperat, aggrediuntur.  
Nō enim stultorum est naturæ secreta inuestigare. Quamvis alij putant id ideo  
dictum, quia si Thessali velit errores omnes corrigere, vel dictione prosequi, nu-  
mero superatus in scomma prouerbij decidat, quod est, Stulti ad cribrum: hoc  
est, Stultorū conatum esse velle singula totius cribri foramina obturare. Apud  
nostros D. Ioannes Præcursor, doctrinam cœlestem summam sapientiam in  
Christo præmonstraturus, in hanc sententiam clamat: *Ventilabrum in eius est  
manu (sunt qui cribrū, eadem omnino sententia transtulerint) arcā itaq; suā  
purgabit, vt quæ nullius sunt fructus, à fructuoso discernat, triticumq; in hor-  
reum conder, paleas verò igni exuret inextinguibili*. Cuius mysterij significa-  
tum, ne nos morosi simus, latè explicatur ab Adamantio, capite in Lucam ter-  
tio, homilia XXVI.

#### TERMINVS, M E T A' V E.

**P** Er idem quod superius posuimus hieroglyphicū, terminū etiā metam' ve-  
significari proditum, propterea quod is qui strenuè de curso spatio profec-  
Z ij

# Pierii Val. Disciplinæ.

rit in literis, ad tranquillum iam vitæ portum applicuerit, eumq; scias posse de D mūm habere suæ vitæ modum, necq; hallucinari amplius in ijs, quæ mortalium generi accidunt mala. Ita is omnium quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur, cognitionem asscutus est, vt vnde cunque prudentissimus effectus, necq; secundis intumescat insolenter, neque aduersis perturbetur: in utrancq; ve rò fortunam ita se compararit, vt æquum & insuperabilem ad omnes casus ani mum præ se ferat.

## H U M A N Æ D I S C I P L I N Æ.

**A**cribro ad panificia deuenire, non admodum importunum fuerit. In pa nificijs autem fermentum non ultimum habet locum. Id in sacris literis multa significat: sed nos id quod ad rem, quæ præ manibus est, facit, interim desumemus. Aiunt verò fermentum inter alia symbola humanas iam disciplinas indicare. Scientiarum siquidem, vt plerique diuidunt, nonnullæ humanæ, nonnullæ diuinæ perhibentur. Humanæ sunt, quæ sermonis variationi subi ciuntur: vnde vulgo etiam humanitatis studia dicuntur. Diuinæ, quæ perpetuo constantijs tenore quodam perseuerant, eodemq; semper habent modo, E atq; parte hac ipsam referunt diuinitatem. Quod enim semel iustum est (de perfecto loquor) semper iustum est. Qui semel calefacit ignis, calefacere nunquam desinit, dum ignis est. Neque diuina deficit prouidentia, necq; perpetua mundi gubernatio. Ita Moralis, Physica, & Theologia, cum diuinitate consentiunt. Humanas autem disciplinas appellabant, Grammaticam, Rheticam, & Dia lecticam. Atque hoc illud est, vt sentit Origenes, quod fermentum in sacrificia non admittitur. Per fermentum enim, vt dicebamus, Theologi humanas has intelligūt disciplinas, quarum quidem vis & materia in locutionibus ipsis omnino consistit. Accedunt tamen ad ministerium, quia sermo purus, quem docet Grammatica, eloquentiæ splendor, vis atque copia, quam per Rheticam assequimur, & disputandi ratio, quam indicat Dialectica, ministri sunt omnium scientiarum.

## D I V I N Æ D I S C I P L I N Æ.

**Q**uo igitur hieroglyphico humaniora studia significantur, expositū est: su perest de diuinis, quibus ea signis hieroglyphicisq; figurarentur, explica re. Diuina verò quod primum sibi signum poscant, nisi quod ipsam indicat diuinitatem: cuius circulus est hieroglyphicum, vt latius in figurarum mathematicarum commentario differuimus: nempe quod in ea figura necq; principium, necq; finem inuenire sit, quod æternitatis est propriū. Cuiusce rei ratione habita, Ägyptij Deum ex circuli figura i ure gebant. Persæ verò cum louem coeli circulum dicerent, sacrificia illi se facere putabant, vbi celissimam speculam concendiunt, louemq; coeli circulum nuncupassent: & quæ multa eo loco tractauimus, hic ad repetendum minimè necessaria.


## E N C Y C L O P Æ D I A.

**N**on temerè igitur Ägypti sapientes, Græciq; antiquiores, qui priusquam sophismata mortalium mentes implicuerint, simplicius ac forte melius philosophabātur, quarundam disciplinarum complexum Encyclopædiam vocauerunt, nempe quod per circulorum quorundam colligationem inter se copulatæ, ab ampliori quodam circulo complectentur, cuius nomen est Theologia, intra quem tres alijs circuli centris & circumferentijs adeo inuicem compliciti

A pliciti designabantur, vt vnius censum alterius principium & circumferentia esset, in hunc scilicet modum: per illos quidem interius ductos, alia quadam ratione quam superius dictum sit ex Origene, humanas disciplinas indicantes, quae moribus, ratione rerum, quae naturae vi, instituta, considerata, examinataque, mortalium mentibus infedere: per illum vero qui latiori ambitu expatiatus, reliquorum centra & circumferentias in semetipsum amplectitur, diuinam ostendebant. Verum eadem haec Leuitico intelliguntur ex ornamento Pontificio, qui totus est hieroglyphus.

B tu Pontificio, qui totus est hierogly

phicus : ibi enim Pontifex humeros primum praecingi iubetur, hoc est, moribus optimis atque castigatissimis ornari, prava scilicet opera cohibendo : mox logium assumere, quod dubio procul rationis intelligentiam suscipiendam indicat : inde quam vocant manifestationem, quae quidem rerum est disciplina videlicet philosophia, per quam naturae secreta omnia peruestigamus, & veluti cerberum quandam ex imis penetralibus extractum in lucem exponimus : quarto loco veritatem, quae dubio procul ipsa est Theologia. Obseruat vero Cyrillus ordinem in ornamentis his assignandis : quoniam non prius de ratione verborum disputare debemus, quam mores composuerimus, ne nos male imbuti animi prauitas a recto diuertat, & vero cognoscendo minus idoneos reddat : neque rerum cognitionem prius aggrediendam, quam sermonum rationem prius intellexerimus : nec Deum & cœlestia contemplari posse nos manifestum, priusquam per mores, per rationem, per rerum cognitionem, quos dam veluti gradus, per quos ad veritatem in sublimi confidentem erigi possemus, nobis praeparaucrimus. Ut vero alij rem copiosius tradidere, morallem in primis discere debemus, quae in humanæ degendæ vitæ ratione modoque occupata est, effrænis quippe excursionibus iræ, animisque contundendis, soribusque omnibus excutiendis, quando memorabile illud in diuinis literis dictum, in malignum animum non intrare spiritum sapientiae. Neque enim polluti, qui scilicet moralis disciplina minus instituti essent, in tabernaculum admittebantur apud Mosem, sed cum plebe sub dio habitabant, sese interim expiantes. Praecipue vero hoc praestare possunt oratoria & poëtica facultates, cum Oratoris sit proprium, bonum esse virum, & Poëtica omnis laus & exemplar virtutis habeatur, ut Magnus Basilius inquit. Sed haec dicimus ad eos, qui sunt adeò imbecilli, ut diuinorum voluminum pondera sustinere nequeant, ideoque validiorem cibum omnem auersantur, quare modò per fabulas, modò per historiarum exempla deducendi sunt. Quod si eueniat ut tandem ablactati firmitatem a Deo, & a fide consequantur, tunc ordeacei quinq[ue] panes, quinque scilicet Mosaicæ, diceret Cyrillus, institutionis libri gustu asperiores, & pisces duo pro pulmentario, hoc est, Euangelica & Apostolica disciplina, pauli longè suauioris, satis superque futuri sunt ad omne bene instituti animi



# Pierii Val. Disciplinæ.

robur confirmandum. Quamvis non desint, ut varia sunt mortaliū īgenia, D qui partem hanc de moribus (hoc καὶ τὰ πάρερχεν afferemus) ē disciplinarū cho-ro summoueant, tum quōd mores ad cuiusque populi libitum cōponantur, e-xemplōc̄ potius & vsu ipso, quām ratione vigescant: tum quōd non eadē apud omnes iustitia, neq̄ fortitudo, neque vllum fere virtutis genus, quod non alibi vitium, alibi virtus existimetur, constarec̄ prorsus id in opinionibus incola-rum. Nam quōd apud Athenienses iustissima omnium est lex Pelargica, de pa-rentum senecta renutriēda, qua etiam apud Lacedēmonios nihil sanctius: apud Chios honestissimum atq̄ sanctissimum habitum est, eos qui sexagesimum æta-tis annum implessent, trucidandos inter se publicè committere: quod moris in Iulide Co insulæ vrbe Menander fuisse notat, vt apud Stephanum, dē quo ple-nius in Ciconiæ cōmentario. Quodc̄ in huiusmodi dissimilitudinē sentētiam in Institutis Theophili Græcē legi, Athenienses aduenas & hospites omni offi-cij genere prosequebantur, apud se permanere adhortabantur, ciuitate dona-bant, ad honores & Reipublicæ participatum cooptabant. Lacedēmonij contrā aduenas non admittebant, hospites vnius tantum noctis mora receptos, vr-be mox ej̄ciebant. Vnde quod Paulus Iurisconsultus ait de candelabro argen-teo in argento relatum, ideoq̄ pro argento, nō autem pro supellectili habitum, indicat nihil aliud esse quām humanum placitum, totamq̄ Iurisprudentiam in sola deniq̄ hominum voluntate consistere roborariq̄.

## D I A L E C T I C A.

**S**ed rem nos nostram prosequamur. Addiscenda statim à morali postmodū ēst rationalis disciplina, quam ipsam Dialecticen, hoc ēst, sermocinatricem vocant, quæ rationis turbas inter orationis pugnacitates captionesq̄ anxiè tu-multuantes pacificè componat, & clara nitidaq̄ syllogismi serenitate tranquillet. Nam eti mores Mosaici composuerant, essentq̄ in sanctuarium recepti, sa-cra tamen nondum attraherant, nisi prius dialectico famulatu seduli Leuitæ sa-cris ministrarent.

## N A T V R A L I S P H I L O S O P H I A.

**N**aturalem inde philosophiam aggrediebantur, quæ de īmundo, aut de īs F quæ sunt in mundo, quærerit. Hæc autem disciplina opiniones, lites & dissi-dia, quæ inquietum hinc inde animū vexant, distrahunt, lacrantq̄, molliter sopit atque componit, vt ita demū ad sacra admissi, nunc superioris regiæ multicolorem, id est, sidereum aureum ornatum, nunc cœleste candelabrum se-ptem luminib⁹ distinctum, nunc pellicea elementa in philosophiæ sacerdotio contemplēmur.

## T H E O L O G I A.

**P**ostremò Theologia est amplectenda, quæ, vti dicitū est, omnes amplectitur disciplinas, cuius munus est solidam præstare pacem, quam neq̄ mores hu-manæ fragilitatis sanctissimè quantumlibet instituti, neq̄ colloquiorum curiosa cognitio, neq̄ naturæ totius peruestigatio præstare potuerunt. Tunc verò pax hæc firmissimo nobiscū est sc̄dere sancta, cùm motus omnino nullus aduersus rationis imperiū discessionem vllam meditatur, cùm omnia cogitationū no-strarum dissidia composita sunt, sopiti sensuum impetus, discussa oppressaq̄ pe-nitū cupiditatū coniuratio. Hæc illa est Pythagoreorum amicitia, quā totius philosophiæ finem autumant. Hæc nos in templi adyta & adducit & recipit,

A vbi nullo imaginis intercedente velo, diuinitatis gloria perfruamur. Per scalarū itaq; gradus philosophantes, à centro ad centrum omnia peruidentes, & quæcunq; sunt in vnum contrahentes, nunc vnum quasi Osirin, admirandus dicere Pīcus, in frusta plurima vi Titanica discerpētes, ire pergamus, donec in sinu patris, qui supra scalas est, tandem quicscentes, Theologica felicitate consummemur, in diuiduaq; mox copula complexu've non modò Dco conciliemur, sed admirabili quodam modo vnum penitus euadamus. Vt verò quædam à Pici sententia non aliena subiungamus, à quatuor his doctrinæ partibus circumdari Deum, Maximus Tyrius mihi videtur intelligere. Circundatur autem is, qui corām, retrò, ad dexteram, atq; ad sinistram, aliquos habet circumfusos. Eorum vcrò qui Deum circundare videntur, illi retrò esse dicuntur, qui per virtutem illum, quæ ad actiones pertinet, Deum sequi persistunt. Ea vero plurimum in moribus sita est. Dedit autem is exemplum nobis, vt quæ ipse egerit imitemur. Ad sinistram illi constitui videntur, qui naturalem secuti philosophiam, vsum eius in spiritualem dirigunt intellectum, perq; inferiorem indaginem, ad superiorū

B cognitionem peruenire connituntur. Ad dexteram illi esse intelliguntur, qui sublimium, & à materia separatarum, humanumq; visum excedentium, rerum scientiam perscrutātur. Coram deniq; Deo eos esse dicimus, qui ob immensum diuinæ pulchritudinis amorem digni effecti sunt, vt Dei ipsius conspectu perpetuo perfruantur, facieq; quodammodo in faciem intenta, veræ felicitatis participes facti, dij quoq; & ipsi fieri mereantur. Ea enim perfecti tetrade, vt Pythagoræ vocabulum interim usurpem, riteq; instituti, animam vnde cunq; puram, sanctam & immaculatam Deo videntur asserere: atq; ita mente optima, manifestissima scientia, opinione firmissima, sensuq; absolutissimo prædicti, soli hominum super hominem eucti, terq; quaterq; beati efficiuntur.

## T R I A S.

**Q**Uatuor itaq; circulis huiusmodi describitur institutio, in quatuor ipsa diuisa partis. Scdenim Salomon, qui diuino afflante spiritu disciplinarum ordinem primus excogitauit, quem plerique Græcorum sapientes, qui eius inuenta sibi vendicant, non temerè secuti sunt, tris tantummodo totius disciplinæ partes agnoscit, moralem, naturalem, & contemplatiuam: quas per tria identidem volumina pertractauit, Proverbia, Ecclesiastem, & Canticorum canticum: mores vtique per Proverbiorum præcepta docens, naturam rerum per Ecclesiastem, per Canticum autem speculationem. Neque enim Logiçen distinctam ab his portionem arbitratus est, quæ in vnaquaque disciplina per se ipsa conseritur, & instar staminis ad firmitatem contexta, cuiuscunque subtægminis laborem admittit, siue pexum, siue plumatile, siue beluatum opus intexere volueris. Nam cùni institutio omnis per sermonem fiat, quomodo quispiam probabilem sermonem suum efficiat, nisi ita loquatur, vt ipsius rei quæ in promptu est ratio, verisimilitudo, ipsa denique veritas deposita videatur?

Vnumquenq; igitur sermonem dirigit Dialectica. His similia videntur quæ de Deo Abraham, Deo Isaac, & Deo Iacob habentur in sacris literis. Nam quod Abraham vbiq; locorum se morigerum & obsequenter Dco præbuerit, moralem innuit. Isaac dum scientiæ puteos fodit, profundaq; & abdita quæq; ri matur, naturæ indicat philosophiam. Contemplationis vero munus Iacob ostendit, tum ex ipso nomine, quod Israël ob diuinorum contemplationem appellatus fuit; nam mentem quæ Deum intucatur, nomen id significat: tum ob inspe-

# Pierii Val. Disciplinæ.

Etat cœli castra Dei sedes, & angelorū vias, scalas quippe à terris in cœlum vscp D surrectas, de quibus in hanc omnes sententiam tam Hebræi, quam Græci, Latiniq; Theologi plurima disputarūt. Quinetiam ipsa elementorum natura quandom istiusmodi institutionis figuram ostendere videtur, terra scilicet vnā cum aqua, inde aér & ether, quorum mutuus complexus certos in disciplinis gradus cōstituere prohibetur: terra quippe, & illi applicitus humor, magistrum morum historiam, in his enim mundi partibus res gestæ continentur: atq; illę vel priuatę, vel publicę, vnde œconomia, atq; politica, ex eorum qui sapientiores habiti sunt, exemplo describuntur. Facit verò historia hæc ad institutionem, quoniam exempla ipsa per euentus varios aut hortantur ad imitandum, si præclara sint: aut absterrent à perperā factis, si malè tractata malè ceciderint. Hoc verò amplius, aquæ varijs ventorum flatibus agitatæ, mores in humana natura varios & inconstantes indicant. Quo igitur pacto cogitationum procellis, & consilio- rum tempestibus obuiam ituri simus, per orationis fluxum institutio moralis edocebit: atq; pars hæc illa est, quam Ethicen Græci dicunt, quanuusquisque hominum debet secum diligenter examinare, inde sibi, & suis, & patriæ, & vniuerso demūm mortalium generi profuturus. Terræ pariter atq; humoris vnde quacq; círcunfusus est aér, atq; vnā cum duabus que simul adhærescūt partibus, nascentium omnium atq; morientium naturas amplectitur: atq; ita aér naturalis indicium est scientiæ. Extra hæc omnia quæ variationi sunt obnoxia, æthereus ille ardor igneus est, in empyreum vscp cœlum, vt multorum sapientium est opinio, diffusus, quæ quidem est naturæ diuinæ cōtemplatio, quam Græci theologi nominant, ultra quam nullus procedit intellectus. In qua quidem diuisio ne Dialectica non immeritò præterita est, cum ea minime particularis scientia esse videatur, sed tanquā spiritus harum vnicuiq; partium insita, coalita ve: per eam enim historiā scribimus verisimilem, per eam morum rationes varias edocemus, per eam naturę vim perscrutamur, per eam demūm ipsam diuinorum rerum imaginem intelligimus. Quare, vti superius dictum, etiam illi qui disciplinas ad elementorum similitudines diuiserunt, dialecticam, vtpote quæ cuiuslibet institutionis ministra sit, in partem non admisere.

## DE IIS QVÆ PER COELVM RORE PLUVIUM & aliquot aquarum genera significantur.

A Egypti quidem de disciplinis hoc modo in vniuersum differere consueuerunt. Quatuor verò illas, Arithmeticā per surrectos digitos, Geometriam per arundinem, Musicam per dentes 1111 lingua percussos, Astrologiam per maculosam hinnuli pellem, & figuræ alias indicatas, nunc omittimus, quod alij ea cōmentarij sunt à nobis explicata. Atq; vt susceptum semel negotiū peragamus, quamvis alia nunc circumacti via, eandem tamen metam contingere procurabimus. Theologi siquidem nostri cum antiqua Ægyptiorū dictata conspexissent, qui cœlum imbre rorulento liquidum in doctrinæ significatum pingere instituissent, Mosem q; ex ea quam adolescens in Ægypto didicerat lingua, figuris huiusmodi passim usum animadueterent, ea multa quæ de pluvijs, de fontibus, de fluminibus, de mari, deq; aquis reliquis passim in diuinis literis reperiuntur, ad huiusmodi vetustatis exemplum interpretati sunt: quorum ego commentationes prosequutus, aquarum de doctrina significationes post Ægyptiacas illas explicare congruum existimauit.

## INSTYTUTIO.

**A** **V**T igitur profati sumus, cœlum Ägyptij rore pluuium cùm pinxissent, disciplinam institutionisq; labore & operam intelligebant: mira etenim est vt riusq; rei similitudo. Nam velut ros in herbas, frutices, plantasq; omnes decidens, ea omnia quæcunq; molliri apta sunt, humectar, pascit, & liberaliter educat: contrà verò in ijs quæ natura proprietateq; sua obturata, dura, solida atque repugnantia fuerint, proficere nihil quicquam potest: ita in hominibus erudientis instituendisq; euenit, quorum ij qui prompto, acuto, & docili sunt ingenio, minimo negotio erudiuntur: contrà verò si plumbeum & obtusum, atq; honestis artibus & disciplinis auersum, instituere aggrediaris, nihil prorsus efficias: inuita siquidem Minerua nihil recte fieri, dici' ve potest, vt apud Horatium. Ita deum disciplina contumacem nacta naturam, frustra omnino laborabit: sed idonei fundi compos, lætissimæ frugis opulentia letabitur. Sanè Pindarus eius rei, quæ plurimum ad fecunditatem faciat, ratione habita, irrigationi similem esse laudationem dixit. Nam quemadmodum illa plantarum vim auget, & vt lætius

**B** prouenant efficit, ita virtus dignis poëtarum scriptis commendata mirificū suscipit incrementum: laudatam enim virtutem gliscere vulgo etiam dictatum: contrà verò loca quæ aquarum beneficia non suscipiunt, plurimum infœcunda sunt. Et diuinæ literæ vbi agri cuiuspam sterilitatem, desertaq; & inhospita tese qua notare volunt, in aquosum dicunt, vt Psalmo LXXVII. Exacerbauerūt alii tissimum in inaquoso. eodemq; modo sæpius. Quod verò facit ad doctrinæ sapientiæ ve significatum, in ijsdem literis cùm Psalmographus desitum in aduentu Christi promptuarū illud vaticinationis donum præuideret, neq; diuinationem ipsam quicquam amplius producturam, Psal. CVI, terram frugiferā in salsuginem vertendam oraculo haudquaquam vano præsagiuit. Marina autem aqua ἀπεγνήτη Homero dicitur, quod nullum ex ea fructū possis decerpere, propterea quod adeò est salsuginosa.

## DOCTRINA GENTIVM.

**E** Iusdem salsedinis. atq; amaritudinis causa, marina aqua doctrinam gentium significabat, propterea quod sine fructu esset, & propter rerum quæ sacris eiusmodi adhibebantur amaritudinem, intractabilis, dum neq; quidem humannis hostijs abstinebant, & alia dictu foeda faciebant, sceleraq; ac turpitudinem omnem dijs etiam suis adscribebāt, quorum exemplo lasciuire, & mollia quæcunq; sectari mortales sibi permetterent. Tot præterea deorum marinorum lusus nihil aliud sunt, quam mera lasciuia, profanis quippe & impuris ea dulcis & delectabilis, p̄ijs verò syncerisq; inuisa & amarissima. Fortè autem Herculis columnæ in habitabilis terræ finibus erectæ, virtuti documento sunt, nō esse à duris terræ laboribus ad vndarum mollitiem atq; lasciuiam dilabendū. In has autem aquas Abacus Propheta armentum à Deo induendum canit, accessurum quippe cultum, & polituram: hoc est, Apostolos per omnem terrarū orbem profecturos, qui omnia commitigarent, mansuefacerent, & habitabilia frugiferaq; redderēt, amaritudine omni dulcium aquarum corriuio delinita.

## DOCTRINA COELESTIS.

**P** Indarus plerisq; locis hieroglyphico vtitur hoc dicendi generc, vt cùm canit, Χαείτω αρδονη καλλιστα δέος, hoc est, optimo pulcherrimo ve Gratiarum rore irrigant: id quod odarum luculenta lepiditate dictum interpretes exponunt, vt deniq; per rorem eloquentiæ leporem intelligamus. Sed quid egemus Pindaro, cùm Mosem audimus cœlum ad audienda quæ loquitur, ac terram etiam ip-

# Pierii Val. Disciplinæ.

sam inuitantem, doctrinamq; suam vti pluuiam concrescere augurantem, elo- D  
quium vti rorem pluere meditantem, esseq; quasi imbre & stillicidia super  
herbam & gramina, quæ manifesta sunt doctrinæ cœlestis symbola: Quin &  
Angelici chori aquæ vocabulo designantur, vt Psalmo: Et aquæ quæ super cœ-  
los sunt laudent nomen Domini. Vnusquisq; autem Prophetarum simulacra  
adaperuit, terram irrigat vniuersam, hoc est, vt interpretatur Adamantius, disci-  
plinam in aures & in corda hominū infundit. Dauides autem noster per lignū  
propter aquarum fluenta plantatum, foetiferum & opportuno prouentu lētum  
reddi hominem intelligit, qui diuina præcepta suscepit, quibus ingenia non  
aliter quām plantæ aquis irrigantur. Sanè Moysi diuinitus ab aqua nomē indi-  
tum facile crediderim, qui vberima diuinarum humanarumq; rerum omnium  
doctrina mortale genus in æterna esset secula instituturus: moys enim Ægy-  
ptijs aqua dicitur: quamvis euentus nomini causam dederit, quod à Thamura  
Pharaonis filia ex profluente, in quem à parentibus acerbissimi edicti regij me-  
tu proiectus erat, diuinæ ita prouidentiæ commendatus, in cistula iacens exem-  
ptus esset. Antiquitas demum tota disciplinam aquis cōparauit: hinc Pegaseus, E  
hinc Castalius fons, hinc vndæ Cephisides, hinc Permessus, Ilissus, Termessusq;  
fluuīj, totaç; vt semel dicam, Aonia aquis irrigua: vnde, vt fit in fabulis, non ta-  
men inanibus,

*Vatum Pierijs ora rigantur aquis.*

Apud Virgilium cùm Dametas & Menalcas ingenij & artis doctrinæq; suæ  
periculum alternis cantando fecissent, Palæmon vtriusq; virtute commendata,  
demum ait:

*Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.*

Musicam porrò Pindari cōmentatores ex aqua fieri autumāt. Et Varro tris Mu-  
fas ponit, vnam quæ mera tantum voce consistat: alteram, quam aëris īcti sonus  
efficit: tertiam, quæ ex aquæ motu nascitur. Hinc percussa iuuant fluctu littora:  
hinc dulce etiam petra riuus qui stillat ab alta, vt Theocritianū illud imitemur:  
*Ἐπερῶ πηματὶ τὸν μέλθε, ἡ τὰ πάχες τὸν ἀρπάξει ταλέσεται οὐδὲν οὐσίη.* Cùm verò  
tam nostri quām Ægypti pluuias plurimū in doctrinæ cœlestis significatum  
acceperint, causa ea esse videatur, quod imbræ longè fœcundiores aquis alijjs F  
esse, magisq; nutrire, & celerius confici experimento compertum est. Hinc He-  
siodus, Theogonia, fœcundū cœlum dixit, propterea quod, vt interpretes eius  
aiunt, & Virgilius affirmat, Plurimus vt cœlo descendit Iuppiter imbræ, omnia  
terra nascentia fœcundantur. Hinc Menander:

*ἴρε μὴ δυρεον γαῖα, Amore tellus imbrum peruritur.*

Eodem modo doctrina ea quæ cœlitus instillatur, longè fœcundior est, quām  
quæ ab hominū opinionibus emanauit. Huiusmodi autem imbribus affluenter  
omnes alluimur, quicunq; Christianā sequimur institutionem, ex quo tempore  
super Hebræos decidere olim desiere: quod non temerè præmonstratū libro Iu-  
dicum eo loco legimus, vbi Gedeon Ephraimita, qui & Hierobaal, Madianita-  
rum Amalechitarumq; & Arabū viribus Israélitas omnes opprimētibus, signū  
petiit à coelesti numine, quo se populūq; adhortaretur ad virile aliquod facinus  
aggreendiendum, & se suo sç de montiū solitudine liberaret, in quibus, patrījs ex-  
pulsi finibus, extorre vitā rerum omniū inopia laborantes agitabant: excitatus  
itaç; Gedeon oraculo minimè cōtemnēdo, cui tamē haud facile fidē adhibuerat,  
ob ita accisas res, vt facile esset omnia desperare: Sequar te, inquit, sanctissime,

tuæ

**A**tuæ erga nos propœtæ voluntatis signū id assecutus, si ros scilicet ceciderit super lanç vellus in area stratum, & terra circùm arida perstiterit: id quod vti petierat, factum est. Subiecit mox Gedeon attestatum: Si ros, inquiens, super terram deciderit, eaçq; tantū aspersa, stratū vellus minimè madefecerit: cui petitioni Deus cùm iterum annuisset, plenus animis negotium aggressus victoriam est felicissimam consecutus. Hic, vt interpretantur sapientes, vellus lanæ populum indicat Israëliticum, terra verò Gentes reliquas eius eo tempore pietatis ignaras. Qui verò ros cœlitùs dēcidit, Dei doctrinam ostendit, quæ prius Israëlitis diuinitùs indulta est: hos enim solos ros diuinæ legis prius irrigabat: reliquus autem terrarum orbis nulla istiusmodi humoris gutta madefactus, arida prorsus siccitate laborabat. Postea verò quām secundum accidit postulatum, aruit vellus, terra irrorata est: Hebræis quippe adempta est Prophetarum pluuiā, nobis verò per Christi doctrinam diuini cloquij fontes adaperti. Tale aliquid tangit Chrysostomus Psalmo LXXI: sed rem copiose tradit Adamantius. Eodem modo Tertullianus etiam interpretatur locum illum, Et mandatum est nubibus ne pluerent imbre super vineam Soreth, hoc est, cœlestibus beneficijs ne proueniret in Israëlis domum: subtractis enim charismatum roribus, lex & Prophetæ cessauerunt, neq; vltra Ioannem processerunt. Quod verò ad gentes facit, assentitur huic sententiæ Cyprianus, qui prænunciasse Deum per Prophetam ait, apud gentes in locis quæ inaquosa prius fuissent, flumina postmodum redundatura: & Christum ait, vt doceret, ostenderetq; futurum vt populus gentium succederet, & in locum quem Iudæi perdidissent, merito fidei perueniret, de aqua vinū fecisse, vt ad Christi quippe & Ecclesiæ nuptias Iudæis, qui fuerant inuitati, venire cessantibus, cuenturum ostenderet, qualiter non temerè, neque contanter plebs gentium è plateis & triujs, vt se quisq; obtulerat, conuocata confluenter & conueniret: vinea enim Domini sabaoth domus erat Israël. In eandem significationem aquam vino instillare institutum sacrificio nostro, quæ modico temporis momento vinum fiat, vt receptos ad nos populos sentire & facere nobiscum intelligamus. Quamvis longè sublimiore significato, preces que huiusmodi mysterio adhibentur, humanam naturam indicent aggregari ad diuinam, vti diui-

**C**na humanam ad se traxit. Hinc Irenæus de Ebionitis loquens, qui vniōne in Dei & hominis non recipiebat: Reprobant, inquit, hi commiſſionem vini cœlestis, & sola aqua secularis esse volunt. Alio tamen modo sententiaq; longè seciore aquam vino mixtam aiunt ab Esaia, Caupones tui miscent vinum aqua, vt id scilicet innueret, quod austero amarioriç Dei præcepto iam tum Iudæi illi seniores aquæ dilutionem immiscere cœpissent, multaq; laxare, & in commodum suum indulgere sibi, legem adulterantes, cùm alioquin legem obseruare fingerent, & quæ minimi momenti essent, religiosissimè custodirent, quod eis pluribus locis obiectum est à Domino: vt de mentæ decimatione, & camelii deuolutu. tum illud apertissimè: Quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? Nam, vt inquit Irenæus, nō solum per præuaricationem frustrati sunt legem Dei, miscentes vinum aqua, sed & suam legem contrariam statuerunt, quæ Pharisaica vocabatur, in qua quædam quidem auferebat, quædam verò addebat, & ex libidine sua interpretabantur, & vt ait Esaïas, & Psalmographus subscriptus, labijs Deum honorabant, cor autem eorum à Deo procul aberat, cumq; frustra colebant, cùm doctrinas & præcep-  
pta hominum edocerent.

# Pierii Val. Disciplinæ.

A Q V A E R E L I Q V A E.

D

**Q**uoniam verò varia admodum est aquarum cōsideratio, operæ preciū vi-  
detur, priusquām huic cōmentario finem imponamus, aquas distinguere,  
singularumq; mox specierum significata pertractare. Primæ autem omnium vi-  
dentur esse pluuij, de quibus abundè est à nobis disputatum. His nubes necessa  
riò coniunguntur; harum igitur significationes statim subiiciemus. Subsequen-  
tur inde fontes, mox fluuij, in quos naturæ ipsius impulsu torrentes inferentur;  
dein construenda erit cataracta. Hinc se offret mare vastum & magnum, cuius  
pars nobis erit persulcanda: ijsq; demùm que in conspicuo sunt enumeratis, de-  
scensus erit in abditam puteorum profunditatem. In vniuersum autem aquæ sin-  
gulæ vel limpidæ tranquillæq; reperientur, vel turbidæ atq; procellosæ: quo cō-  
stituto, singularum hieroglyphica commodius exequemur.

N V B F S. P R O P H E T A E.

**N**ubes in diuinis literis Prophetarū significato paſsim posita, in quas scili-  
cet Dei veritas extenditur: atq; hæ dicuntur mandatum Domini audire, &  
quo tempore quo' ve loco pluiae ſint effundendæ, cognoscere, & à quibus etiā E  
reas ſuspendere ipſa res exigat. De quibus, vt superius habetur, Esaias: Et man-  
dabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbre. Ilomū enim Israël vineam ap-  
pellat vates diuinissimus, mandatumq; ait nubibus ne ſuper eam pluerent, hoc  
eſt, ne Prophetæ oracula ſua ulterius in Israēliticum populum conſpergerent.  
Quod autem ad nubem facit, manifestum eft eam fuiffe multa obſcuritatis cali-  
gine circumfufam: arcanumq; illud de Christo mysterium, vnde noſtra omnis  
doctrina defluxit, per tenebroſas aquas, denuo quippe nubibus collectas,  
Pſal. xvi. indicari theologi monuerūt. Nam vbi, Et nebulæ puluis pedū eius,  
Eucherius nebulas pro mysteriorū velamēto hieroglyphicè poſitas ait. Nam &  
caligo in id accipitur significatū, vtpote que diuinorū ſecretorum opeſimentū  
intelligatur, vt Pſal. Caligo ſub pedibus eius. atq; alibi, Posuit tenebras latibulū  
ſuum. Eſt & vbi ſignificant perperām admiſſorum abolitionem: vt apud Esaiā:  
Deleui vt nubem iniuitatē tuam, & quaſi nebulā peccata tua. Eucherius idem,  
vbi legitur, Velut nubes pertransiuit ſalus mea, iniuorū ait tempora ſignifi-  
ca. ri. Quinetiā propter eandem prophetiæ duritię atq; difficultatem, doctrinamq; F  
ſolido velut quodam corpore concretā, ac minimè diſfluentem, ex grādinis me-  
taphora ſignatam Pſal. vii, viri h̄dem diuina mente prædicti tradidere. Alioqui  
nix, glacie, & grando, in diuinis literis plurimū ponunt pro duritia atq; rigo-  
re delinquentiū. Et quod ait Dominus, Orate ne fuga veſtra fiat hyeme vel fab-  
bato: ſunt qui per hyemē, ſordidum quippe & ignauū tempus, intelligent hiero-  
glyphicè humana vitam in peccatorū immunditij ſoccupatā, ſcelerumq; vor-  
aginibus immersam atq; detentā: per Sabbatū autem ceſſationis diem: innui ve-  
rò dicant, cauendū identidem ne cum dies illa ingruerit, desides & à bonis ope-  
ribus ceſſantes deprehendamur. Non enim ſufficit non peccare, niſi bona etiam  
opera faciamus: quia tam rebellis eft vetita cōſectari, quām contumacis facien-  
da relinqueret. Ac de niue, & omni glacie, ſentit idem Eucherius: de pruina ve-  
rò ſecus, quippe quam abſtentiae ſymbolū eſſe tradit, propterea quod ea ſit in  
cauſa vt calor corporis ad ſalubritatē refrigerescat: eaq; de cauſa dictū, Factus ſum  
ſicut uer in pruina. Et quoniā huc incidiimus, L xvi. Pſal. vbi legitur, Et vir-  
tus eius in nubibus, Theologi Apostolos identidem per nubes interpretant, ve-  
luti procul extantes, & ſupra terrena omnia negotia in altū euectos, diuiniq; in-  
ſuper

**A** super spiritus aqua plenos, qua mox arua, campos, & vniuersam terram inundarent, vnde fecundissimos bonorum fructuum proventus obveniret. Huiusmodi enim pluuiam decidere, & rorulentū imbrem terram irrigare, nostra pie-tas per preces poscere consuevit.

## F O N T E S. L I B R I.

**S**equuntur fontes, de quibus Psalmo sexagesimo septimo legimus, Ex fontibus Israël Dei laudes in Ecclesiis emanare: quod ita Theologi accipiunt, ut intelligamus, ex Legis & Prophetarum libris, veluti ex quibusdā fontibus perennibus, Israelitico olim populo Dei doctrinam atq; cognitionem affluxisse: ex quibus fontibus viri illi sanctissimi ac Deo pleni multa haurientes, hymnos in Dei laudem componebant. Apostolos etiā, primos Christianæ pietatis doctores à Christo electos, per aquarū fontes qui repētē apparuerint, interpretes pleriq; designarūt, vbi Euthymius vnanimē veterū sententiā secutus, sæpenumero ait per aquā euangelice prædicationis doctrinā significari. Iam quod Dauid ait, Inter montes transibunt aquæ, potabūt eas omnes bestiæ agri: ostēdere voluit,

**B** nulla tā alpestria, tamq; inacessibilia loca fore, in quę doctrina diuinæ legis nō sit penetratura: nam per bestias pleriq; sacræ Scripturæ locis impij ponunt, & qui nullam adhuc rerū diuinarū doctrinā audierunt. Et quod Leuitico legislator vasa omnia pollui dicit, in quę pollutorum morticinium inciderit, exceptis, inquit, fontibus aquarū, per fontes quippe & cisternas, & castella, & collectio-nes aquarū, doctrinā intelligens, & Magistros, qui q; prauis nonnunquā moribus polluti sunt, non tamen prorsus abominandi: de quibus scilicet Matthæus: Omnia quęcunq; dicunt vobis, facite & custodite, secundū autē opera eorū no lite facere. Ad hęc sextis Hebreorū castris per XII aquæ dulcis fontes ad Elim repertos, Hieronymus Apostolos XII interpretatur, de quorū fontibus deri-uatæ aquæ, totius terrarū orbis siccitatē rigant. Cōmuni verò scriptorū omniū cōsensu, dulcedo aquis præcipue fontanis attribuitur, quamvis in optima aqua neq; sapor neq; odor ullus à Physicis requiratur. Quia tamen sipientibus, cūm scilicet siccо spuit ore viator, aquæ potus suauissimus accidit, factum vt poëtæ dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo, inter oblectamenta ingentia posuerint. Ita illud Deuteronomij cantico expressit, mel de petra dictum super Mose,

**C** hoc est, tam suauē tamq; dulcem & amabilem aquā, vt melli similis esse videret. Chrysostomus quoq; aquæ suavitatem pro melle ex petra prosiliente intelligit, cūm nusquam legatur mel à Mose de petra vñquam eductum. Apud Dauidem verò Psalmo LXX, Educto de petra melle saturauit eos, interpretes ita dicūt: Pauit Christus 1111 millia hominum septem panibus, quia potauit eos melli-ta doctrina sua vscq; ad saturitatem. Res enim omnes ab eo gestæ, præter histo-riam, mysticum etiam sensum secum trahunt. Quām dulcia (canit pietas) fauci-bus meis eloquia tua, super mel ori meo. Petra igitur illa vnde fluebat aqua, vt Apostolus ait, erat Christus. Atque hic fons ille fertur de quo cecincrit Dauid: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Esaias, patentem fontem dixerit appariturum. Hieremias, fontem aquæ viuæ derelinquendum conqueratur.

## F L V VII. C H R I S T V S.

**S** Edem in fluuiorū metaphoris longè frequētius est in diuinis literis Christi significatum: vt eo loco, Fluminis impetus laetificat ciuitatem quam in-colit Deus: vbi nostri Theologi flumen Christum esse dicunt, propter dulcissi-ma eius fluentia, de quibus Psalmo primo multa differuere. Hinc apud Prophe-

## Pierii Val. Disciplinæ.

tas legas: Ecce ego ad eos delabor quasi tranquillū flumen. Et Ecclesiastici 24. D Ego sapientia effudi flumina: ego quasi trames aquę immēsæ de fluvio: ego qua si flumius Dorix, & sicut aqueductus exiui de Paradiso: & quæ sequuntur in hanc sententiam. Quinetiam ait Dominus, flumina aquę viuæ de ventre eius qui c rediderit emanatura: quo sapientiam & facundiam intelligi voluit, Ambrosio in terprete, quam assecuti erant iñ qui diuino afflari spiritu meruissent. Itaq; Apo stolorum doctrinā et institutionē prœuisam à Psalmographo, Theologi eo loco volunt, vbi Extulerunt flumina Domine, extulerunt flumina voces suas, habe tur. Et per amnes qui per eosdem alueos cursuri erāt, subsecutos doctores accipiunt. Non negarim verò quod tradit Eucherius, flumina nōnunquā pro populo accipi qui nondum in fidem receptus esset: in quam sententiam corriuat ille flumina Babylonis. Iam & Apoc. 17. Aquæ quas vidisti, super quas meretrix illa sedet, populi & turbæ & gentes sunt, & linguæ. Eodem tendit Esaiae dictū, cùm beatos appellauit eos, qui super omnes aquas seminarent. Apud Abacūta prophetā legas, fluminū terra scindetur, quod de Hierosolymis dictum Græci tradūt, quæ scilicet fuerit Prophetarū patria, qui fluminū instar eam irrigabant, E sed ad I E S V Christi aduentū hiatura esset, & rimis aperienda, omnisq; humor alueo ita fatiscente defluxurus, penitusq; defecturus, futurū scilicet ut pristina exaresceret vaticinatio, quod euentus cōprobauit. Quod verò sexto supra centesimū Psalmo legitur, Deserta reddidit flumina, et aquarū fluxus in sitim transmutauit, flumina scilicet exiccauit, & quæ terra prius erat irrigua viginosaq;, ita desertam reddidit, ut prorsus sterileceret, & aquarum venas abundantes ita obturauit, ne vlla inde potio, sed sitis potius prosiliret, Euthymius Græcus ipse ad Græcos philosophos referri dicit, qui scilicet cùm eloquentiæ quasi fluminibus & disciplinarum varietate & copia redundarent, omni demū sapientia destitui viisi sunt, cùm illiterati ac pescatores homines eos represserunt.

### T O R R E N S.

A Ccedit huc torrens, cuius significatū ita refertur ad eloquentiā, ut torrens facundia veterū scriptorū sententia dicta sit ea dicendi vis, quæ magno distinctionis impetu decurrit, quā in Pindari cōmendationem ita describit Horatius:

*Monte decurrens velut amnis, imbris  
Quem super notas aluere ripas,  
Feruet, immergit, ruit profundo  
Pindarus ore.*

F

In diuinis verò literis mentio fit de quodā deliciarū torrente, Psal. supra XXX quinto, pro quo plenissima Christianæ doctrinæ fluentiæ intelliguntur. Torren tem autem dixit Psalmographus, ob tempestiuā doctrinam, quæ à Christi ore loco & tempore diffuebat, propterq; eius in suadendo & arguendo vehementiam, affluentissimāq; vim. Quin & propterea ea multa, quæ de propheticis sermonibus collecta in vnū adducebat: fluit enim ad tempus torrens, & vehemens est ac violentus, & ex multiplici aquarū cōcursu corriuatur: vnde ait Eucherius, per torrentes insignium prædicatorū eloquentiam significari. Alioqui torrens in ijsdem diuinis literis pro concupiscentiæ stimulo ponitur, quæ vel difficulter supereretur, vel in profundum trahat, de quo plura inferius. Nam hic præterire nō est animus locum in Psalmo, Sicut torrens in Austro, quā exultantis esse vocem, inquit Eucherius, & ex vitiorum vinculis ad libertatem, conuersionemq; redeuntis, qua postulat ut diuine aspirationis auxilio atq; ope, ex peccatorū captiu-

Aptuitate soluatur, sicut constricti glacie torrentes, Auctri tempore soluuntur.

## C A T A R A C T A.

**E**st & diuinarū literarū proprium, vehementiā vel in sermone, vel in opere, aut alia quapiam vi, per cataractā significare: atq; hęc ea est cataractarū vox, cuius mentio habetur Psal. L X I. Est verò cataracta, aquatīci cuiusdā aluei coarctatio, vbi aqua in angustum vel natura, vel arte collecta, aut spōtē, aut artificis arbitrio, magno inde impetu atq; etiam fragore prorumpit. Sedenim quæ à natura est cataracta, nihil aliud quām strepitum & impetum præ se fert: eaq; est naturalis eloquentia sermonisve copia, nullo studio, sponte profluens. Quæ verò arte construitur, & vim & efficacem operum utilitatem suggesterit: atq; huiusmodi est dicēdi facultas, arte, labore, diligentia, iudicio atq; exercitatione cōparata.

## M A R E.

**Q**uemadmodū autem fontesq; fluuijç omnes in mare decurrunt, ita nos distinctionis ordo deuexit in pelagus. Ut verò loco hoc ea præterreamus, quæ multa super mari ex Ägyptiorum doctrina in Pisces differuimus, contenti nunc erimus aliquot tantum locis, quos ex diuinis literis cruemus.

## B P E R D I T I O.

**I**l verò cum primis proprium est maris significatiū, vt perditionis indiciū sit, lob ipsam quippe profunditatē, vtpote quę idonea admodū sit ad suffocandū. quanquā alia de causa mare apud Ägyptios pro pernicie ponebaſ, vt suo loco docuimus. Quod ad perditionē attinet, eo significato Theologi Prophetā aiūt Psal. X V I I canere, se de aquis multis eductum. Passim verò interpretes, exundantes fluctus pro calamitatum excessu accipiunt: & per turbulentas aquas suprema quædā doloris ostendit̄ vehementia, quæ omnem respirandi facultatem exuperat: vt Psal. L X V I I affixum se clamat in profundo luto, vnde nulla se vi possit expedire: rapidissimis demum vorticibus deuoratum, in imam maris sedem deiectum esse, in quem vscq; locum tēpestas etiā accedat, quę arenas omnes æstu cōmisceat atq; perturbet: qua quidem nulla maior describi potest inquietudo: primò enim aquarum, in quas deciderit, ponit altitudinem: mox limū, cui affixus inhērescat: inde maris amaritudinem, & immensas vndas: postremò eas sœuis tempestatibus agitatas: meritò itaq; paulò post se de profundo huiusmodi liberari supplicat, ne tanta rerum vexatus perturbatione deficiat.

## C H O S T I L I S I M P E T U S.

**A** pud eundē hostilis impetus, & subitaria quædā oppressio, per aquā indicatur, Psal. C X X I I I, Cūm exacerbatus eorū furor in nos debaccharet, sanè aqua demersisset nos. quod vt magis exasperaret, addidit: Torrentē pertransiuit anima nostra: vbi impetuosoſ inexpectatosq; hostiū insultus incursu repētino prouentes, torrenti turgido cōparauit, quem tamē auxilio Dei fretus tutò pertransierit. et quasi parū adhuc dixisset, superaddidit: Sanè pertransiuit anima nostra aquam intolerabilem, ingentes quippe rerum difficultates atq; pericula. Tale aliquid apud Maronem legas: *Diluicio ex illo tot vasta per æquora veclti.*

Idemq; alibi nubem bellī dixit, vtruncq; desumptum ex Pindaro. Isthmij̄s enim οὐ πολυφθόρω σταλαμίς θίσις ὅμερω. & alibi: θίσις οὐ πάντα ηφέλα. Adud oratores historicosq; turbines & procellas sāpe pro bello positas inuenias. Causa verò cur aqua vehementiores indicet ærumnas, ea est, quod pericula casusq; reliqui corpus soleant ex vna aliqua parte labefactare: aqua verò vniuerso statim corpori circūfusa, omnibus evestigiō membris impedimento est, atq; vndiq; oggerit difficultatem atq; molestiam.

# Pierii Val. Disciplinæ.

A E R V M N A E.

D  
**H**inc Psal. LXXVII, vbi legitur, Omnes fluctus tuos induxisti super me: Interpretes per fluctus, perturbationes & ærumnas omnes intelligunt, quæ cunctæ affligere possunt humanum genus, quibus omnibus Christi esset humanitas obnoxia: in eius enim persona dictum id autem. Fluctuare autem verbum saepe pro perturbari ponitur. Sedenim aliquando pro timore posita fluctuatio, vt Psal. LXI, Ecce enim ipse Deus meus assertor meus, & adiutor meus est, quare non amplius fluctuabo: id est, nihil est quod vterius pertimescam.

D I L V V I V M.

**A**ccepit hic diluuium, de quo Psalmo XXXIII, Dominus diluuium inhabitat, tare facit: siue vt alij reddidere, Diluuium sedat: vel, Tempore diluuij regnum obtinuit. Vt cunctæ significatum ad humanam pertinet salutem: quoniam hic gentes intelliguntur quæ in suarum inundatione cupiditatum, in vitiorum pelago & humanorum affectuum voraginibus demersæ detinebantur, quæ mox à Domino exemptæ seruatæc sunt. Alio verò loco, psalmo quippe XXXI habetur, Diluuium aquarum multarum proximè ad eum non accedet: per huiusmodi aquas supra modum exundantes, cum scilicet excrescentia ripas flumina prætereunt, vel mare turgidum per littora spatiatur, quas suprà memorauimus calamitates intelligi volunt. Ita Euthymius, & plerique alij sentiunt.

A B Y S S V S.

**E**odem modo vbi fit de abyssō mentio, vastū calamitatis pelagus figuratur: vt Psal. XL I, Abyssus abyssum invocat: quod ita accipiunt, profunda atque vasta calamitas vastiorem aliam semper vocat calamitatem, quod alij dixerunt malorum hydram, cum scilicet aduersæ res cladesque continenter ingruunt, ac velut vnda supervenit vnde, aliæ post aliam succedunt. Sunt qui dictum ita interpretantur, vt vniuersitatem rei magnitudo alterius invocet magnitudinem: utpote, peccatorum cumulo necessarium esse ingentem cumbulum misericordiae. Alij per abyssos hos nouam & veterem diuinarum institutionum doctrinam intelligunt, profundissima enim vtraque est, & altera alterius indiget auxilio: ita enim Eucherius, psalmi dictum huiusmodi citans, profunditatem inquit Scripturarum inde colligi. Nec illud non probat, vt vetus Testamentum noui egeat auxilio, & veteris nouum. Quin & humanam mentem vnicuique abyssum esse dicit, quia nequeat semetipsam ipsa comprehendere, nisi superioris abyssi ope subleuetur, vnde scilicet affulget lumen quo alti profundi tenebras discutiat.

L A C V N A F O S S A Q V E.

**A**b abysso haud multum dissimilis est alia aquarum species lacunosa, eaque plurimum turbida, cœnosa atque fæculenta, quæ nimirum pro cladibus & crumbris accipi solet. Ita dictum Ezechielis interpretantur, vbi Dominus ad Hebreos: Aperiā sepulturas vestras, & educā vos de Babylone. frequenter enim in diuinis literis pro una eademque re ponuntur, sepultura, vorago, infernum, abyssus, fossa, lacus, & similia. Psalmo XXXIII, Similis descendētibus in lacum, nonnulli profundissimas fossarum altitudines intelligunt, vnde non detur emersus: nonnulli sepulchra foueis excavata. Sedenim Psal. XXIX, Seruasti me ne deciderem in lacum, quod foueam alij, alij puteū vertere: Euthymius ineuitabile periculum expavit, quippe voragine, in quam qui forte inciderit, suis ipse viribus nequaquam possit euadere. Alibi exauditum se ait Propheta, vt de lacu profundissimo soridissimoque extraheretur, quod maxima vitae discrimina, quæ diuinitus euaserat,

rat,

A rat, declarat. Et quod ibidem dicitur de luto limi, liuidissimam loci putredinem ostendit: ea verò est quæ animas nostras eò demersas tenaci veluti cœno implicas detinet. Hinc Dauides orat se de luto eripi, ne affixus in palude putoreq; illo perpetuò recumbere adigatur, atq; hæc de turbidis.

## L I M P I D A E.

**A** Quæ verò limpidae perspicuaeç omnes, dubio procul pro doctrinæ symbole, vti ostensum est, accipiuntur. Doctrina autem omnis vel in cōspicuo est, in ore quippe ipso, vel in mentis recessu. Hinc ea quæ manifestè patent, perspicuis & nítidis, neque admodum altis profluentibus comparamus: quæ verò in arcanis habentur, aut solo concipiuntur intellectu, ea vel nubium, vti superius, densitati, vel puteis, vel altioribus vndis similia sunt. Transfertur autem commodissimè hæc aquæ claritudo atq; obscuritas ad humanum animum: eaque metaphora, quod syncerum, apertum, manifestumç & perspicuum est, candidum appellamus: propterea quòd huiusmodi propemodum est aquæ pueræ conditio, vt superficiem habeat claram atq; perspicuam. Hinc Pindarus Pythijs, Arcesilao candida præcordia dixit, *λευκᾶς πράγματα φεύγεις*. Contrà verò quæ abdita, incognita, & in intima mentis penetralia recondita, ab eiusdem aquæ similitudine, obscura, nigra, vel alta nuncupamus: vt quæque enim in aquis profundiora sunt, eo videntur obscuriora. Ita Homerus nigra inquit præcordia, φρέσις quippe μέλαινας, ob taciturnitatem, & consiliorum occultationem. Et Virgilianus Æneas premit altum corde dolorem, quem nullo scilicet signo manifestabat.

## P V T E I.

**E**T in huiusmodi significatum diuinæ literæ puteos plurimū ponere consueverunt. Hinc Isaac puteos tot fodit, tot purgare aggreditur, tot nouo labore aperit, quæ omnia mystico sensu vitæ, quam sequi debemus, doctrinam indicant. Nam & Philo ea loco, Quæ foderant pueri patris eius, ingestu rudere obstruunt Palæstini, fossuras puteorum auspicia esse disciplinarum ait. Ex verò in pacatissimo contemplatiæ philosophiæ recessu commorantur, vbi tranquillæ, placidæ, leniterç fluentes aquæ castissimè lasciuit. Non negarim autem puteum in diuinis literis esse etiam vxoris hieroglyphicū: nam eò Theologi nostri trahunt Salomonis præceptum, *Bibe aquam de vasis tuis, & de puteorū tuorum fontibus.* Iam Bersabee nomen septimus puteus interpretatur, quæ septima fuerit Dauidis vxor. Propter aquas educatum se Dauides plurimum gloriatur, sed perspicuas, viuas, dulces, & placidè prolabentes aquas: quæ nobis quoque sunt identidem adeundæ, si modò illos adcamus puteos in quos Palæstini terram non ingesserint, in quos scilicet, vt hoc obiter interpretemur, inuida ac periniqua hæreticorum factio suæ turpitudinis cœnum nō admiscuerunt: quicunque enim suam vberrimis his limpidissimisç vndis sitim explexerit, aut cœlestem exceperit rōrem, fontes melle fluentes hauserit, nubium harum imbre collegit, inç auctos iisdem imbribus fluuios demersus lauet & volutetur, æstuosos is cupiditatum ardores extinguet, membris morbos qui sensum obstupefaciunt, expellet, animiç podagram, bonorum quippe operum impedimentum, elidet, omniç demum labe perpurgatus, nulla corporis fœce sordidus, situ obsitus nullo, nulla deniq; labe contaminatus, ipsam æthereæ puritatis claritatem induet, & superis par effectus, immortalitatis etiam conditionem diuinæ decreto liberalitatis assequetur.

# Pierii Val. Isis.

PIERIVS VALERIANVS AD M. ANT. D  
PASSEREM, PATAVINVM PHILOSOPHV M  
probatis. de iis quæ per Isidem, & iugeris quadram, &  
picturas aliquot alias significantur, ex sa-  
cris Ägyptiorum literis.

**I** Olim putas, eruditissime M. Antoni, dedicationem hanc meam de Iside, dé-  
que ijs quæ similitudine quadam ad Isidis argumentum in comitatum sese ad-  
iunxere, ideo tibi factam, vt sperarem te aliqua hinc obligatione mihi deuin-  
cire, cum mihi potius persuaserim, multum me acquisitum, tibi que pluri-  
mum debitum, si commentationes has meas, qualescumque sint, suscipere  
dignatus fueris. Nam quid ego vel meditari, vel continua lectione consequi vñquam potue-  
rim, quod eruditionis cuiuspiam nomine venditari mereatur tibi, cui totus sit calathus ille do-  
mi, vnde omnia possis largissime depromere? Non enim te solis medicinæ philosophiaq; termi-  
nis cohibuisti, sed longè vltterius progressus, variarum insuper rerum minimè protraitarum do-  
ctrinam ita tibi comparasti, vt de quacunq; re proposita, & eruditè loquaris, & eruditionem  
ipsam mira sermonis iucunditate noueris conuestire. Quin poëtas, historicos, polyhistorasque  
omnes ita tibi familiares effecisti, vt nihil tota in encyclopaediasit, quod te lateat, quod non in  
promptu habeas, prq; loco & tempore ut aris quam felicissime. Quare nihil aut parum legen-  
dis nostris profecturus es, nisi quantum amici virtutibus tuis deditissimi nugas amas: & qui  
amant, Ouidianum illud obiectare solent:

In facie nævus causa decoris erat.

Sit vtcung, non debui ego, quantulumcunq; præstare potui, quin ad te mitterem hæsitare, aut  
propemodum expauescere, qui scirem quantum inde lucrificurus essem, qui rem quidem im-  
becillam admodum & infirmam offerrem, sed quæ apud tam peritum, tam prudentem, tam  
probum, eundemq; humanissimum amicum ita accipi posset, vt vigorem firmissimæque vires  
sit consecutura.

## D E . I S I D E .



S I S dea quæ fuerit, quantoq; cultu à veteribus veræ pietatis ne-  
scis, sed rerum humanarum peritissimis, suscepta, quo supersticio-  
nibus celebrata, iam omnibus innotuit: quare nos circa hieroglyphi-  
ca eius tantum immorabimus.

## Q V A D R I E N N I V M .

**P**Er eius effigiem inter alia significata Ägyptij annum suum, qui scilicet qua-  
tuor annis solaribus constabat, indicabant. Erat verò mulicbre simulachru  
patrio paludamento vestitū, vt paulò pòst dicetur, quod & anni, & ipsius Dei  
signum habebatur. Isis in coelestibus astrum est, Sothis Ägyptiacal lingua nun-  
cupatum, Ἀστρονύμος Græca, quasi astrocanem dicas. corruptam eam dictiōnem  
multis in locis invenimus. Is idem apud nos Sirius est, eademq; Canicula, quæ  
stella sub mento Canis est, vt Aratus obseruauit: quamvis alibi ex Eusebij ob-  
seruatione diximus, Solem & Sirium eundem accipi. Simpliciter verò stellam  
hanc in Isidis honorem Ägyptij colebant, quòd ortu suo ingentes apud ipsos  
pluuias concitare solet, quibus Nilus crescat, vnde sibi victui necessaria compa-  
rabat: qualem honorem & Leoni habitum eadem de causa, ipso Leonis cōmen-  
tario declarauimus. Cur verò annū ex hieroglyphico huiusmodi intelligerent,  
causa

**A** causa est, q̄ Ägyptij annū ab istius sideris ortu auspicabantur. Oriri verò in Ägy. ptō solitus XII, circiter Cal. Augusti. Sed hoc de vertente, de proprio inferius.

L V N A.

**P**lutarchus verò & Eusebius, qui veluti Solem Osirin, ita l̄sidem Lunam ex Ägyptiorum dictatis esse contendunt: eam hoc hieroglyphico describunt, vt cornua taurina, veluti nouæ Lunæ speciem gestet, nigraq; amicta palla, per latebras & obscura loca Solem appetere, atq; vnum ipsum concupiscere videatur. Vnde factum est, ait Plutarchus, vt in amatoriis, quemadmodum apud Theocritum est, Lunam inuocarent. Eudoxus enim l̄sin rebus amatoriis op̄tulari dicit. Hinc apud Ouidium, Arte amandi, legas:

*Multas illa facit quod fuit ipsa Iouis.*

Porrò Luna cùm sit noctis domina, noxq; voluptarijs illecebris & Veneri sacra, quæ, vt alibi dictum, latebris & spelæis gaudet, hieroglyphicè plurimùm cum ihs quæ Veneri attribuuntur, congruit. Amatores enim apud Maronem,

*Secreti celant calles, & myrtea circum Sylva tegit.*

**B** Hinc legas apud Eusebium, voluptates, atq; eas quæ fortè omniū maximæ censentur, si aspexerimus, aut quod risu dignum, aut visu turpissimum est, adver- timus: quo circa vel erubescimus, vel occultare properamus. Id autem impen- diò cauemus, vt hæc omnia nocti concredamus. Celari enim, vt elegans poëta dixit, vult sua furta Venus.

#### M A T E R I A   F O R M A ' Q V E .

**C**Vm verò Isis materiam etiam mysticè significet, Sol verò formā, vel agen- tem vim, Lunaq; Solē ita suū obseruet, eiusq; semper radios excipere quæ rat, quibus illustretur, videor Platonis illud intueri de sponsa, quæ veluti prosti tuta sponsum expectat audiissima, vnde rerum species, atq; nouatus concipiatur, & loco reddat, vt Luna lumē acceptū mutuò, quò potest studio restituit. Atq; hæc ita obscura hieroglyphicum est materiæ, quæ nullam adhuc formam suscep- perit. Figuræ autem variatio in Lunari globo materiam apertè satis common- strat, quæ veluti cera mollis, nunc hanc, nunc illam impressionem ex quo cunq; sigillo suscipere apta sit. Hinc tñiæ illæ variæ multicoloresq; Isidi dicataæ, nō se- ptem tantum eas Lunæ facies, quas Græci φάσεις dicunt, ab Heliodoro ita nuncu-

**C**patas, θύεται, θύεται, αὐτολώ, μλωδη, διχόπωλα, καρκίνον, καὶ ταρσέλων, sed etiam vim eius quæ circa materiam versatur, indicant, qua scilicet gignit omnia, & omnia concipit: lucem quippe, tenebras, diem, noctem, vitam, mortem, principium, fi- nem. Quis enim assiduam in Lunari facie varietatem non admiretur, dum eam nunc euanescentem, vt Heliodori sententiam interpretemur, nunc corniculatā, nunc diuiduam, nunc protumidam, nunc plenam cōtemplatur? Ignium deniq; facie varia, quanto longius facessit à Sole, tanto largius collustrari, parte luminis compotem, parte altera cassam, proq; oris circumversione fulgoris speciem va- riare, siue id alieno irradiata lumine faciat, siue proprio præpetiç candore, vt Chaldæi arbitrantur. Cleomedes enim libro De coelestium orbium contempla- tione scribit, inter Berosi placita cōtineri, corpus Lunæ pilam esse dimidia par- te candidam, altera cæruleam: partemq; illam candidam proprietate quadam τροπαθεῖ ad Solem semper converti, vnde quo magis illi succedit, luminosam illam partem à nobis auerti magis: quo verò longius abscesserit, eo magis ocu- lum nostrum in amborum medio sisti, partemq; candidam nobis aduersam fie- rāc perinde sese exhibere conspicuā. Tangit idem Apuleius in Deo Socratis.

Aa iiiij

# Pierii Val. Isis, & Circulus.

P R I N C I P I V M .

D

**O** Siridis verò tæniæ nulla fucabantur umbra, sed vnde cunctis micantissime splendorem nitidum præ se ferebant. Nam cum illæ principij symbolum essent, idque virtute sua purum nitidumque sit, neque ullius rei admistione labefactetur, nihil præter candorem ostentare par erat. Sacerdotes autem illi cum has semel in manus suscepissent, eas euestigio recondebant, non amplius videndas atrectandasve: Isiacis verò saepius vtebantur. Tænias autem Græcam vocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati. Hinc Ennius Alexandro:

*Volans de cælo cum corona & tæniis.*

Sed ut rei philosophiæ in albis hisce tænijs explicemus, manifestum est rerum omnium principium ab omnibus sanæ mentis hominibus ad Deum referri. Album autem est prima veluti materia quædam, in quam colores, quotquot volueris, perinde ac in vniuersalem illam possis omnes species inducere. Hinc ad Dei cultum alba plurimum indumenta omnium penè nationum consensu adhiberi solent, semperque albus color sacris accommodatus. Atque ideo ait Persius: E Quamvis albata rogarit. Sed quid indigemus Persio, si Assertoris nostri indumenta, cum gloriam suam veller discipulis patefacere, alba sicut nix apparuere: Apud Ciceronem 11. de Legibus: Color albus præcipue decorus Deo est, tum in cæteris, tum maximè in textili. Et nostra pietas canit, ut linteas, easque purissimas induit tunicas, sacra Deo caneremus. Sed quoniam præcipua annorum, mensum, & dierum hieroglyphica tam significata quam significantia, desumuntur à vario cæli motu, præteritis multis, quæ per figuræ variæ indicabantur, nec vulgo tamen, sed solis sacerdotibus Ægyptijs innotescabant, ad cœlorum perindeque circulorum considerationem progressi, reliqua quæ de temporibus significantur, per horum figuræ explicabimus.

## D E C I R C U L O .



Irculi significata non apud Ægyptios tantum in usu fuere, sed & apud nationes alias multifariam accepta: quare separatim suum, hoc est, hunc locum sibi deposcere visi sunt.

Æ T E R N V M   P E R P E T V V M ' Q V E .

F

**N**am quod modò in Osiridis tænijs dicebamus, has utpote albas principiū indicare, unus quippe circulus descriptus, aut simpliciter, aut alteri cuiuspiam picturæ signo've circumductus, nunc semper, nunc perpetuum & æternū, nunc omnia, quippe τὸ πᾶν significabat, nempe quod in ea figura neque principium neque finem inveniri sit, quod æternitatis est proprium: & quia omnium est figurarum capax, vniuersitatem ipsam intra se complecti videtur. Ab huiusmodi autem circulari ambitu exactè peracto, videlicet cum Sol à matutino horizonte digressus, eodem redierit unde ferri cooperat, diuinæ literæ tota die pro perpetuo posuerunt: ut Psalmo LXXI, Ut cantem gloriam tuam tota die: ubi Symmachus, pro lectione quæ est, Tota die, Perpetuò reddidit.

D E V S :

**C**Vius etiam principij finisque nusquam apparentis ratione habita, Ægypti Deum ex hieroglyphico circuli intelligebant. Persæ verò (quod non absurdum est repetere) cum Iouem cœli dominū dicentes, sacrificia illi se facere putabant, ubi celsissimā speculam concendiissent, Iouemque cœli circulum nunc passent.

A passent. Transiit idem mos ad Turcas. Hinc ab alta quaç turri matutinales illæ acclamations, quarum sensus est, Deum fuisse semper, futurumq; semper: neq; quicquam aliud, nisi quòd suum etiam salutant Mahometum. Sarraceni quoq;, & pleræque aliæ nationes Deum circulum appellabant: atq; hinc sempiternum exprimi contendebant.

## A D O R A T I O.

**E**A de causa Pythagoras circumactu corporis adorandum iubet, his verbis, περοχωῶν τερπιφόρων θ. quod Plutarchus ad imitationē cœli perpetua vertigine circumacti fieri putat: quanquam nōnulli dictum ad rerum humanarum varietatem, assiduamq; mutationem, in quibus nihil stabile, perpetuumq; sit, arbitrantur. Sedenim quod ad corporis conuersionem pertinet, multarum is gentium mōs fuit, idq; Propertiani loci aperit intellectum, libro primo:

*Ante tuos quotiens verti me perfida postes, Debitāq; occultis vota tuli manibus?*

Quod dubio procul adorationē ritè factā innuit. Tale aliquid apud Suetoniū invenias, vbi de Lucio ait, de Vitellij progenitoribus loquēs: Idem miri in adu-  
**B**lando ingenij, primus Caium Cæsarem adorari vt Deū instituit, cùm reuersus ex Syria nō aliter adire ausus esset, quām capite velato, circū vertensq; se, deinde procumbens. Fuit verò Numē institutum, vt adorantes Deos, in orbem se se verterēt, deinde verò sederēt. Præterea cōuersio illa, & totius corporis circumactio, nobis documento est, nihil ex humanis rebus firmum esse & stabile, & vt cunctq; vertat Deus, reuoluatq; vitam nostram, id iucundē ac libenter admitti oportere. De sessu autem in Cynocephali commentario dictum, sitū huiusmodi ad diuina pertinere. Id verò minime prætereundum, fieri solitam eam corporis conuersionem à sinistra in dexteram, ad ipsius mundi imitationem, cuius ortus, vt & Plinius & nonnulli alijs tradidere, ab lœua parte est in dexteram præceps. Quare iocat̄ Plautus, Gurgulione, dicente Phædromo: *Quò mc vertā nescio.* subiungit Palinurus seruus: *Si Deos salutas, dextroruorsum censeo.* De Camillo memoriae proditum est, cùm se ad dexteram conuertisset, vt mos erat Romanis adorantibus, subito eum lapsu cecidisse, quod omen ad damnationem, qua postea oppressus est, pertinuisse creditū, omnia eo populo superstitionis equo perpendente. *Quodq; ad huiusmodi circuitum in adoratione pertinet, notū ex*  
**C**historijs est, quām prudenter Marcellus ad Capidium Cisalpinæ Galliæ vicum se gesserit. Nam cùm impētū in Gallos faceret, retroactus ab equo ob hostium clamorem perterrefacto, circuitum eum adorato Sole, vt Romanis in pugnæ principio facere mos erat, de industria fecisse simulauit, ne apud suos mali omnisi religionem excitaret. Econtrariò Galli sinistroruorsum, & in lœuam partem religiosius fieri ab adorantibus conuersionem corporis arbitrabantur, de quo ita Plinius: In adorando dexteram ad osculum referimus, totumq; corpus circumagimus, quod in lœuam fecisse Galliæ religiosius credunt.

## P E R F E C T I O.

**D**Eniq; apud veteres obseruabatur, vt facto sacrificio, circulum in ara illine rent ex hostiarū sanguine, quē phiala religiosissimè collegissent. Idq; erat sacrum illud verbum πλεισθω, quod perfectionis indicium esse dicebant, quòd figurarum ea sit vnde cunctq; perfecta.

## A N N V S.

**Q**Vi verò per circuli designationem annum intelligi volunt, vt manifestiora pretereamus, eius potissimum aurei circuli ratione inniti videntur, quē de Si-

# Pierii Val. Isis, & Circulus.

mandij sepulchro & Cambyses & Persæ sustulerūt: erat enim illē trecentorū & D sexaginta quinque cubitorū ambitu, cubiti vnius latitudine, singulis anni diebus in singulis cubitis exculptis, per astrorū ortus occasusq; quidq; ea secundū Astrologos obseruata significarent: cuiusce rei quedam propemodum vmbra habetur Patauij in Palatini palatiū aula, vbi corona supernè circū circa ducta, Zodiaci primū totius figuris insignis, mox gradibus suis distincta, quorum vni cuiq; adpictæ sunt certæ rerū imagines, quæ pueri gradus eius emersu nati, modò ingenium, modò sortem indicent: quarū ego testimonij sāpe vti soleo hieroglyphicis meis fide facienda: nam Ægyptium quid omnino sapere videntur.

## P O E M A T I S   G E N V S .

**A**D anni autem similitudinem poëmatis etiā genus Circulus appellatur, cuius Aristoteles Analyticis meminit. Id alij alio exposuerunt modo. Sed nimis illud Circulus appellaſt, cuius finis idem est cū principio: cuiusmodi est Catullianū epigramma in annales Volusij, & alterū in Noniū Strumā, & vnum etiam in Mamurrā & Cæsarem. Euthymius sanè circulares eos psalmos vocat, qui eodem finiunt versu quo cœperāt, cuiusmodi est decimus octauus supra centesimū: Cōfitemini Domino quoniam bonus, quoniam sempiterna est eius misericordia. Fieriq; solet, vbi sententiā aliquam insigniorem quærimus in audientis animo quasi aculeum quandam è repetitione productū affigere, vtq; tenacius memoriae inhærescat, affixum ita relinquere.

## C O N T R A R I E T A S .

**M**otus verò qui est in circulis natura considerata, in causa fuit vt periti Mathematicarū, contrarietatem hieroglyphicè significare volentes, duos iuxta se contingentes circulos describerent, quales in quibusdam machinis fieri videmus propter vnius incursionem aduerso motu alterum circumagi, atque ita manifestam discordiam apparere: quam in adolescentiæ nostræ delictis, amore in indignationem conuerso, ita ex Aristotele descripsimus:

Non aliter motas concurrere ad oscula vidi,  
Hinc atq; hinc geminæ si coiere rotæ,  
Quæ simulac primis seſe tetigere labellis,  
Pars ea quamprimum, quæ veniebat, abit:  
Fitq; ex concursu facies contraria primæ,  
Machina versa meo qualis in igne fuit.

## S V M P T V S   P V B L I C I   P R I V A T I Q V E .

**O**Rbiculi quidam numismatū speciem referētes, quos in aliquot pyramidibus & obeliscis excisos videas, pecuniā indicāt in opere construendo erogatam: qui si fuerint in orbem dispositi, sumptū cius operis significare aiunt publicum fuisse: sin parallelari quodam ordine sculpti, priuatam impensam significare contendunt: que tamen interpretamenta iuniorum quorundam esse nō inficior: nā apud veteres nihil tale interpretatum inveni. Exigeret hic locus, vt de circulis quibusdā mutua cōplicatione cōiunctis, qui disciplinarū hieroglyphicū constituunt, rationē subiungerem: sed quoniam argumentū illud alio cōmentario, quod Illustrissimo reverendissimoq; Herculi Mant. inscriptissimus, latè satis explicatū est, ad sphærā nunc, & figurās aliquot istius cogitationis cōuertemur.

## D E   S P H Ä R I C A   F I G V R A .

**P**er circulum superius Deū à nonnullis intelligi docuimus. Cæterū si qua  
Deo

A Deo forma similitudo' ve adscribi possit, longè cōvenientius sphērica illi figura accommodabitur. Meritò itaq; Xenophanes mundum illum archetypum sphēram appellauit: veteres'q; pleriq; veræ theologiæ scientiam nondum assecuti, ni hil esse aliud Deum, nisi ccelum ipsum, & ccelestia ista arbitrabantur. Sed & Salomon ad Deum conuersus, Exaudi ô cœlum, dixit. Deos tamen, vt nostrorum interim oracula missa faciamus, neq; mensura, neq; forma vlla cōprehendi posse dicit Iamblichus, & omnes quāliquo veræ doctrinæ lumine irradiati fuerunt.

## Æ T E R N I T A S.

**I**Taq; rectè cùm per hieroglyphicum sphēræ Deum intelligerent, eternitatem quoq; eadem figura descripsérunt. In numo enim Faustinæ, quam retulerant inter diuos suos, sigillū est cū sceptro super sphærā sedens, dextera exorrecta, cum inscriptione, Æ T E R N I T A S. Eadem inscriptio in numo altero, vbi dea summis lœuæ dīgitis pallam tollit, dextera sphērulam porrigit. Cùm verò mundi ipsius figura in orbem congregata perhibeat, pleriq; veterū eo signo credidere, mundum identidem principio caruisse: quod'q; in diuinis Græci reddide-

**B**runt ὥσπει, ab æterno hi sunt interpretati. Quibus Magnus Basilius egregiè respondet, atq; inter alia, figuræ huiusmodi principium, quod incomptū illi putant, & scholis omnib. declamitant, à centro is esse demonstrat. Apud Romanos quoq; perpetuitas est per sphēram indicata: vt in sphēra illa quæ cū caduceo & pharetra transuersis, virga'q; cui palliolum appensum est, dexteræ'q; consertæ, in numo quem Cesari cudit L. Buca, in cuius altera facie inscriptio est his literis, CÆSAR DICT. PERPETVO. Sanè perpetuitas ex sphēra, autoritas verò Dictatoria quæ illi consensu atq; concordia ciuium demandata fuerat, per insignia reliqua significantur, de quibus sigillatim dicere non est h̄ic locus.

## C O E L V M.

**F**Adem pila Solis & Lunæ signis cōspicua, ccelū significabat. Alij per huiusmodi speciē, C V N C T A, veluti etiam in circulo, interpretabant: siquidem circumflexu cceli, quē alio nomine mundum appellamus, cuncta tegi cōprehensionē manifestū est, quippe qui totus in toto sit, imò verò ipse totū, extra intrāq; in se cuncta cōplexus. Quin non modò pila, sed simplex rotæ curuatura ccelum apud Ægyptios indicabat. Ita enim apud Cyrillū legas libro nono contra Iulianum, quod præcipiti quidā ingenio pro apside aspidem transtulerunt. Huius pīcturæ eam Ægyptij tradebant causam, quod cœlum in circuitum assidue ferat.

## F O R T V N A.

**V**Vlgatissimum illud inter hieroglyphica, Fortunā nunc rotulæ, vt vulgus, nunc sphēræ alicui, vt Cebes, insistentē pingere: siue vt eam rerū dominam ostentent, qua etiam de causa Apelles eam in sedem collocauit: siue vt eius instabilitatem inde coarguant. Quin à volubilitate nomen etiam illi: nam quæ prius Vortuna à vorto dicebatur, digamini mox mutatione in F affinem literā, quod in plerisq; factū est locutionibus, in Fortunā abīt. Cuius præcipiuū opus est, iam summis, & summa imis commiscere, rerūq; omniū vicissitudinē inducere: cuius quidem vertiginis ergo φειδώλοθ' πίνδαρο nuncupata. Nam si Fortuna proprium hoc habet vt vicissitudinum autor sit, quos modò claros effecerat, mox obscureret, souere'q; desinat: quos verò premebat, iam erigat, & illustres efficiat: quęq; antiquissimus Hesiodus super his de loue dixit, iure ipsa suo propemodū administret, quid in rerū natura mutabilitati huic & apertissimæ rerū vicissitudini magis simile reperiatur, quām circuli rotæ' ve motus: constant enim hæc

# Pierii Val. Isis, & Circulus.

primum, simulac fuit, ex re ipsa, contrarijs simul manentibus, & integris, curuo D scilicet & concauo, ex stante & moto, centro scilicet & circumferentia: ac simulac impelli coeperint, vna eademque linea, vti superius dicebamus, abit et reddit, ascen dit atque descendit, eodemque motu, quod primum erat, vltimū, quod vltimū, pri mum euadit, vt nihil denique in vna re quapiā variantius excogitare possis. Vnde merito dixerit Aristoteles, circulum miraculorum omnium esse principium. Id verò minimè prætereundum, Ægyptenses eiusdem mutabilitatis ergo Amorem atque Fortunam eodem in delubro venerari consueuisse. Constat igitur pilam atque rotam volubilitatis hieroglyphicum esse, & luculento apud Græcos epigrammate Posidippi de Occasione, quæ idem ferè cum Fortuna officium exercet. Ea enim cur rotulæ insistat interrogata, Stare loco nequeo, respondet. Auguralis autem disciplinae observatione proditum est, sphæram æream de Cæsaris Maximini statua, quæ in vestibulo Regiae locata erat Antiochiæ, excusam repente Iouiano Imperatore urbem eam ingrediente, turbarum quæ subsecutæ sunt in eius perniciem, portentum habitam, quod aruspices rerum volubilitatem id significare asseuerarent. Et Constantius Imp. paulò antè quam moreretur im aginari per quietem visus est, cernere se patris effigiem quæ pulchrū infantem offerebat, quem vbi gremio suscepisset, proiecit is longius sphærā de manu ipsius Imperatoris excusam, quod temporum permutationem portendere, euentu minime irrito ab aruspiciis responsum est. Quod verò dicebamus, Fortunam sphæram insistentem pingi solitam, apud plerosque variat huius argumenti species: ut in numo P. Septimi Getæ Cæs. sigillum ab altera parte est cum radio in læua, cum sphæra in dextera, quam exporrigit, vti colossea quædam manus ahenæ in Capitolio habetur. Vidi etiam Fortunæ simulachrum pilæ insistens cum nouacula, cum nauali clavo, & cornu copiæ: in qua, nouacula felicitatis indicat amputationem: pila facilem eius volubilitatem, vt passim: clavus, vitæ nostræ sub eius ditione cursum: cornu copiæ, bonorum largitionem. Sanè Plutarchus commentario de Fortune Romanorum, Fortunam ait traecto Tybri, positis aliis, exutis talaribus, abiecta instabili & vestigia fallente pila, ita Romam ingressam: quod indicium esset eam ibi constanter permansuram, necque aliò in posterum abuolaturam: illud scilicet Maronianum secutus, quod de Romanus ait:

*His ego nec metas rerum, nec tempora ponam, Imperium sine fine dedi.*

T E R R A R V M   O R B I S .

Quo pacto autem terrarum orbem pila descripta significant, rudi etiam innotuit plebeculae. Orbem enim linea quadam, veluti finitore circulo dissectum, alterum quoque ex hemispherijs, quippe superiorē, quasi meridianο circulo produceto diuidunt: à meridiano autem quasi coluri partem ad occidentem Solem vertunt, atque inde Asiam, hinc Africā & Europā intelligunt, cum tamen poëtæ terrā & περιφορα dicant. Cuius vocabuli si vim simpliciter interpretemur, infinita expone mus. At Ioan. Græmaticus Aristotelis interpres accuratissimus, σφærosphæru maauult interpretari: omnino enim neque sphæra, neque circulus finem principiū vellum pre se ferūt. De figura verò terræ quam varia alijs atque alijs credatur, videndum apud Plutarchū libro de Philosophorū placitis altero. Sed nos in hoc antiquis feliores sumus, q̄ non vniuersitatem testimonio, sed iam innumerabilium de visu referentiū, vniuersum hunc orbis globū terra mariisque & habitabilem & permeabilem accepimus, & quotidiana in hanc & illam partē suprà & infrà nauigatione, manifestior sit in dies. Sed quod ad orbem nostrum attinet, videre est in

Fau.

A Faustinæ numo quodam sphæram pro terrarum orbe positam: ibi enim Cybele leoninæ insidet sellæ, sphæramq; inter manum atq; genu continet: inscriptio, quæ ad hanc rem facit, est, M A T R I M A G N A E. In numo Germanici Imp. Cæsar Aug. Victoria sphæram mouere videtur, in qua literæ, S. P. Q. R. quasi terrarum orbem Senatui populoq; Romano adiudicatum iam esse significare velit. Sanè autem Imp. Neruæ Cæs. Aug. sphæra S. C. adcausa est, cū adiecto temone, quod orbis gubernationem dubio procul indicat. Et eodem significato Imperatori Vespasiāno Aug. P. M. P. P. C O S. V I. Vtruncq; numo æreo signum idem dedicatum. Grati verò Imperatores qui Dis acceptum referrent quod regnarent, id deorum prouidentię adscribentes, rem numismatū monumentis testati sunt. Nam in M. Antonini Pijs numo simulachrum muliebre videoas, quod stans lœua contum tenet, dextera radium, quo præiacentem pilam verset. Inscriptio, P R O V I D E N T I A D E O R V M. In altero eiusdem simulachrum idem lœua manu baculo innititur, cuius apex in lituum flectitur, lœua pilam radiō attingit, quasi cām versaturo, aut leges illi cōsistendi præscripturo. Inscriptio, P R O V I D E N T I A. Eadem pila in manu dextera exorrecta in numo L. Veri Aug. cum inscriptione, P R O V. D E O R. T R. P. I I I. C O S. At in Maximini, simulachrum cum cornu copiæ, radioq; in eius manu dextera pilam à pedibus versante, cum inscriptione, P R O V I D E N T I A A V G. In Antonini verò Pijs numo sphæra cum cornu copiæ, F E L I C I T A T I S adscriptionem habet. Dicata etiam est cum iaculo, Philippi filio. Inscriptio, P R I N C I P I I V V E N T V T I S.

## M V T A B I L I T A S.

**Q**uod autem ad rerum mutabilitatem facit, non pila tantum, verum etiam rota in huiusmodi accipitur significatum. Psalmo enim L X X X I I legit: Deus meus ponē eos ut rotam: hoc est, tam facile felicem eorum statū conuerte, quam volubiliter rota ipsa conuertitur. Ita Euthymius, Eucherius, & alij.

## D E R O T A:

**C**  T quoniam res ipsa nos ad rotam iterum reduxit, cùm aliquot adhuc super ea reliqua sint significata, quæ distinctione sit in rotis primū enarrabimus, mox quæ ad significatum attinent exequemur.

## D E O R V M R O T A:

**S**ciendum enim rotas plurifariam à radiorum numero distinctas esse. Nam quæ dījs attribuuntur, octo radījs insignes figurantur: propterea quod rerū cœlestium motus in octauam usq; sphæram, quantum humani oculi vis porrigi potest, obseruantur.

## H V M. A N A E R O T A.

**H**ominum verò rotæ sex tantum radijs compingi debent, tot enim sunt humanæ naturæ motus: in anticā, in posticā ingredi, vel retrocedere, in dextram aut in lœuam ferri, sursum aut deorsum ascendere, vel descendere.

## I N F E R O R V M R O T A.

**Q**uæ verò Ixionis rota fertur, quatuor tantum radijs compacta fingitur: unde Pindarus dixerit, πηγάκναμοι έδη ολεθρον. In ea verò ita districtus fingitur Ixion, ut manus singulæ singulis radijs affixæ essent, totidemq; alijs pedes singuli. Qua de re apud Pindarū legas Pythijs, Ode ad Hieronem altera. Neruæ Traianī numus est, à cuius vna parte ipse pro suggestu populum alloquitur, togā.

# Pierii Val. Rota.

tus verò populus sublati in ccelum dextris applaudit: inde in extremo mārgi. Dne meta est, iuxta cuius basim Nympha iacet humi fusa sinistro brachio supra rotam exorrecto. Sunt qui ex hoc Circum instauratum à Traiano interpretentur, quia rota circumagi videatur.

## A Q V A T R A I A N A.

**S**Vnt qui, vt mihi videtur, longè rationabilius aquam Traianam intelligent. Nympha enim humorem, humili præsertim fusa, dubio procul indicat; innixa verò rotæ, aquæ cursum nō incongruè significare possit. Alibi vidi Nympham ipsam in eiusdem Traiani numis cum rota supernè sita, & inscriptione, V I A T R A I A N A. quorum vtruncq; artificiose, maximeq; propriè figuratum. Nam in via rota supernè voluitur: in aqua cursus ab imo est. Alius item numus eiusdem Traiani, in quo signum idem penè humili prosternitur, læua ramum frondibus vestitum, dextera currulem rotam iuxta genu tenens, sub basi cuius literæ sunt, V I A T R A I A N A; S. C. circum circa vero, S. P. Q. R. O P T I M O P R I N C I P I. In alio, in quo eadem literæ circumductæ, aquæ ductus habetur in semicirculum fornicatus, idemq; simulachru humili fusum cum harundine infra, & literis in hunc modum dispositis:



## VITÆ NOSTRÆ PROGRESSVS.

**S**Ed enim VIA etiam sua habet significata in diuinis literis, quippe quæ vitam hanc quam viuimus indicat: vnde omnes à die natiuitatis ad extremū vscq; viatores, hospites, & peregrini dicimur, vtpote qui solum hoc extra patriam incolimus, vbi nulla cōsistendi firmitas, perpetua verò semper agitatio animi, vbi demùm rerum aut sententiæ considendum sit examinantis. Distinguunt insuper theologi viam à semita: per viam mandata ea peragenda intelligentes, quæ vniuerso mortalium generi data sunt: per semitam vero, quæ huic vel illi personæ, ordini, collegio, nationi' ve præcipiuntur.

## T H E O L O G I A.

**S**Vnt qui per rotam currulæ in diuinis literis Theologicæ doctrinæ hieroglyphicum intelligent, propterea quod rotæ ea terram ima tantum attingat superficie, reliquum in sublime tollatur, & aurigam animū semper terra procul F surrigat. Idem præterea est officium rotæ, quod & Theologi, vt scilicet à terrenis imisq; rebus ad sublimium cœlestiumq; naturarum speculationem attollatur, inde mox à diuinis ad humana descēdat, quoq; inter se vinculo colligentur ostendat: qui quidem est rotæ motus. Sed quoniā proprio commentario multa de vniuerso curru diximus ex diuinis literis, deq; mysticis eius rotis, tūc cū terrestre iter camus, Traiana procedemus via.

## I M P E R I T O R V M P R A E C I P I T I V M.

**S**Ed cur id dissimulem, quod in diuinis literis imperitorum præcipitantiam per rotam significari comperimus? & in hanc sententiā à Psalmographo dictum citauerimus: Deus meus pone illos vt rotam. Rota quippe posteriore parte attollitur, anteriore cadit. Posteriora sunt bona fortunæ, quæ quia nostra nō sunt, ea nobiscum transportare non possumus, ideoq; à tergo relinquuntur. Anteriora sunt æterna, & quæ nos assidue comitantur, imò nos præcedunt, sedq; duces, quod progrediendum sit, exhibent. Impurus igitur & imperitus rerum, cū fortunæ bonis augetur, auersus retrò faciem quæ æterna sunt obliuiscitur, atq; ita fit vt anteriore parte neglecta, præceps eat; nam posterioris, quæ attollī vide,

A videtur, admiratione captus, in quam rapiatur voraginem animaduertere nequaquam potest, atq; ita præcipitatur.

## D E Q V A D R A T O.



B egregiè mobili figura ad maximè stabilem transire quodam veluti antipathiæ loco vñsum est, quippe vt vario eo delassatus motu, firmitatis istius occasione quietem aliquam aucuparer. De quadrangulari igitur figura differemus, quæ multipliciter descripta, multas idem præ se fert significationes.

## A N N V S S O L A R I S.

**Q**Varum prima illa est, quam initio cōmentarij supér Iside tetigimus, Ägyptios quippe duas anni rationes habuisse:vnā qua vertētem, C C C L X V diebus, & horis senis, agnoscebāt: alterā, qua Sotheos ortū quarto quoq; anno quadrantibus illis diei quatuor in vnum cōtractis, obseruabāt supputationi huiusmodi respondere. Cūm verò iugerū centum cūbitis dimetirentur, quartā iugeras, quæ scilicet cubitis x x v claudebat, pro sex horis quæ vno quoq; anno superabant, acciperē cōsueuerunt, ac perinde vertentem annū intelligebant, cui quarta illa diei pars addita, quarto quoq; absoluto, dies etiam vnum intercalaris ex quartis illis adauctus adiūciebatur. Sed quoniā & hæc & alia multa superius super anni ratione differuimus, ea repeterē supervacaneum esset & importunū.

## S A P I E N T I A.

**V**Eluti verò Fortunam rotundo lapidi insidentem pingere veteres instituerunt, ita Sapientiam in quadrato statuebant: ex hoc hieroglyphico volubilem illam, vti paulo antè diximus, huius verò sedem firmam & inconcussam indicantes. Et nostri quadrata ligna quæ ad arcæ Noes fabricam parari diuinum iussit numen, doctores & magistros in Ecclesia significare dicunt, quorū sapientia inclusi intus populi conseruantur, & ab incurvantibus hereticorum procellis muniuntur. Ex quadratis enim lignis construere debere nos Bibliothecam admonet Adamantius, non ex agrestibus, rudibus, & impolitis: quippe ex Propheticis & Apostolicis voluminibus, in quibus solis vera continetur sapientia, C vtpote qui vitis omnibus resectis excisisq; quadratum vitæ iustioris tenorem, & ex omni parte libratum præ se ferant.

## M E R C V R I V S.

**C**Vmq; apud veteres Mercurius sapietiæ Deus haberet, Hermæa illa apud Athenienses fieri solita, quadrati quippe lapides, quos tum in priuatarum, tum in sacrarum ædijum vestibulis ponere consuerant, vt significaretur, rationē & veritatem perinde vt forma quadrata rectam semper stare. Nam rationis & veritatis Deus Mercurius antiquis erat.

## I V P I T E R.

**A**Pud Arcadas nō Mercurij tantum, sed & Iouis, & aliorū deorū simulachra quadrantalia fieri solita, Pausanias autor est, nempe vt eorū inde stabilitas significaret. Iupiter enim ipse manes stabilis, dat cuncta moueri, vt veteres poetæ canūt. Nam & Hermæis à firmitudine nomen, quod herma fundamentū sit.

## V I R P R O B V S.

**Q**Vantum verò pertinet ad virtutes, quadrata forma virū ea de causa probum dicimus, quod cubicę figuræ sp̄cies quoquo versum iacta versataq; fucrit, recta semper consistit, quatuor lineis, & totidem angulis semper insignis.

# Pierii Val. Quadra.

Hinc illud, & yā dōs & ληθώς καὶ περιληπτόν τούτον φέγγον. Quadrangulus reuerà probus, nul D  
liq̄ obnoxius vituperationi, quod tangit Aristotel. Ethic. primo. Et ad Theo-  
dectem 111, quadratum simpliciter virum per translationem dictum autumat,  
& perfectum significare. Sanè quidem cùm tres in corporibus staturæ conside-  
rentur, rotunda, quadrata, teres, humanum corpus quod à pictoribus & statua-  
rijs commendetur, sex & sexaginta digitos excedere non debet, quippe quod  
quatuor cubitorū altitudinem æquet: & quatuor & viginti digitos cubito ad-  
scribi, suo commentario probatum est. A quatuor igitur cubitis quadratū cor-  
pus denominatum, quod laudatissimæ staturæ sit. Infra horum digitorum nu-  
merum, quos fortè ab vniuscuiuscq̄ corporis proportione accipimus, quo quis  
magis contrahi, ac propémodum desidere videtur, eo magis ad rotundam spe-  
ciem accedit: & corpus illud rotundum appellari potest, quod digitis aliquot  
est quadrato brevius, vel cuius altitudo extremos brachiorum quam maxime  
porrectorum digitos non exēquat. Teres verò, cuius proceritas supra sex & no-  
naginta digitos ascendit, altior ve sit eo mensuræ modo, quem vti dictū, expor-  
recta brachia designant. Staturam hanc alij oblongam, alij gracilem appellaue. E  
re, & rotundiorem illam obesam dixere. Cornelius Celsus corpus illud habilis-  
mum dicit, quod quadratum est, necq̄ gracile scilicet, necq̄ obesum. Nam longa  
statura vt in iuuenta decora est, sic maturiore conficitur senectute: solere enim  
homines huiusmodi supra modum mox incuruari, tam philosophorum ratio-  
nes, quam historiarum exempla ostendunt, si quæ cotidie oculis offeruntur mi-  
nus animaduertimus. Et Antoninum Pium eiusmodi fuisse tradit Julius Capí-  
tolinus, vsumq; eum ad emendandum vitium tabellis ex tilia, quibus pectus ad  
sustinendum pondus adstrictum fascijs obligaret.

## C L A R I V I R I.

**Q**uod tamen de certa hominis altitudine dictū est, non negarim procerio-  
res statuas ijs erigi solitas, qui vel victoria aliqua, vel præclaris alij faci-  
noribus supra reliquorum mortalium gloriam euecti sunt: vt Diagorē Rhodio  
Olympionice statua decreta est quinq; supra quaterna cubita digitis. At Dama-  
geto eius filio paterna minor uno, cæteris maior digitis quatuor. Sunt qui ha-  
bitam in his rationem putent, vt recta proportio oculis repræsentaretur, quo-  
niam huiusmodi statuæ in columnas sublatæ dum suspiciuntur, nisi naturæ lon-  
gitudinem excedant, in monstruosam quandam obesitatis speciem declinare vi-  
deantur, spatio fallente oculum. Sed vt hoc non negarim, ita etiam plures sta-  
tuarum ordines fuisse, non ignorādum dixerim: pariles quippe, magnas, maio-  
rcs, atq; maximas; alias benemeritis & sapientibus viris, alias Regibus, Impera-  
toribusq; alias heroibus, Dīs alias fieri solitas. Sed in ijsdem ipsis statuis nō ea  
mensuræ consideratio, qua de nos agimus, perpenditur, cùm in illis sua cuique  
proportio adiudicata esset, qua opus perfectissimum redderetur. In ratione ve-  
rò nostra cùm obesum, quadratum, aut procerū corpus dicimus, rationem eam  
inspicimus, quæ ad digitorum & numerum & proportionem quadret, vt hæc  
ab illa distinguatur. Hinc illud apud Tranquillum intelligi potest de Flauij Ve-  
spasiani habitudine quadrata: & quod apud Palladium est, Sunt boues nouelli,  
quadratis & grandibus membris.

## M V L I E B R I S S T A T V R A.

**Q**uoniam verò decet muliebrē habitudinē graciliore esse, atq; ea de causa ma-  
tronales virginalesq; colunæ, quarū ratio ad hūani corporis similitudinē  
primū


A primū excogitata fuit, proceriores quām Doricæ, quæ viriles nuncupantur. Hinc sit, ut quę virum decet quadrata facies & habitudo, dedebeat mulierem; & qui virum probum quadratum dicimus, mulierem quadrantem, & quadrangulariam. Alia tamen ratione prostitutam intelligimus, de quo apud Plutarchum in M. Tullij vita, & apud Tullium oratione pro M. Cælio: quod nō à corporis dimensione desumptum, sed ab exigua cæstipe, qua parabilis habetur. Sedenim Sicut ad hæc usq; tempora meretrices vulgo quadratas dicunt: easdē Itali reliqui, vel ab obsequio, vel ironice, bonas fœminas appellitare consuecrunt.

R O M A V E T V S.

**E**T Roma olim quadrata, eaq; specie primū ædificata, diuq; permanxit ut quadrata Roma diceretur, præcipuè locus in palatio ante tēplū Apollinis, vbi reposita erant quæ boni ominis causa in vrbe condenda adhiberi solita. Sæxo autē munitus erat in speciem quadratā. Eius loci meminit Ennius eo versu,

*Et nunc, & quis erat Romæ regnare quadrata.*

## D E M E T A.




Am metarum pyramidumq; ratio nos appellat, quarum significata referamus: & quoniam & quadrangulares & triangulares metæ reperiuntur, de quadrangularibus prius dicere incipiemos, argumen-  
to eo, quod præ manibus erat, inuitati.

F I N I S.

**F**Inem hęc, aut operis cōsummationem, absolutumq; modum ostendit: siquidem myrias, qui decem millium numerus est, metam astruit. Numerū vero is ab vnitatibus multiplicatus, & maximus, & perfectissimus est, adeò ut sumpto ab vnitate principio, sit in myriadē finis. Pyramidis enim basis, vt apud Philonem est, longitudine pedum centum, ac totidem latitudine constituitur, quibus iuxta quadrati naturam multiplicatis, in quem diximus numerum resultat: quem quia perfectissimum esse dictum




**C**est, finem itidem & exactum opus meta, ex ter multipli-  
cato denario constituta, significare dicitur. Decadis au-  
tem vis est quaternarius numerus: secundum enim com-  
positionem à monade ad quaternariū punctis in vnum  
contractis ac supputatis, decas fit. Decies autem decem,  
centum: decies cētum, mille: millia decies, sum-  
ma perfectissima. Adstipulatur huic perfectio-

ni architectorum  
etiam commēsus,  
qui perfectionem  
in denario, quem  
antiqui πέλης ap-  
pellant, colloque-  
runt. Et Romu-



lus, nō ille quidem inter pastores, vtputat vul-  
gus educatus, sed Stabijs oppido non incelebri literis institutus, & vt Plutar-  
chus attestatur, liberalibus artibus & disciplinis eruditus, ad eam quę subsecuta

B b ij



# Pierii Val. Trinum.

est felicitatem ausu minimè temerario via sibi adaperta, confirmatis iam rebus, D  
regnoq; iam constituto, quæcunq; fecit & instituit, denario finiuit numero: vt  
puta senatores in X decurias, vrbem in curias XX, in totidem decurias equi-  
tes. Principes hastatas & peilanos denario finiuit. Annumq; demum in menses  
X terminauit, quod ad nostram vscq; diem tributo militibus erogando perdura-  
uit. Addunt nonnulli, non temerè esse denarium numerum tam pedum quam  
manuum digitis attributum, & os capit is à mento ad frontem summam, & ma-  
nus palmam ad medij vscq; digiti summum, mensura decies repetita, perfectam  
cuiusq; hominis altitudinem dimetiri. Quòd verò Mathematici, qui altius phi-  
losophantur, numeri perfectionem aliij in senario, aliij in septenario posuerunt,  
alterius est cōsiderationis, quam in Digitorum commentario delibauimus: sed  
ad hos numeros illa nihil attinent. Huiuscē perfectionis ergò Aegyptij, reges  
suos, qui mortales reliquos gloria præcessissent, honorare metis & pyramidi-  
bus, quæ sepulchris eorum superponerentur, consuerunt, de quibus cùm pleni  
sint historicorū libri, neq; plura super Aegypti rebus miracula celebrētur, quam  
molium huiusmodi amplitudines, aliquot etiam ad hanc vscq; diem perduranti-  
bus, rem adeò notam verbosius prosequi superfluum existimauī, si vnum illud  
addidero, Nazianzenum minimè respuere eorum opinionem, qui pyramides  
eas in Aegypto celebriores ab Iosippo Hebræo exædificatas putant, vt frumen-  
ti conditoria essent: & nomen rei consentire dicit, quod πυρὸς triticum vocant.  
Nam & apud Stephanum, in ijs quę Hermolaus Byzantinus compilauit, legas,  
dictas eas ἐπὶ τῷ πυρῷ. Sed fabulam subiungit, εἰς ἑκῆ Λιανηγετέον θασιθεύς, καὶ διαν έπικό-  
σιτε, καὶ τῶν αὐτοῦ πόλεων, à tritico scilicet quod vndiq; congestum Rex eò contulerit, pe-  
nuriaq; Aegyptum affecerit, cùm Iosippi consilium salutare fuerit, ne mortales  
fame, que per tot annos futura erat, absumerētur. Illas porrò vulgus adhuc gra-  
naria Pharaonis vocat.

## D E T R I N O.

 Nter hieroglyphicas has imagines, & trinum, triangularemq; pyra-  
midem nonnulli adnumerant, cuiusmodi obelisci bases aliquot Ro-  
mæ vidi: quod mysterium enodare, et si profundioris ingenij, altio, F  
risq; disciplinæ opus esse non ignoro, in quo omnia ad hoc vscq; tem-  
pus ingenia præstantissima defatigata sunt, nō absurdè tamen me facturum exi-  
stimo, si modicum quid vmbrae ad cōmenti huius rationem ex philosophorum  
Theologorumq; vetustiorum dictatis pro re nata breuiter tetigero.

### T R I N I T A S R E R V M.

TRes aiunt hi in rebus vnitates considerari, ita tamen mutuò connexas, vt ab  
vnitatis simplicitate minimè discedant. Est enim primū ea in rebus vnitatis,  
qua vnum quodq; sibi est vnu, sibiq; constat atq; cohæret: cui quidam ex veteri-  
bus adeò fauere visi sunt, vt numerum ex natura rerum amouere cogitarint. Est  
ea secundò, per quam altera alteri res vnitur, & per quam demū omnes mun-  
di partes vnu sunt mundus. Tertia atq; omnium princeps, est, qua totū vniuer-  
sum cum suo opifice, quasi exercitus cum suo duce, est vnu. Adeò tripartitò  
coconsiderata vnio hęc vnicuiq; rei per suam vnam simplicē vnitatem, deriuatā ab  
vno illo, quod & primū vnum, & trinū simul, atq; vnu est, à Patre inquā, Filio,  
& almo Spíritu. Nam & Patris potestas omnia producēs, suā omnibus largitur  
vnitatē. Et sapiētia Filij ritè omnia disponēs, omnia inuicē vnit & copulat. Mox  
Spíritus

A Sp̄iritus amoris sui vinculo ad Deum omnia conuertens, totū opus opifici neutrū charitatis adiungit. Hinc illud Deo inditum amoris cognomentū, quo mortales affecti, primò Deum ipsum supra nos, supraq; omnia diligēte debemus; secundo loco nos ipsos: tertio proximum, sicut nos ipsos.

C V B V S.

**A**ccepit huc Cubus ex trigonalibus figuris, quatuor compactus triangulis, cuius hieroglyphicum est S V P R E M V M N V M È N. Nam cùm in Mathematicorum datis punctum referatur ad monadem, linea ad dyadem, vt pote quæ ab aliquo tendat ad aliquid: superficies verò sit ternarius, qui figuræ inter rectilineas principium habet, ac quoddam veluti elementum, inde si corpus solidum conficiatur, cubus erit, triangulis quippe quatuor rectilineis in corpus vnum coagmentatis atq; compactis: ita prima pyramis inter solida emicat, cuius basis tres ostentat angulos. Quartus in ipsius figuræ summitate positus, vt numinis formam, ita & nomen apud Pythagoricos accepit. Addunt Magi, simplex quoq; triangulum æquilaterum diuinitatis indicium esse, siue rerum celestium effigiem, vt pote quod sit sibi ipsi æquale, difficulter moueatur, & ad malum declinare non possit:

## I V S T I T I A.



**V**T verò trini prosequamur significata, ternariū veteres, vt alibi etiam ostendimus, iustitiæ dedicarunt, vt de Pythagoricis disciplinis Plutarchus ait. Inuria siquidem afficerè, necq; non affici, cùm extrema sint, & idcirco vitiosa, iustum æ qualiter utrinque reductum in medio residet. Sanè Pythagorici non numeros tantum, verum etiam figuræ deorum nominibus dedicarunt: quippe qui triangulum æquilaterum Mineruā appellabant: Verticigenam & Tritogeniam propterea, quod tribus perpendicularibus lineis ab angulis tribus dissecetur.

## M I N E R V A.

**Q**uod verò pertinet ad Mineruam, trigeminā eam nō nulli faciunt, propter anni tempora, quæ vt saepe dictum, apud Ægyptios tria tantum fuere, quippe, ver, æstas, & hyems. Huic etiam tertium vniuersitatem mensis diem dedicarant, cùm à Lunæ coitu mensem auspicarentur, vt Sthenis autor est. Pallas enī, vt in eorum est theologia, die tertia orta est. Et eandem & Pallada & Lunā pleriq; interpretantur. Hæc verò nō prius quam tertio à coitu die se videndam exhibit. Quanquam non desunt qui Tritogeniam ea de causa dictam asserant, quod è Iouis capite orta prædicetur: Tritò enim Beotiorū lingua caput appellatur. Sanè Diodorus Pallada aërem esse dicit, cumq; incorruptibilem, eaq; de causa & virginem deam, & Iouis è vertice editam, confictum esse. Ad hoc facit Horatianum illud:

Proximos illi tamen occupauit      Pallas honores.

Nam cùm aër tertium ex elementis locum obtineat, Æthræ, quæ pro loue accipitur, omnino proxima est, & ternarius illi numerus rectè datur. Missa facio quæ multa & varia de palude Tritone Græci fabulantur. Sed illud minimè dissimularim, quod Democritus dixisse fertur, Pallada Tritoniam ea de causa nuncupatam, quod præcepta tria ad humanam vitam bene beateq; degendam necessaria proposuerit; bene quidem consulendum, rectè iudicandum, iuslē




# Pierii Val. Trinum.

denique agendum. In quem terminum omnis disciplinæ sanctioris finis dirigitur. D Meritò igitur ternarius, & triangularis figura ea, quæ lineis æqualibus describi-  
tur, & Palladi est, & iustitiae dicata.

## H V M A N I T A S .

**S**Vnt & alia figurarum triangularium significata, quæ Psellus li-  
bello De dæmonibus interpretatur. Ea libenter apponā, quia  
cæteris hieroglyphicis videntur minimè dissimilia. Äquicrurem  
enim humanitatis symbolum aiunt: quod quidem vna breuiori li-  
nea descriptum, indicat rationis modulum contractiorem esse, ac  
perinde multa effugere, quæ percipi non possint.



## M O R V M   D I S S O L V T I O .


**V**Elsi vna sit linea latiore productioreque, aberra-  
re significat ab institutis, & à recta via, & plus  
& quo indulgeri quædam cupiditatibus.

## C O R R E C T I O .

**Q**Væ tamen lineæ si notentur cōtractæ ad alia-  
rum normam, ostendit, ex perperam actorum  
penitentia vitæque solutoris correctione, fieri nos  
posse longè meliores quam anteacta vita fuerimus.

## D Æ M O N I A C A   N A T V R A .

**S**Calenus autem dæmonum & malarum potesta-  
tum figura dicitur, vsqueadè inæqualis est, & à  
bono & æquo remotus. Componitur autem ex se-  
nario numero, sed imperfecto, qui corporeis, &  
mundi huius inferioris rebus obnoxius est, quod  
in eo circumscriptio[n]es corporeæ sitæ sunt: per  
eumque mundus hic inferior compositus esse impe-  
rito eo seculo putabatur. Ideoque aiunt sex genera dæmonum infra lunarem glo-  
bum inueniri: quorum primū per sublimiorē aëra vagari tradūt, L E L I V R O N  
appellatum, quasi velint igneum significare. Secundū aërcum, quod in crassiori  
nebulosâque régione sedem habeat. Tertium terrenū. Quartum aquatile vel ma-  
rinum, à locis & regionibus in quibus oberrant, & quarū curam gerunt. Quin-  
tum verò subterraneum, quod vel noctu, vel in puteis, & antris, & huiusmodi  
locis frequenter appetet: ne antrum Nursiæ fabulosum esse credamus, aut quem  
Diui Patricij puteum in Hybernia memorant. Nam & Cumis & alijs plerisque lo-  
cis responsa in antris dari solita, totius antiquitatis testimonio persuasum est.  
Sextum & ultimum est lucifugum, imperscrutabile ac tenebricosum penitus, al-  
gorique perpetuo damnatum. Id verò dæmonum genus modis omnibus morta-  
les infestare creditur, Stygiosque latices haustos spargere, vnde calamitates, pe-  
stes & fames consequantur. Addunque huiusmodi rerū periti nomina, Actum,  
Megalesium, Ormenon, Lycum, Nicona, Mimona, Alastoras alios, alios Pa-  
laminæos appellatos, à quibus omnia in homines incomoda cōgerantur. Sed  
hæc fortè plus nimio homini sublimium rerum cupidissimo, cùm πάρεργα futura  
sint omnia quæ de dæmonibus loco hoc afferre voluerimus. Multiplices tamen  
eorum figuræ & apparitiones, varijs rerum & animalium imaginibus conspi-  
cuas, toto opere, vbi hieroglyphicum tale aliquid depositat, mi-  
nimè dissimulauimus.



A PIERIVS VALERIANVS AD IANVM  
 VITALEM PANORMITANVM, DE IIS  
 quæ per vestes aliquot significantur, ex  
 sacris Ægyptiorum literis:

**V**on parua quidem de causa, lane mi iucundissime, Leo X. Pont. Max. quam-  
 primū tuum de Trinitate poëma legit, ingenio & eruditione tua delectatus,  
 pietateq; in primis commendata, præclara tibi munera dari iussit, in quibus  
 fuit & Palatinæ vestis ornatus, ut inter amicos admissum esse te, virtutis &  
 optimarum artium ergo, omnibus innotesceret, tuq; ad disciplinarum studia  
 in dies magis incitarere. Quæ mihi tam iucunda acciderunt, ac si omnia & ijs longè maiora  
 in me collata essent, qui tot annos amorem erga me tuum habuerim exploratissimum, quemq;  
 ego semper ob summum ingenium, suauissimos mores, singularem animi tui integritatem, fra-  
 tris loco dilexerim. Itaque cum ex remuneratione huiusmodi, quæ tibi obtigisset, magnam ego  
 latitudinem concepisse, incensus ego quoque sum tanti Principis æmulatione, ut ipse quoque gra-  
 to erga te animo essem, pro voluptate ea, qua me tuo de commodo, addam etiam honore, affe-  
 ctum sentio. Qualesunque igitur essent opes meæ, ex ijs aliquid ad te mittere decreui. Atque  
 ubi horrea aperiuissem, vestes aliquot hinc tibi deprompsi, non eas quidem Luculliano sumptu  
 magnificentiaq; comparatas, neque Mileti textas, neque ut Pontificiae illæ vestes erant, Tyria  
 purpura saturata, sed quales ex Aegypto me attulisse non ignoras, in quibus scilicet mira con-  
 spicitur parsimonia. Sunt enim vestes hæ labore omnino cura q; aliqua contextæ, sed materia  
 admodum parca, iuncto quippe omnes papyraceo, ut facile contemni possint ab ijs qui nostri  
 temporis luxum deliciasq; consequantur, quibus nil facere videtur ad cultum, nisi quod caris-  
 simæ vñierit. Utinque tamen, habenda tibi sunt qualesquales fuerint: quas si foris in con-  
 spicuo vii verecundabere: certè, quæ tua est moderatio, dimi tibi vñi esse poterunt. Non enim  
 puto te ita repente superbum euasisse, ut quamvis Pontifícia in purpura tibi merito placeas, si  
 quid tamen manibus meis elaboratum acceperis, id sis aspernaturus. Sed iam quid hoc sit supel-  
 lectilis, explicemus,

## C D E P I L E O.

**V**EMADMODVM in unaquaq; re nihil est capite prius, ita ve-  
 stium aliquot significationes dicturi, à pileo, quod præcipuum est  
 capitum integumentum, conuenienter incipiens.

**N**imirum vero is apud Græcos  
 nobilitatis indicium fuit, hiq;  
 ea de causa Vlyssis caput pileatum fieri solitu- au-  
 tumat, quod magna scilicet ab utroq; parente no-  
 bilitas illi obtigisset. Nam apud Ouidiu cam ita  
 in Aiacem oggerit:

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,  
 . Uix ea nostra voco: sed enim quia retulit Ajax,  
 Esse Iouis pronepos, nostri quoq; sanguinis autor  
 Iuppiter est, totidemq; gradus distamus ab illo,  
 Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi,

## NOBILITAS.



# Pierii Val. Pileus.

*Iuppiter huic: neq; in his quisquam damnatus & exul.  
Est quoq; per matrem Cylleius addita nobis  
Altera nobilitas: deus est in utroq; parente.*

D

Quòd verò Castorum quoq; capita pileata pingerentur, nil aliud sibi velle trahunt, nisi vt indicio esset, eos fuisse Lacoñes. Hos verò pileatos pugnare mos fuit, quòd indomitum animum aduersus barbaros Reges & tyrannos significatione libertatis ostentarent. Quiq; aliquot abhinc annis Venetias confugerunt Græci, extorres à Turca facti, nobilitatem suam & ingenuam libertatem vnanimiter pilei illius sui gestatione profitentur.

**P**Assim enim in numis videas pileum ipsum cum inscriptione LIBERTATIS, vt in numero TIB. CLAVDII, in quo simulachrum est dextera pileum gestans, lœuam expassam habens, cuius inscriptio est, LIBERTAS AVGUSTA. In Antonini item numo pileus à manu dextera pendet, lœua hastam tener, inscriptio, LIBERTAS COS. IIII. Sed in Caracallæ numo libertas ipsa præter virgam & pileum, stellam etiam habet antè sitam. Aliter Libertatis argumentum figurabant per sigilla quatuor, expeditis pedibus gradientia, quorum secundum & quartum fasces & securis alligatas gestarent, cum inscriptione, BRUTVS. Unde apud Virgilium legas,

L I B E R T A S.



E

*Animamq; superbam Ultoris Bruti fascesq; videre receptos.*

Ab altera parte femineum caput est, cum inscriptione, LIBERTAS. Sed hoc nimirum in historiæ memoriam, quòd exactis Regibus, partaç; libertate, Consularis magistratus annuius autore præcipue Bruto sit constitutus.

L I B E R A T O R E S P A T R I A E.

**Q**uòd verò in alterius Brutii numismatis cernere est pugiones duos adiecto pileo, Dion ex hoc Brutum & Cassum patriæ liberatores indicari dicit. Nam pugio cædem patratam omnino significat, pileus verò libertatem. In numero quodam argenteo venerandæ antiquitatis obseruaui feminea capita ab utroq; latere singula, simplici quodam modo capillos collecta, in quo nihil aliud scriptum quam LIBERTAS. In numero Ser. Galbae simulachrum est cum iaculo & pileo, cuius inscriptio est, LIBERTAS PUBLICA. Eadem in Neroniæ numis aliquot habentur. Apud historicos legas seruos nonnunquam ad pileum vocatos, vt apud Liuiū XXXIIII. Postero die serui ad pileum votati: hoc est, promissa concessa ve seruis libertas.

S E R V I L I S I M P R O B I T A S.

**S**Ecus verò intelligendum de seruo pileato. Nam cùm imposito pileo venun dabantur, nequā & improbum esse seruum innuebat: significabat enim venditorem dominum nihil super eo polliceri velle, quod postmodum ad præstandum cogi posset, exolutebatq; ita se ab omni vinculo, quod posset ad redhibitionem trahere: de quo vide apud Cælium Sabinum, & alios,

T H E O /

## THEODOSIANI.

**A** Speculum etiam erat trium ordinum Theodosianorum insigne, sub militum Praesentiali merentium, qui dimidium quicq; simulachrum humanum in clypeo gestabant, idq; manibus ab vtraq; parte porrectis, quorum dextera vinculum, sinistra pileum prætendebat, quasi vellet innuere, contumacibus se vincula iniecturos, obsequiosis libertatem donaturos. Sedenim de primis in Vulpis commentario diximus.

## SECUNDI THEODOSIANI.

**I**N codem Canone, quæ apud insignes Massæos Romæ vidi, gestamen erat luteus taurus ad viridantis monticuli radices pictus: in summo verò collis vertice dimidius Æthiops dextera manu lorum, læua pileum prætendebat, passis hinc & inde manibus: id ipsi quocq; indicantes, in sua esse manu captiuos facere, & libertatem indulgere. Gestabant insigne hoc secundi Theodosiani. Ipsa vero parvæ facies hyacinthina, quasi cceli colorem præ se ferebat.

## TERTII THEODOSIANI.

**B**E Rant & tertij eiusdem nominis, eiusdemq; ductoris, quorum parma in huc modum facta præferebatur. Margo hyacinthini coloris circulo aliquantulum lato circumductus, sub quo alter contiguus angustioris spatij: inde facies media rubra, ab ima cuius parte albus erigebatur cippus in angustum superne desinens, qui Lunæ speciem cornibus sursum versis sustentabat. In medio parvæ insidebat Lunæ albus identidem circulus, cuius centrū latè fusum nigri coloris erat. Supra circulum hunc album ostentabatur à medio sursum Æthiops eodem modo quo superior manibus exorrectis, eadem dextera loro, sinistra pileo munitis. Illud addam, eos imperatoris triumphatis currum pileatos sequi solitos, qui fuerant è seruitute manumissi.

## TRIPLEX LIBERTAS.

**A**Nimaduertendus apud Ausonium locus, eo versu,

*Triplex libertas, capitisq; minutio triplex:*

quod nonnulli legendum arbitrantur, capitis minutio triplex, pro tribus pilei speciebus, vel tríplici eorum cōditione, qui pileum assequerentur. Sedenim minutio, vt inferius ostendemus, longè castior est lectio. Quod verò attinet ad libertates, tris manumittendi rationes erāt. Prima, qua maiorem & iustum libertatem consequebantur, ita vt etiam ciues Romani fierent. Altera, qua Latini fiebant, ex lege Iulia Norbana. Postrema, qua in ordinē dedititiorū ex lege Ælia Sentia adscribebant. Tris has manumittendi species tangit Boëtius primo Topicorum commentario. Apud Tacitum duas tantum institutas reperias. Quas verò Boëtius enumerat, sunt, census, vindicta, testamentum, de quibus apud Iurisconsultos copiosius de his Plautus, Cassina: Tribus, inquit, cōduci non possum libertatibus, quin ego hodie illis comparem magnum malum.

## FLAMINES.

**S**Anè pileus apud Romanos sacerdotij symbolum semper fuit. Nam Flamines à Numa cōstituti, quasi pileamines dicti: quamvis nonnulli arbitrentur à flammeo, quod est capitis tegumentum, appellatos. Nam & insulæ, & mitræ, & amictus alij atq; alij sacrificulis attributi. Sedenim vt in sacerdotio pileū præstare fateamur, Fabij Pictoris autoritas facit, qui Flaminem ait nō posse esse sub dio sine pileo, sub tecto autem, vt libebat: quem quidem morem in sacerdotio etiam nostro seruari nemo non videt. Domo enim prouchi præfulem sine pileo, nefas habetur.

# Pierii Val. Pileus.

H I P P O C R A T E S .

D

**A**nte alias autem antiquorū statuas Hippocratis imago pileata celebratur, eoq; habitu multis locis erētā. Ex eo nonnulli hieroglyphicē interpretati sunt partem eam custodiēdam, in qua, tanquam in domicilio, princeps animus resideret, totaq; intelligendi vis collocata esset. Alij ex Græcis solā hominis nobilitatem inde intelligi volunt, ut pote qui cognitionem ab Apolline & ab Hercule traheret. Nam eum ab Aesculapio oriundum senatus Atheniensis testatus est publicis etiam monumētis. Id verò si ad libertatem reframus, cui potius Liberatoris nomen accommodare debemus, quām illi, qui tot mortalium corpora morbis tot obnoxia liberauit, & bona restituit valetudini, sitq; humanæ incolumitatis autor appellandus, si merito eum titulo honestare voluerimus. Nō defuere tamen qui rem malignè admodum interpretarentur, & quod illi honoris causa datum erat, modò caluitum, modò imbecillitatem capitis, modò quid ihs inanius tradiderint inde significari. Quod quidem de Pericle memoriae proditum est, qui ea de causa pileo vti consueverit, quia capite esset supra modum acutiore, vnde ab æmulis χονκφαλῳ appellabatur. Hinc etiā, vt alibi diximus, E statua eius cum casside posita. Formam tamen hanc, quæ dedecori nonnullis describitur, Genuenses honorificam, & adeò ingenuam ducunt, vt obstetrices statim nato puero nihil diligentius curent, quām infantuli caput tenerum, palmis, digitorum complexu complicatis, ad strictum producere, & fascijs colligatum, donec solidius fiat, conseruare.

## F O R M A P I L E I .

**A**ntiqua verò forma pilei est, quam Lucianus in Dipsade describit, dimidiū quippe corticis alicuiusoui. Nam apud Garamantas ex struthiorum ouis singulis in æquas partes dissectis, bini fiunt pilei. Tanta ibi est eiusoui magnitudo, eoq; capitis tegumento populi illi sibi plurimū applaudunt. Ea porrò pilei figura est in numo, quem Imper. Gordianus Pius Fel. Aug. cusit, cum signo ab altera parte, cuius læua hastæ toto cubito surrecto innititur, dextera pileum ea qua dictum est forma prætendit: inscriptio, LIBERTAS AVG. Non negarim tamen in aliquot monumentis, vbi signa maiora sunt, extremum pilei marginem paululum sursum versus inflecti, vt in statuis aliquot obseruauimus, præ fertimq; Mercurij. Sed & numismata pleraq; eam penè speciem ostendunt. Variatum autem apud has & illas nationes, vt alij marginē dilatarint, tam pluuijs amoliendis, quām sereno vmbbris captandis: alij cauā partem presserint, alij altè sustulerint, eamq; acuminatā alij produixerint, alij planam esse maluerint. Nec tamen nescius sum pilea apud Romanos ex lacernis cæsis consuī solita, quod & apud Papinium & Martialem habetur: quem morem longo antiquatum tempore, nostra ætas reuocauit, pileaq; elegantiissima ex consutis panni frustulis quatuor, tam ad ornatum capitis, quām etiam ad vmbellæ vsum fecit: non ea tamen oui singula dimidiū speciem referētia, sed quatuor veluti costis ad quatuor instar mundi cardinum assurgentibus diuisa, ita tamen vt quarta desideat in pli cam, quasi polum describat, quem

*Sub pedibus Styx atra videt manesq; profundi:  
argumento, nos cceli semper memores esse debere, cuius figura quadam capita contegamus. Sacerdotes verò hoc plurimū vtuntur capitis tegumento.*

D E

## A DE INDUMENTIS.



Vantum verò ad reliqua pertinet indumenta, cùm multi materiam eam pertractarint, nobis non est consilium singula recensere, sed pauca admodum quæ vel remotiora, vel ab alijs diuersa videbuntur, & aliquid sapient hieroglyphicum.

## R O M A N V S.

**M**issam itaq; faciemus togam, cuius figuram Quintilianus satis explicauit, cùm nulli non innotuerit per eam ita Romanum ciuem indicari, quemadmodum per pallium Græcum hominem. Vnde Latinæ Comœdiæ, in quas scilicet Latinæ personæ inducuntur, togatæ vocitantur: palliatæ verò, quæ per Græcas personas aguntur. Sed hoc Virgilius explicauit, cùm dixit:

*Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.*

## C I V I L I S.

**A**t eum quidem Romanum per togam intelligebant, qui ciuilia negotia tractaret: siue, vt diceret Horatius, ciuilibus vndis mergeretur. Vnde Marcellus: Toga rara, mens quieta. Nam Marcellus vestimentum eam esse tradit, quo amicimur in foro negotiaturi. Cæterum toga non solùm viri, sed etiam fœminæ vtebantur. Varro de vita populi Romani, vt apud eundem citatur, de togis loquens: Antè enim olim fuit commune vestimentum, & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile. Hinc apud Propertium legas:

*Sine togis illam fulgentem incedere Cois.*

Tertullianus cùm notaretur, quòd indumenta Romana fastidiret, pallioq; potius vir tantus vteretur homo minimè ambitiosus, causam tuetur suam, evitare que se eo habitu & impensam & incommode respondet, cùm toga vestis sit admodum onerosa. ait enim: Conscientiam deniq; tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum, an' ne onustum: habere vestem, an baiulare?

## P A X.

**Q**uoniam verò ea quæ domi fieret reipublicæ administratio, vel ciuilis vitæ negotiatio, longè diuersa videretur à bellicis negotijs, inde factum vt pro pace nonnunquam toga acciperetur, quippe cùm de ea vitæ ratione dicatur, quæ pertinet ad forensia.

## B E L L V M.

**S**ed sagum cùm militare omnino sit indumentum, cuius scilicet usus expeditorem ad itinera & negotia hominem reddit, pro bello poni solitum. Ita arma togæ opponuntur, de quo celebre illud Ciceronis dictum: Cedant arma togæ. Nam ad hunc usque diem nationes pleræq; præserit Galli, viros militiæ deditos breuis indumenti vocabulo designant, cùm sacerdotes, legum professores, ac negotijs ciuilibus deditos, longæ vestis nuncupatione describant, ita duplex hominum genus distinguentes, quemadmodum veteres per togam & sagum varia hominum studia significabant. Facit ad hoc Tullianū illud ad Cæsarem iuniorem lib. Epistolarū primo: Pridie nonas Febr. cùm ad te literas manè dedissem, descendì ad forum togatus, cùm reliqui consulares sagati vellent descendere. In Canone autem illo, vt hoc καὶ πάρεπον, non importunè tamen inferramus, qui apud Maffæos Romæ habetur, De Militum Romanorum ordinibus, nūcupationibus, vexillis, & gestaminibus, ad Theodosium & Valentiniatum inscripto, lata de thoracomacho indumento laneo Libycis pellibus coo-

## Pierii Val. Vestimenta.

perto mentio est. Sed vsitatissemper fuit corij vsus in militaribus tegumentis. Hinc apud Maronem nonnulli

Lupi de pelle galeros

Tegmen habent capiti: vestigia nuda sinistri

Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

P L E B E C V L A.

**T**Vnica autem, plebeculæ signum erat, eaçq; etiam serui vtebantur. Vulgatisimū enim est, per tunicatum, aliquem ex Romana plebe significari. Vnde Horatius:

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Quæ verò esset tunicæ species, Nonius explicauit, cùm sine manicis eam esse dixit: & plurimū talarem sine manicis esse ostendit, indumentum aptum ad opera facienda: eaçq; gens otij propemodum nescia erat. Hinc Virgilius vulgo gratulaturus, manicatos irridet, vt pote minus idoneos qui bella, negotiā ve, aut artes vllas tractent. Numanum enim Latinum hominem sui generis strenuitatem iactantem, & imbelliam Phrygibus obiectantem, ita loquentem inducit:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitrae.

E

I L I T H Y I A.

**S**ed vt antiquiora repetamus, Atheniensium institutum fuisse Pausanias tradidit, vt llithyiae simulachra ad imos vscq; pedes congerentur. In diuinis verò literis tum tunica, tum color eius hieroglyphicè consideratur. Pontifex enim præter interiore tunicam, quæ fit ex lino, materia quippe terrestri, podere etiam vel hypodyti dicamus hyacinthino in duebatur. Cœlestis enim color, dubio procul est hyacinthinus, monimentoq; est cœlestia demū meditanda, cœlestia tractanda, cœlestia discutienda, totamq; mentis agitationem circa ea quæ cœli sunt exercendam. Sunt verò interpretes qui non hypodytin, sed epandytin edidere, quod indumentum signat quod superinducitur: nimirum enim hypodytis interior est tunica, quæ primā nostram indicat generationem, vt apud Hierosolymitanū Hesychium. Alij exponunt, quia hominem ostendit interiore: alij tunicam huiusmodi iustitiam interpretantur.

D E P O D E R E.

**E**st autem poderes, vt Eucherius, sacerdotalis linteal corpori penitus adstri. Fæta, eademq; talaris, ἀπὸ ποδῶν appellata ποδίης, quæ & subacula dicit. Per hanc igitur, quippe quæ vestimentis alijs subiiciebatur, doctrinam sacratorem intelligi veteres theologi tradiderunt. Exodo: Et fecerunt vestimentum podes sub vmbone, opus textile, totum hyacinthinum.

P V D I C I T I A.

**Q**uod verò in numis & monumentis aliis antiquis velatae nonnunquam facies obseruantur cum inscriptione P V D I C I T I A, non tam ob flammeū, quo nouæ nuptæ faciē obnubere solite sunt, cùm ad virū traducerentur, vnde ilis nuptiarū nomē, q; ob historiā institutū crediderim vt ita fieret. Ab Icaro enim Penelopes patre simulachrū eiusmodi dedicatū Pudori ferunt, Græciq; historiā super hac re huiusmodi cōscripsere. Cùm Icarius ab Vlyssse frustra contendisset, vt Lacedæmonie habitare mallet, id demum filiæ persuadere conatus est, cumq; acrius instaret, ne se desereret, Vlysses iussit vt ea sponte sequeret, aut cū patre, si grauaretur, Lacedæmonia rediret: Penelope obiecta facie, nihil quicquā respondebat: quare pater intellecta filiæ sententia, eam dimisit, & in facti monumentū,

eo

A eo loco Pudoris simulachrum erexit, quod in Laconia spectabatur. In numo, cuius inscriptio est, S A B I N A A V G V S T A H A D R I A N I A V G . ab altera parte dea sedens velo faciem cooperta, digito dexteræ indice ad iugulum admoto, conspicitur: cuius inscriptio est, P V D I C I T I A . In alio Herenniæ muliebre sigillum sedens cum conto in lœuam vlnam iacente, dextera velum ante faciem obducit: inscriptio est, P V D I C I T I A A V G . In eo quoq; , cuius literæ ab una parte sunt, M A R C I A O T A C I L . S E V E R A A V G . ab altera sigillum est, quod velum in faciem prætendit, cū simili inscriptione, P V D I C I T I A A V G . In altero eiusdem Otacillæ cū eadem inscriptione & specie, quæ velum eodem modo prætendit, lœua radium tenet: sed nomen ita scriptum est, M A R T I A O T A C I L . S E V E R . A V G . cūm in altero M A R C I A per C literam in ordine quarta, habeatur: quod quidem ostendit, eo quoque tempore eandem fuisse pronunciationem literæ T, quæ nunc est, cūm post I vocalis altera subsequitur. Quamvis ætate nostra fuerint publici non postremi nominis professores, qui longè aliter sentirent, blesitatemq; eam in T litera suapte vi sonora, peruvicabat abhorruerint. Sedenim puto ego variatum in numis, quia alijs Marciæ nomen à Marco, alijs à Marte deductum existimarint. Sed ut ad flammeum redeamus, quo noua nupta olim cooperta ducebatur ad virum, crocei coloris id plurimum fuisse comperio, ut apud Maronem, Cyri:

*Ut tibi Corycio glomerarem flammae luto.*

Idem alibi pro maximo negocio habet, venerabile matronalis ornatus donum celebrare,

*Circumtextum (quippe) croceo velamen acantho:  
Ornatus Argiæ Helenæ, quos illa Mycenis  
Pergama cùm peteret: inconceßib; hymenæos  
Extulerat, matris Ledæ venerabile donum.*

Neq; satis semel hoc dixisse, sed paulò post mirari Tyrios ait,

*Pallamq; & pictum croceo velamen acantho.*

Hoc illud est quod Cyprianus ait, continentiam & pudicitiam non in sola carnis integritate consistere, sed etiam in cultus & ornatus honore pariter & pudore. Solicitus admodum in hac re Tertullianus mihi videtur, qui non solum velamen huiusmodi armaturam pudoris vocat, verecundiæ vallum, sexus fœminei murum, qui nec suos emittat oculos, nec admittat alienos, verum etiam modum præscribit, ad quem velaminis istius forma produci debeat: Quantum, inquit, resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cervices quoque ambientur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberri debet. Velamen iugum illarum est. Denique bonum esse ait, ut mulier usque ad lumbos à capite veletur. Iudicabunt nos, addit, Arabiæ fœminæ ethnicæ, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contentæ sint dimidiæ frui lucem, quam totam faciem prostituere: mauult enim fœmina videre quam videri. Nam & qui flammeum describunt, vestem alijs, tegmen alijs esse dicunt, quo matronæ capita tegebant: dictumq; volunt à Flaminica, quæ vxor Flaminis erat, boni omnis causa, quippe cui usque adeò iniuncta erat pudicitia, ut vni illi diuortium fare non liceret. Sanctissimumque præceptum est apud Christianos fœminis, ait Adamantius ex Paulo, ut cūm orant, habeant velamen supra caput, pro-

# Pierii Val. Vestimenta.

pter angelos, qui sanctis assistunt, & in Ecclesiis versari delectantur: quos quidem nos, qui sumus peccatorū sordibus inquinati, videre nequaquam possumus. D

## A L B A T Ā.

**I**psí verò colores etiam hieroglyphicum quid sapere videntur. Nam flamen, ut Varro tradit, cùm Ioui sacra ferebat, totus albatus erat, & pileum etiam gestabat album. Magi sanè in Perside dicebant, Deum ipsum non delectari nisi in albis vestibus: quod ego ex Salomone desumptū crediderim, qui dum morum candorem, & animi puritatem persuadere intendit, In omni tempore, inquit, candida sint vestimenta tua, vt pote qui ætatem nullam, officiū nullum, nullum otium & negotium toto vitæ tempore synceritate & innocentia vacuū esse debere præcipiat: ita enim sacræ literæ vestimenta accipere consuerunt: ita veterem hominem exuere admonemur: ita qui nuptiali ueste nō ornatus, conviuio nuptiali Regis discumbere ausus erat, ad cruciatum in vincula coniicitur.

## V E S T A L E S   V I R G I N E S.

**Q**uæ verò suffibulo amictæ sacrificabant, virgines Vestales erant. Fuit verò suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, E quod illæ in capite sacrificantes habebant, idq; sub mento fibula comprehendendi solebat, vnde nomen. Eadem penè specie qua suffibulum erat, Romanae matronæ nunc vtuntur, cùm domo exeunt, pudicitiæ simul & pietatis, quæ duo in illic egregiè vigent, indicia & vera & manifesta.

## L I B E R T A S.

**L**ibertos manumissione accepta, alba ueste decorari solitos id ostēdit, quod apud Tertullianum legitur de famulo libertate mutato. Atqui & uestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine ac tribu mensaq; honoratur. & alibi talia, vt aduersus Marcionem libro quinto: Et sacræ tinturæ candidatis mos fuit albam uestem induere, de quibus eleganter Pontius Paulinus:

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos

Infantes niueos corpore, corde, habitu.

Necq; minus luculenter Fortunatus:

Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,

Atq; vetus vitium purgat in amne nouo.

Fulgentes animas uestis quoq; candida signat,

Et grege de niueo gaudia pastor habet.

Et quoniā per hebdomadā Paschatis vnā tingi plures consuerūt, ea de causa feriæ illæ, quæ ad hoc omnes institutæ sunt, & quæ subsequitur hebdomada, In aliis adhuc appellatur. Erat verò signum quoddam manumissionis, de quo supra dictum.

## M O D E S T I A.

**E**rat & modestiæ signum alba uestis, animiç; qui præsentibus æquus, nihil ulterius tentare videatur: vtī purpura ambitionis, animiç; sublimis & vasti, amplitudinis, magistratusç; summi. Sanè cùm apud Alexandrum quidam Antipatri parsimoniam atq; modestiam commendaret: Foris, inquit Alexander, albo vtitur pallio, intus verò totus est purpureus: fictam notans in homine ambitiosissimo, qui maxima quæç; appeteret, parsimoniam.

## L E G E S ,   V E T V S   E T   N O V A .

**S**ed vt ad nostra redeamus, Canticorū cantico legitur, Fratruelis meus albus & rubicundus: quo loco diuinarū literarum interpretes, per colorem albū, legem veterem intelligūt, per rubicundum, prædicationem Euangelij: vtrunq; autem

**A** autem in Christo: ipsius est enim Lex, ipsius Euangeliū. Sanè vbi Leuitico de cicatricibus agitur, albam aiunt cicatricem Legis transgressionem significare. Ita illa omnia hieroglyphicè sunt intelligenda.

## D E S T O L A.

**S**TOLAM apud veteres invenias matronalis pudicitiae signum: de qua Tertullianus plura. Ouidius amoris & impudicitiae præcepta datus, quò se tamen verecundum assimularet, ait:

*Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,  
Quæq; tegis medios instita longa pedes.*

## B A P T I S M V S.

**E**VANGELIJ verò locum, Citò proferte stolam primam pro iuuene perditō, qui redierat in viam: veteres aliquot Theologi accipiunt pro baptismo, ut apud Eucherium. Suprà verò exeuntibus à baptismatis tinctura, vestem albam parari ostendimus.

## D E A T R A T I S.

## S A C E R D O T E S Æ G Y P T I I.

**B**Ontra verò nostrorū mores, sacerdotes Ægyptij, cùm supplicabāt, nigris vtebantur vestibus: neq; alias quām nigras vestes eum deceare arbitrabantur, qui diis preces allegaret: quippe vt terram ipsam supplicare significant, ex qua mortales conformati sumus. Ea verò apud ipsos nigra figurabatur.

## C E R E S E T F A L A C R A L I S F L A M E N.

**E**T Cereri nigra vestis apud Arcadas induebatur. Et Falacralis flamen nigro vtebatur pileo: erat enim Plutonis, cui cùm immolabant, vestibus vtebātur nigris, quem colorem aiunt inferis diis dedicatum. Et lugentium vestis maximè nigra erat, vnde eas Varro anthracinas vocat, quasi carbonarias velit dicere. *αἰλεχνος* enim Græcè, Latinè carbones appellantur.

## Æ R V M N O S V S.

**A**PUD Hebræos luctus supremæq; mœstitiæ indicium vestis erat saccus, & saceum appellata, humilis illa quidem, abiectæ vilitatis, & informis: quæ quidem induta calamitate in, qua quis oppressus esset, indicabat: consissa verò lætitiam. Genesi: ἦτι λακόθ σακίοντα πατέσθε τούτη την πεπάνη βαρύνειν απέγειον. Jacob autem saccum indutus, magnitudineq; mceroris oppressus, humili assedit. Sunt qui cilium interpretentur. Sed & Græci sacci vocabulum usurpant. Vt cunque, vestem huiusmodi induere consuerant, cùm in ærumnas, quæ omnem superarent consolationem, incidissent, qua demum leuati saccum discindebant. Vnde Psalmo XXV legas: Ego autem cùm mihi molesti essent induabar sacco, & macerabam ieunio animam meam. Eodem autem significato color niger luctum, & quam Theologi nostri facti pœnitentiam vocant, indicare plerisq; locis manifestum. Nam atratas in luctu vestire, à rerum primordio ad hoc usq; tempus vnanimi omnium consensu factum. Tum illud Leuitico celebratur, Si non capillus niger fuerit: quod exponunt, si nullum pœnitentiæ signum per lachrymas dederit, aut aliquem omnino micerorem præse tulerit.

## M A P P A.

**E**T mappa veli genus, quod mensis insternimus, quoq; abstergendis manibus vtimur, hieroglyphicum suum adepta est: siquidem ea signum erat in

Cc iii

## Pierii Val. Vestimenta.

Iudis, quo equi de carceribus excitati cursum arripiebant; mittebat enim prætor D eam cùm signum daret, quod nūc clangore tubarum significatur: de quo apud Martialem habes:

*Cretatam prætor cùm vellet mittere mappam.*

Nero libertos suos id facere voluit, quod tāto apud veteres honori ducebatur. Nam apud Liuiū legas V I I I ab Vrbe cond. L. Plautio prætore graui morbo detento, Dictatorem creatū fuisse, qui iudis Romanis signum daret quadrigis emittendis: qui eo ministerio functus, Dictatura se abdicauit. Hodie quoq; mi lane, Romē munus id ad ornatisimos viros desertur. Nam, vt nō ignoras, Angelus Cæsius Aduocatorū facile princeps, & Cardinalis pater, & nobilissimus vir Petrus Melinus, tam eruditione, quam domestica celebritate insignis, duo s. p. q. Romani Cancellarij (is enim titulus apud omnes Europæ Principes inter honoratores hodie celebratur) inter alia præfecturæ tam præclaræ munera, cursorum in stadio emittendorum etiam negocio præficiuntur.

P A L V D A M E N T V M.

**T**ribunum, vel præfectū, aut præsidem aliquem ex habitu significare qui volebant, imaginem eius paludamento insignem faciebant. Erat enim paludamentum vestis militaris, quo Duces, Tribuniq; & præfecti ad id munus electi, cùm in provinciam proficisciabantur, vti consuerunt, indeq; Paludati dicebantur, quemadmodum milites præcincti. Paludamentum Nonius chlamydem mox appellatam dicit: sed id quoque antiquum nomen. Sedenim omnia militaria ornamenta, paludamenta dicebātur. Vnde Verrio libris auguralibus, Paludati, armati ornatiq; sunt.

R V B I C V N D A.

**R**Vbicunda vestis, tunica vel pallium deprompta, pugnæ acieive committebant hieroglyphicum apud Romanos habebatur: de quo in Marcello, & in Pompeio, & in M. Bruto, Plutarchus.

L Æ N A.

**E**T læna vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta inducebatur: de qua Maro:

*Tyriq; ardebat murice lana.*

Id vocabuli à Græcis dubio procul mutuo sumptum, qui genus id indumenti Fæduras, dicunt.

V E R S I C O L O R I S.

**V**Erscoloris vestis adolescentiæ hieroglyphicum est. Eaq; de causa veteres Comici adolescentis personam versicolori veste induitam, in scenam inducebant, vt scilicet ingenij volubilitatem, cupiditatūque varietatem, in ea æta te præcipuam commonstrarent. In Iosippo verò puero per versicolorem vestem, doctrinarum & virtutum copiam, quæ iam ex eius indole concipiebatur, intelligit Adamantius. Quòd verò lex nostra præcipit, vestem ex duobus textis non induendam, eò respicit, quòd minimè debeas Christum adorare simul & dæmonas: id enim est abominabile vestimentum. Non vult enim hominem semel Deo dicatum, diabolicis sese immiscere negocjs, neque simul orationibus incantationibusque vacare, & huiusmodi alia quæ in spiritus contumeliam quotidie fiunt. Neque vetat hoc lex in textis tantum, verū etiam diuersi generis animalia commisceri prohibet, circumcisionem quippe, atque baptismum, vt ait Hesychius, non esse commiscendos.

L I N;

A

## L I N T E A.

**L**Intea vestis alba supra cæteras vestes inducta, puellaris ætatis indicium fuit, quod eo genere amiculi apud veteres pueræ ante duodecimum annum vtebantur. Hinc illud apud Afranium citatur: Puella non sum, supparo si induta sum. Vult verò Nonius supparum linteum esse femorale, vsq; ad talos pendens, dictum q; subtus appareat. Sunt etiam pueriles vestes ex Varronis iussu, chlamydes, encobomata, ac parnacides, quas iubet vt pueræ habeant, potius quam togas. Vtcūq; lōga vestis omnino sceminea est, aut citharædica; de qua Maro,

*Necnon Thraicius longa cum ueste sacerdos*

*Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Ita Propertius libro II: *Pythius in longa carmina ueste sonat.*

## F I D E S L V B R I C A.

**N**onianū verò supparū adducit in memoriam mihi linteum alterū, quo mulieres hodie passim vtunē domi. Id infra thoracē accingit, & ad pedes vsq; propendet, anterioresq; tantum partes velat: vulgo nō impropriè gremialia vocantur. Habet hoc vestimenti genus hieroglyphicū suum. Nam & proverbium est, Nec mulieri, nec gremio credi oportere, q; & illa incerti & leuis animi sit, & in gremio posita plerunq; cū in obliuionē venere, illis temerè surgentibus, prōcidunt.

## F I D E I C R E D I T V M.

**S**inum hunc Latini mihi videntur appellasse, quamvis eius locutionis latè patet vsus, præsertimq; vbi potestatem aut quid fidei creditum significat, vt altero & vigesimo Pandect. lib. Tit. III. Scæuola: Titio C. do, lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non caui, quod omnes fortunas, & substantiam, si quam à matre susceperebat, in sinu meo habui, sine vlla cautione.

## P R A E T E X T A.

**P**raetextam nonnulli putant togam fuisse, quæ ad talos vsq; produceretur, dictam quod in ea purpura prætexeretur. Per eam honorem intelligebant, qui esset cuiquam habitus: honestorum enim prætexta erat, ait Pædianus, toga viliorum. Alij nominis hoc purpuream quandam fasciā valde latam intelligunt, quæ tamen multipliciter plicata in angustū contraheretur, atq; ita supra alia vestimenta nunc ab humeris, nunc à pectore in fasciæ modū circunduceretur, nūc eius capita vtrinq; ab humeris in pectus demitterentur: cuius generis amicula Romæ plerisq; antiquorum statuis inducta conspicias. Et in Veneta nobilitate qui togati incedunt, eo omnes amiculi genere vtuntur, eo excepto, quod purpurea apud eos in vsu non est, sed ex nigro panno plurimū. Purpura enim non nisi magistratibus conceditur, hisq; insignioribus. Nuptialibus quoq; & cùm primi honores, quos procuratorios vocant, alicui deferuntur (sunt verò hi sacrarum largitionum præfecti) tunc consanguineis & cognatis & affinibus licet per aliquot dies vti purpura in lætitiae gratulationisq; significatum. Sed admonet me color purpureus, vt quid in diuinis literis manus coccino præligata sibi velet, exponam: Zaræ manus inquā ludæ filij, quæ se de matris vtero porrexit: nulli enim dubium, esse id hieroglyphicum, per quod theologi, vt apud Irenæū est, Iudaicum populum simplicibus legis operibus & circumcisionis sanguine insiginem, qui prius apparuerit, seq; mox retraxerit, loco alteri fratri, qui & ipse in vtero matris erat, dato interpretantur: & per Pharea Christianos, qui secundo loco cogniti hereditatis primigeniæ messem abstulerint. Sed vt Romam repetamus, antiquissimū apud Rom. quoq; fuit, vt magistratus prætexta vterentur.

## Pierii Val. Vestimenta.

Nonius quoq; ait prætextam insigne Romanum esse, quod supra tunicas hono- D  
rati quiq; sumerent. Et prætextatæ fabulæ dicebantur, vt apud Festum legas,  
quæ res gestas Romanorū continebant, in quibus scilicet Imperatorum nego-  
tia agebantur, Regesq; Romani vel Duces inducebantur.

### PALMATA, ET TOGA PICTA.

IOuis quoq; imago toga prætexta insignis dedicabatur, cui & palmatam tu-  
nicam, & togam pictam adiiciebant, quo habitu triumphales etiam viri con-  
spicui incedebant, vt apud Liuium legere est lib. x. Et apud Iuuenalem trium-  
phantem vides in tunica Iouis superbire.

### P V D O R.

QVANTUM VERÒ PERTINET AD PUEROS, PRÆCIPUUM PRÆTEXTÆ SIGNIFICATUM FUIT,  
VT PUDOREM INDICARET, QUEM SCILICET ÆTAS EA, QVÆ PRÆTEXTATA DICEBATUS, SIBI  
PROPONERE DEBERET: EIUSQ; REI INDICUM ESSE PURPUREUM COLOREM, Vnde ADMO-  
NERENTUR VERECUNDIAM IN DICTIS FACTISQ; OMNIBUS AMANDAM. QUÒD SI NUPTIALI-  
BUS, DE QUIBUS APUD CATULLUM, AD ALIQUA PETULANTIUS DICENDA ADHIBERENTUR,  
QUÒD ID FACERE LICERET PRÆTEXTÆ IURE MINIMÈ VIOLATO, EAM IN ID TEMPUS ABÍCIE-  
BANT. HINC PRO LASCIPIO SERMONE ATQ; LICENTIOSO, ALIQUI PRÆTEXTATUM DIXERE. Sunt E  
VERÒ HÆC QUÆ TANGIT SENeca, Medea:

Festa dicax fundat convitia Fesceninus. Ita Catullus:

Nec diu taceat procax Fescenia locutio.

Ea verò qualis sit, ad multos qui subsequuntur versus explicatur.

### M A N I P U L A R I S.

CALIGA QUOC; SUUM HABUIT HIEROGLYPHICUM, VT SCILICET EIUS ORDINIS MILITEM  
INDICARET, QUI MANIPULARIBUS PRÆFECTUS ESSET: EO ENIM CALCIAMENTI GENERE  
VTEBANTUR. SUBIECTI ERANT HI CENTURIONIBUS, & CALIGATI DICEBANTUR, Vnde APUD  
TRANQUILLUM LEGAS DE AUGUSTI FACILITATE, QUI VALLARES MURALESQ; CORONAS SÆPE  
ETIAM CALIGATIS TRIBUERIT. INTER HOS INFIMÆ NOTÆ MILITES QVIA & ENUTRITUS, & AS-  
SIDUÈ VERSATUS ERAT C. CÆSAR, QUI TIBERIO SUCCESSIT IN IMPERIO, AB EO CALCIAMENTI  
GENERE CALIGULA VOCITATUS EST. QUI VERÒ ESSET MANIPULARIS ORDO, & QUO MILI-  
TUM NUMERO CONSTARET, QUOC; SIGNO TURMA HUIUSMODI COGNOSCERETUR, MINIMÈ  
DISSIMULANDUM. APUD LIUUM ENIM NUMERUS XXX MILITUM SUB MANIPULO CO-  
GEBATUR, VNO QUIPPE VEXILLO. MANIPULUS VERÒ PRÆCIPUÈ DICITUR FASCICULUS ALI-  
CUIUS REI, QVIA MANU CAPITUR. ROMULUM QUIPPE AIUNT MANIPULOS SCENI PRO VE-  
XILLIS HABUISSÆ, QUÒD REPENTINO TUMULTU EXCITATUS ID SIGNI GENUS PRÆTULERIT, RECQ;  
BENE GESTA, BONI INDE OMNIS CAUSA MANIPULOS INSTITUISSE.

### P E N V L A.

Penula militaris vestis, quam ccelo pluvio gestare consuerant, quam Hora-  
tius solstitio nihil prodesse dicit, Tribunitia potestatis insigne fuit. Hadria-  
no autem Tribuno facto, Imperij omen fuisse penulas amissas, quas Tribuni ge-  
stare soliti pluviæ tempore, Imperatores verò nunquam, ait Spartanus. Pote-  
stas verò Tribunitia, quia sacrosancta erat, ab Imperatoribus usurpari solita, vt  
quæ maxima esset pars Regalis imperij, vt apud Vopiscum est.

### Z O N A.

VIRGINITATEM PER ZONAM SIGNIFICARE TAM GRÆCORŪ & LATINORŪ EST, QUAM ETIĀ  
HEBREORŪ. TRÆZENIORŪ AUTEM VIRGINES ZONĀ PALLADI APATURIÆ ANTE NU-  
PTIAS DEDICABAT, SICUTI CRINES HIPPOLYTO, CUI DIOMEDES TEMPLŪ EXCITARAT, QUÒD  
AURIGAM IN CCELLO POSITUM HIPPOLYTUM CREDERENT, AUTOR PAUSANIAS. SED NOS AD  
ZONAM

**A** zonam. Deniqp plerisqp locis diuinæ literæ zonam pro fortitudinis hieroglyphi co ponunt, eaçp Pontificem sacra facturum præcingi iubent. Sed quod variari cum opere plumatili præcipitur, non recte nonnulli pro plumatili topiario substituendum putant: multa enim adhuc huius antiquitatis vestigia extant, ab extremis præcipue noui orbis nuper inventis partibus allata, vbi tam indumenta, quam gestamina, scuta etiamnum, & diuersi generis vasa pleraçp omnia, psittacorum, & phœnicopterum, & asiarum pictarū auium plumulis intextūt, ope tam venustè variato, vt nihil delectabilius possit oculis offerri. Nam quod superius dicebamus hāc pro fortitudine ponit, cinctus ipse apud Romanos strenuum significat, vti discinctus imbellem, & ignauum, ac nihil hominem notat. Tertulliano zona tormentum est. Hilario, efficax in omne opus bonum apparatus, vt ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo simus accincti.

## V I N C U L A I V G A L I A.

**I** Vgalia verò vincula quæ sunt, apud poëtas omnes vulgata sunt. Noua sanè inupta cingulo præcingebatur ex lana ouilla facto, quod vir prima nocte, in **B** Deæ virginalis honorem, sponsæ accubans in lecto soluebat. Vnde Homerus, λυτέ δε προτίλω ζώνων. Et apud Ouidium:

*Castaque fallaci zona recincta manu.*

Eoçp spectat Catullianum illud:

*Qui zonam soluit diu ligatam.*

Indicabat verò hieroglyphicum hoc, vt sicut illa in glomos sublata cōiuncta inter se est, sic vir suus secū cinctus iunctusçp esset. Cingulumqp hoc Herculaneo nodo vinclum, vir ominis gratia soluebat, vt sic & ipse in libris suscipiendis felix esset, quemadmodū Hercules fuit, qui liberos septuaginta reliquissे fertur.

## P V E R P E R I V M.

**Q**uin etiam zonæ solutio puerperij fuit hieroglyphicum: olim siquidem soluere zonam dicebantur, quæ primò pariebant; eaçp de causa leuatæ partu mulieres, zonam Dianæ dicabant. Vnde fanum Soluizoniæ Dianæ Athenis fuit, de quo apud Apollonium Argonauticis.

## T E M P E R A N T I A.

**C**habent & diuinæ literæ hieroglyphicum quod per zonam cingulumve significant, præcipue verò temperantiam & moderationem, qua fluxæ animorum cupiditates coërcentur, luxuriantia compescuntur, et modus deniqp imponitur rebus, vt quinto supra quadragesimum Psalmo legas, Regis filiam in cingulis aureis conspicuam, quod alij in fimbriis transtulere. Apostolus tamen præcincti circa lumbos zonis aureis dixit, quod pro cordis munditia nonnulli interpretantur: alij vestem auro contextam simpliciter accepere. Verum Euthymius zonam agnoscit, & pro temperantia atçp modestia, quæ concupiscibilem animæ partem coërcet, interpretatur, non hoc dicturus, si vestem simpliciter agnouisset. quanquam & fimbriarum non respuit ornatum, & virtutum inde multiplicitatem non auersatur.

## D E P E R A.



Osita zona, visum est καὶ πάσης & perā apponere: nam & zona ipsa sâpe pera est, vt apud Horatium:

*Ibit eò quovis qui zonam perdidit.*

Hęc tam apud Græcos quam apud Hebræos hieroglyphicū habet

# Pierii Val. Vestimenta.

id, quod pro cura & solicitudine victus accipitur: vnde theologi transferunt ad D impedimenta humanæ vitæ, quæ animum alioqui paratum ad disciplinas interturbant. Græci super hoc dicunt, Diogenes cui pera penus, cui scilicet minima harum rerum cura. Euangelium quoque, Non peram in via, cùm nec quidem sollicitos esse de crastino imperauerit Dominus. Eodem facit & sacculus, quem habere non licet: hoc est, in hac peregrinatione minimè thesaurizandum esse. Quod ibi apertius: Facite vobis sacculos qui non veterascunt.

## H I E R E M I A E C I N G V L V M.

E Iusmodi est & cinguli significatum, quod ex lino factum, eoq; cingere se iussus est Hieremias. Quod quidem ut manifestius intelligatur, exigit locus ut de lino quedam altius repetamus. Linum enim ex terra nascitur, satumq; prius in gramen pullulat, mox ut flore lasciuierit, vellitur, aqua immersum maceratur, exiccatum mox frangitur, & quoquoversum perdomatur, inde peccatur, atq; netur, neq; tamen prius, quām feruenti mordaciq; subinde lixiuio purgatum sit, effectumq; candidum, texitur, ut vēstes inde consuantur, quas indui ante faciem Domini preces allegemus. Hęc omnia nobis diligenter inspicienda sunt, huiusmodiq; segetis herbæ' ve cura ante oculos proponenda, quip E pe quæ probatoris castigatiorisq; vitæ scenam quandam pingere videatur. Si quidem nos ē terra geniti, luxuriare ineptiis statim incipimus: magistra igitur disciplina auellendi à terra sumus, & lachrymarum aqua macerādi, ad sacerdotalem Solem mox exponendi, laboribus inde & perperam factorum pœnitentia domādi, inde per omnes conscientię scrupulos quām diligentissimè peccandi, ut ita sordes excutiantur omnes, nihilq; relinquatur, quod in filo vitæ producendo possit officere: quod quidem filum longa bonorum operum continuatione nendum est, mordaciq; subinde lixiuio dealbandum, ut eluto ita tetro illo colore, quem à terrena contraxeramus origine, candidissimū nobis amiculum, puta cingulum contexamus, quod tamen ad Euphratem minimè defodiamus, ne ibi computrescat, inutileq; reddatur, hoc est, Assyriorum & Babyloniorum moribus corrumpamur, sed eo & integro & nitido custodito, clericos, qui verēsint per sortem electi, profiteamur. Atq; hęc est super sacerdotum amictu ratio nulla non hora repetenda. In vniuersum autem linteas vestes sacerdotib; attributas habilitatem significare veteres pleric; Theologi dixerūt. Inde linteas F tunica iustitiam, femoralia identidem linta castitatem ostendunt: nempe id inuenentes, quòd veluti linum res est admodum parabilis, ita virtutes, modò eas appetierimus, minimo negotio comparantur.

## P V R I T A S.

H Erodotus, ut Gentes quoq; nobiscum in puritate vitæ sentire cōmonstre mus, nefas ait apud Aegyptios laneas vestes in ædes sacras inferre, proindeq; linteis vsos: de quibus ita Martialis,

*Linigeri fugiunt calui, sistrataq; turba, Inter adorantes cùm stetit Hermogenes.*

Vnde apud Tertullianū de Christo: Cùm linteo circustringitur, propria Osiris veste. At Plutarchus libro de Iside & Osiride, cur eorū sacerdotes linteis tantum vestibus vterentur, vnicam eam esse causam existimat, quòd immortalibus diis omnia pura mundaq; conveniant: nō enim esse fas, Platone teste, pura deorum numina impuris & contaminatis rebus colī: quare cùm linum iis quas superius recitauimus causis maximè purum fiat, sitq; ad eluendum expeditissimū, sacrificis Deūm cultoribus ante omnia congruere censuerunt. De nigris vero vestibus

A vestibus, quas tunc induerent cùm Deos precibus placare instituissent, superius dictum est.

## F A T V M.

**A**Ddemus & illud, receptissimū apud poëtas esse lina pro fato ponere, quod nescio quid sapit hieroglyphicū. Nam vt Parcarum stamina prætereamus, quæc super his alibi dicenda sunt, cur linum pro fato poëtæ ponat, causam affert interpretes Theocriti, quia scilicet terræ fœtus est linum, quemadmodum etiam mortales: idc abruptum, significat hominem rursum ad terram redire.

## C A S T I M O N I A.

**S**ed vt ad vitæ redeamus integritatem, moresq; castos, nihil aliud sibi diuina nostrorū monumenta volunt, dum sacerdotalia memorant indumenta, qui bus Campestre adnumerant, quod alij femoralia dixerūt, nisi vt hinc castitatem etiam nos assumere commonerent, indumentum quippe quo pudenda cooperiamus, & renes etiam constringamus: eo enim sacerdos præcingi iubetur, in holocausti faciendi lege, hoc est, vt Cyrillus interpretatur, fluxæ libidinis luxuriam castitatis cingulo coercere. Sacerdos enim qui sacris assistit altaribus, id

**B** præcipue curare debet, vt castus & intaminatus operetur.

## P R O F E C T V S   O R A T I O N I S.

**T**Ametsi Origenes sublimiore quadam cōtemplatione raptus, cùm octo ponantur, Exodo, sacerdotis indumenta, cur Leuitico septē tantū recenseātur, inquirit, hoc scilicet Campestri posthabito: eoq; rem deducit, vt veluti de Mercurio nationes reliquæ veteres intelligebant, per genitale nos quoq; sermonem accipiamus, qui quidem tunc exerceri deberet, cùm spes profectus aliqua visa fuerit affulgere, fœturamq; minimè irritam futurā. Cùm verò nos nulla profectus spes inuitarit, sed auersas à bono aures, auersa hominū ingenia perspexerimus, Campestria subliganda, orationi quippe nihil quicquam profuturæ frænū imponendum. Sunt verò campestria, perizomata, vt Eucherius, quibus iuuenes qui nudi exercebantur in campo, vti cōsuerunt, pudendis cooperiendis. Iam & illud continentiae significatum est maximè proprium, & admodum hieroglyphicum, nisi oculos verecundiorum offenderet, quo pudendum fibula cohibitum ostentatur. Visitatissimum autem apud veteres fibulam apponere, præcipue his, quos ad Musicam educarent, ne scilicet Veneri operam dantes raucedinem contraherent. Vnde & fibulare, & eius contrarium, refibulare, verba.

## R E R V M   P R O G R E S S V S   P E R   C A L C E V M.

**S**ed neq; calceus est inter indumenta contemnendus, qui progressionis indicium est: pro viatoribus enim excogitata sunt calceamenta: proq; expeditiōnum auspiciis in diuinis literis calceamentum ponitur. Inde Psalmò LX dictum volunt: In Idumæam extendam calceamentum meū: hoc est, in Idumæam progressus, eam mihi subiiciam. Sanè veteres Theologi, vt Eucherius tradit, veluti per pedes humanitatem Christi significari dicunt, ita eum advenisse, & corpus nostrum induisse, per calceamentum ita porrectum interpretātur: & quod possum est, in Idumæam, in plebem gentilium hanc manifestatum iri pollicentur. Quod quidem dictum, lane mi, Ægidius noster cùm tempora, quibus hæc futura sint, dinumerasset, rem multis diuinorum vatum oraculis comprobavit. Reliquū est, vt quæ futura ille magnus omnino vir prædixit, nos assiduis precibus, ab Optimo Maximo fatorum Rege depositamus, vt tu argumentum habeas ingenio tuo dignum, quod scriptis illustrare aggrediaris.

# Pierii Val. Bulla.

PIERIVS VALERIANVS BELLVNEN. ADD  
ORNATISS. PATRITIVM VENETVM IO. CORNE-  
lium Fantini Clarissimi F. de iis quæ per Bullam, Anulum, insignio-  
res aliquot gemmas, & gestamina quædam significan-  
tur, ex sacris Agyptiorum literis.



U M primum intellexi, Magnificentissime Ioannes, te præstantissimi viri Aloisij Cornelij generum effectum, clarissima quippe Clara eius filia in uxorem accepta, statim Venetas aduolauit, de tam felici matrimonio tibi coram gratulaturus. Inueni vero domum totam exultantem gaudio, & auspicatißimis nuptijs bona comodaq; omnia ominus antem, te vero cum institoribus age-  
re de muliebri mundo, de bulla aliqua pereleganti, aureoq; torque, & anulo pronubo, in quo non splendorem tantum, sed et pulcherrimum aliquod signum quod antiquitatem saperet qua-  
ritabas: ideoq; adventu meo lætatus, super his multa interrogare cœpisti, quod circa rerum hu-  
iusmodi cognitionem me diu versatum noras: de quibus cum multa dicta fuissent, longe q; pluri-  
ma dicenda essent, rogasti me, ut per otium ea scripta tibi traderem, vt hæc quietius examina-  
res. Bullam autem præcipue petebas, anulumq; cum gemma aliqua insigniori, præclaraq; anti-  
quorum opera, quæ non temere olim & magistratibus, & ijs qui fortiter aut sapienter se ges-  
sent, honori fuerint condonata. Hæc igitur ego quoque per otium in vnum tibi congesi com-  
mentarium. Quid enim ego antiquissimus domus tuæ cliens negare potuisssem, quod tu tam  
honestè posceres, quodq; ad ingenij tui elegantiam facere mihi videretur? Antiquissima enim  
est imaginum disciplina, & gentibus omnibus quæ ingenius & eruditione claruere, in primo  
semper honore habita. Idem de Regis, de Romanorum fascibus, de sella, deq; ornamentiis aliis  
dici posset, cuius potissimum rei ratio ab Aegyptiis primùm desumpta, reliquis mox nationi-  
bus communicata. Volui itaque ut pars hæc meum erga te studium, amorem, obseruantiamq;  
declararet: eo enim consilio scripsi, ut hæc qualiacunque sint, istiusmodi mei erga te cultus te-  
stimoniū effent manifestum. Ingrati siquidem animi esset, non assidue esse memorem benefi-  
ciorum, quæ in me domumque meam vniuersam, clarissimus patritius Fantinus pater tuus  
summæ vir integritatis assidue contulit, quæ quidem è memoria vitæque mea nunquam euel-  
lentur. Accedit ad hæc, quod tu quoque iure quodam hæreditario eadem benignitate patroci-  
nium erga nos idem suscepisti, meq; præcipue vel à teneris viriusque nostrum vnguiculus in ami-  
citiam tuam acceptumne dicam, an in domo tua compertum, fouere, ac omni officiorum gene-  
re prosequi nunquam destitisti, disciplinam liberalitatēmq; eam quam à patre sapientissimo  
atque optimo viro acceperas, egregiè consecutus. Auxerunt autem tot merita summum inge-  
nium tuum, suauissimiq; mores, probitas dubio procul singularis, quæ vt te semper mirabiliter  
& amarem & colerem, effecerunt: nam & tu aliquid dignum maiorum tuorum gloria cogi-  
tas, futurūmq; est, vt inde virtutis etiam tuæ lumen eluceat. Sed quoniam tam  
claræ sunt laudes tuæ, vt meo non indigeant testimonio, eaq; suapte  
vi omnibus innotescunt, ijs nunc dimissis ad negotium  
quod explicari queris, accingamur.

## D E B V L L A.



VLLAM apud Romanos cordis effigiem habuisse, multi profitentur. Hetruscorum sanè gestamen illud ab Lucumone Hetrusco duce, quem Romulus tam condendæ quam instituendæ urbis socium habuit, acceptum. Eum verò Pythagoricum fuisse Ausonius ostendit, vbi Samij Lucumonis acumen celebrat. Sedenim Pythagoram Tyrrhenum fuisse, Aristoxenus, Aristarchus, & Theopompus asseverant, quos Theodoritus id ipsum sentiens autores habet: quamvis unus Neanthes eum Tyrium fuisse suspicetur. Multa verò huiusmodi excogitata sunt à Pythagora, quia non solum originatione motus, quod multæ olim in Hetruria ciuitates ab Ægyptiis fundatæ constitutæq; dicuntur, sed quod ipsos etiam Ægyptios adicrit, à quibus sacri sermonis rationem, obscuritatem in loquendo symbolicam, & disciplinas alias reportauit. Cur verò Samium nonnulli eum fuisse dixerint, alibi disputatum.

**B**Erat verò apud Romanos gestaminis hutus hieroglyphicum significatum, ut ingenui pueri figurā huiusmodi de collo suspensi ante pectus insipientes, se tum demum homines futuros cogitarent, si corde prestarent. Ideoq; Tarquinij Prisci filium, quatuordecim non amplius annos natum, virili edito facinore, hoste quippe in acie cæso, Bulla primum omnium ea æratula donatum aiunt, quamvis & Hersiliæ filiū adhuc infantulum, quod primus ex raptis coniugibus ortus esset, eo gestamine decoratum, proditum sit: puerumq; Papyrium ob tacendi simulandiq; péritiam, qua in eludenda matris importunitate, quæ senatus ab eo secreta perscrutabatur, usus est, ea maximè nobilitatū. Sunt autem qui vocis secuti significatum, ἡρά τε βαλῆς, id est, à consilio Bullam dici voluerint, ideoq; datam pueris gestandam, quod artas ea alterius sit consilio regenda. Puerile enim omnino gestamen fuisse, Persiani ad Cornutum versus ostendunt:

*Cum primum paudo custos mihi purpura ceſſit,  
Bullaq; succinctis laribus donata pependit.*

Apertius verò Tullius Verrinis: Bulla in toga prætexta erat ornementum pueritiae, indicium atq; insigne fortunæ.

## C O N S I L I V M.

**A**Lij significare voluisse dicunt, consilium à pectore proficiere, ideoq; Bullæ hieroglyphicū in eam partem residere. De consilio verò per figurā cordis à gutture pendentis expresso, in Cordis ipsius Commentario satis disputatum.

## V E R I T A S.

**A**Egyptiī sanè cùm veritatē ex humano corde gutturi appenso ἥποτην οὐκέτι indicari dicunt, Bullā hanc intelligunt: insignemq; sanè hoc gestamine praedictant iudicem illum, quem in Simandrij monumentis fuisse tradunt, cuius à collo suspensa veritas pendere, oculisq; esset in sinum dejec̄tis, octo legum libris circumstantibus: quod nos admonere dicūt, Iudices integros esse debere, & solam inspicere veritatem. Quod verò esset compendiosum veritatis hieroglyphicum

C O R D E P R A E S T A N -  
dum.



# Pierii Val. Bulla.

nullum corde ipso commodius inuenimus. Adamātius vbi Ezechieliſ dictum D illud interpretatur, Et catena circa collum tuum: Si me, inquit, posteaquam iusti cię opus adimpleuero, intellectu ornauerit veritatis, tunc mihi ornamentum nuptiale, tunc catena collo decora circundatur. Nam & Platonici, qui iustitiam volunt actionem esse quandam animæ propriam, ei locum etiam circa pectus attri buunt. Nos verò cum veritatem esse quid ingenuum, et mendaciū seruile quidam addidicerimus, ΙΑΘΗΕΣ ΙΑΡΑ ΔΙΔΟΣ Τ' ΑΛΛΗΛΗ ΛΕΥΚΟΣ. Ingenui opus viri est ut vera proferat, eamq; Bullam ingenuos tantum gestare solitos, quid illud fuerit gesta minis, quod veritatis indicium à collo penderet, præterquam Bullam hanc, suspicari nequimus. Sanè Diodorus signum id varijs ornatū gemmis fuisse profitetur. Leuitico etiam, vbi de pontificis ornatū agitur, veritatis signum inuenias in pectus incubuisse: de quo alibi suo loco diximus. Sed & Salomonis dicterij cap. IIII. veritatem gutturi circundare commonemur.

**E**RAT & triumphantium gestamen Bulla, quā in triumphis præ se gestabāt, inclusis in eam remedijs, quæ aduersus inuidiam pollere crede bantur. Illud adnotandum ex Alconio, Bullam suspēdi in collo infantibus, ingenuis auream, inuenio etiam apud alios argenteam, libertinis verò scorteam, esse solitū, ut illud apud luuenalem aperiatur, Signum de paupere loro. Sanè nostræ etiam ètatis mos est, ut si quis torquem aureum, catellam' ve gestare voluerit, neq; tamē equestri, vel, ut aiūt, militari, aut alia quapiam dignitate, cui gestamen illud competat, sit insignitus, ligulam ex loro gestamini eiusmodi alligare compellatur.

INVIDIÆ AMV-  
letum.



E

G L O R I O S V S.

**N**Eq; tamen vbiq; Bullæ nomen pro gestamine accipiendum, sed & pro bal theorum, & forium, & aliarum plurimarum rerum ornamentiſ: vnde pars hæc pro gloria fastuq; ponitur, vbi quis non aliter gloria turgescere videatur, quām Bullæ ipsæ inturgescentis cuiusdam figuræ speciem præ se ferunt. Vnde p dixit Persius:

Non equidem hoc studio bullatis ut mihi nugis      Pagina turgescat.

Id quod alia metaphora alibi dixit, Ad populum phaleras. Bullæ autem in zonarum ornamentiſ tanquam clavii affixæ, baltheis dedere nomen, quasi bullatei vocitentur. Et clavorum capita tumentiora, qualia templorum, & priuatarum aliquot ædium valuis ornamentiſ causa affigi solent, Bullæ nuncupantur, quas Cicero ait Verrē, quæcunq; aureæ essent, omnes auferre non dubitasse. Et apud Plautum, Asinaria, Leonida seruus in Atriani Sauriæ persona, lussin', inquit, in splendorem dari Bullas has foribus nostris? Idq; nominis est similitudine inde sumpta, quod perquām similia sunt bullis, quas aqua in aquam decidua suscitat.

H U M A N A F R A G I L I T A S.

**Q**VONIAM verò tumorculi illi perexigui, qui stillicidijs in aqua fiunt, citò prætereunt, ad humanæ vitæ fragilitatem ostendendam hieroglyphicum factum est proverbiū, Homo bulla: cuius meminit Varro libro De re rustica primo: quamvis nonnulli de ijs tantum dictum volunt, qui iam saturi annis propè casuri sunt, & morituri.

D E

A

## D E A N V L O.

F I D E S.

**R**æcipuum anuli significatū hieroglyphicum c̄p verum est, ingenui hominis fidem indicare, quandoquidē anulum veteres nō ornatus, sed signandi causa circumferebant, nec plus habere c̄p vnum licebat: quamuis laudatissimū eiusmodi morē, succrescente postmodum luxu, & diuitiarum ostentatione, deliciosi populi labes violarit. Scimus enim inuidiosum Sergio cuidam, nobilialio qui viro, cognomē additū, vt Orata diceret, propterea quod duobus anulis aureis & grādibus vteretur: vulgus enim aurum, orum, vt nunc passim dicitur, enunciabat. Sed erat hoc ad gemmarū etiam ostentationē, quarum mox luxus creuit in immensum. Nam signū in vno tantū habere permittebatur, nec cuiq; nisi libero, quos sōlos fides decerneret, quæ signaculo cōtinetur. In diuinis quoq; literis anulus est fiduci signum: quo spe Etare Euangelicū illud Theologiai aiunt, Date anulū in manū eius. & quod Psal. legit: Signatū est super nos lumen vultus tui Domine. Nam & Paulus vltimo Digestorū, anulum

**B** huiusmodi signatorium inter ornamenta recenseri negat. De hoc Cic. ad Q. fratribus: Sit, inquit, anulus tuus nō minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Sanè apud veteres testamentorū tabulæ, septem testiū signis anularibus munibant, quæ facti testamēti fidem faceret. Quod verò seruis atq; libertis ius anulorū negaret, quo tamē impetrato, ingenuitas simul impetrata intelligeret, x L Digestorū lib. Papinianus, Neratius, Paulus, & Vlpianus ostendere. Hic verò quæ siuisti à me, quid sibi vellet in scenis anuli aurei legatus vsus, quo non alibi, c̄p in scena liceret vti. Respondi, locū eum ex Pandectis desumptū esse, sed fædissimè vitiatiū eorum imperitia qui literas nunq; attigerūt. Nam quod vulgata habet exemplaria: Proinde etsi scenicæ vestis vsus fructus legetur, aut anuli aurei, vel alterius apparatus, alibi c̄p in scena non vteretur: legendū ex antiquissimo Pisano codice qui Floretiæ custodit: Proinde si scenicæ vestis vsus fructus leget, vel aulæi, vel alterius apparatus, alibi c̄p in scena non vteretur. Habes em̄ vestem scenicā, habes aulæa, habes reliquū apparatus. Ac de aulæis huiusmodi apud Horatium legas, Auditoris egent aulæa manētis, in huiusmodi ornatus scenici significatū.

C O R.

**S**ed hæc vtcunq; habeant, illud manifestum est, digito qui minimo lœvæ proximus est, anuli gestandi munus demandatū, eaçp de causa nomen illi inditū anulari: erat enim is cordis indicium, ideoçp institutum ab Ägyptijs, vt anulo tanquam corona honestaretur. Eundem sacerdotes ad deorum aras operantes confectis odoribus illincabant: idçp propterea fieri solitū aiunt, quod dissectionum periti neruulum quendam à corde natum per dorsum ad eum tendere, & in eo desinere compererint. Sanè solebant in huiusmodi anulis eorum etiā imagines fieri, quorum memoriā colerent & obseruarent, quod eos sibi præcipue cordi esse, qui eas gerebant, cum quadā etiam ambitione omnibus ostentarent. Vnde Cicero lib. de Finibus, Epicuri studiosos memorans: Epicuri imaginem, inquit, non modò in tabulis, sed etiam in poculis & in anellis habebant.

I G N A V I A H O N O R A T A.

**A** Lij putant anulum in hunc digitū immissum, ne aurū tam facile obtereret. Ignauissimū em̄ esse eum inter omnes digitos, manifestū est, ideoçp ad auri & gemmarum incolumitatē aprior videt. Non em̄ exporrigi sine aliorū comita tu potest, vnde minus attritui obnoxius est, Itaq; nō desunt qui per eum digitū

Dd ij

# Pierii Val. Anulus.

anulo honestatū, honores ignauo cuipia habitos interpretari velint. Sed quantum pertinet ad locū, subsecuta etas nihil interesse iudicauit, quo gestaret articulo, sed ut quisq; vellet, quacūq; manu, quo've libēret digito, ferre permisum est.

N O B I L I T A S.

**S**ed vt cuncti illi philosophentur, apud Romanos anulus omnino signum nobilitatis fuit: nam vt apud Liuiū libro secundi belli Punici tertio, Mago, qui Cannensis victoriæ nuncius Carthaginem missus erat post rerum gestarum seriem enarratam, ad rerum tam laetarum fidem, effundi iussit in vestibulo Curiæ ingentem illum anulorum aureorum aceruum: deinde verbis adiecit, quod maioris cladis indicium esset, neminem nisi equitem, atq; ipsorum primores, insigne id gestare. Et in calce noni ab Urbe condita: Tantum, inquit, Flauij comitia indignitatis habuere, vt pleriq; nobilium anulos aureos & phaleras deponerent. Et ubi Cicero oratione quarta obiicit Verri, quod indignissimos in concione anulis aureis donasset, Honori, ait Asconius, & lucro sunt, vt hastæ, vexilla, phaleræ, coronæ ciuicæ, item anuli aurei ingenuitatis signa.

## D E D I A D E M A T E.

**A** Banulis & gemmis, casu nescio quo, ad diadema progressum est: quo in sermone, quod fasciam esse diadema diceret, & in numis aliquot cam gemmatam ostenderem, admirari videbâre: cuius rei fidem afferebam, Ägyptios sacerdotes si principē hominem ostendere voluissent, hieroglyphice canem solitos facere fascia velatum; de quo ad Florium loco suo plura.

## R E G I A P O T E S T A S.

**I**Dem Regie potestatis significatum à fascia etiam apud Romanos acceptum, exemplis tibi plurimis confirmaui. Apud Ammianū enim Pompeio legimus obiectū ab obrectatoribus, quod esset rerū nouarū cupidus, & Regiae maiestatis affectaret insignia, quia crus fasciola candida obligatū, tegendi ulceris causa, gestauerit aliquandiu: nihil enim interesse, iactabant illi, quam quis partem corporis redimiret Regie maiestatis insigni. Nam et Fauonius, vt Valerius ait, dicere solebat, nihil referre, qua in parte corporis sit diadema, cum ita Pompeiū eundem carperet. Eoq; Senecæ sententia nimirū spectat, ubi dicit: Fasciā soluc, multum enim mali sub illa latet. Libro de Alexandri virtute Plutarchus ait, Ti. F granem Armeniū candidam fasciam, quod insigne regni est, ad Pompeiū pedes abiisse, regnumq; feedissimè depositum in prædam cōcessisse. Cuiusmodi vero esset ornamentum hoc in numis vidimus, in quibus eius Regis caput impressum est, cum inscriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥ. ab cuius altera parte hostē ipse prostratum calcat, palmamq; dextera prætendens, hostis sceptrum sustolle re videtur. Ibi vero diadema ita figuratum est, vt præalta fascia opere Phrygio, floribus et alitibus superadditis, elaborata, à fronte ad occipitum circundatur, duæq; à temporibus hinc inde tænia, ipsæ quoq; à medio deorsum scissæ in humeros vsq; dependeant, gemmis per omnē marginem bacchantibus. Et cīdarin Regis Persarū insigne, quod Darius capite gestabat, cærulea fascia albo distincta circumibat. Ad diadema vero facere fasciā, Antigoni dicterū indicat, usurpatum à Seneca. Ille enim vetulæ cuidam felicitatem eius admiranti respondit, Si nosse, ô mater, quanta quo've mala panni frustū hoc obtegat, diadema cōmonstrans, illud quidem vel è famo tollere minimè dignareris. Sanè cum Cæsar, imaginī quidam ex adulatorū numero, vt Appiani more loquar, coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, Tribuni Epidius Myrillus Ce-

setiusq;

A setiusq; Flauus, vt apud Tranquillum est, coronæ fasciam detrahi iusserunt, hominemq; qui id fecerat, duci in vincula mandarunt, simulantes & in hoc Cæsari rem gratam facere, qui ad Regni mentionem subirasci consueuerat, atq; ijs qui aliquando cum circa portas regem salutassent, cum populum vocem eam indignè ferre atq; ingemiscere animaduertisset, respōderit, se Cæsarem esse, non Regem quasi illi ad nomen eius aberrassent: cum tamen Myrilli factum adeò ægrè tulerit, vt in Senatu grauiter conquestus insidias sibi strui per Myrillum, qui calumniam affectata ab se tyrannidis astutè commentus esset, cum eum morte dignum censeret, id demum obtinuit, vt magistratu priuaretur, senatuq; summo ueretur. Quod si quis adhuc dubitet diadema fasciā fuisse, qua principatus insigni Reges vti soliti sunt, si quæ rectulimus ambiguum quidpiam habent, illud apertè dilucideq; declararit, quod super Alexādro Macedone fertur, olim eum diadema sibi dempsisse, causa vulneris alligandi, quo Lysimachus in fronte vulneratus fuerat: quod auspiciū regalis potestatis Lysimacho fuisse rerum scriptores prodidere. Tradunt verò Græci, fasciam huiusmodi candidam pro insigni Regum esse, & à Libero patre fuisse primum institutum.

## V I C T O R I A.

**E**adem fascia in victoriæ significatum nonnunquam adhibita: vt quæ Corinnæ puellæ poëticis studijs clarissimæ, data capiti fascia traditur, quod Pindarum Thebis melico certamine superauerit: eius enim picturam capite tænia vinceto, hieroglyphicum dubio procul huiusmodi victoriæ argumentum, in Tanagræorum gymnasio fuisse Pausanias autor est. In quo tamen, vti illi victoriæ, ita nos principatum interpretari possumus. Nimirum fuit hæc Corinna ilia, de qua Propertius noster,

*Et suacum antiquæ committit scripta Corinnae.*

Et in vulgatis à Io. Lascari antiquorum epigrammatis:

*καὶ οὐ κέρας θεον ἀθλωτὸς ἀστιθε μεληφαλίων.*

Vnde nos in nugis nostris puerilibus: *Inclita, quæ Mineruæ clypeū canit, Corinnae.* Quod verò gestaminis huius inuentū Libero patri Græci adscribere voluerūt, manifestum est Ægyptios eo multò antè vsos, necq; in Cane tantum, sed in alijs quoq; simulachris, vt in Isidis tænijs, alio Commentario latius declarauimus.

## D E T I T V L O.

 Rat & amiculi, siue redimiculi species, cui nomē Tutulo prius, mox Titulo fecerunt: ornamentum quippe capitinis in sublime surgens, purpurea vitta redimitum, instar coni, galeri' ve rosarum.

## S A C E R D O S.

**E**O sacerdotiū hieroglyphicè significabant. Quin & vxores & ministræ Flaminis, eo erant gestamine insignes. Petronius ait Titulum à Numa Rege factum, fuisseq; palliolū ex lino, quo sacerdotes in sacris vterentur. Alij per Titulū mitras siue fascias accipiūt, quorū vsus esset sacerdotibus ad ornamētū, nō ille tamē ociosæ, necq; temerè appositæ, cum sua præ se ferat̄ significata. *καὶ εὐ* Eucharius pileum sacerdotalē ait ex bysso, quē Græci & nostri tiaram dicunt: quidam etiā mitrā vocat̄: eamq; incorruptā dicit Apollonius, cum integrā & incolunē intelligit pudicitiā, propter fascias scilicet quib; id gestaminis præligat̄. Vtcūq;, ornamētum hoc capitinis, vt Hierosolymitanus Hesychius interpretat̄, sapientiæ signum est, propterea quod in capite cerebrū sapientiæ organū. Sed antiquioris illius Tituli species hodie quoq; in usu est sub regni nomine, quo quidem Pont.

# Pierii Val. Anulus.

maximi caput, maximis quibusq; sacrorū solennitatibus insignitur: & vt summa eius potestas eo gestamine significetur, triplici fascia, auro, gemmisq; ditissima, ornamentum illud redimitum conspicitur. Sed apud Hebr̄os nullum venerabilius gestamen erat, quām Petalū, aurea lamina in fronte Pontificis, quæ Dei nomen illud, quod nulla lingua mortali enunciari potest, quatuor Hebr̄eis literis scriptum præferebat, quod Tetrammaton adhuc appellant.

**I**N antiquissimis Ægyptiorū monumentis certe mulierem quādam tribus regijs caput insignitam. Significare aiunt id, eam regis filiam, regis vxorem, ac regis matrem fuisse. Ea verò Simandij clarissimi Regis mater fuit, de qua scriptores rerum pluriima: quorum si nos diligētiam sequeremur, tale aliquid in Blancam Philippi magni Mediolanensiū Ducis filiam decerneremus, quæ Francisco Duci nupsit, quæ Galeatum Ducem genuit, de qua cultissimū extat Epitaphium à doctissimo eius temporis viro Bartholomæo Lampridio Lyrici nostri clarissimi patruo editum. Id est huiusmodi:

Tres filios proceres terris ego Blanca Latinis  
Regnantes vidi, filia, nupta, parens.

In alijs Ægyptiorum Regijs varias gestaminum formas inspicias, quæ Regum capitibus imponerētur. Leonis quippe, aut Tauri, aut Lupi, aut alterius cuiusq; feræ priores partes, draconum etiam capita, insignia principatus, pro virtutis, aut operum conditione, quo quisq; in argumento clarum aliquod facinus edidisset, quo' ve rerum studio teneretur: quorū quidem significata de simplicibus eorum Commentarijs, quæ conscripsimus, requirenda sunt. Necq; verò sum ne- scius, coria serpentum plerisq; populis tegumentorum bellicorum usum præstisse, quibus plurimum Amazones in Libya uti solitæ, vnde, quod nonnulli tradunt, Medusæ figmentum emanarit.

## P A L L A S.

**S**Anè Phidias draconē Palladi apposuisse perhibetur: quod cùm optimè cal- Fleret Maro, dracones illos geminos à Tenedo in terram elapsos, post facinus in Laocoonta & eius liberos perpetratum, ad summa Palladis delubra consu- gisse dicit, sub pedibusq; deg, clypeiq; sub orbe locū tutelæ sibi delegisse. Quod vt manifestius intelligatur, operæprecium est quæ Pausanias de simulachro Palladis tradidit explicare. Ait enim simulachrum Mineruæ Athenis fuisse talari veste, Medusæ capite eburno pectus obtegente, cum victoria, cubitorum qua- tuor, & hasta in manu; ad pedes verò clypeus appositus erat: iuxta hastam dra- co obuolutus cernebatur, quem ipse Erichthoniū suspicabatur esse. In basi, quæ statuam sustentabat, Pandoræ historia sculpta erat, quæ mulierum omnium pri- ma fuisse traditur ab Hesiodo, & in ultionem surrepti ignis, in humani generis perditionem emissâ.

## P R O T E V S.

**I**nter insignia reliqua spectare est nōnunquam arborem, nonnunquā ignem flammulis promicantem, quandoq; flores, quādoq; plumas in variis cristarū species dispositas, quæ modò ad decorē, modò ad stupore cōparabantur. Qui- bus cùm Proteus Ægypti Rex nominatissimus variè vteretur, datus est fabulæ locus

REGIA CLARITAS.



E

**A** locus, vt in tot se vultus cōmutaret. Quamvis non sum nescius Prothei figmen-  
tum in longè scioarem intellectum ab antiquis interpretibus acceptum.

## V E R I T A S.

**Q** Vippe qui per eiusmodi fabulam, si quis hieroglyphici locutionē abhor-  
reat, difficultatē eam ostendi dicant, quam in assequenda veritate rerum  
experimur, tot sunt quę nos eludunt species, sophistarum decipulæ, atq; subter  
fugia dialecticorum posita, quæ veritatis speciem præ se ferant, oratorum indu-  
ctiones atque soritæ multis argumentorum aceruis in immensum congestæ, vt  
multūm diuq; laborandum sit, anteaquam Proteus ipse humana, hoc est, vera se  
facie spectandum exhibeat.

## I N S I G N I V M C A V S Ā.

**A** Iunt verò nonnulli, insignia hæc ideo prius olim excogitata, vt Principis et  
ductoris sui ordinem milites in bello seruarent: quibus verò res prospèrè  
successerat, animal consecrasse, cuius auspicijs victor euasisset, cùm animalia sin-  
gula singulis genijs & ecelorum virtutibus credita, persuasum haberent, quos  
**B** omni cultu sibi propios reddere, & seruare curabant, cuius aliquando numen  
voti compotes explorassent. Quam opinionē magnus etiam Iamblichus, ac ple-  
riq; alij Platonicæ fæctionis proceres enixissimè fouere contendunt, esse quan-  
dam in rebus inferioribus congruentiam, vt nunc ita dicam, cum superis afferē-  
tes, ideoq; ad sacrificiorū efficacitatē cōferre. Neq; animata tantū id præstare,  
verūm etiam inanima, colores, figuræ, numeros: veluti hexagonarius numerus  
cum Sole cōgruit in Crocodilo, in Cane rursus, & canicipite Simia. Quædam à  
natura profectæ rationes, & vires, pari cum Luna temperatura deprehendunt:  
ita demū colores, figuræ, formasq; omnes, cuiam superiorū cōuenire, vel ani-  
maliū membra singula, vt galli cor ad solares genios cōciliādos efficacissimū.

## A N I M A L I V M C V R A N D O R V M C A V S A.

**A** Nimalia verò apud Ægyptios ideo, dicit Iamblichus, alebant, quia dum  
conseruarentur tenerenturq; familiarem proprietatem ad deos augerent,  
vimq; cōmunionis inter homines deosq; conseruarent. Quare Mathematici su-  
per hoc multa tradiderunt: ac nostris quoq; temporibus pleriq; non postremæ  
**C** eruditioñis viri, certis quibusdā siderum momentis imagunculas huiusmodi si-  
gnāt afflato captato, vt astri genij' ve illius tutela, quib. se vel à genesi, vel à pro-  
fessione, vel etiā ab euentu aliquo cōmendatos credunt, fortunatores simul ac  
beatores fiant. Sedenim omnia hæc irrita fiunt, ac penitus summouentur, cùm  
sanctissimū Christi nomē in omnes huiusmodi delusiones opponit: inde enim  
omne bonū, inde felicitas vera, & incasūra beatitudo. Sed vt suscepū prosequa-  
mur negotiū, in honore plantæ etiā fuerunt, ne legumina tantū, ex ijs quæ terra  
nascerentur, cultu suscepta existimemus. Phœnicces enim plantas diuinis hono-  
ribus coluère, vt apud Eusebiū: & casu aliquo auulsas terra, aut alio quopiā cuē-  
tu intermortuas, miseratione, luctu et deploratione, ex patro sacroruū ritu prose-  
cuti sunt. Ad horū ferè imitationē nō arborū tantū, verūm herbarū atq; florū  
obseruationes alias alia de causa excogitauit terra Græcia: vti laureā pro trium-  
phantibus, & ijs qui immortalitate dignū aliquid perpetrassent: quernā pro ijs  
qui ciuem seruassent: oleaginā & alia quædam pro Gymnicis, de quibus multa  
passim Græci tradidere. Nanq; hi Pandorę primū caput ponūt coronatū à Cha-  
ritibus. Saturnū Pherecydes ante omnes coronatū ait. Iouē Diodorus post cui  
etos Titanas. Idē Priapo tænias dat, et Ariadnę fertū. Iunoni vité Callimachus,

# Pierii Val. Corona.

de quo alibi ex Tertulliano. Hercules nunc populum, nunc oleastrum, nunc a- D  
pium capite præfert. Suam Apollo laureā, post Delphicum draconem interfe-  
ctum, de quo Pindarus, atq; Callimachus, Liber hederā: cuius rei causam loco  
suo, ex Harpocratōne recitauimus: quamvis idem India triumphata lauream  
tulit: namq; is, vt Saturninus, triumphorū Deus habitus. Milites idem ait etiam  
myrto, quæ propria Veneris est, coronari solitos: quanquā & olea, quæ Miner-  
uæ debetur in primis, redimiti aliquando processere. Prætereo castrenses, mu-  
rales, & nauales ex auro dari solitas, & quæ latè habentur apud Gelliū, Sueto-  
nium, & alios, & quæ vulgatissima sunt de insignioribus Græcię certaminibus,  
Olympijs, Isthmicis, Arguijs, & Pythijs, quorū præmia oleaster, pinus, apium,  
& malum. Vnde illud apud Max. Tyrium: Minimè fas est oleastro malo've co-  
ronari, qui secum ipse decertet: vt vīctor præconio declareris, opus est æmulo.  
Sed ne videamur immemores Ägyptorū, Isis prima repertas spicas capite cir-  
cuntulit, quod Leo scriptor Ägyptius tradit. Et vt nostrarum quoq; literarum  
monumenta prosequamur, Eua omnium prima, diceret Tertullianus, pudenda  
sua folijs coronauit. Sed qui plura super his petierit, Claudij Saturnini librum, E  
quem de coronis edidit, inquirat, qui, Tertulliano teste, & origines, et causas, &  
species, & solennitates earum ita edisseruit, vt nullam gratiā floris, nullam læti-  
tiam frondis, nullum cespitē aut palmitē nō alicui capitī inuenias consecratū.

## L E G E S.

**A**D coronarū demūm hieroglyphica reuersi, coronam dicimus legum indi-  
cium esse, propterea quòd certis est vinculis cōplicata, quibus vita nostra  
veluti religata coērcet. Atq; hęc diuī Hieronymi sentētia est, qui σέφειον μὴ θέμεθλι,  
Pythagore symbolum interpretatur leges nō esse dilacerandas, sed in vigore et  
in columitate sua conseruandas. Et quoniam sepes complicatione quadam am-  
bituq; certo coronis quodammodo similes habentur, eadem ratione factū, vt  
in diuinis literis ipsæ quoq; sepes sint legum hieroglyphicum.

## H I L A R I T A S.

**R**Oseam tamen & florulentam præterire noluimus, quæ quidem corona hi-  
laritatis erat indicium: veteres siquidem conuiuia celebrantes ornare se co-  
ronis consueuerunt, cuius rei principiū à diademeate simplici fuit, vt scilicet fron- F  
tem fascia constringerent, quod institutum est salubritatis causa, vt tradit Athē-  
næus, propterea quòd conuiuorum mos sit, sese ad bibendum liberius inuita-  
re. Ne igitur vinum & quo largius sumptum molestos ad caput vapores attol-  
leret, experimento compererūt plurimū prodeste frontem ita colligare. Poste-  
ritas verò salubri huic inuento decus & ornamentum adiecit, atq; ideo fascias il-  
las floribus peruestire cœperūt, quæ res proliuiter admodum in effusissimum  
mox luxum euagata est.

## C O R N V A.

**Q**Væ verò corona Regium est gestamen, eam à cornu dictam volunt: pas-  
simq; in diuinis literis cornu pro Rege positū inuenias: cōueniuntq; simi-  
litudine quadā inter se, cornu, radius, et corona. Vnde Moses cornuta pingitur  
facie, quæ radiata esse deberet. Diuini enim Solis afflata lumine, radijs quibus-  
dam igneis promicare videbatur: quem splendorē cùm Israēliticus populus fer-  
re non posset, precibus ab eo contendit, vt velata ad eos facie loqueretur. Coro-  
na porrò Regiæ ex instituto veteri, radiorū referunt similitudinē, vt non teme-  
rè olim institutum sit eas in Apollino capite X I I . preciosis lapillis confici, qui  
splen-

A splendore suo fulgentes caput vniuersum radijs illustrarent: atque, vt in Ceruorem hanc totā latius explicauimus, vetusti numi, marmoreæ aheneæq; Regum statuæ pleræq; duodecim conspicuæ radijs ostenduntur. Hinc apud Virgilium Latinus rex scedula certaminis inter Aeneam & Turnum sancturus,

*Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum*

*Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,* Solis aui specimen.

M V R I.

**E**T frequentissimus autorū usus coronam pro muris urbium usurpauit. Pinadarus Alcimedonti Olympijs, ὥδισέφαρον τεῦξι, metaphorice aiunt interpretes mœnia: muri enim urbium tanquam coronæ sunt. Hinc Anacreon:

*Νωὶ δὲ πλὴν τόλε θέσφαρον οὐχι λειεν,*

*Nunc δισπαται sunt corona ab oppido.* Vel, *Urbis at iamiam perijt corona.*

Quod verò coronas Regias non esse discerpēdas Pythagorā admonuisse dicebamus, sunt qui eodem argumento dictū existimāt, quo ignem non esse gladio fodicandum edixit: quippe non esse ut quisquā principibus negotiū facesseret.

**B** Quod verò de regno dicebamus, per cornu significari, cùm id passim in diuinis literis habeat, superfluū est ijs diutius immorari: vt, Exaltauit cornu Christi sui. & quæ huiusmodi dicta sunt in Cerui commentario. Illud hieroglyphicum ante omnia videt, quod apud Ezechielē Cherubim humano primum capite pingit, eoq; quatuor cornibus bubulis insigni: humeris inde alatis, & pectorale leonino: qua in specie theologi nostri, vt apud Hierosolymitanū Hesychium legere est, insigniores virtutes quatuor, per totidem vituli cornua intelligunt. Humana quippe facies sapientiam indicat, quā philosophi aliquot prudentiam dixerūt, sed sublimius atq; diuinius quid in sapientiæ nomine, Leonina nimirū fortitudinem. Per partem eam quæ vitulum exscribit, iustitiam interpretantur, de qua nōnulla in Bouis cōmentario. Aquilæ species castitatem præ se fert, quæ sublimi volatu in coelum sese erigit: nam Ioannes, qui omnino aquila est, scriptorum omnium consensu intaminata fuisse castitate perhibetur. Animaduertendū tamen est in Hesychiano codice vulgato desiderari quædā, & perperām esse possum. In persona leonis sapientia, nulla de persona hominis facta mentione.

V I R E S.

**C** IAM quod alibi per cornua vires significari diximus, antiquum insuper dictētrium est, περὶ τέττας ὕμων καὶ τὸν ἔχειν, olim putassem te habuisse cornua, cùm quis fortis antea habitus, spem mox per ignauia fefelleret. Et Horat, de Baccho: En addis cornua pauperi. Quem secutus Quid. ait:

*Tunc veniunt rīsus, tunc pauper cornua sumit.*

Alibi verò super eodem dixerat, In prælia trudit inermem. Et Dialectici syllogismi speciem, dilemma dictum, quod hinc & inde feriat, cornutum appellant.

### D E S C E P T R O.

**S**Ceptrum Regium diademati & coronæ addere res ipsam et postulat, de quo tamen toto opere, vt varijs imaginibus insigne apud hos vel illos haberet solitū, pro loco, & signo, quod occurrebat, multa differui- mus: nunc verò super eo quædam generatim edifferenda sunt.

R E G N V M.

**A**PERTISSIMÈ quidem sceptrum siue virgam, hieroglyphicum esse regni, illud in diuinis literis ostendit, quod sceptrum de manu Iudæ non auferendum pollicetur Dominus, donec veniret qui mittendus erat. Regiū quippe nomen

# Pierii Val. Torques, &c.

in Iudæis tandiu duraturū, dum veniret Christus. Nam & Psal. virga regni tui D habetur, & huiusmodi multa passim. Ponunt verò Theologi differentiam inter virgam & baculū, quòd virgula in diuinis literis plerisq; locis sit castigationis, correctionis, & disciplinæ signum, vt virga æQUITATIS, baculus CÖSOLATIONIS, auxiliij, sustētationisq;: vt eo loco, Virga tua & baculus tuus ipsa me cösolata sunt. Pro sustentaculo, Thob. Baculum senectutis meæ. Latini in huiusmodi significatum scipionem protulere. Inuenitur & pro defensione, vt de Cleomene Atheniensium duce fertur, qui cum propter omnium in se odium effectus esset insanus, baculo se aduersus insultantes munierit.

## DE TORQVIBVS ET PHALERIS.

**S**ubsecutus hinc sermo est de torquibus, phaleris, armillis, quæ præmia fuisse militaris virtutis Plinius, Gellius, & quidā alij tradiderūt: quippe Siciniū Dentatū donatū torquibus ter & sexagies, phaleris vicies quin quies.

### VIRTVS SOLIDA.

**T**orquem aureum solidę virtutis præmium fuisse traditum à Vegetio, quem qui meruisset, præter laudem duplas consequebatur annonas. Species tor. E quium in marmore incisas Brixiae videris cum inscriptione huiusmodi:

L. ANTONIVS L. F. FAB.

QVADRATVS DONATVS TORQVIBVS ET AR-  
MILLIS AB T. CÆSARE.



BIS



LEG. XX.

Bini enim hinc, & inde alteri torques cum literis, quæ vigesimæ eum legionis fuisse declarant: inde duo signa militaria quadrata, ad cognomentū eius exprimentum, aut fortè legionis nomen. Et species quædam candelabri in tridentis modum figurati, in medio sita, de quibus in Armis.

### OPERA LAUDABILIA.

**T**orquis quidem significatū aperuit Vegetius, de armillis nihil meminit: eas laudabilem operum præmium esse indicat Adamantius, dum in ea Ezechielis verba, Et imposui tibi armillas circa manus tuas, paraphrasim huiusmodi subiungit: Cùm mihi dederit Deus occasionem honorum operum, armillas F circundat manibus meis. Diffundebantur ad posteros gestamina hæc, quò minores ad imitandas maiorum suorum virtutes inuitarentur. Hinc apud Tranquillum legas, C. Caligulam vetera familiarum insignia nobilissimo cuiq; adem pisse, Torquato torque, Cincinnato crinem, Gn. Pompeio Magni cognomē.

### ARMILLAE.

**A**rmillæ nō humeris tantum decus afferebant, verū & brachia decabant. Eas verò ita dictas volū veteres etymologici, quòd antiqui humeros cū brachijs armos vocabāt: inde arma, quæ cunq; ab illis dependent vel ijs alligata sustinent. De armillarū donis habetur apud Liuium x ab Vrbe cond. post victoriā è Samnitibus ad Aquiloniā, à Papyrio quippe Sp. Nautiū, Sp. Papyriū fratribus F. & quatuor centuriones manipulūq; hastatorū armillis aureisq; coronis donatos. Idem ibi centuriones, militesq; atq; equites, corniculis armillisq; argenteis donat. Et Decius tribunus ob seruatū ex obsidione præsidū Romanum, dissipataq; Samnitū castra, aurea corona ab A. Cornelio Cosso do natus. Aurea verò corona erat quæ castrensis, ex auro quippe in valli speciem fabrefacto, quæ dabatur ei qui hostium castra pugnando primus introisset.

DE

## A DE ADAMANTE.


**I**n sermonem transtulimus ad Adamantem, quo super multa vtrò citroq; dicta sunt, dum tu ea quæ passim prædicantur, quæq; lectione laboreq; tuis super acquisieras, commemorares. Verùm ea quæ tu ministi, quæq; tuopte studio consecutus es, hinc repetere superfluum iudicauis: quare ea tantum quæ paucissima illis ego addideram, recensebo.

## FORTITUDO.

**N**on temerè scilicet Adamantem pro fortitudine proponi, cui robur indomitū, visq; insuperabilis, nomen meritò fecisset, quippe qui limæ, scalpro, & malleo duritia inenarrabili resistat: quodq; omnium maximè admirandū est, cōtra etiam ignis violentiam in columnis lapillus euadat, neq; calore quidem admisso: vnde Græci ex ipso nomine à re imposito, gemmam indomitam intelligi voluere. Per hanc verò ea fortitudinis virtus ostentatur, qua quis ea quæ aduersa acciderint ferendo peruinat, secundis nihil quicquā immutetur, atq; vt apud Horatium est, rebus angustis animosus atq; fortis appareat, idemq; vento secundissimo turgentia vela contrahere sapientia duce didicerit. Quin etiam id insitū diuinitus habere fertur Adamas, vt mentem animumq; gestantis vano metu liberet, vt superbæ etiam fortunæ responsare suadeat.

**T**ransit & in cōmunem locum significatū huiusmodi, vt tā de animi fortitudine, quæ virtus sit, hoc est, honesti iusticq; causa concepta, q; etiam de obturata aliqua mentis destinatione, quæ nulla queat ratione loco dimoueri, possit intelligi: eaq; de causa Ditis pectora adamantina fingi, & apud inferos solido ex Adamāte portas & columnas esse, atq; ita deīnū omnia dura & implacabilia, eius lapilli elogio significari. Adamanta quidem Plutonem Theocritus manifestè nuncupauit, Pharmaceutria:

## INEXPVGNALIS.



Tίδ' αρπημι καὶ πολὺ φέδη Κινήστερος ἀδάμαντα.

**C**Propterea enim dictū hoc nomine aiunt interpres, quod durus sit & inexorabilis; aiunt enim loco hoc ex particulā intentionis esse, atq; ita Plutonē mirum in modum inexorabilem exponunt. Sed vt ad eam partem quæ virtutis est redemus, qua scilicet quis munitus ærumnosisima quæq; patiētissimè perferat, nulliq; calamitatū generi succumbat, Adamantius ubi causam quærat, cur corpus etiam lobis viri iusti p̄h̄q; Deus in potestatē dæmoni concesserit affigendum, comparationē ab eo desumit, qui boni Adamantis dominus, eum cuivis periculis omnibus cōcedat explorandū, dicatq; tollē, proba, experire, tormentisq; omnibus examina; sic omniū cognitor atq; præciosus, qui optimè nosset lobē Adamantum inuiolabilem, poscenti diabolo eum dedit in potestatē, sibi quidem sati conscius lobē verū Adamantē esse. Mox illa de Christo subiecit: Sic nang; & singularis ille et diuinus, cœlestis atq; incorruptibilis Adamas vnigenitus Deus à patre ad terras missus, de quo dicit Deus Pater: Ecce ego ponā Adamantē in medio populi mei, quē neq; ignis temptationū in deserto cōminuet, quē ictus, verbera plagæq; impiorū in cruce nō atterent cōminuentve, quem neq; sepultura, neq; descensus ad inferos vel minimum violare poterūt, sed enim omnia superabit, seq; diuinū et incorruptibile probabit Adamantē. Et ne quis fabulosa putet

# Pierii Val. Gemmæ.

que de hircino sanguine, cui rerū vni cedat Adamas, memoriae produnt, memo D ratu digna sunt quæ super hoc D. Cyprian. lib. de duplice martyrio differit, cùm efferas nationes quas Romani nunq; frāgere vel domare potuerint, Christi sanguine indicat emollitās. Qui naturę causas scrutantur, ait, narrat Adamantē nuli chalybis duritie cedētem, hircino sanguine maceratum, iētu mox malleorum dissilire. Nullus autem Adamas corde faxeo peccatorum durior. Hoc igitur ferreum, cor saxeum, cor plusquam Adamantinum emollit sanguis Christi.

## L I T A T I O.

**I**N Hebræorū sacris Adamas litationis signum habebat: quia quæ foret summi numinis de mortaliū reb. sentētia, manifestabat. Gestabat enim eorū Pontifex ornamenti quoddā ante pectus opere pulcherrimo elaboratū ex auro, nō vltra palmi magnitudinē, in cuius medio veluti stella quædā aurea elucescebat, duo vtrinq; Smaragdi, quorū vnum tribubus sex, totidem alter ex XII Israēlītis insigniti erant. Inter Smaragdos medius Adamas erat. Sacerdos igitur Deū de re quapiā cōsulturus, precib. ritē prolatis, supinis in ecclū manibus porrectis, oculos in id operis cōnīciebat, dēc̄p, pposita re Deū interrogabat: qui si prospēra secundaq; polliceret, Adamas ardentissimo splendore promicabat, radijsq; fulgētissimis coruscare quodāmodo videbat. Sin aut̄ ex voto nihil promittetur, lapillus nihil quicq; immutatus, sua se specie continebat. At si Deus populū cædi destinasset, sanguineus apparebat. Si mors cuiquā impēdebat, nigro obfuscari cōspiciebatur: idq; gestaminis E P H V D illi appellitabāt, de quo tota sacra historia plurima. Sedenim & genus vestis sacerdotalis erat Ephud, que aliter superindumentū, vel superhumerale appella: cuius vestimenti duo erant genera: vnum lineū & simplex, quod sacerdotes habebant: alterū diuersis coloribus, ex auro, purpura, & bysso, hyacintho gemmisq; suprapositis ornatū, quo soli Pontifices vtebantur. Logium quoq; inter ornamenta Pontificia celebre, nostri Rationale appellitarūt, de cuius significato alio cōmentario diximus, contenti hīc formam eius ex Eucherio prodere. Erat verò pannus exiguus, ex gemmis & auro coloribusq; varijs, qui superhumerali cōtra pectus Pontificis adnectebatur.

## S A P P H I R V S.

IMPERIVM, AVT SVMMVM SACERDOTIVM.

F

**S**apphirus & apud veteres & apud iuniores, omni ætate, magna semper in celebritate fuit: siquidem per eum imperium, aut summū sacerdotium significari manifestum est. Causam nonnulli eam cōminiscuntur, quod lapillus is cœlitus à Ioue & à Saturno vim quandam contrahat, vt ad eiusmodiuenta viam præparet, & faciliora hæc affectantibus omnia reddat: ita ab Ioue regnū, ab Saturno sacerdotium impetrari. Sedenim pietas nostra sanctiora patrum documēta prosequēs, Sapphirum in similitudine Throni figuratum apud Ezechielem agnoscit, idq; Dei Opt. Max. sedem significare cōtendit. Eucherius hinc cœlestes formas, ipsosq; angelos intelligit, ita per serenum cœlum electorū cōuentus ostendi. Neq; dissimilia Hesychius super tunica coloris hyacinthini.

## C O E L V M D E C I M V M.

**S**pecies tamē ea Sapphirei throni, vt ab Isaache philosopho explicat, decimū cœlorū orbē designat, empyreū ab alijs vocitatū: ex colore siquidē sapphiri nitorē intelligunt illius lucis, q; omnē supereminet lucē. Throni verò similitudo immobilitatē eius indicat: siquidē orbis ille fixus manēs, & getus esse perhibet. In diuinis sanè literis legere est, Intuebūt p̄ij que sub pedib. Dei sunt, quasi opus lapidis

A lapidis sapphirei. Quinetiam profanæ religionis autores Iouem in throno stœbant, quod firmæ apud eum perennitatis indicium esset,  
*Qui stabilis cùm permaneat, dat cuncta moueri.*

## S M A R A G D V S.     V I R G I N I T A S.




Vnt qui perpetuo claroq; Smaragdi virore considerato, signum id esse virginitatis velint: idq; insuper argumento addunt, in patranda re venera, quod experimento compertum est, si quis lapidem attingat, eum sponte frangi. Cæterum Astronomi Smaragdum Veneri cœlesti dedicarunt, et ad impetrandum eius numinis afflatum perquām idoneum esse profitentur. Nihil autem ccelitus non vnde cunq; purum, honestum, & candidum, mortalium animis, si Platoni & veritati credimus, inspiratur.

## I A S P I S.     G R A T I A.

B  Aspidem pro gratia ponî autores tradunt. Sumptum ab eius vi, quod mortalibus persuasum est gemmam eam hominum gratiam conciliare erga gestantē. Vnde non otiose dictū à Virgilio volunt,  
*Illi stellatus laſpide fulua Ensis erat:*  
*quo præcipue tempore Didûs gratia expetebat, cuius amore detentus,*  
*Carthaginis fundabat arces, ac teſta nouabat.*

## V E N V S T A S.

C  Vnt qui gemmas omnes in ornatu Veneri deberi putent, quod scilicet eam maximè comptam esse deceat, & deliciis omnibus affluentem. Operæ pre-cium vero est apud Tertullianum legere, quæ de morosa gemmarum cura disserit, dum nostras miseratur ineptias, qui tam anxiè in re tam inani occupemur: Tardè (ait) teruntur vt niteant, subdolè substruuntur vt florent, anxiè forantur vt pendeant: & alia in hanc sententiam. Vniones tamen cùm ad ornatū præcipue comparentur, venustatis significatum sibi ante alias usurparunt: lapilli enim reliqui non de pulchritudine tantum, sed de dotibus etiam alijs censentur: in vnione nitor & læuor tantum expetitur. Quod verò fuerint qui eos etiā devorare magnificum existimarint, id improbitati potius, quām vlli sit liberalitatis splendori tribuendum. Diuinæ literæ per hieroglyphicum margariti, præmium ostentant quod recte scientibus offertur. Euangelista: Inuento autem uno precioso margarito abiit, & vendidit omnia quæ habuit, vt id emeret.

## V N I O N E S.     L A C H R Y M A E.

 Llud magis receptū, vniōem esse lachrymarū indicium, sumptum quidem à coniectoribus, qui visos in somnis vniōes lachrymarum profluuiū portendere tradiderūt: aiunt enim, δαλδοὶ μεργαέπαι δαχρύων ἥρος, vt apud Sudā est, Artemidorū, & alios. cuiusmodi somniū cùm nobis aliquando contigisset, resq; postmodum subsecuta esset, ita cecinimus:  
*Uisus eram niueos manibus tractare lapillos,*  
*Unio in his, lætis gemma inimica virtus.*

## AMETHYSTVS.     S O B R I E T A S.

 Eq; desunt qui Amethystū pro sobrietate ponî dicāt, quod eiusmodi lapidem cōtra ebrietatem stare compertū est: non enim vino tentari, qui eum gestet: in quo præter nomen, quod eius est significatio-

# Pierii Val. Peeten, & Speculum.

nis, nihil certi habeo, plerisque tamen, qualemque sit, commentum placet. D

## D E P E C T I N E.



Ram hic finem facturus, cum tu ut prosequerer ita hortatus es: Mulierem nobilem gemmis aliquot ornauiimus, sed ea nisi caput cōpserit, parum profecerimus: addamus igitur & pectinem, & speculum, ut si qua eo vti velit, non aliunde quæsitum eat. Subieci ego:

V E N V S.

**V**eneri quidem præcipue sacer est pecten, eiusq; Deæ statua cum pectine aliquando Romæ dicata est, soluto quippe voto, quod mulieres Romanæ uerant, comis propter insuperabilem pruriginis ardorem abrasis: quo quidem incommodo atq; cruciatu liberatæ, statuam huiusmodi Veneri erexere, quæ comas restitueret. Eandem etiam barbatam statuerunt, quod utroq; sexu prædita sit Venus, quā à lumbis ad superiora, marem, ad inferiora fœminam esse dictabant. Atq; huc spectat Maronianū illud, Discedo, ac ducente Deo. quāvis non contempnendi autores utruncq; sexum diis attribuant. Sed super hoc alibi. Sanè quod ad pectinem attinet, Naso eum Cytheriacum dixit:

Sæpe Cytheriaco deducit pectine crines. Metamorph. vbi de Salmaci.

Ea enim propria est muliebris curæ vanitas, ut in comendo ornandoq; capillo, studium omne suum exerceant. Quare in numismatis videoas Faustinæ caput multis & diuersis capillorum concinnitatibus sæpe variatum. Sanè Seleucus meritò duodecim eos versus sustulit, quibus Hesiodus inducit Palladem, Theogonia, Pandoræ satagentem, comendo eam & ornando: indignum ratus sapientiae deam tanto studio circa muliebris ornatus curam occupari. Versus illi XII hi sunt:

Ζῶσ δὲ τοῦ κύριους θεᾶς Ηλίου κυρῖπης ἀθλώκ,  
Ἄργυροι διθύπη, κέρατοθεος ἐναλύπτειο  
Δαισκελέων χείρων ιεπέχετε, θάμνα ιδέασι.  
Ημερίδειοι σεφαίγεις νεοθηλίας αἰνέτοις πόδικις  
Ιμφράτην παρέθηκε καρκαπή παλλάς ἀθλών:  
Αμφιλέδειοι σεφαίγεις χρυσέων κεφαλῆισι εἴδηκε,  
Τίλιοι κινός πρίνος πούσικλυτοι αἰμοργυίζεις  
Ασπίκοις παλλάμησι, χαειζόμενοι διπάτει,  
Τῆρδειοι οἰνοθεαταί πολλά πετύχασι, θάμνα ιδέασι,  
Κινώθηλα δοσοὶ πειρούτηρέφθηδειοι θάλασσαι.  
Τάλας οὐρα πολλ' οὐεθηκε, χαειζίς δοξαπέρη πολλή  
Θαυματή, ζωοῖσι τοικύτα φωτίεσιται.

## D E S P E C V L O. EXPLORATIO.



Vnt autem qui speculum explorationis signum esse velint, propter ea quod & næui & rugæ, & vniuersi color, & alia quæ forent incognita, indice speculo deprehenduntur.

F A L S V M.

**S**edenim sapientius illi rem expendisse mihi videntur, qui falsum ex speculo significari tradiderunt, in quo scilicet quamvis similitudo quædā appareat, eo tamen falsa est, quod in speculo quæ læua sunt, dextera: quæ dextera, læua referantur, atq; ita veritati fucus fiat.

H Y M N V S.

**A**lioqui speculum Pindaro est hymnus, in quo scilicet res præclarè gestas, virtutesq; cuiuspiam celebres possimus intueri,

A D

AAD ILLVSTRISS. PRINCIPEM D. NICOLAVM RODIVILVM OLICÆ ET NESVESII DUCem, Palatinum Vilnensem, ac magni ducatus Lituaniæ summum Marescalcum & Archicancellarium, Bresensem, Saulensem, Borissouicensem Capitaneum, Deiis quæ per arma significantur,

EX SACRIS AEGYPTIORVM LITERIS  
PIERIVS VALERIANVS.

**V**N iam varios commentariolos diuersis missis amicis, dedissemque operam ut argumenti ratio vnicuique non inconveniens esset, diligenter disscipienti mihi putavi, cui nam hanc nostram de Armis elucubrattunculam inscriberem. Verum cum arma acri mittenda viro non ignorarem, tu certe Nicolae Rodiuille Magnanime princeps, animo statim obversabare meo: tèque unum è multis delegi, in cuius patricinio ac tutela, noster qualis is cunq[ue] esset in hac re insumpitus labor, conquescere deberet. Nam cum multæ se offerrent cause, quæ quemvis ad te vel amandum, vel suspiciendum allicere possint, ut animi tui celitudo cum summa coniuncta clementia & moderatione, ingenium facile & apertum, nulla malevolentia suffusum, nullaque auaritia inquinatum, bellicæ laudis militarisque gloriae flagrans studium, tum illa in primis Caroli V. Imp. Sigismundiq[ue] Sarmatiæ regis (quos maiestatis causa nomino) de insignia tua virtute testimonia tot tantaque fuere, ut alter te Ducem renunciaret, ab altero multis maximisque Lituaniæ imperiis & administrationibus ornatus longè clarissimus esses, dignusque habitus qui in fortium bellicosorumq[ue] populorum vel flore vel robore summam potestatem haberet, & in quo omnes rebus secundis animi aquabilitatem & religionis propagationem agnoscerent, aduersis inictum robur cernerent, & disciplinam militarem prudentiamque in administrandis disponendis que singulis sequerentur, & autoritatem amplissimam libenter retinerent. Hæc cum in te sint dona, coneris que tam pulchro laudabilique exemplo ad eorundem lucem alios multos adducere, & quasi normam boni gubernatoris dirigere, merito te omnes strenuum istic hominum florem, ditionum istarum firmamentum, bonique principis ornamentum existimant: merito quoque nos T. Excellentiae hosce nostros de Armis commentarios nuncupamus & consecramus. Arma certè huiuscmodi mittimus ad bellum ita delectabilia, ut eadem vel domi sedens, in alto contrectare possis ocio, cum in iis ipsis & disciplinarum cultum, & variæ eruditiois totiusque antiquitatis imaginem honoratissimam sis agnitus. Hæc qualia cunq[ue] à me conscripta, me & in te perpetuæ obseruantiae testes, probata ad alios venire patieris: equidem nec dubito, quin tuo patrocinio defensa, gratiora omnibus futura sint. Faxit Deus Opt. Max. ut potestas & voluntas quas tibi dedit, eos exitus habeat, qui & illi maximè gloriae sint, & Christianis utilitati, & tibi dignitati. Vale.

## IVS IN ARMIS.

**D**E ORVM, ut hinc exordiamur, simulachra armis ornata, auctoritatem, vimque armorum indicant. Nam Græci præcipue deos omnes in vniuersum ferro accinctos fingere consuerūt, ex eo scilicet innuere volentes, armis omnia parere, in armis ius esse: cum tamen Phœnices, utpote mercatores, & assiduis dediti negotiationibus, deos cum loculis & crumenis bene pecuniosos omnes effingerent,

# Pierii Val. Arma.

nempe quod rerum omnium vim penes aurum & diuitias esse arbitrarentur. D  
M V L I E B R I S V I R T U S .

**Q**uod verò Lacedæmonij Veneris armatæ simulachrū dedicarint, virtutis id hieroglyphicum, quæ prenitus in mulieribus. Nam cùm Lacedæmonij bello cum Messeniis congressi eorum impetum sustinere non possent, pedesq; sensim retroferrent, uxores eorum hoc animaduerso, repente arma corripiunt, impetuq; in hostes facto non tantum lapsam maritorum aciem restituere, verum & Messenios ipsos fugauerunt. Eas inde amplexi Lacedæmonij, prout erant armati, cùm armatis promiscuè, ut Lactatius ait, concubuere. Atq; ita mox armatam Venerem colere cœperunt. Neque tamen Venerem tantum, quam pugnæ vocabant, sed deos, deasq; omnes cum lancea figurabant, ut eas ita rediderent honestiores. Nihil enim apud eos ignavia turpis, nihil bellica virtute præstantius habebatur. Alia verò ratione armatæ virgines in sacrificiis adhibentur: eas enim in numis aliquot, atque etiam in lapideis signis atq; memoriis videas lacinia toga in humerum reiecta figuratas. Hę sunt virgines quæ Armatæ dicebantur, quod in armum ita vestes coniicere sacrificij ritus deposceret. Vnde etiam poma ex alieno in armum legere, legibus prohibemur, tanto scilicet numero asportare, quantum humerorum onus sit. Hoc quidem καὶ πάρερχει fatemur, sed hoc loco necessarium.

**V**Idere autem est plerisq; locis, atq; etiam in numis, signa Martis Vltoris cum scuto & hasta, quæ nimirum belli indicia sunt, cùm omnis eius ornatus in eo versetur, ut arceat à se cladem, & hostibus inferat calamitatem. Hinc proverbiū illud emanauit, οὐδὲν οὐδείς, cùm quid omni conatu aggrediendum innuimus. Huius modi verò statuā sibi Sesostris erigi curauit supra quatuor cubitorum magnitudinem, ut ita mortales reliquos superasse gestarum rerū gloria restaretur. Nam eorum quæ præclara gesserit Rex hic Ægypti, pleni sunt omnes antiquitatis libri.

## M A R S V L T O R .



## B E L L U M I N D I C T U M . F

**A** pud Romanos indicti belli signum erat hasta ferrata prævistaq; , focialis manu prætenta, quam ubi primum in hostium fines emisisset, tribus puberibus præsentibus, causa prius exposita, bellum iustum indictum, fieriçq; cœptum intelligebatur. Hinc apud Maronem Turnus primus iaculatum intorquens emitit in auras Principium pugnae.

## T V M V L T V S .

### ARCUS ET SAGITTAE.

**A** Egypti sanè sacerdotes tumultum, aut belli principiū esse factum, significare cùm vellent, armatū hominem figurabant, qui telum arcu cōtendere, & ad feriendū paratus videretur. In diuinis tamen literis per arcum & sagittas ab improbis hominibus paratas, interpretes totū belli apparatus accipiūt; & huiusmodi significatione Psal-



A LIX. Dediti metuentibus refugium, vt declinare valeant arcum. quamvis in Hebraicis codicibus L X longè alia lectio reperiatur. Ita tamen legit Euthymius, & hic arcum recipit Ecclesia.

## S O L A R E S R A D I I.

**I**N Apollinis verò Dianaq; simulachris arcus & sagittæ vibratilcm radiorum vim ostendunt. Vnde Lucretius hieroglyphicè ita eos expressit:

*Non radij Solis, neq; lucida tela diei.*

Eædem in Sagittario cœlesti signo, vim eius à remotissimis etiam locis in plantas & herbas permeare, quæ quidē vbi vbi sunt, solari omnino vi viuidæ, & incolumes conseruantur. In Gallieni sanè numis Sagittarij signum est, quale cœlesti illud singitur, cum inscriptione, APOLLINI CONS. AVG.

## D E P H A R E T R A.

**M**inime verò prætermittendus est locus in carminibus diuinis Psalmo X, Siquidem impij arcum saepius intenderunt, promptuariis sagittis pharetram impleuerunt, quas in quempia probi cordis hominem immitterent. Non nulli Paraphraſtæ, dum nouitati forsan plus æquo student pro eo quod apud Græcos est, ἡπίμαχον βέλη εἰς φαρέτρα, sagittas ad neruum accommodarunt, ponere maluerunt, nempe quod ita id exponendum codex Hebraicus admoneat.

## C O R , C O N S I L I V M ' Q V E.

**A**Damantius tamen Græcam secutus lectionem, ita pharetram agnoscit, vt quid habeat hieroglyphici, etiam interpretetur: per eam enim cor intelligit: per sagittas, consilia, & cogitationes: per arcum, os & labia. Nam & alibi dicitur, Cor impij repletum est veluti pharetra sagittis venenatis. Consilia enim cogitationesq; pessimæ, impiorum sagittæ sunt: arcus verò, os & labia: quo distento, quippe adaperto, virulèti cordis spicula depromuntur ad vulnera. Quod verò dictum est è latebris, nō otiose appositus: siquidem hi cum lucem odio prosequantur, in tenebris delitescunt, & in cæca malignitatis atq; ignorantiæ latibula sese abdunt. Iam verò apud Lucianū legas, πολλά τὴν ὥδι μαθῶ ζωόντες, stare aliquem in insidijs incognitum, qui arcu semper intento speculetur, qua latus exeras, vt ea te quam primùm parte conficiat. Vbi nimirum delatorum intelligas malignitatem, qui dicta factaq; explorant tua, ac simul aliquid exciderit imprudenti, collectum statim ad dominum deferunt, vt aliquod inde tibi detrimentum accedat. Olympiis quoq; Ode secunda, tela pro verbis, pharetram pro sententiis à Pindaro positas invenias, in hunc modum: τολμάσαι ιπ' ἀγκῶνθ' ἀκέα βελή εἴτε οὐ πί φαρέτρας φωνάντα ζωγροῖς: Multa mihi tela velocia sub cubito in pharetra sonantia exaudiuntur, propter orationis acumen, & laudationum opportunitatem, inquiunt interpretes. Præclara enim esse debent, neque ab obtuso ignauoq; ingenio prolata, quæ dicuntur, sed ea opportuno etiam loco disposita. Alibi diximus, mysticæ philosophiæ interpretes Platonis cor ab Herculea sagitta vulneratum, hieroglyphicè significare velle, nullum esse tam abditum in rerum natura locum, quod non pervenerit philosophia: eius enim scientiæ latebras multi memorant. Nam & Nazianzenus Basiliū ait philosophiæ latebras omnes penetrasse.

## V V L N E R A A M O R I S.

**A**MORI verò arcus in primis dedicatur, propterea quod eo vulnere sauciū, semper eminus feriuntur, veluti sagitta quadam ab amatis oculis emissā, & in amantium oculos recepta. Sunt verò illi, vt philosophatur Plato, radij

# Pierii Val. Arcus & Sagittæ.

quidam tenuissimi, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sanguis dulcissimus calidissimusq; sedem habet, viaç sibi, vt Musæus ait, per oculos patefacta, per amantis identidem oculos illapsi, ad intimum eius cor penetrant, accensoq; interim magis ac magis sanguine, bilis etiam inflammatur, vnde ille sequitur dolor, quem affixum esse cordi amantes omnes profitentur, quicunque illos euentus, aut durus, aut facilis sequatur. Hinc etiam adiectæ ad amorem facies, de quibus alio loco disseruimus.

A M O R .

**A** Pud coniectores sanè, si quis ētate florida vir aut foemina peccatum sibi transfixum imaginatus fuerit, amorem significat. Non æquè id in grandæuo, si quidem huic id somnij triste aliquid, & illetabile nuncium affert.

P O E N I T E R E .

**I**N diuinis verò literis sagittæ sæpiissimè ponuntur pro doloribus, qui ex retributum perperam actarum conscientia cor stimulant, compungunt, exulceratq;. Ita Psalmo octauo supra x x x, Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: Attigerunt me, transtulit Symmachus.

E

C O E L V M .

**S**Edenim philosophi cùm amoris cognomento ccelum intelligent, non ociosi commenti sunt & alas & sagittas velocitatis indicia figurare, simulq; faces, utputa ignem, quo ccelum ipsum maximè spectabile est: ac puerum deniq;, cùm senium auferant à ccelo. Amorem insuper primum omnium genitum autuant, & ccelum initio creatum à Deo sacræ testantur literæ.

V E L O C I T A S .

**E** Sto igitur sagitta velocitatis etiā hieroglyphicum, cuius ergò Virgilius iuuenibus cursu pedum certaturis cùm equum primò præmiū proposuisset, alteri Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis pollicetur. Et Armenij sagittam Tigrin vocant, vnde & velocissimum animal Tigris, & fluuius rapidissimus, qui ex Armenia in Mesopotamiam labitur. Ibi enim sagitta Tigris dicitur. Et Psal. septimo, quod minatur propheta futurū vt Deus gladium suum expedit, & arcum intendat: interpretes per gladium acerbitatem, per arcum celeritatem mortis indicari tradunt. Ab hac sagittarum velocitate vulgus totius Italie hodie cùm quid properandum esse innuit, vocabulum formauit Affrezzare, ex quo sagittam frezam vocant. Sanè Abarin genere Hyperboreū apud Scythas tantæ velocitatis hominem fuisse tradit Nazianzenus, vt cùm sagittam, veluti fabulantur, accepisset ab Apolline, emissam eam pari cursus perniciitate consequeretur: quo signo populos circumiens responsa dabat, inde sibi fidem acquirens, quod conatus ille longè supra humanas vires esse putabatur. Sed non fabulose apud nos dictum, Sicut sagitte in manu potentis, ita filij excussorum: per quas Eucherius Apostolos hieroglyphicè significari tradit, qui orbem terre volatu pernicissimo peragrantes, doctrina sua mortalium, qui nōdum Deum norant, corda penetrarunt. Filij verò excussorum, quia de prius excussis telis, hoc est, Prophetis, Apostoli geniti sunt. De iis Psalmographus ait: Misit sagittas suas, & alios alio delegavit. Plerisque enim locis sagittæ verba diuinæ sunt, quæ penetrabili charitate corda nostra configunt. Hic arcus ille erat, quem tetederat, paratumq; ad feriendum asseruabat: quamvis hoc nonnulli ad minas referant, quod arcus inter alia significata, minarum etiam signum sit. Vnde Horatius:

Nec semper feriet quodcumq; minitatitur arcus.

C O N-

A

## C O N T R A R I E T A S.

**V**bi tamen sagittæ due parallelari positi iacentes animaduersæ fuerint; quarum cuspides altera ad alterius pinnas vicissim conuertantur, præsentæ contrarietatis signum esse volunt.

## F R A C T A . B E L L I F E R O C I A .

**Q**uemadmodum verò arcus intentus bellii signum est, ita fractus sublatam bellii ferociam ostendit. Et in ostentis eodem accipitur significato: veluti quod in recentiorum historiis legitur, ea nocte qua Rex Attila sanguinis erupzione, quæ profluvio effusissimo de naribus emissâ est, suffocatus & extensus est, supremum numen Martiano Imperatori apud Constantinopolim agenti apparuit in somnis, arcumq; Regis defuncti relaxatum, ut alij, fractum, ostentare visus est, quod de bellica eius ferocia iam extincta signum fuit. Et in diuinis literis scriptum est, Deum eorum conterere arcum, & arma confringere, qui pietate posthabita spem omnem in ferocitate sua posuere.

## P E R S Æ .

**B**eo verò armorum genere, quo Persæ plurimū vtuntur, sagittas numis Darius impressit, siue ita gentem suam significare voluerit, siue potentiam suam latè diffusam indicare. Nam & in Artoxerxe sagittarius miles cusus erat, eaçq; de causa numi illi Sagittarij vocitabatur, vt Plutarchus Apophthegmatis. Vnde non infacetè dixerit Agesiläus, triginta se millibus Sagittariorum Asia pulsum, cum ea summa Rex corruptis per Timocratem Atheniensibus effecisset, vt bello aduersus Lacedæmonios concitato is prouincia decederet. Quod quidem dicterium proximè accedit ad Gylippi Noctuas, de quibus loco suo.

**S**agittas autem Apollinis in Græcos immisfas, pestilentiam manifestissimè significasse nulli dubium: de quibus latè apud Homerū. Hæ verò hieroglyphicè solares radios indicat corrupto celi tractu contagem illam dispergentes. Et Christiana pietas è diuorum numero Sebastianum sagittis impetum, dum Christo fidei testimonium præstat, aduersus pestilentiam sibi tutelarem proposuit.

## D A M N A T I O .

**S**unt qui telum in sagittæ cuspide ita figuratū, damnationis signum esse autumēt, aut explodendum summouendūmve aliquod ineptè dictū in scriptis, id quod Aristarchi summi Grammatici iudicio inter hieroglyphica receptum est, quod eo ille signo usus sit in adulterinis apud Homerum carminibus summouendis.



## D E H A S T A . S A P I E N T I A E V I S .

**V**id Palladem armatam vbiq; conspiciamus, indicat, arma parum proficere, nisi quæ per sapientiam administrantur. Nam stulto præcipitiq; ingenio Imperatores, quot & quantas & sibi & Reipublicæ calamitates attraxerint, ut alia dissimulē, clades illæ insignes ad Trebiam, ad Thrasimenum, ad Cannas acceptæ, facile ostenderūt. Porro autem hasta in manu Palladis, ingenij vim atq; promptitudinem ostendit. Vnde apud Martianum legas: *Hasta etiam vibrans penetrabile monstrat acumen.*

# Pierii Val. Hasta.

F A M A.

D

**A**D hæc lancea in quacunq; videatur imagine , præter militiam ipsam famæ etiam celebritatem indicat. Quare Lysippus, vt Plutarchus ait, eam in Alexandri manu posuit, fulmen quod alij fecerant, aspernatus, utpote qui celebrem eum vna vix ætate existimaret, dummodo quis veritatis studiosus, ea tantū que re vera gesta fuissent ab Alexandro collegisset. Quod verò ad extensionem in longinquum facit, telum appellant quicquid à manu iacit, quod πλάστης & πλέον procul apud nos sonat. Quanquam apud Caium Iurisconsultum telum vulgo appellaretur, quod ab arcu tantum mitteretur.

## HOSTIS INFENSISSIMVS.

**I**Nfestissimum hostem , qui omnes, quò maximè lædat, vias exploret, nōnulli significare cùm volunt, iaculum terræ appressum cuspidè in eius lœua statuūt, dexteram verò ori obiiciunt, eo gestu, vt in eam inspuat, nempe quòd persuasum sit, ictus aggrauari saliuia in manum ante conatum ingesta. Id verò ea de causa fit, quia manus ita magis solidescit, & maior in vibrando vis accedit, non autem quòd ea quædam sit fascinatio, vt Magi putant.

E

## OFFENSIONIS ILLATÆ POENITENTIA.

**N**Am illud forsan pertineat ad Magiam, quòd à iactu, si quem inferendæ iam iniuriæ pœnituerit, in medium expuendo manum, qua vibrauerit, leuari percutsum à pœna prodiderunt. Alioqui pleraque alia expuere, contra omnes fascinationes & pericula amuletum esse creditur. Vnde apud Theocritum τεῖς ἐς ἡμὸν ἐπίστα κόλπας, ter in sinum meum inspu. Meminere huius rei & Plinius, & autores alij plerique.

## S V M M V S HONOR.

**S**Edenim ne Lysippum adeò malignū aut inuidum in Regem suum, vt paulò antè dictum, fuisse suspicemur, sciendum hastæ gestamen haud quaquam inter vulgares honores habitum, tantæq; apud veteres venerationis fuisse, vt loco diadematis pro insigni Regio haberetur. Necq; temerè Virgilianus Æneas,

Bina manu lato crispans hastilia ferro, Ingreditur. Et Regis filius Pallas apud eundem, telo rapto volat obuius ipse Æneæ. Necq; quidem ea solum donari solitos tradunt qui fortiter in bello fecissent, verum & Iunonē Curitin ab ea nuncupauerunt: Curis enim hasta Sabinis erat, quod iam apud omnes pervulgatum est.

F

## S T R E N V V S.

**E**orum qui fortiter fecissent insignia, more quodam hieroglyphico apud veteres fuisse reperio hastas puras, quibus milites ab Imperatoribus donari soliti: eaq; de causa Sicinium Dentatum, Plinio referente, hastis puris duodeviginti donatum. Hastas verò puras, Donatus & Seruius interpretantur, sine ferro, eo præsertim Maronianus versu:

Ille, vides, pura iuuenis qui nititur hasta:  
qui quidem futurus erat Rex, multorumq; Regum parens.

## B E L L V M.

**A** pud Carthaginenses, genus intractabile bello, belli hasta erat indicium. Hinc cùm bellum velle se cum Romanis professuri essent, Romam ad eos hastam suæ voluntatis signum miserunt. Sedenim apud Macrones, dare accipereq; lanceam, sancti foederis signum fuit: cuius rei meminit Xenophon De reditu Græcorum IIII.

S V M .

# Liber XLII.

311

**A** EA verò de causa viros fortis hasta donari putat Festus Pompeius, quòd hasta summa armorum & Imperij esset, captiuosq; sub ea vendimorem fuisse: proindeq; rei fortiter gestæ signum erat. Et sub iugum mittere, qui superati esent, quiq; per vim sub Imperium devenissent, apud historicos frequentissimū. Constabat verò iugum ex hastis tribus, duab. quidem fixis, et alia in transversum ad eas alligata: sub his enim discinctos transire cogebant, inquit Festus, ubi discinctos intelligendum, armis spoliatos. Hinc etiam mos apud Romanos fuit, ut nuptarū capita cœlibari hasta comerentur, propterea quòd quæ nuberet, imperio viri subiiceretur. Cœlibarem autem hastam vocabant, quæ in corpore gladiatoris abiecti occisiq; stetisset.

## SVMMA IMPERII.



## CONIUNCTIO MARITALIS.

**B** Iunt verò nonnulli coniunctionem maritalem hieroglyphicum id significasse, ut quemadmodum hasta ipsa in corpore gladiatoris hæsisset, coniunctaque fuisse, ita debere sponsam viro coniungi, ut, quod nostræ monent diuinæ literæ, duo sint in carne vna. Alij boni tantum omnisca causa factum autumant, ut vota hinc ostenderentur, fore ut viros fortis genituræ essent.

## D I I.

**P**Ræterea, ut Iustinus ex Trogo memorat, ab origine rerum pro dis immortibus veteres hastas coluère, ob cuius religionis memoriam hastæ adhuc, ait ille, Deorum simulachris adderentur. Quinetiam simplex baculus surrectus apud Ægyptios diuinitatis hieroglyphicum fuit. Atq; hoc illud est quod Pædianus ait in Diuinationum commentario, nō placere sibi eorum opinionem, qui delubra existimant ligna delibrata, id est, decoriata, pro simulachris deorum more veterum posita. Id fieri solitum à veteribus Cyrillus inquit, quòd natura diuina nullo modo neque deiici, necq; labefactari potest, sed inconcussa firmaq; suo se robore communiat, sustinereq; omnia, & omnium fundamentū esse perhibetur. Sed ut ea etiam quæ ad ineptias usq; facta sunt in hoc genere comme-

**C** moremus, Alexander Phereus hastam, qua Polyphranē auunculum interemerat, consecravit, additis etiam corollis, eiq; tanquam Deo rem diuinitā fecit. Tantum verò hastæ à veteribus tributum est, ut sceptrum illud Agamemnonis, mulitorum Regum successione apud Homerum celebre, Chæronei Beotiae populi diuinos illi honores meditati, quò cultus eius fieret augustior, hastā appellarent. Colebant verò illud uti numen, singulis diebus hostiis à sacrorum antistite immolatis. Cui etiā (tanta fuit hominum vesania) mensa variis instructa carnis parabatur, omniformiumq; placentarum libis referta semper adstabant. Iam & Cenea illum, quem ex femina in virum à Neptuno commutatum Græci fabulantur, primum omnium aiunt comites suos iussisse per hastam suam iurare. Vnde mox proverbium, Hasta Cenei: de quo apud interpretem Apollo, & alios, Argonauticis, plura reperias.

## D II P E N A T E S.

**E**T Penates, qui apud Romanos tanta religione colebantur, armatos, hastatos quippe fuisse, memoriae proditū est. Dionysius enim duos ait adolescentes fuisse militari habitu, & vetusto opere, qui sederet, & peila in manibus tene-

# Pierii Val. Hafta.

rent, cuius rei testimonium titulus subesset, D II  
**P E N A T E S.** Eos Nigidius putat esse Apollinem & Neptunū, quod in Apolline calor & aridus, in Neptuno humor & frigus intelligatur, quæ nostræ cōpositionis principia perhibētur. Et quoniā Penatibus Magnorū Deorū cognitum attributū est, vnde Maronianum illud:

*Cum sociis natōq; Penatibus & Magnis diis,*  
 eruditiores particulam, & ad expositionem positam volunt. Alij eos Iouem & Iunonem esse voluerunt. horum enim præcipuum esse munus, iuuare mortales, atque inde utriusque nomen. Alij Castorem & Pollucem Deos magnos vocari persuasum habuere. Sed quoniam in nullo Deorum magis, quam in dis Penatibus & poetæ & historici occupantur, tum ipsa vetus Romanorum religio tam multa, tam saepe de his in medium protulit, haudquaquam ab instituto negotio alienum fecero, si super his aliquid ex remotiore vetustate repetiero. Pallantis filiam legimus, cum Dardano in Arcadia nuberet, dotis nomine munera Palladis attulisse, scutum quippe breve ccelo lapsum, quod Palladium appellarunt, cumq; huiusmodi scuto Magnorum Deorum simulachra. Orta autem seditione in Peloponneso, Dardanum inde cum vxore & magna Arcadum manu vertisse solum, atque in Samothraciam nauigasse, ubi dotalibus muneribus templum erexit, quibus occultas instituit cæremonias, ut sacra ea separaret a vulgi cognitione. Simulachra itaque in subterraneo specu condidit, quæ mox cum inde in Asiam transmigraret, secum abvexit, & in Dardania a se nūcupata collocauit. Ilus cum Ilion ædificasset, eò Deos ipsos transtulit. Æneas ex incendio Troiano ablatos in Italiam vexit, eosq; Lauinij posuit. Ascanius in suam Albam traduxit, pulcherrimo illis templo ædificato. Verum aiunt sequenti nocte Penates, nullo ferente, Lauinium rediisse, ostia clausa inuenta, parietes integros, & tectum nulla in parte violatum: quo miraculo motum Ascanium, aiunt sexcentos curatores Lauinium misisse, qui sacra custodirent, præfectumq; his antistitcm Egestum nomine. Idem demum Romā translati cum urbem approbassent, nequaquam abierunt. Cumq; eos Romani in urbis imperiūq; sui custodes admisissent, ne per vim aut dolum auferri possent, eos in subterraneo, vt Dardanus fecerat, specu, templo ibi dedicato, posuerunt. In quo quidem templo id præcipue religionis obseruabatur, ut spuere nefas esset. Ad hoc specu, & pristinum Dardani institutum, Virgilius allusit, cum scripsit:

*Aeternūq; adytis effert penetrabilibus ignem.*

Nam sacra Penatibus sine Vesta nunquam fieri solita, sed vna cum Vesta semper illi colebantur. Quid vero Vesta foret, declarat Naso:

*Nec tu aliud Vestam, quam viuam intellige flammarum.*

Et Sinon apud Virgilium, ubi se Penatum offensam vereri simulat, si patriæ secreta hostibus prodat, cuius cura Penatibus credita:

*Vos aeterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait.*

Sed quoniam de Vestali igne, & dis Penatibus, alibi etiam disseruimus, hæc pro loco commemorasse sufficiat,



D

A

## D I I T V T E L A R E S.

**I**D verò tutelares eos esse ostendebat, quòd sederent, quòd peila gestarent, quòd adolescentes essent. Nam sessio hieroglyphicè firmitatis & constitu-  
rei consilii signum habetur. Peila propulsionem malorum, incommodo-  
rumq; significant. Adolescentia incrementum, quod Imperio esset in dies acces-  
surum. Quod verò genus teli peilum sit, à Vegetio ita describitur: Missilia pe-  
destris exercitus peila vocabant, ferro subtili præfixa trigono nouem vnciarū,  
sive pedalī, quæ scutis infixa nō possent abscondi, & loricā facile perrumperent.

## D E F R A M E A.



Rameæ vocabulum, & id genus teli, Germanicum est, de quo Cor-  
nelius Tacitus in Germanorū moribus in hunc modum scribit: Ha-  
stas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt, angusto & breui ferro,  
sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo provt ratio poscit, vel  
cominus vel eminus pugnent. Ita eques scuto frameaç contentus est.

## M O R S.

**I**N diuinis literis Framea, vt & alia telorum genera, mortis hieroglyphicū ha-  
betur. Ita Theologico Psalmi loco: Erue à framea Deus animam meam.

## D E S C V T I S.



Ocus exigit ut hastis scuta etiam adiiciantur, quorū varia sunt hie-  
roglyphica, quia variæ sunt eorum species, varij etiam usus, necq; fa-  
cile est omnium rationes exquirere in tam varia tamq; frequenti ar-  
morum penè omnium mutatione, quæ unaquacq; ætate facta est: eas  
tamen nos formas amplectemur, quas in numis, aut veterum monumentis fi-  
guratas obseruauimus.

## S T R E N V V S II.

**P**ari honore cum hasta scutum fuit, quo inter præmia reliqua militaria do-  
nari soliti sunt qui strenuè fecissent, cuius rei exempla passim apud histori-  
cos. Et apud Virgilium Æneas clypeum efferrī iussit, quo iuuenem egregium  
**C**Nisum præstanti munere donaret. Præcipuum verò honorificum apud Argi-  
uos fuit scutum Enhippi, puero, qui tale aliquid meruisse, gestandum tradere,  
eoq; inserto pompam ducere. Argui porrò primi omnium scutis ligneis usi,  
eo prælio quod inter Procum & Acresum fratrem gestum est, pro tyrannide  
occupanda. Sedenim de honoribus inferius.

## S A L V S.

**C**Vm Palladium superius ccelo lapsum, scutū fuisse diceremus, significatum  
eius ad Imperij tutelam spectare interpretati sumus. At identidē obseruatū  
est peltæ quoq; significatū salutis esse, quod ab interpretatione Numæ desum-  
ptum est: is enim delapsam ccelo peltā salutē Vrbī immissam interpretatus est,  
cūm octavo eius anno pestilētia per vniuersam Italīā debacchata, Romā quoq;  
vrbem inuasisset. Vtrum verò grauis alioquin autor peltam propriè nec ne di-  
xerit, quod scutum Numæ tempore ccelo delapsum fertur, & lapsa ancilia ccelo  
Maro dixerit, alijs viderint. Legi tamē de Saliorum ornatu, consuesse illos capi-  
te gestare pileum instar coni, non obrotundum, vt vulgo: thoraca ahencum in-

# Pierii Val. Scuta.

duere, dextera manu ancile, lœua peltam aheneam circumtulisse: quamvis, vti D  
ictum, & lœua ancile gerebat, legamus.

## PELTÆ FORMA.

**Q**uoniam verò pelta Maroni lunata dicitur, operæ premium me facturu cre-  
diderim, si figuram eius ex antiquis monumentis descripsero. Nam ea Ro-  
mæ multis locis aspicitur, nusquam tamen speciosius quām in marmoreo quo-  
dam conditorio, quod nūc in hortis Pontificio Palatio subiectis pro aquæ tem-  
porariæ alueo ab Leoniana porticu spectatur. Ibi pugna quedam Amazonum  
incisa mira quadem arte, siue ea Troiana sit, siue, quod potius reor, quæ ab id ge-  
nus erraticis in Scythia commissa est. Ita viri mulieribus  
parcere, inuitiq; obuias sauciare videntur, cupereq; eas  
potius captiuas facere, quām lædere. Omnes illæ peltis ar-  
matæ sunt, quarum species in hunc modum describi po-  
test, vt scilicet circulus descriptus linea diametrali disse-  
etur, pars altera quantum cubiti manusq; ministerio in-  
seruiat, relinquatur, altera duobus à lateribus excavetur,  
ita vt in eorum medio spatium sit insertando brachio, cu-  
ius hoc sit propugnaculum. Extrema ad scuti marginem  
lunentur in cornua. Orbis illi duo hinc inde exempti, in-  
serrandæ si opus sit hastæ alter commodus, alter ad inspe-  
ctandum inseruiat.

## PRIMA ARMENICA.

**V**ariabat verò peltarum forma qua parte manus erat  
inserenda: vt in prima Armenica, incisura erat re-  
ctangularis.

## SECUNDA ARMENICA.

**Q**uæ in secunda, orbicularis fieri consuerat. Tum etiam  
coloribus, cùm pelta primæ cæruleo colore est, in al-  
ba parma: secundæ verò purpurea, in parma ipsa cæru-  
lea: in utraq; verò pelta aureus umbilicus.

## MENAPII.


**M**enapiorum autē pelta rubra erat in alba parma. Sed  
infra in eo albo sub pelta canis lutei coloris, pedi-  
bus ad cursum quantum fieri possit, exorrectis, vtero ad  
peltam verso, dorso parma superficiem spectante.

## VESONTES.


**V**esontes, qui sub illustri viro Magistro peditum mili-  
tabant, parmag habebant peltis quatuor cæruleis  
insignem, quadrangulari situ intra parmag marginem &  
centrum dispositis: centrum autem in partis quatuor de-  
cussatum, quarum duæ albæ, cæruleæ duæ. Circa centrum  
coloris rubri circulus, & in parmag ambitu alter itidem ru-  
ber conspicitur.

## ANCILLA.



**E**lusdem omnino significati Ancile est, cuius figura, vt ex veterum numis  
habe-



E



F



A habetur, oualis est, ductu quidem oblongiore, quod, ne cui dubium relinquamus, ex Antonini Pij numio didicimus; ab cuius altera facie scuta tria vna serie disposita, ea qua diximus figura conspiciuntur, quibus inscriptio subiecta est, A N C I L I A.

In altero Antonini eiusdem numio scuta sex habentur anciliorum specie, ut paria duo, uno super alterum sublato, partem interiorem ostentent, qua scilicet brachium insertatur: mox singula vtrig<sup>p</sup> pari appensa, quae vmbonem spectandum obijciant, in eum quem vides modum. Literæ nonnullæ in eo quem attrectauit numo detritæ sunt, vna excepta locutione, S V P E R A T O. vbi etiā duo prima elementa ita curta sunt, ut vix discerni ab oculatissimo quo B que possint.

## S A P I E N T I A.

**E**A plurimū formā scuta sunt, quæ Palladi dedicantur: quamvis non negarim orbiculari etiam specie nonnunquam facta, cuiusmodi est Argolicus clypeus, quem Maro cum Phœbea cōfert lampade. Hieroglyphicum verò id esse plerique volunt, ut orbem indicare videatur, qui sub clypei specie regatur à sapientia. Quare Martianus Capella, qualisqualis autor est, ita de Pallade:

*Hinc tibi dat clypeum sapientia, quod regat orbem.*

## P A V I T A T I O.

**D**E Medusa verò, quæ sit in vmbone medio figurata, idem sentit, quod in Serpentis cōmentario diximus, vbi de Domitiano loqueremur, qui Medusæ signum gestare solitus est ad stuporem, quem affectabat de se inter mortales concitari. Martiani versus de Medusa:

C *Quod pauidum stupitet sapiens sollertia vulgus.*

## D E F E N S I O.


**I**Ta verò scutum pro defensione ponitur, vt milites eos ignominiose notari passim videoas, qui plus salutis & spei in scuto q̄ in gladio posuissent, Scipionis præcipue dicterio notum, cūm militi, qui clypeum elegantius ornauerat, dixit: Non miror quod clypeum tanta ornaris cura, in quo plus præsidij statuas, quam in gladio. Scuto verò nos coronatos ait Psalmographus, pro tuto circū septos munimine: munitioes enim plurimū in orbem circumduci consuerunt.

## D E D I T I O.

**E**St & deditiois signum clypeus, si caput ei summittatur, quod apud Appianum legas, vbi Afranij & Petreij turmæ quædā à Cæsar circumuentæ, capita clypeis subiecere deditiois indicio. Alibi scuta supra caput sublata, & huiusmodi iunctis vmbonibus progressus, oppugnationē ostendit, qualia Romæ passim in columnis & triumphalibus arcubus, aris, clypeisq̄ conspiciuntur.

## I N I T I V M P V G N Ā.

**S**Cuta verò hastis illis pugnæ initiū significabant; siquidem moris erat cum primū hostes collatis signis in propinquū ita processissent, ut iamiam pu-



# Pierii Val. Clypeus.

gna esset ineunda, ad concitandos militum animos, vno eodemq; tempore sub D  
datum signum scuta percutere hastis, strepitu quammaximo possent excitato:  
quem morem apud Marcellinum inuenias. Eundem morem hunc à Græcis ob-  
seruatum tradit Xenophon, sed ad equos incitandos fieri solitum. Apud Philo-  
stratum etiam, vbi de expiationibus ad Achillis tumulum agitur, legere est, mi-  
lites qui ad tumulum succederent, post hymnum, quem cecinissent, scuta hastis  
solitos incutere, quemadmodum in bello fieri soleret, cuius hæc sunt verba: πε-  
σταθεντὴν δὲ τοῦ σῆμα πειτὰ τὸν ὑμνὸν, καὶ τὸ μὲν ὀντός οὐ τολμῶ ποιεῖται πεῖτο.

## P L A V S V S.

**Q**uod verò milites initio pugnæ facere consuerunt, togati, fabula vel con-  
cione, quam spectatum vel auditum venissent, absolta, scabellorum cre-  
pitū faciebāt, eo scilicet plausu aëtoribus gratulati. Hinc apud M. Tullium ora-  
tione pro Cælio legas; Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Dictumq;  
illud de Caligula apud Suetonium: Et quondam tres consulares secunda vigi-  
lia in palatium accitos, multaq; & extrema metuētes super pulpitum collocauit:  
deinde repente magno tibiarum & scabellorum crepitū, cum palla tunicaq; ta-  
lari prosiliūt, & decantato cantico abiit.

## H O N O R E S.

**C**lypeis, vnde nomen, incidi d̄scribi've facta pulchra moris fuit: vnde qui  
nihil adhuc strenuè in bello gessissent, alba vtebantur parma, de quo Vir-  
gilius: Parmaq; inglorius alba. Donabantur ab Imperatoribus honorī militi-  
bus, atque etiam dijs: quare sæpius apud Liuium legas, argentea clypea tem-  
plis illata, ac dijs dicata. Hinc nonnulli vocabulum à sculptura factum volue-  
re, quòd in his omnino imagines haberentur, in qua quidem sententia Plinius  
est: scutis enim, ait ille, qualibus apud Troiam pugnatū est, continebantur  
imagines, vnde & nomen habuerunt clypearum, non, vt peruersa Grammati-  
corum subtilitas voluit, à cluendo deduci. Sed quoniam in Grammaticos inci-  
dimus, inter clipeum per I, & clupeum per V, differētiam ponit Cornelius Fron-  
to, clupeumq; per V, quæ omnino Y psilon Græca est, imaginis esse dicit, per I  
verò armorum. Apud Virgilium tamen, Mutemus clypeos legas, vbi de armis  
dubio procul intelligēdum. Sed & in ijs imagines fuisse, Seruius attestatur, qui F  
Græcorum in clypeis Neptunum, in Troianorum Mineruam pictam fuisse di-  
cit. Sed nihil sit horum, quomodo se pro Troianis venditassent, nisi Troiano-  
rum insignia in clypeis apparuissent: Sedenim alij sunt, qui genus, non scriptio-  
nem, differentiam facere putarint: ait enim Labienus, clipeum neutro genere  
imaginem significare, virili verò inter arma poni. A' quo diuersus est Pompo-  
nius dubij sermonis libro secundo, vbi Clypeus & Clypeum indistincto gene-  
re dici ait, sed litera differre, vt pugnatorium per I, clipeum dicamus, imaginem  
verò per V, clupeum: vt etiam ex Cornelio dicebamus. Eam verò differentiam  
improbat Charisius, qui clipeus per I, & clupeus per V, non alia ratione dici af-  
seuerat, quām Maximus & Maximus, Optimus & Optumus, propter commu-  
nionem I & V literarum. Sanè clipeum vtroq; genere pro scuto Virgilium po-  
suisse, agnoscit Nonius Marcellus, non malus autor: Ardentes quippe clypeos.  
& ita alibi, & nono: Clypeum superintonat ingens. Clypeum ingens recto  
casu indubitato legit Nonius, cui Seruius assentitur, dum per hoc expressum  
ait illud Homericum, αρχέσσε δε τούχ' επ' αὐτῷ. quod etiam alibi Virgil. expres-  
sit, Sonitum super arma dedere. Sed vt has Grammaticorum altercationes  
omit-

**A** omittamus, quamvis hæ tibi doctissime Nicolae, nunquam displicuere, de significato rei potius agamus. Dedicabatur sanè Clypeus ijs, qui graue aliquod periculum à Rep. propulsasset, sustulissentq; penitus pugnationis defensionisq; memoriam: isq; rem gestam imaginibus explicabat. Deniq; hoc non tantum de militaris clypei forma intelligendum est, quantum de quacunq; dedicatione in alicuius preclarri viri memoriam posita, & vel sculpta vel inscripta ad posteroru memoriam: cuiusmodi marmoreæ æneæq; tabulæ & Romæ & alibi adhuc superant, quæ omnia clypei cognomentum usurparunt. Trahit verò me gestæ rei tam præclaræ magnitudo, vt πάρεργον, sed forsitan non importunè dicam, qualia nam essent, quæ clypeos huiusmodi mererentur. In longa sanè tempora spē etatus est clypeus aureus in Romana Curia collocatus, qui senatus totius iudicio in D. Claudi honorē affixus erat, quod ille vt primū Imperator salutatus est, tricena XX millia Barbarorū, qui aduersus Imperium Romanū arma sumperant, nauiumq; si Pollio credimus, duo millia felicissimo successu deleuit, adeoq; attriuit, vt paucos ad solum patriū redire permiserit. Extat adhuc exemplum eius epistolæ, quæ ita scribitur: Claudio Broccho: Deleuimus trecenta XX millia, duo millia nauium mersimus, & quæ sequuntur. Adducit hoc in memoriam quod duodecimo de bello Macedonico apud Liuium legitur: clypea ærata ab A.D.D.C.V.R.P. Claudio, & P. Sulpitio Galba posita. In codicib. vetustis manu scriptis clypea aurata legi. Quod verò ad arma pertinet, Pœni quoq; clypeos ex auro factitauere, sculptis imaginibus, & secum in castris tulere.

## LACONES.

**E**T literæ nōnunquam singulæ, hieroglyphicorum munus expleuere. Apud Romanos id frequentissimum, in omnibus ferè familij appellandis. Sedenim de his dicere, tam longum quam superfluum esset. Id vnum, quod ad arma pertinet, dicam, Λ literam in Lacedæmoniorum scutis notatam, populum eum significasse.

## MESSENI.

**A**T in Messeniorum clypeis, qui & ipsi clarissimi olim extiterent, non descripsum erat, sui & ipsum populi significatione.

## MOROSITAS.

**Q**UOD ideo non sum referre grauatus, quia arrepta hinc occasio est in argutum Dionysij dictum illabendi. Erat in antiquorum sortibus M litera morositatis & stoliditatis signum, vnde proverbiū, ἡλαχθόν M, obuenit tibi M: obiectumq; aliquando Dionysio cauilli vice, cui sors obuenierat M, μορολογεῖς διέννοε. cui tamen & vafrè, & vero de se præfigio respondit ille, μοναρχίσουμε δί. Quanquam ex eo quod res optimè successit Dionysio, proverbum illud, Sortitus es M, de callidis, & longè maiora quam in hominum spe aut opinione fuerint attentibus, dici mox cœptum.

## DEΣETK.

**A**Ddemus illud, Σ signum in equos impressum apud Græcos curiosiores, indicasse eius generis equos, qui Samphorę vocabantur. Imò quia Σ illis inustum fuerat, eo sunt nomine nuncupati, vocabulo ipso note huiusmodi signum præ se ferente: vti Koppatiæ, quibus K generis erat signum. Fuerunt enim, ait Eustathius, qui καππα literam καππα nominarent, vti nunc Theutones pleriq; omnes Papa scribūt, & Popa enunciant. Ita Dorienses Σιμα, & dicebāt, vt apud Athenæum, Samphora igitur à ferendo Σιμα.

# Pierii Val. Gladius.

N E F A S T V S.

D

**E**T ne singulas literarum notas alieno loco cōmemorem, subsequentis in ordine literæ N significatum in Pontificum librīs tantūm n̄ceat addidisse: per eam siquidem nefasti dies notabantur. Notum illud, N. L. pro non liquere, possum in iudicij. Et N. D. neci datum interpretari, quod mihi non satis constat. Verū illud non importunè addiderim, neci datum intelligi, sine vulnera mortuum, vtputa veneno, aut fame: sed hæc tamen autores confudere.

**D**E Salijs, quorum insigne esset thorax aheus, & ancile in dextera manu, in læua vero pelta, cùm historia sit scholis omnibus notissima, superuacancum iudicauit plura repetere.

S A L I I.



E

## D E G L A D I O.

**P**Ost arcum & sagittas, iacula, pœlaçp & scuta demūm, Gladius locum habeat, cuius plurimus ex omnibus armis usus.

C R V D E L I T A S.

**I**D verò præcipuum eius erat hieroglyphicum, vt pro crudelitate poneretur, cuiusmodi nuncupatione Ägyptij Ochum appellare soliti sunt, qui quidem Persarū Rex omniū crudelissimus, ac maximè formidabilis, cæde omnia scđauit, quacunq; per Ägyptum progrederetur: quodq; apud eos inexpiable facinus habebatur, Apin ipsum iugulauit, & amicis epulandum apposuit: atque ita vniuersam Ägyptū vnius animalis cæde luctuosam fecit: tanto is odio gentem eam prosecutus est.

S C E L V S.

**P**Resectum gladio sinciput, scelestum indicabat facinus: ita enim *αἰωνόθητα* interpretabimur ex Hori Niliaci dictatis.

O C H V S P E R S A R V M R E X.

**Q**Vare apud Ägyptios machæræ nomen imago've, in Regum nomenclatura pro nomine Ochi hieroglyphicè exponebatur, atq; ita recensebatur, ab instrumento eo tam letali sumpta similitudine. In Asino sanè dictū, quoniam argumento Persarum Magi crudelitatem in eo ab initi Regni principio præsa- gauerint: quia scilicet Artaxerxe patre defuncto, in ingressu regni laetiori, vt fit, mensa ex pluribus eduliorum cōdimentis apposita, Ochum animaduerterunt manus primū ad cultrum iniecisse, mox ad panem, & carnes, quas audie & immoderatè comedit.

V E R B A.

**D**logenes verba gladio comparauit, cùm adolescētem formosum admodū turpia quædam fabulantem audiuisset: Non te, inquit, pudet ex eburnea vagina plumbeum gladium exerere? Inuenies verò passim de maledicis, verbis proscindere: & eloquentiam ipsam esse gladium: & gladium in ore aliquem gestare, qui, vt ait Horatius, sit

*Quælibet in quemvis opprobria fingere saeuus.*

Et sacræ nostrorū literæ linguam gladio s̄æpe comparant, vt Psal. L VIII, Lin- gua corum gladius acutus. & subsequenti: Exacuerunt vt gladios linguas suas. vbi quidem de calumnijs & insidijs sermo est, que ab hostibus parabantur. Ali-

ter

A ter apud Paulum, cum ait, viuum esse Dei sermonem, & efficacem, & omni gladio ancipi acutiorem, penetrabiliorēmque.

P E R I C V L O S V S.

**Q**uod verò declinandum subterfugio acutū gladium Pythagoras monuit, dicens, ἔτειν μάχουρα ἀρρεφές, plerisque symbolicum sensum secuti, à periculis negotijs abstinentem interpretantur.

**I**vniorum autem inuentum est, iusticiæ seue.

Iritatem atque rigorem, per exertū ensem manu virginea prætentum significare: cui ad æquitatis indicium, trutinam etiam addidere. Sed enim apud veteres aliter traditum inueni, qui iusticiam cum libratis omnino lancibus in læua figurabant, sed in dextera non ensem, sed fasces cum adalligata securi statuebant, merita æquaque ex huiusmodi hieroglyphico præmia merenti.

**B**us impendi atque distribui, hinc scelerum conuictis castigationem impendere significantes: Sedenim species hæc duas secum mulieres capti uas trahit, vnam quæ fractum ensem manu prætendit, alteram quæ conto infinitur, duo ex hoc figmento vitia domita indicantes, ut ex vtriusque medio virtutem ipsam adstruerent, per fractum scilicet ensem seueritatem nimiam retusam cohabitamve intelligentes: per contum, lentitudinem ad ferulam reuocatam, qua iudicia plus æquo producebantur. Inde enim contatio, quæ retardationem significat. Lentivero sunt, qui nullo atroci quantumlibet scelere concitantur, neque publicis neque priuatis iniurijs commouentur. Sunt tamen & alia iusticiæ hieroglyphica, quæ locis suis, prout res exigit, exponuntur. Apostolus tamen ait, iudicem esse Dei ministrum, ideoque non sine causa portare gladium, vindex enim in iram ei qui male operatur. Et quoniam satis constat gladium seueritatis animaduersiōnisque indicium esse, prætercundum non est quod in diuinis literis saepe mentio fit ancipitis gladij, cuius hieroglyphicum est, quod in iu-

**C**dicio corpus atque animam punire simul potest: vel, quod & suppicio præsentis peccati, & futuræ metu puniat. Ita accipi ancipites gladios in sanctorum manibus. Nam vt & Eucherius ait, qui mundi peripsemata, quisquiliæ creduntur, de nationibus ac Regibus iudicabunt.

## I R R I T A T I O.

**I**gnem verò gladio dissecare, quid sibi velit apud Pythagoram, non facile fuit. Irat augurari, cum in eiusmodi symboli enarratione diuersi abeant preclaris admodum viri. Nam D. Hieronymus, atque etiam Cyrillus, impudentem, ac ira percitum animum, asperitate verborum (is enim gladius est) non esse laccendum exponunt. Diogenes, potentiorum iracundiam non incitandam interpretatur: cui sententiæ subscribit etiam Plutarchus. Et Flaccus Horatius cum in Sermonibus dixit, atque igne gladio scrutare, nihil aliud prorsus sibi voluit, nisi admonere nos, ne magnorum hominum indignationem aduersus nos prouocaremus, lacesteremus ve.

N V L L I V S F R V G I S O P V S.

**R**em quæ nec vsui, nec efficaciæ respondere possit, non solicitandam atten-

dendam' vc, Lucianus, Basilis, & Plato, hinc significari arbitrii sunt: quo-



# Pierii Val. Gladius.

rum si qua est autoritas, aptè admodum, qui studium in nullius frugis opere in- D  
sumptum significari voluerit, hominem pinget flammarum gladio dissecentem.  
Cui simile dicteriu illud, Aquam in mortario tundere: nec nō Laterem lauare.

C A E S A R.

**Q** Vòd verò fabulantur Cæsarem per cultrum significari, iuniorum inuentū  
est, non infelix tamen. Nam cultrum pro dissoluendi, incidendi ve signifi-  
cato ponī apud Iamblichum reperias, in ihs quæ scripsit ad Porphyrium.

P O N T I F E X.

**I** Am & inter insignia Pontificum Flaminum' ve, cultri species aspicitur oblon-  
ga, manubrio, quod ex ebore fieri solebat, & ex auro vel ex argento, rotundo,  
solido, ad capulum iuncto, fixo clavis æreis, ære Cyprio, ut apud Pompeium le-  
gitur, cui à secando secespita nomen fuit.

S P I R I T U S S I B I R E D D I T U S.

**Q** Vinetiam Pontificis nostri I E S V C H R I S T I gladius celebratur, qui vt  
celebri pentametro fertur,

*Non venit pacem mittere, sed gladium.*

E

quod apud Marcum præcipue legitur. Apud Esaiam verò Dominus intentato  
gladio nos visitare fertur. Per hunc Adamantius dissectionem Spiritus à carne  
videtur intelligere. Carnis enim sunt, fornicatio, immunditia, adulteria, benefi-  
cia, idolorū seruitus, & quæcunq; dictu factu' ve foeda perhibentur, quæ omnia  
Dominic; Deic; nostri secespita abscidit abstulitq;. Antea enim quā ille nos  
inuiseret cœlo delapsus, non erat ensis hic inter mortales, nec caro quicquam  
aduersus spiritum concupiscebatur, nec spiritus aduersus carnem. Aduentu ve-  
rò eius edocti sumus, quæ carnis essent propria, quæq; spiritus: doctrinaq; eius  
quasi gladius vibratus carnem à spiritu dissecuit, disseparauitq;, ut inde viuere-  
mus in spiritu, nec rerum nostrarum summam in carne, sed in spiritu statuere-  
mus, non corruptionem à carne, sed beatorū vitam à spiritu in lucro reposituri.

M O R S.

**A** pud Scythes, qui multa Ægyptiorum more confinxerunt, à quibus, vt ve-  
teres quidam autores tradunt, etiam instituti sunt, gladius mortis erat sym-  
bolum: fuitq; maximum omnium illis iuramentū, ventum & acinacem attestari: F  
(acinaces enim vt Medorum, ita eorum gladius est) per hunc quidem interitū,  
aut salutem: in eo enim salutis suæ præsidia statuebant: per ventum autem ani-  
mam, hoc est, vitam interpretantes, quod scilicet tandem viuamus, quoad vita-  
les auras carpere permissum est. Pari modo in ostentis mali hominis & cædem  
minitantis habitus: vt Heluidio Pertinaci accidit, qui ante triduum quā occi-  
deretur, in piscina sibi visus est videre hominem, à quo gladio infestaretur. Eo-  
dem significato formidabilis minabundusq; Galba, cognita Neronis nece, su-  
sceptaq; Cæsar's appellatione, iter ingressus est paludatus, pugione ante pectus  
à ceruicibus dependente, vsu togæ non prius recuperato, quā omnes qui res  
nouas moliebantur oppressisset. Quid verò libelli duo, qui reperti sunt in secre-  
tis C. Caligulae post eius necem, in quibus notæ nominaq; continebantur mor-  
ti destinatorum: præscripti enim erant diuerso titulo, alteri q; Gladius, alteri Pu-  
gio nomen erat: per hunc eos qui clām opprimendi essent, intelligebat: per gla-  
dium, quos palam cædere destinasset. Moliebatur enim Princeps carnificinæ  
deditus, electissimum quenq; vtriusque ordinis interimere, mox Antium, inde  
Alexandream commigrare.

IM.

I M P E R I V M.

**A** Iam & potestatem & imperium ex gladio significari, à nostræ pietatis fundatoribus accepimus. Nam quod responsum à pio discípulo est, Ecce duo gladij, sacræ Legis interpres humanarum diuinarumq; rerum potestatem sub Christianæ Republice principem peruenturam præmonstratum aiunt. Apud Chaldeos idem indicatum, cùm Darius vaginam acinacis, quam gestabat, Persico ornatu conspicuam haberet, longè antè quā Alexander è Græcia moueret in Asiam, eam ornatu Græcanico cōmuniri iussit: quo facto Chaldei responderunt, Imperium, quod Darius obtinebat, in eorum ius venturum, quorum arma imitatus esset.

## D E S E C V R I.

**B** St & Securi à secando nomen: quare Demosthenes Phocionem orationum suarum securim appellabat: breui enim ille, sed acuta oratione, Demostheni plurimum aduersabatur. Et Hieremias, sermones Domini sicut securim ait, quæ vel petras incidat.

L Y D I A E R E X.

**E** Anon Romanos tantum Consules insignes faciebat, verū & Lydiæ Rēges, quorum gestamen erat. Inde Louis Labradei simulachrum, quòd securis labrys Lydorum vocabulo dicebatur.

R O M: C O S S:

**R** Omanarum verò securum significata cùm scholis sint omnibus admodum vulgata, plurimiq; vnā cum Plutarcho rem interpretati sint, eas ad scelus, quod emendationem non recipere, excidendum comparatas, vltterius ego de his quicquam in medium afferre supersedebo.

A N I M A D V E R S I O.

**N** Eg; enim apud Romanos tantum, sed etiam apud aliquot Græcorum gentes securis seuerissimæ fuit animaduersionis hieroglyphicum, vt in Tenedio numo, de quo Pollux, cernere est. Tenediorum enim Rex cùm legem eam tulisset, vt in adulterio deprehensi mas & fœmina eodē supplicio securi subiaceantur, neq; filio pepercisset suo, rem eo monumento iussit insigniri, quo Tenedius numus signatus est: de quo Aristoteles in Tenediorum Rep. vna quippe parte securis est cusa, altera capita duo.

D V R A T V R A M E M O R I A.

**I**n antiquorum memorij pleriq; securim & asciam, sed hanc frequentius, vias adsculptā, addito etiam elogio, Sub asciam dedi vetuit, quotiens defunctus non oblitterandam de sepulchro memoriā cauet, auersaq; ideo scalpitūr ferri acies. Sed in diuinis literis per asciam simpliciter prauorum hominum in insestandis abolendisq; proborum operibus studium & cōnatū intelligimus, vt Psalmo: In securi & ascia deicerunt eam.

## D E F A L C E.

**A** lix præcipue in Saturni manu, temporis, quod vniūscuiusq; rei matritatem attulerit, hieroglyphicum est, quod & nomen ipsum φεπαντα πρæse fert. Nam apud Græcos φεπαντα vindemiare est, atque metere. Tempus autem edax rerum, omnia demetit.

# Pierii Val. Serra, & Galea.

A G R I C U L T U R A.

D

V T verò Cyprianus sentit, rei rusticæ, quam Saturnus docuisse fertur, signū fuit. Nam finis eius industriae est, metere, fructusq; colligere.

## C A S T I G A T I O.

**Q** Vam verò falcam in custodis hortorum manu veteres posuerūt, ad fures arcendos, auesq; né fructus laderēt deterendas, antiquum inuentum est, castigationis quippe hieroglyphicum. Apud Zachariam Prophetam siquidem legas cap. 1111, Falcam quam videre visus est, longitudinis cubitorum viginti, latitudinis decem, contra fures eam, & contra periuros exacutam, inferriq; eam in domum furis, atq; periuri.

## D E S E R R A.

**I** Nter instrumenta secandi & Serra est, eadem militare vocabulum. Ea sanè in Ægyptiorum obeliscis frequens habetur: ceterū apud eorum autores, quos viderim, quid ea sibi velit, traditum non inueni.


## M A L E D I C E N T I A.

E

**P**Laciades maledicentiam, siue vt ipse scribit, maliloquiū, per Serram significari obseruauit, siue id ob dentium seriem, quæ mordacitatem innuere videatur, siue ob inuisum stridorem, maximeq; auribus infensum, quem in nodos præsertim illapsa reddit, acerbo, vt inquit Lucretius, horrore concitato.

**A** Ncipitem vcrò pugnam, victoriam alter natim modò in hāc, modò in illam partem, vicissitudine sèpius variata, inclinantem, significare qui volunt, Serra pugnare dicūt, aut præliari. Id esse tunc, Festus ait, cùm frequens est cōfertæ pugnæ vicissitudo, cumq; assiduè acceditur & receditur, neque ullo constitutur tempore: quod quidem ab secandi gestu desumitur, serra quippe modò in hanc, modò in illam partem assiduè tracta.

## A N C E P S P V G N A.



F

## S V B S I D I V M.

**I**N militari disciplina serra subsidium significat, de qua apud Fl. Vegetium: Si ducenda sit serra, ex abundantibus ducendam esse, propterea quòd si de loco suo ordinatum militem transferre cōperis, vniuersa turbabis. Serra enim à strenuis directa, ante frontē hostibus opponitur, vt turbata acies reperetur: sitq; ad similitudinem Aliteræ, vel libellæ fabrilis. Fuit etiā Serra Germanici numi nota, de quo apud Tacitum legas, eaq; de causa Serratus dictus..

## D E G A L E A.

**G** Voniam de armis ad offensionem comparatis est dictum satis, nunc de galea & thorace, quæ ad defensionem accipiuntur, dicendum aliquid.

## P R I N C I P I A O C C U L T A.

**G**Alea, qua Plutonis caput in primis tegitur, significat occulta esse principia generationis. Plutonem autem Solem interpretantur, eo tempore quo per hyemem remotas à nobis mundi partes circuit: vnde etiam Proserpinam

**A**nam rapuisse confinxere, de cuius rei significato passim habetur. Illud addam, sceptrum illi & breue & aduncum figurari, quod inferioris regni indicium habetur.

## R O M A.

**R**omæ quoque caput galeatum in numis passim, & alijs veterum monumentis. Id quanam alia de causa fieri dixerimus, nisi ut fuisse eam omnino Martiam intelligamus?

**E**T Thelesillæ Argiuæ poëticis studijs claræ statuā se vidisse Pausanias affirmat, que vna manu galeam, altera velitarem hastam teneret, libris circa pedes appositis, ob præclarum scilicet facinus, quod illa cæsis acie ad vnum Argiuis à Cleomeni Spartano, senes & pueros armatos mœnia tueri iusserrit, ipsa cum valida mulierum manu hostem ad vrbis direptionem incurvantem B excepit, fuderit, fuga ueritque.

## P E R I C L E S.

**C**ur verò Periclis statuā casside tegentur, si quæsierit quis, sciendum id à sculptoribus ea de causa excogitatum, vt eo remedio capitis vitium emendaretur: capite enim is fuisse traditur oblongiore, nec cæteris partibus respondente, quod deformiorcm hominē reddebat. Constat eum ab obrectatoribus ea de causa χωνοκέφαλος appellatum, vt pote qui caput iunci instar acutum notarent. Quo vocabulo nonnulli decepti, κυωκέφαλος apud Plutarchum legi credidere, cōmenti etiam causam, sed ineptam & impotunam, id ei nominis datum ob agēdi fandique libertatē, quam is, vt iñdem aiunt, ad impudentiam yñscer vendicasset.

## T H E L E S I L L A.



## D E T H O R A C E.

### M V N I M E N T V M.

**C**Horax porrò munimēti signum ponebatur: vitalia enim defendit vniuerso pectori circumfusus. Decque hoc Antisthenes Philosophus dicere solebat, αὐταφύετος ὅπλοις ἐναι τὰ αριτλῶ, virtutem, quod auferri minimè posset, munimentum esse. Nam & ensis & clypeus excuti, amittique possunt: sapientiæ arma, quæ quis accinctus fuerit, firma sunt & stabilia. In pectore autem ita habere sedem sapientiam, vt pro sapientia pectus ipsum aliquando ponatur, ostendit Horatius, vbi dicit Epistolis:

*Non tu corpus eras sine pectore.*

## P V G I O N E S.

**V**æsierit aliquis, quid in numis Brutii pugiones duo significant, adiecto pileo. Sed quoniam inter vestimenta vbi de pileo agitur explicatum est ex Dione, pugiones cædem, pileum verò liberiatem significare, proindecque ex numo illo, Brutum & Cassium per cædem patraram patriæ liberatores indicari, non esse hæc duximus vltterius repetenda.

# Pierii Val. Castra.

D

## DE CASTRIS.

 Nter castralia ornamenta honoresq; inuenias plerisque locis non tantum signa, verum etiam & arcas pullarias, & castrorum ipsorum modulos, & signorum tum loculos & coronas: quae quoniam observatione digna sunt, & eruditis iucunda, minime grauatus sum quae-  
dam subtexere, qualia uno marmore apud Paulum Cardinalem Cæsium ani-  
maduerti.

Castra quidem huiusmodi quam ad pinnxit contignatione fabricata erant, tignis octo pro parte qualibet ita compactis, ut tribus quæc; locis in transuersum conserta, clavis siue fibulis leonina capita præ se ferentibus coniungerentur: quorum quidem clavorum hieroglyphicum in primis erat, ut in Leone suo loco dictum, Vigilandum esse. Supra huiusmodi castrorum speciem capita duo ad sculpta erant, velo quodam à dextero usq; in laevum protento, & super-  
insidente. Supra vtrunc; caput singulæ laureæ. A' Castrorum angulis, inferio-  
re parte, loculi duo, unus hinc, inde alter, qui quadrata forma, intus vacui, in  
acutam cuspidem desinebant. Hi terræ impingebantur pro theca, mox signi  
pars ima in eum inserebatur. Ibidem erat & pullaria cauea cum duobus pullis  
pascentibus: inter quam & castra signum Aquilæ conto præfixum. Idq; manife-  
stè ostendit, qua ratione fieret, cum exemptus loculo contus suspensus videa-  
tur, loculo vacuo apparente. A' lateribus longissimi conti duo, signis, præmijs,  
& gestaminibus militaribus instructi: in quorum summo cuspis ad loculorum  
formam: ima pars ferro præmunita, capulisq; prædita, ut commodè sisti & auel-  
li possent. Sed iam & inscriptionem harum rerum indicem,  
& faciem ipsam marmoris repræsen-  
temus,

M. P O M.


M. POMPEIO. M. F. ANI ASPRO   
 LEG. XV. APOLLINAR.  COH. III. PR.  
 PRIMOP. LEG. III. CIREN. PRÆ F. CASTR.  
 LEG. XX. VICTR.

ATIMETVS LIB. PVLLARIUS  
 FECIT ET SIBI ET

M. POMPEIO M. F. ET CINCIAE  
 COL. ASPRO SATVRNINAE

FILIO SVO ET  
 M. POMPEIO.  
 ASPRO FIL.

VXORI SVAE  
 M. F. COL.  
 MINORI:



Apud Dionem leges de loculo  
 paruo, in quo Aquila aurea col-  
 locaretur, eum longissimo con-  
 to præfixum in exercitu à signi-  
 feris gestari, qui ut facilius im-  
 pingi terre posset, in acutam cu-  
 spidem

spidem desineret. De quo vidēn-  
 dus etiam Cornelius Tacitus, in  
 expeditione Germanici, vbi de  
 hoc loculo, siue de sistendis  
 signis loqui-  
 tur.



# Pierii Val. Castra.

Sed quoniam superioris marmoris inscriptio quædam habet quæ interpre-  
tatione indigeant, ut S. Centurionis signum apud veteres vsitatisimum, &  
alia in dictionibus concisa, operæ premium visum est, ne quid à quoquam desi-  
deretur, totam eam explicare.

MARCO POMPEIO, MARCI FILIO, ANISIO ASPRO CEN-  
TVRIONI LEGIONIS DECIMÆ QVINTÆ APOLLINARIS,  
CENTVRIONI COHORTIS TERTIÆ PRÆTORIÆ, PRIMO  
PILARI LEGIONIS TERTIÆ CYRENENSIS, PRÆFECTO  
CASTRORVM LEGIONIS VIGESIMÆ  
VICTRICIS,

ATIMETVS LIBERTVS PVLLARIVS FECIT  
ET SIBI ET

MARCO POMPEIO MARCI FILIO, ET CINCIAE  
COLLIBERTÆ ASPRO SATVRNINAE FILIO E  
SVO ET VXORI SVAE MARCO POMPEIO MAR-  
CI FILIO COLLIBERTO ASPRO FL-  
LIO MINORI.

PIERIVS VALERIANVS AD REVEREN-  
DISS. PATREM NICOLAVM SCOMBERGV M CARD.  
CAMPANVM, DE IIS QVAE PER SELLAM,  
currum, & fulmen significantur, ex sa-  
cris Agyptiorum literis.

**N**Axi me vereor, sapientissime Pater, ne aliquando me tacito cogitationis conui-  
cio verberaris, quod tu æ erga me beneficentia tibi conscius, totq; insuper meri-  
torum, quæ à te summa semper alacritate profecta sunt, nullum adhuc grati F  
animi signum in me cōspexeris elucere. Scias tamen accidisse, non negligentia,  
non rusticitate, nō vlla tuoru erga me meritorū obliuione, sed ob eximiam com-  
modorum, quæ abs te sum aſſiduè consecutus, magnitudinem. Ea quippe vel singula, pro quibus  
immortales tibi agere gratias debuifsem, ingenium ita meum obruere videbantur, ne potuerim  
vlla vñquam meditatione parem verborū copiam excogitare, aut vlla mihi in parte satisfacere.  
Dicendū enim erat, quāta me semper humanitate vir tantus amplecti perseueraueris, vt mea-  
rum omniū rerum patronus extiteris officiosissimus: vt vitæ dignitatisq; meæ rationem omnem  
fauore præſidioq; tuo tuendam, iuuandam, ſuſtentandā, ornandamq; etiā ſuſceperis: deniq; au-  
tor fueris vt illuftris adolescens Hippolytus, quem à ſummo Pontifice eius patruo mihi regendū,  
inſtituendumq; mandari procuraueras, me tandem egere vetuerit: unde factum, vt aliquando  
me mihi afferere, & intermissa per tot annos ſtudia repetere licuerit, quodq; parturiebam opus  
abſoluere demū ſperem, quod omnium meritorū maximum ſemper appellabo. Nam etſi alia  
periucunda ſæpe mihi fuerant, nullum tamen hoc neq; opportunius accidit, neq; cōmodius. Cuius  
quidē conſilij mei maiorem in dies ſingulos fructū voluptatemq; percipio. Hinc enim euenit, vt  
multa in amicos, quos mihi paria literarū cōmercia cōciliauerant, nō obscura forſitan extarent  
officia, dareturq; interim occasio, vt meum ſummu erga te ſtudiū inciperem omnino patefacere,  
quod

A quod omnium maximè cupiebam. Parum enim existimabam talia mecum cogitasse, quæ mentis semper firmiter inhæserant, nisi res ipsa aliquo, ut fieri poterat, signo cæteris omnibus innocenteret. Usus itaq; est unum è commentarijs, quæ per datum à te mihi otium conscripti, de mysticis Aegyptiorum literis tibi, si quid hoc ad rem facit, dedicare. In eo continentur Currus, Sella, & Fulmen. Sella, ut quies demum aliqua laboribus detur tuis, quos ut rem pub. Christianam plerisq; locis conuulsam firmares, bonam orbis partem ambiendo, quæq; vbiq; labefactata cerne- res, prudentia consilioq; tuo resarciendo tolerasti. Currus, in quo doctrinæ sapientiæq; tuæ sublimitas prouehatur. Fulmen, quod tuæ sit indicium claritatis & famæ. Dicent aliqui, impudenter à me factum, qui de picturis, de signis, de artificum operibus instituerim cum eo fabulari, quem consiliarium, quem socium, vbi arduæ quæq; res inciderint deliberanda, maximi quique principes sibi adsciscere contendant: agnosco quidem hanc culpam, & inepte fecisse profiteor, qui te nugis his obtundere cogitarim: sed malui & à te & ab alijs desiderari prudentiam meam, quæ nisi hoc qualecunq; est, fecissim, memoriam, fidem, amorem, cultum & obseruantiam; officium deniq; ipsum forsitan exquiri.

## B D E S E D E.

 Vmmorum principum ornamenta, insigniaq; & multa & varia fuisse alibi recensuimus, sed nullum unquam sella sublimius, neq; augustius, necq; venerabilius habitum. Reliqua enim ad humanæ tantum amplitudinis decus facere videntur, hoc ad diuinæ propriæmodum maiestatis honores proximum accedit. Quare minimè arbitror me operam elusurum, si multa quæ de sellæ dignitate tradita sunt à veteribus, in commentarium hoc collecta, si quis huiusmodi rerum cognitione delectetur, in promiscuo vsu fecero, mæstæ super his lucubrationes studiosis omnibus communicauero.

## P E R E N N I T A S.

P Orrò perennitatis, æternæq; quietis hieroglyphicum esse sellam, plerisq; locis toto opere disputatum est ex Aegyptiorum sacerdotum institutis, eoq; presertim loco, vbi sedentis Cynocephali significata percurrimus: sic enim eum statuebant, cum æquinoctij quietem & qualitatemq; describebant: quæ quidem C necesse est ibi sit, vbi nihil subsultat quod alterum inquietet, sed omnia firma stabiliaq; in æquilibrio conquiescant. Quin etiam veteres Deum infantili ætate, ut pote unicum atq; perpetuum rerum omnium principium nullo conficiendū senio, inter loti arboris ramos conquiescere profitebantur, ut pote qui diuinatem ex ipso sedentis habitu internoscabant, quem nulla unquam posset inquietatio solicitare. Numa Pompilius Ioui flaminem assiduum sacerdotem instituit, cui præter alia ornamenta sellam etiam decreuit, & duos illi comites Martialem & Quirinalem. Quod verò ad firmitatem attinet, eiusdem Numæ præceptum fuit, ut post adorationem sederet, boni omnis causa, ut Plutarchus arbitratur, quod scilicet preces esse ratas augurarentur. Religionem hanc sella super, secuti plurimum sunt Romani principes. Hinc Macrinus Imp. cum Bassianum Antoninum inter diuos referri procuraret, tum multa alia, tum præcipue duas etiam statuas sedentes ciuili habitu illi decreuit, diuos eos, ex eo quod sederent, interpretatus. Nasamones autem, quod ab obitu ad Deos euolare se arbitrabantur, quod fierent dñs ipsis propiores, cum morituri erant, inter expiran- dum sedere, ac sedentes etiam sepeliri vo- lebant.

# Pierii Val. Sella.

## Æ T E R N I T A S;

D

**S**Ellam hanc æternitatis signum oculata fide perspicimus in numo quodam, in quo Romæ simulachrum est in sede cum ancili & inscriptione, R O M Æ  
Æ T E R N I T A S. cui scilicet Iupiter apud Virgilium fateatur nec metas rerum nec tempora posuisse, sed imperium sine fine decreuisse. Nam & ipsum Romæ vocabulum, nationes nonnullæ ex patrī lingua significatione æternitatem interpretantur. In numo cuius inscriptio est, C L O D . S E P T . A L B . A V G . idem simulachrum est sedens, dextera genium porrigit, lœua verò iaculum terrę affigens, cùm eadem Æternitatis inscriptione.

## V E S T A.

**E**adem æternitatis significatio effecit, vt & Vesta per sedem exprimeretur, vel sella illi antè omnia dedicaretur. Itaq; dijs reliquis apud Platonem, Phædro, duodecim ordinibus domo digressis, ac alatum Iouis currum subsequentibus, sola Vesta residet domi, eaq; vbiq; sedēs sculpi & pingi solita. Nam in Ca ligulæ numo gemmata sella sedens, dextera pateram porrigit, sinistra contum terræ affigit, cùm eadem inscriptione, V E S T A. In alio Titi Vespasiani, ipsa ea, Edem sedens cum conto, dextera genium sustentat; literæ, V E S T A. In numo hoc inscriptio infernè, in altero supernè posita est.

## D I V V S.

**E**adem species, vti superius de Bassiano dictum, relatū quempiam in Deorum numerum ostēdit, quod ex inscriptione, quæ est, D I V V S, intelligitur. Numus est cuius inscriptio, D I V V S A V G V S T V S. ab altera facie, D I V A A V G V S T A, ipsa sella sedens conto innixa, dextera duas spicas porrigit. In Iulii Augustæ numo Dea signata est sella sedens, pīnum dextera prætendens, leone accumbente: inscriptio, M A T E R D E V M. In diuæ Faustinæ Piæ simulachrum muliebre est sedens cum lancea, signis antè affixis, quod pilam cui aquila insidet porrigit: inscriptio, M A T R I C A S T R O R V M. Nam M. Antonius eius maritus Faustinam subito morbo examinatam, diuam à Senatu appellatā gratulatus est. Matrem verò castrorum ideo ipse vocitare solitus, quod eam secum & in æstiuis habuerat.

**C**Vm verò proprium Deorum sit perpetua frui quiete, neq; ullos humanæ vicissitudinis casus in posterum expauescere, securitatem inuenias hieroglyphicè plurimum sella compo sitam. In M. Aurelij Antonini Brit. numo dea sedens caput manu suffulcit, dextera radium tenet: quæ verò manus caput sustentat, eadem sellæ innititur. Inscriptio est, S E C V R I T A T I P E R P E T V A E. In altero Imp. M. Iul. Philippi Augusti, dea sedens est, quæ dextera sagittam tenet, lœuam supra caput tollit innixam sellæ. Inscriptio, S E C V R I T O R B I S. In numo quodam Imp. Nero nis Cæsaris Aug. P. M.: T R. P. P. P. dea sedens ara apposita, radium lœua tenet, dextera caput ab occipitio sustentat, cum inscriptione, S E C V R I-

## S E C V R I T A S.

F



T A S A V G V S T I, quod mihi reducit in memoriam

dictum illud, In vtranque aurem

quiescere.

C O N-

## C O N G I A R I V M .

**A** **I** Am & congiarium dari solitum simulachris tribus pro tribunali sedentibus, in numo Clodij Pupieni cernitur. Et in numo Domitiani C O S. X I I I. congiarium ipse sedens populo elargitur, cum inscriptione, L V D. S & C. Ædes vero iuxta sita est, & in tribunalis facie literæ appositæ sunt, s. v. F. P. D. quorum sententiam ita reperi à nonnullis interpretatam: Sedem voulit firmam primo decennali.

## Æ D I T V M V S.

**A** Editum quoq; significaturi sacerdotes ijdem Ægyptij, hominem pro templi foribus in sede statuebant, eo amictum indumento, ijsq; gestaminibus ornatum, quæ latè Eusebius libro vndecimo de præp. Euang. recenset, ubi templum Serapidis describit, & custodes hos ipsos pastophoros erumerat, ab sacerdotali scilicet habitu sic cognominatos, à Latinis alias æditumos quasi ædium intumos, alias ædituos à tuendis ædibus appellatos, ut apud Charisiū est. Præuidit Dauides principes sacerdotū è Iudæis futuros, qui aduersus Christum insurgerent, cùm dixit; Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. Nam & idem mos pro templo sessitandi, apud Hebræos etiam fuit. Sed cur ab Ægyptijs, à gentibus ve alijs exempla quæriimus, cùm diuinæ vbiq; literæ de throno Dei tam multa protulerint? Vedit enim Michæas Deum Israël sedētem in sede sua. & Esaias, Dominum sedentem super thronum excelsum atq; sublimem. & apud Hieremiam, thronus gloriæ, exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra, sustentatio Israël: quæ quidem omnia firmum & stabile Dei significant imperium: & vt inquit Adamantius, siue de Christo volueris ista intelligere, non peccabis: siue de Patre, non impiè senseris: est enim thronus gloriæ excelsus, & à principio, Assertor noster: propterea regnū eius & sanctificatio nostra Christus est, quia & ille sanctificans, & no. sanctificati ex uno omnes sumus. Ideo verò eum sedere dicimus, ait Euthymius, quod hinc Regiam eius dignitatem, stabilitatemq; & venerabilem iudicis autoritatem imaginamur. Ita sedere super sedem suam dicitur Deus, qui latè Dominus super omnes gentes regnat. Quin & malignus cùm Scythes, Turcas, & plerosq; alios à Septentrione barbaros, alios impios, alios hæreticos sibi addicendos præfigisset, Ponam, inquit, thronum mcum ad Aquilonem: inde enim mali genus omne, per tot ætates, per tot secula, in quietioris vitæ prouincias continenter effluxit. Cùm verò super Cherubim sedere ponitur Deus, intelligitur de summa sciæ plenitudine, quæ tum angelis, tum viris insigni pietate prædictis superastitit, de qua Salomō Proverbijs: Anima eius sedes sapientiæ. At scabellum à scamno sede deminutum, humilitatis & subiectionis, inquit Eucherius, indicium est: vt Psalmo, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Accipitur & pro Christi humanitate: vt, Adorate scabellum pedum eius. Nam & pedes pro Filio ponuntur in diuinis, sicut caput Pater, de quo loco suo.

## .D O C T R I N A.

**P** Leriſq; verò hieroglyphicis cathedra doctrinæ significatū habet: atq; ita diuus Hieronymus & pleriq; omnes interpretantur locū Euangelicū: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Ita illud Psal. primo: Et in cathedra pestilentiarū nō sedet. quod pro doctrina non sana interpretatur Euthymius, hæreticorū ait Eucherius: beatiq; porrò illi habentur, qui pro sceleratis nō steterint, & cū impijs atq; peruersis minimè sederint. Quāvis pro pestilentia nō nulli

# Pierii Val. Sella.

accipiant, derisores, & pro cathedra, societatem ponant: vt sit, nec cōmercium D  
habuit cum ijs quorum ingenium & doctrina omnis eludendis decipiendis cō  
mortaliū animis exercetur. Quòd verò Paraphrastæ nonnulli scripserint, nec  
socius fuit eorum qui studio faciunt malè, multò minus eò dementiae peruenit,  
vt impostorum illi vita placuerit. Latinū est omnino, Assidere cuipiam, pro so-  
cium esse, vel similem, vel imitatem. Hinc Horatius Epistolis:

*Parcus ob hæredis curam, nimiumq; seuerus*

*A&bidet insano:* hoc est, par, vel socius, aut similis est insano. Sunt qui  
cum superiore significato consentientes, per cathedram hoc loco perseuerantia  
& firmitatem in malis operibus significare velint. Nam desidere, vnde deses &  
desidia, contationem indicat huiusmodi.

## C O N S U L T A T I O .

**Q**VIN & consultationem per sessum ex Ægyptiaca doctrina significari ma-  
nifestum. Vulgatumq; apud nos illud de Romanis, sedendo eos vicisse:  
quod ad consilia referunt eruditi, vt apud Plautum is qui nimio plus sapere se  
sedentem asserit. & quod apud Maronē, Turnus sacrata valle sedebat, legitur, E  
exponit Seruius, sedere, est consilium capere. Multaq; apud alios etiam in hanc  
sententiam. Non otiose positum est in sacris concentibus Psal. X L I X, Sedens  
aduersum fratrem tuum obloqueris: id enim καταλάλεις indicat. Sedens, hoc est,  
consultò, non subita ira aliqua percitus, non dolore concitatus, non repentina  
aliqua re commotus, sed animo conquiescente, & sponte de calumnij agitan-  
te, vel aliquid, quod obesse posset excogitante.

## C E S S A T I O .

**N**Eq; desunt, qui sedere pro cessare ponunt, Horatium secuti, qui de pusilla-  
nimo dixit:

*Sedet qui timuit, ne non succederet.*

**V**ti stare, ad expeditionem paratum esse, interpretantur. Ita Maro:

*Stat ferri acies mucrone coriſco, Stric̄ta, parata neci.*

Ita pro deside sedentem, vel qui nihil attentet, intelligunt.

## O P I S I M P L O R A T I O .

**I**Llud non omiserim, implorantium opem fuisse morem apud hospites, quos F  
adīssent, in foro sessitare: quod apud Alcinoū fecisse Vlyssen Homerus scri-  
bit, neq; dissimulauit Apollonius. Et Martium Coriolanum patria profugum,  
Actij Tullij Volscorum principis supplicem factum, ad focum sedentem scribit  
Dionysius Halicarnasseus. De Themistocle quoq; in exilium abacto, talia inue-  
nies apud Græcos historicos.

## Æ D I L I S C V R V L I S .

**E**RAT verò sella eburnea propriū Ædilium Curulium hieroglyphicū, quod  
quidem quoniam alijs aliquot magistratibus debebatur, animaduertendū  
apud Plutarchum, Mario, duos apud Romanos Ædilium ordines fuisse, quo-  
rum alter sella, quę curuos pedes haberet, vtebatur, in qua sedentes ius dicebāt,  
huiçq; honori aderat magistratus nomen. Inferiorem alterum popularem voca-  
bant. Quòd si quis à maiori honore decidisset, rursus ad alterius petitionem ac-  
cedere cōsuerat. Pauloq; infrà, Marius cùm ad Herennium responderet, huius-  
modi sellā ἀγνωθόσαι memorat, quæ cuiusmodi esset in numismatis intueri licet:  
duæ enim huiusmodi cūsæ habentur super tribunal, in M. Plætorij Æd. Cur.  
numo, vt omnino inde qua fieri specie solerent sellæ illæ, cōspicuum sit. Magna  
autem

A autem ambitio Romanis fuit eburneis huiusmodi sellis ad clarissimos quosque Reges, quorum amicitiam sibi cōciliassent, dono missitandis. Inter ampla quippe dona, quæ Massinissæ Numidarum Regi missa sunt, sella etiam Curulis fuit. Ad Syphacem quoq; cum donis alijs sella missa, cùm is se Carthaginensibus inimicū, Romanis amicū per legatos professus esset. Et Ptolemeo Ägypti Regi cùm legati ad commemorandam rēnouandamq; amicitiam missi sunt, tulere dona, togam, & tunicam purpuream, cum sella eburnea. Et cōsules cùm magistrum inibant, in sella eburnea sedere solebant. Vnde apud Ouid. Fastis,

*Et noua conspicuum pondera sentit ebur.*

Sed hæc missa faciamus, quæ omnium sunt historijs perulgata, in currumq; protinus à sella ipsa insiliamus.

### D E C V R R V.

B  Roximus ad sedem accedit currus, multis & ipse hieroglyphicis insignis, quæ commemorare infiniti prop̄modum operis labor esset; sed enim ea tantum recensebimus, quæ vel in numis, vel autorum de vetustate libris comperiuntur, & si qua facient ad pietatem, ea nequaquam dissimulabimus.

### T R I V M P H V S.

S Anè constat apud Romanos & gentes alias currum triumphi significatum habuisse, cuiusmodi victoriarum monumenta passim in numis, in aris, in ar cubus conspiciuntur. Iis autem qui triumphasset, statuæ in curribus ponebantur, quæ ob id triumphales appellatae sunt. Earum verò statuarum ornamenta erant, quæ Liuius enumerat, corona aurea, sella Curulis eburnea, eburneus scipio, toga picta, & palmata tunica. Sellam autem Curulem ea de causa dictā volunt, quod curru honoris gratia soliti erant in Curiam vehi Senatores qui Curulem magistratum, hoc est, maiorem honorem gessissent, in quo curru sella esset, supra quam considerent.

### A M P L I A T O R I M P E R I I.

C Triumphalis autem effigies Romæ ijs omnibus decreta est, qui fines Imperij ampliassent. Augustus verò memorię ducum, qui populi Romani Imperium ex minimo maximum reddidissent, proximum à dijs immortalibus honorem præstítit, itaq; & opera cuiuscq; manentibus titulis restituit, & statuas omnium triumphali effigie in vtracq; fori sui porticu dedicauit, professus edicto, commētum id se, vt illorum veluti exemplar & ipse dum viueret, & insequentium ætatum principes exigerent à ciuibus.

### M A R I T I M A V I C T O R I A.

I N numero M. A G R I P P A E C O S. III. ab altera facie Neptunus est, equos agens flagello sublato, ipse currui cymbæ speciē præ se ferenti insistens. Cymba inter vtruncq; equū sita. In puppi eius nauigij auis est alis surrectis, quæ aquilæ speciem refert. Literæ, H I C O M N I P O T E N S A E C O R I S. Vnde apud Horatium illud, Suspendisse potenti Vestimenta maris deo. Vbi animaduertendum est, C literam apud nos ordine tertiam, pro Q positam more maiorum, qui Q literam olim exclusere, vt Velius Longus attestatur, necq; à Nigidio Figulo in commentarijs suis vñquam posita est, teste Victorino. Numi verò huius species nimirum victoriam ab Agrippa contra Sex, Pompeium partam ostendit, quam Maro etiam celebrauit in Scuto:

# Pierii Val. Currus.

Parte alia ventis & dijs Agrippæ secundis  
Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum  
Tempora nauali fulgent rostrata corona.

D

Sunt etiam numi aliij in victoriæ huius memoriam cusi, in quibus triremes tridentalibus rostris præditæ conspiciuntur, ut tandem aliquando Virgilianum illud incolumitati suæ restituatur, Rostrisq; tridentibus: de quo in ijs quæ circa Virgilianæ lectionis castigationem olim elucubrauimus, pleriq; dubitant,

## I M P E R I V M.

IMperium autem, aut summam rerum, speciosioresq; magistratus, aruspicina quoq; per currum significauit. Nam Tarquinius cognomēto Superbus, cùm adhuc Romæ regnaret, & Iouis Capitolini templum penè absoluisset, currum quendam fictilem Thuscis quibusdam ex Veiorum gente fingendum locauerat, quem cùm iam cōfectum figuli in fornacem intulissent, nō vt reliqua fictilia humore expresso exilior euasit quām impositus esset, sed fermētati panis instar intumuit, eoq; magnitudinis concepto robore duritiaq; increuit, vt vix sublato fornacis culmine, parietibusq; disiectis, educī potuerit. Consulti super hoc aruspices responderunt, apud quos eiusmodi currus asseruaretur, felicitatem & imperium ijs portendi.

## N V P T I A.

Eiusdem boni ominis causa, & aucupandæ felicitatis affectatione institutum apud veteres erat, ut noua nupta curru vecta traduceret, quod Hesiodus, siue Aristophanes Grammaticus fuit, Scuto Herculis ita describit:

Tοὶ μὲν γαρ ἐντάγμα ἐπ’ ἀπλώντες  
Τ’ αἰδεῖς γωνίαν, πλὺν δὲ ἐμβύσαι Θέρωφ.  
Hi curru inuestam geniali virginem amanti  
Traduxere viro, paſimq; hymen hymenæus Excitus cantu.

Et lignum spōsæ simulachrum Citheronis cōsilio fabrefactum, pro Asopi filia suppositum, & in curru constitutum ab Ioue reperias, quò lunonem, quę diuortium fecerat, illuderet. Eo verò nuptiali curru tris tantum vectari solitos, sponsam quæ sederet in medio, sponsum & parochum, Pausanias tradit. Parochum eum nimirum intelligens, quē nos hodie anuli maritalis cōpatrem appellamus. Πάρεργοι γυναικεῖαι πάρεργηματι, οἱ συμπρεθόντες τῇ νύμφῃ ὥδι πᾶσαν γυναικεῖαν νυμφοι.

## T E R R A.

Q Vòd verò Cybelem curru inuehi finixerunt, cùm eadem & tellus sit, terræ ipsius libramentum in aëre pendentis indicare Lucretius putat:  
Hanc veteres Graiūm docti cecinere Poëta,  
Sedibus in curru bijugos agitare Leones,  
Aëris in ſpatio magnam pendere docentes Tellurem.

Illud addam, ex ijs quas rerum natura partes habet, vni illi veteres maternæ venerationis merito cognomen indidisse, quādo ita hominū illa mater, ut coelum deorum, habita est. Hęc nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper, nouissimè complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Quod si quis & causam quæsierit, cur turrito capite conspicua sit, eam Lucretius rationem in hunc modum exprimit:

Murali q; caput summum cinxere corona,  
Eximijs munita locis quod sustinet vrbes,

Quo

**A** *Quo nunc insignis per magnas prædicta terras  
Horrificè fertur diuinæ matris imago.*

In editis enim & excelsis locis vrbes ponere antiquis mos erat, non tam alterius diluuij metu, qui diu mortalium mentibus infudit, quam ut difficilior hostibus accessus foret.

## BATTI NAVIGATIO.

**E** Rat Delphis Batti effigies in curru, quem Cyrenenses dedicarunt, postea quām is nauibus in Libyam traiecit. Auriga erat Cyrene: Libyæ verò capiti coronam imponebat. De Batto autem qui Thera insula pulsus, Apollinis oraculo in Libyam profectus, Cyrenaicis rebus originem auspiciatissimè dederit, alio loco diximus copiosissimè.

## CIRCESES.

**L** Vdos Cīrcenses per bigas & quadrigas, quæ tot numis signatæ sunt, significari, satis omnibus innotuit, vniuersa Græcia cum Romanis eo spectaculorum genere per multa secula detentis. Id autem honoris habitum aurigarum B factionibus, vt in victoriarum eorum memoriā numi ipsi & bigati & quadrigati cuderentur, de quibus in vita Veri apud Iulium Capitolinum legas, postulatum interdum à populo Prasiniæ orum aureorum modium propter equum ex factione Prasina, cui Verus impotenter fuit. Vbi cauendum ne, vt aliquot habent codices, Parsimanorum legas, aut quid hac locutione corruptius: sed ve Iuti Capitolinus à Veneto, Venetianum fecit, ita Prasinianum à Prasino deduxit.

## AVRIGA COELESTIS QVIS.

**I**N cœlo quoq; Aurige species ostenditur, de quo ita Theon in commentarijs Arati: Fabularum scriptores, inquit, Aurigam eum, qui cœlo adscriptus est, imaginem esse dicunt Bellerophontis, vel Trochili, qui Callitheæ filius fuit: solemniaq; huius rei sacra in Argis primū instituta, quod primus iunxit currum. Sunt tamen qui putent Mytili, sunt qui Cillantis qui Pelopis auriga fuit, sunt qui Oenomai figuram esse contendunt. Atq; ita Græcia demùm est in vnaquaque re contentiosa.

## DIVINA MAIESTAS.

**S** Edenim cur nos mortaliū fabulas æquo curiosius prosequamur, cùm Deus Opt. Max. sua se conspicuum autoritate nobis exhibeat: cuius summa maiestas, qualisq; videri cœlicolis & quanta solet, inuchitur curru, non eo inquam Platonico, in quo ὁ μὲν μέγας ἡγεμονεύει δράστης πετρίδων ἀλλον αρχα τοξόνει, sed de curru loquor quem Hetruscorum monumenta obseruanda nobis vetustate ostendere, quem ex Arameorum arcanis profundissimæ doctrine vir Aegidius Viterbiensis in Circum ætate nostra primus induxit. Verum super hoc quædam altius repetenda sunt. Aramei vnum eundemq; librum duas esse leges dixerunt: alteram scriptam, alteram à Deo Moysi traditam: illam populis, hanc sapientibus: illam prouerbij rerum humanarum, hanc lucis rerum diuinarum formam gerentem: in illa historiam orbis conditi atq; administrandi, in hanc formulā adumbratae atq; ad effigiem expressæ diuinitatis ostendi. Duo itidem Plato regna commemorat, Iouis & Saturni, regnumq; Saturnii regno Iouis tanquam felicius anteponit: siquidem sub Ioue actio vitaq; humana, sub Saturno verò cōtemplatio diuinorum significatur. De quorū temporū felicitate Platonicam ita sententiā Maro mihi videtur expressisse, vt cum Platone currum agitet ad palmam. Ait enim:

# Pierii Val. Currus.

D

*Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,  
Nec signare quidem aut partiri limite campum  
Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus  
Omnia liberius nullo poscente ferebat.  
Ille malum virus serpentibus addidit atris,  
Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri,  
Mellaq; decusbit folijs, ignemq; remouit,  
Et paxim riuis currentia vina repreßit,  
Ut varias vſus meditando extunderet artes  
Paulatim, & fulcis frumenti quereret herbam,  
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.*

Tunc alnos fluuij. & quæ plurima de humanis ferè omnibus negotijs  
subsequuntur. Hunc imitatus Naso, utriusc; regnum ita describit:

*Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo,  
Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat.  
Pœna, metusq; aberant, nec verba minantia fixo  
Aere ligabantur, nec supplex turbatimebat  
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti. & quæ multa prosequitur.*

E

Sed ut ad rem nostram conuertamur, utrumq; duobus nominibus appellat Hebræus, illud opus B R E S C I T, ac creationis, hoc opus C V R R V S, & arcangē intellectus. Legis igitur secundæ huius, quæ arcana est, per Messiā & suos ap̄rienda, per speciem Currus apud eos conscribitur Ἰωαννουκος. Currū hunc Ezechiel quatuor ex imaginibus excogitauit: vidit enim in diuina luce tanq; ideas quatuor, atq; ihs veluti gemmis ac sigillis, formati à Deo sunt angeli quatuor, omnium cœlestium mentiū & duces & principes. A' dextera Dei gemma ea prima est, vnde pulchra, grata, lætaq; omnia proueniūt: eamq; vim Michaëlem vocant. A' læua gemma altera est, vnde fortia, dura, castigataq; manant: ea Gabriel nuncupata. Mixtum ex ihs medicina & temperamentū Raphaël. Quarto deniq; loco Vriel terræ proximus, horum trium veluti dispensator. Ita Michaël & Gabriel pro duabus rotis, Raphaël pro sella quæ sit media inter rotas posita. Quar F ta Vriel pro axe, circa quē fabricæ huius est totius fundamentū. Duo illa priora nonnulli brachia vocant: tertium & pectus & zonam: quartum tanquam vel pedes, vel pedum scabellum. Idcirco dictum aiunt de Imperio Romano Hierosolymæ euersore, Donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Græca Theologia Michaëlis vim in Deo vocat Venerem, Gabrielem Martē, Raphaëlem Iouem, cui sella propriè dicata est: & Solem quartum, fœminæ marisq; vim habētem, omnis planè generationis initium, & Vrielem nominat & Adonin Hebræus. Orpheus ea quatuor uno refert versu, quod mas, quod fœmina, quod rerum genitura, quod Adonis:

*Κέρη καὶ κόρη σὺ πᾶσι θάλατταῖς ἀδωνι.*

Vt non ita cōmentitia esse videantur ea quæ Plutarchus de Bacchi cultu apud Iudæos obseruauit, & Symposiacis latè disputauit. Eorum enim scenopegia in Bacchi celebritatem fieri putat, Adonimq; & Bacchū eundem esse. Rotis quatuor, siue gemmas, siue currus ipsius partes, aut membra libeat appellare, quanto adiçciunt loco Nurielem tanquam temonem, cui alligatus trahitur currus. Atq; quinq; hæc diuini currus nomina alto mysterio vna locutione scribuntur

in

A in Canticis, eam nostri ascensum purpureum interpretati sunt. Salomon scribit currum hocmodo, A R G A M A N. Prima litera fit Vriel: per A enim illi scribūt. Sequēti R, Raphaēl. Tertia G, Gabriel. Quarta M, Michaēl. Quinta N, Nuriel. Neq̄ sum nescius, Hebræorum quorundam iuniorum super angelis, Planetisq; & signis, quibus imperitent, commentationes longè diuersas esse, aliterq; tradi in diurnis illis supplicationibus, quæ secundum doctrinam Cabalisticā insti tutæ dicuntur: cæterum Astrologos hi potius quam Theologos seuti mihi videntur, qui Michaēlis in Deo vim ita interpretantur, vt numen incomparabile significare dicant. Vnde illud in Psal. citant: Deus quis est similis tibi? Mercurium è Planetis huic ministrum esse, fandi & agendi potentem, diuinacq; & humanæ naturæ totius interpretem: cuius lætiores receptus sint, siue vt Græci dicunt, ὁνταστην, è cœlestibus signis Gemini atq; Virgo: huiusmodiç genio die quarta preces allegandas. Et nostri Michaēli munus illud attribuūt, quod Mercurio Græci veteres, qui scilicet animas cælo inferat, atq; alias sub tristia Tartara mittat. Ad hæc trutinam in manu eius statuunt virgæ loco, vt pote qui meri-

B ta inquirat, bona malaç compenset, proindeç vtq; quisq; apud superos vixerit, aut pœnis, aut præmijs afficiatur. Sed antequam à Michaële discedamus, quamvis cuipiam καὶ τὰ πάρερχον dictum videatur, præterire nolo id quod Rabanus Tedacus Leui lib. de duodecim numerationibus ait; Michaëlem occidentali vento præpositum, vt magna mihi de causa institutum à Gallorum pietate videatur, quod ad nostra tempora magno cultu perdurat, honoratissimum ordinem cohortis Regiæ diuo Michaēli dicatum esse. Sed vt reuertamur, Gabrielem isti Deum fortē interpretātur, minoris tamen cuiusdam fortitudinis esse: Lunam è Planetis huic ministrare, cuius gratissimū hospitium Cancer esse prohibetur, secundaç illi die supplicandum. Ex Raphaēlis nomine atque vi, rerum aiunt omnium medicinam emanare. Esse hunc Solem ipsum, qui & Phœbus. Nam is apud Ouidium dicit: Inuentum medicina meum est. Leonis vnius domicilio gaudere: prima illi die vota concipienda, nuncupandaç. Ac, ne Apollinis & Æsculapij fabulas irrideamus, Iouis filius Apollo censemur, huius verò Æsculapius: ipsa nimirum Theoretice, quæ intellectum illuminat, Apollo est,

C Æsculapius ars ipsa. Vnde Maro:

*Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris  
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,  
Ipse repertorem medicinæ talis & artis  
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.*

Ars igitur Æsculapio attributa, per quā bona cōparatur valetudo, vt pote quæ in curatione ipsa versetur. Est & Zamaël, cuius munus vlciscendi, venenacq; di spērgendi esse perhibent, vberimæ illi bonorū omnium largitioni semper op̄ positus. Martem hunc esse Græci volunt, Arieti & Scorpio præfectum: tertia illi die preces faciendas. Nanaëlem mox enumerant, in nominacq; id esse significatum autumāt, vt Deum benignè nobis omnia respondere, ac omnia ipso horreo mortalibus elargiri interpretentur. Esse hunc Venerem, qui Tauro Libraç delectetur: sexta illi die supplicādum. Zadchielēm inde deprehendēre, qui Dei iustitiam, & quintæ diei sacrificia, precesq; procuraret: vnde nonnulli quinariū iustitiae dedicarint. Esse hunc Iouem: nam vt Maro, Rex Jupiter omnibus ideni. Isq; vt illi commenti sunt, Sagittario atq; Piscibus præficitur. Caphzilem demum septimæ lucis curam gerere, eaç mortalium preces sibi depositare.

# Pierii Val. Fulmen.

Ab eo vim frigidam emanare, qua scilicet singula in inferiori mundo concreta D  
cōdensentur. Nam vtī calidi est dissoluere atq; rarefacere, ita frigoris est solida-  
re coagulareq;. Saturnum hunc nostri vocant, qui Capricornum & Aquarium  
sedes habet. Sedenim vt in curru satis expatiati, metamq; ipsam ritē circumue-  
cti, eōdem vnde cursum auspicati sumus reuertamur. Id aliqua egere videt elo-  
cutione, quod à Platone regna duo posita diximus. Is siquidem multo antē tem-  
pore præfigisse videtur, quæ nunc demum speramus euentura. Mundi circui-  
tum is ab Oriente ad Occidentem Iouis esse, ac perinde fatalem dici. Apparitu-  
rum verò olim alterū sub Saturno huic oppositum, ab Occidente scilicet Orien-  
tem versus, in quo sponte nascantur homines, & à senio in iuuentutē regredian-  
tur. Id ita Platonici interpretantur, vt louem mundi animam intelligi velint, cu-  
ius lege fatali manifestus hic manifesti mundi ordo disponatur. Præterea ani-  
morum vitam in corporibus cōcretis ab loue esse, sensibusq; & rerum agenda-  
rum studio deditā. Saturnum verò supremum inter angelos intellēctum, cuius  
radijs animi etiam ultra angelos illustrentur accendanturq;, & ad intellēctu pol-  
lentein vitam continuè pro virib; erigantur. Quæ quoties ad vitam huiusmo E  
di cōuertuntur, sub regno Saturni agere creduntur. Sub loue verò, cùm rerum  
humanarum negotijs implicantur. Plotinusq; regnare nos ait sub hoc vel illo,  
provt secundum hunc vel illum egerimus. In hac autem vita sponte regenerari  
dicimur, rursumq; iuuenescere, ac in dies magis efflorescere, cùm sana bene insti-  
tutæ mentis optione ad meliora contendimus, de quo Paulus Apostolus: Ho-  
mo interior renouatur in dies. Atq; passim in diuinis literis de iuuētute nostra,  
quæ sit vt Aquilæ renouanda. Quod si vlo vnquā tempore spes affulsiit vt mor-  
tales hæc essent consecuturi, nunc sperandum maximè, cùm eorum omnium in-  
genia, quæ aliquem veræ lucis fulgorem consecuta sunt, maiorum nostrorū er-  
rores, qui tot annos vni tantū sensui adhæsere, deprehendere iam inceptarunt,  
omnemq; studiorū suorum conatum ad veritatem ipsam conuertere, sanctio-  
resq; disciplinas adamare. Adiuuant insuper hanc proborum hominum volun-  
tatem, sanctissimorum autorum scripta, lucubrationesq; & documenta, quæ de  
vetustatis eruta voraginibus cotidie prodeunt in lucem. Et iam ille minimè cen-  
setur eruditus, quantumlibet Græcè Latineq; sciat, qui louem scrutaturus cœle F  
stem non insiliat in currum, qui sacra non attigit, qui diuina non est imbutus di-  
sciplina, qui Christum, atque aedē Christianæ institutionis volumina non asse-  
ctatur: quid mysteria sibi velint, non exquisierit, quaq; ratione Deo animum as-  
serere possit, inspicere neglexerit. Verū ille omnium optimè peritus, qui luto-  
fas, fæcēq; conglutinatas alas in profluente puriter abluerit, perpurgaueritq;, à  
terraq; sublatuſ cœlestium Circensium pompam comitatus eō peruererit, vbi  
sparsas manu veri Iouis fruges donariaq; percipiat, opipareq; & ipse & iugales  
excepti, amoenissimi lautissimiq; diuersorū otio perfruantur: quod qui fecerit,  
dubio procul intelliget reliquas doctrinas omnes, studiaq; omnium reliqua, ni-  
hil aliud nisi summam esse vanitatem.

## D E F V L M I N E.



Ouem igitur in alta sede conspicuū alato inuecti curru cōsecuti sumus.  
Quo verò eum esse louem agnosceremus, nullū manifestius signū fuit,  
quam fulmen eius manu prætentū: quare cùm id gestaminis ad louem  
præci-

A præcipuè pertineat, non secus ac sella, de fulmine dicere minime alienum est ab instituto negocio futurum.

## I V P I T E R.

**O**MNIBUS vtq; vulgatum est hieroglyphicum illud, Fulmen supremi Iouis gestamen esse. Sed vt nunc fabulas dissimulemus, veram figuram causam afferamus, siquidem hoc ipsius fulminis naturam exprimere videtur: quod quidem ita fit. Calor interdum per refrigeratum à ventis aëra conspersus, vbi contrariæ naturæ viribus solicitari ccepit, sese in globum colligit, & aduersus algorem validissimè reluctatur: vrget algor ventis ingruetibus, ille sese magis ac magis adstringit, quoq; angustius premitur, eo validior euadit, ac simulac extremā intentari sibi vim intelligit, totis erumpit viribus, crassioreq; aëre, qui circunfusus est, disrupto, viam sibi cum strepitu & incendio patefacit. Suprema verò illa pars elementorum, vnde calor emanat, cùm Iouis sit attributa, ideo illum vetustas fulgura & fulmina ciere confinxit. Signaq; Iouis passim cum fulmine fieri cōsuerunt, cum uno quidem frequentissimè: sed & cum duobus fulminibus ali-

B quando Ioui statua posita est, vt apud Elidem Olympiæ Iouis Horcij nuncupata: ea quidem secura minaciq; effigie, vtraq; intenta manu fulmina tenebat, iuxta quam pugiles in certamen descensuri super mactati porci exta iurabant, nihil se dolo malo facturos, aut secus quam Olympiæ leges paterentur ausuros.

## F A M A   L O N G E'   L A T E' Q V E

## P R O P A G A T A.

**I**Llud verò præcipuum fulminis significatum est, vt vocem procul auditam, hoc est, famam rerum gestarum longè lateq; per immensa terrarum spatia diffusam expatiatamq; præ se ferat. Transit & illustrem præclarri facinoris memoriā, in longam annorum seriem propagatam. Ägyptij enim sacerdotes huiusmodi gloriæ amplitudinem ostendere si vellent, vocem, vt ipsi dicunt, aëris quippe tonitrum, hoc est, ipsius fulminis imaginem describebant. Nihil enim magis, nihil validius nec terribilis tonitru sonare constat. Eaq; de causa Apelles pictor, vti in Armorum commentario diximus, cùm Alexandri effigiem pingeret, fulmen in eius manu posuit, quo nominis eius amplitudinem ex rebus ab eo gestis longè lateq; propagatam, & memoria nunquam intermoritura celebrem indicaret. Posita ea tabula, vt Plinius ait, in templo Dianæ Ephesiæ, x x talentis auri picta. Eo verò artificio fuit, vt digiti eminere viderentur, fulmen extra tabulam esse. Sedenim Lysippus statuarius factum vt adulatio plenum improbavit, quare hastam ipse in manu Regis posuit: qui quidem, si vera quis de Alejandro, non fabulas conscripsisset, famam eius ne una quidem ætate superfuturam iudicaret, nedum id assequi meritus sit, vt diuinī honores ei decernerentur, datis ad Græciæ ciuitates literis, vt se deereto publico Deum instituerent. Ea res cùm matrem Olympiam etiam offendisset magnè integratatis foeminam, Rex ipse vt inceptum excusaret, & institutum suum approbaret, insigne volumen ad matrem suam conscripsit, vt apud Cyprianum legi, quo rationes multas ostendit, Regibus suis Apothecosin decernere, atque hinc maiorum Regum memoriam seruari, indeq; colendi & sacrificandi ritum inoleuisse. Sane quidem Athenienses ipsi, qui doctrina & sapientia semper insignes habiti sunt, cùm xii tantum deos antea colerent, Alexandrum tertiumdecimum appellauere, honoresq; illi adhuc viuenti instituere, qui tamen vulneribus sape confossus, morbisq; tentatus, ac postremo vita functus, se

# Pierii Val. Fulmen.

mortalem ostendit, qui deorum interim concilio adiectus erat. Quare Lacedæmonij literis acceptis, argutè libereq; admodum more suo responderunt, ἀλέξανδρος θεός εἶναι, εἴτε θεός. Alexander quandoquidem vult esse Deus, esto Deus. quo decreto id declaratum voluere, nullam aliam fuisse causam, necq; meritum aliud cur deificatio esset Alexandro decernenda, nisi quod ipse ita vellet. Cæterum is qui adhuc viues diuinis honoribus inhiabat, nè communibus quidem post obitum iustis honestabatur, ad grauissimam vscq; Olympiæ matris lamentationem. Peruulgatum tamen apud multos populos & nationes fuit, Reges suos, vt nuper dicebamus, pro dñs colere. Nam & Romani non tantum Reges plerosq; suos, verum etiam eorum vxores diuinis honoribus honestarunt, & nonnullis templo, & sacra etiam instituerunt. Quantum verò pertinet ad fulmen, eo tolerabilius id Alexandro concedendum, quo insolentius Lysimachus ab Alexandri morte particulam eius regni sortitus, non quam armis virtute veilla sua subegisset, sed ex Regis tabulis adeptus esset, lancea ccelum tangere se iactabat: quod tantundem erat, ac si fama astris terminare se diceret. Qua de causa Pasiades Byzantinus hominis vanitatem irridens, ad suos conuersus ait: Cuendum ne is lanceæ mucrone ccelum medium pertundat. Quodq; impatiens aliquis ferat, Clearchus Heracliæ tyrannus fulmen gestauit, & ex liberis vnum Tonitrum appellauit. Quanta verò Cliti, quanta Demetrii fuit insolentia, quorum iste non magna admodum regni parte ab Alexandro accepta, louem se vocari passus est, responsa sua pro oraculis haberi gauius: ille quatuor ad summum nauibus demersis, Neptunus vocitari voluit, tridētemq; gestauit. Ut minus iam Salmonea miremur eò prouectū insaniæ, vt flamas Iouis, & Olym pi sonitus imitaretur. Nam vt apud Maronem:

*Quatuor is inuectus equis, & lampada quassans,  
Per Graium populos, mediæq; per Elidis urbem  
Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honores  
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen  
Aere, & cornipedum cursu simularet equorum.*

Longè verò felicius atq; tutius Numa Pompilius eliciendorum fulminum rationem inuenit. Nam cum quædam occulta sacra ad fulmina expianda noscere cuperet, Egeriam consuluit, quæ respondisse fertur, vt Auentinum peteret, & fontem qui in antro quodam erat, melle & vino generosiore inficeret, quò solebant hora certa dæmones duo sitibundi conuenire. Hi erant Picus & Faunus. Curaret verò ille sibi latebras, in quas abditus ab aduenientibus illis non conspiceretur, ipse tamen fontem intueretur, disponeretq; per fontis marginem retia, prout opportunum sibi videretur. His peractis dñi venerunt, & potus allecti suauitate multum ebiberunt: tandem sopore grauati, ibidem, vbi constiterant, somno se prostrauere, quos ita grauatos Numa implicuit in rete, qui videntes se captos, in varias se formas transformabant. Sed cum nihil quicquam proficerent, ad veras tandem effigies rediere, Numamq; vt retia solueret, orauerunt. Rex se non prius retia soluturum dixit, quām de placando loue docerent. Illi & hoc docuerunt, qua scilicet ratione cœlo Iupiter eliceretur, quoq; modo fulmen expiaretur. Vnde loui Elio nomen datum, cuius templum in Auentino positum, vbi res hæc contigerat. Scio fabulam importuno loco positam, sed quia non ita vulgata est, minimè fuit dissimulanda. Ne verò nos alienæ gloriæ detractoribus fauere videamur, Alexandro fulmen meritò attributū dixe.

A dixerim, ea de causa, quod annos vix tres & triginta natus, celeritate mira Orientales ferè omnes nationes subegerat, & Oceanum ipsum enauigauerat, ut non immerito Cæsar, qui pari saltem animo ad eam rerum amplitudinem adspirabat, cum Gades venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuerit, atque ut Tranquillus ait, pertæsus sit ignauiam suam, quod nihil tum à se memorabile actum esset in etate qua iam Alexander orbem terrarum subegisset.

## CELE R I T A S.

**E**st enim fulmē ante omnia velocissimæ omnino celeritatis indicium, quam poëtæ cum volunt exprimere, dicūt, fulminis ocyor alis. Idem ex antiquorū numis manifestum est; ut in eo cuius inscriptio est, Q. P I L I P V S, equus habetur in pernicem cursum admissus, cauda exorrecta, fulmine subsequente, lancca protenta: quod innuere videtur, prouincia susceptam summa celeritate per agratam, negociumq; quamocysimè confectum. Nam & Ptolemæus, vnuis ex Ägypti regibus, promptitudinis & audaciæ causa κεχωνός appellatus, ait Pausanias. Facit huic rei fidem numus aliis, in quo caput humanum est, capreæ cooptum spolio, sub cuius iugulo fulmen est, & arcus ab occipitio: ab altera verò parte Pegasus, cum sagitta subiacente, omnia, vti palam est, velocitatis indicia, cum præsertim inscriptio sit, L. P A P I. De quo quidem Papirio, qui ob mirificam in agendis rebus festinationem atq; celeritatem, Cursoris cognomentum meruit, multa rerum scriptores memoriæ prodidere. Equorum porrò velocitatem in curruli certamine fulguri comparat Hesiodus Herculis scuto, ubi dicit:

Ἄνδρα δ' ἵπτεται θύετο δίφερον τὸν πλευράν τοις διοῖς αὐγούσθοι.

quem Statius secutus ait:

*Ilicet igne lous lapfisq; citatior astris.*

Et inferius idem Hesiodus de equis in cursum à Pallade concitatiss:

Τοι δέ ἄρανδις περγένεται τοις περι τὴν θύην.

quod proximè accedit ad Papinianam sententiam.

## CELE B R I T A S.

**I**N augurali disciplina fulmen tam in publica quām in priuata opera vibratū, atq; etiam per nocturnam imaginem in somniis visum, celebritatē nominis, & magnarum rerum auspicia facit. Nam Olympiæ Alexandri matri fulmen per somnium oblatum, futuræ in filio claritatis indicium fuit. Illa enim priori nocte qua se viro adiunxit, existimauit factō tonitru in vterum sibi fulmen illabi, ex cuius iētu magno excitato incendio, in flāmas inde latè diffusas abire visum. Quid verò hīc memorem Iuliæ filiæ Cæsaris monumentum iētum fulmine? quid Euphridis poëtæ Tragici, atq; Lycurgi sepulchra de cœlo tacta? Quid Veliternum murum? quid Eutimi Pictæ, aut Horati Coelitis, aut Probi Imperatoris, aut Taciti & Floriani statuas eodem modo afflatas? quæcūq; huiusmodi exempla plura declamatione, quam olim de fulminū significationibus edidimus, explicata sunt, quorum significata in hanc nominis amplitudinem accepta, tam Aruspicum responsis, quām euentis postea comprobata reperiuntur.

## E L O Q V E N T I A E V I S.

**Q**uod verò de claris eloquentia viris dictum, ut de Pericle et aliis reperimus apud antiquos, eos ciere tonitrus, & fulgura dispergere solitos, cum oraret, tanta erat animorum percussio & in dicentiū sententia motus, tanta verborum autoritas, de sacra dubio procul lectione metaphoram sumpfere. Psalmo enim

# Pierii Val. Fulmen.

centesimo supra quartum & trigesimum canitur: Educt nubes ab extrema terra, fulgura vertit in pluuiam. Vbi per nubes viri sancti intelliguntur, per fulgura vero persuadendi vis, per pluuiam eloquentia: de quo plura alibi. Et quod alibi Dauid, Vox, ait, tonitru i tui in rota, eo hieroglyphico significat Euangelij voces, quae de cœlo diuinitus intonaturæ essent, & vniuersum terrarum orbem (id enim rota est) commoturæ, attonitumq; reddituræ. Eodem modo per fulgura verba Christi signari tradit Eucherius: eoq; spectare psalmi dictum, Et fulgura multiplicauit, & conturbauit eos, de Iudæorum confusione, qui ei nulla in re vñquam resistere potuerunt. Et Hieronymus primis Hebræorum castris, Ramesem, tonitru i gaudium interpretatus, diuina verba, & quæ voces sunt in sacris literis, per tonitrum accipi docet, quod cœlitus editæ excipientur. Fulminis vero radj descripti, quæ ipsæ coruscationes sunt, ad eiusdem Euangeli pertinenter claritatem & famam, de quibus Psalmo: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terrarum.

## C L E M E N T I A.

IN Antonini Pij, atq; etiā in aliquot Neruæ numis cernere est fulmen in toro collocatum, quod manifestum & pulchrum admodum est clementi signum: arguit enim offendendi potestatem penes ipsum Imperatorem esse, verum ob eius clementiam quiescere: quod perinde est atq; illud, quod apum regem aiunt aculeo quidem præditum esse, verum eum in vulnus nunquam exeri. Primam vero huius virtutis laudem ætate nostra tulit Julius Medices princeps noster, qui simulac bonorū in cum studiis inclinatis Pont. Max. electus atq; salutatus est, omnium statim, & earum quidem atrocissimarum iniuriarū oblitus, ijs omnibus evestigio pepercit, quos aduersarios habuerat iniquissimos, quos hostes totæ vitæ cursu perpessus erat infensissimos, quiq; non bonis tantum & fortunis eius, sed & vitæ modis omnibus insidiati saepius fuerant. Quare Clementis nomen, vt tantæ mansuetudinis pignus, perpetuumq; monumentū, assumpsit: ita summa totius vitæ moderatione conseruauit, recq; probauit, vt Christianum demum Pontificē mortales intueri se profiterentur. Sedenim cum nobis de tanti principis laudibus loqui non liceat, qui eius auspiciis annos aliquot in hominum luce versati sumus, negocium aliis relinquemus, eam fuisse nostri principis clementiam profssi, vt vel hostes ad eam æternis literarum monumentis celebrandam impulsura sit.

## PIERIVS VALERIANVS AD IO. BAPTISTAM MONTANVM, DE IIS QVÆ PERSONALM, Lunam & Stellas significantur, EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS



Cribis, Clariſime vir, vidiffe te lemmata quædam mea in breue admodum compendium redacta, de Hieroglyphicis quæ per Stellam apud Aegyptios sacerdotes in doctrinarum suarum arcanis habentur: quod ut ad se mitterem, Reuerendissimus Cardinalis vtriusq; nostrum alumnus Hippolytus Medices, tantopere flagitauerat. Addis insuper, cognouisse te rei istiusmodi argumentum non in ea tantum schedula contineri, sed à me longè copiosius conscriptum. Rogas itaque, vt rei totius Commentarium ad te mittam. Nam quicquid illud erat, ad figurarum tantummodo formam spectabat, quibus pictor

**A** pictor viteretur in Julio illo sidere adornando, cuius celebritatem Hippolytus ipse tanto studio fuet. Nimirum video te, & contane eruditissime, leonem ex vnguis estimare voluisse: sed in re mea non leo, sed musculus continetur, qui se olim apud mythologos pro leone ausus est venditare. Quantulumcunq; tamen id sit quod ego praestare potuerim, officij mei fuit, omni posthabita contatione, obsequi viro tum à primis studiorum nostrorum annis amico, tum etatis toius demum cursu mihi semper admirando, tam in philosophia & quam artis Medicæ peritia, quam etiam in cultioris eruditionis elegantia, seu Græca seu Latina quis poscat, politissimo. Accipies igitur Stellarum hieroglyphica prot à me fuerunt interpretata. Sed nosti stellas sine Luna desolatas quodammodo videri. Nam quò illæ rerum quæq; suarum semina conspergant, nisi in Lunaris orbis paratissimum, vt ita dicam, horreum condantur, quæ postmodum illa quasi sequestra terris demum indulgeat, aut potius uberrimè largiatur? Sed neq; Luna neq; stellæ sine Sole sui compotes esse possunt: quare Sol quoq; his adnumerandus, imò anteponendus. Ridebis, scio, non erubescere me, quòd ausus sim de Sole, de Luna, de stellis apud talem tantumq; virum totius Encyclopædiae decus & ornamentum verba facere: sed id me consolatur, quòd tu, vt hæc ad te darem, iussiris: quare si quid hæc attulerint tædi vel molestiæ, vni tibi qui crabrones irritaris imputato. Ut cunq; si leges hæc quæ sunt per nos in unum veluti corpus hinc inde collecta, opto non ea tantum quæ me longè accuratius legeris, in memoriam tibi reducant, verùm etiā te Pieri tibi deditissimi memorem assidue faciant.

## D E S O L E.



OELESTIVM corporum quæ die nocteque micant significations dicturi, rationi consentaneum esse duximus à Sole ipso distinctionem auspicari: quando, nisi Sol esset, neq; Luna, neque stellæ vllæ conspicuæ essent, vt & doctrina est Astronomorum, & res ipsa indicat. Cùm itaq; Sol reliqua huiusmodi corpora lumine illustreret suo, nostrisq; videnda oculis offerat, ab eo ut pote lucis arbitrio, initium meritò faciemus.

## D E V S O P T. M A X.

**T**Heologi tā vetustæ religionis, quam nostræ pietatis interpretes, Deū Opt. Max. & vnum, & lumen, & bonum appellauerunt. Eaꝝ ratione Sol cùm sit vnum, vnde illi nomen, quippe à solitudine: sit lumen, vt sensu manifestum est: sit bonus, vt quotidiano cernitur experimento, Dei ipsius hieroglyphicum, nullo alio signo addito, perhibetur. E' profano verò cultu ante omnes Persæ, reliqua deorum omnium, quam gentes ipsæ venerabantur, caterua reiecta, Solem Deum esse vnicū arbitrabantur, ita vt nulla diis templa condenda esse crederent, ea inducti ratione, quòd vni Soli, quem colerent, vix mundus ipse sufficeret. Pythagoras tanta eum veneratione prosecutus est, vt aduersus eum nefas esse dixerit Iotium effundere, ut pote quem omni cultu dignum arbitraretur. Et Hesiodus præceptum hoc summa religione obseruandum adhortatur. Omnino autem Gregorius Theologus id esse Deum dicit inter intellectuales creaturas (his enim locutionibus utuntur qui diuina tractant) quod Sol inter sensibiles. Quæ verò de Solis similitudine cum Deo referuntur ab Ioanne, à Paulo, ab Hierotheo, absolutissimè verò à Dionysio, qui horum documenta literarum monumentis quam diligenter cōmemorata recitentur, ea hic ego duxi prætercunda, Phœnicum interim & Ægyptiorum inuentis gratulatus, qui primi omnium, vt Eusebius memoriae proditum ait, Solem & Lunam & stellas ita esse deos intellexere, vt eos

# Pierii Val. Sol.

tantum dignendarum abolendarumque rerum omniū causam affirmarent: quod D  
iis congruit, quae Plato Legum XI, de Parcis philosophatur. Nam & Anaxa-  
goras Solem μυσθὸν esse, hoc est, ferrum candefactum arbitratus est, atque ita o-  
mnia ex eo gigni conformarique affirmabat. Ferrum enim ita dispositū, in quo  
volueris opus informabis. Magnificentius Euripides Anaxagoræ discipulus,  
cū eodem sentiens, Solem aureā glebam appellauit. At Socrates apud eruditissi-  
mum optimumque Xenophontem eos reprehendit, qui Solem Deū posuere,  
lumenque eius & formā ad Deum Opt. Max. refert, quod omnis eius potestas &  
magnitudo à Deo sit, à quo vna cū Luna fuerit creatus. Eaque ratione reprchen-  
dit & Homerum, & ceteros omnes, qui Solem vnicum esse Deū crediderunt.

## V N I T A S.

**S**I quid autem est in rebus, quae nostris obiciuntur oculis, quod unitatem si-  
gnificare possit, nempe Solis est: id quod, ut dicebamus, locutionis etiam  
etymon attestatur à solitudine deductum, siue potius à Sole ipso fiat solitudo.  
Sapienter itaque Alexander Macedo Dario amicitia petenti respondit, nec mun-  
dum duobus Solibus posse regi, nec duo summa regna saluo statu terrarum ha- E  
beri posse. quam sententia ex Aristoteleis Ethicis sibi desumpserat, qui discipu-  
lo adulaturus, tum hæc, tum illam præcipue Homeri sententiam prætexerat:

Oὐκ ἀλλὰ ταλαντούριον οὐδὲ κίριον Θεόν, οὐδὲ βασιλέας.

Quod verò Solem in rebus egregie vnum esse dicebamus, extra res Deus quo-  
que vnuus, & πνῶν cognomento ab Orpheo, à Platone, & à nostris agnoscitur.

## V E R I T A S.

**E**T qua ratione Sol vnuus est, eadem est veritatis hieroglyphicum: duplicita  
enim et multiplicia sunt veritati contraria. Simplex igitur sit necesse est, quod  
verum censeri debeat. Hinc nudum effingitur ipsius veritatis signum: & quia  
omnia habet in conspicuo, ex eo præcipue veritas est. Hinc Pythagoras περὶ τῆς φύ-  
σης τετραμεροῦ quempiam loqui non debere monuit, facie scilicet contra Solem  
versa, quod non esse manifestis repugnandum significare contendunt: neque ho-  
minem loqui ferè posse, quod vnde cunq; verum sit, cum omnem hominem di-  
uinæ literæ mendacem esse dicant. Sanè de iis quæ liquido patent, apertamque in  
se continent veritatem, dici solet, Meridiana esse luce clariora.

## C H R I S T V S.

**A**T sacræ passim literæ C H R I S T V M per Solem imaginari tradunt: ut il- F  
lud, In Sole posuit tabernaculum suum. Et: Exiit de tribu Iuda, cuius signum  
est leo solare animal. Plato in Repub. ut solet mysteriis suis inhaerescens, & Pro-  
phetarū quos adiit, & audiuit, oracula depromens, Solem visibilem Dei filium  
appellat, quippe qui Deū ipsum exscribere non audeat, & à quoquā fieri posse  
diffidat. Atque identidem intelligendum, quod ubique Christus ipse profitetur ho-  
minem imaginem esse invisibilis filij: qui si lux est vera, quæ mentem omnem il-  
lustrat, expressissimum habet simulachrum hunc Solem, qui est lux imaginaria il-  
luminans omne corpus. Hic paciente Christo aduersa Luna deficiens, consen-  
sum nobis suæ naturæ perspicue cōmonstravit: nosque iure optimo diem, qui So-  
li à Mathematicis adscribitur, eū Domini vocitamus, & eius cultui sacrū dedi-  
camus, vel hinc ostendentes, nō esse cur amplius corporeū Solēm, ut olim Gen-  
tes, colamus, quasi Regem cœli, & dominum, atque moderatorēm, posteaquam  
Soli invisibilis, coæternus Patri & coæqualis, per quem & cœlum & terra cōdi-  
ta sunt, fitos in umbra mortis homines illuminauit, estque, ut cū Simeone absol-  
uam,

**A** uam lumē, quod è gentium oculis tenebras discutiat, & electo populo gloriam afferat nullo vñquam tempore defuturam. In aliquot antiquorū numis cernere est humanum caput radiis circūquac̄ diffusis, cuius inscriptio est, O R I E N S. Siue igitur pro Sole, siue pro regione, vnde Sol oritur, imago ea recipiat, vtroq; hieroglyphico Christū referre videbitur, de quo Zacharias Propheta: Ecce vir, O R I E N S nomen eius, qui dominaturus esset super solio suo. Alter quoq; Za- charias antiquū hoc dictū attestatur. In quibus nos visitauit, ait, Oriens ex al- to, vt eos qui sedēt in tenebris & in vmbra mortis, illuminaret. Ideoq; tam vox, quām imago Orientis, Assertorem nostrū significat, ait Eucherius. Exorientis autem Solis imago altera erat apud Agyptios sacerdotes, Lotos quippe arbor aquatica, vbi infantem in ea considentē figurassent. Hinc vtiq; vapores illos ma- tutinos, qui à Sole mouentur, strictiori quadā aura refrigerantes potius quām advrentes intelligi volebant. Ceterū ego significatū hoc, vt exortū lotos indi- cet, inde sumptum crediderim, quòd ea ante Solis emersum implicata folia ha- beat, quæ quidem ita sensim exsinuantur aperiunturq; vti magis ac magis tolli- tur iubar Solis. Maximè verò panduntur, vbi mediū is iter emensus est. Eodem verò decedente, folia ipsa viciſſim contrahuntur, complicariq; incipiunt ac insi- nuari, veluti nulli patere velint præterquām numini quod venerantur: atq; ita quibus liceat modis, eo abeunte, sese intra claustra cohibeant. Quod, vt Pro- clus ait, obseruatum à Magis, vt sacram omnino eam Apollini crederet, effecit.

## R E S I P I S C E N S.

**H** Abet & Aurora suum hieroglyphicum, quod aperire non pīgeat. Per eam siquidem vir ostenditur, qui de voraginibus emergens prauorū operum, & erroris cæcitatem derelinquit, & ad iustitiā & lucis puritatem euehatur: quæ sententia eiusdem est, quem suprà citauimus, Eucherij.

## C L A R I T A S.

**A** Solis verò claritate, viros omnes insignes, qui vel rebus preclarè gestis pa- triam illustrarunt, siue sublimiori aliqua doctrina mortale genus (quod egregiè tu facis) instituerunt, aut vitæ sanctioris exemplo reliquis fuere docu- mento, quò veram possent assequi beatitudinem, L V M I N A nuncupare mos est. D. Ambrosius Luminaria, sanctos inquam homines, inter mortales versa- tos ait. Illi enim verę participes lucis, eas animas quas erudiebant ab ignoratio- nis tenebris eduentes, luminaria nō iniuria nuncupati sunt. Ita gentes reliquæ viros qui præclarū nominis essent, nomine Luminis appellarūt, vt Latinus Rex apud Maronem queritur, Lumina tot cecidisse ducum.

## I M P E R I I M A I E S T A S S V M M A.

**A** Pud eosdem, quos paulò antè nominauimus, Persas, quorum quidem di- sciplina recentior omnino fuit, deducta ad res humanas similitudine, Sol eum, penes quem summa esset imperij maiestas, indicabat, Solemq; in eius subli- mitatis homines signa dare persuasum habebant. Vnde etiam apud Maronem: *Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romā Tunc caput obscura nitidum ferrugine texit.* Et vltimo Domitianī tempore corona quædā iridi similis Solem circundedit, quæ lumen eius ac radios obscurabat: quod portendebat, vt Arioli interpre- bantur, fore vt is Imperator à Stephano iugularetur.

## H V M A N A V I T A.

**T**Antus verò est Soli cum humana vita consensus, vt is claritate sua insignis, vitæ identidem nostræ tranquillitatē: obscurus autem obnubilatusq; rerū

# Pierii Val. Sol.

nostrarum perturbationem ostentet. Hinc apud coniectores inuenias, quod e. D. tiam vester Hippocrates Medicis non ociose obseruandum præcipit: Si visus Sol in somniis obscurari, occultari ve, aut nusquam apparere, periculum instare vt ægrotus vitam amittat. Si verò vim alicuius insequētis ipse Sol aufugiat, decumbentem in furorem agi præcipitem: mentis enim lumen eo signo labefactari, inquietari, ac loco exturbari suo. Quæ cùm quis imaginatus fuerit, sollicitus admodum est Hippocrates, vt ægroto certa victus ratione obviam eatur. Tantam verò Sol prærogatiuam in iis quæ ad nutriendi rationem spectant, habet, vt Physici omnes ex calore et humore nostrum constare incrementum assertant. Nam & Hesiodus posteaquām fluuiorum quorundam nomenclaturam absolvit, subiecit mox, hos esse qui mortale genus enutrirent, vñā cum Sole. Interpres addit: Aquæ enim & Sol nutriendi vim habent, eorumq; beneficio res aluntur & gliscunt. Inde Catullus de flore quodam viuido:

Dum mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.

A N N V S.

**A** Pud aruspices Sol annorum significatum habet, quorum ipse Dominus est. Quodq; ad hanc rem facit, Cyri somnium memoratur, qui scilicet imaginatus per quietem sit Solem ter manibus apprehendere frustra appetiisse, si quidem convolutebat se Sol, & elapsus abire videbatur: hinc Magi dixerunt, eum triginta annos regnaturum, quo scilicet tempore Saturnus Solem eodem assequitur puncto, vnde simul deferri cceperat. Id vtcuncq; interpretatum fuerit, tamen ipsiis commentum placuit.

G R A C I.

**A** Egyptij vates per Solis imaginem Græcos in prodigiis intelligi tradidere, cuiusmodi rei nota est historia. Cùm Alexander Macedo Tigrin fluuium superasset, paulò pòst Luna prima vigilia defecit, deinde sanguinis colore suffuso, lumen omne scedare visa est: quod Macedones laborum pertæsi dirum arbitrabantur, resq; ad omniū desperationem processisset, nisi vates Ægyptij, quorum doctrina omnis per rerū imagines explicabatur, affirmassent, bene sperandum esse, quod Sol Græcorum, Luna Persarum indicium esset, ideoq; ruinam stragemq; eo ostento illis gentibus portendi, quorum signum laborare visum esset, quod effectus postmodum comprobauit. Interserere autē hieroglyphicis F prodigia, somnia & ostenta licet, quia manifesta inter se congruūt germanitate.

P A T E R , M A T E R , L I B E R I.

**S** Ed vt ad hieroglyphica nostra redeamus, cùm Sol generationis arbiter existat, Luna veluti lac humorem sufficiat ad nutrimentum, liberi vitæ lumen à patre sortiantur, nō temerè apud Hebræos Iosippus puer imaginatus est sapore pressus se à Sole Lunaq; & stellis vndecim adorari: nam quod patrem simul & matrem, ac fratres totidem id olim facturos, tunc ostensum, eventu postea comprobatum, cùm illi annonæ præfecto, & maxima quæq; negocia Regis in Ægypto administranti, cùm nondum eum agnoscerent, procubuerunt.

P R A E G N A N T I A.

**S** Ed quod ad partus attinet, manifestissimo hieroglyphico id Ægyptij figurae consuerūt, apud quos bipartitus Solis orbis, in media cuius scissura stella imposita esset, humanū fœtum in pregnantis mulieris vtero significabat, non ea tātū de causa, quod vterū in corpore medio situm solari corpori ob rotunditatem cquiparent, sed quia Sol cōceptus omnes irradiatione sua viuificat, à quo

A quo vitalis virtus præcipuè demanat, quod quidem Aristoteles Phylæ auscultationis secundo affirmat, gigni hominem ex homine & Sole profensus. Veluti verò stella lumen à Sole mutuatur, ita foetus in utero alimentum à matre consequitur. Neq; huius eruditionis imperitus Lucretius, cùm Epicurū illum suum mortalibus vite tranquillæ initia dedito conaretur ostendere, mortales reliquos stellas dixit, Epicurum verò Solem appellauit, his versibus:

*Ipse Epicurus obit decurso lumine vita,  
Qui genus humanum ingenio superauit, & omnes  
Restinxit stellas, exortus ut aerius Sol.*

At dicet aliquis: Si Sol exortu suo stellas omnes extinguit, quomodo illis lumen mutuatur? Quibus respōsum facio, accidere id ex oculi nostri imbecillitate, qui luce illa omnium maxima perstricti, minora nequeant lumina conspicari.

### D E L V N A.

B  Tque hæc de Sole dicta sufficiant: non enim omnia prosequi volui, quæ super eo dici potuissent ab instituto hoc non aliena, sed occupationum tuarum ratio mihi habenda fuit, publicæ quippe professionis, lucubrationū tuarū peculiariū, sollicitudinis quam pro laborantibus, quotquot opem implorāt tuam, benignissimè suscipis atq; accuratissimè: à quibus si longiore sermone auertere te voluissem, in alicuius omnino communum peccassem. Ad Lunam igitur breuiter examinandam aggrediamur.

### N A T V R A H V M A N A.

S Ole pro sublimioris naturæ imagine constituto, fuere qui per Lunæ hieroglyphicum naturam humanam exprimi dissererent. Nam quod hæc è limo terrâe constat, terra etiam lunaris globus esse prohibetur. Pythagoras enim Lunam modò terrâ celestem, modò terrestre ccelum appellabat: ac terræ similem eam dicit Aristoteles. Varia est præterea Lunæ facies, diebusq; singulis immutata conspicitur: nec variantiæ quicquam magis obnoxium, quam rerum humarum conditio. Quinetiam si vniuscuiusq; hominis vultum intueamur, nunquam aut rarissimè hac & illa vice eundem esse conspiciemus, modò enim iratum, modò lenem, modò tristem, modò hilarem, modò hoc, modò illo affectu perturbatum comperiemus, ac prout diuersæ rerum imagines animum perculerint, ita varias in vultu figuræ conformabunt. Hinc inter magna naturæ miracula de Socrate fertur, eum eodem semper vultu conspectum. Ad hæc, vt quæ tam manifesta sunt missa faciamus, cupida lucis Luna, cupidum intelligendi (ea enim lux est) mortale genus. Eam modò Soli suo adiunctam, modò abeuntem, modò redeuntem aspicias. Animus quoq; noster nunc ipsius veritatis lumini copulatur, nunc longè recedit, nunc ad veræ rationis intellectum facta repetitione revertitur. Aberrare enim hominum est, & septies in die vel iustus cadit. Luna ea semper parte clara, conspicua, & illustris est, qua Solem aspicit: obscura verò, caua & inanis parte ea qua divertit à Sole. Homo qua se parte convertit ad Solem suum, micatissimis radiis velut alter Moses illustratur: ab eo verò auersus alio, turbulentissimis omnium errorum tenebris obscuratur. Hinc dies à Deo dictus Neomeniae, nouę quippe Lunæ, quem festum celebrare debeamus. Quod eò spectat, vt intelligit Adamantius, quando lex vetus umbra futurorum est, quod Apostolus Paulus ait, eandem ipsam memorans Neomeniam, vt intelligamus iustitiæ Solem Christū esse, Lunam verò Ecclesiam, quæ lumine ipsius

# Pierii Val. Luna.

repletur, ac cum Soli suo iuncta fuerit, eiç penitus adhaerit, tum festum diem D agit Neomeniae.

PIORVM COETVS.

**I**gitur Theologi, qui Christum Soli æquiparant, in quo sit sensibilis humanitas, & diuiniluminis imago, iidem per Lunam piorum, vti dictum, vniuersitatem intelligunt, cum nulla sit gens, nulla natio, nulla sectæ cuiuslibet congregatio illustrata lumine, nisi quæ vt in Sole Luna, Christi radio verberatur. Eucherius quoç Lunam Ecclesiæ dicit hieroglyphicū, nempe quod in hac mundi nocte resplendeat. Et quoniā defectibus menstruis imminuitur, & faciem quotidie variat, nostræ sit etiam symbolum imbecillitatis, de qua superius.

AETERNITAS.

**A**ud Gentes præcipuum erat Lunæ significatum, æternitatis hieroglyphicū. Cum haberi, propterea quod, cum defecisse videtur, noua iterū fit, sæpiusq; anno toto iuuenescit. Quare scitè admodum Horatius, cum breuem & imbecillam humanæ vitæ conditionem lamentatur, ait:

*Damna tamen celeres reparant cœlestia Luna.*

In Faustinæ numis aliquot simulachrum est, quod lœua pallam sustinet, dextera auiculam cum Luna supersidente porrigit: inscriptio, AETERNITAS. Aliibi enim diximus eam in Marci adulationem relatam inter diuos à Senatu. In numis etiam aliquot Seueri Alexandri Aug. simulachrum videre est, quod dextera nouam Lunam attollit in sublime, inscriptione addita, PERPETVITATI AVG. Ægyptius autor Horus ad huius hieroglyphici supplementū & Solem adiecit. Et Catullus noster, quæ de Luna dixit Horatius, ipse de Sole dixit:

*Soles occidere & redire possunt.*

*Nobis cum semel occidit brevis lux,*

*Nox est perpetuò vna dormienda.*

Causa verò cur per hieroglyphicū Solis & Lunæ Ægyptij sacerdotes perpetuitatem significant, ea perhibetur, quod eos perpetua esse rerum elementa arbitrabant, quippe quæ virtute propria inferiora omnia generarent, conseruarēt, & perennare facherent. Huius ergo perpetuitatis, quæ semper fuit, est, & futura est in Christo, Psalmographus memor, futurum scripsit, vt Christum populi omnes reverant per generationes omnes, quandiu Sol & Luna circuitu se con voluerint. Et Cabalistæ vigesimam illam intelligentiā agnoscunt à perpetuitate desumptam, quæ per meatum Solis & Lunæ quotidie continuatur. Vita porrò nostra (vt id identidem repetamus) eorum regimine ducitur, cuius cum duæ præcipue partes sint, eçq; maximè propriæ, sentire, & crescere, quorum alterum Græci αἰδηπάς, alterum φυπάς dixeré, sentiendi vim à Sole, crescendi à Lunari globo sortimur: atq; ita vtriusq; luminis beneficio hęc nobis constat vita qua fruimur. Deniq; humore vnius, & alterius calore sustentatae rerum species propagantur, æternaçq; fiunt. Ad hoc faciunt pleriq; Corneliae Saloninæ Augustæ numi, cuius caput ex noua Luna prodire videtur, à quorum tergo modo FOECVNDAIAS, ob id quod modo dicebamus: modo INVNO, quod eadem Lucina est: modo PVDICITIA, quod Iuno, Luna, Diana, & idem Proserpina numen. Horum omnium summam Catullus ita breuiter colligit:

*Tu Lucina dolentibus*

*Dicta lumine Luna.*

*Iuno dicta puerperis,*

*Tu cursu dea menstruo*

*Tu potens Trivia & notho*

*Æletiens iter annum,*

*Dicta*

*Rusti-*

A *Rustica agricolæ bonis Tecta frugibus exples.*

Quod verò ad huiusmodi fecunditatem facit, pleriq; ccelum omnium terra nascientium patrem arbitrati sunt, terram verò matrem. Ipsum autem aethera propterea patrem, quòd aquarum lapsus inde cadentium seminis vicem prebeant: terrāq; matrē, quòd matris vice has excipiat, & inde pariat. Eadem de causa Lunam, quippe quę totius humoris domina perhibeatur, quasi virilem operam in eo sumministrando præstet, à multis Lunum virili genere vocitatum reperias, quod professus est etiam Tertullianus. Et Cornelius Seuerus, quem Charisius citat, Phœben epitheto generis masculini adiecto dixit:

*Igneia iam cælo lucebant sidera, Phœbe Fraternis successor equis.*

Quamvis nō desint Grāmatici, qui eruditionis fortè istius ignari, putent S V C, C E S S O R fœminino etiā sexu dictū ab antiquis: vt, Autor ego audendi, de lune. Verùm illud probabilius est, quod aliquam sapit eruditionem. Sanè inuentatum esse cōstat apud Carrenos Mesopotamiæ populos, eum qui Lunā muliebri nomine ac sexu nuncupandam putasset, eo supplicij genere damnatum iri

B à Natura rerum omnium arbitro, vt is mulieribus addictus eis semper seruire cogeretur. Qui verò marem eam esse credidissent, futurum, vt vxori semper suæ dominaretur, neq; vllas vnquam mulieres insidias pateretur. In Hebræorū arcana, quæ Cabalistica vocant, omnes siderum idearum' p; coelestium virtutes lunari corpore suscipiuntur, à quo postea, vt diximus, in inferiorem materiam vt genitale semen immittuntur, rerum species, fructus, animantia, nouatusque omnes per elementa singula progeneraturæ. Alibi simulachrum Panis, quod Panopoli visebatur, attigimus, eo gestu factum, vt Lunam à dextera sitam flagello verberare videretur, quippe vt quæ apud eam quasi in penum quandam reposita essent, rerum semina loco & tempore depromi flagitaret.

M E N · S I S.

C **Q**uod si Lunam Ægyptij deiectis infrà cornibus pinxissent, hieroglyphico eo mensem significari prædicabant, cùm palam sit eam in ortu cornua surrigere sursum versus, eo præcipue tēpore, quo signa Zodiaci vel recta cadunt, vel oriuntur, quòd pars inferior tātūm, eaq; oculis nostris minima, propinquo occidente Sole cōspicua sit. Ad coitū verò properantē, sub septimū & vigesimum itineris decursi diem planè manè cōspectā deorsum cornua demittere: duobus enim reliquis, quos in assequendo Sole, eo p; mox prætereundo cōsumit, omnino latet, tertio sc̄e incipit ostentare. Hoc codē significato poëta quoq; mensem intelligunt, vt illud: Luna quater latuit. atq; eodem modo apud alios passim.

Æ G Y P T V S.

**I**N T. Antonini Aug. Pij P P. numo, qua parte inscriptio est, ALEXANDRIA, videre est humanæ figuræ signum, quod ambabus manibus Lunam affectet apprehēdere, siue sit is adorationis gestus. Ea autem cornibus infrà deiectis sita est, tribus in convexo tuberculis, duobus infernè, quæ veluti guttulæ pendētes sunt. A pedibus postica parte spicę tres fructu prægrauide cōspiciuntur: ab antica crocodilus humili repit, capite in simulacru id reflexo. Quæ omnia, vt hæ partes alibi declaratae sunt suis quæq; locis, Ægyptum ipsam significare, etiamsi non adesset inscriptio, Alexandriæ, nulli dubium relinquitur.

S O P H I S T Ā.

**V**arietas autem Lunæ, mutatis quotidie faciebus, adeò cōspicua, ansam dedit, vt nonnulli sophistas per Lunę hieroglyphicum intellexerint: & Ægy-

# Pierii Val. Luna.

ptij sophistæ, quando Luna Ægypti symbolum est, cuius prouinciæ Isis domi- D  
na perhibetur, toto opere notantur. Alia tamen ratione Clitomachus, vt apud  
Stobæum legere est, Dialecticam Lunæ æ quiparauit, quæ nunquam eadem fa-  
cie sese mortalibus ostentet, nunc accretione, nūc diminutione luminis assiduè  
variante, nunquam interquiescat.

## I N S I P I E N T I A.

**N**Ostri huiusmodi varietatis ergò insipientiam per Lunæ simulachrum indi-  
carunt, quippe cùm propter vniiformitatis effigiem, veritatem, & propter  
lumen in Solis corpore, ratione firma præditum intellectum innuerent. Con-  
trà per Lung varietatem, & nothum lumen, inconstantiam mentis accipiebant.  
Vnde Salomon, Sapientia: Sapiens sicut Sol permanet, insipientis autē sicut Lu-  
na mutatur. Et Matthæi locus de iuuene lunatico, qui nonnunquam in ignem,  
nonnunquam in aquam cadere consueuerat. Quod si trahas ad spiritum, ani-  
maduertas in talibus impetus quosdam quasi bonorum operum surrepentes,  
ita vt laudandi videantur, ab iis tamen qui dilucida in eis interualla non agno-  
uerunt: rursus enim eos minui videoas, quod dçp videbatur in eis lumen, non est  
diurnum, sed nocturnum lumen, quod quidem vsqueadè immunitur, vt iam E  
penitus deficiat. Atq; ij nonnunquam in ignem cadunt, id est, in ardorem con-  
cupiscentiæ, in veteres excandescentias, vlciscendiçp cupiditatem, in pecunia-  
rum amorem, & vitia reliqua. Nonnunquam in aquam, hoc est, in lubricas mor-  
talium curas, in perseverandi desperationem, in ambitionis fluctus, ciuilesçp  
vndas perpetua instabilitate exagitatas. Humana enim vita, vt alibi ostensum,  
marinæ instabilitati plurimū assimilatur.

## P E R S Æ.

**Q**uod vero Luna Persarum hieroglyphicum esset, superius ex ostento di-  
ctum, & quid super eo senserint Ægyptiorum Magi.

## N O B I L I T A S.

**P**Er vulgatū & illud est, Lunæ gestamen apud Arcadas nobilitatis hierogly-  
phicum fuisse: qui quidem Proselenes ea de causa nuncupati sunt, quòd ab  
Deucalioneo diluvio primi ipsi Lunam inspexisse nascentē se credidere: quodçp  
putarent vniuersum humanum genus aquis obrutum perisse, & à se rursus ori-  
ginem propagationis emanasse. Erat verò gestamen id, quo vt soliti Arcades, F  
ibula in Lunæ cornua porrigitis speciem, qua calceamenta connectebantur:  
de qua scommaticum Herodis dictum fertur in Bradeam vxoris fratrem, qui  
cùm generis sui nobilitatē æquo verbosius apud Romanos ostentaret: Næ tu,  
inquit Herodes, generis tui nobilitatem in astragalis gestitas. Quin & Roma-  
nis, qui nobilitate præstarent, gestandi lunulas morem fuisse Plutarchus tradit:  
nisi satis sit Martialis dictum, lunatam pellem appellantis calceum in hanc sen-  
tentiam. Et de Quintilio Rhetore apud Iuuenalem habetur:

*Et nobilis, generofus*

*Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.*

Sunt qui causam huius gestaminis eam commenti sunt, vt sic admonerentur

considerandam esse rerum vicissitudinem, quæ præsertim in Luna

*spectabilis est, ne solo nobilitatis nomine nimium  
turgescerent.*

A

## D E S T E L L A.



Ed iam locus exigit, ut stellas tuas aggrediamur, quarum significata recensere, rationemq; reddere, nostræ potius fuerit indaginis, quām alterius cuiuspiam inuentum, cām præsertim in restituendo cōtextu paucissimorū admodum verborum, quæ stella super apud Horum Ægyptium tradita inueniuntur, cura laborq; non defuerit. Sed est omnino in damno libellus ille tam in vulgatis Aldina impressione, quām etiā in manu scriptis exemplaribus, quorum nobis copia fuerit. Sed iam ad rem ipsam.

## V N I V E R S I   D E V S.

**A** Pud Horum igitur legas stellam hieroglyphicum esse Dei, necq; ferè quid amplius: quare necesse est rem ipsam, paucis his inclusam verbis, manifestius & latius aperire. Etenim cūm Ægyptiū luctamen & concertationem, quam Deus Opt. Max. in coelestibus orbibus, aduerso motu atq; eo etiam vario concitatis, instituit, contemplarentur, neque id alia quapiam ratione deprehendissent, quām stellarum motu, earumq; præcipue, quas vices assidue variare manifestum, rapiq; vniuersam mundi superioris machinā ab exortu occasum versus, vertigine supra mentis captum citatissima, ac nisi res ipsa quotidie fidem faceret, prorsus incredibili: obniti verò contrā ab occasu exortum versus spheras octo ex iis, quæ nobis innotescere potuerunt, easq; propt̄ magis minusve à centro distant, pro ratione sua eo segnus aut velocius ad metam properare, nimirum fieri hæc absq; Deo minime posse crediderunt. Quis enim tantarum monilium rector constitueretur, qui certo temporum spacio omnia gubernare, nisi mens suprema omnium arbiter haberetur? Cūm igitur per stellas potissimum in Dei ipsius cognitionem pervenissent, ipsius vniuersi Deum, per signū idem ipsum, quo rem deprehenderant, significare instituerunt. Ideoq; stellæ hieroglyphicum pro mundi totius Deo ponere voluerunt. Sententiam verò hanc Romanis etiam placuisse possumus ex eo coniicere, quod in Pertinacis numo simulachrum est, manibus versus ingentem stellam ad cœlum sublatis, cum inscriptione, PRO VID. DE OR. C O S. II. Ita ille diis gratias agere professus, quorum prouidentia rerum potitus esset.

C

## P A N.

**A**Tq; ea potissimum ratio est, cur Pana Deum ex hieroglyphico stellarum intelligi contendebant: quin & pectus eius variis insigne stellis effingebant, cūm omnino per Pana totam rerum naturam interpretarentur: qua de causa & fistulam septem calamis compactam, propter errorum totidem concentum, ori eius apprimebant: de quo apud Orpheum plura. Probo autem idem & Pan & Iupiter est, quod πᾶν omne, vniuersam quippe, vt dictum est, naturam significet. Propterea verò & hinuleæ pellis varictate tegi solitum aiunt, vt ex maculis referri stellæ videantur, de quo in Serpentis commentario plura: quod quidem isti forsitan de sacris nostrorum literis desumpsere, in quibus legitur, Extendet cœlum vt pellem: quamvis Adamantius dictū de sapienti anima interpretatur. Nimirum illa extensio in modum pellis, tanquam literis inscripte luminariis & stellis, dicitur Rakia: & ἡράς Græcis corium est. Nos verò tentorium illud, firmamentum appellamus: & aulæ picturata vulgus etiam ubiq; hodie Racia nuncupat. Porro cœlum propter micantes stellas à cælatura appellatū Probus idem putat, vnde scilicet Luna bigis ferri incipit, in superiorem usque cœ-

# Pierii Val. Stellæ.

Iestium orbium partem, quæcunque cōtinentur, ea Grēcē ab ornatū ~~κόμη~~, à pu Dritia Latinè mundus vocatur, ait Varro.

## C E L E B R I T A S.

**N**on temerè itaq; in somniis, vt apud Philistum legere est, Satyriscus est celebritatis hieroglyphicum. Nam Dionysij mater, eius qui Syracusanorum tyrannus fuit, cùm prægnans eum ipsum alio contineret, per nocturnam imaginem visa sibi est Satyriscū peperisse. Ex quo galeatæ Siculi coniectores interpretati sunt, eum quem illa peperisset, clarissimum Grēciæ sidus, ad diuturnum cum Fortuna fore. Hinc Naso etiā sidus pro nobili claritate generis posuit, vbi Maximū, ad quem de Ponto scribit, sidus Fabiæ gentis appellat. In diuinis quoque literis, doctorum & pietate insignium virorū lumina per stellas significantur: vt apud Danielem, Docti tanquam stellæ fulgebunt. Et quæ progenies Abrahamæ promissa diuinitus est, tanquam stellæ, nō tam ad numerum innumerablem refertur, quām etiam ad rerum, quibus posteri eius illustrandi essent, claritatem. Præcipue verò Hyades in huiusmodi celebritatis hieroglyphicum delectæ, vt admonet Eucherius: siquidem ortu suo solent pluuiam inducere, atque ideo per id sidus sacræ disciplinæ doctores interpretantur. Cur verò pluuiia diuinæ sit institutionis hieroglyphicum, suo commentario est abvnde disputatū.

## P R O S P E R I T A S.

**A**Ruspicum autem obseruationes stellam asserunt prosperitatis, ac læti aliqui eius signum esse, ab Atteio Capitone traditum, quod, vt Festus ait, acceperat à P. Seruilio augure. Hinc locis inaugurandis stella ex lamella ærea, qua specie reliquæ spectantur in cœlo stellæ, præfigebatur. Disciplinam hanc secutus Virgilius, felicissimum Troianæ posteritatis successum Anchisæ ita præmonstratum ait:

*Subitoq; fragore                    Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per ymbras  
Stella facem dicens multa cum luce cucurrit.*

Nec immeritò Cæsar Augustus crinitam stellam visendæ magnitudinis, quæ Iulio Cæsare sublatu statim apparuit, cum paucis admodum sententiam suam professus, felicitatis, quæ se deposceret, ostentum interpretatus est. quamvis palam Iulij Cæsaris animam in eam stellam commigrasse dictitare solitus esset, remiq; testatus sit numismatum monumentis, stella scilicet impressa in eo numero, cuius inscriptio est, CÆSAR AVGVSTVS. Ab altera verò facie, DIVOS IULIVS. Adiectum etiam est id insigne capiti statuæ eius in foro positæ. Et alij pleriq; numi Cæsaris caput stella supra frontem præfixa conspicuum ostendunt. Et Dionei Cæsarini astrum Virgilius hac de causa celebrauit. Veluti etiam Horatius micare dixit Iulum sidus, velut inter ignes Luna minores. In numis verò quos Metius Macer in honorem Cæsarini cusit, Cometa ab occipitio Cæsariani capitinis apposita est, vt ab eius obitu signum id subsecutum innuat. Fuerunt autem ex iunioribus nonnulli, qui per stellam tantum Iulum Cæsarem intelligi voluerint, picturis publicatis. Verum hæc consignificat, non autem simpliciter significat.

## F A T V M.

**A**Diecere sacerdotes Ægypti, Fatum per stellam significari, quoniam id ex siderali dispositione cōsistere vulgata doctorū opinione creditur. Per motum enim stellarū negotia transiguntur, vt Hesiodi interpres ait super Asterie. Nā & Parcæ illæ, Clotho, Lachesis & Atropos, vt alibi ex XII. Legū Platonis ostendit.

A ostendimus, nihil aliud sibi volunt, quam tardum in primis Saturni motū, quo singula maturantur: & multitudinem virtutum, quae in firmamento sunt, per quas tanta rerum varietas in inferioribus generatur: ac reliquorum deniq; errorum motū, quo suo quæc; tempore perficiuntur. Quamvis enim à Solis & Lunæ beneficio vita constet qua fruimur, nostra tamē negotiatio tam ad ipsa duo lumina, quam ad quinc; vagas stellas refertur, ut vulgus Astrologorum putat. Quinetiam nullum in ccelo sidus, lumen nullum, otiosum volunt. Et Cabalistæ, nullam esse herbam plantam in orbe hoc dicunt, quæ non ab aliqua firmamenti stella irradietur, foveatur, & ad incrementum adiuuetur. Errorum verò varijs coniunctionibus & aspectibus, ut vocant, ea rerum vicissitudo in humanis rebus esse prohibetur, quæ fati cognomento à plerisq; nuncupatur. Tametsi clarrisimi ætate nostra fuere viri, qui acriter in Mathematicos inuecti, huiusmodi veterum cōmentationes plurimas euertere conati sunt. Cæterum vt diuos Augustinum & Ambrosium ac plerosq; è nostris alios missos faciam, qui lapidem hunc voluere, Plotinus è veteribus nihil vi & potestate siderū hominibus euenire contendit, sed ea quæ decreti necessitas, quam nostri prædestinationem vocant, in singulos sancit, ita per horum septem transitum, stationem, recessum ve monstrari: vt aues seu præteruolando, seu stando, futura pennis vel voce significare dicebantur, ipsæ tamen rerū indociles, ac quid agant prorsus ignaræ: quarum volatus, aut status, aut garritus, provt fausta infausta've, commoda vel incommoda portendere existimabantur, ita salutares aut terribiles habitos, cùm à se ipsæ neq; salutem, neq; terrorem ullum afferant.

## D E S I R I O.

**Q**UAM tamen præ se fert stella Sirius præfigiturā, non leui de causa, sed ex grauissimis philosophorum obseruationibus adinuenta est. Aliunt enim Ætæos ortum Caniculæ diligenter quotannis obseruare solitos, cōiecturamq; inde capere, salubris'ne, an pestilens annus futurus esset. Ea enim stella si obscurior ac caliginosa propemodum extitisset, pingue, ac concretum esse cœlum, ac perinde afflatum eius grauem & pestilentem futurum abominabantur: sin illistris atq; pellucida apparuisset, cœlum identidem tenui purumq; coniiciebant, futuramq; inde salubritatem præsagiebant.

## C O E L E S T E S S P I R I T V S.

**C**Æterum nos cum piè simus instituti, cur nō etiam piè loquamur? Sanè cōstat apud Theologos, & Dionysium præcipuè, tris angelorum esse hierarchias, quibus in firmamento sedes præcipuè constituta. Harum suprema soli contemplationi vacat, Deumq; perenni sono, continuaq; assiduitate nullo unquam tempore defutura collaudat. Medius autem ordo cùm sit cœlestibus officijs atq; muneribus delegatus, per firmamentū, quod ab excellentia Cœlum appellat, significatur. Postrema verò hierarchia, et si natura supra omne corpus est, supraq; cœlum, curat tamen ea quæ sub cœlo sunt. Et cùm diuidatur in principatus, archangelos et angelos, omnium horum munus circa ea tantum versatur, quæ sub Luna sunt. Principatum cura circa respublicas, principes, ac Reges, vt ex Dauide cognoscimus. Archangelorum circa mysteria, & sacras cærimonias. Angeli priuatis student rebus, & singuli singulis hominibus adhibentur. Euthymius porrò Iudæorū fuisse custodem Michaëlem nominat, vbi verba citat ex oratione Azariæ, libro Danielis: Angelus autem Domini descendit simul cum Azaria & socijs in fornacem: cùm tamen archangelus sit. Sedenim

# Pierii Val. Stellæ.

sæpe admodum in quotidiano sermone omnes ordines Angeli nuncupatio-  
nem usurpant. Cùm igitur tertius ordo huiusmodi res humanas tueatur, & ad  
incorruptibile superioris dominij decretum dirigat, cuinam potius quàm huic  
ordinij Fati cognomentum dabimus? Qui demum cùm octauæ sphæræ, hoc  
est, stellato insideat orbi, à soli eius excellentia stellæ significatum Fato con-  
gruere meritò videtur. Neque tamen absurdum est Angelos per stellas intel-  
ligi, qui stellarum præsides habeantur: veluti cùm apud Salomonem pro coe-  
lo Deum intelligimus. Scriptum est enim historia Regum, Exaudi ó cœlum:  
vbi non cœlum tamen, sed cœli, & terræ rectorem ac Dominum, ex Theolo-  
gorum interpretatione, Deum appellat. In Moseos etiam traditionibus, vt  
summi viri locum interpretantur, per stellas Angeli significantur. Demùm  
Angelorum munera cùm sint, purgare, illuminare, perfectum reddere: si Par-  
cis hæc, vt fortè non incongruum videatur, adscribere voluerimus, ne penitio-  
ra hæc documenta sublimius æquo perscrutemur, Fatum id omnino esse con-  
stabit. Cui quidem opinioni subscrifit Chrysippus (hos enim autores citare  
compellor, propter nostrorum quorundam literatorum peruvicaciam, qui pro-  
fanis autoribus maiorem adhibent fidem, quàm Christo, & à Christo patreç  
eius omnipotente Deo illuminatis.) Igitur si Græcis philosophis magis quàm  
Paulo vel Apostolis alijs credunt, Chrysippum præcipuum ex antiquioribus  
audiant ita dicentem, Fatum esse potentiam spiritalem, certa quadam ratione  
vniuersi constitutricem. Atq; alibi: Fatum, inquit, est mundi ratio: vel, lex co-  
rum quæ in mundo prouidentia constituuntur: aut ratio ad quam omnia quæ  
fuere, facta sunt. Quin & Posidonius, dum Deum Iouem primum appellat, se-  
cundum Naturam, tertium Fatum, si quæ de Angelis retulimus, & alia Theolo-  
gorum scripta considerare voluerimus, idem hoc, aut non multùm dissimilia  
sentire deprehendetur.

## T E M P V S.

**A**D hæc stella temporis etiam est hieroglyphicum, quia nihil in mundo toto  
statam temporis legem magis obseruat, quàm ecelestia corpora, quæ sua  
quadam lege iterū ac sæpius mota, eodem semper temporis interuallo, certisç  
periodis eò redeunt, vnde ferri cœperant. F

## E X P L O R A T I O.

**S**Tella eadem apud Ægyptios circuitionis indicium habetur: quod siue ad or-  
bicularem motum, siue ad coeli ipsius figuram, siue ad ea que de temporū re-  
petitionibus modò dicebamus, quis retulerit, omnia quadrabunt. Sedenim  
quam hi circuitionem ponunt, explorationem potius ego dixerim, propterea  
quòd stellæ peruvigiles facta consiliaç nostra omnia videntur explorare. Vnde  
apud Catullum legas:

*Aut quàm sidera multa cùm tacet nox,  
Furtiuos hominum vident amores.*

Apertissimè verò apud Plautum exploratores per stellas intelligunt, si cui non  
satis est Christi ipsius testimonium dicentis, vel puerorum Angelos facta eo-  
rum omnia referre coram patre suo. Nam stellas paulò antè Angelorum hiero-  
glyphicum agnoscebamus. Apud Plautum igitur Arcturo stella in scenam in-  
troducto, hæc, Rudente, recitantur:

*Qui est imperator diuīm atq; hominum Jupiter,  
Is nos per gentes alios alia disparat,*

*Qui*

A

*Qui facta hominum, mores, pietatem, & fidem  
Noscamus, ut quenq; adiuuet opulentia,  
Qui falsas lites falsis testimonios  
Petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam,  
Eorum referimus nomina excripta ad louem,  
Cotidie ille scit quis hic querat malum.*

Romani enim veteres hæc de stellis opinabantur, quæ nos officia Angelis attributa noscimus, cùm animi illi, olim iam electi ad pietatem, & religionem, cultumq; Dei, in rerum diuinorum curam, qua poterant, ante omnes propensi essent: quare hi de stellis, quæ nos superius de Angelis ex sapientissimorum hominum sententia retulimus, intelligebant. Huiuscmodi autem explorationis ergo C. Caligula nouum quod excogitauit coronarum genus, Solis & Lunæ, siderumq; specie distinxit, easq; coronas novo etiam nomine exploratorias appellauit, vt pote qui per Solem diurnos, per Lunam & stellas nocturnos exploratores intelligeret. Cur verò noctem sacerdotes ipsis ex stella picta significarent, manifestius est, quād reddi causam ullam oporteat.

## C V S T O D I A.

**V**Idere est in numo quodam cuius inscriptio est, V R B S R O M A, specum in arcum productum, cum lupa et geminis infantibus circum vbera in medio sitis. Ab utroq; autem specus latere assurgunt pueri duo colludentes: supernè stellæ totidem, siue pro genijs illæ sint, quorum auspiciojs infantes qui fuerat in fluum abiecti, sospitati sint, mox famelicam lupæ rabiem non effugerint modo, sed ab ea perhumaniter etiam fuerint educati: atque ita argumentum hoc omne C V S T O D I A sit hieroglyphicum, quæ diuinitus fuerit infantibus preparata. Nam & apud nos certæ sunt preces, quibus Angelum nobis custodem dari depositimus. Siue celebritatis, neq; non apotheoseos, quæ subsecutæ sunt, stellæ illæ signa sint. Siquidem Romulus fratri nomē etiam post mortem eius publicis actis adscribebat. Vnde Virgilius dixit, Cum fratre Quirinus iura dabant, commentus quidem id Romulus, vt Remi fratri manes placaret, quibus terrificis imaginibus saepius infestabatur.

C

## A N I M A.

**E**st etiam id apud Ægyptios stellæ significatum, vt defuncti iam hominis animam ostendat, quod in manu scriptis codicibus habet: quod dubio procul animæ immortalitatē indicabat, quæ scilicet deficiente corpore vim atq; vigorum suum efficacissimè conseruaret. Atqui vim luminis manifestam anima ipsa videtur obtinuisse, quam scintillam massæ stellaris Heraclitus Physicus asseuerabat. Timæus verò Locrus vnicuiq; animq; collegam esse siue consertam stellarum aliquam tradidit, quod non dissimile est à genio sospitali atque custode, quo de superiorius differebamus.

## M O R B V S G R A V I S.

**H**ippocrates medicus obseruauit, stellas per somnium in mare, vel in terram cadere, atq; euancere visas, graues indicare morbos ei apparatus qui sibi videre id visus fuerit: cùm contrà, claræ, & exortum versus currentes, sanitatis affuturæ indicia sint,

# Pierii Val. Stellæ.

C R E P V S C V L V M.

D

**A**ddunt Ægyptij sacerdotes (quod in impressis codicibus non habetur) crepusculum ex micantissimæ stellæ simulacro significari, propter Hesperi Phosphoriç notabilem fulgorem, ut puto: quæ quidem eadem Veneris stella est, nonnunquam Solem præcedens, nonnunquam subsequens: itaque per aliquot dies ante Solis exortum stellarum omnium maximè splendescit, alijs occidente eo, luce sua alijs premonstrata, atq; his quasi valere iussis, ipsum mox Solem subsequitur. Vel quia tota stellarum ratio inter vtrunque crepusculum, vespertinum scilicet & matutinum, munus peragit suum. Vespertino siquidem excitatæ crepusculo, simulac matutinum aduenerit, suo quasi perfunctæ excubiarum munere, Soli sua data vice stellæ recedunt omnes. Et vt tandem stellarū commentary cum vtroque crepusculo absoluamus, earumq; principium & finis terminetur, pauca quædam subiungam ex diuinis literis, in quibus Nox suum habet hieroglyphicum, cùm præsentis vitæ tenebras, & hallucinationem significet: matutinum verò tempus pro futuro seculo ponatur: de quo Paulus, Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Eoq; spectare dicit Hesychius Hie Erosolymitanus præceptū illud Leuitici, Ne de carnis sacrificiū salutaris quicquam in matutinū relinquatur, quippe ne vitam nostram deprehendi sinamus imperfectam, quo scilicet tempore intercipiatur agendi facultas, quippe vbi misericordiæ opus nullum cuiuspīam alterius virtutis aggredi poteris, vel exercere. Quare quinq; illæ virgines parum prudentes, ante oculos nobis proponendæ sunt, quæ dum lampadum suarum oleum comparatur retrocedunt, aduentu interim sponsi clausa ianua excluduntur, non amplius admittendæ. Idem admonemur ex proverbijs à Salomone: Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, nam crastino tibi dabo, cùm statim possis dare: nescis enim quid pariat superuentura dies. Ad hoc ita Hesychius: Festina, neque quicquam differas, ne fortè in eas coarcteris angustias, vnde expedire te nequeas, eoq; difficultatis adigaris, ut euestigio rerum omnium, quas tractaueris, rationes reddere cogaris. Epicurus qui plerisq; in alijs, res alias agere deprehendit, in eo versu prudentissime se gessit, cùm dixit:

Ἐνεσθίμωται ἀρχόλευκοι οὐ καρδιῶσι.

F

Nemo hominum est, qui non inter agendum obeat.

Quòd si quis ætate nostra, præter bonorum omniū spem oppressus, inter agendum obiit, quis vñquam maiore totius Romæ luctu desideratus quam noster Hippolytus: qui parata ære suo priuata triremi, forticq; militum manu ad Carolum Imperatorem, qui Libyam debellabat, Christoq; asserebat, priusquam instructam nauem, explicataq; vexilla illa Iulij sideris videre posset, medio iteris veneno letali, quo perditissimus minister ferculum infecerat, nobis tam iuuenis, tam Cæsari charus, tam eius gloriae cupidus, miserabiliter interceptus est. Paucisq; post mensibus, nepos eius Alexander Florentiæ Dux, Imperatoris ipsius gener, à cōsanguineo sibi coniunctissimo nō minori scelere mucrone crudelissimè dum dormiret trucidatus. Sed nolo vulnera tam atrocia refricare, potiusq; tibi næniam, qua infelicissimum vtriusq; casum, iacturamq;

& luctum nostrum deploraui, pro libelli huius  
Coronide subiungam.

HIPPO-

A HIPPOLYTI MEDICEI CARD. ET NE-  
 POTIS EIVS ALEXANDRI FLORENTIAE DV-  
 CIS, MISERABILES EXITVS  
 deplorantur.

**V**T cùm potenti deciderit Iouis  
 Dextra, superbæ insigne latus domus,  
 Et strage & ingenti fragore  
 Corda hominum attonita obstupecunt:  
**M**ox, dum misertum est puluere grandia  
 Cæmenta solui, parte alia latens  
 Erumpat improvisa flammæ  
 Vis, reliquumq; operis ruina  
 Inuoluat oppressum, cinis omnia  
**B** Puluisq; fiant, prætereuntium  
 Honore & admiratione  
 Tecta prius celebrata, puncto  
 Uno auferantur temporis, omnium  
 Mortalium per corda pauor meat;  
 Considerantum quām caduca  
 Sint ea quæ afferimus beata:  
 Sic duplicato concidimus malo,  
 Quicunq; claras Mediceæ domus  
 Stellas colebamus, fideli  
 Obsequio, officijsq; chari.  
 Nam vix cicatrix illa coinerat  
 In altum adacti vulneris, intima  
 Per ossa lapsi, cùm peremptum  
 Eximum Hippolytum abstulit mors:  
**C** Qui dum cohortes cogeret impigras,  
 Arma & triremes ære parans suo,  
 Hanc vltro opem allaturus oræ  
 Cæsari opes Libycæ prementi,  
 Roma profectus Parthenopeium  
 Nauale iturus, de media via  
 Improuide interceptus atro  
 Fraude dato opprimitur veneno.  
 Hinc mille & illinc mille per aucta  
 Sparsi locorum, siue domi in situ  
 Fletuq; lugebamus, ægra  
 Pectora per lacrymis profusis.  
 Cum fœda clades huic superaddita  
 Oppresu incursu subito omnium  
 Mentes, & vnde vndæniuosis  
 Alpibus incubuit refusa.

**M**aiora aperto vulnere vulnera  
 Nunc facta sunt, consanguinea vt manus  
 Confossum Alexandrum in cubili  
 Fama tulit, medioq; noctis.  
 Sic heu misella hæc vita hominum omnibus  
 Iniuriarum obiecta periculis,  
 Quovis dieq; horaq; nostro  
 Assiduè capiti ingruentum.  
**M**ens nulla prudens est adeò, vt queat  
 Obstare fatis, vel petulantias  
 Ictusq; fortunæ cauere,  
 Aut varios subitosq; casus.  
 Sed magna Regum ô progenies, Ducem  
 Quæ Petrum Athenis magnanimū inclytis  
 Olim dedisti, totq; honorum  
 Dcuneribus titulisq; fulges,  
 Quām clari eratis, quām prius improba  
 Turcæ tyrannis & Scythicum genus  
 In Græciam inuasisset, alta  
 Vi superum imperio potita.  
**F**ato Quiritum scilicet Ilium  
 Euersa, Romanum Imperium extulit.  
 Gens vestra Athenis pulsa, vt orbis  
 Consuleret statui vniuersi.  
**A**tq; hinc duorum Pontificum decus,  
 Amplum Leonis, mox venerabile  
 Clementis: idq; iisdem tiaris  
 Continuis propè colligatum.  
**A**t non potentes dicere Coymidas,  
 Laurentiumq; & nobilium virum  
 Prouentum honoratum, Camænis  
 Lugubribus licet, atq; mæstus,  
 Sed flere ademptorum miserabiles  
 Vices, in ipso limite gloriae, &  
 Primo rudimento inuidendi  
 Nominis, egregiæq; laudis.  
 Heu quo iuuentus, & validus vigor,  
 Et promptitudo mentis, & ingeni  
 Atq; indeoles illa educata  
 Auspicij sapientum auorum.

# Pierii Val. Nænia.

Quo purpuratus Hippolyto decor  
 Splendorq; rerum, seu patruo comes  
 Puer senem adiuuaret, ingens  
 Pondus & imperij subiret.  
 Quem Cæsar alto in puluere Pannonum  
 Vedit paratum cernere principem,  
 Contra superbarum cateruas  
 Gentium, & horribiles phalangas,  
 Cum Turca nunquam pluribus antea  
 Instructus armis, crederet Italas  
 Vires Iberumq; robur  
 Et Tamesin domitare, & Albin,  
 Quem tota circum vis Asiatica  
 Nilq; latè gens vaga iurgidi,  
 Et Græcia totius arma,  
 Atq; Scythæ, atq; Arabes obibant.  
 Verùm explicatos vidit vt ordines  
 Nostrorum ita acri prælia spiritu  
 Poscentium, aufugit, reductis  
 Retro equitum peditumq; turmis.  
 At qui virum se præstiterat foris,  
 Haudquaquam inerti pectore erat domi,  
 Quem multo abundantem Senatus  
 Consilio iuuem probabat.  
 Qui sæpe Romam seditionibus  
 Tumultuantem, irasq; Quiritium  
 Pacasset, irrumpens in arma  
 Fronte hilaro, eloquioq; dulci.  
 Qui splendidas tot diuitias, opes  
 Tantas, amicis atq; clientibus  
 Uellet paratas, se exhiberet  
 Ditem alijs, sibi pauper vni.  
 Siue apparatu Regifco penum  
 Elaboratum apponeret omnibus  
 Aequaliter, parcissimo ipse,  
 Et tenui & facili vteretur.

D

Sed quis modum vitæ omnis, & integrum  
 Synceritatem narret? Hic omnibus  
 In posterum exemplo futurus,  
 Tam viridi excipitur iuuenta.  
 Immitis aufert Parca eadem Ducem  
 Illustrem Alexandrum iuuem inclytum,  
 Florentiæ, Herruscíq; regni  
 Omne decus, columnæq; summum,  
 Quo iustum & æquum Principe floruit,  
 Seruata morum est integritas, fides  
 Intaminata. At vis scelestæ  
 Pulsa procul, pudor ipse tutus.  
 Hic gloriösi Caroli erat gener  
 Selectus omni de grege. Filio  
 Hic Regio Henrico sororem  
 Coniugio celebri elocarat.  
 Hæc obfuerunt, perniciem hæc bonis  
 Traxere, vestræ nomina gloriae  
 Vos abstulerunt. Hæc amarum  
 Inuidiæ stimulum incitarunt.  
 Laboriosum scilicet est opus,  
 Tutum esse Regem, qui violentia  
 Obstet suorum, ullumq; fraudi  
 Esse locum vetet, & rapinis.  
 Sic Pertinacis mens bona: Seruq;  
 Sic victa virtus cæde nefaria:  
 Sic multa vbiq; exempla, quorum  
 Iam numerum hoc etiam obtinebit.  
 At vos meum vnum præsidium ac decus,  
 Si quid clientis Musa erit, ibitis  
 Nunquam vel ignotis, vel vllis  
 Illachrymabilibus recensi.  
 Non vos ego inquam perpetiar morti,  
 Dum vis mihi aſſit, perpetuum quibus  
 Debetur excelsa in columna  
 Nomen, honos, statuæ, æsq; fusum.

E

F

PIE

NÆNIAE FINIS.

APIERIVS VALERIANVS AD REVEREN-  
DISSIMVM D. THOMAM CAMPEGIVM EPISCOPVM FEL-  
TRENSEM, DE IIS QVAE PER NAVEM ET ALIQVOT  
eius partes significantur, ex sacris Aegy-  
ptiorum literis.

**N**unquam putassem, Colendiſſime Præſul, accidere posſe ut mihi de Iure tecum differendum eſſet, quod nūc caſus tulit, & neceſſitas poſcere viſa eſt. Nam cū mecum cogitare aliquod tibi Commentarium de ſignificatiſ Aegyptiorum, pro meo erga te cultu & obſeruantia, dedicare (non enim vir tantus prætereundus eras, qui etatē omnem & Iure publicè profitendo, ſententijs Romæ dicen-  
dis, ſacrosancto Concilio præſidendo, & in principum negotijs procurandis, in ſumpſeris) argu-  
mentum quæcrebam quod ad huiusmodi Personæ nomen accommodari poſſet: opportunęq; pi-  
ſciūm meorum hieroglyphica commentaria p̄ manib⁹ habebam, quæ p̄ ſulib⁹ quibusda, quos p̄cipuè colo, honoratissime Antiftes, cœperam diſtribuere: atq; cūm non tam ipſi p̄ſces,  
**B**quām etiam instrumenta quædam naūtica interſerenda eſſent, Anchora tibi deberi viſa eſt, quæ quōd firmatæ Christianæ Reip. præſidio aliquando fuerit, antiquæ clarissimæq; nobilitatis Campegiæ domui pro insignibus argentea hinc & inde gestare confeſſum eſt iam ex illo, quo Ugoſtinus ipſe Campegius Pisanæ classis Imp. maris imperium ab impijs infidelibus inquinatum, pacificum reddidit. Sed priuſquam de Anchora dicere incipiamus, ex re me facturum puto, ſi animaduertendum dixerim locum libro Pandectarum xiiij, titulo, de exercitoria actione, capite Statim primo, altero mox paragraphe, perperam interpoſitam eſſe Anchore locutionem. Accurſum hallucinari puto, quia corruptum ſit codicem nauctus: ibi enim Ulpiani ex libro ad editum verba ita notata ſunt: Magiftrum nauis accipere debemus eum cui totius nauis anchora mādata eſt, ſcilicet à domino. Nusquam verò legi ego Anchoram pro gubernatione ponī, quod quidem munus pertinet ad clauum: uſitatiſſimāq; omnium autorum metaphora, temonem aut clauum aut gubernaculū regiminis loco ponī paſſim obſeruauit. Sedenim in Ulpiani verbis nul-  
la erit ambiguitas, ſi veluti in Pisanō habetur codice antiquissimo illo qui Florentiae aſſeruatur, ita legerimus, Cui totius nauis cura mandata eſt. Caſtigatiſſimāq; lectionem hanc & in meo  
**C**perueteri, & in aliquot codicibus manuscriptis, in quos nemo manus iniecerit, deprehendi. Ele-  
gi itaq; te iudicem, vt quæ aliena eſſent, legitimos agnoſcerent poſſeffores, rēſq; omnis naūtica le-  
gitime tractaretur. Tu quod Iuris eſt videris: nos Anchora iam ablegata, quando hīc ſtandum  
minimè neceſſum fuerit, ad iter iſtitutum peragendum nauim iam ipſam ascendamus:

## D E N A V I.



Auis, atq; eius partes aliquot, armamenta q; ipsa multis locis in vete-  
rum monumentis ſculpta, & in numis cusa, non leue cogitationis ar-  
gumentum ſpectantibus exhibuere, duin quid haec ſibi velint pleri-  
que omnes inuestigāt, quorum bonam explicaturi partem à numis  
omnium antiquissimo exordiendum duximus. Quid igitur ſibi Iani numis ve-  
lit examinemus.

## ADVENTVS, VEL MIGRATIO.

**R**Ostrum nauis, aliàs autem puppis, vel interdum integrum nauigium in æs  
signatum, Iani nauigationem in Italiam ostendit: ex altera enim numi parte  
Ianus geminus, ex altera rostrum nauis, inquit Plinius, & nos inspeximus. Qui-  
dius etiam ita interpretatur:

At bona posteritas puppim signauit in ære,

# Pierii Val. Nauis.

Hospitis aduentum testificata Dei.

D

Quinetiam Onirocritæ obseruant, quotiescunq; quis vel nauem vel ratem imago inatus fuerit se videre per quietem, nuncium ex longinquo peregrè confessim affuturū. Antiquissima verò est illa numi species, quadrans scilicet Raticus nomine, in quo ratis. Mosq; inde durauit, vt pueri in aleæ lusum denarios in sublimi iactantes exclamarēt, aut capita, aut nauim, quorū altero post firmatum numerum cōspicuo, eius esset victoria, qui diuinasset, lusu teste vetustatis. Quanquā & altero vñi sunt numo, ouem bouemq; insculptos habente: quod numi genus documento erat veteres gregibus & armentis abundasse, quippe quorū omnis res in ouibus & bubus collocata erat, vt autor est Plutarchus, Problematis.

F E L I C I T A S.

**A**D hæc nauis in aliquot veterum monumentis felicitatis hieroglyphicum est, vt in Hadriani numo, quæ remigio vecta, pulcherrimeq; elaborata visi tur, cum inscriptione, FELICITATI AVG. Sub naui verò S. C. C O S. III. P P. In numo etiam Augusti cernere est nauim longam cum remigio, cuius eadem inscriptio, FELICITATI AVG.

E

**Q**Væ verò nauis apud Athenienses erat S A L V T I S indicium, in Thesei memoriam colli consueuerat, singulisq; annis Delon mittebatur Apollini cultū allatura, suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si ciuibus suis vnā secū saluis reuersus esset. Eoq; interim tempore, quo sacerdos Apollinis nauis eius puppim coronaerat, & Delon ea profecta esset, pelagoq; remenso in patriam rediisset, cautum erat Atheniensium lege, ne quenquam publicè interficeret. Eaq; de causa scribit Plato in Phædone, longum temporis interuallum interiectum esse inter iudicium Socratis, & mortem eius, quod sententia pridie quam spectaculi auspiciu fieret, lata erat.

S A L V S.



C H R I S T I A N Æ P I E T A T I S S V C C E S S V S.

**H**Abet & Christiana pietas felicissimi successus sui signū, nauē cum piscato F re Petro, tam in familiari summi Pontificis anulo, quam in aureis Apostoli fisci numis expressam, manifestissima eius quæ subsecuta est felicitatis indica, tot annis antea præmonstrata. Nam quod Quidius dixit, Hospitis aduentū testificata Dei, sumptum omnino est ex altiori disciplina, qua prisci Romani diuinitùs admoniti essent, hospitem aduenturū, qui verum Dei cultum afferret, siue Noam nauigio erectum vndis, siue lanum salutaria tot præcepta Italiæ daturum, nauī ad nos vectum, ac nauī mox insignem in numis, siue ipsum nostræ pietatis auctore fluctuantī nauiculæ affuisse meminerimus. Hoc verum ac vnicum est aduersus sœuentis maris rabiem sospitamentum: hic vnicus salutis nostræ portus, quem eiusmodi nauis auxilio occupare festinauerimus. Sapientissimè Ioan. Scholasticus vigesimo sexto scalarum suarum gradu pericula recenset, in quæ per mare hoc magnū & spacio sum nauigātes incidimus, scopulos, vertigines, inundationes, piratas, belluas, siphones, procellas ventis fluctibusq; com mistas, singulorumq; adjicet interpretationes: vt per scopulos, feram præcipitemq; iracundiam intelligamus. Per vertiginem, res eas, quæ præter spem oblatæ mentē circumsistunt, delirioq; agitant, & in desperationis profundum rapide

dè

**A**dè deuoratos trahunt. Per inundationum tumores, ignorantiam, quę boni specie decipit. Malus enim & egregiè superbus est, sibiq; omnia arrogat, quicunq; est imperitus. Per piratas, gloriarū satellites, qui nostras opes omnibus vitæ incommodis partas, interuentu subito diripiunt. Per belluas, nostrū hoc corpus graue, brutū, & efferatū, ac perdifficile cicuratu, vt pote quod ventri tantummodo deditū, solā sibi finem constituit voluptatē. Per siphones, elationis nostrę impetus, per quos ad ccelū vscq; sustollimur, vnde mox deturbati, in profundissimā tartari voraginem precipitamur. Huius inquam pelagi causa nauis illa tot olim numis cusa, diuinitùs aduenturā miseris mortalibus salutem indicauit. Ac ne de præfigio dubitemus, in ipsius Iani numis, tam gemino capite barbato, q; etiam imberbi, vt̄ habetur in argēto, in quo etiam nauis cum rectore, literæ superne C. F O N T. Necq; non in alijs videre passim est inscriptionem, R O M A. Romæ enim pietatis nostrę principatum, & in togata præcipue gente constituendum, vt Euangelicā interim veritatem prætereramus, vel Maro ipse supremæ intelligentiæ actus spiritu diuinauit, dum Iouem inducit afferentem,

**B** *Romanos rerum dominos gentemq; togatam.*


Cui quidem imperium sine fine concessisset, quippe quod eorum institutiones essent in omnem terrarū orbem, vt Theophylacti verbis utar, exituræ, necq; vlo vnquā tempore defuturæ. Necq; verò mirum in Marone homine diuini muneris experte, & qui verū pietatis ritum adhuc abditū ignoraret, diuinationis lumen illuxisse, quia verisimile est eum in huiusmodi vaticinio, ex veterū arcanis aut Marci, aut Sibyllæ, aut Hetruscorū, prædictionē illam excerptissse. Vel, quoniam summus ille spiritus nullum hominum genus, nullam vnquam nationem aspernari cōpertus est; quare Balaana legimus, hominem & alienigenā, & piorum hostem, præclara tot super Israëlitarum successu diuinasse.

#### S O S P I T A M E N T V M.

**I**N Q. Nasidij numo nauis est cum velo, & stella in antēna, & ab altero latere caput cū tridente, & inscriptione, N E P T V N I, subaudiendū, ope vel auxilio seruatos. Hoc enim stella significat in antēna sita, de qua loco suo inter cœlestia.

**C** **Q** Voniam verò obiter in velum incidimus, minimè prætereundum videtur quod dici solet, velificatione plena in quempia ferri, quod est aperto Marte, inimicitijs minimè dissimilatis, rem aggredi, hostemq; laceſſere.

#### M A N I F E S T A O P- pugnatio.



**O C C V L T A O P P V G N A T I O.**  
**H** Vic contrarium est, conto, remulco've nauigare, cum tacitè quispiam insidiatur, atq; vt vulgo etiam dici solet, subaquanea vt̄ opera. Locū hunc ad hanc prop̄modum sententiā interpretat̄ Ammianus rerum gestarū lib. X VIII, dicens: Nō conto, necq; remulco, vt aiunt: id est, non flexiloquis ambagibus, vel obscuris, sed velificatione plena in rem pub. ferrebatur, quamvis aliter expositū sit in collectaneis Suidæ, proverbio κοντῷ πλάση. quod quisquis ille fuerit exponit, ἡγετικόν τως λέπ.

#### L V N A E V E C T A T I O.

**Q** Vōd nauigiū in Isidis honorē Ägyptij coluerint, sunt qui raptā cam ab Io ue naui, cuius insigne vacca esset, arbitrentur; sed cōmentitiū hoc mihi vi-

# Pierii Val. Anchora.

detur. Magis autem ad Ægyptiorū eruditionem quadrat quod Plutarchus ait, D Lunam apud eos nauigio vehi fictam. Hanc Isidis nauem Apuleius multis do- narijs ornat. Diodorus fabricatam à Sesostri nauim ex cedro octuaginta cubi- torum ait longitudine, deauratam exterius, interius verò deargentatam, quam dono obtulit Deo qui Thebis Ægyptijs colebatur. Is Isis erat.

## NAVIGATIONIS AVTORES.

IN Tyriorum numo nauis est cusa, nimirum ea de causa, quòd ipsis Tyrījs cō- mentum placet, nauigationis primæ se autores haberí. In huiusmodi eorum numo legitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΥΡΙΩΝ. Est & alius cum eadem na- ui longa numus, in cuius altera facie caput est cum corona irradiata: inscriptio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΣΙΔΩΝΙΩΝ. Ita demum Phœnices inuentæ nauiga- tionis laudem asciscunt sibi.

## VICTORIA NAVALIS.

IN Agrippæ numis nauis illa tridental rostro insignis, qualem scilicet Maro saepe describit, dum non vno loco ait, rostrisq; tridentibus, partā ab eo victo- riā indicat marítimo prælio, quod aduersus Sex. Pompeium cōmisit: id quod E Maro in Augusti gratiam ita immortalitati commendauit:

*Parte alia ventis, & dis Agrippa secundis*

*Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum*

*Tempora nauali fulgent rostrata corona.*

Aliquot in monumentis videas & Varronis insignia naualia, qui Proprætore sub Pompeio Piratico bello militauit, à quo ob res bene gestas nauali corona donatus est.

## DE ANCHORA.

 Ieroglyphicum anchoræ non Ægyptiorum tantum est, sed à Græcis & à Romanis principibus usurpatum: vt minimè importunum sit rem à plerisq; tractatam repetere, vt quæ sectamur significata loco suo manifestentur.

## MATVRANDVM.

Circumvolutus anchoræ delphinus, quod signum in aliquot Titi Vespasia- ni numis obseruauimus, maturandum, vt Latini vna locutione dixerunt, F omnino significat. Sed quoniā rei causam in Delphino satis explicuimus, & res iam æuo nostro lippis & tonsorib. innotuit, plura super eo dicere supersedebi- mus. Id pro pictura animaduertendum est, anchoram quæ in numo Titi habe- tur extrema dentiū in vomeris speciem dilatare, cuiusmodi figurā Aldus noster imitatus est in omnibus quos impressit libris. Alia verò forma esse, dētibus quippe in acutum recto ductu mucronatis, quam in numo veteri a- pud eruditissimū virū Ro- mulum Amasæū vidimus.

TVTELARE FV-  
giūmq;.



Hominem qui rebus suis tutelā presidiūm ve- parauerit opportunū, per nauem & ancho- ram significabant. Quòd si sola anchora manu prætenta figuraretur, refugium indicabat, qua- si vellet innuere pictura hæc, si aduersa ingru- erit tempestas, resq; nostræ fluctuare cooperint, paratum esse profugium vt possimus ita seruari.



Eftq;

**A** Estq; dicteriu apud Gr̄cos in hanc sententiā celebre, quo Demosthenes vtitur oratione pro Ctesiphonte. Et Propertius eruditioñis elegiacæ columen ad hoc innuens ait: Anchora iacta mihi. Idem sermo apud Paulū, rei nullius ignarū, ep̄i stola ad Hebræos, cap. 6. Qui confugimus vt spem propositā teneremus, quam veluti anchorā habemus animæ cùm tutam, tum firmā. Et Chrysostomus de supremo firmeq; profugio, cōcione in Lazarum 111, hæc ait: Sunt diuīng sapientiæ opera, hæc maxima illius prudentiæ sunt argumenta. Conscientiæ increpatiō sacra est anchora, quæ nos nequaquā sinit in peccatorū profundū absorberi.

S T A B I L I M E N T V M.

**Q** Vòd si firmitatem, ac immobile stabilitentū rei cuiuspiā significare vel lent, anchoras duas adpingebāt, similitudine sumpta à nauibus, quæ tunc

*Ventorum temnunt rabiem fluctusq; sonantes,*

cùm duabus anchoris innituntur. Qua similitudine vtitur Aristides Panathenaicis. Sedenim Pindarus duabus innixum anchoris dicit, qui duas habet patrias: vnde prouerbium, οἰκόθεν οἴκῳ, Domo domum, de cōmodè peregrinanti-

**B** bus, quippe de ijs qui arrepto itinere quotidie apud amicos aut necessarios diuertunt. Nam pro firmitate Pindarus idem vna etiam vtitur anchora, Isthmij, ἡδη πεδὶς ὅλῃς βαλμετ' ἀγκυρα. Iam anchorā ad felicitatem iecit: hoc est, firmitatē iam ad vitæ tranquillitatē affecutus est. Vitæ porrò nostræ tumultus, perturbations, cladesq; omnes, marinis fluctibus, tempestatisbus vorticosisq; æstibus solemus æquiparare, quemadmodum Archilochus facit, qui cùm in Thracenses calamitates incidisset, bellum marinis fluctibus ita comparauit:

Γλαῦχ' ἔρα, Βαλδὺς γαρ ἥδη  
Κύμασι τοξίστου τόντο',  
Ἄρμοι δ' ἄκρα γύρεοι ὁρπηέ  
Ισταπε νέφο', σύμα χειμῶνο'  
Κίχαιδ δ' ίζ αἰλαπήκης φόεθ.

Myrsilus quoq; Mitylenæorum infortunia tyrannicasq; procellas ita describit:  
Τόδ' οὖ τε κῦμα θεῷ πετόρῳ νέμω σίχει,  
Παρέξει δ' ἄμμις πόνωρ πολιώ αἱ τάλω.

**A**tq; ijs vrgentibus infortunijs ad sacram, vt aiunt, anchoram configiendum. **C**Sapientes enim ferè omnes hieroglyphico vtuntur anchoræ, tam scribendo q; loquendo: vt Pythagoras, quem Phocion ait super humana vita ita differere solitum, δη λογίαν αἰρεῖσθαι ἀειτον. quæ si primū amaritudine aliqua predata videatur, suauem ipsam redditura sit consuetudo. Diuitiæ si optentur, sciendum eas infirmam admodum esse anchoram. Gloriā, etiamnum infirmiorem. Quæ corporis sunt, eiusdem esse tenoris. Principatus, honores, omnia hæc imbecillia, & nullo robore suffulta. Quæ firmæ igitur anchoræ: prudentia, magnanimitas, fortitudo, quas nulla procella discutiat. Nam diuina lex est, virtutem solam atq; vnicā habere robur, reliqua omnia nugas esse.

I N T E R P R E S.

**A**Pud nationes aliquot anchora fuit interpretationis signum, quo scilicet ca duceatores & internunci pro gestamine vteretur. Præcipue verò Indi anchoram pro caduceo habuere, propterea inquit Philostratus, quod omnia tentet, ac peruestiget. Eaq; de causa cùm Apollonius ad locum, quem Indi sapientes incolebant, appulisset, seq; cum comitibus intra stadium cohibusset, adolescentis eum adiit à sapientibus missus qui auream anchoram pro caduceo manu gestabat, perq; eum in colloquium adductus est.

# Pierii Val. Anchora.

F R A E N V M.

D  
**A**D hæc anchora moderādi cōpescendiq̄ signū est, frænumq̄ indicat, quod  
quidē ex Pindaro desumit. Ille cīm πυθίων, ode quæ inscribit, Αρκεσιλάων κυρονάω  
αρματη, frænum Argūs nauis dixit, vbi interpres ait, Anchora ἀχρὶ μεταφορᾶς τῆς ἵππων  
Ἄλλη ἡ ἐπέχειν τὰς ναῦς δίκιως χαλινά, sumpta ab equis trāslatione, q̄ ea naues compescat  
fræni instar.

SELEVCI GENVS.

**E**Xtant Seleuci numi anchora signati, propterea quòd is anchora signatū fe-  
mur habuit ab ipsa origine: filijq̄ & nepotes eius eodem insigniti modo, an-  
choram in femore veluti notā generis naturalem habuēre. Et vt Gr̄eci sunt ad fi-  
gmenta promptissimi, fabulā etiā adiiciunt, Laodicen Antiochī nuptā Apollinis  
cōgressum per quietē pati visam, qui anulū ei quendā veluti cōcubitus præmiū  
donarit, iusseritq̄ vt mox filio eundem redonaret, futurū eum aliquādo felicissi-  
mi euentus auspiciū: repertumq̄ prima luce anulū in lecto, cuius signū anchora  
erat, admirationi fuisse, Seleucumq̄ mox natu grandē, tradito anulo à matre, de  
origine sua, deq̄ futura felicitate edoctū, cùm mortuo iam Alexandro, quem in  
Persicā militiā secutus fuerat, regnū ipse Orientis occupasset, gemmæ istiusmo-  
di memorī consecrassē. Nam & cùm urbem Antiochiam patris nomine condi-  
disset, campos vicinos vrbi Apollini vtī originis auctori dicauit. Hæc Trogus.  
Appianus indignum ratus fabulas historijs admiscere, rem aliter tradit in Syro,  
Apollinē quippe Laodicæ per somniū mandasse, vt quem anulū aliquādo repe-  
risset, filio statim gestandū daret: fore nanq̄ vt quibus in orbis locis Seleucus  
anulū eum amisisset, eam ipse postmodū regionē imperio suo subiūceret. Is igit̄  
cùm Alexandrū sequeret, anulū iuxta Euphratē fluuiū amisit, factusq̄ eius pro-  
uinciae prefectus in diuisione regni post Alexandri mortē, moxq̄ inde deturba-  
tus ab Antigono, Ptolemei, cui Ægyptus obuenerat, auxilio in regnū restituīt.

P O S S E S S I O.

**E**st & obtinendæ possessionis signum anchora, cuiusmodi eiusdem Seleuci  
fuit interpretatio, reperto quē iam amiserat anulo, in quē anchora incisa fue-  
rat. Cuius quidē rei huiusmodi ferē historia, quę ad futurū auguriū ab Apolline  
promissum facit. Seleucus cùm electus Babylone, Ptolemei mox copijs adiutus  
posset quidē vtī vi, ex amissō tamē anulo in spem regni omnino erectus, omnia F  
prius q̄; armis experiri constituit, ne populū, quē per benignitatē sibi allegerat,  
belli metu exacerbaret. Internūcijs ad rem vslus, ciuiū cōperit studia erga se pro-  
pensissima, itaq̄ festinatione opus esse admonitus, paucis admodū, sed h̄s impi-  
gris & fidelissimis electis, Babylonā versus quanta potest celeritate proficisci. F  
Accidit verò vt inter gradiendū pede lapidē offenderet, euelleretq̄, ex cuius im-  
pulsu tanto dolore affectus sit, vt ibidē euestigio subsistere, ac humili residere co-  
gereb̄. Ecce verò tibi amicis pedē demulcētibus, & euulsum lapidē inspectanti-  
bus, anulus ille affulsi, qui sublatus attrectatusq̄, magnæ inter socios incestitiae  
argumentū fuit. Id quid rei esset cùm Seleucus sciscitaret, signatā illi anchorā in  
anulo reperto incestitiae causam dedisse responderūt, ex qua captiuitatē portēdi  
interpretabātur. Tū Seleucus, Bono, inquit, animo estote omnes: nam quā ter-  
ram calcamus, & retēturi sumus, & firmiter possessuri; & cū dicto doloris imme-  
mor prosilit, iterq̄ arripit alacriter. Cui paululū progresso adfuēre obuiam qui-  
tuta & pacata omnia nunciarent, exceptusq̄ ita omniū studijs, dignitatē pristi-  
nam & regnū illud obtinuit. Mox Indiā & Asiam omnē subiugauit. Anuli verò  
memor, urbem in Oriente cōdidit, & ḡmmā originis memoriam consecrauit.

DE

A



## D E T E M O N E.

**N**naui autem primas omnino partes tenet temo, de quo multa sunt apud veteres significata, quæ tamen omnia in vnum coëunt intellectu.

R E G I M E N.

**N**am regimen per figuram eius significari manifestum: & cuius arbitrio res aguntur, is gubernare, & gubernaculum temo ipse dicitur. Hinc Iuuenalis, Aut de temone Britanno décidet Aruiragus, dixit, cùm Domitianum Britānia potiturū præfagit adulator ille Veiento, expulso inde Aruirago, qui totius insulae imperium obtinebat. Nam ad ea tempora Britannia nondum venerat in distinctionem Romanorum, tentata bello sæpius, licet cum eorum aliquot Imperatoribus foedera iunxisset, quæ nostri plus & quo forsitan extulerunt. Contrà verò Nero, paucos ante dies quam moreretur, vidi per quietem eum sibi nauem regenti extortū, trahiç se ab Octavia in arctissimas tenebras, quod aruspices respondere, eum administratione deiectum mortem infelicissimam moriturum.

F O R T V N A.

**Q**apropter veteres cùm Fortune plurimū tribuerent, eamq; negotiorum penè omnium, quæcunq; mortales gererent, arbitrum opinarentur, simul lacrum eius dextera clauū, sinistra cornu copiæ tenere finxerunt, quod bona & cōmoda ab eadem omnia proficisci crediderunt: vnde diuitias & opulentiam, fortunas appellauere, vni illi regendi clargiendiq; facultatē concessam arbitrati.

I N C O N S T A N T I A.

**V**T verò inconstantiā eius notarent, vt pote quæ, vt Horatius ait, possit immo tollere de gradu mortale genus, vel superbos vertere funeribus triūphos, & valet immo summis mutare, sedentem eam in pila sculpebant, quod tum in marmoreis monumētis, tum in numismatis antiquis obseruauimus. Talis eius species est in numo Neruæ Traiani, cum inscriptione, F O R T . R E D . S . C . vbi etiā legas, S E N A T V S P O P V L V S ' Q V E R O M A N V S , literis omnibus expressis, quod raro inuenitur.

F O R T V N A R E D V X .

**E**iusdem Fortunæ Reducis simulacrum est in altero eiusdem Imperatoris numero, vbi dea ipsa sede sedens temonem manu regit, qui à pedibus surrigitur: inscriptione est, F O R T V N A E R E D V C I . Atq; hac eadē specie & inscriptione literisq; habetur in Hadriani numo, vbi temo insidet pilæ: in nonnullis abest pila. Eadem verò sedens cum temone & cornu copiæ est in numo Septimi Geæ, cum inscriptione, F O R T . R E D . Sed illud obseruatione dignum, quod eadem species cum temone, & cornu copiæ in Domitiani numo, quæ apud Bembum vidimus, F V R T V N A A V G V S T I scriptum est, prima syllaba per V vocalem ultimam, quæ passim in ealocutione per O vocalem quartam enunciari solet. Eadem penè inscriptione speciesq; cornu copiæ & temonis pilæ insistentis in manu Fortunæ stantis habetur in numo Antonini Pij. De pila verò atq; rotula alibi erit locus suus, vbi Fortunæ ipsius ornamēta copiosius explicabimus.

## D E R E T I B V S .



Etrum in naui superius inspeximus: sed habebat idem retia quæ tractaret. Huius rei memoria nos quoq; traxit ad sagenam, ad hamos & tridentes: quare priusquam exiliamus è naui, an possimus aliquid explicari, videamus.

# Pierii Val. Retia & Haimus.

S I L E N T I V M.

D

**P**Er retia silentium significari tradunt, ea quidem ratione, quod præcipuum est præceptum piscatoribus, ut dum gregem circundant, silentio quam maximo nauigent. Pisces præterea altissimo silentio præditos esse compertissimum est, pauclis exceptis, ac præcipue Cane marino: vnde etiam proverbum emanarit, ἀφενότηθι ιχθύων. Sic eruditus Horatius eos mutos vocat. Sic Lucretius mutas natantes appellauit.

P E R S V A S T O:

**I**N diuinis autem literis retia sunt persuasionis hieroglyphicū, qua scilicet homines in veritatis cognitionem inducuntur, atque ita capi videntur. Ad hoc facere Euangelicum illud ait Eucherius, Mittite retia in capturam.

I N S I D I A E.

**A**ntiquissimum esse reperio, insidias per rete significari, neque ea tantum de causa quod eius opus omne ad insidias comparatur, quantum etiam ex historia desumptum est. Nam Pittacum memorat, vnum ex septem Sapientibus, aduersus Phrynonem Atheniensum ducem validissimi corporis hominem, Pan cratiasten scilicet & Olympionicam, de finium controvressa, quae inter Atticos & Mytilenegos erat, singulari certamine dimicaturum, rete secum in occulto sub clypeo abditum tulisse, quo, cum tempus visum est, iacto Phrynonem impedit. Historia est apud Verrium, in his quae Festus deflorauit: nec ea tam in vulgaribus codicibus, sed antiquo manu scripto, cuius partem ultimam Romæ compiri. Hinc sanè ludus à Pittaco institutus, quo Retarius Mirmillonem in certamen prouocabat: cui adcantabatur, Piscem peto, nō te peto, quid me fugis Gallo. Erat autem eodem autore Festo, Mirmillonicum genus armaturę Gallicum: ipsi Mirmillones antea Galli appellabantur, in quorum galeis piscis erat effigies.

D E S O L A T I O.

**E**st & desolationis signum retis genus, quod verriculum appellatur: ad nulla siquidem id spatia in mare demissum, restibusque longissimis hinc atque inde attractum, quantumcumque spatij complexum fuerit, totum abuerrit, neque ulli piscium exitum patere permittit. Transiitque miserabile genus hoc venationis in urbium & agrorum desolationes. Accidit enim plerisque, ut editio vniuersali oppressorum exitio agri sint euerriculati. Fiebat autem euerriculatio in hunc modum. Viri manus sibi mutuò tenentes, quasi restini vnam texut, occupatisque terræ, quam desolatam volunt, extremis finibus, ita latè extensi progrediuntur, latentesque passim incolas venando excipiunt, nihilque reliqui faciunt, quoquouersum peragrantes. Quod olim exemplum à Darianis militibus editum in Chio, Lesbo, Tenedoque insulis vi captis, atque euerriculatis. Eretrientes quoque legas à militibus Xerxis eadem euerriculatione omnes abductos.

D E H A M O.

 Abet Hamus cum Anchora similitudinem quandam, si figuram inspettes. Sed quantum est in Anchora officij, tantum in hamo malignitatis atque perfidiae: quae cuiusmodi sit, hinc apparebit.

D E C E P T I O.

**S**VNT qui non imperite, neque impropriè, deceptionem per hamum pictum significari tradant: siquidem decipere, est vnum ostentare, & aliud præter opinionem inferre. Ita hamus escam esurienti offerre porrigereque videtur, satuita

**A** ritatemq; polliceri, mox apprehendit, alligatq;, & captiuū facit eum, qui escam illam appetierit. Hoc habemus apud Horatium de cœnipeta:

Hic ubi sœpe      Occultum visus decurrere pīscis ad hamum.

Et hunc securus Lucianus eo opusculo quod in Romanorum inuidiam de Au-  
līcorum vita conscripsit, in hac plurimum similitudine immoratur, dum spes il-  
las clientium, qui admissi ad principū amicitias, montes statim aureos sibi pol-  
licentur, hami istiusmodi vorationi similes esse contendit. Et de lenone in frau-  
dem prolabente, Meus est, hamum vorat, apud Plautum. Longè verò aliter in  
diuinis literis hamum accipi videoas, per quem sanctissimum Christi corpus si-  
gnificatur, de quo apud Ezechiēlem Theologi dictum aiunt, Et extra ham te in  
hamo meo, & extendam te super terram, campos implebis, & à volucribus om-  
nibus impetēris, perindeq; omnes terræ bestias tuo pastu saturabo. Sicuti enim  
si hamum esca coopertum pīscis rapiat, non solum escam ab hamo nō sustollit,  
sed ipse de profundo esca alijs futurus educitur: ita mūdi Princeps, penes quem  
erat mortis imperiū, rapuit quidem in mortē corpus Adamiaci I E S V, cum sub  
**B** eo hamum diuinitatis inclusum minimè sentiret, quo deuorato hæsit ipse conti-  
nuò, deq; profundo tractus, eductus est vt esca fieret ijs, quibus calcandi super-  
serpentes & scorpiones potestas à Deo data fuerat. Idem apud Iobem X L repe-  
rias: Aut adduces draconem in hamo, aut capistrum circa nares eius appones.

### D E T R I D E N T E.



T Tridens inter pīsationis arma connumeratur, sed cum hamo parum  
congruit.

### A P E R T A   V I S.

**H**amus enim per fallaciam quicquid acquirit aucupatur, sed tridens aperto  
marte, medio veluti campo aduenientem hostem excipiens, eum aggredi-  
tur, solaq; fretus agilitate, conficit. Sed quid is in Neptuni manu, quid in Trœ-  
zeniorum numis, & in Mantineensium scutis sibi vellet, alio Commentario do-  
cuimus. Hæc verò plus quàm satis esse, quæ ad occupatissimum virum & ocij  
nescium mitterentur existimauit. Vale.

C

**P**IERIVS VALERIANVS BOLZANIVS AD  
MAGNIFICVM VIRVM BENED. AGNELLVM, DE VRNIS  
NILI, LVCERNA ET FACIBVS, TVRIBVLO, ET  
phiala, demum igne & aquis.

**A**ntonius Agnellus patruus, Vir magnifice, tuus, cùm esset olim Venetijs apud  
clarissimum eruditissimumq; Io. Lascarin, ea tunc in ciuitate Ludouici Gallia-  
rum Regis oratorem, tanta mihi familiaritate deuinctus erat, vt amicitia nul-  
la coniunctior esse posset, quàm ea, quam communia studia inter nos concilia-  
uerant. Incubebam ego tunc in prima literarum tyrocinia, audiebamq; in  
arte dicendi Prunulum, in eloquentia Sabellicum, in varia rerum eruditione Georgium Vallā:  
sed rariissimum Lascarin obseruabam in primis, in quo magna optimarum artium scientia,  
summa vetustatis inuestigatio, reconditarumq; rerum studium atq; cognitio nō vulgaris, atq; vt  
semel dicam, vir erat omni liberali doctrina politissimus. Hunc itaq; frequens inuisebam, proba-  
tissima eius consuetudine melior in dies euasurus. Quòd si Lascarin occupationes distinebant,

# Pierii Val. Epist. nuncup.

cederat illic Patruus tuus, qui diem sine linea præterire minimè permisit: semper enim noui **D** aliquid de Musarum penu depromebat, nunc epigrammatum, quæ faciebat, argutias, nunc hexadecasyllaborum amœnitates, nūc huius vel illius numeri poëmata, in quibus multum inerat leporis & elegantiæ. In eo verò præcipue conueniebamus, quod ille numismatum antiquorum signis mirifice delectabatur, quorum festiuam copiam habebat à Lascari: ad quem quæcquid in huiusmodi rebus venerandam saperet antiquitatem, id à nobilitate illa sponse conferebatur. Idem propemodam studium ab Urbano patro meo erat mihi quodammodo hæreditariū, qui cùm magnam orbis partem pererrasset, multorumq; nōset hominum mores, de peregrinationibus suis, Aegyptijs, Arabicis, Palaestinis, semper habebat inuicere aliquid, quod scitu dignum & utile communicaret mecum. Quotidie igitur cùm simul esse dabatur, Agnellus aliquid habebat, quod super numismatis alicuius gestaminibus aut titulis disputaret. Ego si quid diceret quod ad Aegyptiaca ficeret hieroglyphica, in eo summo opere delectabatur. Quodā verò die tuus hic Patruus imagunculam quandam ex orichalco protulit, cuius gestus erat, ut corpore reliquo decubente, caput manu dextera sustineret, cubito ad basim appresso: manu altera aquam ex tribus vrnis una tantum ansa coniunctis effunderet: ad hæc pueruli minutissimi operis numero sexdecim circumfusi, pueriliter hac & illac per iniuersum corpus lusitare videbatur. Super hoc **E** Agnellus, qui argumentum huiusmodi handquaquam temere factū arbitrabatur, quid hoc sibi vellet curiosissime percontabatur. Respondi ego, imagunculam esse Nilum amnem: tris vinas, causas itidem tres incrementi: puerulos XVII, totidem cubitos, quibus cresceret ad fertilitatem. Vix hæc summatim dixeram, & horum omnium rationem reddere parabam, cùm affuit tabellarius à Gallijs, quo cum literis ad Lascarin ingresso, Agnellus quoq; accersitus est euestigio. Ego eo digresso domum redij, ac triduo post Patruum à Patruo missus, ubi Leonicū audiens neq; ex eo amplius Agnellum videndi facultas fuit; qui Principū negocijs addictus, statim ipse quoq; alio migravit. Tantum id, non multò post tempore, eum diem suum obiisse renunciatum est. Postea verò quam calamitosissimis totius Venetiae temporibus Romam me recepi, ubi locupletior mihi copia facta est huiusmodi rerum, quas alibi difficulter inueniebam: ibi verò tum publice tum priuatim toto calatho sugerebantur, incubui alacrius in idem studium, quo me semper oblectaueram, & ioponavimus plura ad amicos Commentaria conscripsi: cumq; in Roma media vidi sem effodi marmoreum Nili Colossum cum XVII illis puerulus circum lasciuentibus, de quibus in imaguncula Patrui tui meminimus, subiit statim Agnelli memoria, præq; hominis mihi suauissimi desiderio lachrymas cohibere non potui, quod eruptam mihi videbam occasionem, ne huiusmodi rerum Commentarium ei dedicare possem, qui si fuisset in humanis, nihil illi optatus accidere potuisset, neq; ego quicquam libentius fecisset. Venit autem in mentem mihi, posse me saltem renouare memoriam eius, quem vnicè adhuc colerem, si rem omnem ad te conuerterem, qui nepos eius es, in quo præsertim non alienam ab ipsius Patrui genio vigore mentem animaduertissem, videremq; si memoriam eius apud te suscitarem, id incundum mihi, tibi verò gratissimum fore, cùm hoc à me depositare viderentur integritas humanitasq; tua dubio procul singularis, & reliquæ virtutes tuæ, quibus apud omnes clarus es & insignis, & quarum ergo coluerim ego te semper, & obseruarim. Habe igitur & antiquæ amicitiae meæ cum Patruo tuo monumentum, & meæ ergate obseruantæ si-

gnum, vt ipsem et spero confiteberis, manus  
festum.

DE

A

## DE TRIBVS VRNIS.

**F**luuiorum sanè fontiumqꝝ simulacra cum vrnis dedicari solita, magis apertum & obuium vnicuiqꝝ est, quàm vlla indigcat interpretatione. Cur verò Nilus cum tribus vrnis figurari soleat, non ociose quærendū est. Nam Ægyptij illi sacerdotes cùm incrementum Nili tribus præcipuè de cauis fieri putarent, reliquis aliorum opinionibus abiectis, quæ propemodum esent innumerabiles, quò sententiam ipsi suam perpetuis testarentur monumen-  
tis, tris vrnas Nilo attribuerunt, cùm reliquis fluminibus singulæ singulis ad-  
hicerentur: vt illud apud Maronem,

*Calataqꝝ, amnem fundens pater Inachus vrna.*

Harum verò trium causarum primam illam asserebant, quòd tellus ipsa Ægyptia aquam ex se ipsa progigneret, vberimeqꝝ proferret, sui ipsa humoris altrix. Vnde Timæus Mathematicus Nili fontem phialam appellavit, quasi ipsa intra se contineret eam aquæ vim, nec aliunde mutuaretur. Est tamén eodem voca-  
**B**culo in Nilo locus à figura sic appellatus, quod nihil facit ad Timæi phialam. Phidias inter sculptores celeberrimus, vel ipse rerum peritus, vel ab ijs qui æta-  
te illa perissimi erant admonitus, cùm Victoriæ signū in Marathonē sub Ne-  
meseos velamento confingeret, in dextera eius statuæ phialam excupsit, in qua  
Æthiopes cælati videbantur, propter Oceanum, qui Nemeseos pater habitus  
est: & Nilum Oceanum vocari multa veterum dictata monuerunt. Quòd verò  
gignat Ægyptus aquas, ex eo, aiebant ipsi, facile coniisci posse, quòd in quovis  
alio climate fluuiorum exundationes circa hiyemem plurimum accidunt, nunc  
imbris coactis, nunc niuibus liquefactis: sola verò terra Ægyptiaca in medio  
terræ habitabilis constituta, quemadmodum in oculo pupilla, peculiari quodā  
aquarum profluuiio æstatem mediam irrigat. Alteram Oceano causam adscri-  
psere, à quo aquam in Ægyptum exundare incrementi tempore fama est, quæ  
quidem præcipua fuit Euthymenis opinio, Ægyptiorumqꝝ in primis sacerdo-  
tum, vt Diodorus attestatur, qui rei fidem non aliam faciunt, nisi quòd satis sit  
eorum autoritas, vt sibi fides adhibetur, qui rerum scientiam per manus à pa-

**C**rentibus traditam, longa annorū serie obtinerent. Iuniorum inde diligentia ex-  
ploratum est, Nilum ab Oceano ex Atlante monte primùm emanare, ibiç Dyrin appellari: Heptabolum inde lacum stagnare, inde cognomento Nigrin ef-  
fluere, mox Coloëm paludem efficere, inde Astasobam & Astaboram flumina,  
donec ad cataractam perueniēs crumpat, ac per Ægypti campos disfluens, Nili  
demùm cognomentum accipiat. Tertiam causam imbrium esse dicunt, qui au-  
stralibus in Ægypti regionibus, Etesijs nubila, vt ait etiam Democritus, illò se-  
rentibus ex orbe reliquo, eo maximè effunduntur tempore, quo Fertilis æstiu  
Nilus abundat aqua. Atqꝝ vti tradit Eudoxus, Ægyptij sacerdotes imbræ eos  
ibi fieri ob antiperistasis arbitrantur: cùm enim æstus nobis est qui viciniora  
Cancro loca incolimus, tunc hyems ijs qui Capricorno propinquiora habitat.  
Addit ad hæc Thales, mare in ora agi vltro, Etesiarum ex aduerso fluminis flan-  
tium repercussu, de quibus ita Lucretius:

*Aut quia sunt æstate Aquilones ostia contra  
Anni tempore eo, quo Etesiae esse feruntur,  
Et contra fluum flantes renorantur, & vndas  
Cogentes rursus replent, coguntqꝝ manere.*

# Pierii Val. Aquatica.

Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur  
Flumine, quæ gelidis ab Stellis axis aguntur.

D

Incipit verò crescere Luna noua, quæcunq; post Solsticiū est, sensim modiceq; Sole Cancrū transeunte; abundantissimè autē dum in Leone progreditur: mox residet in Virgine ijsdem quibus accreuit modis. Quāta verò feracitate vniuersam Ægyptum beat alluione fecunda, multi prodidere: vnde eum Poëtæ modò fertilem, modò pinguem, modò potu foetiferū dicunt, q; animalia, quæ ex eo bibunt, & pinguiora, & obesiora fieri cōpertum est: quare suū illum Apim tanta cura cultuq; nutritū, ex Nilo bibere quām religiosissimè vetuerū: siquidem & macilentiā & gracilitatem omni pondere vacuā, diuinitati propiore arbitrantur, vt Plutarchus assueverat. Quinetiā sacerdotes eadem causa plurimo vti ieiunio & abstinentia consuesce, Porphyrius attestatur, vt eorum copia liberati, eorumq; pondere leuati, quæ intromittuntur in corpus, animi oculus à fumo fluuiq; corporeo foras emicaret, necq; cōmemoratione, necq; demonstratione iam indigeret, sui cōpos, viq; pollens sua, ob naturalem sui solertiam otij nesciam.

A G R I C V L T V R A.

B

**V**Eteres aut̄ legimus agriculturā hieroglyphicē per Nili simulacrū indicasse. Cuiusmodi verò eius esset effigies, lepida descriptione Philostratus indica uit. Lasciare enim eum cubitulis ait circunludentibus: huic enim se se ab vndis attollenti, magnitudinis quippe istiusmodi pueri ridibundo adblandiuntur oc cursu, sexdecim numero, quot itidem cubitis ad fertilitatem facit exundatio: infantilisq; ætas ea crescendi est hieroglyphicū. Circumsistunt verò Nilum huiusmodi pueri prop̄ēmodum garrientes, quorū alij humeris insident, alij de cruribus pendent implicati, in vlnis alij cubitant, lusitant circa pectus alij: ipse verò pater flores sua uolentesq; herbas de sinu depromit, & in eos spargit: ex ijs alij coronas contexunt, alij se illis obuoluunt, stratiq; per flores somnum captant: sistra quatiunt alij, alij subiçientes alteri cuipiam humeros, scalarum vicem officiose subministrant, alteriç; alteris catena veluti iuncta sustolluntur: necq; absunt qui plausum sonitumq; ab aquis excitent, applosis manibus. Crocodili verò & fluuiales equi procul hinc summoti, imo se condunt fluuiio, ne puerulos perterritant, & numinis sui lusum interturbēt. Hanc speciem Philostratus, & agriculturæ fecunditatem, & rei nauticæ lucrum, & cōmunicatam longinquis regionibus & prouincijs opulentiam significare testatur. Sexdecim verò ponuntur cubiti, quia si infra X V subsederit auctus, bona Ægypti pars non irrigatur, ac perinde redditur ad serendum invtilis. Si supra sexdecim attollatur, quanto altius inturgescit, eo magis fames expectatur: quia diutius aquis immorātibus, serendi præterit tempus, necq; sata possunt ad frugem maturitatem ve peruenire. Auctu deum̄ intra X V & X VI consistente, omnia ex voto succedunt, semi nibus latè iactis, & opportuno tempore maturatis.

N I L V S.

**I**L lud etiam adnotatu dignum, quod simulacra fluminibus reliquis ex lapide candido fieri solita, vt vndarum nitorem exprimerent, Nilo verò ex nigro, vt Pausanias ait, propterea quod ex Æthiopia delabitur,

Uq; coloratis amnis deuictus ab Indis, ait Poëta.

Et ipse fluuius à nigro Melonis olim cognomentum habuit. Vnde Catullus eum ait æquora colorare, latè enim lōgeq; inficit mare, quia limosus est, & vnda turbidiore, quare in mare delapsus aquam nactus nitidorem, per longa spatia colorem

A colorem seruans expatiatur. Qui tamen Nili colossus antiquus Romæ a Leone X. in Citriorum specula dicatus, ex Pario marmore factus est.

## D E L V C E R N A.

**S**ed ut reliqua prætereamus, quæ plurima Nilo super dici possent, ad ignaria iam deueniamus, quæ quidem hieroglyphica multa secum trahunt, quæ tam à lumine, quam ab ignis ipsius natura desumuntur: ea quæ & qualia sint, explicare iam cura fuerit: proindeq; lucernam, fidam studiorum vigiliarumq; nostrarum comitem, feligamus.

## V I T A A N I M V S' Q V E.

**P**rimum quidem lucernæ significatū est, vt pro vita figuretur, cui oleum ad luminis viuacitatē infusum, vitalem eum humorem ostendit, quo pascitur calor, vt corpus viuiscet: quo deficiēt, & calorē simul & corpus extingui necesse est. Inde apud Euripidem plerisq; fabulis vitam relicturi dicūt, χωρὶς ζῆσθαι.

**B**Quam opinionē Plutarchus sequitur, dum lucernā corpori, animę quippe receptraculo, similem dicit, lumen verò animo. Nam & sacerdotes in captandis augurij lumine minimè cooperto clauso've ideo vti soliti, summaq; aëris tranquillitate frui, quod animū, qui certi aliquid conſcere velit, tranquillū ab omni ventorum turbine, hoc est, ab impuris affectib. liberū esse deceat, ne veluti aues aëriæ transuersæ plerunq; vi ventorū aguntur, ita internæ mundi nostri aues, quippe mentis agitatio solertiaq;, & huiusmodi pleraq;, errore perplexo disturbentur.

## A N I M A M S P O N T E N O N E X T V R B A N D A M.

**H**Inc illa apud veteres super igne religio, vt eum porrò extinguere nefas esset, quem potius per se languentē deficere sinebant. Tale quid in nobis, veluti per hieroglyphicum indicantes, ne vi animam exturbaremus, nobis meti ipsis mortem conscientes: animam enim, inquit Plato, nobis custodiæ credidit, tandem obseruare debemus, quoad à Principe repetatur, ne si fractis ergastulis, perfosisisq; carceribus effugerimus, diuinis leges quotquot sunt in nos, nullo relicto defensioni loco, conuertamus.

## L I B E R O R V M P R O P A G A T I O.

**C**Longè verò apertius sexto de Legibus animā luminī cōparauit, vbi ciues ait oportere liberis generandis atq; educandis operā dare, vt vitā quam ipsi à maioribus accepissent, vicissim quali tēdas ardentes posteris tradāt. Hunc secutus Lucretius, vbi de animantib. agit quę successionē propagant, vita per vices alijs in alia transfusa, huiusmodi hieroglyphico rem oculis subiçere visus est:

*Et quasi cursores vitai lampada tradant.*

De ludo verò lampadū, quem dicunt à Prometheo institutū, legendum apud interpres Aristophanis, Ranis: apud Platonē lib. primo de Repub. apud Pausaniam, Atticis: apud Herodotum, Vrania: & in Rheticis ad Herennium.

## H O M O.

**E**odem arguento Hercules humanas victimas in lumina totidem Saturinalitij sacris commutauit, impietate oraculi per hunc modum perhumaniter emenda: nam Pelasgos tradit Varro post longos errores peruenisse in Italiā, ibiçq; ex oraculi Dodonæi monitis decumatos homines Diti atq; Saturno sacrificasse. Oraculum fuit, vt L. Manius se vidisse dicit super tripode quodam in templo Iouis priscis characteribus,

KAI ΚΕΦΑΛΑΣ ΑΓΔΕΙ KAI ΤΩI ΠΑΤΡΙ ΡΕΜΠΕΤΕ ΦΩΤΑ. quod ita Latinum fiet;

Kk iiiij

# Pierii Val. Lucerna.

*Plutoni capita, aet hominem sacra mittite patri.*

D

Sedenim Hercules ex Hispania rediens, rei non sacrę, sed execrabilis immanitas offensus, cum deos hos lumina, non homines sibi deposcere docuisset, quod & cōmune vtricq; nomē, & lumen & hominē significaret, oraculumq; ita interpretandum,

*Plutoni capita, at genitori lumina dentur,*

obtinuit ut Diti oscilla, & Saturno lampades dedicarentur: atq; ita Saturnalia instituta, in quibus præter sigillaria mos fuit cereos etiam missitare. Sanè humanas hostias Saturno immolare multarū gentium mos fuit, sed immanius apud nullas, quām apud Carthaginenses, qui, vt Diodorus tradit, præstantiores ex filiis suis sacrificare consuerant. Cæterū cum aliquando exuta feritate humanitatem demū induissent, aliorum filios aut clām surreptos, aut emptos, pro suis educare, sacrificioq; supponere cœperūt. Euenit verò ut ab Agatho ele Sicilię ty ranno post Alexandri Magni interitū grauissima obsidione premerentur, atq; vti mos est in calamitatibus, aut ad Deos, aut ad pietatem, nonnunquā etiam ad superstitionē confugere, suspicari cœperūt Saturnum iratū, quod honore sacrificij, quod fuisset à patribus institutum, fraudaretur, tot in eos clades immisisse: Ecumq; res palam facta esset, multiq; inuēti essent, qui pro nobilibus & ingenuis sacrificabant, antiquū ritum instaurandū censuerunt, quoq; deos placarent, ducentos ex nobilissimis adolescentibus publicè sacrificarūt: quamvis, vt in Porco scripsimus, apud Diodorum & aliquot alios variat hic sacrificatorū numerus adusq; C C C. Sed hoc parui refert, historia reliqua cōcorde. Plutarchus lib. de Superstitione, vbi de huiusmodi religione meminit, eos ait qui sine liberis forrent, pueros à pauperib. in hunc vsum emptitasse. Id genus sacrificij tangit Plautus, cum dicit: Faxo vt bubulis corijs onustus sis Saturni hostia. Q. Curtius id à Tyrījs vscq; ad vrbis excidiū seruatū tradit. D. Augustinus iuuenes Saturno sacrificari etiam apud Gallos morē fuisse dicit. Carthaginenses tamen Gelon Sici liæ tyrannus legibus adscribere coēgit, vt ab infanticidio desisterēt, cum eos apud Himerā debellasset. autor Plutarchus Apophthegmatis. quodcūq; alijs tradi dere immanem hunc morem Cambyses rex Persarū abolere aggressus, mox & Alexander Macedo, nihil quicquā profecerūt, sed Hadrianus demū sustulit.

## V I T A D I V I N A.

F

AT Vestalis ignis ille, quem tanta diligentia Romanæ virgines nutriebant, sublimiorē diuinioremq; vitam præ se ferre videbatur: hunc itaq; & custodia, & nutrimento adiuuabant, quod superioris illius vitæ symbolum æternum videretur. Atq; inter portenta, vt & Dionysius & alijs referunt, vrbis perituræ præsagium habebatur, si casu aliquo accidisset eum extingui. Hinc Camillus ad Quirites ait: Quid de æternis Vestæ ignibus, signoq; quod Imperij pignus custodia eius templi tenetur, loquar: & Maro:

*Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.*

Cernere est nonnunquam lucernam in basi alicuius simulacri: id æternitatem significare, nonnulli interpretantur.

## I N S I G N E A V G V S T A L E.

OBtinebat sanè primas ignis inter insignia augustalia, vt ex Herodiano cōjici potest, ita in Commodo scribente, quod consiliū suū ad Marciā retulit, vnam è suis cōcubinis, cui scilicet plurimū deferebat, ac propè vxoris eam loco habebat, sic vt præter ignem omnes honores illi velut Augustæ tribuerentur. Extant quædā Theodosianæ militiæ, & eorum qui Theodosiū aliquot antē annis

A annis præcesserunt, monumenta, prouinciarumq; & prefectorum, & ordinum, & manipulorum omnium, qui tunc Romano Imperatori parebat, quodam ve- luti rationario nomina & insignia descripta. In his videoas præfectorum abacos pàssim cum candelabris superimpositis figuratos: in plerisq; etiam ara est in ma- gni præceriòs tripodis speciem ex æte fabrefacta: quod nimirum ad huiusmodi dignitatis participationem referri debet,

## ● D O C T O R E S.

**I**N diuinis literis sàpere inuenias disciplinarum professores, mysteriorumq; in- terpretes, morumq; moderatores, per lucernam intelligi, quam Assessor no- ster hieroglyphicè monet super candelabrum statuendam, ut domesticis omni- bus illuc escat, discussisq; tenebris ad obeunda munera cuiq; sua lumen submini stret. Addit & alibi, nò occultandā esse lucem hanc, sed in frequenti quovis ho- minū eccltu proferendā. Quicunq; igitur lucem de se daturus est, debet prius o- miniū vitiorū sordes perpurgare: neq; enim vñquā clarū præstabit lumen fæcu- lenta materia. Quòd si lux vertatur in tenebras, vt recte Climace sua Scholasti- **B**cus, tenebrae ipsæ, hoc est, homines ij qui sacris initiati non sunt, in quantā tene- brarum profunditatem coniecti cæcutient atq; hallucinabuntur:

## S P L E N D O R N O M I N I S.

**A**ntiqui omnes lumen pro homine, qui vel ingenij vel corporis viribus fre- tus præclara facinora edidisset, hieroglyphicè ponere consuerunt. Vnde Maro, lumina tot cecidisse virūm dolet. Et eadē synecpia, Geminos terrarū lu- mina Reges, vir, quem citare minimè pīgeat, eloquētissimus Pontanus posuit. Sed nostra potius afferamus. Paraui lucernā Christo meo, legas Psal. c XXXII, ibi interpres per lucernam, gloriam exponunt, hoc est, splendorem nominis, præclaramq; famam, & victuram in illustri luce posteritatis suæ celebritatem. Alij tamen per lucernam Euangeliū intelligunt, alij lo. Baptistam, qui etiam lu- cerna ardens dictus est. Lucernæ quippe erant & alijs Prophètæ, sed illunes pro- pémodū, quia ænigmaticè ferè omnes loquebantur. At Ioannes manifestissima declaracione Christum ipsum intento digito cōmonstrauit. Eucherius plerunq; bona opera per lucernam in diuinis literis accipi tradit: vnde dictum sit Euan- **C**gelio: Sic luceat lumen vestrum, vt videant bona opera vestra.

## M O R T E S D V A E.

**C**Vm verò in hominibus duæ sint occumheridi rationes, vna quæ vi fit, alte- ra quæ natura ipsa contingit: extinctum identidem ignem vi, violentā mor- tem significare dicebant, cùm scilicet quis, vti superius dicebamus, manus sibi- met inferret. Quantum vèrò pertinet ad mortis rationem quæ natura fieret, esse huius simulacrum volebant ignem, quem ita sponte deficere permisissent: cau- tum enim erat lege, ne cui prorsus ignem extinguere liceret: neq; quidem alimen- ta adhuciebāt, ne frustra nutriretur: extinctum porrò nulli ex mulieribus licebat intueri. Sed qui veterum instituta eludunt, non alia dē causa cultum apud Ro- manos ignem asserūt, quām apud Ægyptios vel Canis, vel Crocodilus, vel Lu- pus enutritur.

## P I E T A S.

**P**Lerisq; verò monumentis ignis est pietatis hieroglyphicum. Quòd si infe- riora hæc vlla nos superioribus conciliare possunt, nihil est quod maiore sit cum animo similitudine, cùm lumine polleat, & illustret omnia, ac perinde ge- nios ac Deū ipsum nobis repræsentare videatur. Adde quòd nihil aliud viuen-

# Pierii Val. Ignis.

ti magis congruit animali, animal & ipse à nonnullis existimatus, nō ea tantum D  
causa quod vt animalia cætera nutriatur, imò etiam omnivorus sit & insatiabi-  
lis, sed quod etiam sensu pollere videatur, quod tunc precipue cùm extinguitur  
apparet, quippe qui veluti principij vitalis expers minimè sit, exclamat, excan-  
descit, vlcisci studet, reluctabundusq; resistit, veluti reliqua faciunt animantia,  
quæ violenta morte perimuntur.

## P E R D I T I O.

**I**gnem alioqui belluam animatam esse Aegyptij ferebant, quæ quidem omnia  
absumeret, omnia depasceretur. Hinc apud aliquos videoas ignem symbolum  
esse perditionis, cùm ita omnia consumat. Animal verò esse indicio est, mori eū  
deficiente pabulo; quare, vt alibi dictum, cadauera apud illos cremare nefas, vt  
pote quæ ita belluis deuoranda tradi viderentur; ideoq; in ignominiam combu-  
stum Amasios cadauer à Cambyse.

## B E L L V M.

**V**Sitatissimum etiam est ignem pro bellorum significato ponere. Hinc Hie-  
remias ollam succensam videt ad Aquilonē, vnde scilicet tot in vniuersum E  
terrā orbem bellorū essent incendia motibus assiduis effundenda. Hinc tanti  
incendia belli, legas apud Maronem: & Italiam ardere bello, apud Ciceronem.  
Hecuba verò face pregnans, ignes enixa iugales est, in futuri belli, quo patria ca-  
peretur concremareturq; significatum. Aruspices enim ignem in huiusmodi sæ-  
pe portentum accepere. Cuius non ignarus disciplinæ Virgilius, de Lauinia, cu-  
ius causa bellum adeo funestum excitandum erat, ita cecinit:

Præterea castis adolet dum altaria flammis,  
Et iuxta genitorem adstat Lauinia virgo,  
Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,  
Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari,  
Regalesq; accensa comas, accensa coronam  
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo.  
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis,  
Id verò horrendum, ac visu mirabile ferri:  
Namq; fore illustrem fama, fatisq; canebant  
Ipsum, sed populo magnum portendere bellum.

## S I G N A M I L I T A R I A.

**A** pud Romanos inter alia militaria signa nonnunquam & flammulas ruffas  
inuenio gestari solitas: suisceq; flammatam prosperi euentus signum vbiq; le-  
gas: veluti pugna quam Romani cum Sabinis ad Heretum commisere, vbi fe-  
runt militares Romanorum hastas ad altam noctem pertinaciter ardere visas,  
nec, cùm omnia consumat flamma, ex ijs quicquam esse detritum: quo facti au-  
dentiores, veluti Deorum aliquis victoriam pollicitus esset, vbi primum illuxit  
in Sabinos illati, qui multitudine longè præstabant, insigni eos victoria profi-  
garunt.

## V M B R A E.

**H**Inc etiam superstibus animis vmbRARUM nomen, quia fumus adhuc vel  
torri, vel carbonibus pertinaciter inhærescens, diutius vaporat, nutrimen-  
to adhuc residuo. Vulgo enim creditur eorum diutius errare animas, qui ante  
diem violenter occubuerint. Quare ita Dido Maronianā minitatur:

Sequar atris ignibus absens,

Et

A *Et cùm frigida mors anima seduxerit artus,  
Omnibus umbra locis adero.*

## M V L I E R I S A M O R.

**A** Pud Onirocritas legere est lucernam ardentem esse mulieris signū, quæ sit amore capta, propterea quod leuis, inconstans, & infirmus admodū sit eorum amor, qui lucernæ instar, minimi flatus impulsu extingui potest.

## L V C V B R A T I O.

**V** Igatissimum verò est lucernā pro lucubrationibus ponere: vnde Demosthenis illæ, ac Aristophanis Grammatici, & Cleanthis lucernæ celebratis, simæ, atq; illa Epicteti tam frequenter à nostris & à Græcis autoribus decantata, vt nulla apud omnes celebrior, nulla preciosior habeatur. Sanè quidem à Pythea obiectum Demostheni, quod eius enthymemata lucernam oleret, quippe quod is nihil ex tempore diceret, sed meditatione & vigiljs singula elucubraret: neq; segnis in respondendo Demosthenes, qui non eodem precio sibi & illi constare lucernā subiecerit, nocturna scilicet illi conuiuia exprobrans, quibus ille plus indulgeret, quam Demosthenes studio. Åschines quoq; nimiā hanc hominis diligentiam incessens, λογιστός eum appellat, siue quod semper, vt dictum, ex scripto diceret: siue quod, vt nonnulli aiunt, in vtriusq; partis fauorem aliquando scriptitarit. Vnde iocus ille apud Aristoph. Erine, de lucernarum fabro, & quod omnia iam consilia sint ad lucernā cōsultaturi. Sed vt ad lucernam redeamus, Plato cùm sumnii boni quā poterat cognitionē peruestigaret, id minime explicare posse contendit, sed ex diutino cōtubernio, tanquam ex igne statim prosidente, succensum ait lumen animam irrepere. Sed longè ante Platonē magnus dixerat Propheta: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumē semitis meis.* Et: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Et: *In lumine tuo videbimus lumen.* Hinc illa Esaiæ celebris adhortatio: *Illuminare, illuminare Hierusalem,* quia venit lumen tuum, & pleraq; huiusmodi de aduentu IE S V, qui verum & vnicum est lumē. Passim verò apud hos ignis fidei symbolū est, lucerna scientiæ, quas in manibus habendas diuina institutione commonemur. Et Psalmo X VIII, illuminandam à Deo lucernam prædicitur, vbi nonnulli interpres per lucernam intellectū, per tenebras corpus exponunt. Cedunt verò tenebræ, vbi veræ scientiæ lumē effulserit. Quod verò pro lucubratione lucerna accipitur, in causa sunt nocturnæ vigiliæ, quæ meditationi maximè cōmodæ sunt, & ad excogitandum propter silentium aptissimæ. Vnde illud, plus olei, quam vieni quosdā absumpisse, qua de causa poëtæ nocte θυμῷ, à meditationis promptitudine vocitant. Epicharmi dictum est, si quid scitu dignum queras, nocte meditandum: & vt semel dicam, nihil ad studia nocte cōmodius. Quare nō incongruum lucubrationis symbolum est lucerna, cùm præcipue frequens Ågyptiorum mos fuerit, per instrumenta sæpius eorum usum significare.

## D E F A C I B V S.



Ddemus lucernæ faces, vtpote quæ in eundem cum lucerna veniant usum: nam & Cicerò aliquid se ad ligneum lychnum non sine delectatione scripsisse profitetur.

## A M O R.

**A** Egypti sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, sub hoc tamen nomine mare ipsum accipientes, per ignem amorem exprimi voluerūt, ideoq;

# Pierii Val. Faces.

faces passim Cupidini dedicarūt: notum enim illud de amore captis, vri eos in- D  
timis medullis. Et apud Maronem: Regina cæco carpitur igni. Alibi: Est mollis  
flamma medullas. Atq; eadem Vritur infelix Dido: ardet amans Dido. Cyrus  
apud Xenophontem, ignem ait vrere homines, qui eum tangant: amorem verò  
non præsentes tantum, verùm etiam longè absentes inflammare. Meritoq; Por-  
tius Licinius dixit hominē ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem, cùm  
ait: Quæritis ignem, ite huc: quæritis, ignis homo est. Vulgatum & Isidori dictū  
autoris Græci de amore loquentis, ea de causa cum facibus & alis amorem pin-  
gi solitum, quod nonnunquam cupiditate impatientius exurat, nonnunquam  
verò præsatietate abuoleat. Nam & Propertius alas illi in huiusmodi usum tra-  
ditas arbitratur, ut eius ostendat instabilitatem, dicens:

*Idem non frustra ventosas addidit alas,  
Fecit & humano corde volare Deum,  
Scilicet alterna quoniam iactamus in vnda,  
Nostrāq; non ullis permanet aura locis.*

Sed cùm amorem firmissimam in se uno tantum posuisse sedem indicare velit, E  
ita subiungit:

*Sed certè pellas perdidit ille suas,  
Euolat is nostro quoniam de pectoro nusquam,  
Aſſiduusq; meo sanguine bella gerit.*

Sed quod ad faces pertinet, Hesiodus cùm terram, aquam & aërem genitos po-  
suisset, quarto loco amorem genitum subiecit, per quē interpres hieroglyphi-  
cè igneum elementum intelligunt.

A M O R M V T V V S.

D Væ faces vinculo constrictæ diuaricataq; nimirum indicia sunt amoris  
mutui, quem Græci αὐτῷ φέντε dixerunt, vti αὐτός θεος τολύφημος Homerus. Pin-  
guntur verò hæ accensa parte sursum versus erecta.

A M A T O R E S M O R T V I.

Q Væ si pingantur inuersæ, amatorum funera indicant, vt in elegia, qua Ti-  
buli mortem deflet Naso, legere est:

*Ecce puer Veneris fert euersamq; pharetram,  
Et fractos arcus, & sine luce faces.* F

Sed rem Ægyptiacā, qua ratione quis euasisse de amoris ergastulis indicare pos-  
sit, in Erycinæ Veneris templo sculptā idem admonuit, II de Amoris remedio:

*Est prope Collinam templum venerabile portam,  
Imposuit templo nomina celsus Eryx.  
Est illic lethæus amor qui pectora sanat,  
Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.  
Illic & iuuenes votis obliuia poscunt,  
Et si qua est duro capta puella viro.*

Erycinæ verò Veneris templum nō tantum loco hoc ad Erycis filij memoriā  
respicere videtur, quam verum tacitè innuit Græci nominis significatū, hoc est,  
assertricis, quippe ab ἐρύκη ἐρύουσι, assero, libero, defendo: vnde ἐρυτα, munitio,  
propugnaculum. Inde etiam Eryci epitheton celsus, quod editioribus locis ar-  
ces olim fieri solitæ.

N V P T I A.

E Rat & nuptiarū index fax illa, quam prætextatus puer apud Romanos pa-  
trimus

**A** trimus matrimusq; præferebat, duobus aliis eiusdem ordinis & cōditionis nuptam deduentibus. Noctu autem, prima aut secunda hora ducere mos erat, ominis causa, quod ita optima ac secundissima euentura sibi proponebat: quod nonnulli tradunt in honorem Cereris institutum. In hoc autem sacro ea superpersticio accesserat, vt fax ea ab vtriusq; amicis raperetur, perfuncto munere, quod ea incesserat religio, ne aut vxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulchro cumbvrendam curaret, siquidem vtroq; mors propinqua alterutrius captari, putabatur. Addemus, tametsi προτελεῖς, institutum apud Romanos fuisse vt virgo, cum ad virum tradebatur, de matris gremio, aut aliqua, que proxima necessitudine esset, rapi simularetur, eo scilicet omne, quod ea res feliciter Romulo cessisset. Hinc illa apud Catullum:

*Hesperæ qui cælo lucet crudelior ignis,  
Qui natam possis complexu auellere matris,  
Complexu matris retinentem auellere natam,  
Et iuueni ardenti castam donare pueram,  
Quid faciunt hostes capta crudelius vrbe?*

**B** Sed vt ad facē revertamur, apud Græcos ad id ministerij ancillæ adhibebantur, vti cernere est in Herculis Scuto apud Hesiodū: opus enim id antiqui illius esse Apollonius & Stesichorus agnoscunt. Ibi nouam nuptā plaustro vectā videas:

Τῇλέ δὲ ἀπ' αἰδοφύων στάσισιν στάλας ἐλύφαζεν Χρυσὸν εὖ διμώων.  
Ardentes late spargebant lumina teda, Quas manibus famulæ gestabant.  
Quanquam moris etiam inuenio apud eosdem Græcos fuisse, vt mater nuptiales  
eas faces prætenderet; vnde apud Euripidem,  
Ἔτε δὲ τὴν θηταὶ πυρὸς αὐγῆς φῶς  
Νόμιμον εἴ γέ μοι ὡς πρέπει μητέρι μακεῖσθαι.  
Atqui nec ignis prætuli lumen tibi,  
Nempe ut beatam in nupiis leges monent Decere matrem.

Æneas apud Virgilium cùm se maritali coniugio devinctum abnegaret, ait:  
Nec coniugis unquam prætendi tadas.

C E R E S.

**E** St etiam Cereris gestamen fax, in eius enim manu alicubi cernitur, quam aiunt ab ea incensam in Ætna, cùm filiam perquirere instituisset.

I L I T Y I A.

**Q** Vinetiam Ilithyiæ hieroglyphicum est, cum face in vna manu, altera passa & exorrecta, à capite ad pedes tenuissimo panno cōiectum, prout apud Aeginenses fuisse Pausanias meminit. Fax verò illa, vel partum, ob dolorem, ignis violentiæ assimilari ostendit, vel lucis illius quam nascentes indipiscimur, indicium est. Exorrecta discapedinataq; manus eo significato ponitur, quod solui grauidam partu dicimus. Amictus per se patet.

### DE TVRIBVLO ET PHIALA.

 Voniam verò multa super Vrna prius & Phiala dicta fuerunt, contrariaq; his addita Lucerna, & Faces, consentaneū est visum, vt quid vtruncq; simul iunctum significet, videamus. Proposita autem sunt pro hieroglyphico Turibulum & Phiala.

D I S C O R D I A.

**S**Vnt enim qui turibulum, aut aliquod aliud vas igniarium cū aquario pictū,

L1

# Pierii Val. Turibulum.

Vnde scilicet ignem & aquam inesse persiceretur, quippe si ex uno ignis promiscuitate, in altero aqua desideret, discordiae signum esse tradant, quod ea naturae sint maximè contrariæ. Vnde ignem aquæ permiscere dictum de iis, qui se ea præstituros pollicentur, quæ fieri nequaquam possint. D

## P V R I T A S.

**S**Edenim Ægyptij sacerdotes per ignem et aquam, quippe turibulum & phialam, labes maculasve detersas elutasque optimè significari volebant: quinetiam ignoratione hallucinationeque doctrinæ ope summotam, ubi præsertim ita illæ officeret, ne quis discernere aut internoscere potis esset, ubi veritas latitaret, quod per huiusmodi elementa rerum omnium defæcatio peragatur, ac puritati suæ restituatur, ut qualis sit appareat: aqua enim maculas eluit: quæ vero aqua efficiere non potest, ignis exequitur. Hinc illa apud veteres aliarum quoque gentium appellata suffitio, quotiens qui funus prosecuti fuerant, quod polluti haberentur, ignem aqua sparsa superingredi consuerunt, purgationem scilicet hinc fieri persuasum habentes, & quavis pollutione infectos ita liberari. Vnde nonnulli per aquas que super cœlos sunt, purificatorias virtutes, ut ait Ambrosius, interpretati sunt. Aquas vero super orbis ætheris esse, idem die secunda validissime contendit. Doctè autem Catullus, cum in aqua puritatem hanc intelligeret, dixit: Aut quilibet, qui puriter lauit dentes, hoc est, aqua sola lauit, vnam eam allutionibus aptam non ignarus, humores vero reliquos aut inficere, aut medicamentum esse. Ignis autem, ut nostri veteres tradidere, purgat, aqua expiat, lustratque. Hinc ille Plautinus iocus Aulularia:

*Quid impurate, quanquam Volcano studes,*

*Cænæ ne causa, aut mercedis gratia*

*Nos nostras ædes postulas comburere?*

Et apud Lycophronem legas Thetim indignatam, se deam mortali Peleo in matrimonium collocatam, filios quotquot oriebatur in ignem exurendos coniicere solitam, quod ita rebatur mortalitate exuri, & quod immortale esset perpurgatum conseruari, veluti aurum ære confusum ignis ope purgatur, posteaquam quicquid admixtum erat crux, in fumum & scoriam verterit. Atque ita sex iam filios absumperat, donec ad Achillem ventum, quem pater superveniens ab igne exemit, Chironique curandum commendauit. Sacræ vero literæ apud nos Deum esse ignem F consumenter afferunt, igneosque fluuios hunc precedere: quin & eundem ipsum instar ignis omnia conflantis incedere: in quo nimis nequitia intelligit, que à Deo consumatur, cum omnis ab eo sit purificatio, nempe unumquodque opus quale sit probat ignis. Referta autem est natura humana tum plumbo, quo animi nostri pergrauati ad terram inclinant: tum aliis impioribus metallis, que rubiginem inducunt, vel auri & argenti naturam adulterant, ut ait Adamantius: quare diuino illo igne opus est, ut que undequaque immixta est animi nequitia deleatur. In qua sententiam peccanti populo dictum in sacris literis: Habes carbones ignis, quibus insideas, hi erunt tibi in auxiliu. Sed nusquam apertius quam in Esaïe visione purgatio hec ostendit, ubi unus de Seraphin à Deo mittit, qui pruna de altari incenso formula apprehensa, Esaïe labra tetigit dicēs: Ecce abstulī iniurias tuas, & peccata tua circūpurgaui: labia enim immunda se habere profatus erat, & in medio populi labia immunda habitare. Transfert nimis ignis ad turibulum, per quod in diuinis literis linguam Dominicam intelligunt: lingua vero ignis, in quo spiritus. Vnde David: Carbones succensi sunt à Deo, qui scilicet nos calefaciat

ad

**A** ad pietatem, impellantq; mentis nostræ impetum ad doctrinæ Dei, vt oratio nostra in conspectu eius tanquā thymiamatis odor ascendat. Aromata enim super ignem imposita, hieroglyphicè orationem spiritalis doctrinæ significant, vt traditum à Theologis ostendit Hierosolymitanus Hesychius. Præcipuè verò thus gratiarum actiones & oblationē significat, non solum quia dicarū est Deo, sed quia, vt Medici dicunt, multas oculorū sanat egritudines. Quod verò thus, idq; lucidissimū, super XII propositionis panibus XXIIII Leuitici ponī iubetur, LXX Sal reddiderunt, quod Apostolorū doctrinā significaret: illi enim sal terræ. Hebraica tamen lectio Lebone habet, hoc est, thus. In iisdem diuinis literis mētio fit de carbonibus desolatoriis: eos esse dicit Eucherius, qui peccata dissoluunt: huiusmodi q; fuisse illū, qui ad labia Esaiæ prophetæ appressus est, vt quæ is cōtraxerat vitia, perpurgaret. Ponūtur etiā pro igne charitatis, aut exemplorum, aut pœnitentiæ. quanquā de carbonibus his aliter in Iunipero traditū. Facit ad hūc locū id etiā quod apud Ezéchiel legimus, Deū vti corpus visum, à cuius lumbis vscq; ad pedes membra omnia igne conflagrabāt, à lumbis verò vscq; ad caput electri species erat, quo nihil magis est hieroglyphicū. Nimirū indicat hoc, renes lumbosq;, & quæ partes ad terrā tendunt, exvrendas esse illecebras quippe, nequitiam, et voluptarios affectus omnes perpurgandos: ita enim quæ à renibus supernè existūt, supraq; mollitudinis & nequitiae opera attolluntur, in purissimam electri materiam euadere: electrum enim auro preciosius esse contendunt. Si nostrum igitur corpus, Dei corpus esse volumus, vitia eius igne percrememus, eo quippe quē Deus immittit, vt ita sordibus exvti, loti, perpurgatiq; electri speciem, per ea quæ ad sapientiam pertinent exhibeamus.

## V E S T A.

**D**Vplex verò apud veteres erat ignis consideratio, quippe qui materialem hunc nostrū longè diuersum à superiore illo dictitabāt. Eum sanè in sublimi positum, Volcanum appellantes, quasi Volicanum dicere voluissent. Vestam verò aiebant domesticum hunc nostrum esse, vt alibi dictum, autore Varrone: quamvis Ägyptij translucidum & purum illum ignem Palladem esse volabant, hunc verò qui materiæ applicitus est, Vulcanum intelligebāt. Sed huius argumenti consideratio examinatur in Vulture locupletius. Quantum autem pertinet ad Vestam, simulacrum eius strongilari figura, obrotunda quidem, & in acutum prominente, quæ circa medios humeros resideret, cuiusmodi est coagimentatae figura terræ. Eadem & sedentis habitu statuebatur, & apud Græcos θειας πρᾶ περιστοῦ, περιστοῦ, quod sedes ponere significat, appellatam aiunt. Scissum verò ad diuinitatis perpetuitatem spectare, alibi commodius disserendum est. Quod verò πρᾶ περιστοῦ dicebamus, qui vulgi dicta consequantur, ab ea tradunt ædificationis principium esse. Scriptores enim rerum affirmant artes nullas à mortalibus inuentas, priusquam ignis repertus esset, quo deprehenso, eiusq; vsu cognito, reliquæ omnes artes inde in dies magis ac magis profecere, cum vnuquisq; ignis commoditate adiutus noui aliquid semper excogitarit, & modò hoc, modò illud opus mortalium vni proposuerit.

## N V P T I A L I A , V E L P V R I T A S M A R I T A L I S .

**Q**Uod verò purificatione super dicebamus, nōnulli aiunt inde sacris nuptiali bus ignem & aquā preferri solitam: nam & huiusmodi donaria nouę nuptę apponebantur, quæ scilicet vxorē puram & castā permanere oportere docerēt. Qui verò instituti huiusmodi rationē altius rimantur, naturæ vicem hinc intel-

# Pierii Val. Ignis & Aqua.

ligi interpretatur. Ignem siquidem aiunt actionis vim obtinere, & agendi ele- D  
mentum esse, aquam vero patiendi. Hinc philosophi non defuere, qui rerū for-  
mas ex aqua, per admixtionem ignis, produci existimarent, atq; ita auspicatiissi-  
mè ignis & aquæ sacramento nuptiarum scēdēa sanciri. Apponebantur vero  
hæc in limine domus, quæ sponsus & sponsa intraturi essent, vt ea oblata spe-  
cies, memores eos redderet quorsum essent huiusmodi sacrī initiati.

A R V M N A.

**S**Edenim Græcus poëta quidam acerbè nimium rem huiusmodi interpreta-  
tus est, cùm dixit:

Θάλασσα, καὶ τὸν, καὶ γαῖαν, καὶ τεῖαι·

tria quippe accidere mortalibus ærumnosa, mare, ignem, & foeminā. Et Theo- E  
logi nostri ignē in diuinis literis pro ærumnis & calamitatibus, quæ probētho-  
minis fortitudinē, ponē dicunt: in eamq; sententiam dictū autumant Psal. L X V,  
Igne nos examinasti, sicut examinat argentū. quodq; ibidem est, Transiuimus  
per ignē & aquā, calamitates quaquaersum ingruentes, omnēq; genus ærum-  
narū vno impetu effusum intelligi volunt, quasi nihil iam atrocius, necq; misera-  
bilius esse possit, in vlo malorū genere, quod exantlatū non esset: alterum enim  
horū atrocissimo cruciatu cōficit, alterū inimicissimo animæ mortis genere sus-  
focat, quippe que cùm ignea sit, nihil indignius pati se posse putat, q; per aduer-  
sarij sui violentiā exturbari. Ita & illud Euāgelio: Frequēter eum & in ignē & in  
aquā misit, vt eum perderet: quod pro periculosis eventis positū ait Eucherius.

N E C E S S I T A S.

**S**ed vt ad nuptias revertamur, lōgē honestius Metellus, qui de vxore ducen-  
da sententiam interrogatus, vxorem esse malum haudquaquā inficiatus est,  
malum tamen id esse necessarium: igitur per ignem & aquam necessitatem in-  
terpretabimur, quæ ducere vxores iubet, non tantū ob sobolem, quæ præci-  
pua causa est, verū etiam vt sit, quæ domus & familiæ totius curam suscipiat,  
& quodam veluti gubernaculo administret ac regat.

V I T A.

**V**T cunq; vero senserint alij, scimus ignē & aquā vitæ prius auspicia dedisse, F  
vitamq; quandiu vitales auras carpimus, conseruare. Quis vero ignorat,  
sine maritali copula breui periturum esse humanum genus omne, cæterorumq;  
animalium species defuturas? Quare exules, qui vita censebantur indigni, aqua  
& igni priuabātur. Sanè poëtæ cùm fingunt Saturnum amputasse genitalia pa-  
tri Cœlo, eaq; in mare abiecisse, indeq; natam Venerem, id significare volunt,  
igneum semen admixtum cum humore, generationis suisse principium.

C O N I V G I I   C O M M O D A.

**N**on absurdè etiam voluptatem, & vsum, quæ soleāt ex vxoria consuetudi-  
ne, vnanimiq; concordia percipi, qualem Homerus mirificè commendat,  
per huiusmodi ignis & aquæ fercula interpretabimur, cùm nihil ferè sit in rerum  
natura igne iucundius, nihil vtilius aqua, quæ sola ex rebus omnibus, necessita-  
tibus innumeris opem affert. quare aquam Pindarus optimā, Aristotele etiam  
comprobante, nuncupauit, igneum etiā ardorem auri pari elogio prosecutus.

M A I O R I S   L V M I N I S   V I O L E N T I A.

**E**T ne lōgius à Pindaro recedamus, argumentū is pulcherrimo hieroglyphi-  
co subministravit, ode Olympiorū prima, vbi fulgorem ignis celebraturus  
inquit, ἀνθρώποι τὸν ἄλλο πρέπει νυκτί: non ignarus scilicet, ignem soli expositum  
amittere

**A**mittere omnem splendoris gratiam, quæ noctu suam habet cōmendationem. Elegantia igitur ingenia virtutem cuiuspiam, præstantioris alicuius interventu obnubilatam labefactatam ve, significare cùm vellent, ignem Soli expositū pīn gere cogitarunt: siquidem ignis splendor, vt palām est, Soli expositus, vim amittit suam, noctu verò prævalet, & vt in suo regno pervigescit. Atq; hoc est quod Pindarus ait, *εγγέπειπειν περιπολην*.

## N V M E N.

**C**Vm tot igitur sint ex igne vtilitates, totq; magnarū & admirabiliū rerum similitudines habeat, non immerito à Persis in primis, & sacer, & æternus vocabatur, quē quacunq; rex exercitū duceret, magni numinis instar argenteis altaribus impositū præferebant. Super hoc Maximus Tyrius: Persę diariū ignē adorant, nimirū diuinitatis signū, insatiabilem, voracem. Huic cùm sacrificat illi alimentū præbentes his verbis vtuntur: Ede ignis domine. Neq; Persarū tātum est ignem colere, vt idem Tyrius, sed Lyciorū etiam, apud quos Olympus ignē emittit, hunc sacrū habēt. Ferūt aut̄ ignis, quo Zoroaster cōflagravit, reliquias, tanquā ignis diuini à cōcelo delapsi, à quodā suscep̄tas, ad Persas, vt perpetuis ex-  
**B**cubiis seruaretur, esse delatas: atq; hinc apud eos ignis cultū habuisse principiū. Fuit verò Zoroaster is, vt à veterib. accepimus, Chamis filius Mezraim nomine, qui Magia per manus à patre accepta, signa quedam veluti stellarū scintillas de cōcelo deducere, & alia huiusmodi ostentare solitus, diuinitatis sibi nomen asserebat, donec fulmine tandem iectus interiit: mortaliū tamen imperitia, qui tunc erāt, ita raptum eum fulmine & cōcelo illatū credidit, mutatoq; nomine Zoroastrum, quasi viuū astrum appellauit, subsecutaq; deinde ætas omnia quæ fulmine tacta essent, sacra existimauit. Sanè Orpheus, à quo noctem alibi diximus lumenis parentem appellatam, æthera *πύειπνος* vocat, quippe igneum spiraculum. Euripides aut̄: Vides excelsum, qui illum infinitū ætherem & terrā vnde quaç; circumpletebitur humentibus vlnis, hunc crede louem, hunc arbitrare Deum. Quem secutus Ennius: Aspice, inquit, hoc sublime candens, quem inuocant omnes louem. Veteres hunc Diespitrem, & Lucetiū dixerē, Græci Ζεῦς & Ζεύς, quod viuere est. Vnde Ioannes: Vita erat. Plato Cratylo δία dum vocat, transfert ad præpositionis vim, vt Ioannes idem, Per quem omnia facta sunt. De splendore verò: Et erat facies eius sicut Sol. vt apud Malachiā: Oriēt vobis timentibus sol  
**C**iustitiae. Sed quæ plurima pertinent ad Solis hieroglyphicū, cùm ea cōmodiore loco plenius dicta sint in cœlestium corporum cōmentario, breuiter hæc tacta sufficiant. Quām verò attonita propemodum veneratione apud Persas colebatur ignis, ex eo manifestum est, quod grauissimus apud eos mos supplicandi fuit, cùm quis igne in manus accepto supplex interminabatur, eum se in aquam iniecturum, si voto excidisset: non esse illi fas ducebant cum reiicere, qui sic processus allegasset. Sedenim vt impudentiæ nonnullorum modus imponeretur, necq; vlli violandi ignis occasio permitteretur, lege inde sanxerunt, vt qui eo supplandi genere v̄lus esset, supplicio multaretur. Autor Plutarchus.

## T E N T A M E N T V M.

**F**Vit & apud quosdam è nostris populos, iuramenti atq; iudicij species super ferro carenti, superstitione potius quām piè per æditum os templi in Liuvonia præsertim obseruata. Nā sceleris alicuius accusati, ad ferri candētis iudicium vocabantur, & id subire nonnunquā vel inuiti cōpellebantur. Id erat eiusmodi, vt criminis reus ferrum candens è mediis prunis exemptum, in manus caperet,

# Pierii Val. Fumus.

accusatoribusq; & iudicibus ostentaret, sicq; advstione nulla subsecuta illæsus D  
esset, absoluetur: si vim eam pati non posset, obiecti criminis ita convictus da-  
mnaret. Purgabat verò se prius ieuniis, cōfessione, & Eucharistia, mox ad hor-  
rificum illud experimentum accedebant: id, quia periculosum erat, & insontes  
aliquando ex eo condemnabantur, præcipue verò contra Christianæ pietatis  
mores erat, Deusq; tentari videbatur, Honorius III. fieri per grauissimum edi-  
ctum vetuit, vt Decretalium lib. V, tit. x x x v i de iniuriis, cap. IIII. habetur.

## D E F V M O.



C, ne fumum etiam prætereamus, postquam super igne multa diximus  
quod fumi significatum esset, iam aperiemus.

I G N I S.

**O** Rbus à terra fumus, & in cœlum sese attollens, ignem, ait Horus, significa-  
re perhibetur. Porro ignis Aristoteli nihil aliud est, quam fumus incensus:  
& apud Homerū totiens fumus expetitur, vnde ignem ac mox habitabilem esse  
regionem cōiicere detur. Eò verò hieroglyphicū fumi tendere videtur, vt suspi-  
cionem aliquā non temerè obortam esse intelligamus. Nam cùm rumor aliquis E  
in vulgus emanat, dici solet, absq; igne fumum nullum oboriri. Et Petrus apud  
Clementem: Fieri minimè potest, inquit, vt consurgat fumus, vbi non sit ignis.  
Quinetiam vbi Pindarus, Nemeis, inquit, ἡλεκτρη πνεύμα φέρει αὐτος, certet aquam ap-  
posuisse fumo: fumum, ait interpres, pro igne posuit, ex sequela scilicet signum  
quod præcedit indicans. Et Psalmo X V I I legas, fumum ascendisse in ira Dei,  
& evestigio ignem exarsisse: vbi quidam aiunt interpres, in vectū quidem pri-  
mò in dæmonis pervicacia comprimenda, mox ad vitia reliqua extirpanda ag-  
gressum. Alij fumum hoc loco initia futuræ compunctionis intelligi volunt, &  
ita sentit Eucherius, quod ad Ægyptiacum accedit hieroglyphicū: quanquam  
& Dei cōminationes significare posse non inficiatur. Nam, vt etiam apud Plau-  
tum, flamina fumo est proxima. Quę omnia nostri multò antè literarum monu-  
mentis mandauere. Sic Ecclesiastici X X I I legas, Vaporem fumūq; emanare  
in altum ante ignem, ita & contumelias & minas sanguinis esse præbias.

## P E R D I T I O.

**P**erditionem multi per fumū intellexere: & mos est, opes diuitiasq; magnas,  
Regna, & vnamquāq; rerum amplitudinē in fumū abiisse dictitare, cùm ita F  
consumpta fuerint, aut ita collapsa defecerint, vt ne vestigium quidem pristinæ  
maiestatis relinquatur. Locatur in hanc sententiā Horatius, vbi Menniū pater-  
norum maternorumq; honorū abliguritorem omnia in fumū ac cinerē vertisse  
dicit. Ad hoc succurrit Demonætis philosophorū omnium festiuissimi dictū,  
qui à quodam interrogatus eludēdi causa, vt pleriq; literatos ita tentare solent,  
quot fumi minæ ex mille lignorum minis combustis educī possent: cineres ex-  
pendendos esse, respondit, reliquū in fumum abiisse. quod ea ratione supputa-  
tur, qua Archimedes detractū fraude aurum à redemptore ex votua Hieronis  
corona deprehendit, qua de latè apud Vitruvium. Quod verò ait Hesiodus:

αἴτα καὶ μελικαὶ μὲν πόδες καὶ πνεύματα θεοί.

*Quamprimum fumo properes clavum imposuisse:*

præclarí admodū interpres, poste aquā combusseris, exponūt, vt pote qui no-  
lit fratrem vlerius rei maritimæ dare operam, sed solam exercere agricolationē.

## S O L I C I T V D I N E S.

**S**Vnt tamē qui loco hoc Hesiodiano philosophari malint, & profumo vitæ  
nostræ

**A** nostræ sollicitudines accipiant, quæ intellectū ac rationem ipsam obtenebrant. Difficulter enim posse nos pura sensuum claritate, hoc est, trāquillitate frui, vbi illa ingruerint quæ mentis oculos lacent, & cæcutire faciant.

## BONA VOLVNTAS PER ERROREM OBFVSCATA.

**S**Vnt qui per fumum bonam proficiendi voluntatem, quæ tamen sit erroris tenebris obsfuscata, interpretentur: cui si fomes adhibetur, hoc est, si recta accedit institutio, flatuq; verborum adiuuetur, ignem promicaturum, hoc est, rectorum operum effigiem apparituram: Hinc Esaias, lignum à quo vel tenuis admodū fumus exhalet, minimè extingui debere præcipit: vbi fumus, tantillæ illius pietatis quæ sit in delicioso diuite, signum esse videtur. quam sententiam acutissimus etiam Scotus claro fretus lumine cognouit.

## IMPERITA.

**S**Anè fumus est etiam imperitiæ symbolum, cùm lumen sit doctrinæ signum: cuius contrarium est caligo ipsa: vnde caligare errates dicimus: fumus vero est, qui caliginem inducit. Transfertur & ad vitia, vt Alexandrinus Clemēs, via, ait, veluti fumum immensum esse, qui vniuersam mundi huius domum repleuerit, atq; hæc institutionē malam, sodalites pessimas, consuetudinem improbam, colloquia praua, opinatones haudquaquam rectas invexisse, vnde primū error, inde contemptus, tum infidelitas, atq; malitia, parataq; semper ad nocendum versutia, auaritia, vana iactantia, atq; alia huiusmodi exoriantur.

PIERIVS VALERIANVS AD MARCVM  
MANTOVVM IVRIS CONS. PRÆSTANTISS.

de iis quæ per Lyram, & arma quædam alia  
musica significantur,

## EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS.



Cribonius Libo magnæ olim apud Romanos celebritatis, inter opera multa quæ magnifica & præclara posteris reliquit, numum eum argenteum signauit, in quo putealis, quod pro foro judiciali fecerat, exemplum expreſſit, victuru operis à se instituti monumentum. In eo vero multi non incuriose quæritare solent, quid sibi ve-

lint lyræ, ad singulos putealis angulos ad sculptæ. Quorsum enim, aiunt, lyra ad litigiosa disidia, discordesq; contentiones? aut quid putealis aquæ silentiū & quies, ad ullam facit harmoniā, aut clamor si strepitum fori? Quibus ego respondere soleo, sapienter à Libone ornamenti illude eo loco excogitatum, ut pote qui ob oculos ea posuerit, quæ his, qui locum eū frequentarent, & utilia & salutaria viderentur. Litigantibus quidem, ut concordiae memores, ad pulcherrimum suauissimumq; eius fructum oculos intenderet, q̄o quidem nihil humano generi accidere possit utilius, neq; commodius. Causidicis, si clientibus consultū vellent, congruentia susceptæ materiae dicerent, ab iis quæ incōgrua & discrepantia essent, abstinerent. Qui autē iudicaturi consedissent, rationum & argumentorum, quæ allata essent, consensum, veritatem, aut non leuem saltē verisimilitudinem acriter inspicerent. In cuiusmodi sermonem cùm proximis diebus apud communis amicos incidisset, evenit ut iucundissima tui recordatio è re nata surreperet, quod antea diu multumq; cogitaueram aliquod ex hieroglyphicis meis commentarij tibi Marce præstantissime deberi, quando te potissimum impulsore labor hic omnis suscepimus est & exantlatus. Ipsa autem Lyra magis conveniens visa est, quam res alia quæpiam, quæ tibi donaretur, quam tu scilicet suauiter adeo, seu linguam causis acuas, seu ciuica iura respondere paras, concentu tam

# Pierii Val. Lyra.

mirifico resonare facis, ut omnium mentes tanquam Amphion alter quoquò velis trahas, neq; D  
saxa tantum moueas, sed vel adamantina destinatorum hominum corda quotiens adlibuerit  
arbitrio verses tuo, siue disertissimè discutiendo de cathedra intones, siue in foro agendo fulmi-  
nes, siue mare terrāq; publica vel priuata tempestate perturbatas, clarissima ingenij cui sereni-  
tate tranquilles. Sed quoniam multi longè quā ego sim facundiores in laudes incumbunt tuas,  
ego ne decus tuum culpa deteram ingenij, ab aliorum me provincia cohibebo, & quod tibi de-  
stinaui commentarium procurabo.

## C O N C O R D I A.




G I T V R, vt palām est, Romani ve-  
teres per Lyræ hieroglyphicū con-  
cordiam figurarunt: cuius tamen  
alia quoque sunt significata, eaçꝫ  
multis antiquorum tum poëtarū,  
tum philosophorū præconiis celebrata: sed nos  
ea tantum seligemus, quę ad hieroglyphicum in-  
stitutum facere videbuntur: tamen, vt meus est  
mos, si res exigere videatur, numum quo de me-  
minimus, diligentius examinabimus. Eius in-  
scriptio est, P A V L L V S L E P I D V S C O N C O R D . à cuius altera parte le-  
gitur, P U T E A L S C R I M O N L I B O . Ibi figurā Putealis videoas, de quo  
scriptores plerique meminēre. Huic autem à singulis angulis lyræ appensæ  
sunt, corymbis & sertis medio interuallo dependentibus. Aiunt verò Libonem  
primum tribunal & subsellia prope Arcum Fabianum collocasse. Hinc Horatius:  
Forum putealçꝫ Libonis mādabo siccis, quia scilicet forensia negotia pre-  
cipue sibi deposita sunt sobrietatem. Et Ouid. de Remedio:

*Qui puteal lanūmq; timet celerisque calendas:*

hoc est, qui se rapi timet in ius, & qui alienum pascit æs, quod scilicet calendis  
singulis efflagitatur. Neque illud dissimulandum fuerit, in numi ipsius inscri-  
ptione duo esse obseruatione non indigna: in Scribonij nomine & literam ia-  
centem atque supinatam, & P A V L L V S gemino L L notatum ex Terentij F  
Scauri sententia atque præcepto, neque non ex antiquorum vsu, quod in ple-  
risq; monumentis obseruaui: neque proprium tantum nomen, verū & aduer-  
bium P A V L L V M eadem lege scribendum Grammatici veteres censuere, vt il-  
lud Romæ, H O S P E S Q V O D D E I C O P A V L L V M E S T A S T A E T  
P E L L I G E . & huiusmodi plæraque.

## I V D I C I V M C O M P O S I T V M.

A Tq; illud in Lyra præcipuum, quod hominem compositi iudicij, quiq; aures  
eruditas haberet, significabat: ea siquidem diuersas componit voces, & cō-  
cordi omnes tono temperat: quod munus in diuersæ rationis affectibus com-  
ponendis videtur homo præstare, vt non immerito Diogenes Cynicus carpe-  
re sit solitus Musicos, qui cùm Lyræ chordas congruenter temperarent, animi  
mores inconcinnos haberent. Eadem mordacitate Isidorus Cynicus Neronem  
transeuntem in publico clara voce corripuit, quod Nauplij mala bene cantita-  
ret, sua bona male disponeret, neque yllum in vitæ tenorem temperamen-  
tum adhiberet.



E

I N A E Q.

**A**Statuebat & in Mercurij manibus lyra, idque hieroglyphicū ostendebat, concentū omnē ex vocū inēqualitate cōstare; cōcentus verò hominū est, cū varię voluntates in consensum vnu contrahuntur. In singulis verò mortalium concentus ille, quo quis beatitudinem assequit, vbi scilicet res & cōgruenter temperarit, et ad amus sim explorarit. Plato animam in Timaeo cōcentum, & concordiam vocat. Aristoxenus & Diçearchus harmoniam dixerunt. Lyrę igitur merito dominus Mercurius,

*Qui animas nunc evocet orco Pallentes, alias sub tristia tartara mittat, vt Maro.*

**E**st & Musarū insigne lyra. Musas Eusebius à μνή dictas arbitrate, quod significat honesta bonaque disciplina instituere: easque Orpheus B et Proclus in hymnis religionē hominibus com monstrasse dicunt. quemadmodum & Orpheo id attribuunt, vt suauisonæ testudinis concētu, hoc est, placidis & aptè cōpositis verbis fera hominum corda mitigarit, agrestes mores expoliuerit, & dispersos vagosque mortales in cœtum vnum cōgregarit. Apud Aristophanem legas, per citharæ callentem, hominem sapientem, & Gratiis omnibus ornatum, à veteribus indicatū. Diuinæ quoque literæ citharam pro morali virtute acceperunt, vt pote quæ in actione consistat. Et in huiusmodi significatum theologi dictum volunt Psal. XLIII, In cithara tibi confitebor.

## R A T I O.

**A**Thanasius in iis quæ contra gentiles scripsit, rationem lyræ comparauit, vbi de anima, mente et sensu disserit: quippe id lyrę haud dissimile videri ait, quæ rectè temperata sit, & Musico, qui eam resonare faciat, non imperito. Est enim in lyræ neruis suus cuique sonus, grauis, acutus, medius, argutus, atque aliis C aliis. Concentus autē nullus discerni aut internosci potest, nisi fidicinis ars accedit. Tunc verò modulatio & varia soni suauitas ostenditur, cùm qui Lyram tenet, neruis increpuerit, singulosque aptè percurrerit. Eodem modo, cùm sensus in corpore sint tanquā lyra cōpositi, si docta mens illis imperauit, discernet animus, quid absonum, quid concinnum sit, quale sit vnicuique rei temperamentum adhibendum, vt nihil denique facere, aut meditari aggrediatur, quod modulis & tonis non respondeat, vnde concors concentus exaudiatur. Et nonnulli chordiam inde dici putant, quia chordæ variæ in vnam convenient harmoniam: tametsi alijs concordiam à corde deductā malunt, qui Tullio innituntur Tusculanarū primo dicenti: Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, vt in Cordis commentario disputatum: eamque afferrunt rationem, quod id locutionis in monumentis antiquis aspiratione careat. Qui chordis insistunt, concordem à Græcis οὐωλού dici opponunt, consuesseque aiunt veteres è locutionibus plerisque in Latinitatis usum receptis, adiectam consonantibus aspirationem summouere, quatuor tantum admissis, quæ Scavrus enumerat.



## BONA DISCIPLINA.



# Pierii Val. Lyra.

M A T R I M O N I V M C O N C O R S .

D

S Ed nos vt ad concordiae significata redeamus, illud ex Oniro critarū discipli-  
na de prompsimus, vt si quis nuptiarum tempore lyram per somnium videre  
imaginatus fuerit, concordiam id inter maritū & vxorem futuram significare.

M V S I C A .

Q Væ verò lyra est in Neronis numo, studiū eius in arte Musica, & victoriam  
ex certamine eo partā significare crediderim. Fidibus enim eum oblectatū  
ad insaniam vscq; & in theatris Musica decertasse non sine maiestatis Imperato-  
rię dedecore atq; ignominia, scriptores eorū temporū omnes prodiderūt. Nam  
is præter numos ea nota percussos, statuas etiā sibi citharcedico habitu posuit.

P O M P . M V S A .

E St & Pomponij Musæ numus, à cuius altera parte muliebre signū est cum  
lyra & plectro: id quid sibi aliud velit, quām eius cognomentū, non video,  
siue is Pomponius poëta fuerit, de quo apud Pliniū: siue qui hello Mithridati-  
co captus, cùm multis vulneribus saucius ad Mithridatē adductus interroga-  
tus ab eo esset, an amicus futurus esset, si opera iussu Regio daret, vt curaretur:  
respōdens. Si tu, inquit, populo Romano amicus fueris, aliter me quoq; semper E  
inimicum habebis. A M O R .

Q Voniam verò voluntatū, studiorumq; consensus atq; similitudo amore pa-  
rit, celebrat à Platone lyra inter amatoria monumenta, libro de anima. Pro-  
clusq; vbi Venerē Cythereā ab Homero & Hesiodo appellatā exponit, aduer-  
sat Hesiodo, neq; dictā ὅπ πρεσίκνεστο κυθήραι, οἷς μὲν γαρ τὰ κύθηρα, κυθῆρά δέ οὐ κύθηρα εἰχό-  
ται εἴσω τῷ πόνῳ τῷ δρῶπικῆς φύλαξ. Non assentit, inquit, Proclus, vt Cytherea dicta sit à  
Cytheris, vbi illi templū, aræq; tot frequentissimo mortaliū cōventu colebant:  
quia, inquit, κύθηρα vocantur insulæ illæ, & alta Cythera etiam apud Maronē, cu-  
ius scilicet vocabuli syllaba media per vocalem longā perscribat. Dictam verò  
Cytheream ait, q; vniuersæ consuetudinis amatoria vim intra se occulat. Nam  
& alijs Cythereā ab occultāda turpitudine dictā voluere: & illi in abdito templū  
fuisse alibi diximus. Lyra autē cùm omnē in se suavitatē complectatur, quandā  
cum Amore, cum Venere, cū Gratiis similitudinē præ se ferre videt, pariq; cum  
iis illecebra homines illectare. Demumq; hæc illa videtur Amphionis lyra, cui  
sponte saxa etiam paruisse perhibentur: cuius rei mentionē facit Apollonius Ar F  
gonauticis, & Antimenidas primo, donatamq; Amphioni lyrā eam dicit à Mu-  
sis, quamvis Dioscorides ab Apolline, à Musis tamen etiā Pherecydes historia-  
rum libro decimo. S E D A T V S A N I M V S .

R Idiculum fortè nostris videatur, si quis non vnum hominem tantūm armis  
instructum, quippe Achillem cithara canentem pinxerit, verū & vniuer-  
sum exercitum in aciem descendantem, ad citharæ modulos progredientē fece-  
rit, quoniam neq; citharoedi quicquā cōmune cum armis habere iudicant, neq;  
milites, feroceſq; homines vllam hodie liberalium artium disciplinā assequi di-  
gnantur. Verū si Lacedæmoniorū disciplinam & instituta respiciamus, inue-  
niemus eos ad lyram citharæq; sonum acies instruxisse, reiectisq; tubis, & classi-  
cis aliis, ad eiusmodi modulationis sonum pugnam inire solitos, id quod indi-  
cat illos sedatori quodam animo prælium aggredi cōsuesse. Nam & Homerus  
strepitum & tumultum in congressu primo barbaris dedit, cùm Græcos sensim  
& taciturnos progrederi dixerit. Hanc tamen in Pompeio contationē reprehē-  
dit Cæsar, cùm in Pharsalia victor evasisset.

H V .

A

## H V M A N A V I T A.

**Q**ui verò per lyram humanæ vitæ rationem exprimí dixerunt, tam eorum quæ superius de sensibus, atq; anima, dēq; mortalium institutis attulimus, rationem habuisse mihi videntur, quām etiā de naturæ nostræ conditione rem ipsam perpendisse. Nam cū in lyra septem discrimina vocū celebrari comperrissent, humanæ vitæ tenorem eadem assiduè agitari varietate animaduerterūt: septima enim hebdomada mas in vtero fabricatus existit: septima post partum hora manifestum aut vitæ aut mortis argumentum afferit: septimo post die vmbilicus astringitur, ac solidescit: post bis septem manifestū est luminis indicium: post septies septem obtutus firmitas, atq; cognitio. Videmus mox à mense septi modentes pullulare, post bis septem sessionem esse tutam, post ter septem verborum articulationē, post quater septē incessum, post quinques septem lactis horrōe suboriri, post annos demū septem primoribus dentibus expulsis valdiores enasci, ac perinde vocis sonū integrū fieri: secundo verò septenario puerescentiā, ac emitendę genitūræ facultatē, roburq; iam ad virilitatem spectare:

**B** tertio lanuginē, & crescendi finem: quarto robur, & membrorū plenitudinem.

Quinta verò hebdomade cū viriū augmentū, quantū vnicuiq; esse datur, absolutum sit, congruū nuptiarum tempus à Platone conscribi, quod septimo Legum habetur. Sexta autē partas collectasq; vires incolumes seruat, ac prudētiæ vigorē affatim subministrat. Septima diminutionem quippe viriū, sed perfectū intellectus & rationis incrementū habet: quare soliti sunt milites ea ætate rude donari, & cōsiliis rebusq; pub. adhiberi. Atq; hac de ratione Horatius ad Mecenatē scribit, se iam donatū rude: nā qui vndenos Decembres quater iam, vt ipse de se dicit, expleuerat, per septimā hebdomadā deferri iam occuperat. Octauo mox septenario perfectionem & in intellectu, & in ratione videre est, qualis maior in unoquoq; iam sperari debeat. Nonus humanitatē ac mansuetudinem adducit. Decimus vitā finiendi plerunq; desideriū: quæ omnia versibus elegiacis Solon luculentissimè complexus est, lyramq; suā ita temperauit, vt humanæ vitæ concentū sonoramq; vocalitatem anno septuagesimo terminaret, quē vbi mortales excesserint, despere iā, & chorda modò hac, modò illa subinde videntur aberrare. Necq; multum alienū ab huiusmodi cōsideratione, quod Magnus

**C** Basilius per citharā corpus interpretatur: nam & alij Theologi Psalmo L VII, Exurge psalterium & cithara, per psalterium animā, per citharam corpus intelligi volunt, quod ita pluribus esse locis acceptum Euthymius obseruauit.

## L Y R A E F O R M A.

**S**i quis verò lyram, qua fuerit apud antiquos specie, intueri velit, nō ignoret cōstare illā ex binis cornibus, iugo, testudineaq; testa: talem enim, vt in Amphiōne Philostrati est, Mercurius excogitauit, cōpegitq;: qua posteaq;, vt aiūt, Apollinē & Musas honestauit, Amphionē etiam, vti dictum superius, donauit. Cornua verò illa sublimipetæ capreæ fuisse volunt, quibus Musici, anteq; ligni usus ad hoc cōmodus haberetur, ad lyras conficiendas vterentur. Ex lignis verò quæ lyræ apta censeantur, buxum maximè laudant, vtpote quæ solida sit materia, & ad polituram aptissima. Potentiores huc ebenum adhibuerunt. Rhæti atq; Norici acerem arborem egregiè crispatā exhibuēre, vtpote quę mirificè colorum varietate delectet, quæq; fissa non fallat, neq; excauata dissiliat. Elephas, ait Philostratus, nihil ad lyrā: quocirca sciti viri necq; animal ipsum magni quicq; faciunt, neq; cornibus eius vtuntur: quanquā nostri, pectine pulsat eburno, li-

# Pierii Val. Fistula.

bentissimè dixerint. Videlur verò natura ipsa opera perquā diligentissimè de- D  
dita, testudinis testā, vt huic inseruiret vñsi, fabricasse, ita illam excauauit, & vas  
veluti quoddam vocum repercussioni collectioniq; preparauit: vacua quedam  
foramina hinc inde fecit, in quę vmbilici inseri possent, atq; alter alteri apprimi:  
chordæ enim ex vna parte, quippe in imo, quadræ suæ applicant, ex altera vmbili-  
cicis obuoluunt. Atq; hæc in illis ratio potissima considerat, vt recte in lyram  
ductæ equis inter se distent interuallis, & parallelos binæ quæc efficiant: quæ  
quidem species in hodiernis adhuc quodammodo refertur, quāvis cornua non  
in vacuū, vt olim, sed in ipsum lyre corpus inflectantur. Atq; hæc ea quidem spe-  
cies, de qua Græci scriptores, & Romani Gr̄cos secuti, inventionis laudē par-  
tim in Mercurium, partim in alios cōferunt. Sed Hebreorū literæ Tubalem ap-  
pellant, qui primus omniū & huiusmodi instrumenti, & musicæ inuentor fuit.  
Sedenim quā lyram à Mercurio inuentā tradunt, trium tantūm chordarū fuisse  
dicunt: voces enim ab eo tris, trium instar temporū inuentas aiunt, acutā quip-  
pe, grauem, & mediā, prout tria tantūm apud Ægyptios fuere tempora, æstas,  
hyems, & ver, singula quadrimestria. Sic æstati acutus sonus attributus, hyemi E  
grauis, veri medius. Thebarū tamen portas ea ratione septem institutas Græci  
dicunt, vt totidem in lyra tonos repræsentarent. Et memorabile illud Emerepis  
Lacèdæmonij factū celebra, qui cùm Ephorus esset, cuius scilicet magistratus  
cēsuræ Græcia vniuersa olim acquiescebat, Phrynidī Musico duas ē nouē chor-  
das bipēni excidit, dicēs, Musicā ne depraves: de quo nono Symposiacōn apud  
Plutarchū. Ad hęc ipsa hominis constitutio cùm sit quatuor ex elemētis, & ani-  
ma, & quaternarius numerus multis de causis corpori cōpetat, ternarius vero  
animæ, de quo alibi copiosius, iuncta hæc, & in concentū excitata omnem red-  
dunt harmoniā, quę tam ex operibus quam ex cogitationibus nostris percipit:  
vt nō immerito humanā vitā tot septenariis variari paulò ante disputauerimus.

## D E F I S T V L A.



Acit ad hoc & fistula, vt chordis lyra septem, ipsa quoque septem  
compacta cicutis: cuius forma conspicua est paſsim in Panos & Sa-  
tyrorum manibus.

## R E S I P I S C E N T I A.

H Ominem Ægyptij diu quidem mente captum, postea vero quasi somno  
excitatum, ad intellectus officia redeuntem, & vitæ suæ iam modum impo-  
nenrem, significare si vellent, fistulam, inquit Horus, pingere consuerunt: huius  
enim munus, animum ab odiosis & grauibus atq; etiam impuris cogitationi-  
bus auertere, & curarū obliuionem, vt diceret Hesiodus, inducere, & vt exem-  
plo Pythagoræ comprobatur est, impotentiores etiam lasciuientis animi sedare  
motus, dum composita soni suavitate animum arbitrio suo versat & modera-  
tur. Facit hoc ad illud Antiphonis, sive vt alij, Bionis, qui Bucolica scripsit, ἀλλὰ  
καὶ αὐτὸς πιχνᾶδω σίεγγα, τελέθε τοι θύμαρεστέρον, Tu tibi fistulam ames cera coniunge-  
re, quando non labor aut opus hoc magnum.

## A D V L A T I O.

E Adem vero, vt alibi dictū, cum ceruo picta, pernicioſam indicat adulatio-  
nem, ob historiā scilicet quę super ea & ceruo fertur, animal id eius suauita-  
te modulisq; mulceri, & ad stupore vscq; delectari: vnde accidat, vt dum ceruus  
intentior in eam incubit, incauto illi ab alienatoq; mors inferatur.

## A D E T V B A.

**S**ed iam altius insonemus, neq; semper in molli lyra aut fistulis immore, mur, sed & tubam strepitu procul ære canoro exauditam, ad musica instrumenta reliqua adiūciamus.

## C E L E B R I T A S.

**S**ignificat tuba famam & celebritatem: vnde Romani in Saturniæ ædis fastigio Tritonas tubicines imponebant, caudis abditis & absconditis, id scilicet eo hieroglyphico significates, quod historia gestarū rerum ab Saturni commemoratione ad nostram usq; ætatem in obliteranda celebritate, nota, clara, & quasi vocalis esset: quæ verò ante Saturnum gesta fuerint, obscura & incognita in tenebris delitescere: idq; sibi velle Tritonū caudas ad humum inclinatas, absconditasq;. Erat verò tubæ Marti dicata, vti etiā nunc sunt: in acie enim mos est Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

## E R I G E N D Æ M E N T I S S I G N U M.

**B**IN sacris verò literis tuba suum habet intellectum. Nam quæ memoria tubarum celebrada mandat à Deo prima septimi mensis die, nihil aliud sibi vult, ut interpretantur Theologi, nisi debere nos Prophetarū oracula memoria repetere, Euangelicas voces omnino recogitare, Apostolorū prædicationes coelestium tubarum instar, quarum sonus in omnes terræ fines exire destinatum erat, reminisci: & ita initio mensis tuba canamus, & in Psalmis Deo iubilemus.

## D E T I B I I S.

**S**ed tibiæ Veneri sacræ ferebantur, eaq; de causa in ouatione tibijs & myrto Romanos vti solitos Plutarchus ait, Marcello.

**E**ædem Pani, perinde ac etiam fistula, attributæ, quippe quem sensibilis

## S E N S V S.

mundi rectorē intelligebant: sonus enim nō nisi sensu percipitur. Atqui Apollinem etiam aiunt à Pallade doctū libenter tibijs cecinisse: & in altera simulacri eius, quod Deli erat, manu, tres insidebant Gratiæ, quarum una lyram, alia tibias, fistulam, quæ inter has media erat, gestabat. & dona legas ab Hyperborijs Delum missa, Cithara, tibijs, & fistula comitantibus.



## S A C R O R V M T E M P V S.

**T**ibia sanè rei sacræ signum erat, precatione unicq; faciendarum tempus indica bat, quasi adesse iam Deum per eam admonerentur, qui sacris adsiltebant. Nos quoq; cùm in sanctis ædibus sacra facimus, æris tinnuli sono diuini libum mysterij adorandū innuimus. Sed quod ad tibiam spectat, minimè recens, neq; imperitæ plebeculæ dicterū est de cessantibus, tibicinē expectare, sed antiquū & nobile, quippe quo Scipio minor vsus est in Pompeiū, qui tibicinis filius credebatur. Pompeius enim C. Lælio Consulatum ambiente, cui Scipio maximè fauebat, negauerat Scipioni se petiturum, ad futurum verò Lælio, eumq; deducendum: quem dum expectarent, auditum est eum iam candidatumprehensare obuios. Tum Scipio ridens: Næ, inquit, nos egregiè stulti sumus, qui perinde ac Deos, non homines precaturi simus, tempus terimus tibicinēs expectantes.

Mm

# Pierii Val. Tympanum, &c.

Hinc ansam arripuit Cornelius Tacitus, vbi lib. x i i i i de Octauia Messaline si Dilia loquens: An quia, ait, veram progeniem penatibus Cæsarum datura sit, male populum Romanum tibicinis Ägyptijs sobolem imperatorio fastigio inducit. Nempe propter Pompeium, qui, vti dicebamus, tibicen à Scipione vocatus est, Octauia verò à Scribonia Augusti vxore descendebat.

## D E T Y M P A N O.



Tympano etiam & choro laudari gaudet Deus. Per tympanum Gregorius lib. Epist. sexto ad Anastasium, abstinentiæ tenuitatem  $\text{ι} \wp \sigma \text{η} \wp \text{η} \wp$  interpretatur, à materia scilicet ipsa, qua constat tympanum: nam id dubio procul corum est ex pelle iam arefacta, quæ tamen prius diu fuerit macerata: ita virie ieiunio confectus, ab omni luxu alienus, parcè & duriter viuens, qui laudes Deo canat.

## D E T I N T I N N A B V L O.

 Iere ad se nos videtur etiam tintinnabulum, quod Mosaicus Sacerdos, de quo x x v i i Exodi, ornatu Pontificio gestare iubebatur: ad imas E enim tunicae fimbrias aurea tintinnabula, malaç punica alterna appen debatur, vt eorum sonitus, quotiescunq; Pontifex ingrederetur egredetur ve Sanctuarium, exaudiri posset. Significabat id, oportere sacerdotem, vt etiam in Cane dictum, assiduè vocalem esse, nunc docendo, nunc arguendo, nunc exhortando, sæpiissimè verò consolando, quod nostra sibi fragilitas depositit, opportuna remedia cōquirendo. Itaq; tintinnabulū prædicationis est & institutionis hieroglyphicum, de quo plura Gregorius idem lib. primo, Epist. x x i i i . Tintinnabula huiusmodi antiqui operis domi habemus: sunt aut ex orichalco, mespili caui forma, cū fibula supernè ad appēsum apta. Intra concauū ærea immissa pilula est, quæ motata sonum impulsu reddit argutum, atq; admodum suauem.

## D E L I T E R I S S E P T E M.



Tq; vt ad Musicā redeamus, alijs quoq; signis capingi solita est, non ijs tantū, quæ propria sunt illius instrumenta: quare supereft ut quid Ägyptijs per vocales numero vii significarēt, afferamus, & ita Musicos hos numeros absoluamus.

F

## M V S A.

Illi siquidem digitos duos literis septē insignitos praferentes, Musam, vt Horus ait, significabāt. In quo aduertendum, vulgatos Hori codices foedè depravatos circumferri, qui περιματα septem, non Χέμματα habent. Cur verò nos Vaticanæ bibliothecæ codicē, in quo Χέμματα ἐπί, non περιματα, scriptū est, castiorēm iudicauerimus, ea in causa sunt, quæ apud veteres tradita reperimus super septem vocalium significato, quibus Musica omnis exprimi solita. Nam Demetrius Phaleræus in Commentarijs πολιτευεις, Ägyptiorū fuisse morem ait, septē vocalium modulata enunciatione Deos collaudare. Septem porro vocales Plutarchus Musicæ totidem vocibus accommodat. Et Phurnutus ex veterum dialectis obseruat, septē esse diuersos tonos, quibus olim tota modulatio cōstaret. Vox verò ipsa septem patitur qualitates, acutam, grauem, circumflexā, densam, tenuem, longā, breuem. Ac veluti est apud Philonē, septenarij numeri proportio est valde Musica, quippe qui sex ad vnū sexcuplarē habeat: sexcuplaris verò ratio maximū in re proposita interuallū facit, quo quidem acutissimū à grauisimo separatur. Ceterū & quinq; ad duo vim plurimā in harmonia demonstrat,

ipſi

A ipsi igitur & πατων ferè æmulam. Et ut semel dicā, hebdomada cùm externario qua ternarioꝝ constet, harmoniā omnem amplexaſt, quippe στοιχειων, στοιχη, & στοιχων. Omnes quoꝝ proportiones, arithmeticā, geometricā, & Musicā. Quod verò diximus ex Plutarcho, vocales eas fuisse literas quibus forte vterentur Aegypti, ne qui Græcē nesciunt dictum mirent, sciendū apud Latinos vocales duas, E scilicet & O, figura vnamquangꝝ eadem, vi tamē & tempore & enunciatione diuersas esse: quarum vnaqueꝝ apud Græcos suo insignis est charactere, atqꝝ ita septē omnino esse, ad humanæ ipsius vocis cōditionem excogitatas. Ex his notū est A sedem habere in imo barathro pectoris, quam enunciata palma ad pectus admota ibidem trepidare sentimus. E in faucibus, quam manu itidē deprehēndimus. atqꝝ illa duplex, acuta, & grauis. Grauis enim ( iam ēam sono E Latinæ literæ veteres enunciassē, paulò pōst in B litera ostendemus) vocalis hæc tunc exaudiēt, cùm spiritus aliquāto inferius contrahi videt, & suppresso quodammodo sono enunciāt. Acuta verò sub signo : apud Græcos, E vel e apud Latinos, cùm ad aperta vscꝝ labra porrigit, & vocaliore sono se prodit. I tanqꝝ

B columnam quædam, ad cuius imaginem figurat, palatum medium inhabitat, idq; sustentare quodammodo videtur. O item duplex, acuta, & grauis. Acuta, cùm emissum ab imo pectori spiritu circa dentes sistit, & expedito eum ore resonare facit. Grauis, cùm vsq; ad dentes emissum interius reuocat, & aliquantulum remoratur, quod ex ipsa etiam figura quodammodo replicata, vel Græci constare voluerunt. V dubio procul in labijs tota cōquiescit. Vocalis ea apud Græcos non habetur, sed eius soni vice diphthongum pónunt ov, quam Latini cùm uno charactere & sape scribi obseruassent, contracta in acutum parte inferiori, v suam fecere, per quam suum illum vositatissimum peculiaremq; sonum exprimerent. Verùm multa etiam quæ Græci per v scriptitant, ipsi per vocalem hanc suam signare instituerūt, vt dvo, duo: r̄v̄pp̄q; Purrus (ita veteres scribebant, vt antiquæ indicant inscriptiones aliquot) nos ad Græcos redimus, & Pyrrhus facimus. Quod ne dictu leue adeò videat, Verrius Flaccus ita cōmentatur: Quod illi dicunt κύμαιος, nos cum inum: quam illi κυπρειων, nos cupressum: illi κυβρητης, nos gubernatorem. Neq; negarim cum Scauro, Græca nomina plurima in no-

C strum sermonē admissa, & v. 418 sonum & figuram conseruasse, vt, hymnus, hyacinthus, Satyrus, de quo plura Victorinus. Sed vt argumentū susceptum prose quamur, ex literis mutæ nouē ( tot eī Græci ponūt ) eodem autore Plutarcho Mūsis totidem dicat. Octō inde semiuocales, voces musicas reliquas absoluūt vnā cum vocalibus septē, quas natura ipsa cōmodè variare potest, ad quintūde cimū vſq; gradum ascendendo. Necq; verò hīc Sophistas audio, neq; superstitionis multorū conamina in hoc albo reposuerim, qui ad vnū & vigesimū vſq; gradum ascensum dari disputant, qui quidē stridor potius est, q; humanc voeis sonus. Verūm ego satis habiturus sum, si cū lusquino Mūsico ætate nostra clarissimo senserim, qui materiā hanc in Theoreticis lucubrationibus ab Aegyptijs, à Plutarcho, & à Marone minimè diuersas, accuratisimè pertractauit.

M V S Æ C V M A P O L L I N E.

**V**erum haec alij viderint, nos ad Musarū hieroglyphica reuertamur, quorū illud prēcipuum, ut si lingua dentes quatuor ē regione oppositos incutiat, co gestu Musæ cum Apolline significantur; dentes enim Musarum instar sunt: per linguā verò, quę illos pultet, Apollinem vtī plectrū aliquod intelligimus. Nam & Romani linguam similem plectri, dentes chordarū dicere solebant, vt lib. de

## Pierii Val. Musæ.

Natura Deorum Cicero. Et Ambrosius Hexamero, linguam veluti plectrum D esse dicit. Tranquillus de Claudio: Plectra linguae titubantia. Sedenim cur quatuor tantum Musæ positæ sint, altior inquisitio est, cum semper multiplices habitæ sint apud eruditos. Cur autem eas nonnulli nouem posuerint, non lingua tantum, aut dentes quatuor, sed tota oris facies discutienda: quia sic eas per totidem oris instrumenta representari tradidere, que sunt dentes, quos nominauimus, quatuor: labia mox duo, quæ cymbalorum usum ad augendum sonum præbent: inde palatus, in cuius concavitate sonus inturgescit: gutturis fistula, quæ spiritum immittit: pulmo denique, qui veluti æternus follis spiritum concipit, & pro usu rei temperatissime remittit: denique in medio residens Phœbus omnia complectatur. Singula haec contarentur, nihilque proficerent, ignavia veluti quadam torpescientia, nisi sedulæ linguae plectra excitarentur, & ad solicitudinem operis properationem accenderentur: quorum omnium rationem Anaximander Lampacenus, Leophantes Heraclopolitanus, Pisander Physicus, & Euximenes latius explicuerunt. Neque tamen desunt qui nonarium numerum pro pluralitate positum contendant, ut apud Nicandru, ubi de Scorpis cauda σφόνδυλοι, quasi cauda eius noue esset spondylis compacta, que nodis septem tantum insignis est. Quinetiam Nicander idem σφέακετρον dixit de eo, qui duos tantum aculeos haberet: obseruatum ab Apollodoro. Sic apud Maronem, nouies Styx interfusa, & porrecta. nouem per iugera corpus: & quod obseruat Theon in Arati carmine, σφέαγχης καρών, non quod nouem, inquit, artates viuat, sed perquam diu. Et apud Alcæum hydra σφεακέφαλος, queς παπικητακέφαλος est apud Simonidem, quem imitatur Maro:

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

Itaque qui Musarum numerum supra nouem augent, eo nitunt argumento, quod scientiae plurimæ sunt, non autem nouem tantum: vnicuique enim scientiae suam esse Musam praesidem oportere. Ex eorum vero numero qui tres tantum Musas ponunt, est Eumilus Corinthius, qui etiam earum nomina haec prodidit, Cephiona, Apollonida, & Eurysthenida, quas Apollinis fuisse filias fabulat. Aratus quinto de astris quatuor enumerat, Argen, Meleteam, Thelyonem, Aeten. Qui has quinque posuere, nomina his à quinque sensibus indidere. Epicharmus in F Hebes nuptijs septem ait, & filias Pieri Pimpleidosque Nymphæ, quarum nomina, Nilus, Tritone, Asopus, Heptoporta, Achelois, Titoplus, & Rhodia. Apud Hesiódum Theogonia nouem sunt, haec Latinis iam celebres, quarum inuenta sunt toni tres, ἀσπός, μίτρος, ἵππος, plenus, medius, tenuis. Accentus totidem, acutus, grauis, circumflexus. Tempora itidem tria, præsens, præteritum, & futurum. quæ si ad Musicam referantur, præteritum longi temporis instar erit, quod ab eo cotidie longius abscedamus: futurum pro breui accipiet, quod illi cotidie propinquiores efficiuntur: presens vero communis, quam Graeci μέσω vocant, instar erit syllabæ: instantis enim temporis natura est, uno eodemque momento prætereuntia venientibus coniungere. Alij hunc Musarum numerum alio atque alio modo interpretantur: atque ex his qui quatuor statuunt, nonnulli linguarum quatuor differentiam excogitarunt, utpote quod Musarum inuentum fuerit, Ionicam, Atticam, Doricam, & Aeolicam linguam à cōmuni distinguere: & plerique insuper quaterna ad ostentationem usque dinumerant. Qui quinariū earum numerum recentent, quinque, ut dicebamus, sensus ab eis animaduersos, distinctæque cognitioni traditos prædicant. Qui septē, septichordem lyram, septemque compactā cicutis fistulam

A fistulam, climata septem & Planetas totidem, vocalesque, ut initio cōmonstrauimus, memorant. Qui nouem esse cōtendunt, historiam Cliūs inuentum aiunt, plantandi rationē Thaliæ, coniugalia & saltationē Euterpes, agriculturam Polymniæ, Astrologiā Vraniæ, Calliopes Poeticā, atque ita demūnū vnicuique inuenito, quod ad mortalium usus ficeret, sua est cuique Musa excogitata, vnde necesse est infinitū earum numerum cōstituere. Sed hæc nullo apud Græcos fine disputationur. Apud Ægyptios, ut palam fecimus, compendiosius colliguntur, ambagibusque evitatis, rectâ per planissima toto constrato itinere traducuntur.

A.

**C**Viismodi verò essent literarum characteres apud Ægyptios, si quæsierit quispiā, putarim ego partim instrumentorū aliquot, plurimū verò anima- lium effigies fuisse. Illud enim ex Plutarcho constat, Mercuriū, qui primus literas Ægyptijs cōmunicauit, ibi primā esse literā voluisse. Refert quidē ea in ingressu triangularē effigiem, cruribus ita dispositis, ut loco suo dictū. & quæ prima apud nos, & Græcos litera est, ad isoscelis trianguli faciem accōmodat. Atque ita coniūcere possumus, reliquas quoque literas, vel X V, vel quotquot fuerint, ali cuius animalis effigie membro've figuratas, quæ tam longa inde annorum serie sint abolite, atque ab eo præsertim tempore quo Ptolem̄i Græcas literas in Ægyptū deduxerē. Ægyptiacorū porrò characterū formæ, vna hac excepta, ferè omnes obsoleuere.

B.

**Q**Uod si eiusmodi exemplis insistendū esset, fortè B per pictam pecudē figurari possit, aut membrū statumque eius aliquem qui ouem saperet, quod proprium est illi literam eiusmodi articulato proferre sono. Agnoscent hoc interpres etymologici, Cratinumque citant διονυσολεξανδρω, eo verbi:

Σδ' ἀλιθι Θωτορε πέριπλας βῆβη λέπων βασίζει.

Stolidus tanquam pecus, be be dicens ambulat.

Atque ita nonnulli, ut paulò antè monuimus, H tertiae apud Græcos vocalis sonum per E grauem pronunciant, quod Latini receperunt, Penelope, Anchises, Aristoteles, naturæ quidem in oue sonum imitati.

Γ.

**C**Q Vinetiam Γ aliquid habet quod hieroglyphicè notari possit: si quidem au- tores Græci literæ huiusmodi etymon πάχταχμα, quod metere est, deduci volunt, & simulacrum eius falcam ponunt.


Δ.

**D**Eltā dubio procul per stellas tris æquidistantes ferè, easque in trigonum si- tas notant: & ea de causa signū cœleste inter æstiuū & æquinoctiale circulum supra caput Arietis αἰλτω, vocant: & Ægyptum Græci à triangulari for- ma nuncuparūt. Verūm hæc curiosoribus relinquemus: id vñ dicam, signū id æquis esse lateribus duobus, uno breuiore, sed propè reliquis æquali.

## D E P E N T A L P H A.

**Q**Voniam verò incidimus in literarū notas, & cūcta rum rationes reddere difficultū, & inexhausti la- boris opus est, & quod fortasse fastidiū potius quam de- lectionem ullam sit allaturū, πεντάλφα inter has minimè præteribimus, ex qua præter delectationem, usum etiam & utilitatem aliquam percepturi sumus. Signum id ex al- pha quinque numero complicitū: lineis enim à pentagoni

Mm iij




# Pierii Val.Pentalpha.

recti punctis alternatim ductis ea prosilit figura, de qua multa scitu digna minime sunt dissimulanda. Antiochum ferunt cognomēto Soterem, antiquū illum, à quo reliqui Syriæ Reges Antiochi mox dicti, cùm aduersus Galatas acie certaturus esset, per nocturnam imaginem videre visum adstitisse sibi Alexandrum, qui mandaret ut militibus tesseram daret ὑγιάνεια. cuius dicti hieroglyphicum olim iam adinuentū erat triplex triangulus inter se complicitus, ex quinq; paribus lineis fese inuicem in puncto cōtingentibus: quo non cunctanter à se facto, pentagrammoq; huiusmodi tum in vexillis imposito, tum & singulis, & reliquis militaribus indumentis superaddito assutoq; admirabilem mox est à Galatis victoriam cōsecutus. Antiochi porrò numus argenteus passim habetur, istius rei memoria sempiterna, in quo nota εα impressa est, additis singulis per angulorū interualla literis ΤΤΕΙΑ, in eum quem hīc vides modum. In militia verò Imperatorum, qui præcipue Byzanti claruerunt, ordo qui sub illustri viro Magistro peditum merebat, propugnatores nomine, cæruleam præferebant parvam, cuius margo purpureus erat, viridis aut umbilicus intra πατέλφα huiusmodi contentus. quicquid autem erat spatij reliquum inter umbilicum & lineas quæ pentalpha illud descriebant, purpureo erat colore illitum. Meritò autem propugnatorum ijs nomen datum, quorum opera salus exercitui comparabatur. Sed quoniam hæc parum forte suavia videantur, multa huiusmodi præterire consilium fuit: tum etiam, quia non æquum erat virum grauioribus deditum rebus, exilibus his legendis occupare. Sed illud minime dissimulare possum, posse nos in veræ salutis significatum accipere quinq; C H R I S T I vulnera, pectoris vnum, manū duo, totidem pedum, quæ in propatulo posita, pentalpha ipsum cōmodè cōstituunt: patefactis enim manib; quæ deorsum à lateribus porrigantr, pedibusq; ipsiis modicum diuaricatis, puncta æquidistantia quatuor assignantur, quintū verò in ipso pectorē costas inter: à quibus punctis lineæ quinq; numero æquales omnes, quæ altera in alterius punctis se contingant, πατέλφα faciunt, duę quippe à pectore ad utrumque pedem, duę alteræ in chiasmi ferè modum decussatae à dextera manu ad pedem lævū, atq; læua ad dexterum, quinta ab alterutra manu ad alteram. Neq; πατέλφα id fuerit, si que de salutatione Lucianus coligit, saluti subiecerimus. χοίρεις ait ille, hoc est, gaudere, antiquam fuisse salutationem, cuius exempla complura ponit. Platon demum visum esse amicabilem hanc compellationem in θηρίοις, quod bene agere est, conuertere: vnde noster Horatius utrumq; complexus morem, epistolam ad Celsum ita exorditur:

*Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano,*

*μύσα rogata refer.. Verum Archytas Pythagoram secutus vñā cum plurisq; alijs eiusdem sectæ, χοίρεις atq; θηρίοις repudiatis, ὑγιάνεια induxere, quod mox alter alteri scribentes usurparunt. Latini horum sententiam approbantes, SALVTEM, ut apud Tullium & alios frquentissimū, prescripsere. Existimarent*



A runt verò sapientissimi viri compellationem huiusmodi & animæ & corpori eſ ſe maximè cōgruentem, & ſimul omnia intra ſe mortaliū bona complecti. Quin etiam Epicurum ferunt, qui voluptatem maximè omniū adamauit, in quibus- dam doctis admodum epiftolis non χαιρει, ſed ιματιν præſcripsiffe.

## I N F I N I T V M.

**S**ed ut iam ad priores illas vocales redeamus, earundem literarum numerus infinitum significat, ſi quem ſequimur codicem fidelis eſt, quod alij vulgata exemplaria ſecuti, rudem, alij inexpertum traduxere, quod ἀπερον apud Horum habetur. Neq; ſum neſcius ἀπερον dici poſſe πᾶς τὸ μὴ ἔχει περον: verū iſdem au- toribus etymologicis dicitur etiam πᾶς τὸ μὴ ἔχει τὸ δῆλον, quod finem aut terminum non habeat. Hori verò autoritate dicunt ἀπερον ſignificare tunicam, quæ non ha- beat exitum, eoꝝ ſignificato Sophoclem in Polixena dixiſſe:

χτώνος ἀπερον αὐδυπέιρον κακόν.

*M*alorum amictus tunica te exitu carens,

ſubintelligendum, perdet. Et apud Euripidem Oreste:

B Ἡ πόσιν ἀπείρω πολύβαλτον ὑφάσματι.

*T*exto maritum impermeabili induens.

Est & alia ratio cur hīc infinitum ſignificare locutionē eam cōtendamus, quam ex ipſius numeri ratione deſumimus, quem Pythagoras immobilem dixit, ſuaꝝ firmitate ſolidum, adeoꝝ plenum, vt quod infinitū in rebus eſt, ipſe cōprehen- dat. Sedenim ſuper hoc loco ſuo in numerorum hieroglyphicis locupletius.

## P R I N C I P I V M E T F I N I S.

**E**t ne ab infinitate hac diſcedamus, quæ germana eſt æternitati, minime pre- tereundum videtur, quod hieroglyphicum primę huius apud omnes literę ſignificatū, quod in diuinis habetur literis, principium exprimit, veluti Ω apud Græcos vltima, finis eſt indicium: vnde illud iam omnibus cognitum: Ego ſum alpha & Ω. Apostolus autem epiftola quam ad Ephesios ſcribit, Deum propo- ſuiffe dicit in ſemetipſo, ad dispensationem adimpletionis temporū, ad caput, id eſt, ad initium reciprocare vniuersa in Christo quæ ſunt ſuper cœlos et ſuper terras in ipſo. Et duas Græciæ literas, primam ſcilicet & vltimā, ſibi induit Do- minus, initij & finis concurrentiū in ſe figuratas, vti quemadmodū A ad Ω repli- catur, ita ostenderet in ſe eſſe, & initij decurſum ad finem, & finis recursum ad initium, vt omnis diſpositio in Ω deſinens, per quem cepta ſunt, per verbum ſci- licet Dei, quia caro factum eſt, proinde deſinat quemadmodum & ceperit, & à Deo in Christo omnia reuocarentur ad initium. Repetuntur hæc à Tertulliano lib. de Monogamia, vbi ſecundas impugnat nuptias. Apud Hebræos, quorum tam multa cum Ægyptijs communia ſunt, magna eſt ſignificationū ſylua ſingu- lis in literarū characteribus: ſedenim hæc quia latiſſimè apud Cabalistas expli- cantur, ne auctum agerem, præterire consiliū fuit: ea ſiquidem nos tractanda de- ſumpſimus, quæ per rerum figuratas, non per literas ſcribi conſuerunt.

## F A T V M.

**A**ddunt & Fatum, ſiue Parcas, per eandem vocalium designationem intelli- gi, non tam ob Planetas ſeptē, qui Fatorum ministri ſunt, vti latius in Stel- la diſſeruimus, quam ob id quod imago Dei habetur Septenarius, dux idem & princeps vniuersorum, immobilis, indomitus, omnium victor, gubernator om- nium, de quo plura eo loco habentur, vbi de numerorum ſignificationibus or- dinc ſuo diſputatum eſt.

# Pierii Val. Liber.

## D E L I B R O.

D

**A**LITERIS AD LIBRUM TRANSIRE IPSA REI NATURA COMPELLIT: LITERÆ SQUIDEM LOCUTIONES ADSTRUUNT, LOCUTIONES ORATIONEM, LIBRUM ORATIO.

ANTIQUE VITAS.

**D**ESCRIBITA FOLIA, CODICILLI, VELL LIBER QUOMODO CUNQ; COMPAGINATUS OBSIGNATU'S VE, ANTIQUITATIS HIEROGLYPHICUM ESSE PERHIBETUR. IN MANU ENIM SCRIPTIS HORI CODICIBUS πΑΛΑΙΩΠΤΑ ΔΙΛΕΓΙ LEGITUR, NON πΑΛΑΙΩΠΤΑΣ. FOLIA QUIDEM CODICILLIQ;, PROPTERA QUOD ANTIQUORUM MOS FUIT IN FOLIJS & QUARUNDAM ARBORUM CORTICIBUS SCRIBERE, Vnde & CODICIS & LIBRI COGNOMENTA PERMANESERE. ET APUD MARONEM ÆNEAS ORAT, NE SIBYLLA FOLIJS MANDET NOMINA,

*Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.*

Ideo verò obsignatus liber, vt superius, quod in eo vel veteres sapientum disciplinæ, vel res gestæ, longæ posteritatis memoriarum commendentur, atq; ita liber, vt diceret Horatius, Longum scriptori prorogat æuum. Stesichori poetæ statuam senilem, incuruam, cum libro, temporibus suis fuisse in Sicilia tradit Tullius Verrinis. Et nos Romæ apud Raphaelem Vrbinatem marmoream Philemonis statuam validæ senectutis vidimus, qui vna manu volumen replicatum continebat, alteram ad mercedem operis passam porrigebat: de cuius auaritia in scriptis suis venundandis alibi meminimus. Sed quoniam de literis sermo fuit, quæ Musicam significant, Musica verò tam animi quam morum concordiam & concinnitatem ostendit, vt in Lyra commonstrauimus, succurrit mihi quam memorabile sit commentum illud Athenodori philosophi, qui Augustum Octauianum docuit philosophiam. Nam cum videret hunc ad iracundiā facile commoueri, ne asperum aliquid statueret ex quo postea pœnitentia subsecuta esset, eum monuit, vt ubi irasci cœpisset, quatuor & viginti illas Græcas literas memoria recenseret, vt illa concitatio, quæ momentanea est ac breuis (vt Horatius ait) furor, aliò traducta parui temporis interiectu languesceret: quod & alij Augustum imitati non sine fruge factitarunt. Saluete igitur literæ verè sacræ, verè cœleste donum beneficio summo mortalibus elargitum, siue vos Musicam, siue concordiam, siue animi concitatioris impetum componatis. At quanta mox in dictionibus, quanta in orationibus virtus, si pura ipsa, nuda, sim plicia, & inania prop̄modum elementa tantum habent virium, vt soni, quem singulæ reddunt, commemoratione saltem, à perperam factis inceptisq; abstinerere compellunt:

PIERIVS VALERIANVS AD ERVDITIS-  
SIMVM ARNOLDVM ARLENIVM, DE IIS QVÆ PER IN-  
CVDEM, MALLEVM, ARATRV, FLAGELLVM, FRÆNV, LA-  
queum, Catenas, Iuga, & Vncum, significantur, ex  
sacris Ægyptiorum literis.

**N**ON SUM NESCIVS, ARNOLDE ERUDITISSIME, VBI COMMENTARIJ HUIUS TIBI DEDICATI TITULUM INSPEXERIS, ANIMO TE CONCITATORE AC SUBIRATO FORSU AN DICTURU ESSE, QUORUM MIHI INCIDES HAS & MALLEOS, ARATRA, FLAGELLA, FRÆNA, LAQUEOS, CATENAS, IUGA, & ODIOSUM VBIQ; NOMĒ VNCŪ, ID GENUS? AN EGO VELUTI VULCANUS ALTER FABRILE FACERE IUBEOR? AN ALIA QUERIS VINCULA MIHI SUPERINYCERE, QUAM QUIBUS OPPRIMOR, TOT ÆGYPTIORU NUGIS, VT RECTA & CASTIGATA PRODIRE POSSINT, PROCURĀDIS? TOLLE TOLLE ISTA, ET EXQUIRE ALIQUID

A aliquid & excude quod me deceat, vel unde optatissimum mihi possum otium comparare. Respon-  
furus sum, bona verba queso Arnolde mi, nullum hinc tibi bellum intentatur, nullum para-  
tur incommodum: mea haec instrumenta sunt eius generis, ut vel sedens, vel stratus, nullo labore  
singula possit attractare: quod si quid in his laboris desumendum fuerat, id a me iam exha-  
sum tibi persuadeas. Clemens et tantum Pierum tui memorem esse, nihilque cogitasse quod tibi  
vel molestum, vel iniucundum accideret, aut minimè liberale: voluisse vero in hac commenta-  
riorum suorum diuisione, te sibi vnamini amicitia necessarium, in adoptionem ad rerum suarum  
participationem admittere herciscundæ familie iure. Quod vero instrumenti tibi euenisset, ne  
ulla haeredum cauillatione auferri posset, donationis etiam nomine censi: sed quæ simplex do-  
natio sit, nulla eius Homeriaci carminis additione facta;

σι τότε μοι χαιρούν φέρεις πέπος θώματα.

Sed haec plus nimio, cum amicitiae nostræ simplicitas omnia boni consulere debeat, nullaq; indi-  
geat ratiocinatione quicquid dictum factumq; sit. Quid vero sibi velint instrumenta tot, facile  
disces ex eorum uno quoq; quod in manum sumpseris.

## B D E I N C V D E.

**I**nstrumenta primum non iniuria locum occupant Incus &  
Malleus, quorum quidem opera ea sunt instrumenta quæ facun-  
dis reliquis ministerium præbent. Ab' incude igitur prius exor-  
diamur.

### D V R A N D V M.

Vniorum inuentum esse putaram olim, ut ad casuum damnata ferendo vindi-  
canda, Incudem quis proponeret, sed posteaquam in Græcum distichon inci-  
di, luculentum quidem, sed incerti autoris, figmentum hoc antiquum quid sa-  
pere perspexi. Est id huiusmodi:

ἄγριας μέγισθος δοσάτου τόφες,  
καὶ νῦν ἔχει φωταί πάσαις ἐλαύσσειν βίας.  
Strepitus nec incus maxima horret, neq;  
Mens firma quaqua traxeris, violentiam.

**C**ucus igitur hieroglyphicum fortissimi ponatur animi, siue pro præcepto, quo  
in aduersis durandum admoneamus, neq; ullis procellarum sauitium tempe-  
statibus moueamur, sed contra Fortunæ quantilibet iniuriosæ ictus enitamus,  
ne ullus labefactædi locus illi relinquatur. Neq; aspernatus est Cicero hierogly-  
phicam huiusmodi similitudinem lib. de Orat. secundo, ubi dicit, Assiduis uno  
opere eandem incudem diem noctemq; tudentibus, de his qui perstante, ut Lu-  
cretius ait, labore vincunt, quod designarunt facere.

**S**ed quæsierit hic forte aliquis, quid sibi volue-

TERRA ET AQVA.

Srit Homerus per incudes duas, quas Iupiter  
se lunonis pedibus appendisse dicit, quam prius  
aureo funiculo suspenderat. Atqui fabularum  
vbiq; ærem per lunonem intelligimus. Funiculus  
autem aureus æthram stellarum globis conspi-  
cuam ostendit. Incudes vero duæ terram & a-  
quam, inter quæ luna ipsa suspensa configitur.  
Hinc Fulgentius ex autoritate Theopompi in  
Cypriaco carmine, & ex Hellanico ἡ τῆς θεᾶς οὐ-  
λησθίᾳ, lunonem ait ab Ioue vinclam catenis au-



# Pierii Val. Malleus.

reis, & incudibus ferreis degrauatam. quamvis prauè quidam, deprauatam le- D  
gunt: sed longè fœdius interpretantur, dum exponunt devirginatam: & quod  
magis rideas (animaduerte hominis phrasin, & impudentiam) depudicatam,  
imminutam, incudibus veluti stragulis & lecto geniali præpositis, ob nimij ten-  
doris & libidinis impatientiam (sic ille stolidus insanit, & enormia longè ma-  
gis sibi confingit super angelis.) Nec tamen me præterit, alicubi legi angelos  
quosdam deprauari, & compedibus coerceri: sed ibi deprauari non signifi-  
cat depudicari, ut stupor iste putat, sed gratia luminéç Dei priuari. Home-  
ri autem carmina, vnde hæc à Thcopompo & Hellanico desumpta sunt, ha-  
bentur Iliad.o.

Ἐ μέμνετοπικρέμαντόθεα, ἐκ δε ποθίοις  
ἄκμονας ἔνα δύο, πάντα χροῖν δε μεσμόρηλα  
χρύσοις ἀρρώνιαις, σύδοντες αἰθέριοι τεφέλησι  
επικρέμαντάστεόν δε θεοὶ καὶ μαντρὸς ὅλυμποις, λόσιοι δὲ καὶ ἐμπάσι.  
Non memor es cùm te de summo pensilem Olympo  
Demisi, vtq; pedes geminas graue pondus ad imos  
Appendi includes, manibūq; tenacia vincla  
Ex auro inieci: aëris tu in nubibus altè  
Pendebas, fremuere Dei per ahenea cœli  
Templa indignantes, neq; te dissoluere quisquam Eualuit.

E

## D E M A L L E O.

**M**ecudi Malleus, vt diximus, non indecenter adiungitur: de quo qui-  
dem apud Ægyptios nihil habetur, apud diuinorum literarum autores  
multa reperiuntur.

**V**Idetur verò Malleus pro malorū irritamen-  
to accipi: arma siquidem, pugiones, cuspi-  
des, & cultros malleus excudit, vnde mala tot in  
mortales oboriuntur. Eo etiam fiunt tubæ ducti-  
les, per quarum clāgorem animemur in bellum.  
Eo franguntur opera, & quæ solida sunt conte-  
runtur. Quare nonnulli diuinorum literarum in-  
terpretes Zabulum per mallei figuram intelli-  
gunt, à quo malè omnes procedūt cogitationes,  
prauac̄ consilia, & bonorum operum perturba-  
tiones. Hunc malleum hieroglyphicōs vniuersa-  
terræ confractum contritumq; intelligit Hieremias aduentu Christi, subindeq;  
confringi quotienscunq; prauis posthabitis operibus, ad rectam viuendi ratio-  
nem conuertimur. Vnde ait Apostolus: Deus autem conterat satanam sub pe-  
dibus vestris quamocysimè. Sed super hoc plura legas homilia tertia in Hiere-  
miam apud Adamantium. Zabuli verò nomen, quo Theologi veteres plurimū  
vtuntur, idem est quod diabolus, vt Zacinthus per resolutionē Diacynthus.  
Theocritus, καλὰ πόλις ἡ Μάλιαθος, quod & alibi notauiimus.

MALORVM IRRIL-  
tamentum.



F

## D E S I S T R O.

**S**istrum in Cleopatræ manu Virgilius statuit. Idem in Isidis sacerdotūq;  
& Regū aliorū manibus spectatur, mysticū quidē instrumentū, sed quo  
crepitum admodū sonorum prociebat, de quo apud Maronem legas:  
Regi-

A *Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.*

Interpretes quidem lītulam & līstrum Niliaci accessus & recessus hieroglyphica fuisse dicunt. Sedenim necesse est hoc altius atq; diffusius explicare.

R E R V M V I C I S S I T V D O.

**S**līstrum itaq;, cuius vīsus totus erat in motu, eam rerum vicissitudinem, quam iuniores alterationem vocant, cōtinuumq; formandi deformandiq; motum indicabat: nam eius quassatio assiduum rerum motum ostendebat. Cæterū quia quæri solitum à plerisq; līstri species quænam esset: pro re fecerim, si prius quām partium eius significata tractare aggrediamur, formam instrumenti eius à Plutarcho traditam descripsero. Erat līstri species orbicularis, & æquè caua, in cuius circumferentia mobilia quatuor veluti tintinnabula appendebantur. Portio siquidem ea, quæ generationi corruptioniç obnoxia est, lunari subiicitur globo, infra quem omnia commutantur, alternantq; vices variabilis æui, quippe quæ sint ex elemētis quatuor, igne, terra, aqua & aëre cōflata, & in hanc vel illam speciem conformata. In apside verò, summo verticis loco, felem effin-  
B gebant, quæ faciem humanam haberet: infrà verò sub motabilibus illis orbiculis, hinc līsdis, inde Nephthys effigiem: quibus quidem figuris ortum & obitū indicabant, cuiusmodi sunt elementorum quas vocant alterationes & motus. Quid verò sibi feles vellet, suo commentario dictum, vt scilicet Lunæ symbolū esset, quòd animal id temperaturam cum Luna perquā similem habeat, siue coloris varietatem, siue astum, siue nocturnam potius quām diurnam exercitacionem, siue procacem admodum salacitatem cōsideremus. Quid verò illud quod aiunt, felem vnum primo partu edere, secundo duos, ac singulis X X V I I . ita vicibus vñq; ad septenos vnum addere, vt tot deniq; tota vita . . . . . pariat natos, quot in Luna dies connumerantur? Iam verò pū-  
pillarum incrementa decrementaq; pari cum Luna consensu o-  
mnibus innotescunt. Humana verò facies nihil aliud sibi vole-  
bat, ait Plutarchus, nisi vt intelligeremus animal id peritiam &  
rationem mutationū quæ lunari globo accidunt, habere, quan-  
do vni homini per rationem intelligere datum est.

C

• DE TRIDENTE.



X līstri figura igitur elementarem omnem plagam intelligimus: ex incude, terram & mare. Si verò quis mare tantū hieroglyphicè signare voluerit, habebit ex numis vnde figuram sibi desumat.

M A R E.

**I**n promptu siquidem est tridens, qui in Neptuni manu positus, symbolum, uti Plutarchus ait, erat tertiae regionis ab igne: qua de causa ita & Amphitritem & Tritonas appellant. In numis sanè paſſim pro symbolo Maris ponitur, vt multis est locis cernere.

T R O E Z E N I I.

**A**liquot verò numi tridentis nota signati, Træzeniorum indicant rempu-  
blic. Siquidem cùm illi Neptunum religiosissimè colerēt, hieroglyphicum  
tridentis in numis cultus sui testimonium imprimebāt. autor Plutarchus idem.  
Et ποεισθων aliquando Træzen ipsa dicta, hoc est, Neptunia, vt apud Stephā-  
num habetur: tametsi ea sit olim alijs atque alijs nominibus appellata, quippe

# Pierii Val. Aratrum.

nunc Aphrodisias, nunc Saronia, nunc Apollonias, & Anthanis. Peloponnesiacam autem hic intelligo: nam alia est omnino Træzen iuxta Massiliam, quæ pertinet ad Italiam, à qua prouincia etiam ipsa Træzenis olim nuncupata. Sed ut ad priorem reuertamur, Pausanias Palladem & Neptunum de regione ea certamen iniisse tradit: pugnam Iouis sententia diremptam, qui regionem cōmunem vtricq; eorum esse sanxerit: eaq; de causa Palladem apud ipsos ~~ωλιάδας καὶ θειαδας~~ nuncupatam, Neptunum verò ~~βαστίας~~, esseq; in eorum numis una parte tridentem, in altera autem Palladis ipsius caput.

## M A N T I N E A.

IN Mantineensium etiam scutis tridēs signatus erat, quare eius vrbis ciuis per Igestamen id cognoscetatur, vt apud Pindarum.

## L E G I O   V I G E S I M A.

Spectare est Brixiae antiquo in monumento tridentem in insignium quadrundam militarium medio positum, in candelabri quodammodo speciem figuratum, supra quem literæ sunt, L E G. X X. Inscriptio est, quæ Lucium E Antonium Fab. Quadratum in torquibus & armillis ab Tito Cæsare bis donatum indicet.

## D E A R A T R O.



Anta fuit olim agriculturæ reverentia, tantusq; honos illi semper habitus, vt veteres scepta Regia in Aratri formā effigiaret, quo & ipsi quoque sacerdotes perinde ac Reges vtebantur.

### D E M O L I T I O.

Circunducendi verò aratri obseruatio non in cōdendis tantum vrbibus reperitur, verū etiam in euertēdis delendisq;. Quare illud apud Modestinum Digestis lib. VI I. tit. Quibus modis, &c. obseruandum: Aratro in ciuitatem inducto, ciuitas esse desinit, vt passa est Carthagō. Eoq; spectat Horatianum illud primo Carminum:


*Imprimeretq; muris  
Hostile aratrum exercitus insolens.*

Et secunda Philippica M. Tullius: Ut vexillum videres, & aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuae penè perstrinxisti.

## A G R I C U L T U R A.

Nimirum etiā est aratru agriculturæ frumentarijq; prouentus signum, vt in numero argenteo cernere est, cuius inscriptio est ab occipitio, S C I P I O I M P . cuius caput elephantino est insigne capite, quod dubio procul Africanū signat: infernè aratru pulcherrimè factū. Ante faciem spica, inde literæ, Q. M E T E L L V S. Ab altera facie sigillū nudū, cuius dextera innitit femori: lœua supra magnā spicam toto brachio exporrigitur: literę hinc, R E G. F. C. inde, E P I V S. De frumentaria verò Africæ feracitate alibi sāpe dictum. Quod verò Prophetae olim dixerunt, ex Sion procedet lex, & verbum Domini de Hierusalem, corrigetq;

## S C E P T R U M   R E-gium.



F

**A**rigetq; vim magnam populorum, ut concidat gladios suos in aratra, & frameas suas in falces; Irenæus lib. in Valentini quarto, pacificum Christi dogma præmonstrasse tradit. Christiana igitur institutio ad pacem, ad concordiam, ad unanimitatem comparata est. At quod nos decidimus: quæ nobis tempora destinata sunt: quibus quæ plurima tam publicè quam priuatim Christianis accidunt mala, non aliunde sint, quam ab ipsis Christianis.

## D E F L A G E L L O.

A V G V S T V S M E N S I S.

 **V**niorum inuentum est, per flagella duo frumentaria in transuersum alterius alterum posita, Augustum mensem indicare, quod eo potissimum tempore tritura peragatur, inter messem scilicet & vindemiā, nisi hoc fiat, agricolis vix, quod agant, habentibus. Sedenim cum non eadem sit regionibus omnibus triturandi ratio, hieroglyphicum hoc iis tantum inseruit, quibus id instrumenti usui est.

I M P E R I V M.

**B**Id receptius apud veteres est, ut per flagellum imperium significetur, quod se ipse in Consularibus numis cusum obserues. Quinetiam in conjecturali disciplina nihil ab hoc diuersum notat, quod vel ipsius M. Tullij Ciceronis somnio fatis innotuit, cum is C. Cæsarem in Capitolium prosecutus, Augusto viso, affirmauit ipsum esse, cuius imago sibi secundum quietem obversata, ccelitus aurea catena demissa, cui lupiter flagellum obtulisset.

T O L E R A N T I A.

**E**st & tolerantiae symbolum per se manifestum satis flagellum ipsum, quo uno signo Laconum patientia verbis tolerādis assueta, clara & illustris habebatur. De qua Tertullianus: Certè Laconi flagella, sub oculis etiam horantum propinquorum acerbara, tantum honorem tolerantiae domui conferunt, quantum sanguinis fuderint.

## D E F R A E N O.

R E X.

**C** **B**officio verò gubernandi regendiq; habenæ quoq; in Regis significatum veniūt. Hinc frænum nonnulli in Fortunæ manu statuunt. Hinc plerisq; locis eadem clavum tenet nauigij gubernaculū. Sed habenas tenere, pro regere, passim apud autores usurpatū. Quia verò funē ex corio primū fuisse cōstat, ut naues apud Homerū ligant, funes interdū habenas vocari cōperias. Et nostri Belluneses, toto agro, validissimos funes ex crudo corio in ligulas longas secto, in tricasq; mox arcte cōplicato conficiunt, quos etiā rusticorū vulgus funes appellat. Quin & Virgil. vetustatis amator dixit, classiq; immittit habenas, cum funes intelligeret velo regendo aptos, ut Cælius Urbanus antiquus grāmaticus interpretatur. Quanq; eruditissimi nostro tempore sint, qui eo loco habenas metaphorice pro clavo positas arbitrentur.

T E M P E R A N T I A.

**E**adem porrò ratione qua clavis in nauis moderationem significat, frænum tum moderationem, tum quam Theologi nostri temperantiam appellant, significare dicunt. Nam quod temo nauibus, id equis frænum est. Locatur in hanc sententiā Plautus, Rudente, nauem pro equo intelligens, ubi sacerdos ad pueras electas ait: Nempe equo ligneo per vndas cœruleas estis vectæ. Camus &

Nn

# Pierii Val. Frænum.

frænum idem sunt, quamvis camus ad inflectendam ceruicem comparatur, frænum ad oris, ac perinde totius corporis regimen. Horum significatum est, malarum incitationum coercitio, ut exponunt Theologi eo loco, In camo & fræno maxillas eorū constringe, qui non approximant ad te. Dicitur autem κάμη ab inflexione πρὸς τὸ κάμπω, quod domare est. Huiusmodi enim fræni genere desultores vtuntur ad pullorum ceruices intactas edomādas. Nemeseos porrò signum ab antiquis celebratum, insigne cubiti mensura manu prætenta, nec non fræno, in hunc scilicet modum:

Hέ Νέμεσις περλέγει τοῦ πάχεος τῷ παχεῖ τοῦ παχείων,  
μέτ' ἀμετρόντων διεισιν, μέτ' ἀχάλινα λίγεν· de qua ita nos:  
Una manus cubitum ostentat, gerit altera frænum:  
Illa, modum serua, hæc admonet, os cohibe.

## D E T V R B I N E P V E R I L I.

**H**abenarum mentio turbinem in memoriam attraxit, quia turbinis concitatio ab habena est. De hoc autem Græci Latiniq; potius, quam Ægyptij, quantum investigare potui, meminerunt. Quoniam verò clari admodum viri similitudinem à rhombo, qui turben est, desumpsere, quid in eo lateat hieroglyphicum, exponere visum est operæprecium.

## V E H E M E N S M E N T I S A G I T A T I O.

**E**s autem rhombus, vt hinc exordiamur, lignum buxeum, vel ex solidiore aliqua arbore tornatū, plana lataq; primum basi, cono sensim in angustum abeunte, cuius apex clavo armatur ferreo. Vsus eius in puerilibus ludis cùm antiquissimus fuerit, Florentini, apud quos plurimum exercetur, eum vulgo Païacon appellant, vocabulo ipso vetustatem indicante. Implicatur is à cuspide prælongo loro, atq; ita ludo puerili, quanta vi fieri potest excussus, basi supernè, cuspide infernè versa solo alliditur: dum verò ab intorto se loro explicat, in rapidissimam concitatur vertiginem, atq; ita volubiliter rotatus, spatiis ampliè curuatis hac illac fertur: pueri superstantes flagello illum exagitant, acriq; intorta plaga impetum vehementiorem adiiciunt: Turben hic à Tibullo, à Marone autē turbo, vt Sosipater Charisius obseruauit, dicitur. Ob eam igitur concitatissimam vertiginem agitationemq; poëtæ mentis volubilitatem, quæ nullo possit loco consistere, rationeve sedari, quod plurimum in furore accidit, expressere. Atque ita Tibullus amatorio furore exagitatus, de se dicit:

Nanq; agor vt per plana citus sola verbere turbo,  
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Ludum hunc Maro dilucidius pinxit, vbi correptam furiis amatam reginam nusquam consistere posse, ita luculenter ostendit, vt versus hi, vel decies repetiti, nullius vñquam tædio recitentur:

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,  
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
Intenti ludo exercent: ille actus habena  
Curuatis fertur spatiis, super inscia turba  
Impubesq; manus mirata volubile buxum  
Dant animos plagæ. Non cursu segnior illo  
Per medias vrbes agitur, populosq; feroce.

Quoniam verò inter furoris species quinque à Platone memoratas amatorius locum

**A** locum obtinet, rhombum Magi alliciendis amatoribus aptum beneficiis adhibuere; de quo apud Theocritum, Pharmaceutria.

## DE COLV ET FVSO.

**N**E<sup>c</sup> quidem in mystico hoc scribendi genere contemnendæ sunt colus & fusus, cùm ex iis antiquissima quædam referantur significata.

F A T V M.

**P**Er colum autem & fusum significari satū, longè manifestius est, quām vlla debeat cōmentatione vlerius explicari: plena siquidem sunt poētarum volumina, fatum ipsum per stamina, per fusum, per colum, per fila vbiqz significantium. Tris verò Parcas illas huius negocij arbitras, qua de causa vetustas finxerit, Platonem latissimè interpretatum alibi diximus. Tris autem illas esse, quarum vna colum sustineat, altera neat, tertia adactis in fila forficibus modo hæc, modò illa occet: ita rebus quotquot in mundo sunt, ortum, auctum, interitum esse proprium, ignorare neminem crediderim. Si verò tabulæ huius seriem quis deliniari sibi cupierit, ita picturam digeramus, vt Clotho vestem induta versicolorem, cum corona septem stellis insignita colum teneat ingentem

**B**admodum. Lachesis veste passim stellata insignis, manibus in pendentium magno numero fusorum fila immisis, modò hunc, modò illum torquere videatur, vtraque palma ad torturam composita. Atropos atrata insultet filis forfice detruncandis. Fusi solo passim iaceant, alij modico, alij plurimo obvoluti stamine. Fila variis sint picta coloribus. Minimè verò dissimulanda sunt, quæ filo super ex diuinis literis tradit Hesychius: subtegmen quidem mortalium intentionem indicare, stamen verò Dei nutum, vtpote firmius, ea<sup>c</sup> gratia quæ stabilis atque incommutabilis in nobis permanet, quæ nostræ intentionis subtegmen admittit, vt boni operis indumentum contexatur.

**Q**VOD verò colus & fusus nouam nuptā in-dicet, aliquis fortè dubitarit. Sciendum autem id inde sumptum boni ominis causa, quod Cæciliæ, quæ alio nomine Tanaquil Tarquinij Prisci vxor fuit, lana cum colo & fuso in templo M. Anci diutissimè adseruata perdurarit, cuius rei mentionem facit Varro. Et quoniam res

**C**Tanaquili feliciter cessit, institutū vt nubentes virgines comitaret colus compta, & fusus cum stamine. Hinc gratulari libet antiquitati patriæ meæ, vbi toto territorio mos adhuc huiusmodi obseruatur, vt postero die quo noua nupta traducta fuerit, mane præstō sunt domestici cōiunctiores sponsō, cū colo & fuso, quos nouæ nuptæ offerāt, armæ<sup>c</sup> alia, quibus opus aliquod domesticum fieri soleat. quanquā vulgus interpretatur id ea de causa fieri, quasi subinnuere velint, hesternum quidē diem & genialem & festum suisse, postero autem ad officia muliebria redeundum. Nam & alibi de olla meminimus, quā noua nupta postero à nuptiis die iubebatur à socrū petere, quam illa peracerbè conviciis etiam superadditis abnegaret. Sedenim tā pervulgatus de colo fuso<sup>c</sup> mos, antiquitatē illā sapere mihi videt.

N V P T I A E.



P A V L A T I M Q V I D E F F E C T V M.

**S**Eparatim autē per fusum glomo obvolutū, sunt qui paulatim quid effectum intelligant, quod apud veteres nusquam inueni. Nam fila ipsa dum nentur,


Nn ij

# Pierii Val. Laqueus.

paulatim coēunt, sensimq; torquentur, & ex molli vellere linōve per patientis D simam contationem in eam soliditatem ac firmitudinem, quæ operibus facien- dis apta sit & idonea, coalescunt.

**A**T colus atq; pensa tantūm, staminibus ab-  
ruptis, mortis habere significationem tra-  
dunt, vulgata quam citauimus Parcarum fabu-  
la, quarum munus esse diximus, suum vnicuiq;  
rei finem præscribere, inde etiam ficto nomine,  
quòd, vbifatalis advenerit dies, nemini parcāt.  
De vi autem earum, quam *ἀπάτησομεν* esse dicit  
Plato, nos inconvertibilem dicere possumus,  
quoq; pacto non circa stabilem corporis sanita-  
tem tantūm, verūm etiam ad animos in legum  
cultum & obseruantia inducendos munus exer-  
ceant suum, quin legibus & sanctionibus firmam prestant in columitatē, duo-  
decimo Legum libro circa finem Plato differit: ibidemq; interpretes de fixarum E stellarum orbe multa. Lachesin quippe firmamentum esse (vt superiorem fabu-  
lam apertius interpretetur) in cuius stellis vires sortesq; inferiorum omnium  
contineantur. Clotho verò Planetarum cœtum, in evoluendis rerum sortibus  
firmamento subministrantem. Atropo deniq; Saturnum, qui stabilitate sua  
eductas in effectum sortes immutabiliter cōfirmet: quæ quoniam latè apud eos  
disputantur, à me nunc prætereuntur.

M O R S.



## D E L A Q V E O.

**A**Ec verò Parcarum līna in opus deducta, laqueum neuère, artificiō  
astu composuerunt; de quo dicere non fuerit importunum.

A M O R .

**L**AQUEUS vel vinculum, nunc rete, nūc decipula quælibet, amore  
hieroglyphicè significat, quippe qui artibus his homines cōvenetur, taciteq; ag-  
gressus incautos in insidias trahat. Addunt etiam nonnulli hamum, de quo lo-  
co suo dictum. Quod ad laqueum facit, aliqua spe proposita voluptatis ita de-  
cipimur, veluti feras quoq; apposita esca, spe boni capere moris est. Neminem F  
enim facilius decipias, & arbitrio colligaris tuo, quām amantem: vnde etiā vin-  
culum, & vinciendi, & captiuum reddendi, significatum habet.

V E N V S.

**I**PSI verò Veneri amoris genitrici à vinculo nomen inditum: siquidem à vie-  
re, quod ligare est, dictam ait Varro. Quod verò apud Lacedæmonios Ve-  
nus cognomento Morphæ, pedicis circa pedes obvolutis ostendebatur: nam  
Tyndarum ferunt conieccisse Venerem in vincula, quò filiarum opprobria, que  
impulso eius acciderant, vlcisceretur. Sedenim Pausanias figmentum hoc à vul-  
gi fabula summouet, remq; eruditius hieroglyphicè interpretatus, ea specie si-  
gnificari tradit, quòd debeant mulieres erga viros suos in fide firmiter & con-  
stanter permanere. Nostrī in vniuersum castitatem & sobrietatem ita cōparan-  
dam monuère, si tali vtamur hieroglyphico, dum aiunt,

*Compedibus Venerem, vincis constringe Lyæum.*

D I A N A.

**A**PUD eosdem Lacedæmonios Diana simulacrum, quod Iphigenia & Ore-  
stes

**A** stes ex Taurica regione detulerūt, vitice colligatum colebat, nempe quod eam auferentes viticū fasciculo obuolutā occultauerint. Huic quondam homines sorte ductos immolabāt, quod sacrificij genus Lycurgus in Epheborū flagra cōmu-tauit, simul ut aram Dianæ, quod ipsa oraculo sibi depositare visa erat, humano sanguine conspergeret, simul ut plagarū cōtemptu fortiorē redderet iuuentutē.

DIANA STRAN-gulata.



**A** Pud Caphyatas Arcadiæ populos, Dianæ strangulatæ simulacrum, atque eidem templum erat. Significabat id, non hieroglyphicè, sed historicè, rem super ea gestam, propterea quod pueri quidam circa templum ludentes funiculum repertum simulacri collo iniecerunt, sed Dianā suspendisse dicentes, quos Caphyatae lapidibus obruerunt, oraculo inde moniti eos sepelire, & sacra quotannis facere, cum eorum uxores omnes abortiuos partus ederent, autor

B Pausanias.

## FIRMITAS.

**S** Vum verò οὐαλιος Lacedæmonij pedibus vincitum colebant, cuiusmodi vestitissimā apud eos statuam fuisse Pausanias attestatur, ne scilicet aliorum ab urbe sua secederet, sed in ea firmus stabilisque permaneret. Cuiusmodi insania Tyrios etiam vexauit, quo tempore ab Alexandre Macedone obsidebantur: nam & Apollinis ipsi sui basin aurea catena religarunt, cum quidam in concionem progressus affirmasset, visum sibi per nocturnam quietem Apollinem dicere, velle se transire ad Alexandrum: post quod vinculum iniectum, eum insuper Tyrī Alexandre cognominarunt. Sedenim aliorum quoque deorum statuis Plutarchus ait Problematis Tyrios vincula solitos iniicere, id scilicet indicantes, quod lento gradu in scelerum castigationem ferantur. Et Horatij locum de pœnâ quæ claudio incedit pede, in hanc eandem sententiam Porphyrio interpretatur.

## INVONIVS.

**C** ET ahenea Milonis statua in Olympia fuit, quæ super discum posita vincitis simul pedibus inniti videbatur. Malum autem Punicum sinistra tenebat. Dexterae digitæ recti, & rigentibus similes apparebant: vittaque caput habebat redimitum. Rem ita interpretatus est Philosophus Tyaneus, ut Milonem athletam dixerit lunonis sacerdotem à Crotoniatis institutum, idque mitram & redimiculum indicare. Arborē verò malum Punicā solam in lunonis honorem plantari.

## FORTITUDO ATQUE TEMPERANTIA.

**Q** Vanquā alij eruditioñis hieroglyphicæ non ignari, dicunt pedes colligatos quod significare, quod fortissimus is athleta nullius viribus ex eo loco, ubi semel constitisset, dimoueri posset. Malum manu comprehendens, digitorum eius fortitudinem indicare, quod identidem nullius conatu auelli posset. Correctiōnem verò digitorum eodem roboris argumento significasse, quantū illi virium inesset, quod à quoquam vel robustissimo, neque inflecti, neque dimoueri potuerint. Per vittā verò temperantiā hominis aiunt indicari: athletæ enim vires suas ea potissimum ratione custodiebant, quod ab iis quæ corpus eneruant libidinibus studiose admodum abstinebant.

# Pierii Val. Laqueus.

MINERVA ARCADICA. D

**N**E<sup>Q</sup> quidem Diana<sup>æ</sup> tantū simulacrū ob-  
ligatū erat apud Arcadas, verū etiā Mi-  
neru<sup>ç</sup> signum obligato crure ostendebat. Signi-  
ficabat id vulnus, quod ipsa à Teuthi Arcadum  
duce acceperat, dum illi suadere, & obstare cona-  
tur, ne Gr̄ecorū societatem desereret, quam ipse  
ob simultatem in Agamemnonē repudiauerat.  
Teuthis autem apud Arcadas colebatur, & cer-  
tainem id cum Minerua illi laudi adscribebatur.  
De stupore verò & imperitia Arcadum, qui ni-  
hil cum Minerua commune aut sociale habue-  
rint, in Quercu, atq; etiam in Asino, satis dictum.



## SE M E N I N V T E R O.

**S**Aturnum Apollodorus alligari ait per annum lanceo vinculo, & solui ante  
diem sibi festum mense Decembri: atq; inde prouerbiū, Deos habere pedes  
lanceos. Hinc verò significari semen in vtero animatum (nam à satu Saturno no- E  
men) in vitā grandescere, ac donec erumpat in lucem, quod decimo fieri mense,  
& Virgilij & aliorū testimonio, iis quæ rectè ferunt, comprobatur, molibus in-  
terim naturæ vinculis detineri. Sunt verò qui referant id ad tempora, quæ certa  
naturæ lege connexa sunt: vel quod fruges omnes vinculis nodisq; quibusdam  
alternentur; vel quod in Tartara cōiectus, propter loci, in quo versatur, profun-  
ditatem, quasi quibusdam ibi vinculis detineatur, ut deportatus. Alij fictum vo-  
lunt ob motus tarditatem, de quo alibi.

## A R T I F I C I O S V M O P V S.

**Q**Væ verò vincula statuis, quas Dædalus elaborasset, iniici solita sunt, id si-  
bi volunt, artificiose adeò fuisse fabrefactas, vt abire viderentur, quo circa  
vinculis compescendæ essent. Meminit huius rei Plato in Menone, Dædali si-  
gna, inquiens, nī religata fuerint, abire & fugā arripere: vbi verò revincta sunt,  
consistere. Proinde si quis aliquod eius habeat, et solutum esse sinat, incertā eam  
esse possessionem, perinde ac quis seruum habeat fugitiuum. Et primo Politici-  
corum Aristoteles Dædali statuas memorat, quas vulgus sponte moueri, & o-  
pus facere dicitasset. Neq; desunt qui ligneam Venerem à Dædalo fabricatam F  
autument, quæ argento viuo infuso moueretur. Hinc quotiens opera huiusmo-  
di & pulcherrima & absolutissima esse ostendere voluerimus, si Platonis senten-  
tiam approbemus, eorū pedibus, aut quæ opportunior fuerit parti aliquid ad-  
alligabimus.

## N E Q V I T I A.

**I**Vniorum incepsum esse volunt nonnulli quantivis preciū viri, amorem obli-  
gatis oculis pingi: neq; id antiquam sapere eruditioem, cum eum ipsi dicant  
oculatissimū. Plericq; tamen veterū, vt Theocritus, Menander, Archilochus, &  
è nostris præcipue Virgilius, amor cæcitatem attribuerunt, eum scilicet amo-  
rem intelligentes, cui assidua est comes nequitia. Affectū enim in turpitudinem  
cæcum esse, nemo non dixerit. Appetentia enim quæ ab oculorū sensu est, intel-  
lectum concitat ad voluptatem: ea verò tali orta principio, quæ putat in cōspe-  
ctu esse bona, ea tātū concupiscit, addictaç; sensui à contemplatione auertitur,  
neq; sui compos est vt possit eligere. Impetu igitur raptatur, & in furorē fertur.  
Furor dubio procul intellectum obcæcat; quiq; ita affectus est, is cæco carpitur  
igni.

**A**igni. Qui verò electionis est compos, auream colit Venerē, nihilq; prius curat, quām cæci stimulos auertere amoris: cęci, quia dubio procul affectus ille à sensu rectus, aut exoculatus est, aut ita oculos habet obligatos, vt nec quę attingūt ad rē, nec sumptus videat. Quòd verò sint qui, Cęco carpitur igni, exponāt, cęco, validiore, quia dixerit Ouidius, Quoq; magis tegit, tanto magis æstuat ignis: cur nō dixere potius, cęco, intellectus & rationis lumine priuato. Id tamen actiuè, quia non videbat omnino Dido quò rueret, quò raperetur, in quantū æru- mnarum tragediam se præcipitaret. Amat Scyllam Glaucus: Scylla lupis est ca- nibusq; succincta, quod meretriciam proteruitatem & impudentiam ostendit. Glaucus idem vel cæcus, vel vt significantius loquamur, lusciosus, & glauco- ma cæcitas Latinis est. Sed cur non ea etiam de causa laqueum amoris insigne dixerimus, quòd vbi quis perdite insanire cœperit, extremo sibi aufugio, & mi- seriarum liberationi laqueū agnoscat: vt elegantissimus ille monet senariolus:

Ἐρωτα τῷ καὶ λιμὸς ἐπειδὴ μὲν χρόνῳ.

Ἐάν δέ μήδε τῶν τοῦ φλέγα στέρη,

Δέρα πεια σοι τὸ λοιπὸν ἡγετήσθω Λεόντῳ.

**B** quod ita Latinè reddere possumus:

Fames amorem sedat: hæc si non potest,  
Non grande saltem tempus efficit: nisi  
Præstare tempus hoc queat, reliqua salus  
Est laqueus, aptes quem tibi.

Passim verò poëtæ amoris retia decantāt, que statim declinare studeamus. Nam vt sapientissimè admonet Lucretius:

Vitare plagas in amoris ne iaciamur,  
Non ita difficile est, quām captum retibus ipsis  
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.

#### V E N A T O R .

**S**Edenim cū venationis præses Diana singatur, iure illi & laquei & retia sunt attributa, vt pote præcipua venatorum arma. Vnde Psalmo x c scriptum: Libera me de laquo venantium. Et c x x v canitur: Anima nostra sicut passa erupta est de laquo venantiū. vbi animaduertendū est, apud Græcos quidem **C** θηριόντως legi, quam literam nostri secuti sunt: sed apud Hebreos vocabulū esse, quod aiūt significare Sidonios, populum Iudeis semper infestissimum: venatores enim Sidonij, inquit Adamantius. Necq; ignorauit hoc Maro noster, apud quem Venus mater Æneæ filio      Media se fert obvia sylua,

Virginis habitumq; gerens & virginis arma      Spartanae.  
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum  
Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis,  
Nuda genu, nodosq; sinus collecta fluentis.

Curq; hoc venatricis habitu incederet, causam mox infert:

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,  
Purpureoq; alte suras vincire cothurno.

#### A N N O N A .

**Q**Vinetiā ipsa venationis locutio aliquid præ se fert hieroglyphicū: si quidem venatio tum viētum, tum annonā, & quicquid in humanæ vitę usum cōpara- ra, significare dicit. Venatu enim primę ciborū delicię cōparate. Quare videas locū Psalmographi, Vīduā eius præcipue benedicā, quod in antiquis Græcorū

# Pierii Val. Catena.

exemplaribus θηρίων, non χίρων legitur, quod venationem significaret: ex qua locu D tione Theologi omne ciborum genus quod ad pulpamenta comparatur, acci piendum dicunt. Nam & qui Hebraicam lectionem sequuntur, aliquid simile deprehendere, cùm pro, viduam eius benedicens benedicam, annonam illius: alij, præcipue benedicam: alij, amplificabo, copiosissimamq; faciam, reddid crūt.

## D O L I   O C C V L T I .

**S**ed vt ad laqueum revertamur, id instrumenti occultos dolos & calliditatem insidiarumq; indicat cogitationes. In occulto enim tendi solent insidiæ, quemadmodum & laquei: & in eiusmodi sententia à fatidico vate Dauide posatum inuenias. Idem alibi mortis laqueum memorat, pro morte per insidiæ intentata. Nam quod laquei venatoribus aduersus feras, id insidiæ in hostes præstant. Dubio procul enim ubi Psalmo legitur, Laqueum parauerunt, dolos omnino significat. Eucherius. Atq; alibi in iisdem sacris literis de meretrice legas, vinculum in manibus eius de vitiis: Dirumpamus vincula eorum, & prossi ciamus à nobis iugum ipsorum, vt contrito laqueo liberemur. Nam hæc quan diu rupit Sampson, inimicos vicit.

## D E C A T E N A .

## A P E R T A   V I S .

E



Atena verò vim apertā significat, quia victis palam iniiciuntur, necq; vllam exigunt occultationem.


## V I T I A .

**T**heologi nostri veteres, catenas vitia significare contendunt, quod vitia se invicem gignere atq; arctissimè complecti consuevère. Nam qui de moribus disputant, necesse aiunt multa illi inesse vitia, in quo vel vnum tantum fuerit in conspicuo: vsquadeò peccatū esse transire lineam, finiuere. Sic à manibus Petri Apostolorum principis catenæ ceciderunt: sic illi soluendi ius diuinitūs attributum. Hoc tamen significato iuniores laqueos libentius dixerunt.

**S**Vnt tamen & maritalis vitæ indicia, propriæ que similitudines catenæ, que pedibus, queq; manibus iniiciuntur. Nam pedicæ vitæ liberoris progressum impediunt, hominemq; intra certæ rationis ergastula cohident, necq; licentius euagari permittunt. Manicæ verò sunt negotiorum impedimenta, quibus implicari necesse est familiæ patrem, si rem, liberos, domūq; suam recte administratā, institutā, conseruatamq; velit.

## C O N I V G I V M .

F



## D E I V G O .



Nter vinculorum genera & iugum est, cuius varia omnino sunt si gnificata. Sed quoniam de maritali vinculo loqui cœpimus, eidem hoc adiiciemus.

## P A R   C O P V L A .

**P**Ro vita coniugalí, vel ipso nomine rem indicante, honestiori argumento iugum accipi. Ea siquidem est coniugatio & copula maximè maritalis, vnde coniugium & vincula iugalia, & parem denique conatum, curam, amoremq; et studium in consortibus esse debere indicat, atq; hoc est quod apud eruditos dictum inuenias, Pari iugo.

S V B

**A** Pud Horatium iugum aheneum pro violenta subiugatione positum repe-  
rias, vt eo loco:

*Sic visum Veneri, cui placet impares  
Formas atq; animos sub iuga ahenea  
Sæuo mittere cum ioco.*

Nam & subiugare, militare verbum, & sub iugum mittere, passim apud histo-  
riæ scriptores inuenias. Erat verò huiusmodi iagi species, vt in Armorum com-  
mentario diximus, ad similitudinē n Græcæ literæ, duabus scilicet hastis in ter-  
ra defixis, tertiaq; ad summum earum diligata, sub qua vieti hostes omnibus ar-  
mis exuti, subeuntes transire per ignominiam iubebantur.

**I**Nuenias & pro seruitute iugū poni, ac perin-  
de pro fatigatione: vnde subdere colla iugo,  
pro trahi in seruitutem & labores, passim apud  
poëtas, à bobus nimirū sumpta metaphora, qui

**B** ad hoc iunguntur vt laboribus exerceant. Hoc  
significato Assertor noster, qui calicis amaritu-  
dinem suis alibi pollicetur, de promptæ volun-  
tatis alacritate loquens, suaue esse iugum suum,  
& onus leue profitetur.

## L E G E S.

**S**VNT qui per eiusmodi dictum leges intelligi  
putent, q; appellatione iugi legum onus fuerit etiam à Dauide nūcupatum.  
Omnino verò leges pro subiugatione & imperio vicissim à Marone dictū: Le-  
gesc; viris & mœnia ponet. Nam qui legibus parent, similitudine quadam col-  
la iugo subdere videntur: & qui potentiorum arbitrio subiiciuntur, subire iu-  
gum identidem.

## P A T I E N T I A.

**S**VNT qui iugum significato patientiæ præferant, quo plurimum insigni ga-  
uisus est L E O X. P. M. Cùm enim ab ineunte ætate Virgilianum illud  
admirari cœpisset, quod solitus ille, vt aiunt, dicere, nullam homini virtutem pa-  
tientia commodiorem esse, eam sententiam ita carmini mox inseruit:

**C** Superanda omnis fortuna ferendo est.

Nullum vñquam is opus neque publicum, neque priuatum, etiam cùm ad pon-  
tificatum evectus esset, faciendum locauit, cui iugorum insignia non apposue-  
rit, cum inscriptione, S V A V E , vt scilicet ad virtutis eius fructū percipiendum  
alacrem esse necessariam voluntatem innueret, iugumq; id suaue futurum, quod  
libenti animo toleraretur. At contrà nihil tam facile, quin difficile apparcat,  
quod inuitus facias. Postea verò, cùm is rerum potitus esset, ad insigne id ea ac-  
commodata est interpretatio, quæ orta est ex re ipsa, eo scilicet principe iustum  
& clementem atque adeò suauem humano generi seruitutem obtigisse.

## I V P I T E R.

**S**Ed quid illud, quod ipsius Iouis symbolum est, iugum: Iugare siquidē Iouis  
inventum esse veteres tradiderunt, & à Iouis nomine Græci Ρωξα deduxerūt.  
Ipsum autem aiunt primū iumenta iunxisse, vt ea in frugum satu frugalem no-  
bis operam præstarent. Nam Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.  
Nec ignorauit hoc Naso, cùm scripsit de Ioue ipso:

*Semina tum primū longis cerealia sulcis*



## S E R V I T U S.

# Pierii Val. Clauus.

Obruta sunt, pressiq; iugo gemuere iuuenci,  
Postquam Saturno tenebrosa in Tartara missa,  
Sub luce mundus erat.

D

## D E C L A V O.

**H**abet quid simile cum iugo, cum cip; laqueo, clauus, quantum pertinet ad colligationem, applicationem, vniōnem: quare locus exigit, vt super eo quoque aliquid differamus.

### S I S T E R E.

**C**lauus utiq; sistendi firmandi signum habitus apud antiquos. Et dea ipsa Necessitas adamantino clavo insignis fingebaratur, quæ vbi quid faciundū decreuisset, non licere vel diis ipsis intercedere, Homerus ait. Hinc apud Horatium Fortunam ipsam, quæ rerum humanarum domina fingitur, semper anteit sœua Necessitas, siue, quod in antiquissimis codicibus obseruauit, serua Necessitas,

*Clavos trabales, & cuneos manu  
Gestans ahena, nec seuerus  
Uncus abest, liquidumq; plumbum.*

E

Eodem utitur hieroglyphico Tullius Verrinis, vbi ait: Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consiliū sententia Mamertini se frumentum non impasse pronunciat.

### S O S P I T A M E N T V M.

**Q**ui verò clauus aheneus, non nunquam & ferreus in postico pariete templi, quod Mineruæ dicatum erat, in Capitolio visebatur, præsentanei remedij ad mala quæ impendere viderentur, signum habebatur, atq; amuletū erat præcipuè contra pestilentiam, eoq; vim morbi sisti persuasum fuit. Figebat eū Consul solenni sacro. Et aliquando Dictator solius figendi clavi causa creatus est: quo in albo Cincius Manlius, Gn. Quintilius, & alijs nomē habent apud rerum scriptores. Cuiusmodi rei adhuc Romæ extat monumentum hoc:

F

M. ORATIVS CONSVL EX LE GE  
TEMPLVM IOVIS OPT. MAX. DEDI  
CAVIT ANNO POST REGES EXACTOS.

A CONSVLIBVS POSTEA AD  
DICTATORES, QVIA MAIVS IMPE  
RIVM ERA T, SOLENNNE CLAVI  
FIGENDI TRANSLATVM EST.

### A N N V S.

**E**Rat & alterius generis clauus, qui Septembribus Idibus fingebaratur per annos singulos in sacrarum ædium parietibus, ad annorum numerum colligendum, quia paruus tunc erat literarum usus: isq; clauus annalis appellabatur.

D E

## DE CVNEO.



Ontrà verò Cuneus, quæ vel natura sunt solida, vel arte compacta, conglutinata & applicita sunt, discutit atq; dissoluit, discissaq; separat, & à clavo totus diuersus abit. Ideoq; inter instrumenta necessitatis, quæ fortunæ operam suam subministrat, adpingitur. Super eo est igitur differendum.

## DISSOLVITO.

**P**osito siquidem firmandi signo, quod per clavū indicatur, vbi scilicet fortuna quipiam stabiliuisse videat, cùm & eiusdem munus sit, ea quæ firmissima iudicentur, in humanarū rerum ludibriū dissoluere, loco dimouere, discutere, atq; disicere, additus est ad necessitatis insignia cuneus, qui nimirum, vti dictum, dissoluendi, discindēdi, atq; separandi symbolū est. Et veluti per clavū firmatū aliquid ostēdimus, ita per cuneū, infirmatū aut loco dimotum indicamus. Additū & ahenea hęc gestari manu, vt vicissitudinis huius perpetuitas nunquā defutura cōmonstretur; siquidem, vt sēpe alibi docuimus, perpetuitatē indicat Bæs, propterea quòd rubigine nō absimitur; ideoq; Vegetius probat ereos clavos configendis nauibus, quos ferreis anteponit, q; eos tēpore & humore celeriter rubigo cōsumat: illos etiā in fluctibus permanere incolumes manifestū sit.

## DE VNCO.

**V**æ verò de Vnco & Plumbo subsequuntur apud Horatium, ad eandem faciunt sententiā: siquidem vnco trahi, qui loco deiecti fuerint, læsæ præsertim maiestatis rei, solitum, apud rerum scriptores sēpe legimus: quare congruit vncus cuneo.

## DE PLUMBICO.

**P**lumbum verò clavo perquam simile est, propterea quòd eo infuso, & statuæ, & aliæ operum ædificiorumq; moles coherescunt, & firmitate stabiliuntur: & suapte natura est adeo ponderosum, vt etiam si non ad operis adhibeatur firmitatem, quam difficulter loco dimovreas, per se valeat significare.

## HEBETUDINIS.

**A**lioqui plumbum hebetudinis indiciū est. Nam cùm velocissima esse debeat mētis agitatio in eo qui acutioris ingenij laude cōmendandus sit, vbi quē tardiorē ad ea excogitanda, cōsulenda, cōstituēda, adeunda, peragendāve, quæ vnu veniūt, inspexerimus, à contatione ipsa, vel ab immobilitate, plumbeū ingeniu per cauillū exprobramus. Vnde Tusculanis Cicero: Nisi sanè in Physicis plumbi sumus. Et pro inefficaci, & inutili, atq; inani sermone, plumbeū gladiū aut pugionem plumbeū apud eundum Tulliū inuenias. **I**llud etiā in diuinis literis obseruatur, quòd iniqüitas per plumbum intelligitur. Iniqüitas enim, secundum Zachariæ Prophetę visum, super plumbi talentū sedet. Vetus enim ponderis modus est talentū. Ideoq; Pharaonis exercitus, vtpote qui in iniqüitate permanxit, tāquā plumbum in imas aquas pessū iit, ibiç supinus in cauo profundi alueo recubuit, vt ait Adamātius.

## INIQUITAS.



# Pierii Val. Vectis & Clavis.

## D E V E C T E.

D



Vid pondus significaret indicauimus: sed reliquū est instrumentum ponere, quo magna quantumlibet pondera facile moueantur.

### ARS NATVRÆ VICTRIX.

**I**S vectis est, per quem, artem humana industria comparatam, quę naturam longè vincat, indicamus, negotia've perdifficilia minimo conatu cōfēcta. De vecte sanè, deq; aliis machinis Antiphō poëta senariolo eo, quem citat Aristoteles Mechanicis, arte nos ea superare docet, quibus rei natura ipsa repugnare videbatur. Magnas enim rerum moles loco dimouemus adacto vecte, hypomochlio, quē nostri Suppressam vulgò vocant, centri loco summisso, pondera supra omnium, qui rem non inspexere, fidem tollimus, & eorum qui inspexere, sed causam non intellexere, admiratione, huc illuc arbitrio nostro promouemus. Atq; hoc est quod in primis admirabile dicit Philosophus, quod quispiam pondus virium imbecillitate loco mouere non potest, id ipsum facile comouere, & hac illacq; ducere, adiuncto vectis pondere tam exiguo, si reliquæ molis motæ magnitudinem contempleris.

E

## D E C L A V I.



Ræstat vtruncq; clavis, quod & cuncus & clavus: eadem enim aperit & claudit, hoc est, ligat & soluit, & in manu Ianī p̄cipue statuebat.

**D**E qua quidem multa poëtē no-

P V D O R.

stri. Sed vt figmenta, vbi agitur serio, prætereamus, Fabij Pictoris, si modò legitimum est id opusculi, interpretationem affere-  
mus, qui Ianū dicit ad pudorē & sanctimoniam, domorū primūm valvas, seras & claves excogita-  
tasse, ab eoq; ianuas appellatas: vnde claves in  
simulacris, in beneficij huius memoriam gestet.

### S E C V R I T A S.

**A**Lij dicunt securitatis eius signum esse, quæ passim eo regnāte fuit: domos enim omniū religione ac sanctitate munitas fuisse prædicant.

Alij à cludendi aperiendiq; anni officio, quod munus eius esse Dei putabant, claves additas arbitrantur: eaq; de causa Clusium & Patultium appellatum. Ad huius instar Apollo cognomento θυρεύς colebatur apud Græcos, quod ineun-  
tis & exuntis anni arbiter haberetur. Ianum verò eundem esse ac Solem, à mul-  
tis vbique disputatum.

### P O R T V N V S.

**N**Eç tamen Janus tantūm cum clavibus, verūm & Portunus cum clavi figu-  
rabatur in manu: nam & portarum Deus esse putabatur.

### P A R T V S.

**E**Rat etiam olim ritus, vt nuptialibus inter alia clavis quoque mulieribus traduceretur. Id aiunt boni ominis causa fieri solitum, ad partus scilicet faciliatem illis comprecandam. Et hoc significato in sacris literis  
sæpe inuenies, Vuluam aperire.

P I E-



F

APIERIVS VALERIANVS AD MAGNIFI-  
CENTISSL. VIRVM ALOISIVM CORNELIVM, DE IIS QVÆ  
PER LAPIDEM, ET ALIQUOT AEDIFICIORVM PAR-  
tes significantur, ex sacris Ägyptio-  
rum literis.

**V**N mecum reputo, Vir magnificentissime, nulla verò nō hora reputo, quan-  
tus sit tuus erga me amor, quæ beneficentia semper extiterit, suffundi me vere-  
cundia necesse est, quod tibi nunquā alia ratione respondere cogitarim, quām  
redamando, beneficentiæ verò hactenus immemor mihi fuisse videar. Nā quod  
ad amorem attinet, cōmune id est cum plurimis, cūm tu innumeros alios, imò  
quotquot semel allocutus fueris, ad te amandum, colendumq; trahas, & iucundissimo suauis na-  
turæ tuæ blandimento nouos quotidie amicos pares: adeò singularis est integritas illa tua dubio  
procul incōparabilis. Sedenim quamvis hoc maximi faciendum sit, longè maioris ponderis apud  
me est benignitas, qua me semper etiam liberaliter prosecutus: cui si parem referre gratiam nō  
B poteram, saltem eius prædicatione liberare me à dissimulationis suspicione, quæ merito subori-  
ri poterat, nisi aliquando eam confessus essem. Nunc igitur cūm labores meos in Ägyptiorū hie-  
roglyphica, qualiacunq; sint, publicare constituerim, pro amicorum moribus & ingenij conue-  
nientis materia commetaria in hunc & illum distribuere consilium fuit, atq; ita hoc de Lapide  
& fabricis nonnullis, tibi deberi existimavi, quando hodie nemo priuatorum hominum fabricæ  
rationem, pulchritudinem & elegantiam te vno melius intellexit, intellectamq; in usum & ar-  
tem euexit. Quòd si digna magnanimitatis tuæ sors fato aliquo tibi obtigisset, etas nostra nulli ve-  
terum in rei tam præclaræ amplificatione cedere iudicaretur. Accipies igitur Lapiðes meos pri-  
mam ædificiorum omnium materiam, eōsq; ita tractabiles, vt vel in aëre mansurum opus ædifi-  
care posis, quod contra fulminum casus incolume resistat, nullam fluuiorum illuuiem pertime-  
scat, terræ motus, hiatus, eructationēsq; omnes aspernetur: quæ si tibi aliqua parte arriserint, ma-  
gno ego beneficio affectus mihi videbor, qui multis olim à te commodis acceptis, per nugarū mea-  
rum distributionem obligationis illius meæ partem aliquam tibi depensam existimaueris.

## C

## D E L A P I D E.

**A**ntequam ad ædificia aggrediamur, de Lapide prius dicere con-  
sentaneum est: non enim quispiam nisi materia prius comparata,  
fabricare incipit. Sedenim & rudit lapis sua apud antiquitatem  
omnem habuit significata. Nec fortè Romani temerè louem la-  
pidem iurabant, apud quos futurum erat vt veræ pietatis funda-  
mentum ex petra solida iaceretur. Petra enim erat Christus, de quo paulò infe-  
rius dicturi sumus: nūc enim à Gentibus incipere visum est. Multipliciter siqui-  
dem apud hos & illos lapis in cultu fuit: vt apud Thraces colebatur saxum, in  
quo vestigiū Herculis impressum esse persuasum habuere. Et Arabes, vt legere  
est apud Maximum Tyrium, tetragonum colebant lapidem. Apud Romanos  
lapis altera extra portam Capenam erat, qui cūm siccitas temporis frugibus of-  
ficeret, intra urbem solenni pompa ferebatur, & statim pluuiia, vt me-  
moriæ proditum est, cadebat: propterea q; Manalis ap-  
pellabatur, quod eius beneficio impe-  
traretur, vt aquæ ē cœlo  
manarent.

# Pierii Val. Lapis.

P E R P E T V I T A S.

D

**A** Pudeosdē lapideus Terminus in Capitolio diuinis est honoribus celebra-  
rit propter magnitudinē, cūm Iouem deglutire se crederet. Nam vetusta illa su-  
perstitio omnis, cōminiscendis fabulis implicabatur. Cassiodorus, vt quæ rece-  
pta sunt ponam, meminit aruspicem interrogatū, quando imperium Romanū  
casurum esset; respondisse, quando saxum Capitoliū cadet: addidisseq' insuper,  
si eueniret vt vnquam caderet, futurū vt post XX annorum millia iterum re-  
surgeret: tanta eius artis fuit impudentia: nisi aruspex is per tantæ multitudinis  
numerum perpetuitatem intellexerit, quam apertius explicit Maro:

Hū ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.

Atq' alibi: *Capitoli immobile saxum.* Nam & serpens apud Homerum post  
nouē passeres deuoratos in lapidem mutatus, significasse dicitur, captæ euersc'q'  
Troīc gloriā nullo vnquam tempore perituram, vt scilicet Calchas attestatus  
erat, οὐλέθε ψωτ' δληπι. quanquam super hoc aliter alibi.

FIRMITAS FOE-  
derum.

E

**S**ed vt significationes, quod nostrum est institu-  
tum, prosequamur, illud omnibus constat, lapi-  
dem foederum firmitatis hieroglyphicū fuisse, quod  
teste lapide apud veteres foedera sint firmari solita,  
quæ vt homines rata scirent fore, Fecialis agnum læ-  
ua manu, dextera silicem retinens, si falleret, Iouem  
ceterosq' precatus Deos, ita se mactaret, quemadmo-  
dum ipse agnum: & secundum imprecationem saxo  
caput pecudis elidebat: quæ latius explicata sunt a  
pud Polybium libro tertio in feedere cum Carthagi-  
nensis primū ictō, quod æneis tabulis inscriptum in æde Capitolini Iouis  
diutissimè permansit. Et tale aliquid V II Epistolarum, quas vulgus Familiares  
vocat, apud Tullium, epistola eius libri prima, vbi de histrione Äsopo loqui-  
tur. Erat & iuramenti species per lapidem simpliciter, vt Athenienses iurare so-  
liti, quod Aristoteles & Philochorus subinnunt: & Demosthenes contra Co-  
nonem, Φίλος τη παρόντινην εγενήσατο ιμφέλος οὐτωσὶ πον λιθός αγοντος, καὶ θεραπεύτεσ. Id quod sa-  
cratissimum intra se continet veræ diuinitatis arcanum: nam apud Hebræos,  
A B, pater: B E N, filius: A B E N, lapis. Hic verò lapis ille est, si mysticum sensum  
introspicias, quem non temerè propheta memorat, & Petrus principibus po-  
puli & senioribus obiecat, quod eum reprobauerint ædificantes, atq' mox cō-  
stitutus fuerit in anguli caput.

FIRMA PROSPERITAS.

**N**On præteribo illud, lapidem è cœlo lapsū felicissimi constantisq' succe-  
sus in gerendis rebus aliquando fuisse signū: vt qui ad Ägos flumen visen-  
dæ magnitudinis è cœlo delatus traditur paulò antequā Lysander angustissi-  
mo temporis spatio, tam magna, tam cōtinua felicitate, tam gloriose faceret ad-  
uersus Athenienses, quamvis perniciosum auguriū Aristotimo Äliensium ty-  
ranno præstítit saxum è sublimi loco ab aquila demissum in eam tecti partē sub  
qua tyrannus cum vxore ecenam, quæ instruebatur, opperiebantur: nam paulò  
post ab Hellanico & alijs ciuibus foediissimè trucidatus est.

PIETATIS NOSTRÆ STABILITAS.

**S**ed quod ad saxum ab ea volucre demissum facit, in Äquilæ Commentario  
statu



A statutam firmiter sedem per Lapidem in nido ab ea alite possum significari do cuimus: quiq; & cuiusmodi ille lapis esset, quæ que ex eo utilitates haberentur, antiquorum secuti opiniones, commemorauimus. Ut verò nunc Ägyptiorum cōmentum magis approbemus, quidnam aliud Petra quam firmamentū & stabilitatem affert: Vnde Psalmo XXX qui apud Hebræos XXXI est, habetur: Quia petra mea & munitio mea, quippe veluti arx in rupe sita, et turribus munita. In vulgatis, robur legitur: interpres alij, fortitudo mea: Romanus firmamentum habet. Nam cum nos passim Christū assertorē nostrum petre nomine accipi legamus, per petram nimirum pietatis nostræ stabilimentum intelligimus, super qua Ecclesiam ipse suam ædificauerit, quod verè sit diuinitus decantatum passim, Capitoli immobile saxum. Romano enim Pontifici hæc promissa sunt, quippe Petro, qui Romę (nemo hoc inficiari, nisi imperitus, ausit) sedē fixit: cui, ut Euangelia testantur, potestas data est in orbem vniuersum: quem locum etiam Theophylactus diligenter examinans, non vnius inquit Ecclesiæ, nō vnius prouinciæ imperium est Petro & successoribus eius demandatum, & M&Z

B τάχος τοῖντοις, sed vniuersi, ait, terrarum orbis. Ad hanc sententiam facit Nabuchodonosoris somniū, quem νερονοδέρογος appellat Strabo, qui per quietem imaginatus est, se statuam cernere visendę magnitudinis, cuius caput aureum esset, humeri & brachia argentea, ex ære venter, & femora: crura & pedes ferrei, luto ferruminati: ac saxum mox ingens, impulsore nullo, repente iugo montis auulum in statuam procubuisse, eamq; incursu eius prostratā & attritam in puluerem abiisse, qui ventorum mox flatu dissipatus est: saxum mox adeò creuisse, ut totam sua magnitudine terrā occuparet. Cuius quidem ita conspectæ statuæ significatum Daniel, qui & Azarias, Propheta potius quam coniector, ita explicauit, ut per caput aureum diceret Assyrium regnum demonstrari. Brachia & humeros argenteos, duos esse Reges, qui imperium illud euersuri essent, atque horum alterum ærmento similem, moturū ab Occidente in huiusmodi regni perniciem & euersionem. Mox rerum summam ferreum excepturum, lateq; omnia obtenturum. Alij post rem gestam faciliore coniectura, imò animaduersione potius oblata, ex subsecuto rerum eventu ita statuæ rationem accepere, ut

C dicerent aureum illud caput Assyrium quidem regnum significasse, quod primum omnium fuit in terris constitutum. Sed per argentea brachia, hinc Arbecem Medium, illinc Cyrum intelligunt, quorum alter Assyrio sublato imperio, regnum Medicum, alter Persicum constituerit. Per ventrem & femora ahenea, Alexandrū Macedonē, qui rubicūdo colore fuit, significari, qui ab occasu profectus Orientē subegit: cuius regnum post eius mortem à successoribus, quos per femora possis intelligere, scissum est. Per ferreos pedes Romanos interpretantur, qui magis adhuc occidui quam Macedones fuere, Macedonumq; opibus euersis, latè sunt terris omnibus dominati. Hæc quidem illi tam verè, quam etiam ingeniose, omnibus dubio procul approbanda protulere.

## C H R I S T V S.

S Ed quod ad saxum pertinet, neq; hi exequuntur, neque Josephus explicare voluit, consultò se interpretamentum illud præterire silentio professus, quoniam ex historica lege, præterita scriberet, non futura. Quod quidem homo ludax ideo mihi videtur subticuisse, ne quæ de Christo subsecutura manifeste conspicere poterat, prodere cogeretur. Cui enim dubium sit, per saxum illud, quod vniuersam statuam, atque adeò totum vniuscuiusq; statuæ cultum su

# Pierii Val. Lapis.

stulit atq; dissipauit, Christianā intelligi pietatē, cuius sonus, perulgata quippe doctrina, in omnem terram esset exiturus, pontificemq; summum Petrum, et successores, non vni tantūm prouincię imperaturum, sed, vt Theophylacti verba repetamus, vniuerso terrarum orbi leges & salutifera præcepta præscriptu-rum: quod etiam tradit Cyprianus lib. cōtra ludæos altero, cap. 15. 16. 17. Quod verò dictum est à Daniele, lapidem sine vlli manibus impulsum, id porro eò spectare ait Hesychius Hierosolymitanus, quod sine congressu viri & mulieris conceptus eius processit, & partus. Ita alibi: Quod si altare lapideum feceris mihi, non excitabis illud de sectis lapidibus: si enim cultrum admoueris ei, polluetur: necq; enim secta, necq; dolata est Christi caro ab vlla hominis manu. Apud Esaiam quoq; celebre est, Christum hieroglyphicè per lapidem intelligi, vt eo loco, Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem preciosum, electū, summū, angularem, honorificum: quæ omnia agnoscit & Petrus epistola prima, addito, futurum vt qui crediderit in eum, minimè sit aberratus. Ipsa ad Esaiæ verba ait Irenæus, vt non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei aduentum eius, qui secundum hominem est, intelligamus. Nam & quod Daniel lapidem sine manibus excisum ait, hoc idem significat: id enim sine manibus est, quod nō operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorū qui solent lapides cædere, nulla scilicet viri opera eius in hunc mundū aduentus futurus erat: hic enim lapis à terra ex virtute & arte cōstat Dei. Et apud Hebreos Psal. x x v i i, primo statim versu: Clamo ad te Domine, qui petra, arx, & præsidiū meum es, quod scilicet hostes nunquam accedere potuerūt. De petra hac Tertullianus, vbi circūcisionem vtranque comparat: Circumcisus, ait, nobis petrina acie, id est, Christi præceptis: petra enim Christus, multis modis & figuris prædicatus est.

**Q**uoniam verò, vt Theologi consentiunt, contra Christus est, animaduertendum in psalmis, vbi de paruolorum allisione ad petram sermo est, id nobis omnibus ita faciendum, vt scilicet cogitationes, affectuum prauorū plenas, pueriles & fatuas, priusquam adolescat firmitatemq; consequantur, deliberationiq; adhærescant, esse quamprimum ad Christi petram allidendas. ita sentit Euthymius, idemq; prius dixerat Adamius. Hic ille omnino lapis est, vt s̄æpe dictū, quod ad anguli statuitur caput, quem iij reprobauerūt qui vnum eius non agnouerunt. Repudiabant enim cum inter Iudeos sacerdotum principes, & vt Samaritanum explodebant, seductoremq; & nouarum rerum autorem criminabantur: cùm ecce in ædificiū angulum à Deo translatus est, ibi q; positus, & firmiter stabilitus, duos coniunxit parietes. Iudæorum vnum, eorum inquam qui pietatem hanc secuti sunt, & Gentium alterum, qui baptismum suscepere.

PRAVARVM COGITATIONUM EXCUSSIO.



F

## S E N S V V M E X P E R S.

**P**lerunc; autē per lapidem expertē sensus hominē intelligimus: vnde illud apud Comicū, Quid stas lapis? Et Amaryllis à Theocritiano pastore tota lapis dicit, q; nullis amiculi, vt idē ait, precib. moueat. In hanc verō sententiā vir sanctitate ante alios mortales omnes insignis, vatesq; summus, clamat in deserto, solitarioq; secessu; Potest Deus è lapidib. istis suscitare filios Abrahamo; quippe de

A de stupidis, penēq; brutis hominibus, qui nihil adhuc diuinum sapiunt, proptereaq; tanquam lapides sine sensu sunt. Nam qui lapides adorabant, lapidibus similes, vt in Psalmo est, euadebant. In Exodi cantico scribitur, Vertantur in lapides, donec pertranseat populus tuus Domine: quem locum ita interpretatur Adamantius, vt intelligat de gentibus dictum, quas tantisper lapidescere supplicetur, donec pertranseat populus Iudæorum, cùm illud subsecuturum esset, vt deletis illis, & à Deo recedentibus, gentes lapidem exuturæ essent, prōq; duro & stupido corde, viuentem, sensuq; & intelligentiæ participem rationem, per Christum suscepturæ. Nam & Cyprianus, epistola libri secundi tertia, Euangeliū illud, ex lapidibus excitari filios Abrāhæ, de gentibus colligi ex Ioannis ipsius verbis interpretatur. Græcis quidem, qui lapides totiens in populos mutari fabulantur, ansam dedit vocabulorum vicinitas & similitudo, quibus λάσ, λάθ & λάχ, lapis est, λαδ, verò populus, cùm forte existimarent tam facilem esse mutationem ex lapidibus in populos, quām paruo momento λάθ paroxytonus in λαδ oxytonum transire potest. Sed ioci satis. Sanè apud Esaiam primo supra quinquagesimum capite in huiusmodi similitudinem legas, Attendite ad petram vnde excisi estis: quod paulo post explicat, Attendite ad Abraham patrem vestrum. Vt verò ad Euangeliū redeamus, Eucherius secutus Origenem, ipse quoq; de insipientibus dictum intelligit, cùm præsertim alibi dicant diuine literæ, Auferam cor lapideum de carnē vestrā. Irenæus ita suscitari filios Abrāhæ ex lapidibus, cùm nos à lapidum religione remouit, à durisq; & infructuosis cogitationibus transtulit ad potiora, & fidem Abrāhæ similem in nobis constituit atq; firmavit.

## D E M O L A.


**M**T Mola lapis est, vnde molares lapides pro ingenti massa & ponderē. Ipsa verò in diuinis literis hieroglyphicum habet suum minimè cōtemnendum.

## H U M A N Æ V I T Æ C O M M E R C I A.

**S**Vnt enim qui per molam humanæ vitæ cōmercia significari velint, propterea quod molæ semper duæ, atquæ alterius altera ita opē indiget, vt singulæ opus nullum faciant: vnde amicitiæ nostræ necessitudines appellantur, quod vnicuiq; necesse sit habere amicum, cum quod suā consiliā conferat, qui se mutuò adiuuent, & alter alterius officijs subleuetur. Vnde recte, Væ soli, dictum. Eucherius locū Euangeliū. Duæ molentes in mola, èò trahit, vt per molas vtrunq; intelligatur testamentum (vtar enim eius verbis quæ per annorum millia in disciplinæ nostræ traditione receptissima sunt, & maximè propria) quarum scilicet molarum opera, labore quippe differentium, veteris Testamenti triticum in farinam, quippe pastum Euangeliū, conuertatur.

## D E A R I S, A E D I B V S' Q V E E T I A N I S.

**S**Edenim ædificationem iam incepturi, nihil prius quam aras excitare videmur admoneri, vt quod auspicatum esse cupimus, à diuū immortali cultu principium assumat:



**S**Itamen prius id explicuerimus, cur in diuinis Hebræorum literis aquæ de petra prosiliūt: Petra, inquit Philo, firmam Dei sapientiam demōstrat, vnde firma identidem exhauritur doctrina. Nā aquæ passim in diuinis literis, vt suo docuimus Commentario, ita pro disciplina accipiuntur, vt apud Ægyptios ros pluuius, id quod etiam de manna pluvio in solitudine affatim redundantem possumus interpretari. Sed hæc alibi, nos ad Aram.

## PIETA S.

**E**A verò præcipua est aræ significatio, vt nostræ erga Deum pietatis indicium sit, precesq; nostras igne, vt veteres opinabātur, internuncio ad Deum deferat. Vnde apud Maronem, Tango aras, mediosq; ignes, dictum, quòd inter humanam naturam & coelestem, ignis medium ita obtineat, vt merito dici possit internuncius. Materiæ autem adhærescit, & in sublime semper fertur, tanquā rerum omnium nostrarum conscius, inferiora hæc cœlicolis manifestare videatur. Hinc sacrificiorum ritus eo tempore quo naturæ tantum leges obseruabantur, non temerè instituti sunt, & posteaquam clarior illuxit veritas, ignis ita sacrificis nostris adhibitus, vt si absque igne Deo preces allegemus, vix litare posse nos persuasum habeamus. Quod si, vt alibi latius differuimus, inferiora hæc villa nos superioribus cōciliare possunt, nihil est quod maiore sit cum animo similitudine, vt pote qui & lumine pollet, & illustrat omnia, ac perinde genios, ac Deum ipsum nobis repræsentare videatur. Quamvis impia improbaç; perditorum Anabaptistarū factio tēporc hoc, non ignes modò, ritusq; sacros omnes in pietatis nostræ signum exhibitos, extinguere, perdereq; conentur, sed & etiā bonos mores, ipsumq; Dei cultum profanare aggrediantur. Dedicata verò nimicum ara sacrificijs faciendis, & precibus allegandis, quibus diuūm animi nobis concilientur. Qui tamen esset apud veteres probatus sacrificandi ritus, pauci admodum prodidēre. Deo siquidem Deorum omnium supremo, mente & intellectu solo, sine sermone, sine sono sacrificabant. Vnde Crocodilus, quòd e linguis est, diuini silentij ratione habita, cultus apud Ægyptios. Spiritibus & Beatorum animis laudes adhibebant. Cœlestibus materia constantia, quæ scilicet similitudine aliqua ad eos facere viderentur, vt ignem Soli, & huiusmodi pleraque toto hoc hieroglyphicō opere perquisita: malis verò dæmonibus ne nocerent, vel vt eorum impuritas arceretur, libaminibus & nidore carnium faciebat. Cæterūm Ægyptij veteres pecudibus aut sanguine placare Deos semper abhoruerunt, precibus & thure solo contenti. Adegerunt verò eos Ptolemaei, sacra Saturni Serapidisq; suscipere, quod facere coacti, fana eorum extra pomceria posuerunt, quibus hostiæ de more mactari debebant. Quanquam illaudato Busiridis exemplo, homines postea immolari occptum, cùm is apud proxima Nilo loca tyrannidem occupasset. Sed quod ad aras & pietatem attinet, in numis T. Alij Cæsaris Antonini simulacrum est vtraque manu passa, ara apposita, cum inscriptione, PIETAS. Manus porrò passa, vt in Cynocerphali Commentario docuimus, adorationem significant. In Hadriani Aug. idem simulacrum eodem habitu, ab cuius vno latere ciconia adsit, de qua loco suo: ab altero ara est corymbis ornata: inscriptione, PIETAS AVG. In numero Diuæ Augustæ Faustinæ simulacrum est, quod læua pallam sustentat,

alte;

A altera in igne, qui de pulcherrimè facta ara promicat, libamina porricit, cum inscriptione, P I E T A S. Est & ara posita ante signum, in cuius manu patera est libationi parata in numo Lucillæ: inscriptio, P I E T A S. Eadem inscriptione pie-tas ipsa in Antonini numo dexterâ exporrigit passam, læua in subiectam aram libat. Illa porro passa dextera, adorationis, ut alibi loco suo declarauimus, indicium est. Supplicationes porro fieri solitæ, aut cum vota facimus, aut cum damnati votis, gratias agimus. Hinc aliæ atq; aliæ inscriptiones in numis inueniuntur, omnes tamen ad pietatem ipsam referuntur, siue diuinæ numinis auxilium imploremus, siue vota persoluamus. In Iuliæ Piæ Felicis Aug. numo signum est læua pallam in vlna sustollens, dextera in aram porriens: inscriptio, V O T A P V B L I C A. At in Hadriani numo cernere est duo simulacra, quorum stat vnum ipsius Imperatoris effigie, alterum læua palmæ surculum tenet, dextera pateram offert Principi: inscriptio, A D V E N T V I A V G. Est & Domitia-ni numus cum ara & igne superaccenso, cuius inscriptio est, P R I N C E P S I V V E N T V T I S. Pulcherrima verò omnium quas viderim ara est in ipsius Cæsa-Bris Domitiani numis, in quo ansas illas, vnde argomen nonnulli volunt, aperi-ssimè licet intueri.


## P R O F V G I V M:

**F**uisse verò aras apud veteres, vt etiam nunc sunt, sanctioris asyli loco, nulli nō exploratum est. Hinc apud Maronem Priamus, omni alia salutis spe ab-iecta, ad aram confugit, cui dixerat vxor, Hæc ara tuebitur omnis. Et M. Tullij dictum pro Roscio Comædo: Sicut in aram confugit ad huius domum. Et a-pud Terentium: Nemo te accusat Syre, ne tu aram tibi, aut deprecatorem para-ris. Et Ouidius de Tristibus:

Unica fortunis ara reperta meis.

**A** pud Athenienses ara peculiaris fuit miserationi sacra, de qua Papinius poëta, & La-stantius grammaticus, neq; non Apsinis in Rhe-toricis meminere: & Plutarchus lib. de Super-stitione, φάγειον βαμβά eam appellat. In profugij sa-nè significato Vestam pro ara ponî apud Xeno-phontem inuenias rerum Græcarum libro se-cundo: ἀξέσους ταῦτα δὲ πρεπέλις αὐτεπίδηντες ὑδι τὸν έσιν. Hæc cum Theramenes audisset, ad Vestam sibi profugium parauit. Et sacrificalis ara Vesta est Polluci, præcipue verò quæ in Prytaneo fuit, vbi inextinctus ignis asseruabatur. Et triginta curiarum Vesta collocata apud Dio-nysium Halicarnasseum antiquitatum secundo. Talc quiddam & apud Tran-quillum in Tiberio.

## MISERATIO.



## XII IANI COLONIÆ.

**Q**uod verò areæ XII Ianu simulacro adsculpi solitæ sint, sunt qui ob id factū putent, quod Ianus pomceria & aras duodecim Hetruriæ colonijs sa-crasset. Alij aras illas XII ad mensium numerū dedicatas aiunt, quod Ianus pro anni tempore sit Romanorum religione pingi solitus. Nam de-

C C C L X V diebus, quos gestu manuum re-ferret, alibi disserui-

mus,

# Pierii Val. Ara.

**R**otundam ædem Vestæ Numa Pompilius Romanorum Rex consecrassæ fertur, quod eandem esse terrā, qua vita hominū sustentaret, crediderit. Eam pilæ formā esse, ut sui simili templo dea coleretur. Pro eorū verò sententia, qui per Vestam nil aliud quām puram flamمام intelligeant, de strongilari lapide, qui deam figuræ similitudine referret, alibi diximus.

M V N D V S.

**E**t mundo ædem veteres ea qua conspicitur forma posuerunt, mundumq; eam appellauere, ab eo mundo, inquit Cato in cōmentarij Iuris ciuilis, que Festus citat, qui supra & infra nos est. Eius inferiorem partem veluti Dis manibus cōsecretam, clausam omni tempore custodiebant, neq; nisi ter in anno, patefaciebant, vt ait Atteius Capito, quippe diebus his, postridic Volcanalia, & ante diem sextum Idus Nouembris, & ante diem tertium Non. Octobris: quos dics, ait Festus, etiam religiosos iudicauerunt, propterea quod eo tempore, quæ occulta & abdita religionis deorum Manium essent, veluti in lucem adducerentur, & nihil eo tempore in Repub. geri voluere. Itaq; per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quicquam in Repub. nisi quod ultima necessitas admittebat, administrabat. Volcanalia autem antiqua monumēta in Circo Flaminio x. Cal. Sept. celebrare solita comperimus. In alijs, Fer. Volca. N. x. Calend. Iunias. Ibiq; N litera diem nefastum notat, apud Ouidium. Tubilustria Volcano xiii. Calend. Jun.

D I I O M N E S.

**O**mibus verò Dijs, Agrippa templū rotundo ambitu Romæ dedicauit, eaq; de causa Pantheon appellauit: in quod quidem minus quām in alia veterum monumenta sœuñt ipsa vetustatis iniuria; idq; nunc Virginī Deiparæ dedicatum, magno mortaliū concursu inuisitur, & ab ea qua factum est forma, nomen habet. Sanè Augustus Cæsar, qui templum id excitauit, licet Agrippæ inscribi dedicatione ipsa voluerit, nulla commodiori forma deos omnes complecti poterat quām orbiculari: de qua quoniam alibi dicturi sumus, vltius nunc de figura huiusmodi loqui supersedebimus: si tamen id dixeris, Aristotelis dictum esse, veteres gauisos dijs templa rotunda specie dedicare, cuiusmodi sanè multa Romæ superesse adhuc, vel magna ex parte diruta, vel nostræ pietas dijs instaurata conspeximus.

I A N V S.

**I**Ano cōtrà, templa quadrata specie dedicari solita, quatuor quippe pilis, quæ totidem fornicibus iungeretur, per uiosq; à frontibus quatuor aditus pateferent, qui tamen in primario Iani templo solenni sacro pacis tempore cludebantur.


M E N S A R I I.

**F**rant autem & alijs Iani, in quibus trapezitarum mensæ, vbi mercatorū conuentus, & omnium quæ ad rem pecuniariam pertinent negotia tractabantur: de quibus Horatius:

O' ciues ciues, quærenda pecunia primum,  
Virtus post nummos: hoc Ianus summus ab imo

T E R R A.

D



Perdo-

**A** Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, senesq;  
Læuo suspensi loculos, tabulamq; lacerto.

Huiusmodi generis ædificia plurima Romæ erant, nunc vnum minus dirutum  
in vélabro perdurauit iuxta ædem quæ D. Georgio dedicata est.


## P A X. B E L L V M.

**Q** Vod verò Iani templum in numis habetur, quadrata & ipsum specie, sed  
clatris, repagulis, & foribus præmunitum, ipsi tantum Deo dedicabatur.  
Clausum hoc, pacem indicare: ad apertū, belli tempus, non tam ex Vergiliū car-  
mine cantatissimo, quām etiam ex numis passim in conspicuo est. Sed illud pre-  
cipuum numisma tum opere tum etiam inscriptione spectabile, in quo legitur,  
P A C E P. R. T E R R A M A R I Q. P A R T A I A N V M C L V S I T.  
Fuit vero is, vt ex altera numi parte habeat, I M P. N E R O C L A V D. C A E-  
SAR AVG. GERM. TR. P. P. P.

**B** **A** Lia etiam atq; alia templorū exempla mul-  
tifariam in numis habentur, quæ prosequi-  
ad fastidium potius, quām ad delectationem in-  
clinaret. Illud dicā, in numo cuius inscriptio est,  
D I V V S A V G V S T V S P A T E R,  
ab altera parte legi PROVIDENT. Idem tem-  
plum est in Imperatoris Constantij numo, cu-  
ius inscriptio est, PROVIDENTIA AVG.

SALVS. IVNO. DIVVS.

## PROVIDENTIA.



**I**NDomitianī numis templum est S A L V T I  
A V G V S T I inscriptū. In Volusiani, Dea in  
delubro sedens cum inscriptione, I V N O N I M A R T I A L I. de quibus dicere  
hic nullum est operæ preciū. Neq; verò veteribus tantum Dis, sed & iis quos a-  
potheosi cōsecrebant, templum etiam dicare mos erat, vt videre est in Antoni-  
ni numo, in quo templum est cum inscriptione, D I V O P I O.

## S V B D I A L E S Q V I B V S.

**C** **T**ota verò ædium sacrarum forma antiquitus pro conditione numinis ædifi-  
cari solita, quare ex ipsa statim ædis facie numinis qualitas intelligebatur. Io-  
ui siquidem, fulguri, cœlo, Soli, & Lunæ, subdiales, vt Vitruvius monet, ædes,  
que Græcè ἐπαυθέα dicuntur, ædificabantur, quorum numina, potestates, vimq;  
ac effectus omnes sub dio spectamus.

## D O R I C A E Q V I B V S.

**M**ineruæ autem, Marti & Herculi numinibus, vt idem ait, virtute ipsa me-  
morandis, ædes opere Dorico ergebantur: nullis quippe delicijs, neq; la-  
sciujoribus florum ac foliorum ornamentis, neq; denticulatis coronis, ac guttu-  
latis metopis, sed rudi ac hispido potius aspectu, qualis dignitas in viris expeti-  
tur, à peregrino omni cultu aliena.

## C O R I N T H I A C A E Q V I B V S.

**A** TVeneri, Floræ, Proserpinæ, & fontanilibus Nymphis, numinibus quip-  
pe delicioribus, ob mollitiem atq; nequitiani Corinthiacæ constitueban-  
tur, genus quidem ædificij tum gracilitate operis, tum florum ac foliorum lasci-  
uia, volutarumq; multipli perplexitate, triglyphorum, ac alio-  
rum ornamentorum varietate visu admodum  
delectabile,

# Pierii Val. Columnæ.

IONICÆ QVIBVS.

D

**I**Vnoni verò, Dianæ, ac Libero Patri, cæterisq; eiusdē ordinis numinibus Io-  
nicū adhibebant opus, medio quodā inter Doricū et Corinthiū temperamē-  
to, quippe quod neq; horrōrē & austeritatē ipsa operis simplicitate pr̄e se ferat,  
neq; quidē eneruatā illam mollitiē ex tot ornamentorū luxuria cōmonstraret.

## DE C O L V M N I S.



Eque quidem tempa tantūm, verūm etiā columnæ nō sine mystico  
aliquo intellectu fieri consuerunt, quarum & causas et rationes retu-  
lisce nō incōgruū videatur: siquidem hæc haudquaquā sunt ab Ā-  
gyptiacis inuentis dissimilia, dum aliæ firmitudinis, aliæ rei præcla-  
rè gestæ, famæq; supra mortalium conditionem advsq; cœlum attollendæ, aliæ  
captiuitatis, aliæ profligationis, aliæ opprobrii sint indicia.

T E R M I N V S.

**C**Æterūm antiquissimū fuit per columnā terminum significare, quod colu-  
mellas in terminis ponere mos fuerit. Hinc regionū multarum fines termi-  
nosq; columnas appellamus, vt in Hispania Herculis: eo enim vscq; & imperiū  
et labores ille suos extendisse fertur. Eodem modo in Africa sub Atlante mōte,  
& in Asia ad Euphratem fluuiū, & supra Armeniam terminos Romani Imperij  
columnas dixerūt, & eo significato Atrides Protei Menelaus advsq; columnas  
exulat, apud Virgiliū legas, quod pro Āgypti finibus positum notat Seruius.

**I**n sepulchris verò, neq; non monumentis re-  
liquis columnarum ratio fuit, vt cuius nomini  
dicatae essent, gloria supra cæteros mortales at-  
tolleretur. Hinc illa Ennij de Scipione verba:  
Quantā statuā faciet populus Romanus, quan-  
tam columnā, quæ res tuas gestas loquatur?  
Hinc in argenteo numo videoas columnam, cu-  
medie ancile affixum est, vrna in summo super-  
posita, duabus hinc et inde laureis appensis, quā  
Senatus Diuo Augusto Vespasiano decreuit.


Sed vt reliquias prætereā, duæ adhuc Romæ vi-  
sunt, quæ Romanæ potentiae atq; splendoris  
testimonium faciunt, Traiano vna, altera Hadriano erecta, ad summam quarū  
altitudinē, quæ admodum excelsa est, per interiores gradus coclitiſ in modum  
circunductos cōmodissimus est ascensus: nō enim in re tam omnibus obuia no-  
bis immorandum est. Decretat autem in columnis statuæ à Senatu plerisque  
fuerunt, quos enumerare nostri non est instituti: rerū enim quæ tractandæ sunt  
multiplicitas, breues nos esse cogit. Illud admonuero, quod apud Plinium legi-  
tur, senatum Galbæ vt primūm lictum fuit statuam decreuisse rostratae colum-  
næ superstantem, placere nonnullis vt striatæ legatur. Antiquam autem esse ce-  
lebritatem statuarum in columnis, ex eo manifestum, quod C. Menenio supra  
columnā statua dicata est, qui Latinos priscos deicerat vnā cum Camillo colle-

ga, quæ res, inquit Liuius, rara illa ætate fuit. Et illa adeò celebris Tra-

iani columna colossum habuit superimpositum,

cuius rei fidem faciunt eius

numi.



GLORIÆ SVBLI-  
mitas.

D E

## A DE O B E L I S C I S.



Orum loco Ägyptij suos erexerunt obeliscos, & Græci ἀξιον ὀβελίσκου dixerunt, cui maximi quicq; honores deberentur. Non ineptum autem fuerit animaduertere Ägyptiorum statuas, que antiquitatem sapient, graciliores esse, & truncis oblongis propemodum similes, quod quidem non est artificum vel stupori vel imperitiæ imputandum, sed eorum potius diligentia studiumq; considerandum, quippe qui ita facerent, ut diuinitatem minimè corporatæ esse ostenderet. Quare Euphranor pictor, idemq; pictor nominatissimus, quem in omni specie admirandū perhibent, non ita forte reprehensioni obnoxius, propterea quod in vniuersitate corporum exilior fuerit, capitibus articulisq; grandior, cum is præsertim primus dignitates, aachroum insignia dicatur expressisse.

## H E R O E S.

**S**ed quoniam in Heroas incidimus, id minimè dissimulabo, quod Romani Græcos potius quam Ägyptios imitati, heroū statuas, & eorū qui bene de B repub. meriti essent, eo maiores faciebāt, prout eos maiori honore dignos arbitrabantur: de quo apud Macrobiū. Hinc iocosum illud M. Tullij dictū in fratris statuam: nam cùm in Prouincia, quam ille rexerat, clypeatā eius imaginem conspexit ingentibus lineamentis usq; ad pectus de more pictam, erat autem Quintus statura paruæ, Frater, ait, meus dimidius maior est, quam totus. Apud Virgiliū verò Dido cùm voluntariā mortem excusat, quasi ea omnia absoluisset officia quæ à se exigi potuerint, nihilq; à se ulterius expectari posse, quod ad apotheoseos gloriam pertineret, ita secum ratiocinatur:

*Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi,*

*Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

**C**ur verò magnam speret, enumerat merita:

*Urbem præclaram statui, mea mœnia vidi,*

*ulta virum pœnas inimico à fratre recepi.*

Oppida autem condere, inter ingentia ea facta recensetur, propter quæ Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux, Deorum in templo recipi meruerūt, C ut apud Horatium. Cùm itaq; maiores iusto statuæ vita functis fieri solitatæ es- sent, Onirocritæ, qui, vt sæpius ostendimus, hieroglyphicis adhærescunt, vbi quis supra humani modi staturam fieri se magnum conspexerit per quietem, mortem illi præsagiunt affuturam: & qui filium paruulum ad virilem magnitudinem imaginatus fuerit excreuisse, eius identidem mortem expectandam. Hinc Virgilianum illud super oblata visui defuncti corporis anima, Et nota maior imago: nempe quod corporeis claustris veluti prælis exoluta anima post mortem latius dilatari videatur. Sedenim illa de honoribus opinio & verior est, & probabilior.

## C H R I S T I V I C T O R I A.

**I**llud minimè prætereundum, sextidecimi psalmi inscriptionem apud Græcos esse σταύροια: alibi aureum insigne Dauidis, vbi interpretes antiquorū reperunt morem, qui columnas, imagines, aut statuas ijs qui strenuè feliciterq; militiam exercuissent, erigere consuerant. Id verò laudis victori

Christo attributum, eo Psalmo  
declarari.

# Pierii Val. Columnæ.

PRO PATRIA OCCISI.

D

**A** Pud autores Græcos locum Athenis fuisse Alegas, Ceramicum appellatū, columnis undecunq; frequentem, quæ in eorum memoriam erectæ erant qui pro patria pugnando cecidissent, inscriptione adiecta quo quis prælio oppetiisset.

CLARITAS EX POETARVM  
SCRIPTIS.

**P**Indarus Timarcho Æginetæ Nemeis:

σάλαν Σίμην παιείς λίθος λαθυροφόρας.

Ponatur altè structa saxo Candidior pario columna: vbi interpretes per columnam poëma intelligunt. Nam statim subdit ipsemet poëta, quantum claritatis addant poëmata in præstantis alicuius viri laudem elucubrata.

## TELESILLA.

**T**ELESILIÆ Argiuæ poëtica facultate celebri, galeata statua erecta est in columnæ na, libris circa pedes adiectis, ut alibi diximus, quod maribus Argiolorum, qui prodierant ad bellum, ad vnum cæsis, fœminas armarit, & cōtra hostes eduxerit, eosq; vrbis diripiendæ spe profectos retrocedere coegerit. Exemplum militib; virtutis inter paucissima sæpe commemorandum.

**I**Socrati verò eloquentiæ magistro, statua in columnæ decreta est ab Atheniæsibus, quod octo iam & nonaginta natus annos, ab institutione nunquam cessauisset.

## ISOCRATES.




## APOLLO AGYIEVS.

**C**Onspicuæ fuerant apud Græcos columnæ quædā in coni formam desinētes, quas ante fores erigebant Apollini sacras, ut verò quidam dicunt, Baccho, ut pleriq; alij, vtrique: nam idem vtriusq; numen esse, ostensum alibi. Hinc Apollinem Horatius Agyieum nuncupauit. Eas non nulli aras vocauerunt, sed columnarū omnino habere speciem non inficiantur. De his apud Sophoclem:

Ignibus odoris aræ Agyienæ nitent, Suffitu halantes myrrhæ lachrymas barbaro.  
Sed cur non Græcos potius versus apponimus?

λαδιπει δ' ἡ γυψις βωμὸς ἀτμίζων πνεῖ σμύρνης τολεμεὺς βαρεάργες δύοσμιας.  
Ea verò de causa Agyieus dicebatur, quod huiusmodi columnæ in compitalibus vicaneisq; vijs erigi consuerunt: ἡγγὰ enim viæ quæ ab vtraque parte exitus habent.

## VICTORIA DE Persis.



**E**X cogitatæ etiam sunt columnæ trophæorū vice, quæ victoriæ ostenderent, cuiusmodi porticus cognomento Persica Lacedæmone visebatur, victoriæ illius index, quam Pausanias Agesipolidos filius consecutus est Platæo prælio, vbi parua manu ingentes hostiū copias profligauit, in cuius preclarri facinoris memoriam statuas habitu Persico pro columnis porticu subiecere.

## CARY-

A

## CARYATARVM OPPROBRIVM.

**S**imile in Caryatas Peloponnesi populos exemplum editū, quorum mulieres matronali habitu, stola quippe ad pedes vscq; demissa, in captiuitatem abductæ sunt, viris prius ad vnū cæsis, totius Græciæ in eos cōspiratione facta, quod Persicas partes aduersus Græciam secuti essent. Historiā in exemplo posuit Vitruvius.

B E L L V M.

**A**liqua etiam columna belli significatum habuit, vt quæ Romæ olim erat ante Bellonæ templum, super quam, quotiescunq; bellum cuiquam indice-  
retur, hastam iaciebant, eius scilicet ominis causa, quod spes esset per huiusmodi  
susceptum bellum aut hostes à finibus summouendi, aut ultra prescriptos fines  
imperium proferendi. Ea autem columna Bellica dicebatur.

**I**nuenire est in numis aliquot columnam ad securitatem additā, vt in eo quem I M P. C AE S.

VAL. HOS. MES. QVINTVS AVGVS STVS cusit. Ibi enim muliebre signum molli &

**B**eneruato habitu stans, lqua columelle innitur,  
dextera palmæ surculum tenet supra verticē ex-  
porrectum: inscriptio, SECVRITAS AVG.  
Quæ quidem species cùm fortè antiquitùs fieri  
soleret, facile credendum purpureos Tyrannos  
hinc ab Horatio dictos,

*Metuere Fortunam Iniurioso ne pede proruat,  
Stantem columnam, Atq; ita sublimi deiiciantur loco.*

S E C V R I T A S.



F I R M I T A S.

**N**am vetustissimū omnino columnarum inuentum ad firmitatem fuit, quæ præsertim viriles appellatae sunt, quas alio mox vocabulo, vti superius dicutum, Doricas vocauerunt. Nam cùm Græci olim in colonias missi per Asiacē lo-  
ca Caribus finitima regionibus quibusdam occupatis ædem Apollini Panionio ædificare statuissent, nullaq; adhuc esset symmetriæ proportio, nulla dimen-  
sionis norma, cōmenti tamen sunt à pedis mēsura, quæ sexta pars est virilis cor-  
poris, columnas dimetiri, rati sic firmitatem ædificiis duraturā apposuisse: easq;

**C**olumnas nudas, sine vlo prorsus ornatu, vt virilem omnino speciem pre se fer-  
rent, erexere. autor Vitruvius. Sedenim & in diuinis literis colūna pro firmita-  
te accepta, vbi propheticō ore dicit Dominus, Ego cōfirmati colūnas eius, de  
terra loquens, non vtiq; quod eam columnis subnixam esse diceret, sed virtutē,  
quæ terram in medio rerum omnium sitam suffulcit sustinetq; per eam loquen-  
di figuram symbolicam, seu dicere maius hieroglyphicā, nobis indicauit. Eam  
vtiq; firmitatem columnas appellari Basilius etiam interpretatur, & aliis sæpe  
locis instrumenti veteris eodem significato columnæ accipiuntur.

M V L I E B R E S C O L V M N Ā.

**C**Vm verò Dianæ etiā ædem construere vellent, gracilitatē in columnis ad  
muliebris corporis effigiem cōmenti sunt, easq; octaua parte crassitudinis  
produxere, spira etiam pro calceo supposita, capitulo volutisq; vti capillamēto  
concrispatis, atq; aliis muliebrem mundum referentibus ornamentis additis.

V I R G I N A L E S C O L V M N Ā.

**A**dditæ his virginales etiamnū columnæ, quæ Corinthiæ nuncupatae sunt,  
& gracilitate & ornatu, propter etatis teneritatē, & hilariores, & venustiō.

Pp

# Pierii Val. Mutili.

res. Puellæ siquidem & sumptuosius, & magnificentius ornari solent, quam in D  
tronæ, quas cum vittis stola satis deceat ad honestatem. Neq; negarim, succre-  
scente in dies hominum diligentia, aliis atq; aliis dimensionibus columnas ex-  
cidi coepas.

## CALATHVS CERERIS.

**O**bseruatio calathij, qui locorum ubiq; Cereris capiti superponitur, de quo  
multa in alio cōmentario, cur id facere consuissent Ægyptij, disseruimus.  
Effecit itidem vt capitula in calathis corum effigiem columnis præsertim Corin-  
thiacis superaddi placuerit, quamvis Græci omnia suis inuentis libenter adscri-  
bunt, & Callimachū quendam cognomento Cataechnon prædicat, qui genus id  
capituli primus excogitauerit, verisimili etiā fabula, vt ad configendū felicissi-  
mi sunt, adiuventa: Mulierem quippe Corinthiā quandam, amissa filia corpus se-  
pulturæ mandasse, ac super tumulum calathum rebus iis oppletum, quibus ma-  
xime nata dum viueret, oblectabatur, statuisse, atq; demum testa superimposita  
coopertū reliquisse: accidisse vero vt calathus ille casu super acanthi radice ibi  
nata insideret. quare verno adveniente tempore gramen id pullularet, & cala- E  
thum foliis primum amiciuerit, mox & floribus ornaret, cumq; caulinculi procre-  
serent, obſtaculo ſuperstrata testa concuruati, capreolos in volutarū ſpeciem  
complicarunt: quo quidem obſeruato, ingeniosus faber venustam eam capitu-  
lorum ſpeciem meditatus sit omnium applausu cōformare. Commentum qui-  
dem hoc eo fauore legentium exceptum eſt, vt architecturæ magistri ſine vlla  
prorsus contatione illi afflentiffideantur.

## DE M V T I L I S.



Obſeruare etiam eſt in omnibus ferè veterum ædificiis imagunculas  
quasdam nunc virili, nunc bouilla, nunc alterius animalis facie, quæ  
vel mutilos, vel coronas ſuſtentant. Id ab Ægyptiacis inuentis non  
omnino alienum ſuo legitur significato.

## A T L A S.

**N**am quantum ad humana pertinet effigiem, Atlantem, totius quippe pon-  
deris patientem, id ſignificare dicunt: & huiusmodi ſuſtentacula nimirum à F  
Græcis Atlantis nomine nuncupantur, quæ cur à Latinis telamonas vocari  
nonnulli dicunt, & antiquis architectoribus, & nobis incompertum eſt: ſi quid  
tamen ariolari licet, πλαται, ſcimus eſſe lora, quibus ſuſtinetur clypeus, quibus  
que brachium insertatur, atq; etiam vinculum, quo ensis vel appenditur, vel ma-  
nu nonnunquam, ne vehementiori aliquo exutiatur iſtu, adalligatur: quare  
crediderim à ſuſtentando deſumptum nomen: πλάται enim, πλάται καὶ τλεῖ est,  
quod pati, & tolerari Latini dicunt. Illud ſuper Atlante vulgatum, geſtare cum  
humeri vniuersam mundi machinam, de quo Maro:

*Ubi cœlifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus apium.*

Inde ſcilicet fabula confiſta, quod is omnium primus Solis & Lunæ cursus, syde-  
rūmque omnium motus, ortus & occasus, certa quadam moueri lege deprehen-  
ditſe creditus, eaq; diligenter obſeruata mortalium vſui promulgasse. Quod ve-  
ro pro Atlantibus bouilla etiam capita fieri ſolita dicebamus, vidimus id apud  
Melinos Romæ: habet enim Petrus compater meus bouillum caput alienum  
quatuor circiter vñiarum magnitudine, pulcherrimè fabrefactum, eo geſtu vt  
aliquid omnino ſuſtentasse videatur, de quo tamen alibi diximus.

A

## DE PERPENDICULO.



Vando verò in hæc ædificiorum opera prouecti sumus, quid sibi velit etiam Perpendiculum, explicemus.

## ÆDIFICATIO, VEL POSITVM.

**A** Edificationem, vel positū aut constructum opus, per id appensum linea, libratumq; denotabant. Nullo enim pacto erigi possent ædificia, nisi facierum angulorumq; rectitudo per perpendicularium indaginem exploretur: eaq; præcipua est obseruatio in ædificiis moliendis, ut structuræ omnes perpendiculari respondeant, neque proclinationes, ut vocabulo utar Vitruiano, in partem vllam habeant.

## RECTVS TENOR.

**T**RANSIT & ad res alias id significatum, & ad perpendicularum amissim adiiciunt, cum quid vndecunq; & quoquoversum deliberatum directumve significare voluerint: utriusque enim munus est, ut iustus tenor, ipsaq; rectitudo adinueniatur. Sed perpendicularum in iis deseruit, quæ surrigenda sunt: amissis, & planis & obliquis, & omnibus denique vniuscuiusque corporis lateribus, per quæ recta linea fuerit deducenda.

## DE CARDINE.



D fabricam omnino pertinet cardo: quare si quid super eo dicendum sit, hoc potissimum loco differendum.

## AVTORITAS VEL SVMMA.

**H**Abet verò significatum ab eo munere, quod in valuis, ostiisq; sustinendis præstat, ita ut nunc dignationem, nunc autoritatem, nunc rei summam significet, ex arbitrio scilicet aut ministerio cuius res unaquæq; pendeat, cuiq; rerum pondera innitantur. Hinc in litibus & causis tale aliquid appellatur cardo, à quo scilicet tota persuadendi ratio pendere videatur, quóve omnia congeruntur argumenta, sitq; status is, circa quem tam rei quam accusatoris cōnatus omnis vndecunq; exerceatur.

## CARDINALES SACERDOTES.

**H**Abet & pietas nostra dignationis gradum à cardine nuncupatum. Nam veluti cardines in ostiis admittendi excludendiq; arbitri vident, ita illi admittendorum exigendorumq; operum, quæ ad Christianam faciant pietatem, concessamq; summo Pontifici autoritatem potestatemq; tuendam, autores honorificentissimi perhibentur. Fratres hos appellat Pōtīfex M. decretāq; omnia, legesq; in comitiis istius ordinis perlatq; de consultatione eorum, tametsi omnia per se possit, sancire se profitetur. Is enim honos eis habetur, ut huiusmodi sententiarum rogationes in acta summa cum fide referantur.

# Pierii Val. Palma.

PIERIVS VALERIANVS AD HIERONY- D  
MVM FRACASTORIVM, DE IIS QVÆ PER  
Palmam & Laurum significantur,  
EX SACRIS AEGYPTIORVM LITERIS.



Vamvis parua admodum inter nos consuetudo fuerit, eóq<sub>z</sub> secessu Olivetano Veronensis agri, quæ mihi per continuum triennium frui temporum eorum permisit quies, dum tu Verona tuis, ego ibi meis tum studiis tum negotiis incumbebamus, vix ter facultas data, ut esse vñà possemus: neq<sub>z</sub> antea te Patavij, quò me ad Philosophiæ studia contuleram, videre licuerat, quòd inde paulo antè discesseras, quām ego advenissim: tua tamen te virtus ita mihi ex eo tempore conciliauerat, vt quem ob summum ingenium, summāmq<sub>z</sub> doctrinam plus te uno diligarem, certè neminem haberem, omnium enim voce cōmendationēq<sub>z</sub> politissimus literis, & liberalium omnīū artium studiis florebas, clarusque & celebris habebare, vnde meus erga te, quem adhuc ex facie non agnoscebam, cœpit cultus, qui mox cum etate accreuit simul, maioribus scilicet in dies ad virtutem profectūmq<sub>z</sub> tuum additis incrementis. Ab eo verò tempore quo bella illa calamitosissima, tam aspera, tam continua, me non modo ex tranquillo eó secessu exturbauerunt, verū tota etiam patria expulerunt, quandiu foris profugus, errabundus, inops vixi, tuis semper memor, atque sollicitus fui, quòd vicem etiam tuam, & bonorum omnium ingemisceram, & ubi cunque locorum ciues tuos dispersos etiam ipsos comperissim, nunc per Aligeros fratres Petrum & Ludouicum, nunc per Ali-thaeum, Zauarisiū, Turraniū, nunc per alios amicos tuos, quos doctrinæ nomine veneror, curabam ut meus erga te amor tibi fieret perspectissimus: idq<sub>z</sub> officij ab aliquibus ex his mihi non indiligerenter præstatum confido. Sed quoniam vel his testibus tam locupletibus mihi nondum satisfaciebam, decreui tandem quaqua ratione possem, aliquod huiusmodi mei erga te animis signum manifestius exhibere. Igitur cùm labores meos in Aegyptiorum hieroglyphica explicanda recenserem, plurāq<sub>z</sub> id genus cōmentaria in amicos distribuerem, tūq<sub>z</sub> non in postremis essem, plantas duas insigniores elegi, Palmam & Laurum, eāsq<sub>z</sub> à nostratis longè diuersas, ex Aegyptiorum quippe lucis à me primum in Italiam translatas, quas tibi dono mitterem. Palmam quidem, ob sublimē illud ingenium tuum, quod ad excelsa quæq<sub>z</sub> prospéro euentu sese attollere contendit, cuius euectus pennis toto primum cælo Epicyclos summouisti, totq<sub>z</sub> priorum Astrologorum machinas demolitus, facilem & permeabilem Planetis viam complanasti. Lau- rum autem, quia tu re optime in cælo gesta, ad infima mox terræ loca descendisti, tanquam Hercules alter triumphabundus: sed qui in superiorem orbem non, vt ille, de visceribus terræ Cerberum traxeris, qui aconitum ad mortaliū perniciem euomeret, sed ab Antipodibus Siphylum illam tuā admirandi vigoris plantā asportares, quæ morbis omnibus, tam cognitis, quām incognitis, præsentanea remedia, & incolumentatem efficacissimè conferret. Quod verò ad planetas attinet, spero eas à te benignè suscipendas, déq<sub>z</sub> earum surculis amicitie nostræ firmitatem colligari posse, quam diuturnam perpetuāmq<sub>z</sub> fore mihi persuadeo: quia meus erga te amor, cultus, & obseruantia, talia mihi pollicentur: tuq<sub>z</sub>, vt ameris ab omnibus, ingenij, doctrinæq<sub>z</sub> tuæ monumenta, uno doctorum omnium ore celebrata deposita: quorum quidem operum, studiorūmq<sub>z</sub> tuorum omnium felicitatem agnoscimus, & omnium posteritati celebrem & illustrem fore plurimum & ex animo gratulamur.

DE

## D E P A L M A.



A L M A significata plurima traduntur, quorum præcipuè quatuor ex grauissimis autoribus feligere visum est: quippe annum, mensem, iustitiam sive æqualitatem, atque victoram: quorum significatum causæ diligentius examinandæ sunt. Reliqua, utpote manifestiora, sponte, nulla solicitata cura, provenient.

## A N N V S M E N S I ' S Q V E.

**C**AUSè verò cur annū Palma significaret, tris esse perhibentur, eaq; omnium prima, quod sola omnium arborum per ortus Lunę singulos, ramos singulos progenerat. Atq; ita etiam significatum mensis obseruauerunt, vt per singulos Palmæ surculos, menses totidem adnumerarēt. Par itaq; vt si annus exprimi debeat, Palma duodecim ramis prædita figuretur. Sedenim, etiam si hæc nō ad fuerit curiositas, annum omnino significabit, vel quantum ad mensem attinet, quod in ossiculis eius ea maximè figura expeteretur quæ lunata esset, quam contra fascinationes pollere plurimū arbitrabantur. Lunam autem maximè cauam, qualis est cùm octo & viginti dierum numerū expleuit, cornibus scilicet infernè deiectis, mensis indicium esse in cœlestibus loco suo dictū. Dianaq; ipsa apud Homerū Apollinis hymno, mensis & anni arbitros paritura, Palmā amplexata describitur. Altera causa est, quod Palma, vti Babylonij tradunt, referente Plutarcho, trecetas & sexaginta vtilitates mortalibus elargitur, ideoq; anni simulacrum & insigne: tot enim diebus annus constat, intercalaribus quinque, de quibus in Vulture, subductis. Alia ratio est, quod palmæ satus quatuor ex lignis, sive ossa ea maluerimus appellare, quæ, vti paulò antè dictū, in eius fructibus insunt, fieri solet, quæ bina iuxta composita subter, binaq; supernè colligantur, pronaq; omnia seruntur, quorum inde radices amplexu mutuo connectuntur, atq; ita primi ortus promiscui coalescant, & unus ex cunctis caudex conficitur.

Annus quoq; solaris quatuor qualitatibus constat, quæ tamen ita mutuò connecti videntur, vt fallente de die in diem qualitatis ipsius mutatione, unus quasi caudex fieri videatur.

## T E M P O R I S D I U T V R N I T A S.

**C**ON dissimulabo quasi κῆποφην, quod Quintius Græcus autor asperum quendam locum, & admodum editum, superatuq; perdifficilem ponit, in cuius vertice Palma consurgat, cuius in cacumine insideat virtus: ex montis vti que asperitate labores varios, ex Palma temporis, vt Hesiodi interpres ait, diuturnitatem innuens. Non enim putabat quempiam ad perfectam aliquam virtutem pervenire posse, nisi per labores, quos diu tolerasset. Temporis autem diuturnitas quo convenientius signo figuretur, quam per id, quod anni & mensis habet hieroglyphicum adeo manifestum: Sententiam hanc ita sibi desum psit Quintilianus: Desinit in aduersa niti qui pervenit ad sumnum, scandenti circa ima labor est. Quod nos in adolescentia ita retulimus:

*Incipit oppositam pedibus qui repere molem;*

*Eximio superat grande labore iugum.*

*Ut tenet aërei placidiſima culmina montis,*

*Languida felici membra quiete leuat.*

*Pastus amaritiem rigidæ radicis acerbam,*

*Molliculi glutit dulcia mella fæci.*

# Pierii Val. Palma.

Hoc sophia aſterioris iter Superantule pergas,  
Dummodo poſt fellis pocula neclar habes.

D

Æ Q V A L I T A S.

**A** Equalitatem verò ea de causa significabat, quòd cùm initio Soli dicata fuit ante laurū, grauissimi autores afferunt, & Phœbum & victores hac, non alia quapiam arbore coronari solitos. Quę cùm ēquale effet victorum omnium præmium, æ qualitatis inde symbolum aſſecuta est. Sanè Plutarchus & Pausanias autores sunt, Palmæ precium, qua multis in certaminibus victores ēquè coronarentur, à Theseo primū institutum, cùm à Creta reuersus in Delum applicuisset, & Apollini ludos edidisset. Siue ea de causa sit excogitatum, quòd arbor ea foliis sit maximè æqualibus, ideoq; victoribus conveniret, quòd æqua eorum laus atq; præmium effet.

I V S T I T I A.

**F**Ructum præterea reddit pari cum foliis æquilibrio, atq; hinc iustitiā signifi cari voluerūt. Præter hæc incorrupta est Palmæ materies, ac propemodum senij nescia, perinde ac decet corruptos esse, necq; vñquā temerè flecti aliorum. E quorunquā arbitrio, iustitię administratores. Folia demūm, nisi vi tollant, nunquam amittit, quare illam congruenti epitheto ἀέφυλον, atque etiam ἄμπιθόφυλον appellauerunt, cùm & laurus, & oliua, & myrtus, ac aliae quædam, quibus est perennis foliorum viror, succrescentibus aliis priora decutiant. Eademq; immobilitas expetitur in iustitia. Quòd verò ponderibus resistat, & in aduersum incuruetur, facere idem Iudices debent, atq; reluctabundi, seductores pellacesq; omnes detrectare, neque muneribus, necq; violentiæ cedere. In hanc sententiam Leuitico celebrandis feriis X V mensis septimi, Palmarum surculos, quos Græci spathalas à gladij forma vocant, legislator sumendos præcipit. Theologi per eos iuuenientia iustitiae germina interpretantur. Iustus enim, ait Psalmographus, sicut Palma germinabit, propterea quòd nihil est in vniuersa Palma, quod respui debcat, ita tota ab intima medulla ad extreum vſq; folium humanae necessitatis vſibus est commoda, idq; multipliciter, perinde ac in iis qui iuste viuunt nihil reperias, quod non vnde cunq; vtile sit ac commendabile.

S O L.

**N**Eque quidem ea de causa tantum Palma Solis hieroglyphicum est, quòd anni vicissitudines referat, quantum quòd figuram solarium radiorum imitari quodammodo videatur. Vnde sacerdotij veteris autores, qui vt Proclus ait, à rebus apparentibus superiorum virium cultum adinuenerunt, ab hac similitudine solare quid in Palma esse arbitrati sunt. Et apud L. Apuleium legas, mystico eo sacro quo initiabantur Isidi, caput, ad solarium radiorum similitudinem ostendendam, Palmæ candidæ foliis in modum radiorum prōſſentibus redimitum.

V I C T O R I A.

**V**Ictoriæ demūm in Palma significatū, ex numis, picturis, sculpturisq; omnibus vniuersæ iam plebeculæ manifestum est. Eaq; elocutio toties vſurpata Ciceroni: Docto oratori Palma danda est. In quadrigis qui Palmam primus acceperit. Quam Palmam vtinam dī immortales tibi Scipio reseruent. & similia. Et causam multi prodiere, præcipuè verò Plutarchus Symposiacōn octauo, quam etiam posuerat Aristot. nempe si super arboris eius lignum, magnum quantumlibet pondus imponas, Palma minimè deorsum cedit, nec infrā flectitur,

**A** tur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur in contrariū fornicate. Eaqz de causa in certaminibus Palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam, vti dictum est, ingenium eiusmodi ligno est, vt vrgentibus prementibusqz non cedat. Videre verò est Palmam caudicibus sursum versus collectis in numo Neroniano, vbi idem ipse aprum impedit veru, victoriæ nimirum, quam de consecuta fera consecutus esset, hieroglyphicum. Et felicis augurij causa Augustus Palmam inter iuncturas lapidum enatam ante domum suam, in compluium deorum Penatium trastulit, vtqz coalesceret magno opere curauit, Cæsaris factum secutus, qui castris locum capiens, inter sylvas, quas cedebat, repartam Palmam conseruari vt omen victoriæ iussit. Ad hæc Cæsarianæ victoriæ aduersus Pompeium in Pharsalia prælio commisso Trallibus Palma ostentum dedit, exorta repente eodem fermè tempore, quo hæc gesta sunt, penes Cæsarianæ statuē basin, que in templo Victoriae dicata erat: quamvis omnis circa statuim locu natura solidus, & durissimo lapide instratus esset. atqz huius generis ostenta multa apud veteres memorātur. Minimè verò prætereundus est numus æreus cum **B** ingenti Palma, eaqz dactylis focunda, cuius inscriptio est, A L. AE. quæ dubio procul victoriam Alexandriæ Ägyptiacæ significat: quod vt magis explicetur, ab altera facie spica est cum inscriptione ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

## I V D AE A.

**D** Esumūtur hieroglyphica plerunqz à rebus quas egregiè aliqua regio ferat: vt Cyrenaica per silphium, quod in Battī numis cusum videas. A' Palmarum verò feracitate Iudæa eius arboris pictura significatur. Sanè in Titi numis passim videre est eius provinciæ simulacrū arbori Palmæ adalligatū, cum inscriptione, I V D. C A P. Vbi verò inscriptio est Cæsaris Vespasiani, atqz ibidem I V D AE A C A P T A , mœsta sedet ipsa manu quasi faciem complodens, adstat ipse iuxta Palmam. In alio cum eadem inscriptione signū est, quod dextera altè innititur pilo, læua sceptrum gestat, læuumqz pedem iacenti galeæ superponit.

## I A C T V R A.

**C** Ontrà vero, vel deiecta, vel casu aliquo vitiata, iacturæ imminentis prodigiū habebatur: veluti enea illa quam Athenienses in Delphici Apollinis templo dedicarant, rei aduersus Medos feliciter gestæ monumentū. Paulò antè **C** quād aduersus Syracusanos mouerēt, infaustæ signum expeditionis fuit, quod eius fructus, qui ex auro constabant, corui alites inauspicatae pluribus diebus imperierunt, eosqz partim deuorarunt, partim deicerunt.

## N V P T I AE.

**S** Ed cur nuptiarum etiam significatum in palma dissimulemus: qui picturam huiusc rei tam elegantem legerimus apud Philostratum, Imaginibus, qui paulib[us] & fluuiis hoc superaddit ornamentū, Palmarum quippe veluti fornici bus ductum, pontem fluuiio superiniectum. Nam cum Palmarum alia mas, alia fœmina sit, inuicemqz maritali quadam copula coniugentur, maresqz attrahant ad sese fœminas, neque illæ congressum, quantumcunque adniti possunt, aufugiant, sed vltro ramis ab vtraque vicissim contrà ad osculum quodammodo ex porrectis, manifesta dent mutui desiderij signa, is duas, & huius scilicet & illius sexus Palmas in ripis fluuij oppositas è regione statuit. Hic verò mas amore correptus plurimū incuruatur, alteqz sese supra fluuium protendit. Fœmina verò, quantumlibet procul sita sit, necqz apprehendi possit, inclinat se tamen, & obsequij quoddam & ipsa studium præ se fert. Aquā itaqz quodā veluti ponte

# Pierii Val. Palma.

coniungunt, diffcili tamen & inaccesso transitu, propter foliorum asperitatem. D  
Hanc vtiqe speciem ex Philostrato qui pinxerit, nuptiarum & cōiugalis amoris  
hieroglyphicum, ex ipsius naturę gremio desumptum, summa etiam cum venu-  
state descripscerit. Quò verò maior huic argumento sit fides, eam palmarij dili-  
gentiā adhibent, vt mares eo saltem interuallo à fœminis distent, vt puluis ven-  
torum flatibus à foliis sublatus in fœminarū folia īcidat, quod satis ad fœcun-  
ditatem facere compertum est. Sed mirum dictu, quòd si qua procul à mare ab-  
stiterit, vt neque puluis, neque aura, odórve eius ad eam permeare possit, excogi-  
tauerunt coloni funem à mare religatum ad fœminam vsqe producere, atque ita  
quasi maritali vinculo copulatam, masculo viru clanculum per funem irrepen-  
te fœcundā fieri, quæ prius in ea sterilescet solitudine. Diophanes autor Græ-  
cus, Florentinum citat, qui suis in Georgicis multa de Palmę amore conscripsit,  
contabesere eam maris desiderio, quod nulla dissimulatione profiteatur, mo-  
dò radices versus eum porrigens, modò verticis in eum proclinatione, fructum  
ferre pernegando, agricolamqe demum cogi amantē huic inuestigare, qui mul-  
tas Palmas mares manu amplexuqe cōtingat, mox ad amore perditam rediens, E  
eam amplexetur, attrahetqe manibus. Flores quoqe mari prius imp̄ositos tollat,  
& supra fœminæ verticem imponat. Quæ ne quis fabulosa suspicetur, istiusmo-  
di amoris exemplum atque coniugij nostro dedere tempore. Siquidem vir cla-  
riss. Iouianus Pontanus, homo minimè futilis, & quem fabulas pro historia, de  
re maximè suo tempore omnibus conspicua, scribere puduisse, duas celebrat  
Palmas, marem vnum Brundusij, fœminam alteram Hydrunti, quæ diu steriles  
permanserint, donec scilicet paulatim succrescentes, nondum alterā altera con-  
tueri poterat: vbi verò tantum adoleuere, vt sese inuicem conspicere potuerint,  
longo quantumlibet multorum stadiorum tractu dissidentes, fœtificare cœpe-  
rint. Sed cur non ipsum audiamus?

Brundusij latis longè viret ardua terris  
Arbor, Idumæis vsqe petita locis.  
Altera Hidruntinis in saltibus æmula Palma,  
Illa virum referens, hæc muliebre decus.  
Non uno creuere solo, distantibus agris;  
Nulla loci facies, nec socialis amor.  
Permansit sine prole diu, sine fructibus arbor  
Utraqe, frondosis & sine fruge comis.  
Ast postquam patulos fuderunt brachia ramos,  
Cæpere & cælo liberiore frui,  
Frondosiqe, apices se confexere, viriqe,  
Illa sui vultus, coniugis ille suæ,  
Hausere & blandum venis sicutientibus ignem,  
Optatos fœtus sponte tulere sua.  
Ornarunt ramos gemmis, mirabile dictu,  
Impleuere suos melle liquefauos.

Est idem amor in Pistaciis, ex quibus semina cùm panguntur, mas & fœmina  
committi debent coniunctis naturis, ita tamen vt mas ad Fauonium  
dorsum vertat, vt monet Demageron.

I N N O-

## A INNOCENTIA.

**N**E verò nostratia prætereamus, in sacris nostrorum literis eo loco vbi, Statura tua similis facta est Palmæ, legitur, Ambrosius significari ait viriditatem pueritiæ, atq; naturalem eius innocentiam, quam à vitæ primordio receperimus, seruandam esse, & vt fructum nullo foliorum defluvio suo tempore maturemus, admoneri. Idq; de Assertore nostro piorum conventus canere, iustus ut Palma florebit. Tardè verò proficit Palma, sed diu in viriditate persistit, ait Eucherius; ita Ecclesia sancta per multas difficultates ad firmum fidei statum venit, auctaq; iam & propagata, statura nimirum diu.

## PIORVM VITÆ.

**S**ignificat & piorū vitæ Palmæ species, propterea quod sicut interior eius catus & tenuis est, & corticū scabritie perplexitateq; visu minimè iucundus: superior verò pars visenda, tum trunci tum ramorum amplitudine, amicenāq; pulchritudine viriditatis expanditur, ita piorum conditio prima facie contemptibilis videtur, sed in mirificā demum exit morum virtutumq; pulchritudinē. Sed

**B**cur non ipsa Eucherij sanctissimi doctissimiq; viri verba subtexam, in hanc sententiam? Habet quiddā aliud Palma, quo à cunctis arborū generibus differat. Omnis enim arbor quæ in suo robore iuxta terrā vasta subsistit, crescendo superius angustior euadit, & quantū paulisper sublimior, tāto in altū redditur subtillior. Palma verò tenuis ab imo inchoat, & iuxta ramos aut fructus ampliori labore cōturgescit. Quibus itaq; alia arbusta nisi terrenis mētibus assimilari possunt, inferius vasta, superius angusta: quia nimirū omnes mortaliū in hoc seculo degentiū delectationes in terrenis rebus sunt fortes, in cœlestib. debiles. Pro temporali enim gloria vsq; ad mortē appetunt desudare: pro spe verò perpetuae parum quidem in labore subsistūt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tollent, & pro cœlesti mercede vel tenuissimas vnius verbi contumelias ferre non possunt. Ut terreno iudici totos dies aſſistant, fortes sunt: in oratione verò corā Domino, vel vnius horē momento lassantur. Sæpe nuditatē, vigilias, famē pro acquirendis diuitiis & honoribus tolerāt, & multa se abſtinētia cruciant: quod bis aut ſemel in hebdomada pati pro salute animi, grauiſſimū ducūt. At contrā ex equalitate Palmarū designant iusti, qui vita proficiūt, qui nequaquam in terrenis studiis sunt fortes, & in cœlestibus debiles, ſed longius atq; distatius studioſos ſe Deo exhibent, quām ſeculo fuiffe meminerūt. Recte itaq;, vti ſuprā dictū, iustus ut Palma florebit. Illud addam ex sextis Hebræorum caſtris apud Hieronymū: Veluti XII dulcis aquæ fontes ad Elim reperti, XII indicarūt Apostoli, de quorū fontibus aquæ deriuatæ, vniuersi terrarum orbis ariditatē affluerter irrigarunt, ita Palmæ numero ſeptuaginta cibum oſtenderunt, quē mortales à totidē ſecundis Apostoliſ appositū eſſent accepturi. Cibus enim doctrina, vtſ ſæpius dictū. Quoniā verò Crux Domini, quæ Palma ea eſt, in quā ascensurum eſſe Dominū Prophetæ prædixerant, longo stipite & in altū ſurrecto, in transversumq; latè porrecto fuiffe fert, ſignificasse etiā videt illud antea dictū. Cūm exaltatus fuero, omnia trahā ad me: ipsa em manū extenſio duos populos Israëliticum & Gētilem ad Deū trahere, & in vnu cōgregare videbat, vt ſeniores diſiſſe ſcribit Ireneus: nō ab re fuerit, vt piis quacūq; ratione poſſumus ſatisfacere ſtudeamus, ſignū id & victorię et ſalutis, quo pacto pīj veteres figurarint, adſcribere. Cōtus erat prælongus, cuius apex in e Grecæ literæ ſimilitudinē incurvabitur: inde paulo infra x Græca identidē litera ſua inſignis decuſſatione addita.

# Pierii Val. Laurus.

erat, id Christi nomen ostentat. Inde qui Crucis signū faceret bacillus transversus, cui velū aut mappula solebat appendi ve xilli loco. Hæc duo significabant apud Græcos, quorum characteribus signata erant, C H R I S T V S P A S S V S, aut C R V C I F I X V S. Inde pro delubro pedamentoq; aliquo, vasis alius cuius forma, orbiculis, aut ouis, aut aliis gestaminibus castrēsi more altero super alterū suffixis subiiciebantur, in hūc scilicet modulum. Quod vltimo loco subiecimus, forma loculi est, in quem vexilla figebantur, de quo alibi plenius. Agitè verò qui signum hoc sequimini, & in eius imperium iurastis, salutē vobis atq; victoriam inde certissimam pollicemini. Non enim tumultuarium hoc, aut temerè concitatæ cuiuspiam multitudinis fortuitum est signum, quod elemēta porrò omnia, quod humana omnis natura, quod bruta, quā licet, exprimere conatur. Dissecatur terra punctis quatuor, à quibus ductæ lineæ crucem figurant. Puncta, Oriens & Occidens, Septentrio, Meridies. Sæctius in ea animal Homo, brachia cùm precatur in crucem extendit, vel saltem pectus signat à fronte ad umbilicum, vt descensum à cœlo in terras nostri numinis indicet, mox ab læua, à corde quippe ad dexterā papillam (in dextera enim honorū operū motus) crucem delineat. Per mare verò quæ volitāt nauigia, si optatū cursum arreptura sint, antenas malo in crucis effigiem applicat: quęq; cœlum alites secat, passis alis crucem ostentant. Nos igitur faciem & pectus cruce signati, tutius & animosius vñquodq; virtutis opus aggrediamur, fluxarum cogitationū inundationes transeamus incolumes, præpetiōq; volatu supra cœlū attollamus, adminiculo signoq; crucis omnia feliciter executuri, stratisq; & superatis dolosissimi hostis insidiis, eiusq; conatibus euersis, in Domini nostri cruce tantum gloriati, trophæa, more veterum, victiarumq; triumphos ipsa cruce designata suspendamus.

## D E L A V R O.

**V**ulgatum illud est, Laurum Apollinis insigne perhiberi, eiusq; fronde, Palma iam posthabita, eius simulacra coronari. Neq; tantum ea de causa, q; Laurus in ore palumbi vim medicā indicet, quæ plerisq; volueribus præsentaneo est remedio, quantum quia sit, vt Eusebius ait, ignea, ideoq; à dæmonibus maximè odio habetur. Vsta præterea resonat, quod quandam predicendi vim habet. Ignispicium enim nō tantum splendore, verū etiā crepitū portendit, frequentissimo poëtarū omniū assensu. Ferunt verò Empedoclem, qui animā esse igneā statuebat, Lauri natura cōsiderata dicere solitū, si homini sit in animaliū quodpiā transmigrandū, optandū maximè vt in leonē transiret, cōmodissimum enim id animæ que hominē incoluisse hospitiū futurū. Sin verò arbor esset subeunda, in nullā cōmodius q; in Laurū fieri transmigrationē. Pindarus atq; Callimachus Apollinē memorat imperfecto Delphico draconē Laureā induisse quasi supplicē: erant enim supplices coronati apud Veteres. Aristophanes dominū et seruum oracula consulturos coronatos inducit, Pluto. Quin & Liber Lauro coronabat, in qua ex Indis triumphasse fertur: diesq;



D

E

F

**A**diesq; in illum solennes, magna olim corona dicebantur, vt tradit Tertullianus. Laurca itaque Apollini & Baccho sacra, illi vt Deo telorum, huic vt Deo triumphorum. Quanquam & Myrto milites redimiri soliti: ita Claudio Saturnius, qui librum edidit de coronis. Est & alia ratio cur Laurus Apollini sacra dicatur: legimus enim apud Serapionem Ascalonitam, Lauro ad dormientium caput apposita, vera videri somnia. Id ipsum Antiphonem, Philocrum, & Artemonem, qui de somniorum interpretatione scripsierunt, asseuerasse cōperimus. Neq; quidem Eustathij interpretamentum super hoc, parui fecerimus, qui Daphnen ideo dictam ait, quod dā intensionis particula, & φανεῖν, quod loqui & canere est, in compositionem accedant. Apud Hesiodum interpres Theogoniae, Laurum ait φάργεν πέτρας τῶν εὐθεστασμάτων. Hinc vaticinantes Lauro coronari solitos ait interpres Aristophanis. Et qui bella sequebantur vates, in summa galea Lauri conum gestabant.

## V A T I C I N I V M.

**B** **Q** Voc circa non imperitè Aphthonius Laurū vaticinij symbolum esse dicit, quā μαυπάχῳ φυὲν Dionysius in preceptis de Panegyricis scribēdis appellat. Nam quod vates dā φυηφάζοι vocitarentur, non ex eo tantum, quod ille dixerit, Laurumq; momordit: & Sibylla apud Tibullum, Sic vsc̄p; sacras innoxia Lauros vescar, desumptum est, verū etiam ex Sophoclis Cassandra dicentis, dā φυλω φαγέν πόδεν πείστη σώμα. Eodē modo Lycophron, dā φυλω φατῶν φοίβας ἐπ λαιμοῦ θπα. Porro Daphnem puellam, vt Plutarchus scribit in Agide, Pasiphaës nomine Spartani coluerunt, quæ oracula, vt aiunt, certissima sit dare solita.

## C V S T O D I A:

**P**Ro custodia verò Laurū ponī, & in columitatis esse symbolum ex Proculo dicimus, qui veteres ait Laurum tutelæ consecrassę, & in sacrificiis, & in locis vbi cunq; vel sata, vel affixa fuerit, in columitatem præbere. cuius rei nō ignarus Ouidius, tutelæ huius ergo illud de Lauro dixit: Mediamq; tuebore querum. quod ita mihi libet interpretari, vt ad ciuicæ coronæ sospitam etiam & tutelam statueretur: id quod ex numis quibusdam intellexi, in quibus ciuica posita est, quam duo laurei rami circumpleteuntur, non ipsi in coronam deduceti, sed ad osculum quodammodo adecuruati. Literæ, O B C I V I S S E R V A C T O S. Duo huiusmodi sunt apud me, in quorum uno literæ circumductæ, C. GALLIVS. C. F. LVPERCVS. III. VIR. AAA. FF. In altero, L. NEVIVS SVRDINVS: III. VIR. AAA. FF. Quid verò sibi velint elemēta illa, quippe A triplex, & F geminū, si quis quæsierit, sciat id significare, Auro, Argento, Ære, Flando, Faciundo. Inueniuntur verò & in Augusti numis, & alibi. Eadem verò specie ciuicam eam fuisse crediderim, quam Augusti foribus affixam Ouidius scribit, quamvis nonnulli arbores ipsas satas putant, quia ita scriptum à poëta sit:

*Postibus Augustis eadem fidissima custos*

*Ante fores stabis, mediām q; tuebore querum.*

Idem sibi vult numus argenteus in quo duo Lauri surculi cum radicibus, in quorum medio erecta est columna ionica, supra cuius capitulum carchesium est, in medio parma affixa, cum literis S. C. Nam ab vtracq; columnæ parte in albo singulatim literæ E. X. adscriptæ. Altera inscriptio est, D I V V S A V G V S T V S V E S P A S I A N V S. quod apotheosin ipsam sapit. Sed ex his satis superq; est ostensum, Laurū pro custodia & tutela ponī, & eorum quæ perpetuò

# Pierii Val. Laurus.

sospitari, conseruari, ac viuere volumus, signum. Accedit & illud ad sospitamen D  
tum, quod eius arboris folia fulmen non icit: eaqz de causa Tiberius cum fulmi-  
na coruscationesqz supra modum expauesceret, ccelo turbido Lauream sibi soli-  
tus est imponere, non secus ac eadem de causa Augustus ex vituli marini pelle  
cingulum gestare.

## P O E T I C A V I S.

**Q**Væ quidem perennitatis aut diuturni tēporis vita cū à nullo magis, quām  
à poētis ipsis expertatur, meritò Laurus vñà cū hedera, cuius circa vetusta-  
tem opus omne, poētis dedicatae sunt: aliorum enim scriptorum autoribus non  
tam fama quām vtilitas etiam quæsita, sola poētis gloria, & victuri nominis cu-  
piditas insita est, nec, vt eleganter & verè dixit Ouidius, petitur sacris nisi tantū  
fama poētis. Quod verò datum sibi laureum sceptrum à Mūs canit Hesiodus,  
laborem & diligentia scribentis indicat, propterea quod veluti sunt amara lau-  
ri folia, ita virtutis sudor, vel ipso eodem teste laboriosus. Vnde chartas Corne-  
lij laboriosas Catullus pro magna laude celebrat. Nam cum Hesiodus paupe-  
ribus fuerit parentibus genitus, verisimile est eum non sine magna difficultate  
proficere potuisse. Ita enim Zezes, quod Mūs nouem eum Lauro coronarint, B  
labores & amaritudinem eius in doctrina comparanda commonstrant.

## A V T O R I T A S I M P E R A T O R I A E T T R I V M- P H A L I S H O N O S.

**E**Sse verò Laurum insigne triumphantium, non ex eo tantum quod apud  
Ouidium legitur,

*Tu ducibus lœtis aderis, cūm lœta triumphum*

*Vox canet, & longas visent Capitolia pompas,*

quantum ex multis veterum monumentis innotescit. Illud quoqz satis constat, Imperatores triumphi Lauream ad louem Capitolinum ferre solitos, atqz eam in eius gremio relinquere. Laureata verò Imperatorum capita in numis passim habentur. Atqz h̄c non incongruum fuerit ea quę de Laureto, vnde triumphaturi laureas sibi decerpere consuerant, memoriae prodita sunt, repetere. Liuiam quippe olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum revisisse, ibi qz tum illi gallinam albam, quæ ramulum Lauri rostro tenebat, à prætervolanti aquila, quæ illam rapuerat, in gremium demissam, cūmque nutritri alitem pan- F  
gicqz ramulum placuisset, tantam pullorum sobolem provenisse, vt Tranquili-  
lus ad sua vsque tempora villam eam Ad Gallinas vocitatem attestetur. Tale verò Lauretum fuit, vt triumphaturi Cæsares inde Laureas boni ominis gratia decerperent. Fuitqz mos triumphatibus, alias confestim eodem loco pange-  
gere. Adeò verò Laurus triumphantium propria fuisse videtur, vt obserua-  
tum sit in huiusmodi Laureto sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam clanguisse. Ex quo etiam prodigij causam intelligas, quod Iulij Cæsaris cædem præmonstrauit, cum pridie Idus Martias auis Regaliolus cum laureo ramulo Pompeianæ Curie seferens, à varijs generis volucribus ex proximo nemore persequebibus ibidem discepta est. Nouissimo verò Neronis anno, in quo Cæ-  
sarum progenies defecit, sylua illa Veientana radicitus omnis exaruit, & quic-  
quid ibi gallinarum erat, interiit. Tali portento fuit Alexandro Seuero Laurus alia ingens & antiqua, quæ in palatio cuiusdā ciuitatis, à qua proficiscebatur ad bellū quod contra Germanos parauerat, subito collapsa, mortis itidē eius indi-  
ciū habita. Contrà non temerè boni ominis Lauri folia, quæ circa Pōpej fasces  
illigata

**A** illigata fuerant, cùm longo itinere per arida & inculta loca iam exaruiſſent, eo tempore quo in vico quodam Galatię cum Lucullo in colloquiū descendit, detracta, & à Lucullianis lictoribus recētia & viridia, quę penes eos plurima erāt, liberaliter ſuffecta: quod ſumimā gloria, rerum à Lucullo gestarū ad Pompeiū transituram interpretatum eſt, vt paulò pōst ſubſecutū. Et Romæ lamentabunda Luculli vox audita, Pompeius res meas in Asia gestas eleuauit.

## P V R G A M E N T V M .

**S**extus ait laureatos milites currum triumphantis ſequi ſolitos, vt quālī purgati à cæde humana intrarēt vrbem: proindeq; ſuſtitionibus omnibus Lau- rum adhiberi ſolitam fuſſe, vel quōd medicamento ſiccissima ſit, vel quōd omni tempore viret, boni ominiſis cauſa perpetua rei publice viriditas hinc optabat.

## V I C T O R I A .

**Q**uantum ad aruſpiciā pertinet, Laurus victoriā aliquando præmonstraquit: vt ea quāe in domo Alexādri Seueri iam infantuli nata iuxta Persicum arborē, intra vnū annū Persicū ipsam incremento mirabili ſuperauit: vnde aruspices futurum predixere, vt pueris olim Persas euinceret, quod euentu poſtea comprobatur eſt: ſub eo enim primō Persae ſerui apud Romanos fuere. Quare apud Virgiliū ex ea deſumptū doctrina legas de victore: Viridiq; aduelat tempora lauro. Notum illud eſt, ſolitos eſſe imperatores Romanos, re bene gera literas Lauro reuinctas mittere, victoriarū & lātitiæ nuncios, quāe Laureatæ dicebantur, quod Epistolis ad Atticum, & alibi habetur. Hinc Ouidius:

*Non ego viſtrices Lauro redimire tabellas,*

*Nec Ueneris media ponere in aede morer.*

Apud Marcellinū, vbi de vanitate Constantij loquitur, ſuorū ducum victorias ſibi adſciscētis, laureatas literas miſſitatas inuenies. Quare Plinius x v, Laurus Romanis præcipue lātitiæ victoriarumq; nuncia, additur literis, & militū lanceis, pilisq;. Vnde legere eſt in Pompeiū gestis, cùm is in Arcadia equeſtre certamen ageret, ludi gratia adueniſſe tabellarios ex Ponto, geſtantes iaculorū cuſpides Lauro coronatas, ex quo lāta nunciare antequam literas redderent cogniti ſunt. Mithridatem enim ſibi mortem conſciuſſe nunciaturi venerant. Vi-

**C**tores Delphis Pithijs certaminibus ea peculiarter lauro coronabantur quāe Delphica nominabatur, cuiusmodi genere & triumphantes Romæ: ea enim longè viridior eſt, maximis baccis, atq; ex viridi rubefientibus: vnde nonnulli commentati ſunt, in quatuor certaminum præmij que recenſentur ab Archia, per malum grandiores has Pythiæ Laurus baccas intelligi, de quo apud Lucia- num videas de pomis in templo Apollinis decerptis.

## I V R G I O S V S .

**Q**vōd verò iurgiosum notari per Lauri ramum alicuius manū prætentum nonnulli dicunt, Græcorum cōmentum eſt, non Āgyptiorū: idq; deſumptum ex historia. Nam Bebrycia Laurus erat in Amyci portu, à qua ramū qui- cunq; decerpſiſſet, tandiu fieri iurgia ſolebant, quoad abiſceretur: quod traditū eſt ab Apollodoro libro primo de Ponticis heroibus. Sedenim particularia hæc inter hieroglyphica locum nō habent, quia necesse eſt, quod recte ſit expri- mendum, id vniuerso generi competere, vnde ipsa deſumitur significatio.

## R E M E D I V M .

**Q**Vę verò de ſcipione laureo memorantur, ſignificare id remedium contra pericula & insidias, quāe à quopiam intentent, vt apud Sudam legitur, nō

Qq

# Pierii Val. Cedrus, & Myrtus.

ea tantum causa est, quod contra venena pollere Laurus credit, sed huc faciunt D  
ea omnia quae superius recitauimus, ubi tutelam & custodiam per Laurum si-  
gnificari docuimus. Quin & Aesculapij caput Laurea redimitum non alia de cau-  
sa dicunt, nisi quia ea arbor plurimorum sit remediorum. De medicina vero di-  
uinitus reuelata, quae per Lauri ramum, aut folium in columbae rostro ostende-  
retur, in aliis eius Commentario diximus. Praestant & hordeo condito inco-  
lumentem Lauri folia, si sicca grumis immisceantur, aut superne sternantur,  
diuq; à vitio conseruant, ut Demagerontis pracepto admonemur, in ihs quae à  
Constantino Cæsare selecta sunt. Quin Romani, ut apud eundem Cæsarem,  
Laurum boni genij plantam sunt appellare soliti: persuasumq; habuere, locum,  
ubi Laurus esset, neque à sacro vlo morbo, neque à dæmone infestari. Et salu-  
taris omnis gratia folia ipsius à populo Calendis Ianuarij magistratibus offe-  
rebantur, vna cum caricis.

## D E C E D R O.



DPalmam & Laurum pro poetis & Cedrum & Myrtum adiunge. E  
re gloriosum est, cum de præstantibus insigne dictum illud proferri so-  
leat, Et Cedro digna locutus. Ante alias enim arbores Cedrus æter-  
nitatis hieroglyphicum est, quia materia eius nec putrescit, nec ca-  
riem patitur. Hinc Arca fœderis ex Cedro fabrefacta est. Et Cedro digna loqui  
dicuntur illi, qui ea scribunt quæ nulla temporis iniuria sit abolitura.

### E X C E L L E N S.

**A**Libi diuinis in literis excelsioris potentiae viros indicat, Psalmo: Sicut Ce-  
drus Libani multiplicabitur. Et alibi, Confringet Dominus Cedros Liba-  
ni, hoc est potentiores. De medulla vero Libani ablata à Rege barbaro, pro no-  
bilitate protrita, dictum in Aquilæ Commentario. Sed iam ad Myrtum.

## D E M Y R T O.

### G E N I V S E T V O L V P T A S.

**S**Atis quidem exploratum est omnium ferè poetarum lectione, Ge-  
nium & Voluptatem ex Myrto significari. Arbusculam eam om-  
nium delicatissimam aiunt, perpetuo tam virore spectandam, quam  
foliorum specie, suauissimoq; odore præstantem: ut non immerito  
sit Veneri deæ omnium delicatissimæ dedicata, vnde meruerit Pelops Hippo-  
damic nuptijs potiri certaminis victor auxilio Veneris, quod ei simulacrum ex  
pullulante Myrto fecisset.

### V E N V S.

**N**Am qui Venerem pingunt, libenter illi myrtleam coronam imponūt, quo  
coronatam eam in iudicio Paridis astitisse, Nicander ait Alexipharmacis,  
atq; ea de causa huiusmodi arbusculam & Iunoni et Palladi odio habitam in po-  
sterum. Apud quem animaduertas Dictynnam Palladem appellari, quamvis  
glossemata quædam aliter exponant. Neque vero dissimulandum, Myr-  
tum pudendi muliebris habere significatum. vnde apud Aristophanem legas,  
εστι τοῦ μύρτου διγλα τέλη, πείνεις οὐδέ γε ποιεῖται ποτὲ τὰ εἰλάσσει· quod ita redde-  
mus: Neque rem aggredi venereum, priusquam Græciam fœdere iuxerimus.  
Sed Myrtum Pollux carunculam intra pudendum muliebre ponit lasciuo quo  
dam motu interīm subsultantem: quod forsitan spectat Aristophanicus ille io-  
cus

**A** cus, vbi chorus senum Lysistrate ait: Ensem posthac gestabo in Myrti ramo. In Commentario Serpentis Hecates fabulam recitauimus, quam multis modis Faunus pater solicitauerit ad stuprum, cum eam paternæ petulantiae reluctantem modò virga myrtea verberaret, modò vini tormentum adhiberet, mox in anguem conuersus spiris totam implicuerit, atq; ita voti compos euaserit. Ibiq; virgam myrteam, nequitq; imaginationem, vinum mentis hilaritatem, anguem multiplices voluptatis nodos hieroglyphicè significare ostendimus. Nam quod ad Myrtum attinet, apud Maronem,

*Quos durus amor crudeli tabe peredit,*

*Secreti celant calles, & myrtea circum Sylva tegit.*

#### O V A T I O.

**M**Yrtea verò corona triumphantiū militum capiti gestata, rem bellicam si-  
ne sanguine confectam significabat: vel cum quid bello nō indicto per oc-  
casione captum fuerat: tunc enim ouatio decernebatur, nō triumphus, atq; ita  
myrtea vtebantur corona, facilitatis indicio, cum in triumpho ob victoriā cum  
**B** labore partam laurea gestari solita esset, de qua superius.

#### H I L A R I T A S.

**E**Rat & hilaritatis indicium ramus myrti, quem veteres inter vina alter alteri porrigebant. Mos enim fuit in coniuījs eo circumlato ramo vnumquenq; discubentiu ad cantandum excitare. Singuli enim cōuiuarum accepto in manus myrti ramo, partes canebant suas: quem morem Symposiacis Plutarchus latè disputauit. Et Horatius adueniente verno tempore, quo se vnde cunq; patefa cit hilaritas, dum Cytherea choros ducit Venus, decere ait viridi nitidū caput impedire myrto. Atq; vbi cunq; conuiuiorum lētitiam celebrat, coronas ē myrto inferri iubet.

#### A R M A B E L L I C A.

**I**N prodigiò autem, quod ad Polydorī tumulum Æneæ sese obtulit, cornelis virgultis, & Myrti densis hastilibus, ad euulsionem sanguinem stillantibus, Tib. Claud. Donatus per id genus virgulta hostilem illic esse locū significari dicit, quippe q; duo ea genera lignorū hastilibus bellicis apta sint, proindeq; pa-  
**C**cis auspiciū nullum illic esse potuisse. Ac per hoc sacrificanti in nouæ ciuitatis causa, portendi, id quod accidit, crudele illic hominum genus, & humano infestum sanguini. Sedenim crediderim ego potius Maronem nostrū locum hunc de sepulchrali myrto mutuatum ab Elpenoris tumulo: quandoquidem Theophrastus ait ad Circeum in Italia locum esse eminenti quodam situ, densissimo variarum arborum nemore, sed arborosis præcipue myrtis densum, vbi parvus visitur locus, quem incolæ Elpenoris tumulum perhiberent. In eo, qui supini hominis mensuram non excederet, myrtos coronarias nasci, minutis quippe folijs, & odoratioribus quam latifoliæ sint, necq; alibi toto tractu eas, quam angusto eo spatio reperiri. Sanè Myrtus corona quoq; funebris est, de qua Pindarus Isthmijs, vt in Cupresso diximus,

*αἴθα λιευκοθέες κάρα μύρτοις ἐδέλπησεν.*

Thebis enim qui vicerant Iolea, Myrto coronabantur, ea de causa, inquit interpres, quia funebris est. Iolaum enim heroem Thebani colunt, ad cuius tumulū Iolea celebrabant.

**A**MORIS VVLNERA  
**E**st Myrti genus, quæ folia habet perforata, ea Trozenijs latissimè proue-

# Pierii Val. Myrtus.

nit: per hanc amoris vulnera, mceroremq; ipsum, quo plurimùm amantes ex de- D  
siderio conficiuntur, significari tradiderunt celebres doctrina viri. Alij (dicēda  
enim omnia sunt) fabulantur ab acu, quæ Phædrę capillos coērcebant, ea forami  
na processisse: de quo, vt nullam esse fabulam tam ineptam quæ apud Græcos  
autore careat, admoneamur, apud Pausaniam libro primo videndum.

## G A N Y M E D E S.

**S**Vnt qui per myrtū Ganymedem referri putent, quòd persuasum sit eam ibi  
lætissimè natam, vbi pueris pedum vestigia pressisset. Argumento esse lo-  
cum in Chalcide Harpagium à re ipsa nuncupatū, quòd ibi Ganymedem ab lo-  
ue raptū fabulantur, ibidemq; Myrtos pulcherrimas, atq; admodum copiosas  
nasci. Quod ea de causa à Chalcidensibus cōfictum aiunt, quòd insulare illi im  
purum genus fuerint, pueriliū amorum turpitudini quam deditissimi, pudore  
omni posthabito. Id quoq; apud Pausaniam.

## P A P Y R I I V I C T O R I A.

**I**N numis aliquot aspicere est Papyrij caput myrtlea corona redimitum. Signi- E  
ficat id Sardos ab eo in campis Myreteis superatos, ob cuius rei memoriā myr-  
tea ipse corona usus est.


**A D I L V S T R E M H I E R O N Y M U M R O B O-**  
**R E V M V I C I N O V I D O M I N V M , D E I I S Q V E P E R Q V E R-**  
**C V M , H E D E R A M , F E R V L A M , M I L A C E M E T A M Y G D A L A M S I-**  
gnificantur, ex sacris Ægyptiorum literis, Pierius  
Valerianus.

**H**ce vero tibi Quercus tua, honoratissime Hieronyme, quā ex Aegypto aduenitā ti-  
bi dari tantopere cupiebas: neq; id immerito, neq; temere: nam cum ea arborū va-  
lidissima vulgo à robore nomen consecutā sit, sive potius vires ipsæ ab arbore Quer-  
cu, quæ robur ipsa est, nomen acquisierint, cui potius dari debuerat, quām illi, qui  
de clarissima Roborea stirpe prognatus, duorū etate nostra maximorū Pontificū, Sixti IIII. & F  
Iulij II. illustris gloria, clarissimum quenq; eorum decorare videatur? Nam Sextus Saonæ ortus  
cum veluti postliminio Taurinum veterem patriam studiis florentem reuisset, maiorum tuo-  
rum, quos agnatos habebat, liberalitate adiutus, paratam sibi ad Pontificatum viam inuenit:  
tantum enim virtute & disciplinis optimis profecit, ut vel ante etatem primos in congregatio-  
ne sua titulos sit honorificè cōsecutus: mox doctrinæ et præstantis ingenij nomine Sacerdos Card.  
factus, integritate hominis cognita nullo negocio fuerit ad summū Pontificatum electus: ac tum  
ipse, tum Iulius II. qui ei paulo post successit, progeniem unde fuerant oriundi, honestissimis titu-  
lis & honoribus ornauerunt. Sed ne singula referam quæ et alias à me dicta sunt, & paucis ex-  
pliari non possunt, quid magni illi Gallorum Reges, nonne Roboreos semper magni fecerunt, &  
eorum aliquem apud se fouerūt? teq; adeò ipsum sapientissimus Rex Franciscus, ac deinde Hen-  
ricus eius filius, singulari humanitate sunt amplexi? quibus tu bonarum disciplinarum studio,  
politiorisq; eruditio nominis gratus in primis extitisti, eiq; opinioni, quam omnes de te conce-  
piuntur, in hac ipsa adolescentia non auare cœpisti respondere: unde ipse etiam Rex Henricus tua  
ad res gerendas opera atque industria vti in animum induxit. Itaq; non plus tibi familia tua  
splendoris adiungit, quām abs te illa accipiat, eiq; in dies magis ac magis accessurū esse videtur.  
Quod autem ad Quercum attinet, Hedera quoque se illi applicuit ad ornamentum, proq; septo  
Myrtus,

**A** Myrtus, & Ferula, Milaxq; cum Amygdalis accessere, quibus venustè ædium tuarum hypæthron poteris conuestire, amænioribusq; vmbbris festiuè admodum opacare. Vale.

## D E Q V E R C V.

## C I V I V M S E R V A T O R.



INTER coronarū genera querna in primis celebratur, quæ ciuis in bello seruati signum magno apud veteres in honore semi per habita. Cur verò ciuicas ex Quercu fieri sit institutum, plures enumerant causæ. Alij enim dicunt honorē hunc Arcadi bus attributum, quos oracula solita sint ob vetusta:is honorē glandiphagos appellare. Alij ea de causa, quod faciliè et prom ptuarium cibum Quercus sit militibus afferre solita. Alij, quia loui sacra sit, in cuius tutela sunt ciuitates, cōgruensq; haberi, vt qui ciuem seruasset, ea corona retur fronde, quæ ciuitatū omnium tutelari Deo dicata esset. Apud Celtas autem, vt Max. Tyrius tradit, altissima Quercus deligebat, eaq; erat louis signū.

**B** Sunt qui eam tradant primam plantarū omnium genitam, atq; ita populorum altricem fuisse, & primariam oraculorū autorem. In numo quodam, cuius Dōrica inscriptio est A P E I P Ω T A N, aquila habetur fulmine subter pedes deiecto, et rami duo querni in coronam flexi, quæ dubio procul Fpirotarū moneta glandes Chaonias, & oracula Dodonæa significat. Quantum verò pertinet ad ser uatos ciues, quāvis in Lauro de C. Gallij & L. Næuij Surdini numis rem expli cuisse satis esse possit, nō importunè tamen loco hoc repetet quod Ouidius de Quercu ad Laurum dixit, cùm in arborem eam Daphne transmutaretur: Mediamq; tuebere quercum. In numis quippe aliquot coronam ciuicam esse pos tam, quam duo laurei rami circumplectuntur, non ipsi in coronam deducti, sed ad osculum quodammodo incurvati:literæ, O B C I V I S S E R V A T O S, quorum duo huiusmodi apud me sunt. Qua specie ciuicam eam fuisse credide rim, quam pro Augusti foribus affixam scripsit Ouidius:

Postibus Augustis eadem fidissima custos

Ante fores stabis, mediumq; tuebere quercum.

**C** quamvis nō nulli arbores ip̄as eo gestu satas fuisse putant. Libet aut & aliorū quorundā addere monumēta. In numo C. Caligulæ ciuica tantum cum glandibus spectat, in quo literæ sunt huiusmodi, s. 'P. Q. R. P. P. O B C I V E S S E R V A T O S. In Sergij verò Galbae Aug. numo ciuica eadem est cum inscriptione, S. P. Q. R. O B C. S. Eadē in Vitelli Germanici, in cuius medio hec literæ sunt, S. P. Q. R. O B C I V. S E R. In numo ctiam quodā aureo, et aliis plerisq; obseruaui, ciuicā hanc Neroni etiam ex S. C. dedicatā: quamvis alia nō adsit descri ptio, idem tamē est significatū. Eodemq; S. C. Antonino numus datus est cum porca foeta & natis sub vberē, quibus imminet quercus, quod animal id dubio procul glande plurimū pascatur, vnde antiqui omnino cibi admoheamur: quā causam Plutarchus præcipuā putat in ciuicæ coronę dono: quāvis primas loui partes tribuat, cui sacra sit arbor, et in cuius tutela, vti dicebamus, sunt ciuitates. Videas & in numo quodā Augusti Cesaris, quercus arbores duas cū ingēti patina in medio earū sita, circa quā literæ sunt ad quadrati positurā <sup>S. P.</sup> Q. R. Necq; sum nescius ciuicā etiā ex ilice fieri solitā:nā & ipsa glandifera est: Cæciliūq; Comicū poetā coronā ciuicā lignicā appellasse: omnino em̄ lignea primō fuit. Rationē Festus tradit, q; frondē pr̄ se perennē ferat, postea verò magis placuit ex esculo

# Pierii Val. Quercus.

Ioui sacra, vbiqe custodito honore glandis, vt Plinius autor est. Nota sunt quae D & quanta tribui solita sunt iis qui ciuica meruissent. Ea quippe vt licebat perpe tuò in ludis. Induenti assurgi etià à Senatu moris erat, senatuc proximus erat locus assignatus. Vacatio munerū ipsi, patric & suo paterno dabat, quod filiū adeò publicae rei vtilem genuissent. Ne verò temerè daretur, arctiores additae sunt leges, vt quippe ciuis quod seruatus esset, seruatū se esse fateret, aliter testes in eo negocio nihil proderat, nec si quempiā alium quam Romanū ciuem seruasset, quantumvis Regem. Ciceronē ciuica donandum L. Gellius censuit, quod eius opera esset atrocissima Catilinæ coniuratio detecta, vindicatac, atque ita non ciuis vnus, sed vniuersa Romana ciuitas seruata, meritoc, vt ait ille,

*Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

## A M V L E T V M.

Hecate quoqe quercu coronari solita est, in cuius manum hasta imponebatur, & humeros multis draconum spiris implicabatur. Huiusmodic deæ simulacrum ante ianuam dedicari solitum Æschilus tradit, idc incantationum amuletum habebatur. E

## V I R T V S.

Herculeam verò clauam illam valido plurimùm de robore fieri solitam, virtutis simulacrū esse, optimi quiqe autores tradunt. Tum etiam numus Gordiani Pij declarat, in quo Hercules nudus cum claua spectatur, cum inscriptio-ne, VIRTVS AVGVSTI. Nuruæ autē Traiano ex S. C, quod in numis apparet, decretū est Leonis caput claua supererecta, cum inscriptione vni illi maximè attributa, quæ est, OPTIMO PRINCIPI. Nec præteribo Commodi vanitatē, in cuius numo vidimus ingentē clauam cum inscriptione, HERCVL ROMANO AVG. S. C. & ad hæc coronam ciuica circumductam. In aliis ad adulatio[n]ē huiusmodi cūsis, Hercules est facie ad ipsius Commodi similitudinem informata, cum spolio & claua in læua, dextera coronā trophæo superimponēs; literæ, HERCVLI ROMANO AVG. Accepit enim is statuas Herculis habitu, eicp immolatum est vt Deo. Harum vnam adhuc integrā cum claua & Hyla, Iulius II restituit pro foribus aulæ superioris palatij Pontificij, vbi nunc porticus Leoniana. Sedenim Leo X statuam amoueri iussit, neglectamqe in angulū reiici. Necqe verò clauā Herculi semper ex robore fuisse perhibent, verū & ex oleastro, cuiusmodi ea fuit quam Mercurio πολυγόνῳ dicauit, quam iterum pullulasse fama est. Nam Træzenij oleastrum ex ea claua natum ostentare olim consueuerunt. Pisander & aheneam Herculi clauam fuisse dicit. F

## F O R T I T V D O.

Am verò fortitudinem, validasqe vires per Quercum significare mos est mulitorum, siue nomen ipsum sequantur, quæ roboris elogio censetur: viribus enim præstantes viri, vt Festus ait, robusti à robore nuncupantur: robur verò à robo colore rufo, quod ea materia plurimas eius coloris venas habet, siue insitā illi vim admirentr, quod incorrupta materies, et ad ædium perennitatem facere, magnis inde acceptis vtilitatibus, comperiatur.

## D I V T V R N I T A S.

Adem autē de causa diuturnitatē etiam significat quercus, quod eiusmodi sit eius vis, vt in seros vsqe annos prorogetur, præcipue cùm vel defossa, vel aquis macerata per tempus aliquod fuerit. Quare augures non iniuria suo Galbae fulgur procuranti, cùm exta de manibus Aquila rapuisset, & in frugiferam

**A**ram quercum contulisset, summum, sed serum imperium portendi familiæ, responderunt: quod eventus mox comprobauit.

## IMPERIVM FIRMV M.

**I**mperij firmitatem per sceptrum ex querno truncō significatum inuenio. Sceptrum aut̄ cum foliis quernis in columna quadam ex alabastrite Viterbijs spectare licet, inferioribus quippe ramis amputatis, superioribus autem ita mutuò complexis, ut oculi specie reddant. Plutarchus Osirim huiusmodi signo redditum arbitratur, qui, ut nonnulli prodidere, non Aegypti solum, verum & Italij, & totius ferè terrarū orbis imperiū obtinuerit. Aiunt verò sceptralia huiusmodi ita pluribus ramis ornari solita, ut plures erāt provinciæ quibus is imperitaret, cuius honori & nomini dicatū esset id monumenti. Quercus enim Rheæ, quæ terra est, sacra, ut Apollodorus 111. de Dīs ait. Quin eos omnes quernis coronari tradit, ob utilitates quas arbor ea tam in edificiis, quam in primo victu prebuit.

## OSIRIS.

**M**Acrobius in hac oculi specie, quæ ab incuruatis ad complexū hinc inde ramis, ut in nobilitatis vestræ gestaminibus spectare est, cum Osiridis nomen agnoscit, tum Solis id esse signum cōtendit. Oculi verò similitudinem ideo poní, quia Sol regiali potestate cuncta despiciat, vnde illi oculi cognomentum apud antiquos. Sedenim de oculo eo cōmentario disputatum, quo per singulas humani capitis partes, quæ aliquid significant, decurritur.

## PRINCIPATVS.

**C**æterū & in Aruspicū disciplina quercus principatū ostendit, quod multis olim auguriis obseruatū est: ex quibus illud præcipue referendū videt, quod in suburbano Flauiorū quercus antiqua, quæ Marti sacrata erat, per tres Vespasię partus singulos repente ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiuscq; fati. Primum quidē exilem, & haud ita multò post arefactū: ideoq; puerilla nata non perennauit. Secundum prævalidum ac prolixū, & quī magnam portenderet felicitatem. Tertium verò instar arboris: quare patrem Sabinū ferunt aruspicio insuper confirmatum renunciasse matri, nepotem ei Cæsarem natum. Contrà verò sceptrū nouissimo Neronis anno de Augusti manibus excussum fulmine, imperium Cæsaribus diuinitū abrogatum indicauit.

## FERTA S.

**Q**vorundam etiam inuentum fuit animi feritatem ex quercu significare, quod etiam non ignobiles poëtae agrestes homines, immites atque saeuos, nullisq; humanis moribus expolitos, duro ex robore natos dictabant: de quo interpres Hesiodi, Veteres, ait, filios in quercubus aut petris exponere solitos, vrbium tectorumve commoditate nondū adinuenta, datamq; hinc ancam, ut ex petris aut roboribus geniti viderentur.

## OBSCENITAS.

**H**abet & glans ipsa suū significatū, idq; obseceno satis intellectu, ob eā sciliacet qua predita est figurā, pudendi virilis mucroni penè similem. atq; hinc Arcadū obsecenitatē incensi reperias, q; βαλανόφρεγοι essent. Vnde Diogenes eiusmodi notæ adolescentē Arcadē dixit, is cuiusmodi videlicet esse interrogatus: intelligebat enim Arcadiā infamē esse, utpote quæ luxu deliciisq; barbaricis corrupta esset. Alij referunt ad stuporem: vnde dixerit etiā Iuuinalis, Læua in parte mamillæ nihil Arcadicō iuueni subsultare. Sed cū priore sententia facit alterum eiusdem Cynici dictū, apud quē cū mentio fieret de puerō quodam qui male

# Pierii Val. Hedera.

pudicitiam tutabat, Diogenes cuiusnam is esset interrogatus, Tegeates respon dit, ludens scilicet ex ambiguo: nam Tegea ciuitas est Arcadiæ, Tegos autem interdum pro lupanari ponitur.

## IRA DELINITA.

Ipso deniq; arbor quercus, ea insignis asperitate, quæ omnibus conspicua est, non immerito fertur vsque adeo inimica oleæ, ut eam iuxta se positam extinguat. Olea verò cum sit pacis, mansuetudinis ac lenitatis indicium, excogitatum est quercum olea complicare, cum iracundiam atq; inexorabilem animi asperitatem sese ad lenitatem dedisse significandum fuerit. Contrà addam νατα παρεγγος et ea quæ beneficiū à queru consequuntur: scriptores enim naturaliū rerum, hederam quercinā, viscum quercinū, & polypodium quercinū optimū dicunt.

## DE HEDERA.



Edera autem non quercina tantum, sed qualiscunq; esset, haudquam obscuræ celebritatis erat apud Ægyptios, quippe quæ propter continuum viorem vitibus etiam præferebatur in sacrís, quod E illæ à fructu folia identidem amittant.

## BACCHEVS.

EA verò in primis quæ corymbos nigros fert: sed & sine delectu coronamen tis accepta Dionysio sacra, quod æquè est ac apud Ægyptios Osiridi: à quo etiam isti nomen: chenosiris enim corū lingua nominatur, quod Osiridis planta interpretatur. Præterea Dionysius, Nysa vrbe à se posita in extrema ferè India, hederam quam seuit, æternum nominis sui monumentum esse iussit.

## NOCVMENTVM ABSCONDITVM.

THyrsis vcrò, quod telum est ligneū, circumfusa hedera cooperitū vini nocumentū hieroglyphicè indicat sub ipsius suavitate latitare. Hinc Macrobius Liberū Patrem ait ferire per obliquū, circumfusæ hederae latitatem mucrone. Neque aliud sibi vult vitis supra caput Hecates pretendi solita, quæ nimirū ostēdit Fauni patris insidias, quas in natā vini opera cōstruxit, de quo latius in Serpēte.

## TENACITAS.

VSque adeo verò adhæsit hederae tenacitatis nōmē, vt illigandi complecten- diq; significatum, vt olim apud nostros flamini Diali non modò eam tangentem omiosum esset, verūm etiā nominare, ne inde illigatus aliquo modo vel cogitatione deprehenderetur. Eaq; de causa necq; anulū quidem gestare ei licebat, libera siquidē omnia esse volebat sacrificulis. Vnde sacrū factura Dido apud Maronē, vnum exuta pedem vinclis in veste recincta, legitur. Manifestū autem est hederam vineire quicquid fuerit, ad quod se applicuerit. Hinc Horatius lascivis hederis ambitiosior dixit. Hinc Catullus mente amore revinciens, vt tenax hedera hac & illac arborem implicat errans. Et Gallienus Imperator:

Brachia non hederae, non vincat oscula conchæ.

Ea deniq; siue ab heredo, siue ab eo quod edita petat, siue potius ab edendo ea, quibus adhæserit, nomen habeat, Libero Patri dedicata est, vt initio dictum, quod ita semper vireat, vt & ille semper iuuensis: Nam solis æterna est Baccho Phœboq; iuuenta, vel quia mentes hominum ita Liber liget, vt ea quæcumque tetigerit impedit: ebrius enim quamvis solutum eum vel in angusta paupertate dicat Horatius, & Lyæus à soluendo nomen acceperit, irretitam tamen habet mentem, necq; sui compos est.

Affer-

## A S S E R T O R.

**A**N numis plerisq; caput hedera redimitum aspicias cum Assertoris inscriptio-ne: ut illud cum cornibus, ab cuius altera parte sigillum est cum racemo in de-xtera, in laeva spolium gerit; literæ quæ legi possunt, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. In aliquot aliis caput identidem hedera redimitum, ab altera verò facie Hercules cum clava & spolio: literæ sunt, ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΟΣ; infrà verò, ΘΑΣΙΩΝ. Sed dicerem ego populeam potius esse frondem, nisi flexuosus viticulæ ambi-tus hederam potius referret. Sunt verò Thasij ab insula, quæ Thraciæ adiacet, vnde Herculis progenitores oriundi, quo nomine illi sibi plurimū plauden-tes, imaginem eius numis exprimere instituerunt.

## B A C C H E I A S V P E L L E X.

**V**Inaria verò vascula, quæ Cissibia plurimū appellat, orificiū ad hederacij folij speciem informatū habent: κύωθεν enim hedera: cuiusmodi vasa quam-plurima, quæ longā sapiunt vetustatem, vbiq; Romæ videas. Et quæ nūc etiam è luto formantur, ad eandem penè formam rediguntur, à foliisq; vulgo nomen B habent, nam Folietç nuncupantur. At bona pars Italæ vasa vinaria quotidiani usus Boccalia, quasi, vt puto, Bacchalia dicere velint, appellant. quamvis βακχιον pro vase vinario sit apud Homerum. Qui κυωθεν dicta putarunt, quod vasa olim ex hedera fieri solerent, hallucinari mihi videntur: nā necq; quidem lignum satis idoneū, necq; materia commoda est, cùm satis constet, si poculo hederaceo mixtum infundatur, vina transfluere. Necq; ego nunc poculorū genera perqui-ram, quæ copiose satis ab aliis enumerata fuerunt: illud ostendisse satis fuerit, qua de causa bona eorū pars hederam supremo margine assimularent, quinetiā in nonnullis iuxta ansam impressum hedere foliū obserues: & apud Maronē pa-storalibus quibūsdā poculis superaddita vitis, Diffusos hedera vestit pallente corymbos. Qua verò specie esset cantharus qui Baccho dedicabat, vtī scyphus Herculī, si quesierit quis, picturatione cōmodius q; verbis explicabitur. Pedem enim habet à latiori am-bitu in angustū flexuoso interius ductu se contra-hentem, ita vt ea pars tota desidentibus incuruis co-stulis describatur: mox intumescit in calicem, quod nomē nostris in sacrificiis tot iam abhinc annis, spe-cie nihil quicquā immutata, receptum est. hinc iterū angustari incipit, totoq; ambitu introversus incur-vari, quo ductu vbi aliquantulum processerit, rur-sum aperit, & cratera in summo patefacit. Addūtur hinc atq; inde ansæ, quas aures Græci libentius ap-pellarū: sed aures ego eas alia quām ansæ sint forma factas intelligo, vt pote que quidem prostarent à summo vase, sed minimè ad inferiora flecterent. In morem autem Delphinorū alias ansæ, alias anguium figuræ, plerunq; volutarū in mo-dum fieri solitæ. Sed & vna tantū ansa præditos plerisq; locis cantharos in anti-quorum monumentis aspicias, cuiusmodi apud Virgilium est Silenianus ille,

*Qui grauis attrita pendebat cantharus ansa.*

## P O E T A.

**Q**UOD verò poëtis hedera decerneretur, vt vñā cum lauro coronā corū perfi-ceret, non tam perpetuus vtriusq; viror, qui diurna corū opera significa-ret, in causa fuit, quām vt ostenderet, eos, qui digni hederis euasissent, Laurcāq;



# Pierii Val. Hedera.

meruisserent, & ingenio & arte precelluisse: per Laurū enim insitā in ingenio vim, Dac venae fœcunditatē Apollinis irradiatione locupletē intelligebant; per hederā verò artem & industriā pervigili labore partam. Cuius rei id est indicium, quod hedera suapte vi admodum imbecilla humi semper reperet, neque se vñquam attolleret: pertinaci tamen labore artificiosōq; conatu pervincit, vt vel arboribus vel parietibus adhærescens, paulatim irrepens supra omniū fastigia victrīx euadat, & supremo in vertice dominetur: vtroq; enim opus est, si quis velit excellere: nisi verò excelluerit, nihil quicquā profecit, quia Mediocribus esse poētis, non homines, non Dīj, non concessere colūnē, quare sapienter ait Horatius,

*Ego quid studium sine diuite vena,*

*Nec rude quid possit video ingenium: alterius sic*

*Altera posset opem res, & coniurat amicē.*

In eandem sententiam apud Pindarum legas, vt in Āpe diximus, poētas lacte simul & melle pasci: quorum lac naturam facundiæ vbertate affluentem, mel artem, laboriosumq; proficiendi conatum ostendit. Non enim mel sine magno labore, industria & artificio comparatur. Apud Athenæum, quod minimè dissimulandum est, legas, ex Seno Eliensi Grammatico desumptum, Autocabalos, qui postea Iamborum poëte nuncupati sunt, hederacea corona vti solitos: Ithyphallos verò talari tunica manicatos, ebriosorū personas ridiculum in morem gestasse. Hinc apud Virgilium:

*Threicius longa cum veste sacerdos*

*Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Et quod ad manicatos facit elusum alibi:

*Et tunicam manicas, & habent redimicula mitrae.*

Sed vt ad Athenæum revertamur, Phalophoros demum ait (ideæ sunt hæ immoderatae Musicæ, lasciuæq; apud veteres cæremoniæ) serpylo & pederotæ herbis faciem occultasse, sertaq; sibi ex viola & hedera nexuisse.

V E T V S T A S.

Præter hæc vetustatis symbolū est hedera, cùm semper circa vel arbores, vel edificia vetustate consumpta ruinosaq; saxa maxime versetur: quin etiā ex eo Baccho sacra, veluti vina etiā de vetustate commendan̄. Pindaricum porrò est Fumū à vetustate commendare, vt Epharmosto Olympiis, οὐναὶ ταλαιὸς μὲν οἶνος. Ita Horatius passim: *O natam mecum consule Manlio testa.*

Sic Tibullus, vt corrupta obiter lectio corrigat, li. Amorū secūdo, elegia prima:

*Nunc mihi fumosi veteres afferte Phalernos*

*Consulis, & Chio soluite vincla cado.*

Fumosi enim Consulis, non fumosos Phalernos, vt imperiti nonnulli putant, eadem synepeia apud Iuuenalem habetur:

*Fumosos equitum cum Dictatore Magistro.*

Notum enim quemadmodū Romani studiosissimè curarint, vt atria sua maiorum illustrium imaginibus completerentur, ad excitandam scilicet posteritatem, vt quod sibi ad imitandum proponerent, assidue conspicerent. Fumosos igitur, præ vetustate quadam veluti fuligine coloratos. Hedera autem cogere in senium arbores creditur, ipsaq; non nisi senescentibus libenter adhærescit. Extant super hoc luculentissima Laberij carmina, quorum ea duo tantum affram, quæ ad sententiam, qua de nunc agitur, congruere videntur:

*Ut hedera serpens arborum vires necas, Ita vetustas ambitu annorum necat.*

*Necq;*

A Neq; quidem ea tantum de causa, quia vetustas vinum commendet, & hedera sit vetustatis indicium, ea Baccho sacra perhibetur, sed quoniam, vt super eius vi Plutarchus differit, commanducata hederæ folia ebrietatis speciem quādam repræsentant, & proclives ad furorem mentes incitant.

## F V R O R P O E T I C V S.

**A**Tque hinc demum existimant eruditissimi viri coronas hederaceas poëtis attributas, siquidem motus ille diuinitus fit, vt autor est Plato, quo poëtarum mens concita, imagines rerum tot supra naturam concipit, & ea interdum mysteria scriptis mandet, quæ paulò post ipsi abeunte furore vix intelligunt. Vnde non immerito excludit sanos Helicone poëtas Democritus, eosq; tātūm admittit,

## Quos cantor Apollo

B Non patitur versare lutum, sed ad aurea cœli  
Limina sublimes lous omnipotentis in aula  
Sistit, & aetherei monstrat commercia cœtus,  
Ambrosiamq; libens noctārū propinat, & illi  
Magna canunt afflante Deo, mortalia ponunt  
Nubila, quæq; Deūm in penetralibus abdita cernunt.  
Adq; vbi iam se rediere insomnia mente  
Attonitare repetunt, & quæ inspexere reposunt,  
Et plerunq; suas non perceperē Camænas,  
Usqueadèō humanis præstant cœlestia rebus.

## D E S M I L A C E.

Voniam verò Milax, vt vocabulo vtar Æginetæ, quadam cū hederæ foliorū viticisq; similitudine ita cōgruit, vt ea multi magno cæremoniarū errore pro hedera vñi sint, ignorantes funestā esse, & omnibus sacris & coronis infaustum, ideo visum est in hoc hederæ commentario eam dissoluere ambiguitatē. Quatuor enim distinguitur speciebus: arborea vna, quæ nostris taxus est: virgulto assimilis altera, sed aspera & spinosa, surculis, ramis, pediculis, & foliis paliuri instar hamatis, labruscæ prop̄modum racemis prædita, quā Venetijs in semotioribus Lignipedum hortis in pergula surrecta aspexi. Hederæ aliæ duæ propriores, quarū vna lœuis, altera hortensis appellatur, sed usqueadèō sibi in vicē assimilatæ, vt vtrāq; pleriq; vñā tantū speiem existimarint. Siliquis hæ lupinorū tunicas magnitudine adæquātibus fecundissimæ, in quibus grana ad fæcolorum similitudinē renunculatorū figuram referentia delitescunt, pressiora in aliis, in aliis torosiora. Colorum multa varietas, in aliquibus lutea, in aliquibus purpurea, nigra alia, alia variegata ex nigro & albo, surculo in omnibus iunceo ad admirandā altitudinem ex crescente: foliis prop̄modum hederaceis, nisi quod hederis vnicuiq; singula, his passim trina: hederæ tenacia, & perpetua, & lœuore quodam placida, his asperiora debiliaq; & cum vento simul interdum abeuntia, autumno prorsus decidua.

## F V N E S T V M.

**F**los harū coronis intextus funestū habet hieroglyphicū. Florem verò ferūt. violis admodū similem, colore in aliis cādido, in aliis puniceo, in aliis etiam subpallido, ex quibus lugubres coronas fieri Plinius attestat, infaustosq; esse dicit omnibus sacris & coronis: causamq; affert, ob crocū in eā herbā amore smi-

# Pierii Val. Smilax.

Iacis conversum: quā quidē fabulam Naso 1111 Transmutationum libro vni. D  
co eo versu tangit: *Et crocon in paruos versum cum smilace flores.*

De qua quidem fabula cūm nihil aliud extaret, nos olim de cultu eius herbæ vi-  
ticulive iustum opusculum hexametrī cecinimus, fabuleq; totius argumentum  
explicuimus. Idem Plinius ait: Vulgus ignorando, hancq; hederam existimā-  
do, festa sua polluēre. Nam & Poëtis, & Libero Patri, aut Sileno, Smilax iam  
pro hedera sacrabatur ab iis, qui omnino quibus coronandi essent ignorabant.  
Legumen hoc diu nostris regionibus ignotum, nunc nuper allatū ē Sicilia Ro-  
main, multorum hortos tota iam Italia cœpit multiplici fruge fœcundare. Oble  
Etat mirificè fructus tum lepida colorum varietate, nitoreq; gemmarum instar  
arridentium, tum opere topiario surculus, qui foliorum sylua densissima in me-  
tas erigitur altissimas, & muris applicata paucorum dierū spatio ad celsa quan-  
tumlibet qdium fastigia prorepit, turres exuperat, nullius arboris proceritate su-  
peratus. Ideoq; in spacioſas ſcenā latissimāq; tentoria, quo præcipuè anni tem-  
pore magis expetuntur, mirabili pampinorum feracitate cōtexitur. Tum cibus  
leguminis non, vt multi tradūt, abominabilis, sed gusto gratus atq; suavis: nam E  
& disclusus à tunicis, & cum teneris adhuc ſiliquis aqua incoctum, lautis etiam  
cœnis apponitur. Quam verò Medici damnāt, forte trachea illa est, paliuri ſpi-  
nis prædicta, quæ racemulos quosdam ad instar labruscæ producit.

## D E A M Y G D A L A.

 **V**oniam verò nobilissime Hieronyme, ſpem eam quā de præclara iſta  
indole tua optimā omnes conceperāt, vel ante tempus explere, tam in  
bonarū artium ſtudiis, quām in insignium morū elegantia iam dudum  
occcepisti, Amygdalum tuā eſſe hieroglyphicū animadverti: ea enim arbos ante  
alias omnes floribus induita, non ſue tantū ſpem oſtentat opulentia, ſed & alia-  
rum frugū annū feracem pollicet. Vnde Maro cūm videret eā primā omnium  
florere, nihil vel Ianuarij rigore deterritā, ex ſlorum eius multitudine lētæ iden-  
tidem ſceturæ ſpem in frumentis concipere nos posſe monet his versibus:

Contemplator item, cūm ſe nux plurima ſyluis  
Induet in florem, & ramos curuabit olentes,  
Si ſuperant fætus, pariter frumenta ſequentur,  
Magnāq; cum magno veniet tritura calore.

F

Quod si ſpes, vt Speußippus Platonicus definiit, eſt expectatio boni, velut ē cō-  
verso metus animi concitatio in expectatione mali, ſi q; floribus inspectis vſum  
inde fructuū expectare ſolemus, nulli dubium erit quin flos ſit futuri boni præ-  
nuncius, & frugem paulo pōst ſuccreſcentem polliceatur: nam & Themistius iu-  
cundissimam floris ſpeciem fructuum prænunciam eſſe dicit.

## I V V E N T V S.

**A**D hęc flos omnis iuuentutis habet hieroglyphicū: iuuentus autem omnis  
ſemper ſpeſ plena, cūm ſcēctus contrā omnia desperet: ſiue hoc accidit iu-  
uenib; ex exiguo rerū vſu, ſenibus verò ex irrita multorū votorū experientia:  
ſiue quia iuuenes natura vegetiore, quæ cupiūt ardentius futura etiā ſibi propo-  
nunt, ſpemq; impendio paſcūt, ſenes debilitate cōfecti, præ timore etiā cūm aſſe-  
cuti ſunt diffidere videntur, ideoq; bonis minus gaudent. Alij dicūt ideo  
ſperare iuuenes quām timere, quia ſpes eſt de futuro tēpore: in ſenibus aut̄ mul-  
ta memoria reſidet, ac earū præcipuē, que ſpem plurimam eluſere, tū autem me-  
moria

A moria ipsa speci quodammodo contraria constituitur.

## SENECTVS.

**P**orrò senectus, quæ sese h̄ic obtulit, facit vt ad amygdalam rursum revertamur: eius siquidem hieroglyphicum in diuinis literis accipitur pro canicie, quæ manifestum est senectutis indicium. Amygdala autē potius quām alia quæ piam ex plantis, quia, vt etiā ex Maronis descriptione vidimus, arbor nulla densiorem florū vberatatem reddit quām amygdala. Locus autem est in hanc sententiam apud Salomonem ad calcem Ecclesiastæ: Floredit amygdalum, & pinguescat locusta, & dissipabitur capparis, atq; hæc inceptabunt, homine iam in domū æternitatis suæ profecturo: hoc est, vt apud Eucherium, canescet homo, tumebunt pedes, & concupiscentia frigescet: nam hæc plurimū homini in postremo vitæ tempore accidere consuerunt, vt inde in terram, quasi in æternitatis suæ domum redeat. Proculdubio autem indicium appropinquantis mortis est, cùm canis caput albicat capillis. Mitto illud quod D. Hieronymus notar, quosdam interpretari per amygdali florem sacram spinā, quod de crescentibus B natum carnibus spina succrescat, & floreat: nam & hoc & illud sensu est.

## CONTINENTIAE FRVCTVS.

**A** pud Hieremiā primo capite, vbi se is virgā vigilantē videre asserit, Theodotio reddit amygdalinā. Vnde colligitur, amygdalum castioris hieroglyphicum esse temperantiae: nucē enim eam videmus amarissimū habere putaminis corticem, testaç; lignea, eaç; durissima cingi, amaritie corticis difficultatem indicante, integumenti duritia virtutē ipsam: fieri autē vt cùm putamina illa & amara & dura summoueris, fructu fruare suaui admodum & delicato. Sic continentiae castigata coercitac; custodia, amara primū videtur, perdifficilis & ab omni delectatione remotissima, sed ex qua fructum colligas dulcissimū suauissimum: ait enim Hesiodus, virtutis radices amaras esse, fructus verò suauissimos.

## DE NVCE IVGLAND E.

## NVPTIAE.

**C**  B amygdalo ad nucem iuglandem transire non incongruum, cuius est hieroglyphicum, vt nuptias præ se ferat. Credidere multi, ait Plinius, quia nuces cadendo tripudium sonumq; faciant: qua de causa dictum illud, Sparge marite nuces. Sed verisimilior causa est, quam ipse comminiscitur, ob integumentum duplex, puluinati primū calicis, mox lignei putaminis, quali propemodum operimento factus muniantur.

## CAPPARI S.

**V**erò & Capparim absoluamus, super eo multa & varia tam Hebraici interpres, quām Latini & Græci cōmenti sunt, dum Hebraicam vocem, quā nos Capparim dicimus, illi AVIONA, modò amorem, modò desiderium, modò concupiscentiam, & his similia elocutionibus suis circumscribunt. Sed qui diebus nostris scripsere Capparim libidinem perfrigerare, hoc loco, teste eo, decepti videntur, quod minus animadverterunt Salomonem id notare voluisse, cessare tūc libidinis ardorem, cum Capparis nulla esse cœperit: id enim apertè signat, Dissipata fuerit: perinde ac si Græci per fabulas suas philosophentur, tunc ardorem Leandri gelidis aquarum fluetibus superari, cùm primū Herūs lucerna fuerit extincta.

# Pierii Val. Cupressus.

PIERIVS VALERIANVS DE FVNESTIS D  
ARBORIBVS, ET CORONIS ALIQVOT, EX  
sacris Ägyptiorum literis, ad Lauren-  
tium Granam.



Vetusissimo illo die, quo Celsi Melini iusta, Academia vniuersa depositente, per-  
uetusto maiorum ritu celebrauimus, memini te, facundissime Grana, dum fune-  
ris apparatus instruebatur, multa de me querere superfunestarū arborum signi-  
ficationibus, quod nonnullam huiusmodi rerum inquisitioni operam dare me non  
ignorabas. Tūq; meminisse debes admodum ea fuisse, quæ mihi tunc, tanti ac talis amici  
casu consternato, memoriae succurrissent, tum quod è totus conuersus eram, ut quæ multa in  
prærepti iuuenis desiderium à doctissimo quoque conscribebantur, sedulo colligerem, collectaque  
publicarem: tum quod nolebam eo tempore te nūgis meis occupare, studiorum tuorū socium lau-  
dare meditantem. Quem quidem tu non laudasse tantum, sed diuturniori, vel æternæ potius vi-  
tae visus es mihi restituisse. Dignus quidem Celsus, qui tam eruditum, tamque elegantem funeralis  
sui laudatorem sortiretur. Dignus tu quoque, qui de iuuene tam præstanti, tam docto, tam pro-  
bo verba faceres, quamvis id letiori arguento factum omnes maluissemus. De qua quidem  
oratione tua multa alij præclarè prædicant: nos exuperasse te & nostram, & omnium expe-  
ctationem, qui de te optima quæq; conceperamus, verissimè profitemur. Tibi vero an ego re-  
sponsurus sim in iis quæ percontatus eras, adhuc ambiguum est mihi: curauit tamen, ut si quid  
per diligentiam aſſe qui possem, tuā me flagitationis memorem fuisse comprobarem. Itaque Cu-  
pressum, & Pinum, & Populum, & pro corona Smilacem, & quedam alia quæ funesta sunt  
perquisiui, de quorum significatis commentariolum hoc ad te conscripsi. Illa vero meminisse  
debes, cùm de coronis quæreretur, quibus cenotaphium cingeremus, respondisse me, ex Salice, ex  
Moro, ex Caprifico, & Loto demum ferta contexenda. Ex Moro, quoniam senilem pruden-  
tiam tam iuuenili etate præ se ferebat. Ex Caprifico, quia cupiditatibus omnibus, quas innu-  
meras ea etas afferre solet, ipse iugum imposuerat. Ex Salice propterea, quod summa erat ado-  
lescens continentia præeditus. Ex Loto, ad diuinum eius ingenium, & omnifariae doctrinæ stu-  
dium: quorum quoque omnium rationes poteris ex hoc libello nostro cognoscere. Sedenim in his  
nihil forte nouum tibi, gratam tamen futuram spero industriam, quæcunque esse potuit, meam,  
quod non contanter satis amico facere procurarim. Esto igitur apud te nostri hoc amoris qua-  
leculq; monumentum: neque id horrori sit quod feralia donamus, vt pote qui philosophus non  
minus rerum fines, quam ortus progressusq; sis contemplari solitus. Sediam quid haec sibi ligno-  
rum strues velit, inspiciamus.

## DE C V P R E S S O.



V P R E S S I significata apud Horum nulla sunt, apud Latinos &  
Græcos pleraq; memorantur.

## P O L L V T V S M O R T E L O C V S.

A Tque illud in primis, quod pollutionis, aut incestati de ali-  
cuius morte loci, aut funeralis signum fuit, ferali q; illi apud o-  
mnes cognomentum: quia cùm minimè recidiua sit, humanæ conditionis for-  
tem referre videatur. Quanquam Herodotus vnam solamq; pinum ex arbo-  
ribus recisam minimè repullulare tradit, esseq;, vt ipse ait, πανόλεθρον. Nimirum  
animaduerterat homo multæ diligentia, recisam cupressum in Creta beatiore  
insula repullulare, quod de pinu nusquam obseruarat.

C R E.

**Q**uoniam verò Cretæ id præcipue concessum, ut renascentes, quæ preselectæ fuerint, cupressos videat, nōnulli Cretam per eiusmodi arborem significari tradiderunt, non aliter quām Palmam pro Iudæa ponit in Vespasianorum nimis obseruatū: Palmæ siquidem & lætius & frequentius in Iudæa proveniunt, quām usquā alibi. Cupresseta porrò Gnosiorum celebrat Plato, in quibus æstiuo die de legibus commentatu à Megillo & sociis tradit. Non immerito autem magno habitum ostento, cùm arbor Cupressus altitudine conspicua in Vespasiani agro aucto sine villa vi tempestatis evulsa radicis repente procidit, ac in sequenti die viridior atque firmior eodem vestigio resurrexit, grande, ut inquit Tacitus, prosperumq; assensu aruspicum, & summa claritas iuueni admodum Vespasiano promissa. Apud Plinium legas, vbi de prodigiosis arboribus disserit, arbores multas, sine tempestate, villa ve causa alia, quām prodigijs cecidisse, ac sua mox sponte resurrexisse, quæ fuerūt fausti ominis & ostenti. Sedenim ne nostra negligamus, vetustis rebus nimium applaudentes, in Mediceis ædibus, quæ

**B** thermis Alexandrinis dirutis incubunt, hoc Romę vidimus, quod huc inseruisse minimè fuerit importunum. Paucis admodum antè diebus quām Leo Pont. Max. moreretur, Medicam arborem proceræ admodum magnitudinis, sed magna sui parte in latitudinem ramos ad parietem affixam, ut perpetuo virore aulae quæ dicuntur facere viderentur, casu nescio quo, noctu solutis pergulæ compagibus ita concidisse, ut cacumine terram attingeret, & à portico in xystu prodeuntibus præaltæ curuaturæ arcum exhiberet. Subsecuta mox clarissimi Principis mors. Neglecta arbor, omni tunc familia aliis negotiis occupata. Creatur interim Hadrianus VI. P O N T. M A X. ab extremis usq; Morinis in Italæ ludibriū perquisitus. Insequitur statim ab electione, maxima hyemis inclemens: niues iuges, & in multos dies terræ, pertinacia Romano solo insolita, inhæsitan tes, qualem tempestatem & niuum altitudinē, asperitatemq; aëris nemo quantumlibet natu maximus Romæ se vidisse profitebatur. Sæuiit ea hyems in ci trios, lucos, & viridia omnia Medicis arboribus consita perstringit, & ad radicem usq; adurit: omnesq; illæ huiusmodi arborum deliciæ, quæ Romæ plurime frequentissimæq; erant, auferuntur: sola è nostris illa seruata in columis, quæ an-

**C**te Leonis obitum prociderat: ac omnis ille ordo, qui ad eundem parietem adhærescebat, minima iactura læsus, cæteris omnibus ad repullulationem succisis ad imum caudicem. Quòd si altero vix anno completo Clementem VII Leonis præmortui fratrem patruelem ad Pontificatus fastigium enectum vidimus, cur Medicam illam arborem in eius ædibus, & inclinatae fortunæ deiectam, & feli cissimi successus, ab hyemis tam horridæ sequitam, fuisse prænunciam affirmare vereamur?

## S E P U L C H R A    N O B I L I T A T I S.

**S**Vnt qui cupressum funus quidem & sepulchra, sed non nisi nobilitatis signifcasse contendant: quod & Lucani testimonio confirmatur, ita dicentis,  
Et non plebeios luctus testata cupressus.

Sanè Thucydides libro Historiarū secundo, arcas fuisse dicit ex cupresso, in quibus eorum efferentur ossa, qui pro salute patriæ mortem oppetere non dubitassent. Huius autem instituti, ut cupressus defunctis accommodaretur, principium nonnulli ad historiam referunt: aiunt enim Asclepiadis autoris gra-

# Pierii Val. Cupressus.

uissimi testimonio, Boream Celtarum Regem cùm filiam Cyparissam nomine Damisisset, arborem hanc in eius tumulo seuisse, à qua inde nomen inditum Cypariso:mox à satu illo luctuosam feralemq; haberi cceptam.

M O R S.

**N**Am & in ostentis mortis indicium fuit, quod tum aliis euentis, tum Imp. Seueri casu comprobatum est, cùm Æthiops quidam claræ inter scurras famæ, cum corona è cupresso facta illi obviam processisset: quem cùm ille iratus remoueri ab oculis præcepisset, coloris tactus omne respondisse ille dicitur, Totum fuisti, totum vicisti, iam Deus esto victor. Paucis verò post diebus Seuerus est vita functus. Quod verò pertinet ad colorem, fertur & Hadrianus Imp. ex Mauri occursu extrema sibi iam ingruere concepisse.

D I S.

**C**Vpressus porrò in tutela Ditis Patris: & eius arboris rami sepulcris affixi, ad sculptive, Dis Manibus commendari defunctos indicant. Atq; hoc est quod apud Horatium legas, arborem nullam hominem ad inferos sequi, præter inuisas cupressos. E

I V N O.

**E**X ea autem arbore simulacra lunoni Reginæ fieri iussa, in plerisque prodigiis expiationibus obseruatum: ut Gn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Coss. Cupressea simulacra lunonis Reginæ posita per virgines viginti septem, quæ Vrbem lustrauerunt.

O R P H E V S.

**E**T in Lebethris Orphei simulacrum ex cupresso cultum, quod cùm Alexandri temporibus sudorem multum emisisset, omnibus eo prodigio perterritis, responsum est ab Aristandro viro sapiente, bene sperandum, si quidem quod nunc opus Alexander aggrederetur, ob rerum gestarum magnitudinem maximum esset sudorem & laborem poëtis & Musarum cultoribus allaturum.

P V L C H R I T V D O S I N E F R V G E.

**I**ndicat etiam Cupressus rei cuiuspiam sublimitatem atq; pulchritudinem, ex qua tamē nullus percipiatur fructus. Quare Phocion, cùm Leosthenes Atheniensis in bellum impulisset, magnaç spe ad libertatis & principatus nomen Ferebisset, illius verba dicebat cupressis esse similia, quæ cùm proceræ admodum sint & pulchræ, fructum tamen non habent. Cessit inde res in proverbium κυπαρισσιον πότερον, de re speciosa quidem visu, sed prorsus invtili. Spectatu quidem iucunda est cupressi proceritas, effigiesq; illa metas imitata, fructu tamen supervacua est, baccisq; torua, diceret Plinius.

P E R P E T V I T A S.

**C**Vr verò Diis simulacra ex cupresso fieri soleret, in causa est materiæ perpetuitas, odorisq; suauitas, quæ perpetui thymiamatis loco esse videretur. Cupressum enim neq; cariem, neq; vetustatem sentire tradunt, neque temerè rimam aperire, vllav'e parte fatiscere. Simulacrū Louis in Arce ex Cupresso à condita Vrbe sexcentesimo sexagesimo primo anno dicatum, tempore adhuc suo durare Plinius attestatur, qui quidem anni essent circiter C C. Plato leges publicas, acta decretaq; sacrī monuit inferendas tabulis cupressinis, quod eam materiem ære perenniorem arbitraretur. Quantum verò pertinet ad odorem, Indi Cupressum inter aromata prop̄modum venerantur.

D E

## D E P I N O.



T Pinum, mi Grana, non paruam habere cum cupresso similitudinem, exploratum est.

## M O R S.

**N**Am mortis ipsa quoq; indicium est, de qua idem obseruatum vbiq;, arborem excisam semel minimè suppullulascere. Vnde Staphylus poëta πόνος τρόπων, hoc est, in morem piceæ dixit. Et apud Homerum Βίλθε πόνκας letale telum exponunt interpres vetustissimi, quamvis alij ad solam referant amaritudinem & acerbitatem, qua sit arbor ea præcipue prædita: quandoquidem amaritudo ipsa ita est morti affinis, vt viceversa mors interdum pro amaritudine v̄statissimo mortalium sermone proferatur: neq; hodie tātūm, verūm & apud vetustissimos hominum ita fieri solitum inueniamus. Nam 1111. Regum, cùm Prophetarum grex apud Elisæum esset, & eorum vñus egressus in agrum colocynthidas agrestes legisset, easq; consciassas in ollam pulmentariam parasset, neq; eorum quisquam propter amaritudinem gustare posset, clamauerunt ad Elisæū dicentes, Mors in olla est: hoc est, tāta est pulmentarij amarities, quanta mortis est. Eodem modo, paucis antē diebus, cùm post raptū in cœlum Heliam, Hierichonta se recepisset, questi sunt eius loci ciues, aquas esse apud se pessimas, quas diuinitūs cùm dulces reddidisset, numinis dictum citauerat: Sanauī aquas has, & non erit vltrā mors in eis. Sed vt ad piceam reuertamur, Herodotū nonnulli carpunt, quòd solam piceam præfectam non repullulare dixerit, cùm & cupressum, & alias quasdam plantas ipsi agnoscant, quæ idem patiantur. Sed quantum ad cupressum attinet, diximus nos Herodotum ad Creticam respexisse, quas repullulare cōstans fama est. De pinu v̄erò, quod Staphylus Pi- ni more dixit, pro abolitione, excidioq; supremo, in memoriam adducit terribilem eam Croesi denunciationē, qua per caduceatorem Lampsacenis interminatus est, eos vt pinum exterere, nisi Miltiadem, quē per insidias ceperant, missum facerent. Cumq; Lampsaci inter se quererent, quid illud esset, quòd Rex se vt pinum diceret extrituru, à grandiore natu ciue edocti sunt, eam arborem semel excisam nunquam amplius suppullulascere. Quod illi excidium veriti, Miltiadem confessim è vinculis exemptum liberum abire permiserunt.

C

## I S T H M I A.

**I**sthmiaci quoq; certaminis præmium pinus erat. Necq; v̄erò pino tantūm, verūm etiam arido olim apio sacri eius victores coronabantur. Funestum enim esse etiam apium, suo loco docebimus. Quæ v̄erò apij corona Nemeorū victoribus dabatur, ex eo viridi texebatur apio, vt interpres Pindari monuerunt. Erant v̄erò Isthmia in Melicertæ memoriam instituta. Et Pausaniæ adhuc temporibus pinus apud aram Melicertæ germinabat, quem puerum à Delphino delatum expositumq;, Sisyphus rei miraculo motus in Isthmo sepelisse fertur, & certamen illud instituisse.

## N A T V R A.

**N**aturæ imaginem esse pinū dicit D. Ambrosius, quippe quæ semina à primo illo diuino cœlestiq; priuilegio accepta custodiat, partusq; suos quadam veluti annorum vice & ordine referat, neq; nisi vi caloris admota excludat. Atq; eadem ipsa nux flammæ speciem imitatur, lacunatis in turbinem toris reticulato opere circunductis.

# Pierii Val. Populus.

C Y B E L E.

D

**E**odem argumento & causa Cybeles dea symbolum erat pinus: nam & ipsa dea rerum omnium mater habebatur. Videre vero est numum in quo caput Cybeleum est de more turritum, ab altera cuius parte corolla impressa est ex duobus ramis pineis, intra quos literæ sunt ΙΜΗΡΝΑΙΩΝ. Vbi illud quoque adnotacione dignum, quæd litera Σ in eo numero figurā habet Latinæ aspiratio-  
nis in latus prostratae, ac solo projecta, Σ. Hinc enim crediderim multa ea Græ  
corum vocabula, quæ apud eos à vocali incipiunt aspirata, per s à Latinis enun-  
ciata, utpote qui aspirationem s literam esse arbitrati sint. Sic ἑπτά, septem. ἄπω,  
serpo. οὐ, sus. Siue ea literæ z nota fuerit, quod veteres inscriptiones plurimæ  
z pro s litera ponunt: ut ΖΜΥΡΝΑ Romæ in Diuæ Anastasiæ, & in Campo  
Floræ: in Veientibus arce castræ noui, ΟΣΣΒΙΣ ΖΜΑΡΑΓΔΙ: in foro Traia-  
ni, ΑΕΜΙΛΙVS ΖΜΑΡΑΓΔVS, & innumera alia, de quibus Grammatici  
viderint. Per Hetruriam vetusta pleraque conditoria pinum insculptam habent,  
siue funerali arguento, siue quod apud eos Cybele olim vnicè coleretur.

Æ S C V L A P I V S.

E

**A** pud Sicyonios pinea nux Æsculapij symbolum habebatur. Nam & Pau-  
sanias autor est, eum Deum cum sceptro, & nuce pinea in manu altera, scul-  
ptum esse.

## D E P O P V L O.

**A**cedit his Populus, multæ & ipsa apud antiquos venerationis, quam-  
vis inter infelices damnatasque religione recenseant: quo in numero sunt  
omnes, quæ neque seruntur, neque fructum ferunt.

F V N V S.

**E**a quoque apud aliquos inter ferales habita. Nam apud Rhodios ludi fu-  
nebres in honorem Tlepolemi celebrabantur ab impuberibus pueris Po-  
pulo coronatis.

T E M P V S.

**P**er eam tempus ctiā indicabant, propterea quod arbor ea bicoloribus sit fo-  
liis predita, ex quo præcipuas ipsius temporis partes, quippe diē ac noctem  
referre videatur. Ideoque Probus Herculi dicatam ait, quod physici tempus per F  
Herculem interpretantur. Quinetiam hoc habet Populus commune cū tempo-  
re, quod eius folia post solstitium circumaguntur: nec alio argumento certius  
intelligitur sidus confectum, ait Plinius. Sunt vero & aliæ arbores, quæ fo-  
liis bicoloribus variæ conspicuntur, ut salices, oleæ, citri: in illis tamen color pe-  
nè idem, licet ab una parte dilutior, altera densior atque coloratior habeat. In Po-  
pulo vero, hac præsertim quæ alba nuncupatur, nam ea est Alcidæ gratissima,  
ut Maro, & in eiusmodi accipitur significatum, candor ex una parte penè ni-  
ueus ac cerussatus, ex altera porracei folij instar viridissimus. Narrant nonnul-  
li fabulam, Herculem cùm ad inferos descendit, eius arboris coronam gestasse,  
atque eam foliorum partem quæ foris conspicua erat, fuligine tetri chaüs obscu-  
ratâ, quæ interius condebatur sudore ablutam candidiorem evasisse, inde cùm  
furculos eos in Acherontis ripa sœuisse, seminium id latè propagatū. Sedenim  
ut apud Pausaniā est, Hercules Populum albam ex Thesprotide regione iuxta  
Acherontem fluuium genitam ad Græcos transtulit, atque hinc locus fabulæ da-  
tus. Acheron enim Thesprotidis fluuius leucen, quæ alba est Populus, passim  
fert,

A fert, perinde ac Alpheus oleastrum, Asopus Bœotiae iuncos, Menander myricas, Perseam Nilus.

## DE A P I O.



X herbis verò ante alias omnes maximè ferale est apium. Neque tamen hic ego contenderim, vtrum Selinon atque Petroselinon idem sint, an aliquid inter se dissident, quam prouinciam sibi doctissimi hac ceterate viri suscepere, satis habiturus si que ad hieroglyphica quomodo cuncte pertineant, significata commemorauero.

## N E M E E V S   V I C T O R.

**H**ominem apio, verùm eo viridi, coronatum, Nemeeorum victorem significare magis vulgatum est, quām vlla indigeat repetitione. Quodq; ea certamina in Archemori, ita ab Amphiarao vocitati, celebritatem instituta essent, quāvis nonnulli dicant Herculem Nemeeo Leone domito certamen id sacrauisse, cuius premium apium esse voluerit. Ideoq; leonis herbam apium appellavū, de qua Pindarus Nemeis Alcimedæ Æginetæ, Βοτάνα τένιας ισθ & λίστρης νηγόσων. Historia tradit herbulam huiusmodi ex Archemori sanguine progenitam. Alij volunt inde leonis herbam dictam, quod apium in Nemea lētissimè vulgoq; proveniret, qua leo ibi versatus affluenter admodum pasceretur.

## L V C T V S.

**N**imirum igitur apium luctus indicium est, quādoquidem herba ea, vt Pindari interpres aiunt, est inferis sacra, luctuicq; dedicata. Nam, vt Græci autores prodiere, terrestre admodum est: effunditur enim libenter humi, plurimumq; occari gaudet, vt solo propinquius adhærescat. Satum eius semen, vt aniculæ nostræ fabulantur, ad inferos proficiscitur prius quām enascatur. Orta inde fabula, quod ob soliditatem atq; duritiem, qua præditum est, aliquāto diutius quām alia intra terræ viscera morari videatur. Itaq; mortalis Opheltes, qui mox Archemorus terreno fuit honore decorandus, ex quatuor enim illis insignioribus certaminibus, Olympiis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis, vt Archias:

οἱ δύο μὲν θυκτῶν, οἱ δύο δὲ ἀθανατῶν.

Sunt duo mortali, sunt duo sacra Deo.

**C** Mortales Archemorus, & Melicerta, qui & Palæmon: Dñ, Iupiter & Apollo. Præmia, Apollini Laurus, quæ pomi etiam nomine nuncupatur, ob grandiores baccas, quas Laurus Delphica producebat, vnde coronæ illæ decerpebantur, de quo vide apud Lucianum. Ioui oleaster, Palæmoni pinus, aut aridum apium, viride verò Archemoro, olimq; olea. Minimè verò prætereundus hic locus est, ad vtruncq; significatum funeris & victoriae optimè accōmodatus: quippe cum Timoleon copiarum Græcarum dux, auditio Bomilcaris & Asdrubalis Carthaginensium adventu, qui classe bene magna comparata missi fuerant ad Græcos tota Sicilia pellendos, ipse cum quinq; tantum peditum millibus, & equitibus mille, hostibus occurrere statuisset, profectusq; Syracusis cum ad Crinissum amnem, quod sciebat hostem venturum, processisset, factus est ob viam mulis apium ferentibus: perterrefactis omne militibus, qui apio sepulchra coronari non ignorabant, quem morem Plutarchus Symposiacis enarrat: vulgatumq; erat inter Græcos adagium, incurabilem valetudinem apio indigere: Imò, inquit Timoleon, Coronæ vobis vel ante victoriam offeruntur,

# Pierii Val. Myrtus & Salix..

ad id scilicet alludens, quòd Isthmiis victores apio coronabantur: dictumque D eventus comprobauit, Carthaginensibus postridie victis profligatisq; maiore suorum ciuium strage, quām vnquam antea passi essent, insigniç ac memorabili victoria Timoleonti acquisita. Sanè plerisq; in antiquorum monumentis, & in adsculptis cantharis atq; carchesjs apium obserues, quippe mortis atq; luctus indicium. Eo autem sepulcra, & alia mortuorum conditoria substerni solita, priusquām cadauera inferrentur: eaç de causa cùm veteres in conviuis omnibus ferè aliis coronamentorū generibus vterentur, flores & herbas omnes huc admiscerent, vno in primis apio, vt pote quod nihil ad hilaritatem faceret, abstinebant.

## D E M Y R T O.

 St & Myrtus inter funestas arbores adnumerata, qua Thēbis qui vincerent Iolea, coronabantur: de qua Pindarus Isthmiis, οὐα λαυκεθῆ οὐέα μνέτοις δέ ανήρ. Fuit autem Iolaus heros apud Thebanos diuinis cultus honoribus, ad cuius tumulum Iolea ludos celebrabant, & huiusmodi coronam ex Myrto præmium instituerant, propterea quòd, inquiunt interpres, funebris esset arbor. Verùm cùm longè plura sint ab ea & genij & voluptatis significata, inter funestas has Myrtū prorsus inferere noluimus, sed eam cum lætioribus, rosa, hedera, & quibusdam aliis conuenientiori loco pangendam existimauimus.

## D E S A L I C E.

 Ostea verò quām iusta iis qui præclaro fuerūt ingenio, ritè persolui- mus, tempus est vt ad lætiora cōvertamur argumenta. Promiseram enim superioribus diebus Grana tibi, priusquā funus hoc incideret, de Salice, de Moro, de Caprifico, de Loto, quæ deducta essent hieroglyphica perscribere. Ea igitur in hunc modum disponemus.

## V I N C U L V M.

S Alicem in primis esse vinculorū symbolum, tum ex quotidiano eius virgulæ attestantur, cùm ludæos dicunt patriis abductos sedibus, miserrimo Baby- lonis incolatu organa sua in salicibus suspendisse, de quo paulò pòst.

## C A S T I T A S.

Q Vòd autem nonnulli aiunt salicem castitatis indicium esse, tametsi de ea nihil Aegyptij, nō incongruè tamen confitū est, siue sit propter vinculi significatū, quòd eius materia sit plurimū apta vinculis, atq; ideo coercitionis indicium sit: & castitas ipsa modò zona, modò campestri, modò alio atq; alio vinculo coercenda præcipitur. Siue sumptū ab Amerina salice, quæ lectis accubitisq; imposita, castitatem inducit. Siue ab eo quod plerisq; autores tradunt, folia huius arboris cōtrita & pota, intemperantiam libidinis efficaciter frænare: sæpius verò sumpta, vsum in totū auferre. Vnde Homerus sapienter salices ἀλισκαφτούς, nostri veteres frugiperdas appellarunt, vel infructuosas, cuius scilicet semen in potu acceptū efficit ne conceptus subsequatur. Sanè Porphyrius in iis quæ circa Homericā philosophatur, salicem ab eo ἀλισκαφτούς vocari tradit, quòd semen prius quām maturescat abiicit. Sed idem ea potius de causa dictum putat ἀλισκαφτούς, quòd semen illud, siue fructum appellare quis malit, ex vino propinatum

**A** natum sterilitatem faciat, seminali omni vi protinus labefactata. In diuinis porrò literis, vbi iubetur populus Dei tabernaculorum festa celebrare, quippe in centoriis omnes habitantes palmarum ramos ac frondes salicis manibus praetendere, nimirum per salicem continentiam intelligimus. Idq; volumus admonitum, apud Origenē homilia nona super Exodum, in qua de tabernaculo agitur, eo loco in damno esse impressos codices, vbi legitur: Arbor autē populi & salix, virgulta sunt castratis: vbi dubio procul legendum est, virgulta sunt castitatis. Fortè autem non temerè id scripsere aliqui, credentes saligna corona coro nandos eos, qui iuxta Esaię dictum, quasi salix super fluentem aquam oriuntur. Neq; alia de causa crediderim apud gentes lasciuissimo, quē singunt, hortorum custodi salignam falcem adhibitam, nisi vt Veneris pruritum, & impudicas cogitationes castitatis falce resecandas admoneremur.

## STERILITAS.

**S**alicem porrò sterilitatis hieroglyphicum intelligi voluerunt, Maronem secuti, qui salicē inter infecundas memorat plantas: vbi Seruius semen salicis esum infecunditatem ait mulieribus gignere, quippe qui apud Pliniū legerat, **B** semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse. Sedenim qui Maronem aiunt eam infecundam appellasse, quia semen non habeat, norint salices habere in foliis grana quædam, quibus vis seminis inest, vt eo commisso terris arbor surgat tanquam surculo defosso, vel æquè ac si de semine pullularet. Sciendum tamen eam ocyssimē semē perdere, quippe quod ante maturitatem in araneam abeat. In Creta tamen insula fructum ad maturitatem ferre perhibetur.

## OTIVM.

**E**Vthymius vbi, quod superius attigimus, legitur, In salicibus suspendimus organa nostra, per salices otium interpretatur, propterēa quōd arbores hæ sunt infecundæ, quippe sine vlo vtili, vt dictum est, semine. Nam cùm Iudæi in eam tracti captiuitatem propter Babylonis flumina desedissent, captiuitatemq; suam tantum deplorarent, nihil habebant quod eos ad cantus hilaritatem inuitaret. Ignauam igitur per otia vitam trahere cogebantur.

## PRÆMATVRVM INCREMENTVM.

**S**Vnt qui per integrum hanc & adultam iam arborem præmaturū incrementum, adolescentiamq; ante annos mira auctam proceritate, significari velint. **C** Manifestū enim vnicuiq; est, quām citò, quantaq; ramorum densitate constipata crescat salix. Hinc Verrius eam ita dictā interpretatur, quōd ea celeritate crescat vt salire videatur. Quamvis non ignoro sententiam hanc à Festo Pompeio irrigam, qui etiam id damnat, quōd non virgulti genus potius quām arborem eam appellari. Sed hæc austera nimis est Grammatici censura. Leuitico fériis, quæ x v septimi mensis colligendis fructibus celebrātur, salices de torrente sumi præcipiuntur. Theologi pleriq; omnes hīc quoq; per salicem castitatē interpretantur, moderatiq; coniugij continentiam, siue, vti superius dictum, propter vinculorum ex ea vsum, siue quia fructum non facit, veluti Eunuchi, quos viros vocat Euangeliū, de quibus apud Esaiam: Nō dicat Eunuchus aridū se lignum esse, quia in domo mea dabo eis locum nominatum à filiis filiabusq;. Mox attestationis loco subiungit: Dabo inquam eis sempiternum nomē. Quōd verò loco hoc positum est, salicem de torrente, sunt qui orationis & penitentiæ hieroglyphicum esse velint, vt eo identidē loco Psalmographi: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur tui Siō. In salicibns, in me-

# Pierii Val. Morus, Caprificus.

dio eius suspendimus organa nostra. Orationes enim & quæ pœnitendo lachrymæ oboriuntur, indigent in uicem commisceri de quibus Esaias: Sicut salices super præterfluentes aquas. Alij torrentem loco hoc pro præsentis vitæ decursu capiunt, in quo subita tot incommoda quotidie nobis ex improviso ingruunt; qualibus Christus noster exerceri voluit, qui & ipse de torrente, qui secus hanc viam præterfluit, bibere non recusauit.

## D E M O R O.



N quibusdam arborum variarū commentariis, in amicorū quorundam gratiā conscriptis, fortitudinē ex quercu, iustitiā ex palma, tēperantiā nuper ex salice significari ostendimus. Nunc autem, Grana, quartam etiam his addemus Heroinam, quæ quidem prudentia est.

### P R V D E N T I A.

E Am per morum ex arboribus significari ex eo compertum est, quòd vna omnium prædicatione prudentissima censetur, utpote quæ non vt multæ, properat, quæ vbi primū lenioris mitiorisq; aliquantulum auræ spirauerit, erumpunt in germina, & flores exlinuant magna interdum strage, ob temporis inconstantiam. At morus ne pruina lædi possit, quam hostem sibi perniciosum agnoscit, non antè germinat quām frigus penitus fugatum esse cognouerit, atq; ad amoenissima adulti veris tempora per ventum omnino sit. Addit hoc, quod rem properè conficit, & quod sapientis illius præcepto mādatur, παρέποντες τοιαν. Vna enim ferè nocte tota germinat, fœtum celerrimè grandit & maturat, ne caloris etiam aduentantis iniuria lædi possit.

## D E C A P R I F I C O.


### T E M P E R A N T I A.



Edenim cùm salicem pro castitate posuerimus, quæ bona mētis vinculo vt zona coërcita se probet, eamq; temperantiam etiam esse interpretatisimus, cùm virtus hæc ad alias quoq; cupiditates coërcendas, frænisq; atq; catenis comprehendendas progrediat, sicq; omnino temperantia ex Ciceronis finitione, moderatio cupiditatum rationi obediens, optimè vident Ägyptij fecisse, qui virtutem hanc per Caprificum expressere: ea siquidem collo tauri quātumlibet lasciuientis alligata, animal ferocire minime permittit, sed lasciuia eius atq; petulantia omni cohibita, eum obtemperantem reddit, neq; quicquam sinit immodestius facere.

### I V N O.

Q Vod verò alicubi videas caprifici ramū simulacro Iunonis appositū, ea de causa factū, quòd Nonc apud Romanos erāt Caprotinæ nūcupatae, quibus, vt autor Varro est, matrone sub ficu Iunoni sacra faciebant, & ex caprificio virgā adhibebāt, nēpe ob memoriā pudicitiae seruatę, cùm Philotis ancilla Senatui suasit, vt pro matronis et virginibus, quas hostes dari sibi obsides petebāt, ipsa cum ancillis aliis habitu matronali cultæ submitterentur; cuius laudata sentētia cùm omnes hæc secū potionēs meracas in latitiae



F

A titiæ signum attulissent, conviuiumq; simulassent, hostes lætabūdi, comedatio-  
ne & potu grauidi, post iocos quieti se dederūt. Hic Philotis signum dedit ex ca-  
prifico, per quā de mœnibus, vbi nata erat, propēdentē irrepserat. Romani exci-  
ti impetū in dormiētes faciunt, eosq; cædunt, & clade fœdissima fugant, potitiq;  
victoria, sacrū id instituēre, vt ancillæ matronis equatæ, Iunoni, quā à caprifico  
Caprotinam appellauère, sacrificarēt. Ad hoc sacrum respexit Ouidius, cùm in  
Arte dixit:

Porridge & ancillæ qua pœnas luce pependit,  
Lusa maritali gallica veste manus.

### D E L O T O.



Nter arborū significata nulli apud Ægyptios maior honos habitus  
quām Loto, mirificæ omnino arbori, & quæ magnū cum cœlestib.  
cōsensum habeat, sitq; veluti nostrarū rerū ad superos internuncia.

O R T V S   S O L I S.

**E**rat verò Lotos apud Ægyptios sacerdotes exorientis primū Solis imago  
B quædā, vbi infantē in ea residentē apposuissent: hinc vtiq; vapores illos ma-  
tutinos, qui à Sole mouentur, strīctiori quadam aura refrigerates potius quām  
adurentes intelligi volebāt. Cæterū Solis ipsius significatū, exortū quippe, Lo-  
tos indicat: idq; inde sumptū crediderim, q; ea ante Solis emersum implicata fo-  
lia habeat, quæ quidē ita sensim exsinuant aperiūturq;, vti magis & magis tolli-  
tur iubar Solis: maximè verò pandunt, vbi mediū Deus iter emensus est. Eodē  
verò decedente, folia ipsa vicissim contrahunt, complicariq; incipiūt, ac insinua-  
ri, veluti nulli patere velint quām numini quod venerant: atq; ita quibus liceat  
modis, eo abeunte sese intra claustra cohibeāt. Quod, vt Proclus ait, obseruatū  
à Magis, vt nulla prorsus contatione sacram eam esse Apollini crederēt, effecit.

### V E S T A L I V M   I N I T I A.

**E**rat & Romæ maxima in celebritate Lotos capillata, cui Vestalium virgi-  
num capilli cæsi deferebantur, veluti puberum adolescentium Apollini, vel  
Asculapio eius filio. Græci verò fluminibus patriis cæsariem offerebant, illis  
eam dicabant, offerbantq;, quod quandam omnino cum Loto rationem ali-  
moniæ præ se ferebat, perinde ac arbor ipsa felix cognominata, tum ea quam su-  
C perius attulimus ratione, quod Deo tam familiaris habeatur, vt sedes eius sta-  
tuatur, tū quod irriguo semper solo pullulet. Necq; me fugit quas arbores Ver-  
ranius dixerit felices, sed quæ ille scripsit, ad auguralem disciplinam retulit. No-  
bis hæc Ægyptiaca de ipsius naturæ vi satis fuerit desumpſisse.

### D E I   A D V E N T V S.

**V**T verò ad Solis ortū revertamur, minimè prætereunda est Memnonis sta-  
tua sedens, nigro è lapide, que magna religionis celebritate in Æthiopia vi-  
sebatur, in quam ducem ipsum poste aquam ab Achille confossus fuit, transmu-  
tatum fabulantur. Erat ea diei advenientis indicū, vt Auroræ filius mæternum  
officium imitaretur. Eo autem artificio fabricata erat, vt Sol primo statim ortu  
radios suos in os eius eiacularetur, ac veluti plectrum aliquod ibi sonum excita-  
ret, vocaliq; significatione iam adesse Deum annunciaret.

### M V N D I   M O L E S   P L E N A   D E O.

**A**lij mundi molem ex ea specie, Deumq; in eius medio compositū residen-  
temq; intelligere maluerūt. Interpretatur hoc Iamblichus ad Porphyrium  
scribens, cōmentumq; hoc ideo ab Ægyptiis excogitatū ait, quod Lotos limo-

# Pierii Val. Lotus.

sis præcipue locis fruticet, sitq; in primis aquatica, quod veteres illi præcipuum generationis argumentū contendebant, qui Oceanum rerū parentem omnium dictitarent. Observauerant autem in ea demum omnia orbiculata & rotunda, quippe folia atq; poma, ex qua quidem effigie perfectissimaq; forma mentis actionem perfectioni intentam ostendi profitebantur. Deum verò infantali cte, vt pote vnicum atq; perpetuum rerum omnium principium, nullo confundum senio, neq; ipsum ulli ætatum variantæ obnoxium, super actionem eiusmodi in seipso totum consistere, ac principatus reliquos exuperarem, sanctum, incorruptū, & vbiq; venerādum conquiescere. Nam diuinitatem ex ipso etiam sedentis habitu internoscabant. Sessum enim Deo in primis accommodabant, quem nulla vñquā potest inquietatio solicitare, commouerēve. Quin & sedentem Cynocephalum statuebant, cùm æquinoctij quietem & qualitatemq; describerent, quæ quidem necesse est ibi sit, vbi nihil subsultat quod alterum inquietet, sed omnia firma, stabiliaq; in æquilibrio conquiescant. Quod verò initio dimicimus infantem insidentem in medio Loti ponis solitum, obseruata sunt etiā ab Ouidio, apud quem mater ita loquitur 1 x. Metamorph. E

Hunc tamen infantem maternis demiter amis,  
Et date nutrici, nostrāq; sub arbore sāpe  
Lac facitote bibat, nostrāq; sub arbore ludat.

Sic infantem hunc videmus apud poëtam in Loto sedentem figurari.

## PIERIVS VALERIANVS AD ILLVSTRISS.

ET REVERENDISS. REGINALDV M POLVM CARD.

deiis quæ per oleam, vitem, & ficum significantur,

EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS.

 Amiliaris mihi tota vita mos fuit, optime clarissiméq; Reginalde, vt clarorum hominū quos præcipue colere, moribus contemplandis non parū adhiberem studij atq; diligentiae, vt scilicet qua quisq; parte excelleret, ea præcipue commendaretur. Nam ut optimè nosti, Deos hominēq; à partibus laudare Homerus instituit. Cū itaque quatuor in primis laude præstares mecum examinarem, perspiciebā Vir rariſime, tria esse, quæ de laudum tuarū principatu inter se contendere videbantur. Hinc enim bonarum literarū, optimūq; artium doctrina primū sibi locū asserebat: inde admirabilis ea morū suauitas, quam & summa benignitas, & singularis humanitas comitabantur, doctrinam sibi cedere imperitabat. Urgebat tertio loco pietas integerrima, vita moderatione conspicua, diuinarū rerum studio feruida, omnibūq; probitatis numeris absoluta: quæ licet ab omni esset ambitione alienissima, nihilq; speciosum in proposito iactaret, suāq; se virtute involvens, aliena nihil opus indiga, si vni sibi pretium esset, satis habere videbatur: quo tamen magis ab ostentatione aliena erat, eo admirabilior illustrior q; apud omnes euadebat. Quocunq; me igitur animo & cogitatione convertembam, ambiguus quam tibi præcipue partem attribuerem, mecum aliquandi dubitavi. Nam si tu cū reliquis & probis & literatis viris, quos tu semper vnicè liberaliterque fouisti, ad mensam meam Aegyptiacā adhibendus eras, consentaneū videbatur, vt quam tu symbolam in talium coniuiuarū sodalitum conferres agnosceretur, quiq; tuus esset nuptialis ornatus appareret. Sed enim animaduerti demum nullam earum, quæ in te conspicuæ sunt, virtutū partem ab alterius societate posse disiungi. Quorsum enim doctrina, nisi qui per doctrinam mores comparantur, ita præsto sint, vt & doctrinæ laus moribus optimis adiuvetur, & mores ipsi doctrinæ firmamento

**A**mento innixi stabiliti<sup>q</sup>, fulciantur. Diuina verò illa pars vix apud ullos vnquā illustris habita, nisi & mores & eruditio fidissimi comites accesserent: ad ruminationem enim bisulca etiam vngulæ quærebantur. Quæ cùm in te omnia ita nimis elucescerent, ut vel regiam ipsam sanguinis tui sublimitatē facile superare putarentur, cognoui demum te non à partibus, sed à toto celebrandum: quæ quidem omnia in uno apud te coniuncta eo nunc acciderunt illustria, quod hac fama impulsus Paulus III. P. M. sponte, te nihil tale cogitante, in sacro sancti Senatus Collegium adscivit, non modo ut virtutem ornaret tuam, sed ut tu quoq; non paruo patribus effes ornamen-to: qui quidem nostræ pietatis partes, hoc præcipue tempore labefactatas, tam acriter defendendas suscepimus, ut multas seculi nostri infectas labes tum autoritate, tum eruditione tua deterseris eluerisq; tum exemplo vitæ laudatissimo optimi atq; integerrimi Praesulis formam præbueris ad imitandum. Quoniam verò clientium mos est ut patronis ad huiuscmodi honores evectis, eorum nomina gentilitiāq; insignia corymbis, sertis, floribus, foliisq; honoratoribus redimita postibus quisq; suis affigant, horum ego secutus ambitionem, sertum insignibus tuis ex olea, vite, atq; fici circunducendum institui: ex olea, ut tuæ ea esset mansuetudinis & serenitatis indicium: ex vite, ut & meam & literatorum omnium latitudinem indicarem: ex fici, ut tuorum inde suavitatis morū ostenderetur. Sedenim quid hoc rerū sit, ex ipso iam Commentario apertius inspicias licet.

## P A X.



A C I F I C V M in primis Oleç hieroglyphicum esse tam apud poëtas quam oratores vulgatissimum est, cuiusmodi illud est Maronianū:  
Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ.

Et Aristophanes Auibus, vbi Hercules legationem exponit à deis se venisse conciliadę pacis gratia: atqui, respondebat Pistotherus, ἔλαυον δὲ οὐτε εἰ ληχύθω, oliui in lecytho prorsus nihil. οὐδὲ πέλεγχος, misericordia dicitur, quæ quia contin-git iis quibus pax datur, olea apud Probū pacis est hieroglyphicum. Sedenim non à Gr̄corum fabulis, nec ab alienigenarū gentium cōmentis, sed diuinitūs, vel ab ipso ferè noui mundi primordio inesse oleæ pacificationis vim nobis demonstratum est. Diluuio enim cessante ab Noë columba emissa, quæ præpeti volatu regionis aliquantulum circumlata, paulò post oliuę surculum habens in arcum reversa est: eo q; argumēto lētatus Noes, sensit tempestatem diluuij iam tranquillatam, terramq; ipsam pacatam, & remittente invndatione iam dudum **C**in emersu esse. Sed quid illud? Cùm ferrū, ferriç v̄lus bello in primis inseruat, et symbolicè pro bello ponat, tantā inesse oleo vim, ut id emolliat, & ad feriendi v̄sum inceptum & invtile reddat: siquidem fabri, qui ferrum lentescere & emollii volunt, candefactum id oleo intinguere consueuerunt.

## D V R I T I E S E M O L L I T A.

**Q**Varc nonnulli molitā esse duritiem hieroglyphicè significare si vellent, cul-trum in aliquot oleæ baccas impactū facere instituerunt. Quod illi nō secio-re significato prop̄modum simile est, quod oleæ surculum querno ramo quidam implicare excogitarunt, immortalis odij dissidium compositum esse signi-ficantes, propterea quod quercus & olea tam pertinaci odio dissideant, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur.

## A G R I C V L T V R A.

**S**Vnt qui oleæ ramuscūlū in Mercurij manu propter agriculturæ studiū po-ni dicant, cùm ipse mitium & fructiferarū arborū sospitator habeatur: cumq; honorem oliuæ potius quam alteri cuipiā arborī habitum ut pro agricolatione poneretur, quia longè plures utilitates ex olea desumuntur, quam ex quavis alia

# Pierii Val. Olea.

fructiferarum arborum. Nec tamē desunt qui rem ad pacis significatū deferāt, D quōd ille rerum internuncius pacem feratur cōciliare, de quo multa diximus in Caducei Cōmentario. Operē preciū verò est videre veterū monumenta, in quibus Olea insigne pacis vbiq; prætendit. Nam in Hadriani numo quodam simulacrum habet flexo genu, quod dexteram ipsi Hadriano stanti porrigit, lēua oleæ ramū humero demissum tenet: inscriptio, R E S T I T V T O R I H I S P A N I A ē. In alio Imperatoris eiusdem, prouincia eadē humili sedens lēuo cubito lapidum tumulo innitit, dextera ramū oleæ habet: inscriptio, H I S P A N I A . quo ex argumēto pacata quietacq; prouincia subintelligitur. In eiusdem alio signum est cum olea in lēua, cum genio in dextera, quod fortè refertur ad augurium ex oliua, sorte sibi oblatum, vnde aspirare ccepit ad imperiū, sortibus Virgilianis fretus, cùm ei versus illi obvenissent: *Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ Sacra ferens, nosco crines incanāq; menta Regis Romani, primam qui legibus urbem Fundabit, curibus paruis, et paupere terra Missus in imperium magnum.*

Quibus quidē ramis oliuæ insignem Maro fingit Numā ab Anchise p̄cognitum, cui ob iustitiā & integritatē nemo vñquā bellum intulit, ipse vltro pacem semper souit. Quocirca Hadrianus Imperio potitus & què pacis studiosus fuit: E expeditiones enim sub eo graues nullæ fuerūt, bella etiā silentio penè transacta. In numo verò Seueri Pij Aug. togatum est simulacru cum oleæ ramo, cuius inscriptio F V N D A T O R I P A C I S . Eisdē penè figuris in eiusdem Seueri Parth. max. numo inscriptio est, F V N D A T O R P A C I S . Quamvis verò vidisse iuuet in Maximiani numo simulacrum quod oleam prætendit, cum inscriptione, P A X A V G V S T I : illud tamē mihi magis arridet, quòd in numismate Philippi patris sigillum illud est oliuæ ramū tollens, cū inscriptione, P A X ē T E R N A .

## F E L I C I T A S .

**Q**uod verò olea adiecto caduceo felicitatis hieroglyphicū habeatur, multa veterū numismata indicio sunt, quæ in ipsius Caducei Cōmentario continētur. Apud Pausaniam legas, Pacem gestare in vlnis Plutonē puerū pectori appressum, eo quidem significato quòd pax opulentiam alit, educatq;: vbi verò opulentia, ibidem & maxima felicitatis pars, eaçq; nimirum omnibus expetita.

## C O N D O N A T I O .

**I**N diuinis Hebraicæ vetustatis monumentis oleū cōdonationis, veniæ, ac misericordiæ signū habet. Et in Euangelica historia Assertor noster condonatus adulterij pœnā mulieri, quæ rea agebat à Pharisæis, ex oliueto in templū perrexerat. Et apud Athenæū nō absimile, θωμὸς ἐλίς, quæ tamen omnia ex Hebreorum sacrī deprompta sunt, quibus iubemur crustulū abscq; fermēto, quod oleo sit irroratū, offerre Deo. Et alibi: Vbi anima donū affert, simila erit eius oblatione, fundetq; super eā oleū, & panes abscq; fermento cōspersos oleo. Et alibi oleū esse pro peccato legas, et huiusmodi pleraq;, quæ omnia delictorū huiusmodi cōdonationē indicat: siquidē, vt Adamātius ait, omnis anima eget oleo diuinę misericordiæ cœlestis esse propheticus quoq; sermo profiteſt. Ergo cū ieunamus, oleo caput nostrum invngemus, bonis quippe operibus caput nostrum, id est, vitæ nostræ sensus ornabimus, quia intelligentia omnis in capite est. Iam, vt Hierosol. Hesychius interpretatur, ferè passim Leuitico superfusum oleum pro eleemosynis accipitur, vt̄ thus orationes & preces interpretantur. Quod verò scriptum est, animam quæ peccauerit, offerre donū similam cum oleo, virū nulla vel ingenij subli-

**A** sublimioris vel doctrinæ gratia præditū, sed vita tātū hominē professum, alio-  
qui vel mercature, vel agricolationi, vel piscatui, aut militiæ, aut sellulariis artib.  
deditū Cyrilus intelligit, q̄ simplicitatē suā cuius simila est indiciū, quærat Deo  
per oleū diuinę misericordię cōmendare. Necq; prætereundū quod aliquorū hi-  
storię prodiderunt, Augusti tēporibus ē taberna meritoria trans Tyberim oleū  
erupisse terra, totaç; die nulla intermissione fluxisse: quod forsitan ad ortū Chri-  
sti, & eam quę subsecuta est mortaliū, quæ summa eius fuit misericordia, redem-  
ptionem, & gratiā per omnē terrarū orbem longè lateç; diffusam, referri potest.  
Sunt qui defossi in terrā cadi defluuiū illud olei fuisse dicant, cūç; apotheca, vbi  
vas conditū fuerat, in ripæ Tyberinæ summo margine sita esset, amphora casu  
aliquo vitiata liquore inde sibi viam aperuisse. Vt cūç; maximi omniō ostenti  
loco habitū, eiusç; rei monumenta longa annorū serie postcritati cōmendata.  
Epopæus Thessalus qui Coraci Sicyoniorū Regi successit in imperio, à Nicteo  
Thebanorū Rege bello impetus, cōmissaç; pugna graui accepto vulnere cùm  
victor euasisset, Palladi templum erexit, qua rogata vt signum aliquod ostende-  
ret, ex quo an id gratū deæ donū fore coniicere posset, aiunt oleum spontē ante  
**B** templum fluxisse, simulç; Epopæum haud ita multò pōst vulnere negligentius  
curato periisse. Ex gentilium enim religione obseruatū est, deos tunc suæ in nos  
misericordiæ signa exhibuisse, cùm ex carcere corporis migrare iussi essent, id  
quod aliquot exemplis declaratū est. Simile fuit in Cleobe atç; Bythone fratri-  
bus iuuēibus, qui pientissimi erga matrē Iunonis deæ sacra petiturā, iumentis  
aliis deficientibus vltro ipsi iugum subière, pro quorū pietate merita à lunone fi-  
liis dona mater cùm poposcisset, manè ambo inuenti sunt animā efflasse. Quod  
verò ad misericordiā & veniam imploratā attinet, quæ multis veterū exemplis  
per oleum significata fuerint, interpretari libet Aelij Lampridij locum Helioga-  
balī vita: Sybaritas eo anno periisse, quo missum ex oleo & garo cōmenti sunt.  
q̄ si quis ad cibi genus id & ganeæ delicias referat, subfrigida admodum causa  
videat: sin ad oraculum, cuius mentionē ex Stephano Hermolaus Byzantius fa-  
cit, Agyptiacū aliquid, hoc est, eruditius oleat. Tunc quidē Sybaritas perituros  
oraculum nūciauit, cùm maior olim honor mortali cuipiā quād diis habitus es-  
set: forteç; evenit vt seruus heri sequitā subfugitās, ad aras deorū cōfugiens nihil  
profecerit: vt verò ad patris herilis monumentū se recepit, veniā implorarit, at-  
**C** que ita oleū garo, pisculēto quippe ac perinde profano, vt in piscibus habet, pul-  
mētario, cōmixtū: condonatū q̄ppe crīmē profanę rei gratia, posthabita diuina.

## E L E E M O S Y N A.

**P**Luribus verò locis olea in diuinis literis virum probum indicat, qui miseri-  
cordiæ præcipue fructibus abundet, de quo habet in Psal. Oliua fructifera  
est in domo Domini. Cōtrà oleaster minimæ frugis hominem, vel idololatram  
ostendit. Paulus: Si autem tu ex naturali excisus es oleastro. Tum lucernas in ta-  
bernaculo testimonij à vespere vsq; mane illucescere iubet Dñs, hoc est, iuge esse  
cōmiserationis opus. Nā Salomon, Oleum, ait, de capite tuo non deficiat. Corā  
Domino autē illa accendi debet, q̄a in abscondito fieri debet eleemosyna, & vni  
Deo tātū innotescere, vt ignara sinistra sit quid fecerit dextera. Quòd mūdis-  
simum esse vult cādelabrum, ostendit opus hoc tā pium à colluuiie ostētationis  
& hypocriseos abstersum esse debere. Aliter lucerna super cādelabro mundissi-  
mo posita semper in conspectu Domini, cādelabrum Euāgelica est doctrina, in  
qua Christus virtutes lucernæ instar splendere præcipit, absurdum esse dicens

# Pierii Val. Olea.

sub modio eam occultari: oleum verò quod his lucernis infunditur, ipsa est ele<sup>D</sup> mosyna, vnde ieiunium, virginitas, oratio, iustitia, & alia vitæ nostræ lumina irrigantur, & vt perpetua inextinguibiliç flamma vigeant custodiuntur.

## S V P P L I C A T I O.

Am verò notum est illud, imbellem oliuam à Valerio Flacco quinto Argonauticón appellatam, de qua Statius non alia de causa dixit,

*Ramūmq; precantis oliuæ. atq; alibi: Vittatæ laurus & supplicis arbor oliuæ.*  
Ramus enim oleæ lauri ve lana circumvolutus, manibus legatorum supplicatum gestari solitus erat: quo de more Probus Æmilius in Pausania. Id postquam Lacedæmonij rescuerunt, legatos ad eos cum lana miserunt. Maro quoq; mōrem hunc tangit:

*Optime Graugenū cui me fortuna precari,  
Et vitta comptos voluit prætendere ramos.*

Quod quidem hieroglyphicum Seruius ad imbecillitatem indicandam institutum putat: nam qui precantur, & supplicant, suam arguunt imbecillitatem. Ex lana verò velamentū id accipi solitum, quòd oves alieno semper auxilio egeat. E Hinc sacra illa *ἱερήια*, de quibus in Theseo Plutarchus: nam Theseus oleę ramū fertis coronatum voulit Apollini, si Minotauro imperfecto incolumis rediisset. Hinc δροφοεία, πνευματικά, κνηματικά.

## M A N S U E T U D I N O.

Vantū autē pertinet ad mansuetudinem, sunt qui illius ergò Deorum simulae fabricari ex olea contendant, quasi benignitatē illam qua superi sunt præcipue prediti, ita ad vnguem referre videantur. Hinc apud Herodotū Terpsichore, orta in Epidauriis sterilitate, consultū ab iis oraculum respondit, Damīæ & Auxesiæ simulacra ex olea erigēda. Non immerito itaq; sacra oleæ stirps apud Milesios tunc sponte sua conflagrassè dicitur, cùm illi inter se omne crudelitatis & immansuetudinis genus truculenter exercuisserent. Aiunt verò oleo cōtra furorem tantā inesse vim, vt effusum in perturbatos vesanientis maris flūctus, tempestatem efficacissimè tranquillet. Hinc Ioannes Synæ monachus: Ve lut vter oleo repletus fluctuū rabiem in serenitatis tranquillitatem cōmutabit.

## Æ T E R N I T A S.

A lij, qui ligni naturā & soliditatem exploratam habebant, æternitatis ratione habita id fieri crediderunt: ea siquidem materies æterna est, quam neq; tempestas, neq; caries, neq; vetustas labefactat. Eadem nō in muro tantum absurfa, sed & in substructionibus, & in terra obruta, & in aqua defixa, collocative, sempiterno prop̄modum officio perseverat incorrupta. Cumq; Maro dicat solum ignem inimicissimum oleæ, quo si comprehensa semel fuerit, non à stirpe valere, non cæsam reverti posse, atq; ima similem revirescere terra, illud Athenis admiratione dignum olim evenit, quòd eo tempore quo vrbs Medorū incendio conflagravit, ea simul arsit olea, qua de lis illa inter Palladēm & Neptunum orta singitur: sed eandem aiunt eodem die in duorum cubitorum mensuram excreuisse: autor Pausanias, à quo nonnihil diuersus abit Herodotus, Vrania. Atq; hoc illud est, quod libro de Legibus ait Tullius: Nisi fortè Athenæ tuæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt.

## G Y M N A S I V M.

C orporis autē exercitatiōes & gymnasij labores per oleū significari passim inuenies, quanq; nō sum nescius Anacharsin Scythā oleū cōcitādē insaniæ pharma-

A pharmacū appellasse, quòd Athletæ eo peruencti magis ac magis insanirent: putabat enim, aut putare se fingebat, eam oleo inesse vim, vt eo qui delibutus esset, inde ad certandi furorem cōcitaretur. Sed hæc vt Philosophus Anacharsis, qui tecto gauderet & vmbra, quiç olei vsum apud Scythes suos nullum esse videbat. Contrà verò Epaminondas permolestè tulisse fertur multū olei se intra corpus recepisse, cùm eius coquus impensarum redderet rationē: maluissem enim, inquit, id extrā consumpsisse, nempe ad exercitationes alludens. Idem apud Horatium significatum, vbi libro Carminū primo Sybarim dicit amore perditum deliquescere: quærerit enim cur is oliuum sanguine viperino cautius vitet. Et Attis Catulli galliambico ait: *Ego gymnasifui flos, ego eram decus olei.*

Nec quidem ad corpus tantū, verū ad mentis etiā labores & exercitationes, propter vigilias & lucubrationes refertur: vnde dictum de studiosissimis non nullis, plus olei quam vini eos insumpsisse. Et ad alicuius veteris & præclari viri lucernam aliquid elucubratum, cùm eius imitationem exprimere voluerint.

## N I T O R E S.

**B** *Q* Vos verò λακύθες vel Marci nostri, vel alterius cuiuspiā celebrari videmus, inde nitores quosdam, & inspersa lucubrationibus fulgura quædam intelligendum, quæ splendidiorē orationē reddant. Id à balinearum vsu sunt qui de promptū putent, q̄ lecythi vsus eo potissimum loco inferuiat, in quo oleum ad huiusmodi nitores & elegantias comparatū, infusum sit. Qui verò ad lucubrationes & vigilias rem deducunt, eas aiunt meditationi maximè commodas, & ad excogitandum propter silentium aptissimas. Epicharmi enim dictum est, si quid scitu dignum quæras, nocte meditandum: οὐ νυκτὶ γωνίᾳ βελὴ τοῖς σφοῖσι γίγνεται.

## V I C T O R I A.

**A** N verò ea de causa victoriæ hieroglyphicum per oleam indicari nonnulli prodiderint, quòd ex ea veteres trophæa cōstituere consuerint, an quia victoribus ex oleastro corona plurimum pararetur, in ambiguo est: dubio procul enim Olympionicæ oleastro coronabant, vt Aristoteles, oleæ specie, quæ quidē ea de causa φυλοφασι appellatur: folia enim coronis huiusmodi dedicata, contrario quodā modo habent cum reliquis foliis, alia siquidem quod albicat interius claudunt, virori forinsecus patefacto: hęc verò intra se quod viride est insinuant, quod candidum habent foras spectandū exponunt. Aiunt verò Herculē

**C** Pæoneū, Epimedē, lasiumq; & Idā fratres, ex Ida Cretensi in Elidē delatos, ibiç Herculē, qui natu maximus erat, reliquis certamen fratribus proposuisse, victoremq; oleastro coronasse, quā plantā ipse ex Hyperboreis regionibus in Græciā detulisset: cuius rei meminit Pausanias, Olympia. Et apud Pindarū eū legas ex oleastro lucū seuisse, quē victoribus dedicarit. Nā et Aristander et Alexādri Magni vates oleum victoriæ, sed laboriosæ, signū esse interpretatus est. Cūm enim Rex ad Oxū flumen applicuisset in Sogdianos mouēs, castris positis nō procul ab eius tabernaculo gemini fontes repente exorti, alter aqua, alter oleo fluxere. Consultis vatibus Aristander respondit, olei fontē, labore quidē, sed et victoriā p̄mittere: vngunq; enim athletæ, & olea victores coronant. Vnde in antiquorū memoriis nōnunq; legas legatū oleū, vt Reate, T. Fundilius Gemilius v i. Augustalis HS xx dedit, vt ex redditu eius summæ, die natali suo 1111. K. Febr. presentes vescerent, & ob dedicationē statuę decurionib. et seuiris, et iuuuenibus sportulas & populo epulū & oleū eadē die dedit, oleū nimirū ad gymnica certamina quę funeralib. celebrari cōsuerūt. Nec verò prætereundū Panathenaicis,

# Pierii Val. Olea.

quæ in Palladis gratiā celebrabant, olei vas plenū victoribus dari solitū, quòd Doliuum invenerit Minerua, quamvis non desint, qui oleam inuentā à Mercurio tradant, nō à Pallade. Sedenim cur oleę ramus in Mercurij manu poneretur, superius exposuimus. Sanè quidem nō ignoramus ministros triumphantiū oleagineis coronis vti solitos in honorē Mineruæ, quæ belli dea putabat, & hinc illi Bellonæ nomē. Vnde illud apud Maronē, Præses Tritonia belli. Xerxes tamē sefellit insomniū, quo sibi visus est coronā oleagineā gestare, ex arbore, cuius ramis terra tota occuparet, id quod eū maximē impulit vt tanto belli apparatu in Græciā triiceret, vbi postmodū magna victus clade, turpisimā fugā arripuit.

## P I N G V E D O .

**S**Acrae nostrorū literæ vbertatē interdū per hieroglyphicū oleæ acceperunt: nam eam pinguedinis & lacticoris cuiusdam vbertatis signū esse ex eo perspicias, quòd libro ludicū cùm à sterilibus arboribus olea ad imperiū accerseretur, respondit ea, nolle se pinguedinē suam derelinquere, quæ vsui & diis & homini bus haberet. Apud Horatiū, lecta de pinguisimis oliua ramis arborū, habetur.

## H I L A R I T A S .

**E**t pro hilaritate oleū ponī in iisdē diuinis literis inuenias: vt Psal. XCII, Senectus mea in oleo pingui: vbi interpretes per oleum hilaritatē exponūt, citantqz ex paulo pōst sequenti Psalmo locū, vt exhilaret faciē in oleo. In iisdem diuinis literis inueniēt cibus panis non fermentati, collyridūqz oleo conspersarū, & obvncorū oleo laganorū: per quæ, vt Hierosolymitanus Hesychius interpretatur, Apostolorū doctrina, legis eloquiū, et mystica Prophetarū verba intelligūtur. Obvnceti Prophetæ, quia res non ita liquidō, neqz tam opulēter explicuēre. Cōspersæ collyrides, quia passim doctrina Christi, legis vtsi testimoniis: de Christo em̄ Moyses locutus est. Panes verò nulli nō adiiciunt obsonio, plenissimeqz hominē pascunt, magisqz omnino nutriūt, veluti Apostolorū traditiones, quæ exdem & Christi documenta sunt, in omni vitæ tenore coloreqz vsui veniunt, & opulentissimè sufficiunt.

## S P E 'S .

**E**s & spei simulacrū olea, propter continuā viriditatem: nā nostro etiā tempore viorem multi pro spe ponūt. Hinc similes nos esse oleæ Basilius cuperet, quòd grauidi refertiqz fructibus, nunquā spe denudaremur: et quia miseratio-  
nis etiā indiciū eam esse ostendimus, omni, vt idem inquit, tēpore misericordiæ munus exercētes, fecunditatis ac vbertatis eius, quæ semper vberima est, emuli euademus. Quod verò proditū est louē olea coronari solitū, id ea de causa factū Phurnutus putat, quòd in ea viriditatis perennitatē & pinguedinē animadverterat: itaqz Deum omniū bonorū autorē, fecundissima vtilissimaqz omnium arbore insigniri placuit. Alij dicūt, ppter glaucedinē, quæ sit cœlo prop̄modū simili: nam & id ad historiā addit, vt à Pallade, quæ Glaukopis dicit, producta credatur, de qua quidē fabellā ex Marco Varrone recitare nō pigeat. Enata forte in Athenarū arce oliua arbore, sed et aquarū scaturigine mox emanāte, Cecropem per id temporis Regē animo ad hęc prodigia obnoxio, saneqz territū, et ne futurarū fortè calamitatū hęc portēta forēt prēnuncia, sciscitatū Apollinis oraculū missos certos homines, qui & ostenti causam perquirerēt, & auerruncādæ deorū iræ, si quid illi minitarent ostento, rationē discerēt. Legatis verò post sci-  
scitationē respōdisse Pythiā, iussisseqz interim illis bono essent animo, necqz enim ostentū id hominū malo aliquo factū, sed deorum duorū cōtentione certātium inter se, vter eorū Athenis imponēdi nominis autor esse debeat: per oleā em̄ Mi-  
neruam,

**A**neruam, per vndam Neptunum significari, & quæ sequuntur ad hoc pleraque alia, quæ de industria missa facio. Porrò de deorū cōcilio, vt apud Ouidium est, pleriq̄ omnes tradidere, decreuisse eos, vt is imponēdi nominis autor esset, qui rem humano generi vtiliorem protulisset. Oliua quidem quantas habeat vtilitates nemo non nouit. Vnda verò quāto sit mortalibus vsui, loco suo declaratū à nobis est. Sedenim oleam ideo prælatam aiunt, pronunciatumq̄ pro Pallade, quia arbor ea pacis indicium haberetur. Pacem verò bonorum omnium opulentia & vbertatem secum afferre, parentes nostri forsitan experimento cognoverē. Nos, Italia vniuersa per tot annos assiduo continentiq̄ bello afflicta, vix eius felicitatis famam, vt diceret Homerus, audiūmus.

## F R V G A L I T A S.

**Q**UAMVIS aut̄ tāta sit lēta pinguedine, est tamē & frugalitatis indicium oliua, de qua s̄cpe legas, eiusmodi baccas apud veteres parsimoniae causa appositas, & à Platone lauto etiā cōviuio deliciis cōtemptis esitatas. Eundēq̄ cōstat in conviuio quodā oleis vescēt̄, irrisum à Diogene, qui dixerit, Si sic prandisses, non ita cœnares: qui scilicet sentiret, non esse id frugalitatis, sed stomachi lauto prandio grauati. Quod verò pertinet ad Mineruā, quę innupta, quę virgo perhibetur, meritò eā sibi oleam asciscit, cūm puritate pudicitiaq̄ non minus olea quam Minerua delectet. Græci enim, vt Rutilius Taurus ait, iubent oliuā, cūm plantat̄ & legitur, à mundis pueris atq̄ virginibus operandū, credo, inquit, recordati, arbori huic esse præsidem castitatem. Florentinus quoq̄ lib. De re rustica, adeò purā esse oleam tradit, vt collectores etiā non nisi puros amet, qui cūm ad oliuationem accedunt, iurāt se nō alivnde quam ab vxore sua venire: ita fieri vt anno insequenti vberiore proventum exhibeant. Præcipuè verò aiunt Anazarbi, quæ Cilicię est ciuitas, oleas esse fœcundissimas, quoniam à castis tātummodo pueris colantur. Sed neq̄ illud dissimulandum, tametsi ridiculum, quod apud autores Græcos, qui nihil nō ausi sunt mādare literis, inuenias, amuletum præsentaneum ad capitis dolorem esse, si olea folio Mineruæ nomen, ΑΘΗΝΑ scilicet, inscribatur, ipsumq̄ folium filo religetur ad caput in coronæ modum.

## C D E V I T E.



Ffert verò post oleā Vitis, necq̄ minoris ipsa vtilitatis, vt non immēritò multis & his insignib. atq̄ preclaris sit hieroglyphicis decorata.

## L A T I T I A.

**Q**VORUM illud præcipuum, & omniū præconio celebratum, vt per eam lātitia intelligatur: id non Ægyptij tantū, verū & philosophi & poētæ Latini Græciq̄ omnes eodem admisere cōsensu. Sed vt plurima super hoc à Platone & ab Homero dicta dissimulem, nōne diuinæ etiā literæ sententiam hanc eandem pleriq̄ locis prosequuntur: cuiusmodi illud est, quod requisita vitis ad aliarum arborum imperium respondit, non posse se deserere vinum suum, quo Deus atq̄ homines lāti redderentur. Quare Socrates apud Xenophontē, Symposium, vinum ait non aliter mōrori mederi, quam mandragora hominibus: lātitiamq̄ nō aliter excitare, quam oleum inspersum igni flammā adauget. Et cōiectores, vel modici vini haustu in somniis attētari viso, lāti alicuius eventi signū arbitrantur. Apud Philostratū vinitor sub vite considendum Phœnici suadet, quod ex ea spirare soleat lētitia. Epigrāmatarius poēta quidā non inelégans nec infacetus, acerbè in eum invehitur qui racemū immaturū aspernatus humiliabie-

# Pierii Val. Vitis.

cerat, & insuper pedibus conculcauerat: non immerito quidē indignatus, propter ea quod primo eo gustu deceptus, vitam omnem male accéperit, & in præciso racemo succrescentem lætitiam extinxerit. Ita enim dicit;

Tis ὥστ' ἀκινήσως οἰνοτρόφον δύμφαντα βάλχη  
Ἄνθε, ἀμπελίνη κλήματος Ἰζέπαμι,  
Χριειαδεις συφθεῖς ἀπόμελη βάλσα, ὡς αὐτὸν παῖς  
Ἐπινιασομένοις ἡμισθεῖς οικίσαλως,  
Ἐπιοὶ μάννος ἀναρπισθοῖσι λυχνέγγω,  
Οἳπι μην αὐξομέναις οὐδὲνοι διφοισώσαι.  
Τέλει γειτοὶ τάχα πίσ πάρματος, ἢ πρὸς κοινὸς  
Ηλυθοὺς, οὐδὲντος ἐργασίας λύσιας.

cuius hæc propémودum est sententia:

Quæ feritas? quisquis dona immatura Lyai  
Ante diem è vitiis palmite sustulerat,  
Labráq, perstrictus vecors abiecit, ut esset  
In pedibus trita vile putamen humo,  
Huic pater instaureret Lenaeus digna Lycurgo,  
Quando ita nascentem sustulit Euphrosynen.  
Namq, aliquis vino hoc hilaris cantasset, amasset,  
Aut poterat curas dememiniſſe graues.

Nos verò adolescentes iocati contrà ita respondimus:

Κανθαρίσεινός τε οἰνοτρόφοις δύμφαντα μισῶται,  
Ὄς βάλει τὸ οικίσαλθεν ἡμισθεῖς χαυκήδις,  
Κλήματοι τὸ Ἰζέπαμι καὶ ὅλης βλαστὸς ἀρχὴ εἴλης,  
Ὄς πώ αὐξομέναις οὐδὲνοι διφοισώσαι.  
Τέλει πίσ οινοβαρῆς οὐδὲ πάρματος, ἢ πρὸς αρνα  
Ηλυθοὺς αὐτὴν αὐτά τάχα λέληπε πρέπει.

quorum sensum ita Latinè reddemus:

Macte animis quisquis vinum hoc immite perosus,  
Allisit putri vile putamen humo,  
Ramósq, & plantam totam ab radice recidit,  
Atq, ita gliscentem sustulit Aphrosynen.  
Namq, aliquis poto hoc vino grauis iſſet ad arma,  
Aut decoris poterat dememiniſſe sui.

Sed vt lætitiae huic modum imponamus, Salomon ait: Exultatio animæ & cordis vinum moderatè sumptum: ad iucunditatem enim creatum est, nō ad ebrietatem, quæ te vita defraudet.

## A C E R B I T A S.

**A**T non in omni sua suauitas, necq; quidem in vlla, nisi maturuerit, nisi aëris clementia, lociçp & situs opportunitate adiuta fuerit. Nam vuæ pleræque necq; tempore, necq; loco suo decerp̄tæ, amaritudinem potius quam suauitatem vllam præ se ferūt: quare suum est omphacio significatum, vt scilicet insuaue, acerbum, & intolerabile aliquid damnum per immaturā vuam indicetur. Hinc illud in sacris literis: Patres nostri comedenter vuam acerbam, & dentes nostri obstuپerunt. quam sententiam diuinitus Cicero mihi videtur explicuisse, vbi ad Brutum scribit: Nec verò me fugit quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatū est, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet: & quæ mox de Lepidi crudelitate in liberos subsequuntur, quæ omnia in parentis scelus oggeruntur.

HILA.

## H I L A R I T A S.

**A** **E**adem ratione qua letitiā significat vītis, publicam etiā hilaritatē ostendere videſ: quare apud Maronem Troiani longa nauigatione & ſæuiflora mox tempeſtate fatigati, Dei Bacchi letitia exhilarant̄. atq̄ alio etiam loco, ad eſdem letitiæ datorem Bacchum votis precari videmus. Tum apud Horatium, ſi qua celebratur hilaritas, vel ipsa pauimenta vino natāt. Tristi verò & perturbato homini Plautus propinandum monet, qui bilem diluat. Cui ſimile id quod apud Ciceronem 111. Tuscul. habet: Huic calix mulsi impingendus est, vt plorare deſinat. Quin & ipsa Musica, quę tota ad hilaritatē cōparata eſt, non alio magis ſtimulo concitatur quam ſuauiſ vini g��u. Hinc apud Ouidium legas:

Necnon & carmina vino      Ingenium faciente canunt.

quod ex Tibulli ſynepeia dictum. Ille enim cùm Osirim viſitatorem laudaret, ita de vino cecinit:

Ille liquor docuit voces inſleſtere cantu,  
Mouit & ad certos neſcia membra modos.

**B** Hinc Aeschylus quaſi niñium oblaciuiens, dictus eſt tragedias ſuas potando ſcriptitaffe, de quo Plutarchus Symposiacis. Contrà reprehensus eſt Gorgias, qui tragediam ſuam Marti dedicauit, cùm Baccho potius tribuēda fuerit: nam ea de cauſa dictum, οὐδὲν διηγεῖται οὐδὲ πίπει, nullam quippe ad eſſe hilaritatē ei qui aquam bibat. Quam ſententiam ſibi deſumpliſ Horatius eo Epistolārū loco, vbi festiuē admodum bibacitatem hanc eludit ad Meccenatem:

Prisco ſi credas Mecenās docte Cratino,  
Nulla placere diu, neq; viuere carmina poſſunt,  
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Mox & illa per iocum acriter demorsa:  
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus, ad arma  
Proſiliuit dicenda, forum putealq; Libonis  
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeuoris.

Agnouit & hoc Anacharsis Scytha, quam vino ſuper ſeuerē nimis iudicaret, quippe qui cùm in conviuio quodam vibrifatores quosdam cantilenam admodum variām crifpata voce cum ſibilo ſimul emodulantes auſcultaret, interrogatus an in Scythia tales eſſent modulatores, respondit illicò, Neq; quidem vi-

**C** tis: vtpote qui innuere vellet, non aliam eſſe cauſam emodulationis eiusmodi, quam epotum vinum. atq; hinc diſterium, Nemo cantat sobrius. De his queritur Dauides Psal. L X V 111. Vinipotores contra ſe canere. Anacharsis dictū ab Aristotele commemoraſ eo loco αἰαλυπκῆ, vbi argumentorū quædam genera à cauſa deſumi ſolere oſtendit. Idem Anacharsis tris in vnaquaq; vite racemos inveniri diſtitabat, qui diuersa inter ſe vi pollerent: primū enim voluptatem afferre, ebrietatem alterū, tertium moleſtiam. Sed vtcung; Scytharum ſuorū ſobrietatem prætendant Anacharsis, Cleomenem tamen Spartanorū Regē apud Scythas, vt alibi diximus, vino verſum in insaniā accepimus, q; ſcilicet cum eis meri potationibus contendere voluiffet. Meritò autē Plato, vbi ſecundo de Legū ſerendarū ratione diſſerit, optimum futurū existimat, ſi Carthaginensium more miles in caſtris nunquam vinum g��et, ſed toto expeditionis tempore aquam biberit. Seruis ne vinum vñquām condeſatur. Magistratus, quandiu munere funguntur, abstemij ſint. Pr̄ſides & iudices, eo tempore quo negotia cauſarum tractantur, vinum penitus non attingant. Et qui magnis de Reip. rebus conſilio adhibentur, remque publicam adminiſtrant, aquam omnino bibant.

# Pierii Val. Vitis.

quam sententiam philosophus ille summus ex XXXI Proverbiorum Salomonis capite sibi desumpsit. Sanè Romanorum in hoc quoq; prudentiam, qui sobrietatē in imbecillo fœminarū genere accuratissimè custodirent, multi cōmendauēre. Sed Tertullianus egregiè, qui mulieres Romanas ait olim usque ad eo vino abstinere ciuitatis eius instituto iussas, ut matronā ob resignatos cellæ viñariæ loculos sui inedia necarint. Sub Romulo verò quæ vinū attigerat, impunè à Mecenio marito trucidata sit; idcirco & oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu indicaretur, exploratumq; inde esset, an temetum olerent.

## L I B E R T A S.

**Q**UOD verò & libertatis indicium sit vitis, ipsa Bacchi nuncupatio, quæ apud Græcos Lyæus est, apud Latinos Liber, argumento esse potest. Tum apud Platoneum inuenias, explorandis adolescentium ingeniosis conviuia nonnunquā indulta, quò illi ad pocula se benignius inuitarent, eoq; tormento coacti, ab intimis se præcordiis expectorarent, utpote qui nihil tunc simularent, sed cupiditates omnes suas, studiaq; omnia propalarent. Vnde sapienter Horatius:

*Quid non ebrias designat? operta recludit, & quæ sequuntur. Idem alibi: Fæcundi calices quem non fecere disertum?  
Contracta quem non in paupertate solutum?*

Meritò itaq; apud Spartanos Dionysius cognomento φιλας dicit̄ idiomate Dorico, quod pennatū significat: vinum siquidē mentē, non secus ac alæ corpus, attollit, & modò huc, modò illuc volitare facit perquā agiliter: cuius rei meminit Pausanias tertio. Facit ad hanc libertatis significationem quod ab Heliogabalo profectum est, ut vindemiarū festiuo liceret vnicuiq; multa in dominos iocosa atq; scurrilia, petulantissima quadam licentia ipsis etiā audientibus dominis iactare, quem morem adhuc in agro Neapolitano vigere pañsim vidi, cùm eo forte tempore ad visendum eius honoratissimæ ciuitatis Academiam illò me cōtulisse. Et quoniā vinū in lætitiae libertatisq; significatum abiit, libet ex Moseos historia quod ad rem facit exemplum recitare. Cùm Pharaonis pīncerna, qui eodem custodiebatur loco, quo & losippus ob custoditā innocentia ut nocentissimus detinebatur, per quietem existimasset se triplicem videre palmitem ternis præditum racemis, qui cùm tempestiuè maturuissent, essentq; à se resecti & expressi, subitò Regi mustum propinasset: ex quo losippus bono eum esse animo iūsit, futurum sanè ut triduo liberatus eo situ quo intabescet, in pristinam dignitatē restitueret: atq; ita vti à losippo pīdictum fuerat, tertio post die liberatus, & honori suo redditus, coniectorem haudquaquā vana nunciasse cōperiit.

## F E L I C I T A S.

**E**lus enim scientiæ periti scribunt, ubi significata vītis examinant, vuam in somniis visam, etiam extra tempus, felicis esse præfigij. Cuiusmodi etiā vītis fuit, quæ visa est Astyagi per quietem nocturnam de Mandanes gnatae suæ genitalibus oboriri, vniuersamq; Asiam palmitibus invmbrare: quod de Cyro nepote eius eventu adeò felici postmodum comprobatum est: terrarum enim latitudinem id significabat quæ Cyri esset imperio subiuganda. Rheæ siquidem vītis sacra est, & eiusmodi deæ de vite fieri simulacrum tradit Euphorion. Fuit autem hoc attestatum ostentum, ad alterum, quo prius imaginatus fuerat Astyages idem videre se micturientem filiam, quæ Regiam urbem cum vniuersa Asia inundaret. Et quamvis Rex quid vtrunque sibi somnum vellet à Magis edoctus contra filiam & infantem natum multa esset machinatus, fatalem

**A** fatalem tamen necessitatem evincere non potuit. Everso enim Medorū regno, Persicoq; constituto, Cyrus mirum in modum crevit.

## L A B O R.

**N**eque tamen ita felix tranquillumq; est hieroglyphicum vitis, vt non & laboris plurimi sit etiam argumentum: siquidem arborum nulla maiori indiget cura. Usqueadē imbecilla est, vt nisi humana diligentia excolatur, perculis sustentetur, vel arboribus maritetur, falce comprimatur, ac annis singulis præcidiatur, multo deniq; labore custodiatur, breui admodū tempore vel percat, vel in labruscam degeneret. Quare non imperitè dixit Hesiodus, siue is Apollonius fuit qui scutum Herculis doctissimis carminibus celebrauit:

*Oīα διόνυσος θώκ' αἰρεψάσι χρέμα, καὶ ἔχθρον.*

vt & lætitiam & laborē simul hominibus à Baccho datos affirmaret. Neq; sum nescius, s; & xθρον ad animi etiam anxietatem atq; mœstitiā referri posse: siquidem compertum est eos qui meraco plurimū vtuntur, melancholicos fieri, atq; inde tristiori esse corde: tum obliuosos, vt Florentinus in re rustica ait, in primis fieri, vt ea taceam quæ per ebrietatis furorem infanda pleraq; perpetrātur: quo-  
**B** rum omnium memor Maro noster, ne vinum plus æquo laudaret, ita cecinit:

*Bacchus ergo ad culpam causas dedit, ille furentes  
Centauros leto domuit, Rhæchumq;, Pholumq;,  
Et magno Hyleum Lapithis craterem minantem.*

Habet & illud incōmodi, quòd linguam vinum præpedire solet, eaq; de causa Mercurio, non vino, sed lacte supplicabatur, ad ipsam etiam eloquentiæ dulcedinem indicandam: idq; Romæ, vico etiam sobrio nuncupato fieri solitum.

## T I T I L L A T I O.

**E**t quod aiūt, sine Cerere & Baccho Venerem frigere, adducit in memoriā, Lampsacum ea de causa salaci Deo sacram olim dictitatā, quòd optima generosissimāq; vina proferebat: ludibrium enim illud Veneris & Bacchi filium fuisse antiquitas fabulatur. Citat Stephanus Demosthenem, qui rei istiusmodi causam memoriarē prodiderit. Cūm itaq; vinum præcipuum sit nequitia fomentum, meritò signum Virginis vitem auersatur: cauendū enim, vt Orpheus monet, ne Luna signum Virginis præcurrente vitem seramus: eam enim Virgo odio prosequitur. Atq; ne vllus vñquam sit fabulis modus, alij dicunt propter Icarium patrem, qui ab ebriis colonis fuerit interfactus.

## S A N G V I S.

**F**uit & sanguinis signum oblatum in sacris vinum, atq; eo nonnunquam cognomento nuncupatum: quare quod apud Maronem,

*Uidit Thuricremis cum dona imponeret aris,  
Horrendum dictu, latices nigrescere sacros,  
Fusaq; in obscenum se vertere vina cruentum,*

non tantū ostentilo loco positum, sed antiquum videtur significatum attigisse, quòd & pro vino sanguis, & pro sanguine vinum acciperetur. Nam Mose secundo Deuteronomij cantico: Et sanguinem vuæ biberet meracissimū. & Psalmographo dictum, Sanguinem, inquit, vuæ biberunt. Sanè quidem Ægyptij sacerdotes vino pertinacissimè abstinebant, & antiquissimi eorum reges: nam & illi tunc non nisi sacerdotes erant, vt tradit Hecataeus. In deorum tamen cæremoniis vino vtebantur, eoque libabant, vt idem autor scribit, non gratam

# Pierii Val. Vitis.

quidem rem cœlestibus oblaturi, sed eorū sanguinem qui contra deos pugnat. D  
sent propinaturi, indeq; sibi numina conciliari arbitrabantur: persuasum enim  
habebant Aegyptij, vitem ex fuso in terram gigantum sanguine pullulasse, vnde  
& amentia, & furor inesse vino. Quanquam posteriores Reges, Psammeticho  
in primis autore, vinum, sed certa mensura, mensis adhibuere. Ponit verò & He  
siodus mensuram qua sit ad salubritatem bibendum:

τεῖς δ' ἵδε τῷ περιχέας, τόδε τέρπαλος ἡγεμόνες.

Tris miscebus aquæ partis, sit quarta Lyæi.

Et venustū admodū est epigrāma Meleagri, quo à Meraco salubriter exterrere-  
mur: αἱ νύμφαι θάλαττας ὄτε ἐκ πυρὸς ἀλατ' ὁ καθεδρ

νίφατε ἐπειρέ τέ φη, αὕτη παντούς,  
τρένεται τὰ νύμφαις θρόμοις οὐατ', λόδε τινας ἔργα  
μύσχαδαι, δέξῃ πῦρ εἰπούμενος.

Ardentem ex vetero Semeles lauere Lyæum

Naides, extincto fulminis igne sacri.

Cum Nymphis itaq; est tractabilis, at sine Nymphis

Candenti rursum fulmine corripitur.

E

Hec autē miscendi meri admonitio, adducit in memoriā mihi locū in diuinis li-  
teris, quē nefas est præterire: Calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. Ca-  
lix Domini mixto plenus, idē est, vt sentit Eucherius, ac si diceret, misericordia  
& iudiciū. Inclinatur verò ex hoc in hoc, cùm de misericordia in iudicium diui-  
na seueritate transitur. Fex autem nō exinanit, quia adhuc vltimum iudicij reser-  
uatur: ea siquidē erit vindemia, quæ ipsis in diuinis literis hieroglyphicè ponit,  
significatq; rerū finem, quam theologi seculi cōsummationem vocant, aliquan-  
do depopulationē, vt Psalmus: Vindemiāt eam omnes qui transgrediunt viam.  
Pro fine verò rerū, Ioēl: Mittite falces, & vindemiate vineā terræ, quia maturæ  
sunt vuæ eius. Et ne hoc imprudentibus excidat, vindemiac ipsius instrumētum  
torcular, nomē in sacris literis hieroglyphicū, per quod scilicet tum alia quædā,  
tum præcipue tempora ærumnosa, pressuræ, vexationesq; significant: quam in  
sentētiā totus ferè Psalmus euagat, cuius inscriptio est, In fine pro torcularibus.

## F E R A C I T A S.

**N**on incep̄te verò quispiam feracitatem hieroglyphicè significaturus, vitem F  
cum racemis pinxerit, inter enim fecūdiores plantas principatum obtine-  
re vitem nemini dubium, si arbusculæ vniuersiūscq; ratione habita, vini copiam  
expenderimus. Addam etiam eam alicubi esse racemorū magnitudinē, vt race-  
mi singuli singulos explicant currus, cuiusmodi fertilitas est Eucarpiae minoris  
Phrygiæ vrbe. Quinetiā currum medium ibi diffractum defecisse vnici racemi  
pondere Metrophanes tradit. Ita recte Plinius, nullum apud Græcos menda-  
cium esse dicit, quod teste careat. vtcunq; tamen, hæc & alia super huiusmodi vr  
be à Stephano memorantur, in iis quæ deflorauit Hermolaus Byzantius.

## P I O R V M C O N V E N T V S.

**S**ed vt de vite simpliciter sermo sit, debere nos, ait Basilius, rationē eius cōtē-  
plari, qua Dominus sese vitē, & Patrē agricolam esse, vinitoreq; dixit, nosq;  
singulos in piorū cōventu per fidē satos, palmites appellauit: hinc nos ad vber-  
rimi fructū feracitatē inuitat, ne vt inviles atq; superflui ludibrio simus, & à fe-  
cundorū palmitū cōsortio recisi amputatiq; igni destinemur. Assertor verò no-  
ster nusquā cessat animas nostras vitibus cōparare. Vinea nāq; facta est dilecta,  
dicit,

A dicit, in cornu, in loco pingui, & vineam seu, septumq; circu posui. Animas humanas planè vineas dicit, quas circu dedit septo, tū ea securitate atq; tutela, quæ resultat ex præceptis, tum ipsa gemmarū custodia. Dictum est enim: Versabitur angelus Domini in circuitu metuentium eum. Deinde quasi valla nobis defixit positos in Ecclesia primū Apostolos, mox prophetas, mox doctores alios; inde animū nostrū, ne deiectus despectusq; humi reperet, & prætereuntiū pedibus conculcaret, maiorū nostrorū exemplis, qui per summā innocentia & probitatem clari & illustres habent, in altū erexit, eorumq; vestigia sequi iussit, qui per virtutē & integritatē ad summū euasere. Ad hæc vitē Ambrosius plebem Ecclesiæ significare cōtendit, quæ veluti quadā fidei radice planta, propagineq; humilitatis reprimit: vbi verò circumfolla fuerit, religat, erigiturq; ne reflectat in terram. E sacramentis alia recidunt, propagant alia. Recidunt quidē ea quæ inani sylua luxuriant, de quibus Pythagoras symbolicè dixit, μη πενθεις θεοῖς ήτε αμαρτωλοί, pura purgataq; omnia esse volens quæ Diis offerantur. Ea verò propagantur, quæ bonus agricola fructifera iudicarit. Adminiculorū verò ordines iu-

B gationisq; cōcinnitas verè atq; manifestè docent æqualitatē in Ecclesia seruari debere, vt sese nemo, quantumlibet diues & honoratus, extollat, nemo pauper animū desponteat, seq; despectū atq; cōtemptū esse vereat: ignobilis nemo desperet, verū & qua sit omniū conditio, pariterq; omniū mens ad superiora sustollatur, suamq; in cœlis futurā consuetudinē atq; cōmercia sibi proponant. Ne verò ullis ingruentiū tempestatum procœllis vexari, loco've deturbari deiici' ve possit, clauiculis quasi charitatis amplexibus proximos quosq; complectit, & in eorum coniunctione requiescit. Appellat nos I E S V S vitis suæ palmites, propterea quod, inquit Origenes, palmes arbore connectit, & clauiculis tanquam manibus freta confirmat à lapsu, quo fretus adminiculo ventos turbinesq; contemnat. Futurorum id honorū indicat spem, quia fideles quicq; non solū in iis quæ gerunt, sed etiam in iis quæ sperant & credunt, perfectū salutis statum expectant: quapropter quasi ad quendā patientiæ ardore spe iuncti atq; cōfirmati, naturaliū motuū procœllas, cupiditatumq; turbines insultusq; perferūt atq; contemnūt. Hæc & huiusmodi pleraq; cōmentationib; in hieroglyphica nostris

C libenter inseruimus, quod mihi sint & quiores ij, qui studiū in hac re meū acrius incessunt, quorsum id tendat ignari, cùm viderint similitudinariā hanc loquendi figuram nō tantū ab Ægyptiis, quos immerito cōtra Dei præceptū abominantur, inuentā, verū etiam ab antiqua & noua lege receptā, quinetiā ab ipso nostræ institutionis cōditore C H R I S T O I E S V frequentissimè in vsum deductam: nihil enim aliud est hieroglyphicè loqui, q; diuinarū humanarumq; rerū naturā aperire. Addenda verò huc fuerat ea quoq; de Iuda Israēlis dicta: Laubabit in vino stolam suā, & in sanguine vuā amictū suū: sed quoniā hæc copiosè sunt à sacrorū interpretibus discussa, presertimq; ab Adamantio, ad vltimam eius homiliā in Genesim, vñūquenq; pietatis studiosum accedere cohortamur.

## D E F I C V.

 Nchoauit, honoratissime Domine, oliua apparatus nostrū: accessit vua, quæ plurimū fortè attulit saturitatis: pro bellariis addere fucus libuit, vt si quid amaritudinis in oliua fuit, si acerbior vua, quod non stri quippe Bellunensis cœli rigor, eam plerunq; maturescere non sinit, errorem omnem missus tertij suauitas emendet.

# Pierii Val. Ficus.

D V L C E D O.

D

**D**E Ficu sanè quicquam, quod magnam mihi affert admirationē, apud Horum Aegyptiū, Caprifico excepto, nō inuenimus: paucissima enim admodum eius autoris fragmenta temporis iniuriam euicerunt. Apud autores alios inter arbores primas celebratam passim comperimus: atq; illud præcipuum eius est hieroglyphicum, vt per eam dulcedo intelligatur, eaq; tam in grata hominum consuetudine, ac morum suavitate, quām in cæteris rebus quæ iucundæ amabilesq; sint, ac voluptatis plenæ. Hinc illud apud Theocritum de suauiter canente, καὶ ἀπ' αἰγίλῳ ιχθύοις, è mediisq; cibus tibi ficus Athenis. Ab Aegilo vero dictū, quod ea sit ex Atheniensiū tribubus. & suauissimæ Athenis ficus esse, Dion etiam testatur. Ita verò ficus ad victus humani cōmoditatē nata, vt Hippoñax Poëta vetus, eam auro prætulerit, dum scazonte illo suo licentioso dicit:

Εἶπεν καὶ τοῦτο χρυσὸς οὐδὲ θέρμαις παλλὰ,  
Καὶ σίνης βασιά, καὶ δύο ἡ τρέας αὐθεώπας  
Γνῶμα ράσων τὰ σίνης τὴς χρυσῆς καρέων.

Si quis domi recondat auri plurimum,  
Duos si ve trisve, iudicabit illico

Ficusq; paucas, comparetq; seruulos  
Auro domi præstare ficum plurimo.

E

Sanè φιλοσόφes nonnulli appellant purioris mansuetiorisq; vitæ duces. Harum verò cōmendationē auget summo opere Artaxerxis cognomento Mnemonis testimoniū, qui iunioris Cyri frater fuisse fertur: is cùm aliquando arrepta fuga cōmeatuq; direpto coactus esset ficus & hordeaceum panem esitare, indoluisse fertur, ob regalem affluentia apparatoresq; lautitas tantæ se voluptatis experiem tandiu fuisse. Quid verò quod ruta sua satis insignis amaritudine, si iuxta fiduciam seratur, mitior euadit? Meritò itaq; ficus apud Israéliticos iudices nequam velle se ait dulcedinē suam derelinquere, vt reliquis arboribus, à quibus in imperiū adsciscetur, dominaret. Vt verò alibi legimus in iisdem diuinis libris, iustos & sanctos homines sub ficu requiescere perhibent, hoc est, tranquil lam atq; suauem vitam agere. In veterū etiam numis suavitatis istiusmodi significatum obserues. Nam in quodam ficus est inter duos tumulos sita: vnius tumuli inscriptio est ΑΜΒΡΟΣΙΑ. Alterius ita detritæ literæ sunt, vt legere non potuerim: puto tamē ex nota N literæ, quæ vix dimidia discernit, ΝΕΚΤΑΡ esse debere, quasi ficus vtriusq; vicem gerat. Sanè cōiectores inspectam in somniis sic F cum, albam præcipue, atq; suo tempore, bonorū multorum præsagiū habent.

S V A V I T A S   S V B L A T A .

**N**Eq; caruit omnibus ficus, que sublatam suavitatem extirpata significaret, eo præsertim tempore quo publica ciuiū Ro. suauitas & dulce commercium, extincto Alexandro Seuero, adempta est. Paulò enim antè quām is fatis concederet, arbores fici tres, quibus tentoria imperatoria adnexa erant, quæq; ficus eas ferebant quibus Alexandrinarū nomen est, subito ante illius tentoriū procederunt. Idem in Caprifico portentū in Messenios accidisse memoriae proditū est. Nam cùm illi sylvestrē ficum γράχις appellarent, quos nos imitati sumus Caprificum appellantes, oraculum super excidio suo huiusmodi habuerunt:

Ἐστε γράχι Πίνησιν εἴδης ἐλικέρροος ιδωρ,  
Οὐκέ πιεωλώλω γέρουμαι, ζεθθω γενός λεθηθό.

Nanq; Nedēs simulac curuas caper hauserit vndas,  
Tunc Messena vale, tibi enim grauis exitus instat.

Accidit verò vt Caprificus in Nedēs fluuij ripa nata, ramos eosq; declinarit,

vt

**A** vt aquis profluentibus rami alluerent: quod cùm Theolcus vates animaduer-  
tisset, in stare dixit Messeniorū exitium, vt oraculo Pythio prædictū fuerat. Rem  
tangit Pausanias quarto. Sed cur sicum Idumæā dicere cōtamur, ad quam Af-  
fertor noster à Bethania rediēs, fructū ex ea capturus accessit: famelicebat enim:  
verū cùm fructū in ea nullū inuenisset, arborē deuouit, ne vlo vnquā tēpore  
fructū ferret. Sanè mysticē factum hoc, vt tam multa alia: nimirumq; ficus hæc  
populus Iudaicus erat, ad quē famelicus Dominus venit, in quo cùm nihil pre-  
ter quandam speciē vitalem sine vlo profectu cōperisset, eum in æternam perfi-  
diam execratus est. Fructum enim ipse è synagoga quæsierat, quem nullū inue-  
nit, quia ea, vt inquit Gregorius, folia legis habuit, sed fructum operis nō habe-  
bat, de qua dictum ait Euthymius ab Abacunte, sicum fructum non allaturam.  
**B** pe cùm in originali labe Iudæorū ritu cōsisteres, adieci animum vt te redimerē.

## F A T V I T A S.

**E**T sycomorus aliquid habet hieroglyphicū, quā Zachēus inscēdit: nā arbor  
ea cùm sit ficus fatua, indicat eos qui, vt Eucherius refert, mundi sapientiā  
humiliter sectati, eligūt mox Dei sapientiam subtiliter aspicere. Prudenter enim  
ait is, sycomorū ascendimus, si prouidē eam quę diuinitūs præcipit, laudabilē et  
sapientem satuitatē tenuerimus. Quid enim inter mortales insipiētius, q; amissa  
nō quærere, possessa largiri, rapiētibus relaxare, nullā pro acceptis iniuriis iniu-  
riam reddere, sed iuxta præceptū Dominicum, in omnibus præstare patientiā:

## C O N T E M P T I B I L I S.

**C**Æterūm quod ad opera ex ficu facta pertinet, Græci fculnum pro imbecil-  
lo & cōtemnendo ponunt: quo significato Sermonibus apud Horatium:  
*Olim truncus eram fculnus inutile lignum,*

hoc est, minimi precij, minimi q; us, de quo scilicet faber meritò ambigeret, fa-  
ceret ne scamnum, an simulacrum pudendum, deum omnino despiciatissimum:

**C**nam fici materia paucissimis est, & iis admodum exiguis fabricis idonea. Eoq; spectat prouerbium de Mandronis naui, quæ fculna fuerit, cùm is notatur qui  
tenuissima olim re, angustoq; patrimonio despabilis, ad amplissimos hono-  
res emerserit, nihilo tamen venerabilior habitus ob insolentiā importunamq;  
superbiā, qua se intemperantius efferat. Nam Mandro, vt pleriq; alij, à remis  
ad imperium venit, neq; ob id tamen vllam assecutus est autoritatem. Ita deniq;  
veteres per fici nomen nullius frugis hominem, imbecillum & abiectum signifi-  
cabant: nam et Græci olim hunc *αὐθεντούσι* dixeré, vt apud Theocritum Erga-  
tinis, & apud Aristophanē sæpius inuenias. Et nunc quoq; vulgus stupidos &  
ineptos, ficones appellat.

## B A C C H V S   S Y C I T E S.

**L**Acēdæmonij ficum à Baccho inuentā opinant̄, eaq; de causa eum Sycitem  
nomine, vt Sosibius tradit, coluere. Apud Naxios simulacra eius nūc ex vi-  
te, nunc ex ficu fieri solita sunt. Milichius à nōnullis appellatus Bacchus, quod  
Milica pro fici nonnunquam accipiuntur. Et Dionysii præter vini amphorā,  
& vitem, quæ præferebatur, & præter hircum qui trahebatur, cophinum etiam  
gestare mos erat, in quo caricæ forent. autor Moralibus Plutarchus.

# Pierii Val. Ficus.

## PROGRESSIO.

D

**V**T verò ad folium reuertamur, quod thrion appellatur, progressionis olim signū fuit. Veteres aliquò profecturi ferculia folia suspendebāt progressionis cæremonia, atq; ita sibi auspicatū iter fore augurabantur. Ea autem de causa thrion dicitur huius arboris folium, vt interpretes Theocritiani volūt, quòd in tris partes diuisum est, visendo inter vtrasq; partes interuallo : scribiq; & trion, tenui, & thrion aspirata, atq; etiam thriambon. quin et *Sez. 2. 2. 2. 2. 2.* dicūt huiusmodi folia colligere, & in aliquem vsum parare.

## SEPTENTRIO.

**P**Arabatur aut̄ thrion religiose admodū Serapidis Osiridisq; sacris, gestamē scilicet foliaceū, quod capiti superponeret̄ gestādis hydriis aut calathis cōmodū, eratq; illi suū etiā significatū: siquidē & Regē, & septentrionalē regionē, polum quippe Arcticū, per intortile gestamē huiusmodi intelligebant. Regem, quia polus cœlorū omniū rotatū regere videt̄: & circulus ille foliaceus in geruli capite orbiculum Arcticū excubit, ab axis illius qui præ oculis est similitudine.

E

## GENITALE.

**Q**Vinetiam præter motum, cuius primarias partes illi tribuebant, rerum etiam omnium semina inde demitti pleriq; veterū magno ex argumēto arbitrati sunt; inde enim actionis esse principium, quæ Mathematici veteres latissimè differuerunt. quo circa thrium, cùm & humoris redundantiam, ob viridis crassiq; folij vuiditatem, & motum omnium, ob cōuolubilem texturam significaret, pari quadam natura cum genitali æstimabatur, atq; eius esse simulacrum videbatur, vbertate scilicet humoris & motu ad prociendæ genituræ principia conuenientibus. Sed hæc in Serapidis calatho locupletius.

## DELECTATIO.

**H**Vijs generis fuisse prædicat̄ Adami pomū, præter ipsius Dei præceptū nimis expetitū: id enim delectationē & voluptatē, quæ sensu percipiſt, significasse pleriq; Theologorū docuerūt. Nihil enim mentē nostrā è tranquilla Paradisi statione facilius exturbat, q; nimia voluptatū cōfessatio. Is tamē suæ præuariactionis amaritudine exacerbatus, fici foliis semet vclare pudoreq; obtegere properauit. Ficū enim fuisse, tradit Irenæus. Tertullianus aut̄ ea re super ait: qd in nouo corpore indebitū adhuc pudori erat, protegere festinās, ferculneis foliis interim circundat. Ad hoc addit̄ Irenæus, non alterius arboris aut herbæ, quæ moliori tactu esset, ad indicandū pœnitentiæ duritiē atq; cruciatū, propter scabritiem scilicet et asperitatē, qua foliū huiusmodi præditū est. Et quia cingulum id & sibi & vxori suæ circumligauit, nōnulli exponūt, vt petulantē carnis imperium retūdere se polliceret̄, id veluti cōtinentię frænū adhibuisse, quoniā scilicet stolā eam, quā habuerat à spiritu sanctitatis, amiserat, co tegumēto, quod nullā prorsus delectationē afferre posset, sed morderet potius ac pungeret, vteretur.

## FOLIA RELIQUA.

**F**Olia verò reliqua diuinis in literis pro ipsa, vt ita dicamus, legis litera hieroglyphicè accipiuntur: quia quemadmodum arborum fructus foliis vellatur ac tegitur, ita sub legis litera sp̄ititus occultatur. Idcirco nos, ait Hesychius, literæ folium aperimus, vt qui latet interius fructum sp̄iritus inueniamus, de quo Hieremias: Si vindemiantes ingressi fuissent in te, saltem reliquissent racemum tibi. Et Virgilianus Aeneas apud Sibyllam, cùm ambages & verborum inuolucra cupiat cuitare, & rerum euenta aperte sibi declarari compre-

A cōp̄ecetur, quōd folia omnia conturbarēt, id vñū orat: Foliis tantūm ne nomi na manda. Sedenim quantū pertinet ad voluptatē, de qua satis, cūm hoc ipsum argumentū sequeremur, in Serpentis cōmentario disputatū. Illud hīc potius me morabo, sicum nō eo tantūm rerum primordio humano generi calamitatem, & assiduos labores attulisse, verūm annis voluentibus in causa fuisse, cur poten tissima opulentissima regna duo ad internacionem vsc̄ corruerint, Carthagi nis imperiū, & Romana potētia. Carthago quidē, quia sicū ex hortis suis decer ptum velocissima festinatione tertio pōst die Romę repr̄sentauit: doluitq; Ca to, & in Senatu cōquestus est, hostes nō triduo magis procul Roma proprias habere sedes. Romana verò potentia, ac vniuersum Italiæ robur à transalpinis gentibus sese nobis totiēs superfundentibus, ea de causa quassari cōfringi q; cō pta, quōd, vt Plinius inquit, Hellico quidā Heluetius, qui Romæ ob fabrilē ar tem aliquandiu cōmoratus fuerat, in Galliā remeans siccam & vuam, olei q; & vini pr̄missa secū tulit, quorū vſu delicato suauic̄ concitati feroce populi, ad hanc vsc̄ diem assiduis nos calamitatibus affligere nunquā destitēre, quamvis natura ipsa Alpibus, & tam inexuperabili munimento, Italia procul Gallias atq; Germanias coērcuerit: quorū feritas si quando grauis Italie fuit, nullo certe vñq; tempore calamitosior extitit, quām quinto iam et vigesimo ab hinc anno, quibus vniuersa Italia cædibus, rapinis, incēdiisq; desolata peruasta, hinc Germanis, hinc Gallis, hinc Hispanis extremū eius excidium assiduè meditantibus.

## A L I M O N I A.

**S**ed vt querelē facessant, adeò sicum alimentis idoneum esse compertū est, vt seam Cereris donū dictitarint, proq; alimonię symbolo suscepereint. Quantū enim ficus humānę prosp̄it alimonię, vel ex eo manifestū esse potest, quōd athletas siccis sicubus pascere moris fuerit, autor Plinius: experimēto enim comprobatum est, eo cibo frequentius sumpto, corpora & vires mirum in modum ad iuuari. Quōd verò Attica eo fructuū genere magnam est nobilitatem assecuta, Pausanias ait Cererē primū in ea regione sicum Phytalo cuidam hospitalita tis pr̄mium donasse, eiusq; rei monumentum extare his versibus celebratum:

εὐθέδ' αὖτε ἡρας φύτα λαθεῖσα περιών  
Δάμηκτραν, ὅπε πλευτὸν ὀπώρας καρπῶν τεφλων,  
λοιραὶ συκῶν θυητῆν γειθεῖσον οὐαλγή,  
ζεῦ δὲ πυρὸς φυτά λαχεῖσθαι ἀγέων.  
Hic quondam hospitij Phytalus suscepit honore  
Legiferam Cererem, quæ molli cortice poma  
Prima dedit, dixere sacra mortalia sicum  
Ora, genus Phytali decus hinc insigne fecutum est.

## A D V L A T I O N I B V S D E D I T V S.

**D**iuitem hominē adulatoribus deditū Thebanus Crates per sicū arborem in pr̄erupta asperaç̄ rupe satā describebat, quippe quō sit hominibus dif facilis accessus. Eius verò fructus à coruis & miluiis tantūm decerpi: ita horum opes ab impuris tantūm & adulatoribus depasci. Idēm de reliquis etiam arboribus quotquot fructiferæ essent, Diogenes dicere solebat.

## D V L C E D O V E R I T A T I S.

**E**T Mercurius sibi sicū vendicauit, cui vndeūigesimo primi mensis die Ägypti sacra faciebant melle & sicu, quæ sacra eo clamore prosequebant, vt qđ hieroglyphicē in eis latitaret exponentes, identidem clamitarent, Αλυκὴ ἀλήθεα.

# Pierii Val. Ficus.

quod dulcem esse veritatem significabat.

CYRENENSIVM PIETAS IN SATVRNVM.

D

**S**Tatuæ verò pleræcꝫ fiscis coronatæ, Cyrenensiū religionē indicabant, quia & Saturnus decus in agricultura suum meruit, quem agri colendi autorē, & insitionis putationis & stercorationis repertorem memorant, neque minore quam Cererem honore honestandum existimabāt. Huic Cyrenenses cùm rem diuinam faciebant, fiscis recentibus coronari consueuerant, quòd & alimonia in iis, & gustus suauitas egregiè vigeret. Hæ sunt, honoratissime Princeps, arbores illæ ad ingenij tui naturam accommodatæ, quas desumpsi ex hortis meis du etilibus, limoꝫ Nilotico in arcas ingestos, mecum quaquà iter est circumuecto. Neꝫ verò folia his arboribus vlla vñquam décidunt tempestate: licebitq; perinde tibi, si plantis his delectari cooperis, eas hoc terreno pactas in Britārias vsque tuas asportare: quæ mundi pars cùm olea, vite & fico careat, illas aspiciant non modò suo tempore frondescētes, sed toto etiam anno, folio nunquam deciduo, perpetuò virides admirētur. Sedenim vt seriò loquar, eas tu si pertractabis, earumq; vim diligenter inspexeris, cordi ita insitas tuo comperies, vt nihil E tui similius esse, et si modestissimus es, cōfiteri necesse habcas. Nam boni quicquid in diuinis illæ significant, ea omnia tuæ congruunt pietati.

PIERIVS VALERIANVS AD ERV DITISS.  
ALOISIVM PRIVLLVM PATRICIVM VENETVM, DE IIS  
QVAE PER POMVM ITALVM, PERSICVM, ET PVNL-  
cum significantur, ex sacris Aegyptio-  
rum literis.



ERI Priulle doctissime, cùm veterum signa quædam singulari opere artificioꝫ perfecta hic & illic inspecturi per Urbem equitarem, multisq; præteritis Capitulo demum incendissemus, Herculis ibi signum summæ nobilitatis ex ære conspectum est, quo non facile quicquā rota vrbe dixerim me vidisse pulchrius, neq; præclarus, siue hæc ea fuerit statua, quam Q. Max. capta Tarento, opus Lysippi, obtulit Capitolio, siue quam Fabius Uerrucosus eò transtulit, siue aliorum fuerit dedicatio: vicunq; antiquissimum omnino opus est, & Græcis scriptoribus honorifice celebratū. Nam præter leoninū spolium F laeo iniectum brachio, clauā manu dextera retinet, leua tria poma cydonia præsert. Quæ cùm comites, qui temuli sequebantur, eruditæ viri animaduertissent, de spolio & claua dixerunt, cognoscere se mentis præstantiæ, et generosum animi robur, quibus virū, qui veram virtutis gloriæ affectet, præditū esse debere cōmonemur. Hercule verò positū à veteribus, quia quicquid præclare geri potest, id totū Herculi attributū. Nam et Arrianus ubi petrā ἀσπόνδυλος memorat, difficilima quæq; & maxime ardua, quæ humano quopiam conatu vinci minimè posse videantur, Herculi attribui solere dicit. De pomis, quid ea sibi vellent, dubitari cœptam, nisi ea Hesperidum esse quis arbitraretur. Tuq; ad me conuersus, Aegyptiacum quidpiam poma hæc nimirum sapiunt, addidisti: tuum igitur Pierie fuerit id explicare, qui studiis istiusmodi delectaris. Respondi, vt res erat, esse ibi etiam alios eruditos, qui me forsitan eruditius rem, quam petebas, explicare possent: sed quoniam me appellaueras, ne rusticus viderer, quid ego sentirem, non dissimulaturum. Cræcos quidem per tria illa malā manu contenta, virtutes tris, quibus vir quiq; probus et sapiens insignitus esse debeat, interpretari, quarū vnam esse volunt, nō excandescere: alterā, non esse deditum auaritiæ: tertiā, liberū à voluptatibus animū sibi cōparasse. Incidit hinc, vti fit, de Pomorū significationibus aliud atq; aliud sermo: quem cùm tu anide admōdum excipere visus es, in eam spem

**A** spem adductus sum, ut si quid huiusmodi tibi destinasset, quicquid id esset nugarum, gratū tam  
men acceptūq; esses habiturus. Domum itaq; reversus, selegi statim ex pomario meo Aegyptia  
co plantas tris, quas tibi dono mittere: Italam vnam, alteram Persicam, tertiam verò Punicam;  
ob tris scilicet virtutes, quas identidem in te sitas optimè noueram, insignem quippe humanita-  
tem, miram in omnes beneficentiam, et singularem quandam animi moderationem, quibus sem  
per fuisti egregie clarus, siue tu adolescentiam temperares tuam, siue amicis præsidio atq; orna-  
mento esses, ultra etiam quamā etas tua depositare videretur, siue bonarum omnium artium,  
veræ pietatis doctrinam tanto sis studio complexus, ut nihil in humanis diuinisque rebus esse  
velis, quod tibi non cognitum & perspicuum fiat. Quare bene ominor pomis meis, quibus ad te  
transferriri contigerit, apud quem culturam mea longè fructuosorem sint consecuturæ. Tu modo  
pro tuo prompto alacriq; animo ad arborum, quæ tuæ iam sunt, polituram aggredere.

## D E M A L O.

**B** **N** T E R fructiferas arbores malo nulla voluptuosior, pulchrior nul-  
la, nulla delicatior. Sed quoniam pleraq; sunt quæ ad alia quoq; fru-  
ctuum genera accommodari possunt, multasq; intra se malus spe-  
cies complectitur, hic malum eam intelligimus, quæ plerisq; Italiæ lo-  
cis nomen suum tutata est: nisi vulgus syllaba prima fructum ipsum Græcæ po-  
tius enunciationis vocem, quam Latinæ sequeret. Melum enim dicunt, atq; ita  
omnes vltra citraq; Apenninū gentes. At circa Padū, ad ipsum usq; Timauum,  
pomi vocem sibi vnicè usurpauit. Horum verò pomorū cùm iucundus sit non  
gustatus solùm, diceret Cicero, sed odoratus etiam & aspectus, amoris in pri-  
mis hieroglyphicum ex eius simulacro excogitatum est.

## A M O R.

**Q** Viq; amorū agmina pingere delectantur, lusitare eos malis, & inter arbo-  
res eiusmodi lasciare, poma decerpere, abrodere, iactareq; cōfingunt. Hinc  
apud Theocritum Βαροτιλσας, Βέλαι τε πολύφραντο ποίμνιον καλεσται μάλισται.  
Et, Malo me Gaiatea petit, Menalcas ait apud Vergiliū. Malo Cydippen Acon-  
tius venatur. Mala nō temerè Hippomani Venus elargitur, que usque adeò gra-  
ta fuerunt Atalantæ, ut zonam abstulerint diu ligatam: de quo Theocriti car-  
**C** men non indiligerent animaduertendum:

μᾶλα μὲν ἀκάλποισι διονίσιο φυλάσσων.

Mala sinu condens Bacchi de tempore sumpta, quod interpretes exponunt  
amabilia, amore quippe facientia. Mala enim illa Philetas ait de coronatis Bac-  
chi temporibus decerpta: nō enim quispiā in amore ferretur, nisi prius lētitiae ti-  
tillatione concitaretur: lētitiae verò datorē Bacchū poëtæ passim celebrat, ut in  
Vitis cōmentario latissimè declaratū. Apud Lucianū dialogo qui Toxaris in-  
scribit, legas, οὐ τεφαῖς ἡμεραιθει, οὐ μῆλα πινά οὐδὲ σημημένα. Corollas quippe magna ex  
parte flaccidas, et ambesa quædā mala, morsu ve tacta, in amoris indiciū à Chari-  
clea matrona nobili Diniæ cuidā dono missitata. Et missū sponsi furtiū mure  
re malū memorat Catullus, quod adventu matris excussum è castæ virginis gre-  
mio psilierit. Iā & apud Onirocritas mala venerearū illecebrarū plurimū indi-  
cia sunt, precipue verò iis, quorū cogitationes ad amicas suas tendunt. Et mala  
demū, præsertim dulcia, Veneri esse dedicata autumāt. Philo insuper in hāc sen-  
tentia primā illam malū, cuius fructib. nostri generis autorib. interdictū fuerat,  
ex mystico sensu ab iis que posuimus nō admodū alieno deducit, que Thcologi  
tā Græci q; Latini multis & magnis voluminib. tractauere: nobis id afferre nūc

# Pierii Val. Malum.

satis fuerit, parentes illos nostros Dei Opt. Max. manibus informatos, vitā pri-  
mō beatissimam egisse, calamitatum & æruminarū omnium expertem, terra sua  
sponte omnia ferente. Carterū lege aberrantes, quia qua fuerat eis arbore inter-  
dictum, nō abstinuissent, amoenissimo incolatu pulsos solum flebiliter vertisse;  
atq; hinc constare, mali eius gustū omnium ferè malorū causam mortalibus exti-  
tisse. Quæ quoniam ex veterum sententiis in Serpente nostro fusē lateq; dispu-  
tata sunt, minimè mihi videntur h̄c ad repetendum necessaria.

## A M O R I S P R O G R E S S V S.

**E**A verò de causa malus potius quām arbor alia est amorī dedicata, q̄ eius fa-  
cies omnem r̄crum amatoriarum progressum ostendere videatur: earum  
enim arborum trunci coerciti primū recti surgunt: à medio verò, vbi dilatari  
c̄eperint, in spatia diffunduntur: cuiusmodi etiam in amatore ratio est, qui mu-  
nus suū semper ab ingenuo pudore quodā cohibus auspicatur: inde vbi pau-  
lulum processerit, frontē perfricat, ac verecundiq; cōpedibus expeditus, quāquā  
voluerit liberè pervagatur. Fruētus prēterea fert aureos & rubicūdos, palloris  
eadem & erubescēt, vt ita dicam, signa. Nam apud Horatium tinctus viola  
pallor amantiū: & apud Catullum quidem inaurata est pallidior statua. Poma **B**  
verò ita magis rubescūt, vt magis exposita Soli ab eo continguntur: perinde ac  
amator eo magis erubescit, quo nequitia palam magis profert, aut in aperto de-  
prehenditur. Sub ipsa malo Amores ludo editi configuntur, sub qua illi cursi-  
tantes, variis mollium herbarū involucris impediuntur: quicq; ita sunt implica-  
tī vt se nequeant exoluere, labore conatuq; quodammodo delassati, somno se  
dedunt, cuiusmodi lasciuia gressus amatorios occupat, & in ergastula cohabet:  
mox luxu inhæsitantes soporat, profundissimoq; opprimit veterno. Auro insi-  
gnes corum pharœtræ, aurea quæ inde promuntur tela, auro Danaë capta, auro  
comparatur, auro detinetur amor. Nudi illi omnes, lætiq; ac alacres obvolitant  
magno numero circum vnamquāq; malum. Amicula eorum variis texta colo-  
ribus, multipliciç; arte laborata, in herbis neglecta iacent, multitudine florū in-  
voluta: quorū vis magna circumquacq; toto eo agro pullulat, necq; tamen illi ca-  
pita coronant, vtpote quibus comæ illæ flavescentes, nitidae, crispulæ, satis affe-  
rant ornamenti. Alarum pinnulas habent cæruleas & puniceas, nonnulli etiam  
aureas Psittacorum, pauonumq; instar, quibus quodam veluti concentu, sono-  
**F**roç; strepitu aëra diuerberant. Sed quid ego de calathiscis, in quos mala conge-  
runt, dicam: quanta illos gemmarū Sardonicarum, quanta Smaragdorū, quan-  
ta margaritarū vis debacchatur: Vulcanū id opus effinxisse putas, lucundū ve-  
rō visu est, vt sponte sua, ac suapte vi, ad quantumvis alta, summotaq; mala pro-  
volant, vt nulla is scalarum necessitas sit ad scandendum. Sed ne interim alios  
saltitantes, alios cursitantes, alios quiescentes memorē, vel qualem in abroden-  
dis malis lætitiam pr̄ se ferunt, illud spectatu pr̄cipue dignū, quod ex his qua-  
tuor omniū speciosissimi certamen ineunt, quorū duo malis in vicem se petunt,  
alij duo se confodiunt telis, alternis se iſtibus laceſſentes, necq; dum mutuis  
vulneribus confodiunt, vulnera depellere, prohibere, vel declinare quicquam  
curāt, verū vlt̄o alter alteri pectus obiectat, ipsiſq; vulneribus exponit, eo qui-  
dem consilio, vt in medio omnes pectore insidiant sagittæ.

## A M O R M V T V V S.

**E**X iis autem certatorū paribus duos illos qui malo lusitant, voti compotes  
esse dicas. Nam qui iaculatur, exosculatum prius malum emittit, quod alter  
sublatis

**A** sublatis supiniisque manibus excipit: neque vlla contatio futura videtur, quin idem comprehenso malo sit oscula relibaturus, atque ita in socium pari certamine remissurus.

## AMOR PERDITVS.

**E**X illo verò sagittariorum pari vnum alteri vincula iniicit penè moribundis, insultatque ferocius, ut captiuum faciat. Ille contrà nihil molitur, nihil reluctatur, sed tanquam perdita re, manus vinculis obiectat: proinde qui iusitant, amorem auspicari: qui se feriunt sagittis, nullum amori finem appetere videntur.

## INIQUVS AMOR.

**S**VNT & alij ad quos innúmeri spectatores confluunt: hi manus in palæstram conserunt animosiores, ac Athletarum alter, manibus ad alterius humeros appressis, cōplexus hostem quodam veluti suffocandi studio collidit, subditque crura astu artificiose cōPLICATA, ut pede post colluctatoris calcem obfirmato; vna ipsum protrudat, & in lapsabundum super & ipse corruat; neque tamen **B** alter animum despondet, at erectus contrà instat & obductatur, quaque maximè angitur parte colluctatoris manum soluere conatur, uno digitorum obtorto, quo ita aliis facultatem cripiat firmiter apprehendendi. Qui verò digito obtorto lœditur, dolore percitus hostis aurem admordet: quo animaduerso Amores cæteri grauiter indignati in perperam & insolenter facientem, ac luctatorij certaminis leges, iura, fas, atque mores transgredientem feruntur, malisque illum certatim impentes, toto in vnum agmine concitato eum in fugam auertunt, totisque hortis eiiciunt eliminantque. Atque ita demùm ludi Amorum omnes circa mala versantur.

## PVELLARES INEPTIÆ.

**E**T mala puellarum ludicrum vocat Nicander Alexipharmacis:

Τοιά πρόσωπα

Εἰσεναι φαίνεται ἐφύκατα κέρας.

ἐφύκατα τὰ πάγνια, exponit interpres: ludunt enim puellæ, oblectanturque mali; Multa verò huiusmodi quæ ad insaniam propémودum tendunt, inter ineptientes amatores fieri videamus, ut meritò nōnulli dicant ἀφοίτω dictam, πᾶς δὲ ἀφείτως, id est, à desipiēdo, cùm præsertim Euripides dicat, τὰ μερά γυναῖκας πάντας οὐδεὶς ποτε. Mortalium esse ineptias quæcunque Veneris causa fierent. Atque ob hoc ipsum Catullus amicum Flauium veretur, ne quid ineptiarum faciat.

## VENVIS.

**I**Psa etiam Venus malo insignis est. Nam apud Sicyonios statua ei erecta erat cum malo in manu vna, cum papauere in altera: ex malo quidem amorem, ex papauere vim prolificam, ac seminij copiam significantes. Nam & Iepus illi ob fecunditatem dedicatus, id quod Amoribus Philostratus, ut eius animalis commentario alibi explicuimus, summa narrationis lasciuia percurrit. Idem autor Venerem in antro statuit molliter in stratis floribus recubantem, iuxta quam fons irriguus vitrea perspicuus claritate profilit. Ibi amatoriam Veneris suppellestilem, pyxidas, pectines, specula, cymbala cum crotalis, omniaque arma pruriginis, aincenitatumque & illecebrarū alia atque alia illectamenta recesseré possis, quibus collustrandis oculos quidem declassari sentias, satiari verò nunquam. Quod verò in antro cubitet Venus, apud Græcos est μυχεῖα & ψεσίτη, Mychea Venus, quod secessu & abdito loco gaudcat. μυχεῖα οὐδὲ πατουκαὶ απέκρυψο. τίπι, interiores, maximeque remoti, & occulti obscuri que loci. Tum ipsius

# Pierii Val. Malus arbor.

Deæ munera Latini furta nuncupauere, quia celari vult sua furta Venus. Quare Daphnis apud Theocritum in Venerem indignatus, eam in Idam montem remittit ad Anchisem, ubi queretur est, in quo scilicet occultari possit, nulloq; rubore in molli cyperi prato lasciuire.

## N E M E S I S .

**E**RAT & mali arboris ramus in manu læua Nemeseos, quam Marathoniæ pugnae monumentū Phidias lapide Pario dicit̄ excidisse Athenis, corona cuius & ceruis, & paruis quibusdam victoriis insignita: dextera verò phialam tenebat cum Aethiopibus insculptis, propter Oceanum fluuium, quem Aethiopes accolunt. Ea verò de causa mali ramus Nemesis gestandus dedicatur, quod Veneris habitu Nemesis dea sit primū solita figurari, ut habetur in Sudæ collectaneis: nam alterum illud de statua Phidiaca, apud Pausaniam est.

## S A C R V M H E R C V L I S .

**N**EQUE tamen ierim inficias, aliis quoque diis malum fuisse gratam, ut victimarum loco nonnunquam acciperetur, ac felicissimè litaret. Nam si quando bos, quam Herculi sacerdotes immolare voluerant, aufugisset, malum illi Eramis quatuor compositis, quadrupedis illius instar sacrificabant. Huius rei mentio est apud Sudam, neque non apud Pollucem. Narratur que re super historia de Bœotorum hostia, quæ fluvio Asopo ita aucto, ut transiri non posset, eo loco vnde victima erat adducenda, ne qua sacrificio mora fieret, pueros aiunt malum quatuor stipulis vice pedum sustentasse, duas que loco cornuum addidisse, atque ita Herculi obtulisse, cum que ita litare visi essent, rem in consuetudinem processisse, atque μάλιος inde Herculem appellatum, quasi Promonum dicamus. Alij euentum huius pomi pro boue oblati ad Athenienses transferūt: nam Bœoticum sacrum loco arietis fuisse volunt, Apollodoro hæc apud Zenodotum tradente.

## A P O L L O .

**Q**VIN & Apollo mali coronā, priusquā laurum feligeret, adamauit, eaq; vi- ctores in certaminibus coronari voluit, ut in luculento Archiæ tetrasti- cho legitur: Τίαρησθε ἐπὶ τὸν καρπόν. quod epigramma in omnium iam manibus ver- satur. Apud Pausaniam legas statuam Apollini μάλιατη erectam, siue à malo quo F gauderet, siue ob pastoralē, quam per aliquot annos vitam egit. Nam μάλα pro- priè πάντα τὰ πηγαδά. Vnde vniuscuiusq; quadrupedis tergus melote dicit̄, ut obiter Pauli locus animaduertat ex epistola ad Hebraeos capite x i, Circumie- runt in melotis. Sed & μάλα πάντα γένος, quippe, ut etiam apud nos, vnumquen- que denotat fructum. Ab ea verò æquiuocatione factum ut in Herculis sacro, quo de paulo ante dictū, æquipollere malus pro boue iudicaret, cùm & mini- mè redargui posset, quin & quadrupes, & eodem nomine victima censeret. Fru- ctiferarum autem arborū plantatio hieroglyphicè in diuinis literis accipit̄ pro disciplina Doctorum, ut sentit Hesychius. Hinc Dauid: In lege eius meditabi- tur die ac nocte, & erit tanquā lignum quod plantatū est seclus decursus aqua- rum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et, Ego plantaui, Apollo riga- uit, ait ad Corinthios Paulus. Ad hoc pertinet quod de plantatis arboribus lex iubet primo, secundo & tertio anno decerpī nihil; quarto, quæ leguntur, offerri Deo: quinto etiam reliquis usus permitti. Ex quo tempora quatuor significan- tur, à tempore legis usq; ad Dauidem, à Dauide usq; ad transmigrationē Baby- lonis, à transmigratione usque ad aduentum Christi, quibus annis fructus inu- tilis

**A**tilis omnis fuit, sed spes tantum promissa bonæ frugis. Christi autem tempus prouentum Deo dicauit, annusq; sanctus appellatus. Anno autem quinto facta omnibus copia, permisusq; fructuum usus, tam ludæis, quam gentibus, Apostolis eos liberalissimè effusissimeq; distribuentibus. Sed quod ad Pythia spectat, quamvis victores lauro mox coronari cœperint, mala tamen ex Apollinis templo decerpta, ut Lucianus ait, coronis inferebantur. Hinc illud apud Apuleium de Paride: Tunc animo volenti Phrygius iuuenis malū quod tenebat aureum velut victoriæ calculum puellæ tradit. Sunt qui, vti superius suo loco dictum, Delphicam laurum baccas tantæ magnitudinis habuisse dicant, vt possum dicere meruerint. Plinius maximis quidem eam baccis fuisse memorat, sed nihil ad pomū. Et Archiam in ea sermonis puritate quicquam impropriè posuisse, mihi persuadere nō possum. Si cui tamen de baccis illis grandioribus cōmentum placet, contrā ego haud sanè multum contenderim: nam & hodie vniuersi, iusq; arboris fruticis ve baccas pomella vocitamus.

## T R E S H E R C V L I S V I R T U T E S.

**B** **Q**uod verò ad Herculem pertinet, initio diximus statuam eius esse in Capitolio egregiè factam ex ære, leonino insignem spolio, & claua, quæq; tria lœua manu poma contineat: ea significare tris in Heroë virtutes insigniores, quarum una esset excandescientia moderatio, altera auaritiæ temperamentum, tertia generosus voluptatum cōtemptus. Verùm quod fabulantur illum, quod mala hæc ab hortis Hesperidum auferret, draconem extinxisse, qui per uigili custodia hortos eos tuebatur, significat illum concupiscentiæ modum impensis, vt alibi per draconem voluptuosam libidinis mollitudinem intelligi de: clarauimus ex Philone. Spoliū verò leonis dubio procul generosum animi robur, mentisq; præstantiam ostendit. Quid verò claua sibi velit, alibi explicui: mus, cum illam & rationem & disciplinam significare contendemus, quoq; præstantius hæc in Hercule vigescūt, eo illi ex firmiori validiori q; trunco, quippe ex queru materia incorrupta clauam attribuunt. Firmitatem enim & vires indicari ex queru superius ostensum. Nodosa verò fingitur claua, propter scrupulos & difficultates, quæ virtutem indagantibus, qua duce veram virtutem agnoscere possimus, se se contrā magno errorum agmine contracto frequenter obiiciunt, ac omnibus occursant locis.

## A S T R A S O L ' Q V E.

**Q**uæ quamvis ita habeant, nō desunt tamen qui aliter philosophentur, & provt quisq; huic vel illi deditus est disciplinæ, fabularum sensum in eam trahit sententiam, quam professionis studiorum' ve suorum conditio suggerit. Nam qui moralem sequuntur philosophiam, ea de malis, quæ superius recitauimus, commenti sunt. Qui Astronomia delectantur, per aurea mala, astra significari contendunt, præscritim apud Hesiodum, ubi Hesperides Noctis filiae com memorant. Herculem verò Solem esse dicunt, quo decedente preciosa illa mesis passim oboriatur, & mortalium oculis offeratur.

## V E R I A M O R I S F R V C T V S.

**S**ed vt ad amorem, vnde digressi sumus, reuertamur, ipsa etiam numismata omnium ætatum testimonio, pomum Veneri dedicatum ostendunt: sed ei Veneri de qua fructus expetitur, propter quem rerum natura amoris vim vniuerso animantium generi elargita est, nempe vt satis rite seminibus, rerum om-

# Pierii Val. Persicum.

nium species prorogentur, æternæq; fiant, quatenus rerum opifex hanc mundi molem durare permiserit. Ad hanc igitur fœcunditatē numismata nos inuitant, in quibus ipsa prolis suscepitio monumentis celebrata est. Nam in Iuliæ Piæ Aug. numo Dea ipsa cum pomo sese ostentat, cuius inscriptio est, VENVS FELIX. In alio ab una facie, FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. FIL. Ab altera signum molliter stat lœua conto innixum, dextera pomum exporrigens, cum inscriptione, VENVS S. C. Quoniam verò plurimæ sunt huiusmodi species, quotidieq; hominum manibus attrectantur, his modum imponemus. .

## D E P E R S I C O.

### P E R S I C A M I L I T I A.



Llud addam, molles Persarū reges selectorū suorum mille numero thoraces malis insignire cōsuesce: qua de causa Mellophori appellabantur. Sed quoniam hoc fortè Persicum erat malum, patriæq; nomen secum afferebat, inuitat nos nominis recordatio, ut de Persico E pomo dictionem nostram prosequamur, rei quidem serie id ipsum depositente.

A C V T V S.

**S**Vnt qui pomi huius acore cōsiderato, qui gustus appetentiā mirificè, quantumlibet etiam maturi, expergesciat, acutum hominē ex Persici vocabulo significari potest, cùm præsertim apud Plautum legerint, Qui Persicus sapi. Cæterūm hoc non à pomo, sed à gente deducitur, quam tali præditam ingenio autores tradūt. Quibus enim purius est cœlum, eo acutiore sunt ingenio: & vt inquit Cicero, perspicaciores sunt qui ad Orientem, quam qui ad Septentrionē habitant: quod nulla alia de causa prouenit, nisi quod actus mentis ex calore nascitur, & vigorem inde suscipit. Quare multò maiora & veriora contemplamur æstate, quam hyeme, quoniam brumali tempore ex crassitudine aëris hebetiores sumus, & frigore pigriores: vis enim ipsa mentis ab igni, id est, à cœlo est: tametsi quod verissimum est Iuuenalis ait:

*Summos posse viros & magna exempla datus,  
Veruecum in patria, crassoq; sub aere nasci.*

F

### I N A L I E N O C O E L O M E L I O R.

**A**Li⁹ hominem qui domi vel seditiosus, vel tetro aliquo flagitio insignis fuerit, in alieno tamen cœlo, aut patria profecerit, in viamq; redierit, omni animi deposita prauitate, per Persicum ostentant, propterea quod aiunt pomū id in Perside, vnde translatum est, veneni vice fungi, eaque de causa transmissum, vt nobis venenum esset, in Italia tamen mutato solo naturam etiam mutauerit, & salubre repertum sit: quam quidem opinionem admittit Columella, dum scribit:

*Pomis quæ barbaræ Persis  
Miserat, vt fama est, patriis armata venenis,  
At nunc expositi paruo discrimine leti,  
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.*

Hinc pomum eius innocuum ægris experti, ait Plinius, neque alium eo pomo innocentiorum esse cibum. Dioscorides stomacho Persica tradit accommodata, quæ si matura comedantur, aluum leniant: si acerba, sistant: quorum

Arum alterutro pro tempore & loco opus est. Et nos Romę aliquando letali cor-  
repti morbo, quo stomachus nihil cibi prorsus admittebat, et immissum evome-  
bat evestigio, post diuturnam inediam non alio cibo adiuti per tres continuas  
hebdomadas, quam singulis pomis huiusmodi in singulos dies ex vino acce-  
ptis, hac vna opella præter amicorum omnium, atque adeò Medicorum etiam  
spem, reviuiscere potius, quam convalescere visi sumus. Sedenim quod de fru-  
ctus huius transmigratione à Persis fertur, vel, vt plures tradunt, ab Aethiopi-  
bus in Ægyptum malo animo transmissi, naturam soli benignitate commutas-  
se, aliter sentire Callimachus videtur, qui Persicum in Ægypto primū satam  
inquit à Perseo, verbis his: οὐ τετάπι πρόσθ επώνυμος ἡ δρόση μνων αὐγύπτῳ κατέπειν. Ni-  
cander verò Mycenis primū satam contendit his versibus:

πρόσθις λίθῳ ποτε ποσὶ λιπώται καφίδαι γαῖα  
αὐχέν' ἀρτημέτας ἀρπή γούρα ται μεδόσκος  
ἡμέα μυκλωάνθοις ανέξητος αρέψεις.

*Quam quondam Perseus, postquam Cepheia liquit  
Littora, praesecta clarus ceruice Medusæ  
Dona Nicanæ telluri tradidit.*

B Et crudiores negare Plinius inquit, eā ex Perside propter supplicia translatā,  
sed à Perseo Memphi satam, & ob id Alexandrū illa coronari victores ibi insti-  
tuisse, in honorem atuī sui. Fabulantur autem eam semper folia & poma sub-  
nascentibus aliis habuisse, cuiusmodi est citiorum natura. Qui verò pomū hoc  
venenatū in Persis gigni putauerunt, decepti forte sunt nominis vicinitate: nam  
id de Persea diligentiores tradunt, quę omnino alia est, myxis rubescensibus si-  
milis (pruna ea sunt sorbis insita) in Aethiopia letalis, in Ægypto salubris. quā-  
vis Columella poëtica licentia utrancq; confundere videatur, quæ tamen ille ex  
Nicandro mutuat, apud quem videnda Commentaria, vbi de phalangis agit.

## SILENTIVM.

**I**n ter picturas omnino multas, quibus Ægyptij silentium significabant, Persi-  
cum etiam his admiscuere, eaq; de causa arborem eam Harpocrati dedicarūt:  
fructum enim habet cordi, folium linguæ simile, quasi sermonem, qui fructus  
**C**est intelligentiæ, sedem in corde, non in lingua, habere deceat.

## C O R.

**S**anè cor per id pomum ostendi ita vulgo innotuit, vt id repeteret super-  
fluum videatur, cùm nostro præsertim æuo iuuenes puellæq; passim Per-  
sica telo transfossa missitent, quæ cordis ita exulcerati indicia sint. Quin & Me-  
dici pomum id cordi tradunt mirificè conferre, naturāmque aiunt ei cordis fi-  
guram impressisse, vt cui esset genitum parti, vel ex ipsa specie patesceret. Ea  
quoque manifesta sunt quæ Plutarchus libro de Iside & Osiride conscripsit, ar-  
borem hanc Isidi fuisse sacram, quod pomum eius humani cordis figuram, fo-  
lium verò linguæ præ se ferat. Nam cùm Isis προστὰς sit, sapientiam hoc indi-  
cat intellectu primū concipi, sed parum hoc prodeſſe, nisi etiam in morta-  
lium vsum enuncietur.

## V E R I T A S.

**Q**uod si pomū adhærescente folio uno tātū pinxissent, veritatis id signum  
erat, quippe quod ea species linguam cordi coniunctam ostendit, ac perin-  
de sermo cordis ipsius penetralia adaperiat, nō aliud quippe sentiat, aliud pro-

# Pierii Val. Malum Punicum.

loquatur: cuiusmodi orationem ingenuè & citra fucum loquentis esse debere D  
diximus in Bulla. Quare Gregorius ad Ioannem Episcopum Rauennatē scri  
bens, Christiani viri officium esse monet, ne aliud ore loquatur, aliud in cor  
de habeat.

## C A E D E S   M V L T I P L E X.

**S**Vnt qui cædem multiplicem, omni truculentia perpetratam, stragemq; mul  
ta editam occisione, significare si velint, nucem ipsam Persicam carne spolia  
tam præferant: nempe quòd in ea testa, vel osseo malumus dicere integumen  
to, omnium telorum quæ punctim cæsimq; feriant, & quibuscunq; modis læ  
dant, signa vulneraç; impressa conspiciunt, vt in nulla propemodum re magis  
quam in eo cortice multipliciter dilaniando natura lasciuire gestiuerit.

## C V R A E   V A R I A E.

**A**Lij significatum ad animam transferunt, qui variis curis solitudinibusç  
sit vnde cunq; exulceratus, vt nullum sit ærumnarum anxietatumq; genus,  
quo se non afflictatum sentiat, vicemq; suam miserrimè deploret.

## B O N A   C I T O   L A B E N T I A.

**F**Verunt & qui vel ætatis florem, vel vnumquodq; bonum quod celerrimè  
deficere videretur, atque adeò humanæ ipsius vitæ imbecillitate in per decer  
ptum Persicum & in lance positum, non ineptum dicerent hieroglyphicum. Po  
mum enim nullum aliud fugacius, lōgissimaç; decerpto bidui mora sit, cogatiç  
se quamprimum venundari: quod non immerito mirantur rerum naturalium  
scriptores, cùm ad eius precia respiciunt: nullius vñquam maiora, cùm memoria  
proditum sit tricensis numis singula nonnunquam æstimata. Quare huc fortè  
illud accommodabitur, quod altiore quodam sensu non temerè aures vellicet, à  
Philodemo, vel, vt alij tradūt, ab epigrāmatario Platone dictū nobili disticho:

Μῆλον τὸ δέρμα, Βάμει μὲν οἴχεται περὶ, ἀλλ' εἰπίθυμος  
Ξενίππη, καὶ τὸ κρέα σὺ μαρτυροῦεβα.

quam sententiam nos iure nostro ita reddidimus:

Pomum ego, quiq; tibi me dat, te deperit, audin'  
Flavia, marcescam nempe ego, tuq; etiam.

E

## D E M A L O   P V N I C O.

**M**Ali Punici apud Ægyptios nulla reperi significata: Græcorum non  
nulla sunt, sed longè plura quæ in diuinis habentur literis.

## P O P V L O S I T A S.

**E**Rat verò illud præcipuum eius mali symbolum, vt populos gen  
tesq; varias vno collegio congregatas significaret. Id ea de causa factum, quòd  
grana illa sua folliculis quibusdam aliquo numero ab aliis segregata, prouin  
ciarum veluti limites quosdam præ se ferre videantur, & singula hominum vel  
collegia vel nationes potius ab aliis distinguere. Varij enim loculi, cicco quip  
pe suo dirempti, cum granis suis, varias itidem gentes, suis quasq; finibus termi  
natas indicant.

## I V N O.

**C**Vm verò Iuno regnorum præses haberetur, malum illi Punicum dedica  
rant, quod in eius manu Mycenis spectabatur, cùm sceptrū altera teneret,  
eo opere quod Polycleti fuisse ferebatur, de quo apud Pausaniam. In Iunonis ita  
que

F

A que gratiam reginæ cùm sacrificabant, incuruatum ex malo Punico virgulam in capite gestabat, quā à veteribus Inarculum appellari reperias. Sedenim cùm satis constet Carthaginem Punici regni sedem in lunonis tutela fuisse, facile potuit insigne illud ei accommodari, quo res ipsa significaretur.

## P O E N I.

**N**Am in aliis quoq; veterum monumentis animadverti fercula Punicis malis ornata præferri, in eorum celebritatem, qui de Poenis victoriam consecuti essent. Et Africam ipsam muliebri specie apud Pactios Florentiæ vidi, in cuius manu altera, lœua quippe, quæ decumbentis molliter capiti sustinendo subiecta est, malum Punicum habetur. In altera flabellum, ad regionis ardores indicandos. Pro puluillo vndæ duæ, vtrunc; mare significant, Oceanum & Mediiterraneum, quorum circa se ambitum vt ostenderet, anulos etiam duos in extremos digitos induxit.

## MVLTARVM GENTIVM SOCIETAS.

**P**unicum malum tintinnabulo adiectum, cuius species apud Hebreos potissimum reperias, vt olim Eucherius, mox Gregorius Pontifex interpretatur, unitatem Ecclesiæ ex multis gentibus in eundem sonum, hoc est, in eadem præcepta convenientiū indicat. Sicut enim, vt ille inquit, in malo Punico uno exteriorius cortice multa interius grana vniuntur, sic inumeros sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Quod verò piorum conventus canit. Et cortex mali Punici genæ tuæ, & floruit vitis, floruerunt mala granata; Ecclesia, vt Ambrosius ait, bonum fidei fulgorem, confessio nisq; prætendit, tot martyrum sanguine preciosa, & quod est amplius, Christi cruento dotata, simul plurimos intra se fructus vsu istius pomii sub una munitione seruat, & virtutum negocia multa complectitur. Sentit idem Hieronymus, vbi sextodecima Hebreorum castra Remon Phares dicta tradit, quod ἡ οἰας ἀρκεπίων Græci reddidere: Latini, mali Punici dissepimenta. Arboris enim huius frustum, granorum numerositate refertum, indicare aiunt pīj omnem turbam credentium, in Ecclesiæ gremio uno quasi cortice contentam. Addemus id, eo magis unitatem hāc in Christianis malo granato convenire, quod pomum id hoc habet præcipuum, vt quot in uno grana sunt, tot in reliquis reperiantur. Nam vt Africanus ait, parua & magna granata nō eo inter se dissident, quod hęc plures, illa pauciores habeant acinos, sed quod parua minores, magna grandiores nutriat: ita Christianæ pietatis opera non quām multiplicia sint considerantur, sed quatenus uno eodemq; numero, cum fide, spe & charitate in unoquoc; deprehendantur, & fine termino've uno conclusa, uno quippe cortice diuininge gratiæ comprehensa, pro vniuscuiusq; virtutis magnitudine vel exiguitate præmia consequantur.

## N A V V S.

**Q**Voniam verò nullum malum Punicum invenitur in quo non sit aliquod granum subputre, indicium est nullum humani corpus esse absq; næuo aliquo vel cicatrice: nullum quippe hominem reperi, qui vitio sine nascatur, cùm vel iustus homo septies in die prolabatur. Ita neq; collegium vllum est in quo non quis sit prævaricator. Vsurpabat similitudinem hanc Thebanus Crates secta Cynicus.

# Pierii Val. Malum Punicum.

S I M V L A T O R.

D

**S**Ed enim quia plurimū ita homines sunt, vt apparere potius quam esse studeant, malumq; Punicum emptorem egregiē ante omnia poma ludificetur, & se probantibus imponat, purpureo scilicet, rubicūdo leridoq; cortice spectātibus ab blandiendo, mox interiora aperientibus plerunq; situm, putorem marcoremq; patefaciendo, hinc factum est, vt pleriq; veterū simulationem probitatis per id genus pomum significari dixerint. Vnde Scholasticus ille seuerioris doctrinæ magister: Superbus, inquit, malum Punicum est, quod interius putridum sit, exterius verò mirabilem præ se decorem ferat. Hoc hominum genus ita notat Horatius: *Vir bonus est quis?*

*Qui consulta patrum, qui leges, iurāq; seruat,  
Quo multæ magnāq; secantur iudice lites:  
Quo responsore, & quo causa teste tenentur.  
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota  
Introrsum turpem, speciosum pelle decora.*

Lucianus hos tragediarum codicibus auro purpuraq; vestitis & quiparat, qui E miram ipso compagationis ornatu pulchritudinem ostentent, adaperti verò non nisi parricidia, incestus, stupra, furores, ærumnas, luctus, familiarum vrbiumq; excidia, & atrocissima profligatissimaq; scelera quæq; contineant.

V I T I V M E M E N D A T V M.

**E**Vm deniq; hominem qui vel morum asperitatē, vel vitium aliquod in me. lius verterit, ac virtute cōmutarit, significare qui volunt, cuneū ex pino per medium arborem Punici malī adactum pingūt. Siquidem evenire ait Basilius, vt si cuneus eiusmodi in acidas Punicas impingatur, ita vt per medium medullam adigatur, mala saporem ex acido & austero in dulcem atq; suauem commutent. Id autem fieri solet ima in parte radici propinquā stipite perforato. Ac perinde magnus ille vir docet, posse vñūquenq; sibi vitij medelam enancisci, quando agricultura stirpium qualitates commutare potest: curam autem & studium in animi virtutibus consequēdis morbos omnes evincere. Nam si modò quis, vt inquit Horatius, culturæ patientem accommodet aurem,

*Nemo adeò ferus est vt non mitescere posſit.*

F

A M I C I T I A.

**A**MICITIAM modis plurimis hieroglyphicè pingi sculpive posse, toto opere adiximus: vt in Palma mari & foemina, quæ quamvis mira sit, in suo tamen genere est. maius nescio quid in hedera cum vite, maximum in Punica cum myro: amant enim se invicē & myrtus & Punica, ideoq; vt obseruauit Florentinus, & asserit etiam Dydimus, ad Punicorum feracitatem myrtus iuxta serenda est. Quin, vt ait Democritus, ita se amant, vt etiam aliquanto procul positæ radices mutuò complicant: ideoq; mutua earum insitio mirificè fœtificat. Si quis igitur fructiferam amicitiam Ægyptiorum in morem scribere voluerit, aptè coronam myrteam malis Punicis ornatam faciet. Coronæ enim ipsius forma, amicitiam qua quis mutuò devinctus est, poma illa frustum & utilitatem inde suscepit indicabunt.

R E V E-

A REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMO QVE  
CARDINALI, DOMINO MEO, IVLIO MEDICI, FLO-  
rentinæ Reipub. Præsidio singulari, de iis quæ per  
Rosam & flores aliquot senticetæ  
significantur,

## EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS.



Nterrogasti me superioribus diebus, Reuerendiss. & Illustriß. Domine, quo expri-  
mi posset hieroglyphico sententia illa, quā toto vitæ tuæ cursu vnicè adamasti, qua  
nulla moribus integratior, proprietate conuenientiorq; excogitari posset, A L I O-  
R V M quippe PRAVITATEM BONORVM OPERVM OPE  
PERVINCENDAM. Cuius quidem argumenti apud Aegyptios figuræ, apud Græcos  
symbola, apud nostros documenta innumera comperiuntur, quæ nunc inepta admodum esset  
morositatis enumerare, cùm tu breue quid, Laconicum scilicet dictum aliquod, si fieri posset, mo-

B nos syllabum, figuræ vnius cōpendio elaboratum deposcere visus fueris. Ego vero, si in huiusmodi  
breuitatis angustias includor, à vobis potius, hoc est, à clarissimo patre tuo Juliano, Magni Lau-  
rentij fratre, argumentum quod in promptu est, mutuabor. Animaduerti siquidem in manu  
dextera imaginis eius, quam Florentia magno in honore habetis, Rosam cädore niueo insignem  
ad pictam, quam pollice foliis superimposito continere videatur. Hoc est mihi breue et expeditum  
illud hieroglyphicum, quod quæris, M A L A BONITATIS OPE SVPERARE.  
Nam Rosa quid aliud præ se ferat, dum pulcherrimā floris speciem ex calicibus explicat, depul-  
sa spinarum asperitate, quæ floris tam elegantis amoenitatem opprimebant, eāmq; quodammodo  
strangulare videbantur, nisi illa virtute, conatūq; suo semetipsam expediuit, comodissimēq;  
patefecisset, indicareq; ita voluerit, nullum esse tam pertinacem in prauitate conatum, nullam  
tam grauem difficultatem, quam bonitas non posset euincere, dissipare, & imperio suo subiicere.  
Quoniam vero præstantissime Domine, in theatrū me iam induxisti, vbi Rosam agerem, quæ  
flores etiam secum aliquot alios trahit, reliquos eorum actus prosequar, ita tamē digestos, ut vbi-  
cunq; volueris fabula definat. Nam verè esset in publica peccare commoda, eum principem nu-  
gis longioribus implicare, qui tot tantāq; magnarum rerum negocia sustineat. Sedenim qua mo  
destia, quōq; temperamento tua & publica omnia moderaris, parua etiam hæc & exilia quæ  
nos præstare possumus, per ocium inuisere non aspernaberis.

## IMBECILLITAS HUMANA.

**A**c de bono quidem quod suapte vi prauitatem euincat, satis su-  
perçp sufficerit Patris tui gestamen pro hieroglyphico tam con-  
gruo, tam proprio. Subsequitur alterum non minoris efficaciax,  
quòd flos is tam venustus, tam suaveolens, tam pulcher visu,  
tam suavi odore delectabilis, humanæ sit imbecillitatis hierogly-  
phicum, ac boni momentanei signum, tam breuis illi vita, tam caducus decor,  
ut quo die florens vigēscq; enituerit, eodem ipso defloreat & clanguescat. Hinc  
elegantissimus poeta, quicunq; ille fuit, qui Rosam, quæ Maroni adscribit, cele-  
brauit, vel deplorauit potius, repentinā hanc iucunditatē rapinā ita lamentatur:

Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam,  
Et dum nascuntur confenuisse rosas.

# Pierii Val. Rosa.

Quantum verò illud habet inuidiæ, & acerbæ in rerum naturam querimoniæ? D  
Quàm longa vna dies, et as tam longa Rosarum,  
Quas pubescentes iuncta senecta premit.

In vniuersum autem flores penè omnes decerpti, sine foliis cōspecti, fragilitatis humanæ, aut fugientis boni indicia sunt. Vnde apud infelicem amatorē Theocritus rosam euestigio tabescere, violam citò senescere, liliū paruo pòst tempore marcescere, & veluti albam niuē illicò liquefcentē effluere lamentatur. Quòd verò in antiquorū memoriis aliquot obserues lilia & rosas & flores alios adhiberi in sepulcrorum ornatum, vetustum esse morem multa huius generis dona Manibus mitti solita indicat. Imò quosdam Testamento etiam cauisse legas, vt iis vel illis floribus quotannis sibi parentaretur, cuiusmodi memoria Rauen næ lapis ita inscriptus:

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII.  
COLLEGII FABR. M. R. HS. M. N. LI-  
BERALITATE DONAVIT SVB HAC CON-  
DITIONE VT QVOTANNIS ROSAS AD  
MONIMENTVM EIVS DEFERANT, ET  
IBI EPVENTVR DVMTAXIT IN V.  
ID. IVLIAS. QVOD SI NEGLEXERINT,  
TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII  
PERTINERE DEBEBIT CONDITIONE  
SVPRA DICTA.

Et Comi in æde D. Benedicti lapis est stratus memoriis cuiusdā Valerianæ, & Appi Valeriani filij eius, in quo mandatum est vt PER OFFIC. TESSE-  
RARIOR. QVOD ANNIS (ita enim per d scriptum) LECTISTER-  
NIVM PONATVR ET PARENTETVR. ITEM CORONÆ  
MYRT. TERNAE, ET TEMPORE ROSÆ IVLIO TERNAE  
EIS PONANTVR. Item Appius Eutychianus maritus eiusdem Valerianæ,  
scholæ vexillariorum largitus est magnâ pecuniæ vim, vt quæ ibi notata sunt,  
fiant: demum OLEVM ET PROPITIATION RM PER ROSAM  
PRÆBEANT.

Como Mediolanum proficisci, inuitat breuitas itineris, rosas huiusmodi de-  
cerpturos. Nam in propyleo D. Ambrosij porta Vercellensi legas,

PETRONIO IVCVN. VI. VIR.

S E N I

P E T R O N I A M I R A L. F.  
P A T R O N O Q V A E HS  
C C C C. L E G. P O S S E S S O R I B.  
V I C I B E R D O M A G. I N H E R M.  
T V E N D. E T R O S A Q V O T A N N I S  
O R N A N D V M.

Vbi Adria Tuscorum, pars inscriptionis cuiusdam est, in qua seftertia numero quadringenta data ad rosas & escas ducendas cuidam Ottitio Scroniano omnibus annis. Est etiam monumentum, de quo alibi, P. Corneliae Anniae, quæ ne in desolata orbitate superuieret, viuā se vltrò in arcā cum viro defuncto damnauit, vbi scriptum est mandasse illam, sacrificio super arcam Plutoni & Proserpi-  
næ peracto rosis eam exornari. Hinc mendum corrigere possumus in appendi-  
cibus

**A**cibus Virgilio adscriptis, vbi eleganti admodum in Coppam elegia, postquam suasum est aureo redimiculo caput nectere, & indulgere genio, quippe vbi omnia comparata essent ad voluptatem, tum croceo violæ de flore corollæ, serataq; purpurea lutea mixta rosa, subiungitur demùm:

*Quid cineri ingrato seruas benevolentia ferta?*

*An' ne coronato vis lapide ista tegi?*

Hic tegi mendose legitur, quia legendum, Coronato vis lapide ista legi. Interrogat enim Poëta, an seuerus is, et priscorum in morem superciliosus, velit ideo roses spargere, ut in eius defuncti memoriis legatur testamento cautū, ut quotannis rosæ ad monumentum ei deferantur? Hæc fateor κατὰ παρέγγοις, non tamen bonis ingeniiis invtilia. Nunc ad Hieroglyphica redeundum.

BONVM DE MALO DELIGERE. vel,

BONVM MALO CIRCVMSEPTVM.

**I**llud etiam memoratu dignum, quod rosæ simulacrum, bonum significat, quod vndiq; circumseptum sit malis, ac perinde voluptates nostras amaritudinis & asperitatis plenas. Nam, vt Ambrosius Hexamero philosophatur, rosam spina sepsit, tanquam humanæ vitæ speculum ostentaret, quæ quod esse potuit suavitatis, finitimi curarū stimulis saepe compunctū, amarescere videatur: vallata enim est elegantia vitæ nostræ, & quibusdam solitudinibus obsepta, vt tristitia semper adiuncta sit hilaritati. quare non illepidè Catullus Venerem, quæ iucunditatis hilaritatisq; autor præcipuus habetur, spinosas ait in pectore curas ferere. Quod autem rosa & rubet & pungit, affectus amatorij signum esse Placiades affirmat, vt pote qui sine verecundiæ rubore, & facinorosi criminis exulceratione esse non possit. Rosam primitus spinis caruisse Basilius tradit, postea verò pulchritudini floris additos esse aculeos, vt quod ex voluptate obiectamentum perceperimus, propinquò inde dolore exulcerati, qui ex delicti recordatione emergit, statim amittamus. Cuius rei monumentum spinas tribulosq; tellus ipsa nobis passim ostentat.

### D E V E P R I B V S.

#### S C E L E R A.

C



T que adeò vepres omne genus hieroglyphicè ad delicta nostra referrunt, eaq; de causa C H R I S T I caput spinis coronatum, vt indicium hoc esset nostrorum scelerum, quæ supra caput suum expianda suscepit. Spinæ terra germinat Adamo, quia propter eius prævaricationē peccata pullularunt. Apud Salomonem spinæ nascuntur in manu temulentī, actiones eius sceleribus, & perperam quibusq; factis plenas esse cōmonstrantem. Esaiæ cantico legitur, expectatum vti vinea vuas daret, eamq; spinas protulisse: spinæ, ait Eucherius loco hoc, hieroglyphicū sunt iniuritatis, vt vua iustitiæ. Sane ager, vt Hesychius, in diuinis literis pro diuina accipiē institutione, quā Prophetæ, I E S V S, et Apostoli tradidere, cuius vitis Christus, agricola Pater, in quo abscondit thesaurus, id est, salutaris prædicatio. Semen, verba doctrinæ. Poma, honorū operū proventus. Spines, scelera, prauçq; cōsuetudines, atq; pestilentes.

O D I V M.

**N**AM & S I N apud Hebræos, apud nos rubus est, cuius id est hieroglyphicum, vt odium significet, vt octauis apud Hieronymum Hebræorum castis habetur.

# Pierii Val. Vepres.

A S P E R I T A S.

D

**V**Squeadèò verò rubus in asperitatis significationem abiit, vt homines inge-  
nio moroso & difficillimo præditos, qui præ suo viuendi instituto omnes  
aliorum mores impendiò fastidirent, per rubum siccum indicarēt: eam enim ita  
affectam frangas potius, quàm minimum flectas. Deniqꝫ rhamnus, vrtica, car-  
duus, sentes, paliurus, & herbæ reliquæ aculeis armatae, in sacris literis signifi-  
cant homines immites, dolosos, insolentes, & omnino improbos, quos nemo  
ex probis & mansuetis attrectare potest, contingere vel castigare, sine doloris  
compunctione, diceret Eucherius.

## P E R T V R B A T I O N E S A N X I E T A T E S Q V E.

**S**Vnt præterea omnia hæc perturbationum, quæ menti nostræ accidunt, hie-  
roglyphica. Rubus, ut sentit Hesychius Hierosolymitanus presbyter, affli-  
ctatio ea est, quam nostri tentationem vocant, asperum quippe virgultum, &  
quod difficulter manibus attrectare possis. Hinc verò curæ, oppressiones, ad-  
uersi casus omnes intelliguntur, quibus corda nostra vellicantur, lacerantur, &  
ærumnosa fiunt, de quibus Paulus ad Timoth. Omnes qui volunt piè viuere  
Christo I E S V dediti, persecutionē patiuntur. Ita apud Græcos dicterium, Ε  
ἀκαρνῶδης, pro incommoda atque perdifficili.

## D I V I T I A R V M C V R A E.

**H**ieroglyphicè passim loquitur Euangelium: vt ad hanc sententiā semen ait  
Inter spinas concidisse, vnde anxiæ diuitiarum curæ significantur. Sed du-  
rum fortasse videatur, diuitias per Spinarum vocabulum intelligi, nisi Domi-  
nus noster I E S V S Christus, qui eo vsus est hieroglyphico, dictū ipse suū expli-  
cuisset. Quis enim mihi crederet, ait summus Pontifex Gregorius, si spinas di-  
uitias interpretari voluissem, maxime cùm illæ pungat, istæ delectent, & tamen  
spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctione mentes lacerant; & cùm vscqꝫ  
ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentat, & quæ plurima in hæc  
sententiā disputat. Exspectet verò aliquis, vt huc citem locū ex X X X I Psalmo:  
Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Sed loco hoc satis fuerit  
Lectorei admonuisse, in Hebreo codice nullam esse hîc de spina mentionem,  
sed de aristarū spiculis, quæ per æstatem torrefactæ facile confringunt. Hebrai-  
cæ prorsus literæ sensus est, vt paulò altius repetam, conuersum esse humorem, F  
quod alij pinguedinem reddidere, in eam iam ariditatem, quæ spicis accidit eo  
præsertim tempore quo aristæ trituranter. Nam tritura cum magno plurimū  
calore venit, vt Maro diceret. Dicendum igitur, humor omnis meus ita exaruit  
vt aristæ (nam hæ ab ariditate nomen habent) eo æstatis tempore quo tritura  
feruescit. Et hoc sibi vult illud, Dum confringitur spica. Nisi forte spina in lin-  
guis aliquot aliis spicæ etiam significatum habet.

## G R A T I A.

**V**T verò diu per senticeta tot peregrinati, postliminiò tandem ad rosam re-  
deamus, ea sine spinis considerata, tum venustatis, tum amoris, in primis  
autem gratiæ eius signum est, qua quis præditus omnium in se amorem contra-  
hat, omnium sibi animos conciliat. Inde factum est, vt purpureum roseum colorem  
Veneris sanguinem esse poëtæ dixerint, qui quidem ex icto eius pede defluxer-  
rit, & rosam, quæ prius vbiqꝫ alba erat, aspergine sua continxerit:

*Illa quidem studioſa ſuum defendere Adonin,  
Gradiuſ ſtricto quem petit enſe feroc,*

*Afflixit*

A *Affixit duris vestigia cæca rosetis, Albaq; diuino picta cruore rosa est.*

Et Europa, Theocritus; Dum regiæ puellæ alios aliæ flores legunt, ipsa Regis filia purpuream manu rosam legerat, qualis Venus inter Gratias excellens. In de Rosas loqui, prouerbium, de re gratissima iucundissimaq;. Et Persianum illud, dum nutricula gratiam omniū alumnulo comprecatur, Deos votis onerando ait, Quicquid calcauerit hic rosa fiat. Sed quod alij fabulose dicunt, philosophi illi veteres, qui rerum omnium originē altius perscrutati sunt, odorem colorēq; illum à Veneris ipsius stella proficiunt autumāt. Hinc Maro Venerem roseo semper ore loqui dicit. Quod deniq; ad afflatum pertinet, nemo luculentius expressit, quām idem explicuerit: eius enim id de Rosa opusculū, de cuius autore dubitatum diximus, Charisius agnoscit. Ait verò poëta:

*Vidi Pestano gaudere rosaria cultu,*

*Ex oriente nouo rosida Lucifero.*

*Rara pruinosis canebat gemma frutetis,*

*Ad primos radios interitura die.*

B *Ambigeres, raperētne rosis tunc aura ruborem,*

*An daret, & flores tingueret orta dies.*

*Ros vnum, color vnum, & vnum mane, duorum*

*Sideris & floris est domina vna Venus.*

*Forsan & vnum odor: sed celior illi per aurās*

*Diffatatur spirat proximus iste magis.*

*Communis Paphia & Dea sideris & Dea floris,*

*Præcipit vnius muricis esse habitum.*

Quò verò Gratiæ significatū inesse rosis apertius intelligamus, Indorū etiam monumenta cōquiremus: siquidē eorū Magi rosam tanti fecerūt, vt ad cōcilian dos magnorū principum animos nō alia re quapiā libentius quām rosis vterentur. Libet verò ex eorum dictatis vnum hoc, quod ad argumentū facit, recitare. Aiunt illi, si Princeps quispiā sacer profanulve sit adeundus, quem tibi cōciliatum velis, vt & te amet, & votis tuis faueat, atq; benignè respondeat, obseruan-

C dum esse coeli sicut, cùm Sol vel in Ariete vel in Leone gradu eo ascidente fert, quem Luna lato feliciq; aliquo aspectu intueat. Hic tu phialam rosaceo nitidissimo plenā in manum dexterā sumēs, facie aduersus Solem cōuersa, summis pedibus insistens & phialā prætendens, in hæc verba duodecies repetitione facta, voce clara orationē habcas: Saluere te iubeat Deus o Planeta tuo potens lumine, ac omnigenæ felicitatis fœcūdissime, qui tam formosus, tamq; omnibus exoptatus, tam beneficus oriris radiorū difflatione micatissimus. Tu sol ille es, qui luce, spiritu et vigore tuo mundū vniuersum regis: tu cæli lampas, tu rerum omniū lumen, tu corum quæ vbiq; gignunt̄ autor: tu per vim quā tibi Deus Opt. Max. infundit, tibi omnia deuincis: tu quatuor mundi cardines cōtinuo infatigabiliq; cursu peruestigias: tu lumē et pulchritudinē ex ipsa diuinitatis facie mutuaris: tu vitā luminosam, & perpetuæ vsum lucis nullo interposito velamento Lung liberaliter elargiris: tu reliquos stellarum globos luminis tui lampadibus accendis. Quæ si ita habent̄ exoratū te velim, vt amicitiā, benevolentiā, amplexum, & affectum erga me omnium benevolentiarū in hoc olco mihi cōcedas, ita vt me omnes appetant, & amicitiam meam vtrō concupiscāt, ac perinde maximos minoresq; Pontifices, Reges, principes, reliquosq; potētiores, Senatum,

# Pierii Val. Rosaceum.

populum infimumq; gregem mihi amore atq; charitate conciliē. Hic quo illi ap D  
pellarent nomine profitebant, rogabantq; insuper & adiurabant, obsecratio-  
nibusq; adigebant per eius potestatē, vt amicitia hæc & amor et pietas ita in ho-  
rum cordibus & linguis & operibus insideret, vt magno se affici gaudio experi-  
rentur, quotiescunq; hominē eiusmodi intueri atq; alloqui facultas esset. Proin-  
de Sol virtute & potestate sua, vt mores etiam congruerent, hominiſcq; præsen-  
tiam illi omnes admirarentur, honorarent, & esse quantumvis precij existima-  
rent, efficeret. Ad hæc quædam geniorum nomina intermiscebāt, quorū inter-  
uentu eadem fieri supplicabant, præcipueq; nomen illud quod amores et amici-  
tias viuificat, & amantū corda in vnum conflat, insolubiliq; copula coniungit.  
Ea verò tum quia videbant absurdā (sunt enim, vt Lucianus ait, *βαφτειν την*  
*ηγετημα δινόμα την πλανσύλλαβα*) tū quia ex Christianæ pietatis instituto profana iam  
habentur, de industria prætermisi. Id ritè cùm exegissent, oleum summa venera-  
tionē suscepūt obseruabant, quo faciem obvngerēt, quotiescunq; principē ali-  
quem adituri essent. Quòd minimè ridiculum videatur, Vlyssi in Phœniciam ap-  
pulso, fracta quippe nauī, mari eiecto, & omnium egeno, Deam Pallada oleum E  
attulisse, quo ille perūctus, omni abiecto squallore, quem ex maris falsugine ine-  
diaq; pér quatrīduū tolerata cōtraxerat, *καὶ μέντη χρέας στάλεντος*, dignior & venerabi-  
lior effectus est. Rosaceū verò Homero suisce cognitum ex eo cōiicimus argu-  
mentō, quòd ἐρθνῷ εἰλαιῷ Venus Hectoris cadauer obvnxerat, quod à canum in-  
iuria, quibus id Achilles obiecerat, inoffensum præstitit. Tantā inesse Rose vim,  
Homerus persuasum habuit. An nos autem oleum aliud à Venere quam ex ro-  
sa sua cōparatum existimemus? aut alia quapiam ope vnam eam crediderimus,  
quam ea ipsa vi, quam rosis ipsamet infudit, cùm in Carthaginis templo

*Restitit Aeneas, claraq; in luce refulgit,  
Os humerosq; Deo similis? Namq; ipsa decoram  
Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ  
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.*

Sed quoniam rosa super satis superq; iam prouecti sumus, præteribo Ælij Veri  
Imperatoris lectulum, minutulumq; reticulum foliis rosæ repletum, quem sibi  
substerni iubebat, in quo Persicis odoribus perunctus recubare cōsueuerat, ma F  
iorem inde sibi gratiam adepturus. Dissimulaboq; fabulas Apuleianas, in qui-  
bus Lucius ipse prius in asinum ex homine conuersus, rosis toto terrarum orbe  
pérquisitis tam multa pertulit incōmoda, donec demum oblata earum copia,  
quas decerperet, humanæ formæ restitutus, pristino decori est & venustati red-  
ditus. Quod autem pertinet ad odorem, rosa sordidissimū animal scarabæum,  
cui res plurimū est cum stercore, vt alibi diximus, odore enecat suo. Εἴδον au-  
tem eam idcirco appellatam Plutarchus ait, ὅτι ἐλέμα πολὺ τῆς ἐδημίας ἀριστή, quòd in-  
genti odoris redundātia diffuat. Diuinæ literæ, vt Cyprianus ait, gloriosam fa-  
mam appellare solent odoramēta. vnde Paulus, Christi bonus odor sumus. Et  
quod vnguentū in Aaronis Pontificis barbā diffuebat, bonæ index est famæ,  
quam sibi sacerdos quilibet comparare debet. Et pro martyribus hieroglyphi-  
cè poní rosas, à rubore sanguinis, ait Eucherius.

## D E L I L • I O .

 T verò coronā ipsi nostram elegantius cōtexamus, purpureis aderunt  
lilia mista rosis. Sciendum autē in primis, vnumquenq; florem hierogly-  
phicum esse spei. Nam si spes, vt Speusippus Platonicus finit, est expe-  
ctatio

A statio boni: velut è cōuerso, metus, animi cōcussio in expectatione mali; siq̄z floribus inspectis, vsum inde fructū sperare solemus, nulli dubium erit quin flos sit futuri boni prænuncius, & frugē paulò post succrescentē polliceat. Nam & Themistius ait per florē, vbi præuius apparuerit, in frugis inde nos spem surrigi. Sed quamvis sit hæc florū omniū prærogatiua, vt nos bene sperare iubeant, vnu tamē præcipuus, quippe liliū, vno omniū cōsensu hieroglyphici huius pri mas obtinet. Hic in antiquorū monumētis cum inscriptione S P E I, liliū potius figuram, quām alterius cuiusquā floris specie ostentat. Nam in numo Imp. Alex-андri Pij Aug. ab altera facie dea lily dextera prætendit, cuius inscriptio est, S P E S P V B L I C A. Eadem inscriptio cum lilio manu Deæ prætentio in Imp. Æmiliani numis habetur. Nusquā verò frequentius neq̄ manifestius hæc liliū facies pro spe ponit, quām in Imp. Claudij P. T. Aug. numis, quo rū vis magna proximis annis in Bellunensi agro effossa est, in quibus Dea ipsa pallam lęua su stinet, dextera lily prætendit, cum inscriptione, S P E S P V B L I C A. Et in Ti. Claudij numis eodem gestu Dea, palla quippe sublata, lilioq̄ dextera porre B cto, cum literis, S P E S A V G V S T A. Eodem statu habituq̄ in Hadriani numo dea lily prætendit cum inscriptione, S P E S P. R. Ac ne tædio sit horū multi plicitas & numerus, hieroglyphici huius non ignarus Maro noster, cùm spem de Marcellio conceptam significare vellet, tacita quadam ad clarissimū illum al lusione, eruditius sanè quām fronte prima polliceatur, hæc scripsit:

*Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos  
In tantum spē tollet aquos, nec Romula quondam  
Ulo se tantum tellus iactabit alumno:  
& quæ sequuntur, vñq̄ ad versum illum:*

*Si quā fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.*

Lilia poscit Anchises, quibus donis nepotis animam cumulet, vt inde præceptam iri spē publicā Populi Romani, prout ex superioribus numis ostensum, indicaret. Hinc Flaccus cùm spes nostras sæpe fallere animaduertisset, indolisq̄ bona de manibus sæpe rapi conspexisset, postquam viuax apium dixit, breue mox lily subiecit.

C

C H R I S T V S. A N G E L I.

**I**N diuinis literis lily, præcipuè album, nunc Christi, nunc angelorū hieroglyphicū est, à candore quippe iustitiæ. ad quod spectasse volunt Salomonē, cùm dixit: Flos campi, & lily conuallium. Hilarius Matthæo, præcipuū angelorum hieroglyphicū ponit lilia, de quibus dictū Euangeliō. Non laborat, neq̄ nent, quibus scilicet extra humanæ scientiæ eruditionē, suiq̄ operis mercedē, à Deo glorię candor indultus atq̄ indutus est, ne quid ex principio, labore et arte existimaren̄ habuisse. Ea autē est istius germinis natura, vt cœlestibus angelorum substantiis aptissimè comparetur: hoc enim efflorescēs, cùm à stirpe detentæ humi radicis auellitur, naturæ suæ virtutē, licet aruisse videatur, occultat, & redeunte tempore rursum liliū sui honore vestitur. Ex se igitur reflorescit, si biq̄ reddit: quod sit, quod vigeat, nec radici nec terræ debet, cùm ille qui se sugggerit succus ex se demanet & suffundatur, atq̄ ita annuæ huius viriditatis exemplo, virtutem cœlestis substantiæ æmulatur, cùm tamen ex eo tantum quod intra se diuinitus acceptum habet, alatur in florem. Ideo ergo lilia non laborant, neq̄ nent, quia virtutes angelorū ex ea quam adeptæ sunt originis suæ sorte, vt

# Pierii Val. Lilium.

sint semper, accipiunt. Generatim verò florem Eucherius hieroglyphicū esse Dicit eorum operum quæ bene riteq; fuerint inchoata: & Canticorū cantico ea de causa sponsum dicere, Fulcite me floribus.

## P V L C H R I T V D O.

**E**st & pulchritudinis signum lily, siue formam, siue colores eius cōtemplēre, Susasq; mollem delicatamq; Persarū vrbē, vbi Regum erant hyberna, obmitissimā cōcli plagam, & amoenitates alias, inde cognominatā tradunt, quod Susa Persarum lingua lily sit. Volentes itaq; loci pulchritudinem signare, non men à lilio fecerunt, quamvis Stephanus à multitudine potius liliorū, quæ paſsim illic & feracissimè proueniunt, cognomentū vrbi inditum scripserit. Vt cunque verò, vclut à liliis Susæ, non immerito inter Italicas vrbes à flore Florentia nuncupata, vtpote quæ, Domine mi præstantissime, patria hæc tua, quā tam libenter incolimus, tam forma quām situ, et incomparabilē rerum omnium amēnitate, totius sit Italiæ flos: vt inuidē mihi facere videantur, qui Fluentiam antiquum vrbis nomen sibi somniant.

## P V D I C I T I A.

**P**Vdicitiæ virginitatisq; florem esse lily, Hieronymus aduersus Iouinianū interpretatur, dum Canticorū cantico sponsa illa eccelestis fratrelem suum inter lilia pasci canit, hoc est, inter candidissimos virginum choros. Illa enim tota speciosa, nulla notabatur macula, necq; etiam ruga, vt Apostolus addidit. Et quod à Libano accersitur, λευκόροδος, id est, candor interpretatur. Sanè Nymphis qui faciebant, etiam Gentium sacerdotes, lilia præsertim candida offerre soliti erant. Ita apud Propertium Tarpeia:

*Sæpe tulit blandis argentea lilia Nymphis,  
Romula ne faciem laderet hasta Taci.*

Sciendum tamē in vniuersum flores λειά duci ab Apollonio, vt Argonauticā primo:

*ως δ' ὅτε λείαν ηγέλα πλεύεροις θριμματίσαι.*

*Pulchra tremunt ut apes paſcentes lilia circum.*

Quamvis propriè flos est qui liriū appellat, quem Thcophrastus libro de Plantis, narcissum esse dicit, alij autem lily. Et licet & pulchra & delicata lilia sint, Fera tamē inuisa Veneri ait Nicander Alexipharmacis, quod olim de candore cū dea certare voluerint, eamq; indignatam lilia in asinini pudendi formam transmutasse; adeò nihil tam ridiculum, tam ineptū, quod sibi Græci nō permittant.

## I V N O.

**V**erū odium hoc in lily, inde potius processisse videri potest, quod flos Iunonius lily esse dicitur, vt ex deæ lacte progenitū, cūm subiecto clām Herculi vbera admouisset, doloq; statim cognito se retraxisset: guttas verò lactis aiunt aliquot in terram decidisse, ex quibus mox lilia pullularint. Meritoq;

*flos Regius etiam appellatur, non à Iunone regina tantum denominatede sumpta, sed à Regia qua præstat celsitudine, quod tanta proceritate super flores alios attollitur,  
vt ad tria interdum cubita surrigatur.*

A

## DE CARDVI SCOLYMO.



T quoniā hodierna dictio per flores volutatur, bonaç eorum pars, boni parū admodum pollicetur, vt conditionem quisç perpendat suam, de cardui scolymo, dēçz Fremio quēdā minimè dissimulanda.

IMBECILLITAS HVMANA.

**I**Mbecillitatem humanæ vitæ sacerdotes Ägyptij nullo significantiore ostendebant hieroglyphico, quām cardui flore figurato, quem Græci Scolymon vocant. Vnicaulis enim carduuus simulac scolymon in calicem apparuerit, florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescēt, & abeuntem cum aura, perinde ac spes nostræ plurimū euangelunt, & minima quaque de causa homines pleruncz exanimantur.

## M O R B I.

**S**i verò morbos, quibus plurimū tentatur affligiturç humanū genus, signifcare voluissent, Fremij fecissent flores, vel quia rerū natura flores odoresç de die in diem gignit, magna hominū admonitione, quæ spectatissimè florent, evestigio marcescere, & vt apud Esaiam est, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius flos agri; siue, vt Cyprianus reddit, omnis eius claritas vt flos fœni; simulac enim fœnū aruit, dēcidit & flos; id quod fatidicus etiā Rcx lamentatur, cùm ossa sicut freminū aruisse clamat. Vel quia tradunt Magi, colligi anemonas (sic enim Græci vocant) tertianis & quartanis remedio, postea alligari florem panno rōseo, & in vmbra asseruari, ita cùm opus sit adalligari. Florē hæc habet aut phœniceū, aut purpureū, aut lacteū, qui se nunquā aperit, nisi vento spirāte, vnde & nomen accepit, & ἡ τὸν ἀνέμονα scilicet. Quamvis non sum nescius, eruditos esse autores, qui hoc nomine flores omnes intelligent in huiusmodi significatū, quod floribus omnibus contingat spirante vento aperiri. Ad eorum verò quæ pulchra, grata, & amabilia putamus, imbecillitatem indicandam, Catullus affectus aliquot accidere ait, velut prati vltimi flos prætereunte postquā tactus aratru. Quam sententiam dixisse semel non sat habuit, quare alibi eandem repetit:

Ut flos in septis secretus nascitur hortis  
Ignotus pecori, nulli contusus aratro,  
Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber,  
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.  
Idem cùm tenui carpitus defloruit vngui,  
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.

Quem Maro imitatus ait,  
Purpureus veluti cùm flos succisus aratro Languescit moriens.

Necç fortè importunè dixerim, loco hoc herbam in diuinis literis, vt apud Eu-cherium, hieroglyphicū esse iucunditatis: non nunquā indicare quædam anime proficientis rudimenta, quæ mox florē, hoc est, spem, inde semen, hoc est, fructū datura sit. Ad superiorem verò sententiam Hilarius, Matthç, sub hieroglyphico fœni nomine gentes à Deo s̄epe nuncupatas ait: Germen, inquit hic, illud est quod virtutis suæ flore dilapso, ad calorem Solis arescit. Igitur requies nulla gentibus: neç mortis, vt volunt, compendio quies dabitur, sed ipsis corporis etiam æternitas destinabitur, vt ignis æterni in ipsis sit æterna materies, & in vniuersis sempiternis exerceatur vltio sempiterna. Et hoc illud est quod Paulus ait: Omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabimur.

# Pierii Val. Amaranthus.

## DE AMARANTHO.

D

**D**E humanæ vitæ imbecillitate, bonisq; caducis & ante diem ereptis  
hæc per florū imagines Ægyptij afferre consueuerunt.

### IN OFFENSA VALET VDO.

**C**ontrà verò si quē inoffensa valetudine vixisse corporis ad extre-  
mum vscq; dignitate viribusq; seruatis, hieroglyphicè ostendere voluissent,  
amaranthi corollam capitī eius imponere mos erat. Est autem amaranthus spī-  
ca purpurea verius quam flos aliquis, afferuaturq; decerpta, ac postquam defe-  
cere cuncti flores, madefactus aqua reviuiscit, & hybernas coronas facit: sum-  
maq; eius hæc natura nomen inuenit & πὸ τῆς μη μαρανθοῦ, id est, propterea quod mi-  
nimè marcescat, Amaranthum sit appellatum. Hinc Thessalì ad tumulum Achil-  
lis libamina & expiationes quotannis oraculi Dodonei admonitione ferre ius-  
si, cùm omnia quæ sacrificio ritè operando necessaria essent ex solo patrio aspor-  
tare consueissent, duos quippe tauros, album vñū, nigrum alterum, vtruncq; ve-  
rò mansuetum: syluam ex monte Pelio cæsam, ignem ex Thessalia, molamq; &  
aquam ex Sperchio haustam. Coronas insuper amanthinas primi omnium  
excogitauerunt, easq; ad sacrum eiusmodi ferri sanxerunt, vt si fortè venti na-  
uem repulissent, aut alia quapiam de causa mora iniecta esset, coronæ tamen ne-  
que flaccidæ, neque deformes suspenderentur.

E

## DE FERVLA.

### CASTIGATIO INGENVA.

**Q**VAM Baccho sacram, & inde ναρτηκοφόρος ministros eius multi tradi-  
dere. Sed quod ea de causa Baccho dedicetur, quia asini ea vescantur  
auidius, cùm animalibus reliquis, vt tradit Plinius, præsentaneum  
sit remedium, leue commentum forsan videatur, quamvis nō igno-  
remus animal id gratissimam fuisse Libero patri victimam. Id verò magis arri-  
det quod à Plutarcho accepimus libro de instituendis mulieribus: hic enim &  
ferulam & obliuionem Baccho dedicatas ait. Ferulam quidem propterea, quod  
virga ea admonitionem significat, qua pueros castigare soliti sunt veteres, vt se  
quocq; subduxisse manum ferulae profitetur Iuuenalis, itaq; innuere voluerint,  
que per ebrietatem admissa sunt, puerili tantum indigeant castigatione. Obliuio-  
nem addidere, puto, per lyncis eiusdem Bacchi simulacrum, quæ, pascendo si  
casu aliquo auertat oculos, propositi cibi obliuiscatur, vt aiunt, & alium querat.  
Aiebant verò eorum recordari non oportere, quæ inter vina dicta facta ve essent:  
notum enim illud est, μιοῦ μινύμωνα ουμπότας. Quod si quid est cuius meminisse de-  
beat ebrios, ea dubio procul omnia, vt Pythagoræ sententia est, non tantum re-  
minisci, sed identidem etiam animo repetere debet, que in ebrietate ridicula aut  
perniciosa dixerit feceritve: id enim vnum esse euitandæ ebrietatis remedium.  
Nam & Anacharsis ita nos docuit ebrietatem cauere, si quæ ebrij faciant, inspe-  
xerimus. Quod verò Plutarchus admonendis mulieribus ferulam adhibet, au-  
rem nobis vellere videtur, ne distichi illius immemores simus, quod toto terra-  
rum orbe cantatissimum est:

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligati:

Hæc tria nil recte faciunt, si verbera cessent.

Sed ioco iam satis.

PIE,

APIERIVS VALERIANVS AD IOANNEM  
 ANTONIVM POLLIONEM, GELOVM PRIMATEM,  
 de iis quæ per Spicam, & Cerealia quædam  
 arma significantur,

EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS.



*U*I verò libentius Spicas & Cerealia quædam arma donarim, quam tibi tam præstanti viro, tam frugi, tam probo, tam benigno, tam liberali? qui præsertim spicam habes in gemma domesticæ nobilitatis insigne: addam etiam, qui Siculus es, magnoque ingenij acumine præditus, verum quo non nisi modeste utaris, atque sapienter. Ero enim ego semper huius rei testis, qui prudentiam moderationemq; tuam tandem expertus sum, cum in eodem conviuebamus contubernio, ad idem munus tecum à Clemente P. M. delegati, qui nepotes suos adolescentulos nobis commendarat, quos tanta rerum perturbatione vexatos, infeliciſſimo illo tempore huc & illuc peregrè circumduximus, cum hostica effent omnia, aduersa omnia, omnia

**B**specta. Tot illæ erant insidia, quæ illi etiam etatulæ parabantur. Nos tamen per tot rerum omnium difficultates evicimus, ut ſoſsites eos Clementi tandem restituto redderemus, atque ita moribus excultos, quantum in utroque nostrum fuit, ut nihil iam ad nobilissimæ indolis institutionem defiderari posset. Neque verò Legationes tuas illas memorabo, Germanicas, No-ricas, Pannonicas, Bohemicas, Gallicas, Britannicas, & alia tibi ſæpe munera demandata, quibus gerendis talem te præstisti, ut ob sapientiam & probitatem omnibus effes admirationi. Quod si consiliis tuis faciliores acceſſent aures, in tot, quæ mox perpeſi sumus, calamitates minimè incidiſſemus: tot erant ea, quæ desperata ab aliis, tua tu dexteritate restitueras, niſi obſtitiffent fata, quæ prudentiæ tuae ſeſe oppoſuerunt aduersaria, vel, cum te vera loqui, optima ſen-tire, ſalutaria consulere homines cognoverent, quod plerunque accidere ſolet, optima videntes, ad deteriora tamen ſpontē non declinaffenſt. Sed hæc miſſa faciamus. Id vnum profiteri nunquam deſiſtam, quam iucundum, quam ſuaue mihi tum fuerit totum id vitæ tempus, quod in ea non noſtra tantum, ſed Italia totius communi calamitate vna conviximus: quantumq; me tibi debere intelligam, qui non minorem mei conſolandi, cum deſperarem omnia, rationem ha-bueris, quam eorundem, qui nobis commendati erant, principum. Quæ verò utrique nostrum

**C**res præter omnium acciderint expectationem, quamq; varia fuerit rerum fortuna, longè magis quam vellemus inſidet memoria, neq; quidem ſi obliuisci velimus, ullo modo poſſumus. At dices: Quorsum hæc rerum publicarum commemoratio, ſi de Spica & Cerealibus futurus eſt ſermo? nempe quod eò me trahit earum rerum recordatio, quæ toties de ambulando, ſedendo, obequitando, ſuper iis quæ ad nos & principes noſtri attinebant, fuere ſæpius à nobis non modo præviſæ, verum etiam deplorata. Idcirco nequeo ad Pollionem ſcribere, neque cum eo loqui, neque quicquam meditari, quod mihi non ſuggerat eorum sermonum memoriam, qui tam frequentes, tam neceſſarij quotidie intercidebant. At effluxere omnia hæc: effluxerint. Ut te igitur audiam, no-bis quid nunc agendum, poſtea quam ſtudium, fides, induſtria, conatusque noſter omnis iis nihil profuit, quibus omnia proſpera, felicia fauſtaque cupiebamus, ſed eversa omnia ſunt, fatō-ne dicam, an eorum culpa, qui recta conſulentes aſternabantur? Velimū ne nos aliorum cauſain perpetuo eſſe mærore, an noſtri ſtudij, noſtri officij memores ea meditari, quæ aliquam æru-mnarum obliuionem afferre poſſint? Ego nempe poſt rem certa iam deſperatione conclama-tam, ad ſtudia mea retuli, commentationibꝫque illis hieroglyphicis, de quibus ſæpe tecum, nunc totus incubui: quas cum per ſua quæque ſegmenta diſponerem, viſae mihi ſunt polliceri,

# Pierii Val. Spica.

fore, ut huius industriae meae aliquis fructus iis, qui politiores has literas affectantur, acquiri D possit: quare labori nihil quicquam pepercit, donec rem omnem digesssem. Ea verò quoniam in partes diuidenda fuit, quæ ad te pertinere arbitratus sum, tibi dedicauit. Utinam eo tu atque alijs animo hæc suscipiatis, quo à me studio atque benevolentia conscripta sunt.

## D E S P I C A.



N Y X ille tuus, Antoni Pollio, modiolo, qui spicas duas continet, insignis, ab cuius vtracq; parte copiæ cornua arte admodum eleganti incisa conspicuntur, vetustatis omnino venerandæ monumentum, signum olim aut Ædilium fuisse, aut eorum qui rei frumentariæ præerant, facilè credere possumus.

### C E R E S.

V Idere enim est Iuliæ Piæ numū, ab cuius altera facie sigillum est lœua conto innixum, dextera spicam gerens, calatho ante pedes proposito, cuius inscri ptio est, quarto casu, C E R E R E M. B

### A N N O N A.

E St & T. Cæsarisi Vespasiani numus, in quo simulacrum est, quod dextera sigillum exporrigit, in cuius una manu libella est, in altera cornu copiæ, apposita naui, & calatho cum spicis: inscriptio, A N N O N A. In eiusdem aliquot aliis eadem omnia sunt præter cornu copiæ: eius loco caduceum spectes: nam & is, vt alibi diximus, in felicitatis significatum accedit, quod pax ipsa, cuius sym bolum est caduceus, rerum omnium copiam & affluentiam inducit.

### A F R I C A.

S Pectare verò est Africæ picturam eo libro, quem de Imperio, magistratibus, & militiæ ordinibus Theodosianis temporibus conscriptum vidimus. Ibi enim, vbi de Proconsule Africæ legitur, vrbes & officia & magistratus tota ea prouincia distributa continentur, mulier quedam inspicitur, pileo in primis cooperta caput, cærulea palla hinc inde ab vtroq; humero reiecta, eaq; ad humum usque fusa, interiore verò tunica rubra, imo limbo ad pedis vnius altitudinem albo, cuius superiorem inferioremq; marginem aureæ fibræ duæ circumcumeunt. Brachia nuda vtrinque exporriguntur, binas vtraque manu spicas ostentantia. Sub pedibus naues duæ frumento onustæ, adpictæ sunt. Literæ supernæ sunt, P R O C O S. A F R I C A E. Apud Horatium sanè de terræ huius feracitate frumentaria legas:

Quicquid de Libycis verritur areis,  
desumptum quidem ex Pindaro, qui πυροφόρος λέγειν Isthmiis dixit.

### B R A C C A T I M I L I T E S.

I N iisdem monumentis obseruauit gestamen cæruleo colore subobscurō pictum, circulo nigro iuxta marginem circumducto, à summa cuius parte stella adpicta est radiis octo prædita: in medio orbiculus est cum umbilico, vtrique coloris aurei: ab eo orbiculo usque ad circulum qui iuxta marginem est, columella summissa coloris rubri: à lateribus columellæ spicæ duæ vtrinque surgunt singulæ, quas auiculæ totidem volatu suspensæ impetunt. Insigne hoc erat eorum militū, qui B R A C C A T I I V N I O R E S appellantur, militabantq; sub militum

A militum Præsentiali tunc nuncupato, qui titulus eorum erat notæ qui viri illustres vocabantur. Sed ut ad annonam revertamur, in Hadriani quoque numis corbis est cum spicis: & in Antonini, spicæ & Cornu copiæ cum eadem A N N O N A E inscriptione.

## P R O V E N T V S.

**Q**Uæ verò spicæ duæ, dolio vuis pleno in earum medio constituto, spectantur in numo L. Liuinei Reguli, proventum bonorum, fructuumq; copiam, & feracitatē eius viri magistratu vberem ostendit: nam vbi consultum est iis quæ cibo potuq; inseruiunt, annona omnis largè populo videtur erogata. Usqueadè verò spicæ proventus indicia sunt, vt & apud Coniectores reperias eum, qui natas in aure spicas per nocturnam imaginem videre visus fuerat, & delapsa inde grana manibus collegerat, fratris mox demortui hæreditate locupletatum: spicis quippe proventum, aurem verò fraternitatem ostendentibus: germanas enim inuicem esse aures manifestum. In diuinis quoq; literis spicæ, hoc est, messis eodem modo proventum hieroglyphicè significant, dicente

**B** Domino, Melsis quidem plurima, operarij autem pauci admodū. Humanam enim messem vredini procellisq; obiectam, cupiebat ille in horrea æternitatis suæ transferre. Hesychius Hierosolymitanus pro messe accipit virtutes, quæ ex diuini verbi semine oriuntur. At stipula pro nullius boni operis fructu ponitur. Vnde Prophetalamenta: Hei mihi, vt factus sum sicut qui colligit stipulam in messe. Idem paleæ, vt illud: Paleas autem vret igni.

ÆSTAS, ET FRV-

gum inuentor.

Maronem:

*Stabat nuda ætas, & spica ferta ferebat.*

Nonnunquam verò messem ipsam, alias & frugum inuentorem.

## M E S S I S.

**S**Edenim Hesiodus Theogonia, falcem pro messe posuit, vbi dicit, τὸν δὲ μίγαθον πάντας. subiiciunt interpres, Drepanon messis tempus.

**C**Hinc iuniores spicas duas, manipulos spicarum interdum duos in transversum adclinatos, pro mense Iulio ponere excogitarunt, quod nimirū eo mense messis omnis triticea demetatur.

## T E M P V S.

**E**T quod pertinet ad falcam, quoniam tempus omnia metit exsecatque & aufert, ideo falcam Saturno attributam nonnulli volunt: οὐδέ enim Saturnus, cui tempora subiiciuntur, quæ voce eadem Græci sola adiecta aspiratione pronunciant, quippe καὶ in καὶ versa. In hanc sententiam Maro: Omnia fert ætas.

## A G R I C V L T V R A.

**A**Lij falcam agricolationis totius signum arbitrantur, quod insigne Ianus Saturno dederit à messe & fertilitate, cui posteritas rationem etiam inseundi, & artem faciendi surculos fert acceptas: vnde Saturnum à satu Latini vocitarint.



# Pierii Val. Lolium & Milium.

F R A T R E S A R V A L E S.

A Lioqui spicea corona fratres aruales indicabat, quam primū Acca Laren  
tia Romulo sacrificanti dedit. D

S A C E R D O T B S A R V O R V M.

S I verò spicea corona vitta alba illigata esset, sacerdotes aruorū significabat,  
quorum illud erat insigne. At Cereris caput spicis redimitū spectauimus in  
numis quibusdam, ab altera quorum parte spica magna est nonnunquam sola,  
nonnunquam cum caduceo & lituo, eo quod retulimus significato.

P A X.

Q Vin & pacis simulacrum cum spicis figuratur: vnde Tibullus,

*At nobis pax alma veni, spicāmque teneto,  
Profluat & pomis candidus ante sinus. Pax enim candida primū  
Duxit aratueros sub iuga panda boues.  
Pax aluit vites, & succos condidit vñæ,  
Funderet ut nato tecta paterna merum.  
Pace bidens vomerq; vigent, ac tristia duri  
Militis in tenebris occupat arma situs.*

E

D I A N A E T R I C L A R I A E S A C R V M.

E Rat & spicea corona insigne atq; gestamen eorum adolescentum qui Dia-  
næ Triclariæ sunt immolari soliti apud Patrenses, mollienda numinis in-  
dignatione, quam Menalippus atque Comætho templo deæ turpiter viola-  
to in ciues contraxere.

## D E L O L I O.

Riticeæ coronæ gestaminivē contrarium est lolium, quòd quantum  
seges illa felicitatis affert, rātum hoc infelicitatis, & incommodi: secum  
enim inuidiam, & quandam animi prauitatem trahit.

P R A V I M O R E S.

M Orum enim corruptorum id omnino indicū est: quare Antisthenes non  
temerè dicere solebat, absurdum esse triticū à lolio non repurgare, qui sen-  
tiret ex hoc inuidos à republica summouendos, vt Plutarchus interpretat: tam  
enim inviles inuidi sunt ciuitati, quām lolium est tritico. qui verò inuidus est, F  
suam ipse sibi souet infelicitatem: quandoquidem Horatius ex Phalaridis sen-  
tentia dīcto sumpto,

*Inuidia Siculi non invenere tyranni Maius tormentum, ait.*

Ei quod ad corruptos degeneresq; mores facit, ita Virgilianus pastor lamēta:

*Grandia sape quibus mandauimus hordea fulcis,*

*Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.*

## D E M I L I O.

Irtus ideo humano generi vtilis atq; cōmoda, qua miliū egregiè pol-  
let, efficit ne ab hieroglyphicis expelli debeat. Nam si quis hominem  
qui declinare sciat infortunia, hoc scripturæ genere ostentare voluē-  
rit, aptè serpentē pinxerit milij surculo circumvolutū, anguis ipsius  
capite deorsum deiccto, cauda supernè sita: quandoquidem ex milio panis præ-  
sumptus, incolumē sospitemq; præstat à veneno, naturæ beneficentia, que mor-  
tale genus remedio tam parabili, atq; omnibus obvio, pre munire voluerit con-  
tra

A tra peste adeò perniciosa. Idq̄ tradit Didymus in iis, quę de re rustica scripsit.

I N N V M E R A.

**S**Vnt etiam qui spicam milij hieroglyphicę pro millenario numero ponant, ac perinde pro innumeris, quia tale etiam est milenariis significatum. Necq; desunt qui numerum ipsum mille à milio dictum velint.

### D E M O D I O.



Ed ut ad onycem revertamur, modius in ea incisus est:is quid sibi ve  
lit explicemus. Sed quoniam in numis, in picturis, in sculpturis, atq; aliis antiquorum monumentis spectare est alibi modium, alibi latè patentem vrnulam, nonnunquā & cyathum, sæpius verò calathum,  
& quicquid vel humoris, vel solidorum est corporum capax, in Serapidis capi-  
te superpositum (illi enim plurimū vasa hæc dedicabantur, quod diuitiarum,  
& omnium proventuum numen haberetur) necesse erit hæc omnia colligere,  
ac veluti vetustas fecit, in vnum commiscere.

B F R V G V M O P V L E N T I A.

**S**lue igitur modius, siue calathus, siue quid huiusmodi figuretur, frugum id opulentiam indicabit, quas ipse siue Serapis, siue Osiris, siue quocunque nomine δοτήσεως nuncupari placeat humano generi, satu inuento, & aratione cō-  
monstrata, comparasse dicitur, de quo multa alibi, & quo pacto Osiris quoq; in  
huius inuenti participatum admitteretur, differuimus. Illud verò constat, ciba-  
rias opes & donaria in canistris offerre, & antiquorum fuisse morem, & nūc pa-  
lām omnibus esse. quin etiam vbi liberalius, opipariusq; aliquid erogatū signi-  
ficare volumus, ἀντωνίῳ dicere consueuimus. Hinc apud Maronē feruntnym-  
phæ calathis pallentes violas, & alia dona. Alibi Cererem canistris expedient  
ministri. Osirin quoq; necq; non Cererem eodem insignitos gestamine Diodo-  
rus attestatur, & antiqua pleraq; signa ostendere. Necq; verò hīc repetenda sunt  
ea, quæ plurima docuimus eo cōmentario quo de Capitis atque adeò Tricipiti  
significationibus agitur, vtrū scilicet Serapis pro Sole, an pro Ioue, an pro mun-  
di totius machina, vt Nicocreonti Cyprio Regi ipso est oraculo proditum, ac-  
C cipiendus sit, quoniam eo loco hæc omnia sunt explicata.

A Q V A.

**S**Edenim vrnam potius Osiridi dedicatam videas, idq; ea de causa factum,  
quod eum non vini tantum, verum totius humoris dominum intelligebat,  
eumq; Oceanum, perinde ac Isidem Thetin. Præferri enim vrnam in sacrificiis,  
qua Deum colerent, mos erat. Hydriam enim quandam ingentem summo cul-  
tu, & atttonita penè veneratione prosequabantur, quam obiectam, & casta re-  
ligione suscep̄ta, in sacram ædem solenni pompa gestabant, quò cùm pervenis-  
sent, terræ procumbentes manibus ad ccelum sublatis iis gratiam agebant, qui  
primi diuini benignitatis munera mortalium vsui communicassent, vtpote qui  
ex humore oriri omnia persuasum haberent.

C A N O P V S.

**A**Lij, qui philosophiam eam eludebant, quorum è numero Russinus est, Ca-  
nopum quendā apud Ægyptios in hydriæ speciem figurari solitū aiebant,  
q; inuento callidō, cùm in certamen cōtra Persas deventum esset, victorē ignem  
evicerit. Persæ enim, vt alibi sæpe ostendimus, ignem numinibus omnibus an-  
teponunt. Is itaq; minutioribus quibusdam foraminibus hydriam, quam cōtra

# Pierii Val. Modius.

ignem in periculum adducturus erat, à fundo perterebrauerat, ceraq; diligenter obturauerat, qua super ignem solenni certamine posita, vi caloris soluta, ignis extinctus expirauit. Quoniam verò de vrnis locupletius alibi dictum, reliqua nunc vas a persequemur.

## NON CESSANDVM IGNAVITER.

**S**ed id quoq; nescio quid Ägyptiacum sapit, quòd Pythagoras super modio sedere nos vetat: quippe rationis portionē eam, qua anima ipsa metitur, explorat, atq; examinat omnia, non esse otiosa desidia remittendam, habendāmve negligenter, verū omni exercitatione modoq; & regula dirigendā, assidueq; per cogitationis spacia agitandā. Ceterū diuus Hieronymus hoc subindicare dicit, nō debere nos de victu sollicitos esse in diem crastinum, prout etiam Dominicis præceptis admonemur. quanquā Cyrillus priorem sequitur sentētiā. Plutarchus Symposiacis symbolum ita exponit, vt ex præsenti mēsa semper ali- quid in futurū relinquamus, & crastini diei hodierno meminerimus. Re si quis dem parata non erit ulterius consultandū, vt nudipes ille Phrator hospitcm elu sit, cùm satur recederet, & ex reliquiis capum integrū coctum in manicam conie cisset: interrogante hospite quid eo facturus esset, in crastinū se asportare dixit: cui cùm subiecisset hospes, Atqui lex nobis descripta est, ne de crastino cogitemus: suscepit ille Phrator, Parco igitur legi, qui hoc mihi prandio destinato, nihil quicquam ero super crastino sollicitus. Sed vt in re seria facessant ioci, Plutar chus ad eorum morem, quibus mēsas inanes tollere magna erat religio, symbolum videtur accōmodare. Nam chcenicem pro diurno victu capi, quam Latini sportulam appellant, tum ex eo manifestum est quod apud Herodotum legitur, Regibus Spartæ ad cœnam non cunctibus binas farinæ chcenices mitti solitas, tum quòd Alexarchus chcenica vocat ἡμεροβόλια. Significaret igitur symbolum, nō debere nos in sportulis vitæ nostræ totius ita spem collocare, vt sede in eis statuta totum vitæ tempus ignauiter desideamus, sed aliquā ineamus rationem, cōsiliū capiamus, vt nobis aliquando viuere possimus, opesq; nostræ tandem in nobis ipsis, nō in alieno arbitrio sitæ sint. In diuinis literis modius hieroglyphicum est dogmatis atq; doctrinæ, quam Iudæi profitebantur, veritatis lumen sub eo recondentes: quam sententiam explicat Hilarius Matthæo: ideoq; proferēdā esse lucernā **I E S V S** admonet Apostolos, & que apud eum copiosè. **F**

## DIALECTICA.

**Z**eno multipliciter solitus Dialecticorū argutias eludere, sed eo præcipue dicto, quòd eam iustis quidem mensuris æquiparauit, quibus tamen non frumentum, sed paleas, simumq; quis dimetiretur. Ita hieroglyphicum Zeno fa ciebat, Dialecticam ostensurus paleas modio demensas.

## ANIMVS.

**V**As obturatum plerunq; animi significatum habere prohibetur. Vnde La cenæ mulieres ollas in Regum suorum iustis pulsabunt per urbem discurrentes, vt ita ciuitatem orbam Rege, animo carere significant, quemadmodum ollæ illæ inanes erant. In diuinis verò literis vbi Psalmo LXXII legitur, Penè effusi sunt gressus mei, de rupti aut inuersi vasis similitudine sumptū aiunt interpres: vti enim liquor è vase in terram effusus perditur & euanescit, ita cogitationes suas & animi sentētias dicit penè effusas, in vanas scilicet & inanes rerum fabulas euagatas: quod forte de nobis nugas has scribētibus dici possit. In quo tamen illud me consolatur, quòd multa omnino in his nugis disciplinæ ve teris

**A** teris arcana, quæ hactenus sepulta iacuere, nemine ante me lapidem huc mouente, industria nunc primum mea cœpere in lucem proferri, & tibi similibus quod satis est mihi, & aliis oblectamentum aliquod afferre. In Chaldæorū quoq; scriptis, animus appellatione vasis accipitur: vt illud, Vas tuum inhabitant bestiæ terræ, ira videlicet & libido, cupiditatesq; aliæ, quos affectus communes cū beluis habemus, & quod infelicius est, tantæ interdum apud nos autoritatis, vt ad brutalem sæpe nos vitam impellant. Hoc illud est quod Plato ait Repub. alere nos domi diuersa brutorum genera, quæ Deus ad hominem, vt in diuinis literis habetur, accersiuit adiumento futura, ea tamen omnia interturbant, omnia subruunt, cùm fræni impatientia nullo possunt regimine, nulla castigatione coerceri: id quod tunc accidit, cùm nostri vigoris, nostræ immemores ingenuitatis, iis sponte nosmet dedimus in seruitutem. Concitus enim animus, nisi parere cogatur, imperium sibi arripit, & dominationem exercet. Vas animæ vocat Paulus carnem nostram, quam etiam honorificè tractandam monet. Non nunquam tamen eandem exteriorem vocat hominem. Vas verò capacitatis nomine dicta est, qua ipsam capit animam & continet. Homo verò de cōmunione naturæ, vt Tertullianus diceret, quæ eam non instrumentum in operationibus præstat, sed ministerium. Apud Hieronymum septimis supra tricesima Hebreorum castra, inuenias nos mortales hieroglyphicè pro fictilibus vasis intelligi, in quibus preciosissimum thesaurum conditum habeamus, quæ cùm ita fragilia sint, vt vel minutissimè confringi possint, omni studio, cura atq; diligentia cauendum, vt cor nostrum recte muniamus, sepimentisq; validioribus circundemus, vt ad ictus quoslibet firmū integrumq; seruetur. Olla, ait Eucherius, cùm sit conditorum, quæ ad humanum victimum pertinent, receptaculum, in diuinis literis pro sobole vel progenie solet accipi: nam veluti ex olla desumitur quod ad victimum facit, cuius beneficio humana vita sustinetur, ita de humano vasculo genitura depromit, quæ in multas hominum ætates propagat. Ideo Psalmus L X legas, Moab olla spei meæ: hoc est, Ruth, quæ Moabitæ fuit, progenies illa est, quam spe concepi: nam Christi generatio, quantum ad humanitatem, per Ruth ipsam in posteros propagata est. Eodem spectat Apostoli dictum: In domo magna non sunt tantum vasæ aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, alia

**B** mine dicta est, qua ipsam capit animam & continet. Homo verò de cōmunione naturæ, vt Tertullianus diceret, quæ eam non instrumentum in operationibus præstat, sed ministerium. Apud Hieronymum septimis supra tricesima Hebreorum castra, inuenias nos mortales hieroglyphicè pro fictilibus vasis intelligi, in quibus preciosissimum thesaurum conditum habeamus, quæ cùm ita fragilia sint, vt vel minutissimè confringi possint, omni studio, cura atq; diligentia cauendum, vt cor nostrum recte muniamus, sepimentisq; validioribus circundemus, vt ad ictus quoslibet firmū integrumq; seruetur. Olla, ait Eucherius, cùm sit conditorum, quæ ad humanum victimum pertinent, receptaculum, in diuinis literis pro sobole vel progenie solet accipi: nam veluti ex olla desumitur quod ad victimum facit, cuius beneficio humana vita sustinetur, ita de humano vasculo genitura depromit, quæ in multas hominum ætates propagat. Ideo Psalmus L X legas, Moab olla spei meæ: hoc est, Ruth, quæ Moabitæ fuit, progenies illa est, quam spe concepi: nam Christi generatio, quantum ad humanitatem, per Ruth ipsam in posteros propagata est. Eodem spectat Apostoli dictum: In domo magna non sunt tantum vasæ aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, alia

**C** quidem in honorem, alia porrò in contumeliam. Et in honoreatus est Iechonias, quasi vas cuius nulla esset utilitas: quoniam cùm in domo Dei ex numero esset familiarium, se turpidinibus sceleribusq; summisit, ideoq; ea super homine scripta sunt: Nunquid vas fictile, curtumq; vel attritum vir iste Iechonias? At bone Deus, quid aliud clamat Oedipus apud Sophoclem? Ita me turpibus bellum educasti vas repletum sordibus. Alibi adapertis thesauris vasa indignationis à Deo prolata comperias, hoc est, rejectos animos, in quibus & ira, & prauis affectus reliqui concluderentur, de quibus plura apud theologos. Hesiodi quoque interpres dolium vas allegoricè pro vitæ animiç; nostri sustentaculo accipiunt, eo Agriculturæ loco:

Αρχαλύς δὲ πέδη καὶ λίγοντθ κερίσια θαυματικά.

Μετόθι φέρει θαυματικά.

De summo satiere cado, τοῦτον cœpit ad imum

Deficere, at medio memor esto parcus vti:

vbi dictum aiunt de pueritia, virilitate, & senectute, quippe pueros & senes iucondiorem vitam agere debere, genioq; liberius indulgere: viros verò, ætatem quippe firmiore, parcè omnia sibi permettere, modūq; voluptatibus omnibus

# Pierii Val. Modius.

adhibere, vitamq; vnde cuncte laboriosam adamare. Vtrum verò Hesiodū hoc D sensisse dicamus, an quod Alexander Aphrodiseus interpretatur, de vini parte media meliori, viderint alij: nam ad Alexandri sententiam accedit etiam proverbiū vulgō dictatum, Seram esse in fundo parsimoniam.

## P E R S V A S I B I L I T A S.

**A** pud Platonem, Gorgia, legas Socratem ex Itali cuiusdam viri elegatis com-  
mento, eam animæ partē in qua vigescunt cupiditates, propter persuasio-  
nem credulitatemq; lubricam dolium appellatum, quod Græci nominis vox  
 $\pi\acute{\eta}\theta\varrho$ , non à  $\pi\acute{\omega}$ , sed à  $\pi\acute{\eta}\theta\varrho\mu\omega$  deduci videatur. At quæsierit fortasse aliquis, quid  
sibi voluerint dolia duo, quæ olim in facello quodam Romæ ad cloacam maxi-  
mam, via quæ ad Carinas dicit, habebantur: quo quidē in loco spuere nçphas  
erat: quod porrò facellum Doliola Plutarchus vocatū ait. Nempe nihil aliud,  
vt nonnulli tradunt, nisi duo fuisse dolia, alterum in quo Numæ sacra quædam  
olim reposita fuerint, alterum inane, sed in quo Gallorum Senonum irruptione  
sacra quædam à Vestalibus virginibus abscondita seruataq; fuerint, cùm ipsæ  
metu percussæ, deserta Vrbe fuga sibi consuluissent. Ibidem aiūt simulacra duo  
fuisse militari habitu, quæ sedebant, & peila manibus tenebant, quibus titulus **E**  
suberat, D I P E N A T E S. Significabat verò sessus, firmatā Imperij sedem: pei-  
la, hostes summotos procul: armā reliqua, Romani populi virtutem, & muni-  
mentum, vt apertius alibi singula pertractauimus.

## L I B I D I N E S.

**S**ed vt ad Platonem redeamus, eam animi partem quæ libidinibus agitare-  
tur, Italus vir ille pro sapiente citatus à Socrate, perforatum dolium existima-  
bat, cuiusmodi essent de mentes, profani, & iudicio damnati viri inexplebili in-  
continentia prædicti, qui propter infidam animi compagem, obliuionemq; flu-  
xam eorum quæ honesta iustaq; perceperissent, nihil quicquam infusum conti-  
nere possent. Ideoq; Lucretius hunc secutus ait:

**F**

Deniq; animi ingratam naturam pascere semper,  
Atq; explere bonis rebus, satiaréq; nunquam,  
Quod faciunt nobis annorum tempora, circùm  
Cum redeunt, fætusq; ferunt, varijsque lepores,  
Nec tamen expletur vitae fructibus vñquam:  
Hoc, vt opinor, id est, a quo florente puellas  
Quod memorant laticem pertusum congerere in vas,  
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

## H U M A N I A F F E C T V S.

**P**hilosophi, qui sacras literas ad morum tantum rationem trahunt, cùm in  
arcam Noës omnes ferarum species introductas legerent, arbitrati sunt in-  
telligi debere ex huiusmodi historia in humanum corpus ferinos omnes affe-  
ctus, cupiditates & appetentias introductas. Sunt verò ex iis, quæ difficulter ex-  
armari, cicurarive, aut māsuescere possint. Quare clamat Horatius, regendum  
animū, qui nisi paret, imperat: hunc frænis igitur, hunc catenis compescendum.  
Rerū itaq; opifex terram affluentibus aquis expurgaturus, hoc est, vt Philo ait,  
animū ab iniuitatibus expurgaturus, Noam in arcā, animi quippe vas, septem  
ex puris iumentis deferre iubet, visum scilicet, auditum, olfactum, gustatum, ta-  
ctum, sermonem ac concupiscentiam, quos defacatos habere decet sapientem,  
cùm

**A** cùm mala innumera ab exlegibus & rationis expertibus animæ portionibus erumpant, à quibus maximum assiduumq; bellum insurgit, eo præcipuè tempore, quo mortale genus otio desidiaq; torpescit. Quare Persius, vđum & molle lutum ne obdurescat, & ad opus fiat inhabile, properandum, & acri fingen-  
dum sine fine rota monet.

## I N A N I S   A N I M V S.

**I** Dem animum fideliæ comparat, percussamq; sonare vitium ait, maligneç; re-  
spondere, quæ viridi informata limo non satis excocta sit. Et futile illud & a-  
pertile vas animum prorsus inanem ostendere profitetur, cùm dicit, Effluis a-  
mens, contemnere. Apud nostros etiam vas corpus est: Paulus enim corpus ta-  
bernaculum vocat: nam dubio procul corpus animæ receptaculum est.

## S E R M O.

**Q** uod verò monuit Pythagoras, σπίους ἐστι μάθημα τηλεοπτικόν, Plutarchus sermo-  
nem vrbanum, qui cibus est animi, in improbi hominis animum non im-  
mittendum esse interpretatur. Epictetus quoq; cùm sermonem Ägyptiorū mo-  
**B** re pro liquore, aut rore pluvio, vel vnda profluente accipiat, in minimè syncerū  
vas, ne acescat computrascat, infundendum vetat. Ad quod nimirum respe-  
xit Horatius cùm dixit: Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.

## O B L I T E R A N D A   M A L I   M E M O R I A.

**I** llud etiam ad animi significatum facit, quòd vbi ollam à cinere sustuleris, ve-  
stigium turbandum Pythagoras censet; hoc est, simulatq; deforbuerit, atque  
resederit animi tumor, mali præteriti memoriam obliterandam, & iracundiæ ve-  
stigium omne penitus tollendū, vt Plutarchus Symposiacis interpretatur. Eoç;  
diuinum præceptum facit, Sol non occidat super iram tuam.

## F E R E N D A   M A I O R V M   D I F F I C U L T A S.

**Q** uam verò ollam nuptæ nouæ postridie nuptias à matre spōsi petere iube-  
bantur, quam illa & iurgiis & convitiis asperius intortis abnegaret, insti-  
tutum ferunt apud Leptitanos Libyæ populos, vt sponsa vel ab ipso primor-  
dio socrus difficultatem patienter ferre consuesceret.

## S E R V I T I A.

**C** A Ministerio aut̄ vasa seruitutis indicia sunt: vnde apud Plautum legas de in-  
solentissimo adolescentे, qui omnes pro solutis scopis habebat: Nisi mihi  
matulam dederitis, vos habebbo pro matula. Inter enim vasa vilissimi usus lotia-  
ria sunt. Et tale aliquid apud Lucianum olfacies, πολὺ τῶν ὡδῶν μαθῆσαι σωντήν, vbi po-  
tentiorum fastum tangit ἐστι μίγγεντιον. Id vtcunq;, in diuinis quoq; lité-  
ris vasa pro seruitiis ponuntur, propter ea quòd non nisi in ministerium ali-  
quod comparantur. Hinc nonnulli quem psalmi LX locum ex Eucherio cita-  
uimus, Moab lebes spei meę, simplicius intelligentes exponunt, Moabitę ad ser-  
uitum meum sistendi sunt. Iam illud de Paulo vulgatissimum est, quem pro va-  
se, verū eo precioso, Dominus noster IESVS Christus se professus est elegi-  
se. Ita plurimū calathus hieroglyphicū est seruitutis, siue corbes, siue cophinus  
appellet. Vnde illud de Iosippo ex Psal. citat Eucherius: Manus eius ad cophi-  
num seruierunt. Nam & geruli dicuntur viri gestandis oneribus conductiti: &  
Venetiis passim foro plurimū cetario, olitorio & boario, qui operā hanc præ-  
stant, Cistæ nuncupatione accersuntur. Et quoniā cibum alibi referri ad animi  
pastum ostendimus, panemq; esse doctrinæ symbolū, duodecim illæ fragmen-  
torum corbes quæ de profusa Christi liberalitate superfuere, duodecim Apo-

# Pierii Val. Modius.

stolorum doctrinam, ut idem Eucherius sentit, indicasse videntur, quæ ne perirent accuratissimè procuratum.

## AMICITIÆ CONFIRMATIO.

**P**ocula verò vicissim porrecta, in uitationes cęp ad compotandū, amicitiæ confirmationē esse, tam nostri temporis mos est, quām antiquorū omniū institutum. Hinc apud Maronem Dido cùm Hospitali Ioui libasset, mox Bitiæ dedit, inde alij proceres ad poculum inuitati. Sed nihil pigeat temporariæ hilariæ tatis ergo Virgilianum super hoc carmen repetisse:

Hic Regina grauem gemmis aurōq; poposcit,  
Impleuitq; mero pateram, quam Belus & omnes  
A Belo soliti, tum facta silentia rectis.  
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)  
Hunc lātum Tyriisq; diem Troiaq; profectis  
Esse velis, nostrōsque huius meminisse minores.  
Adsit lātitia Bacchus dator, & bona Iuno,  
Et vos ô cætum Tyrii celebrate fauentes.  
Dixit, & in mensam laticum libauit honorem, ●  
Primāq; libato summo tenuis attigit ore.  
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit  
Spumantem pateram, & pleno se proliuit auro. Post alijs proceres.

E

In huiusmodi significatum trahunt Tantali phialam, ex qua Brachmanæ philosophi prius bibere soliti essent, quām somno indulgerēt, humore per se nunquam deficiente. Philostratus enim amicitiæ confirmandæ causa eiusmodi compotationem apud eos institutam autumat. Moris huius meminit diuus Hieronymus in veteris Instrumenti liminari pagina, sed pro phiala fontē ponit, eodem omnino significato, quo super quidam Grammaticorum proceres diutissimè concertarunt. Mihi verò videtur fontē dixisse Hieronymus, ad vim illam vberem & inexhaustam ostendendam, cùm liquor ille, veluti ex perenni fonte manare quotidie videretur. De mystico autem eius liquoris significato in Roris pluuij commentario est abundè disputatum.

F

## CONCORDIA.

**A**d amicitiæ confirmandæ significatum signa etiam veterū numorum accedunt, in quibus frequentissimè pateram exporrigi videas: vt in Orbianæ numis, quorū inscriptio est, C O N C O R D I A A V G V S T O R V M. Sed et ipsa Dea sella, patera per dexterā porrecta, lāuua duo copiæ cornua tenet. Hæc eadē sunt in numo Iuliæ Paulæ Aug. cum inscriptione, C O N C O R D I A. Sed in Sabinæ Augustæ numis, sigillum id quod sella sedet, lāuua innititur lanceæ, dextera pateram porrigit; inscriptio, C O N C O R D I A A V G.

## CLEMENTIA.

**H**æc eadem habentur in numo Antonini Augusti Piij, cuius inscriptio est CLEMENTIA A V G.

## LIBERALITAS.

**S**VNT qui patinam expansam inter hæc Ægyptiorū cōmenta liberalitatis indicium esse dicant, quod ego nusquam apud veteres, quod meminerim, obseruavi: feliciter tamen excogitatum non negarim, habere cęp cum calatho similitudinem, de quo multa superius, ybi de modio differuimus.

V B E R.

## V B E R T A S.

**A** Lijs pcluim & guttum eodem penè significato, vel etiam vbertatis significa-  
tione describunt: quæcꝝ defunctorū cippis signa huiusmodi hinc inde pa-  
sim apposita conspiciuntur, nimirum indicant iusta ritè atqꝝ liberaliter persolu-  
ta, necꝝ esse vt manes quidpiam aliud à pietate nostra desiderent. Speciem verò  
hanc antiquā esse ex pleriqꝝ veterū monumentis asserimus, sed ex ea præcipue  
sculptura, quæ mihi omniū in hoc genere pulcherrima visa est Romæ in Aſcu-  
lapij pronao, vbi sepulcrum est, à frōte cuius prima patinam & guttum, & co-  
rymbos omnibus fructuum generibus, cum pediculis & folijs suis artificiosissi-  
mè laboratis suspensos videoas, à capite verò speciosissimū candelabrum duabus  
lauris hinc inde adſitis, cum baccis et folijs suis subtili adeò arte factis, vt ad ob-  
tutum tremere & crepitū ciere videantur. In diuinis verò literis multa super ca-  
lice proponunt, quæ si omnia complecti velim, nullus vnquam erit operi finis:  
quare paucissimis contentus, satis habebo locum alijs intento digito common-  
strasse. Argumentum enim hoc totum pertinet ad Theologos.

## S V P P L I C I V M C A P I T A L E.

**B** Frequentissimum est in diuinis literis poculum aut calicem pro capitali sup-  
plicio ponere, quod inter ſanctiones suas Athenienses præcipue ſuſceperūt.  
Iudicij enim capitalibus vel cicutæ ſuccumi, vel venenum aliud ſontibus pro-  
pinabant, vt ex Socrate & alijs manifestū est. Et Psal. X V, calix pro mortis cru-  
ciatu ponit. Et Euangelijs eodem significato: Calicem quem ego bibo, vos'ne  
potestis bibere? Et: Pater, ſi fieri potest, ſummoeatur à me calix iste. Apertissi-  
mè quoque eo versu Psal. LX IIII, Quoniam calix in manu Domini vini meri  
mixtione plenus: vbi de poenarum dispensatione ferro est, vt Græci Theologi  
disputant: Dominus enim vno calice merum propinat, hoc est, amaritudinem  
ſuppliciorum. Amariora enim vino tum Catullo, tum alijs dicuntur, quæ mera-  
ciora ſunt. Altero mixtum, hoc est, aquam misericordiæ ad poenarum tempera-  
mentum, quod ſubsequentia statim verba declarant: Et effudit ex hoc in hoc.  
quamvis qui literam Hebraicam ſequi ſe profitentur, longè aliter rem exposue-  
rint. Illud autem, Calicem ſalutaris accipiam, Euthymius ita interpretatur, vt di-  
**C**cat: Quoniam tot & tam magna ſunt beneficia quæ Dominus in me contulit,  
vt nullo poſſim modo parē illi gratiam referre, ita me comparabo, vt ſi viſu ve-  
niat, animam propter amorem eius ſim audacter effusurus, quippe quovis mar-  
tyrj cruciatu emoriturus. Hinc nulla tormentorū atrocitate territus clamat he-  
ros Rotatus meus, quem tu libenter adeò legebas:

Ne me effuse crux, ne me terrete minaces

Mucrones, radijqꝝ.

Mox,

Dum carnis grando, dum ſanguinis imber inundat,

ita precabatur:

Cape prima crux

Libamenta pater, viuo hoc me flumine ab omni

Labe, & ab inceſtu mortali perlue, vt inde

Hostia pura tuas feriar mactandus ad aras.

Non igitur temerè prius in tyrannum dixerat:

Ut libet hos artus lacera, ſuſpende, trucida,

Et meus eſt hæc paſſus amor.

& huiusmodi alia.

Quanquam ſalutaris calicem & Chrysostomus & pleriqꝝ alijs aliter acceperunt,  
quod breuitatis cauſa prætero.

# Pierii Val. Cornu copiæ.

S A P I E N T I A .

**Q**uem verò tripodem aureum Græci Apollini dedicarūt, eiusq; capiti gestandum superimposuere, sapientiè hieroglyphicum esse nemo dubitarit, qui norit historiam super eo traditam: extractum quippe tripodem aureū è maiori sapientissimo adiudicatū Apollinis ipsius oraculo, cumq; mortales ad Socratem munus id detulissent, quod ei deberi publico omnium iudicio decretū esset, remisit is tripodem, & Apollini deberi, non cuipiam alteri respondit. D

## DE CORNV COPIAE.



Eliqua sunt in Onyce tuo Cornua copiæ duo, de quorum significationibus disputare superfluū videatur, propterea quòd nihil his vel vniuerso vulgo notius, quia tamē antiquorū numūm commemoratione, quæ plurimū ad hoc negociū facit, non iniucunda futura est, hanc quoq; partem nihil grauati tractare aggrediemur.

### LIBERALISSIMA BENIGNITAS.

**I**llud sanè & antiquum, & maximè celebratum est, in liberalissimæ benignitatis & largitionis effusissimæ signum Cornu copiæ figurari, quod tum in fluiorum, præsertim nauigabilium, tum in aliorum numinum manibus, vbi larga significanda sit opulentia, spectatur. Multa verò passim in numismatis eiusmodi cornua videoas, nunc liberalitatis, nunc felicitatis, nunc concordiæ, nunc pacis, nunc annonæ, nunc hilaritatis, nunc huius vel illius indicia commoditatis & boni, ut quicquid denique lœtum aut opportunum humano generi sit, inde nobis afferri videatur. In numo enim Antonini Aug. Germ. simulacrum est lœua cornu copiæ tenens, dextera verò ventilabrum cereale, cuius inscriptio est, LIBERALITAS AVG. Eadem insignia cum eadem inscriptione habentur etiam in Hadriani numis aliquot. Quem verò L. Septimius Geta Cæsar cusit, sigillum habet cum caduceo in dextera, in lœua verò Cornu copiæ, cum inscriptione, FELICITATIS TEMPORVM. Duo verò cornua semicirculum facientia vasculis sursum versus erexitis, iuxta verò mucronem inuicem colligata, habentur in Antonini Pij numis: inscriptio, FELICITAS. In alio eiusdem Antonini simulacrum est lœua Cornu copiæ gestans, dextera verò intenta face arma à pedibus strata incendit ac perdit, cum inscriptione, PAX ÆTERNA AVG. Sedcñim & clarissimæ sc̄eminae non dissimili ferè argumento numisma ta meruere, veluti Iulia Paula, cuius numum in patera citauimus, cum inscriptione, Concordiæ. Et Marcia Otacilla Seuera Aug. in numo pateram, & copiæ cornua duo præfert, cum inscriptione, CONCORDIA AVG. Eadem inscriptio in Orbianæ Aug. numo, de quo paulò antè. Sunt verò cornua hæc non aduersa, ut quæ in superiore Antonini numo pro felicitate posita sunt, sed inuicem cohærentia. F

### HILARITAS.

**C**oncordiam non immerito sequit̄ hilaritas, quare venit in mentē mihi nimus Faustinæ, in quo sigillum est quod lœua Cornu copiæ, dextera thyrsum à solo ad caput vsq; frondibus & corollis ornatum tenet, vnde sumpta inscriptionis occasio, quæ huiusmodi est, HILARITAS. In alio quodā surculum palmæ videoas à solo supra caput assurgentem, quem medium dextera Dea ipsa cōprehendit, lœua Cornu copiæ gestat: inscriptio est, HILARITAS. Non tēmerè

A merè verò vbi pax æterna, ibi cōcordia; vbi concordia, ibidem hilaritas: ex his autem oritur felicitas, quam in Vespasiani numo caduceo insignem, & Cornu copiæ ornatam videas, cum inscriptione, F E L I C I T A S P V B L I C A. Caduceusq; idem, atq; idem cornu copiæ in Traiani numo est, cum inscriptione, F E L I C I T A S A V G V S T. Horatius quoq; hilaritatem & felicitatem huiusmodi eo tempore vniuersæ Italie scribit obtigisse, quo tempore rebus ab Agrippa cōtra Cantabros, à Claudio Nerone contra Armenios optimè gestis, eo loco erat res Romana, vt ex voto omnia succederent: ideoq; vt ille ad Iccium ait,

*Aurea fruges Italiae pleno diffudit copia cornu.*

F O R T V N A A M A T O R I A .

E Rat olim Ægiræ, ea Achaiæ ciuitas est, Fortunæ idolum cum cornu copiæ, iuxta quam Amor alatus assidebat, indicio, vt Pausanias arbitrat, ea quoq; quæ ad amorē pertinent, fortuna magis quam pulchritudine secundari. Quòd verò diuitias fortunas appellant, neque incongruè, neq; nouo inuenio factum. Pausanias enim Bubalum ait omnium primum Fortunæ simulacrū Smyrneis

B effinxisse, in cuius capite polum statuerit, in altera ex manibus ἡμαλθέας κεντηληθέας, quæ nunc vulgo diuitiarum cornua nuncupamus. De polo Pindarus, qui πίχλω φρεστόλεις appellauit. Huc facere videntur οὐταχύπατη illa, de quibus meminit Aristophanes, Pluto, quæ seruorum nouitorum, cùm primum dum ingrederentur, capitibus ante focum profundeantur, dactyli quippe palmarum, numuli, legumina, carycæ, nuces, & huiusmodi bellaria conseruis omnibus impunè diripienda, quæ quidem in annuæ vbertatis omen fieri consueverunt, vel vt ipsi frugi esse meminissent. Institutū mox idem ex Theopompo dicimus fuisse, boni auspicij causa, in sponsi caput.

P O C V L A .

D Ræbuerunt autem olim cornua poculorum vsum, cùm nondum vasa exco gitata essent, vt apud Nicandri interpretes legimus: indeq; οὐράνω, quod miscere est, à cornu deductum. Siue quòd potatores taurinum quiddam assequantur, quippe animos, ferocitatē, & pugnacitatem, neq; dicto neq; facto parcant, sed vt animalia quæ cornibus prædicta sunt, ad feriendum sese paratores ostendant. Vnde Horatius dixit, ebrietatem ad prælia vel inermem trudere: eaq; de causa Bacchum taurinis cornibus insignitum aiunt. Atque hoc illud est quod conuias coronari mos fuit. Nam coronam à cornu fluxisse Comm̄etario suo, & quæ plurima ad hanc rem faciunt, ostendimus. Apud Xenophontem tamen de Græcorum reditu plerisq; locis inuenias, eos non nisi corneis poculis acceptos, quòd apud Gentes innumeratas cornua vasculorum vsum subministrarēt: quare Nicandri dictum ad historiā potius, quam ad philosophiam referendū.

C L E M E N S A N I M V S .

V Idere verò est Cornua illa copiæ nuncupata & vasa reliqua, variorum modo fructuum, modo arborum, modo herbarum plena. Quale igitur significatum habet id quod ex vase pullulat, tale aliquid insidere animo intellendum: quippe si fructiferæ oleæ ramulos inspicias, clementem animum interpreteris: si Palmam, inuictum, & victoriæ compotem: si Laurum, ab humilibus negocij, caducisq; rebus alienum, cœlestiaq; & permanura semper attentem.

Y y ij

# Pierii Val. Cornu copiæ.

ARTES DISCIPLINÆ QVE IN ANES.

**P**ari modo vasa sterilibus arboribus, & inutilibus fructibus oppleta, hieroglyphicè inanes artes, vanasq; disciplinas ostendunt. Per steriles enim & inutiles fructus in diuinis literis artes illæ intelliguntur, interprete Philone, quæ contra veritatē iusticiamq; comparantur. In quibus Medicinam in primis enumerauit, vbi non ad sanitatē, sed ad lucrum comparata sit. Cui mox oratoriā adiungit, aduocatoriā scilicet illam & mercenariam, non ad iusticiam, sed ad decipiens fallacibus suas iunculis auditores intentam. Iis Dialecticam illam comitem adhibet, quæ nihil ad mores, hoc est, ad veros animi fructus facit, vt pote quæ nugarū tantum argutijs & subtilitatibus gallinaceū lac ex illo suo copiæ cornu propinare se polliceatur, cùm tamen sit rerum omniū inanis, ollasq; tantum, vt Plutarchus de h̄sdem ipsis ait, ostentet. Inuehitur & Origenes in hos ipsos, vbi eos piscibus squama pinnisq; parentibus similes esse dicit, hæsitareq; semper in luto, nec ad aquarum superficiem, aërisq; participatum vñquam attolli: esseq; hoc genus illud piscium profanum, quod à sacris omnino repellitur.

VERA FOECUNDITAS.

**C**ornu verò copiæ verum illud est, quod ab animo qui veram profiteatur agriculturam impletur. Ea verò est quæ ab agro suo insipientiæ, intemperantiæ, iniquitatis ac formidinis arbores exciderit, ac ab radice penitus extirparit: voluptatis insuper, cupiditatis, iræ, furoris, & venenorū aliorum plantas ad ccelum vscq; porrectas ita eradicarit, vt neq; pars, necq; vestigiū earum ullum relinquitur, aut quicquam aliud quod occulta tacitaq; propagine prorepens aliquando suppullulare contendat. Cuiusmodi verò sint arbores quæ prauos indicent affectus, ostendit Horatius, cùm de spinis pluribus exemptam vnam, nihil aut parum iuuare differit. Atq; alibi,

(certemus inquit) spinas animōne ego fortius an tu  
Euellas agro, & melior sit Horatius, an res.

His inquam evulsi, earum mox loco suppullulent panganturve plantæ, quarū fructibus repletū cornu offeramus Deo, vt illud, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, quem Deus numinis sui rore fecundarit, & ad optimam frugem iussserit peruenire, de nobis dici mereamur.

**PIERIVS VALERIANVS BELLVNENSIS**  
AD MAXIME REVERENDVM PATREM LVDOICVM BEC-  
CADELLVM ARCHIEPISCOPVM RAGVSINVM, DE IIS QVAB-  
per Papyrus, Fabam, Cicerem, Arundinem, Sinapim significan-  
tur, ex sacris Aegyptiorum literis.



Um ea plurimū de causa, honoratissime pater, Venetijs omni Bellunensium hortorum meorum amænitate posthabita, substiterim, quod et tua, et aliquot aliorum præstantiū amicorum iucundissima consuetudine frui posse mihi pollicebar, accidit ut (quod ætas iam plusquam septuagenaria sponte afferre solet) modo pedum, modo stomachi imbecillitate laborare cœperim: unde coactus sum me domi, tanquam intra caueam cotinere, non ita tamen vt non omnis mea cogitatio ad vos tenderet, & qua ratione congressu vestro frui possem, assiduè cogitarem. Habebam autem ante oculos labores meos in Aegyptiacæ disciplinæ non iniucundam forsitan interpretationem, quam inter amicos impertiebar, meæ erga illos obseruantia futurum internuncium. Cumq; dies aliquot, quodnam

**A** quodnam ex his Commentarijs (id enim operi nomen) Beccadello tam præstanti viro mitterem, examinasse, visum deniq; est, Papyrus illi, Fabam, Cicerem, Arundinem, & Sinapim dedi care, quod ad eius frugalissimos mores ex amissi facere viderentur. Neminem enim sermonū eorum, qui nobiscū Patavij olim cum infeliciſimo illo adolescente, tam multū fletō, ad superos, Cosmo Cerio Phanensi, iam Præſule habitū fuerant, cūm iuuenis ille non tam Græcarum Latinarumq; literarum eruditione dubio procul admirandus, quām sanctissimorum morum & pie tatis in primis noſtræ propugnator acerrimus, tam doct̄e, tam copioſe differere conſuerat. Nam cūm de frugalitate sermo ē re nata inter nos incidisset, egoq; Papyrus in exemplum ab Aegyptijs defūpſiſsem, per quam illi victus parsimonia frugalitatemq; ſignificare ſoliti eſſent: Atqui, Cosmus inquit, quām multa ea quoq; ſunt in hanc ſententiam tum noſtrorum, tum exterritorum ducum, Regum & Imperatorum reſponſa, factāq; ſcītē & ſapienter, quæ vietus queant petulantia castigare: cuiuſmodi eſt noſtri illius, qui militibus fruſtra vinum peti reſpondit, qui bus à vicina Nili ripa liceret aquari. Quem ſecutus Pſcenius Niger, Militibus vinum identidem efflagit antibus, reſpondit: Nilum habetis & vinum queritis? Idemq; tumultuantibus hiſ qui à Sarracenis vieti fuerant, & dicentibus, Vinum non accepimus, pugnare nō poſſumus: Erubefcite, inquit: illi qui nos vincunt, aquam tantum bibunt. Cumq; nos taciti eum libenter auſcultaremus, ardore ille iuuenili, honestiſimaq; ambitione concitatus, proſecutus eſt. Quid autē Alexāder Macedo? cūm illi Regina Carum Ada, obſonia quādam exquifiſiſma, magnaq; impensa, nec minori arte & diligentia condita miſſitaret, quām ſapienter eam illuſit, quæ coquos etiam ſe miſſuram offerret, obſonia lauitora, & peritiores coquos habere ſe domi reſpondens, nocturnum quippe iter, quod prandium pararet: matutinam frugalitatem, quæ cœna inſtruueret. Unde philoſophi clarissimi dictum, nullum obſonium fame melius. Apud Max. Tyrium legas Mithecum quendam gane& magistrū Sparta eiectum, quod illi labore potius, quām per cōdimentorum lenocinia edendi deſiderium queritare. Illud præcipua memoria dignum, quod Guefacto Aegyptiorum regi Bacchoris filio accidiſſe memorant, qui licet & ipſe inductis à Rege Meni delicijs & imbutis & educatus eſſet, & ferè eneuati, generofitamen animi ſpecimen præbuit, cūm exercitū per Arabiæ ſolitudines ductaret: deficiente commeatu, coactus cibum deſpicatiſſimum quenq; mendicare, humanae neceſſitatis commoda locorum vbiq; ſatis opulenter ſuggeri perſpexit, ac Regis demum apparatibus, luxu & opulentia poſthabitis, nullo vñquam exquifiſiori condimento ex eo uſus eſt, vietu eo cōtentus qui pro locorum natura ſupeteret, parcimoniē peruixit, remq; ſacris annalibus deſcribendam Thebis in templo nō incurioſe demandauit, vt reliqui ad frugalem hanc recte uiuendi normam exemplo ſubinuitati quietius degerent. Huiuſmodi frugalitatis Cyrus Rex etiam fuſſe traditur, qui, vt apud Ammianū legitur, rogatus ab hoſpite quidnam ad prandium ſibi iuberet apparari? Nihil, inquit, quām pa nem. Hic tamen tam parcus ſibi, à Platone reprehenditur Legum III, quod non & Cambyſem filium in eadem parsimonia educandum curauerit: perinde ac Darium etiam appellat, qui ſe tantum defraudans, filium negligenter educari permiferit. De Artaxerxe, cognomento Mne mone, memorabile illud conſtat, cuius direpto in fuga quādam commeatu, cūm aridis ſicubus & hordeaceo pane vefci coactus eſſet: Dij boni, inquit, cuiuſmodi voluptatis haſtenus expers fui? Haec, inquam, vt tu quoq; meminiſſe potes, Cosmus noſter ex antiquorū historijs referebat, cūm ego circa Aegyptiacatantū inſisterem, & quam ipſi ſententiam ex rerum ſuarum uſu ſequerentur, commemorarem. Declamaueram enim vt cibum illi per Papyri figuram ſigniſcarent, cūm prisciſ illis herbæ quæque palustres, caules, & radices, quas gustu mi tates experti eſſent, vietu largè ſubministrarent, ſed omnium maximē Papyrus.

Yy iy

# Pierii Val. Papyrus.

D E P A P Y R O . V I C T V S

D



Eritò quidem pro victu Papyrus ponì solita est, tam ob cibi copiā, quām etiam ob raram quandam eius herbæ naturam. Licet enim fructus habeat infuccudos, radicem tamen eam fert, quæ, præter quod ignis gratia vellitur, summam tamen frequentissimamq; opem in re cibaria præstat. Omnes quidem incolæ, & crudam, & assam manducāt, & elixa eriam vtuntur, succo tantum deuorato, cùm alioqui manducamentū expuant. Frugalissimis enim viris, & tenui cibo contentis, satis ad alimoniam succus ille facere videbatur.

## P A R V O C O N T E N T V S .

CVm itaq; tam larga Papyrus cibi cōmoda subministraret, inde factum ut quotiens hominem paruo contentum innuere vellent, simplici quippe naturaliç; cibo vtentem, quiç; in medio positorū, vt diceret Horatius, abstemius herbis viueret, illud dictitarent:

B̄λ̄λ̄σ ḥ ναρ ρὸς ḥκ αὐτεῖ μέγαν σάχλων

hoc est, non esse vt grauiorē pleniorē aristam disquirat is, cui papyri fructus victui necessaria suppeditare potest. Neç; enim Helisæus in præbendis epulis vilis habitus, quanquam oleribus sylvestribus amicos exciperet. Inuenio traditum à Chæremone Stoico, quem Martialis, vt factionis suę maximè contrariū, eludit eo epigrammate:

Quod nimium laudas Chæremon Stoice mortem,  
Uis animum mirer, suspiciamq; tuum.  
Hanc tibi virtutem fracta facit vrceus anfa,

Et tristis nullo qui teper igne focus.

& quæ sequunt̄ calumniosa omnia.

Ægyptios olim omnibus negocij curisq; reiectis, semper in templo perstitti, rerumq; naturas, causasq; & rationes siderum contemplari assiduè solitos, mulieribus nunquā se miscuisse, nunquā cognatos & propinquos, ne liberos quidem vidisse, ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui famulari: carnibus item & vino semper abstinuisse, imò etiam hanc raro vesci solitos, ne stomachū one- rarent, quæ si quando comedenter, tunsum pariter hyssopum sumebant, vt e- scam grauiorem illius calore decoqueret: oleum tantum in oleribus nouerant. Ecquid loquar, inquit Chæremon idem, de volatilibus, cùm ouū quoq; pro car nibus vitauerint, necq; nō lac, quorum alterū carnes liquidas, alterū sanguinē es se dicebat, colore tantum mutato: Cubile eisdem ex folijs palmarū, quas βαῖas vocant, fuisse, assuetosq; bidui atq; etiam tridui inediā sustinere. Quare minimè mirum est in tanta victus parsimonia, eorum corpora, quod pleriq; autores tra- dunt, vel nullis odoribus delibuta, sponte auram suaueolentē emisisse, odora- tasq; transeuntium umbras miram inspirasse fragrantiam. Quanquam & Ale- xandri Macedonis corpus suapte vi aromaticū quid oboluisse Theophrastus asseuerat: sed forsitan in Rege cura, quod in illis negligētia, præstabat. Quid ve- rō Chæremon scripturus, si nostri generis eremitas per deserta Thebaidos, & montē Sinā inspexisset? Quid, si vniuersa interdum collegia ad durissimā cor- porum macerationē spontanea etiam supplicia, flagra, labores addidisse cognō uisset, nullumq; neç; nocte cruciatus alicuius vacuum tempus sibi permisisse? Sedenim multa Ægyptij attribuunt̄, quæ nostræ pietatis proceres præstitere, præclarāq; illa patientiæ documenta, dissimulatis nostrorum nominibus, in re- gionis

A gionis tantum, quam incolebant, laudem transtulerunt. Nec tamen Ägyptij solum, de quibus Chremone Stoicus tam multa differuit, herbis & arboru tam fructibus victitarunt, verum & gentes reliquæ, ut Porphyrius attestatur, hoc cibi genere vsæ sunt aliquandiu: primiç sacrificates, non animalia, sed herbas floresç, deinde arbores sacrificarunt, atç aromatum suffitu operati sunt, cuiusmodi sunt thymiamata apud Orpheū. Qui verò primi animalibus vesci cooperunt, penuria frugum id facere coacti perhibentur. quare luculenter simul ac eruditè Ouidius:

*At vetus illa ætas cui fecimus aurea nomen,  
Faetibus arboreis, & quas humus educat herbis  
Fortunata fuit, nec polluit ora crux.*

Quantū verò illa delectant, quæ tam eleganter Pythagoras apud eundem differit:

*Parcite mortales dapibus temerare nefandis  
Corpora, sunt fruges, sunt deducientia ramos  
Pondere poma suo, tumidæq; in vitibus vuæ:  
Sunt herbae dulces, sunt quæ mitescere flamma  
Molliri ve queant: nec nobis lacteus humor  
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.*

& quæ plurima in hanc sententiā modulañ. Quin & Græcos illos veteres, tamquam proximè Deo genitos, optimos fuisse natura, Dicæarchus Peripateticus asseuerat, nullumq; animal occidisse. Vetus autem Atheniensis cibus, ficus: Arcadū, glans: Indorū, calami: Carmanorū, palmæ: Mæotiorū Sauromatumq; mihiū: Persarū, cardamū ac terminthus, vt obseruauit Älianuſ. At Eusebius homines ferino ita victu prius ali solitos, rerū imperitię videbat adscribere, vbi dicit:

*Ἐντὸς δὲ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ ταῖς τοῖς αἰθέρω πατεῖσι φυσιν αἰνακτάτῳ, μὴ θηλεώδῃ βίᾳ οὐκτεύτως περιεργάσθω ἀδίπτος νομᾶς θεού, μηδὲ περισφερόντως τῷ περιτάκης τὸν περιεργάσθων, καὶ τὸν αὐτομάτος ἄρχοντα τὸν διεθετηταρπόντος. Homines quippe rerū principio genitos, aiunt parabili ferinoq; victu pasti soliditos, sparsimq; in pascua prodijisse, atq; graminibus quæ mitiora viderentur, cibum sibi cōparasse, atq; etiā fructus qui sponte, nulla mortalium cura culti, nascentur. Sedenim vtcunq; senserit Eusebius, fuit tamen Theologorū veterū præceptum, animantiū nullum sacrificandum, sed vscq; ad farinā & mel, terræq; fructus atq; flores. Nouit enim Deus (aiebant illi) virum pietatis veræ cultorem, etiam si minimū quodq; foliū altaribus intulisset, atq; ipsum, quantū quisq; animo, nō quantū manibus afferat, intueri. Quod verò ad carnes attinet, earum usum Porphyrius libro de Abstinētia, dicit ad salubritatē minimè cōferre, sed ei potius impedimento esse, eo argumento, quod per quæ recuperatur bona valedictio, per eadem conseruat; eam si quando amiserimus, per victimum tenuissimum, & præsertim à carnibus alienū, recipimus: per eundem igitur salubritas in incolumitate perseverat sua. Sed ne tam multa quæ ille cōscripsit in hanc sententiam cōpilem, & Chrysippi Medeam repetā, ad nostra regrediendo, quæ apud pios domi nascuntur apponā, qui quidem ipsius Dei summi prouidentia simplicē vietum, & natura ipsa prouenientē, reliquis cibis antelatū autumāt, et perinde debere nos idē approbare. Terra enim antequā Sol creatus esset, germinare iussa, cibū sobrieratis prius eduxit, q; reliquos, deliciarū atq; luxuriæ, quibus quāvis humana improbitas sit nunc vscuq; caded dedita, vt iam vnuſquisq; supra etiā vires & censum, exquisitiores vberioresq; epulas disquirat, ille tamē cibus diuino primū effusus munere, sine satu, sine semine, pductus, tam dulcis & gratus per-*

# Pierii Val. Papyrus.

mansit, ut etiam repletis distentisq; voluptati atq; vsui sit, & audius appetat, D primis deniq; mensis appositus, secundis minimè fastidiatur, atq; ita simplex di uinitatis opus humanā omnem exuperat industriam. Nostri verò temporis hel luones institutum ieunij sacrosanctū ad pietatem nihil facere arbitrantur, totq; iam voluminibus in sanctos mores inuecti, nostrā hanc viuendi temperantiam nihil antiquum sapere contendunt, muliercularumq; superstitiones esse, cùm ta men & illi ipsi veteres qui nondum veritatis lumine fuerāt irradiati, ieunia tam multis cæremonijs indixerint. Præcipuè verò Romani ieunia Cereri feruntur instituisse, M. Acilio Glabrone, P. Cornelio Scipione C O S S. post victū Antiochum Syriæ regem. Reliquum esset sanctissima tot nostræ pietatis collegia recensere, quæ vt sanctius atq; castius Deo famulentur, perpetuò sibi carnium vsu interdixere: sed quoniā hæc in omniū oculis versant, satisq; omnibus innotuere, ijs nunc præteritis, ad reliqua Papyri significata stylū direxisse præstiterit.

## A N T I Q V A P R O G E N I E S .

**C**Vm verò apud Ægyptios nihil eo cibo antiquius haberetur, factū est vt si progeniem antiquam describere vellent, papyraceum fascem pingerent: tametsi nobilitatis nullum inter ipsos discriminē habebatur, sed omnes pariter nobiles censemabantur. Herbam verò illam magna veneratione suscepit in manus, quotiescunq; dijs supplicaturi essent prætendebant, quod è limo se quoq; genitos profitebantur, atq; vnā cum ipso caule se identidem esse palustria propemodum animalia. Eoq; spectare videbatur præclarum Romanorum institutum, qui multis in rebus, tum in ea præcipuè prudentes, cùm hominem re bene gesta summis honoribus decorare instituissent, triūphales illos currus in tunica lous decernebant, idq; sapientissimè cauerant, vt ne supra modum insolescerent, à tergo esset qui, Hominē memento te esse, identidem suclamaret. ita Terullianus. Sanè Plinius maximum esse dicit victoriæ signum, cùm herba tradi, quia per eam se indicant esse de terra altrice, atq; humatione cedere. quamvis Seruius eo carmine Virgiliano,

*Et vitta comptos voluit prætendere ramos,  
aliter cx Varronis Ætij dare herbam exponat. Sanè Virgilius terream & ipse  
progeniem hominum agnouit, Lactantio ita versum eius referente:*

*Terrea progenies duris caput extulit aruis:  
quod in vulgatis exemplaribus habetur Ferrea, id quod nihil ad ea primordia,  
quæ Maro tangit. Tollenda tamen ex Lactantij codice verba sunt illa, procreata ex lapidibus, quæ quidem ex Seruij commentario, importunè sunt eò translata.  
Sed vt ad Papyru reuertamur, vel ob eam, quam retulimus causam, vel ob humiliem naturalemq; ortū, vt Diodorus ait, vel quod magis humidis quam siccis cibis vicitus humani constet alimonīa, parem sibi cum Papyro generationē existimabant.*

## S A C E R D O T I V M .

**I**Psos verò sacerdotes suos huius nobilitatis gratia papyraceis calceis insignibant, neq; eos ijs ex alia quapiam materia contextos ferre licebat, vsque adeò illa omnia euitabant, quæ vel minimam impuritatis suspicionē afferre possent. Hinc etiā apud Romanos nostros, huius puritatis ergo, Flaminicis mortuæ per se pecudis corio calceos aut soleas fieri nefas habebatur, sed aut occisæ aliqui, vt illud Homericum, ιφιληταφλιο, aut immolate, quoniam hæc maesta essent: sua verò morte extincta omnia, vetus illa superstitione funesta esse decreuerat. At qui

**A** qui etiā Assessor noster præcepit Apostolis suis ne calceamenta pedibus induceret: quod ita interpretatur Adamantius, ut ipsorum pedes, qui ad annunciatā felicissimā vitā perpetuitatē properabant, omni carerent mortalitatis indicio. Nam & Moses cūm exiret ē terra Aegypto, calceamenta ex mortuis pellibus induxerat, quibus veluti quadam mortalitate constrictus erat: cūm verò cœpit per virtutem proficere, & ad montem Dei concendere, ibiq̄ immortalibus ministrare mysterijs, tunc ei præcipit ut lora calceamenti soluat, quia locus in quo consisteret, sanctus esset: hoc est, ut indicia mortalitatis, quæ in pellicis calceis designatur, abiijceret. Quantū verò ad papyracea Aegyptiorū calceamēta pertinet, nonnulli nihil aliud inde quæsitum autumant, quām puritatis argumentū. Nam eadem de causa pietas nostra indumenta ex lino sacerdotibus imperauit, in quibus omnī ferè gentium & nationum consensus fuit: & eo vestis genere Apollonius Tyaneus semper usus est, quoniam illa vestis purior & syncerior videretur, quām vestes ex lanarum aut vellerū pollutione contextæ. Papyrus autem non tantū calceis cōficiundis commoda, verū & ad multa utensilia vasorum aptissima: quin & ad nauigia texenda, velaq̄ & tegetes, necnon vestem stragulam, ad funes ē libro cōficiendos: & nulla deniq̄ herba sit, quę tot & tam varijs modis humano consulat usui, & maiores pluresq̄ afferat utilitates.

## D E F A B A.



Aba Aegyptijs instar venerandi numinis fuit, tantaxq̄ religionis, ut eam neq̄ sererent, neq̄ comederent, quinetiam aspicere vererentur: quod Theon Grammaticus apud Plutarchum Symposiacis enarrat, & alij pleriq̄ tradidere.

## I M P R O F A N A B I L E N V M E N.

**P**Er eam velo coopertam improfanabile numen intelligi volebant: quamvis Herodotus vulgi opinionem fecutus, id ea de causa factitari solitum dicat, quod impurum adeò legumen id existimarent, ut non tactu gustu've tantum, verū etiam visu profanum haberetur.

## F V N V S L V C T V S ' V E .

**C**NAM & apud Romanos faba inter funesta recensebatur, neq̄ Diali fas erat eam tangere, neq̄ quidē nominare, putabantq̄ omnino ad mortuos pertinere: nam & lemuralibus iaciebatur laruis, & parentalibus adhibebatur sacrificijs: in flore enim eius luctus quædam inesse literæ videntur, ut Festus Pompeius attestatur. & quod ad parentalia pertinet, fabaciū epulum in funeralibus ad nostra usq̄ tempora perseverat. Sanè Varro ea de causa Flaminem ait ea non vesci, quod in eius flore literæ illæ luctus indices inueniantur. Aliorum fuit opī nō, mortuorum animas in fabis habitare: inde Pythagoras cūm percussores fureret, & in aruum fabis consitum incidisset, quā tutus ei dabatur exitus, si se in eam segetem immisisset, ab inimicis potius trucidari, quām fabas animarū conceptacula conculcare maluit.

## N E Q V I T I A E F R A E N V M .

**S**VNT qui fabam eam velo coopertam nihil aliud sibi velle disputerent, quām amouendas à manibus oculisq̄ nostris omnes nequitiæ causas, ut castiorem agamus vitam: eoq̄ spectare Pythagoricum præceptum, ut à fabulo abstineamus, quam sententiam Empedocles ita pronunciauit:

Διλοί πως διλοί κνάμως ἀρχής ξείσου.

# Pierii Val. Faba.

Ah miseri à fabulo miseri seducite dextras.

Cyamon verò, vt inquit Gellius, multi fabam intelligi voluerunt, peritiores tamen pro testiculis accipiunt, quos ita opertè ac symbolicè Pythagoras appellat, quia scilicet fabæ mollitudine sua, & ingenita quadam tumoris efficacia, humanæ genituræ vim suggerat, atq; insuper facillimæ sint corruptionis, & deniq; testiculis ipsis forma quam simillima. Idcirco Empedoclem versu illo, nō à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluvio voluisse homines auertere, quibus vcluti animi ergastulis liberati, possimus ingenio expeditiorem nauare operam.

## NEGOTIA PVBLICA DECLINANDA.

**S**Edenim Plutarchus commentario de liberis instituendis, Aristotelem secutus, abstinentum ex hoc monet à tractandis rerumpub. muneribus, quod in creandis magistratibus fabæ calculorū vice vsui essent: quem morem pleræq; ciuitates adhuc obtinēt. Romani calculis vni vident, iisq; albis aut nigris, quorum niger in comitio funestum significabat, vt aliàs Romuli morti destinatus, sed nō vsu obuenit. Aristoteles hinc opinatus est ciuiles administrationes à Pythagora improbatas, vt ex eius libro de Fabis Laërtius obseruauit, vsqueadèò omnes aliorum dictata sententiasq; suis studijs accommodare contendunt. In Sudæ collectaneis, vbi prouerbium est, necq; fabas necq; allium comedendum, fuisse morem apud antiquos legitur, vt in iudicij s fabas esitarent, ne obdormiscerent: id hodie Romæ ludis testaceis ad moræ tedium leniendum, in lupinos aqua maceratos, viliq; per gradus omnes à solis ludeis institutoribus venditatos, conuersum est. Quod verò allium admiscent adagio, notum est & allia & cæpe cibum esse militarem, dictorioq; nos admonitos, si tranquillam agere vitam velimus, necq; bellica necq; ciuilia negotia attingenda.

## CASTIMONIA.

**I**Dem tamen Plutarchus dictū Problematis aliter q; in educatione puerorum exponit: facere enim ad castimoniā leguminum abstinentiā docet, quod eos qui sanctè & immaculatè viuere curāt, pura & tenuia corpora habere oporteat, legumina verò maximè vires corporis corroborāt. Vnde institutū vt Carnæ dexæ, quam vitalibus humanis præesse veteres cōfinixerūt, pulte fabacia & larido sacrificaret, quod eo ciborū genere vires corporis egregiè roboren̄t. Constatq; calendas Iunias ea de causa Fabarias vulgo vocatas, quod sacrū institutū est à Iunio Bruto, à quo etiā mensis nōm̄. Eadem præterea tum ob ventositatē, tum ob plenioris cuiusdā nutrimenti redundantia, plurima itidem purgatione indiget, atq; ita Venerē ciere perhibet. Atqui iubet Plato sic ad sonū pfiscisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorē animis perturbationēq; afferat. Didymus Amphiaraū ait primū omnī fabis abstinuisse, quod is vaticinio per somnium vteret. impediūt enim aut obturbat fabæ somnia: ex quo etiā Pythagoricis interdictū putat, ait Cicero primo de Diuinatione, ne faba vescerent, quæ res habet inflationē magnā, ac perinde cibus is tranquillitatī mentis vera quæretis omnino cōtrarius est. Idem Didymus ait, fabas corda eorum qui eis vescant̄ habetare: sed ea primū de causa prohibitas à Pythagora suspicatur, quod lugubres illæ literæ in earū floribus obseruentur, de quibus suprà dictū. Quantū verò ad Ægyptios pertinet, decuitabat illi ea omnia quæ animā corpori pertinacius affigere possent, néve sensu voluptateq; inualescentibus eā profundius in corpus immergeret, vt Porphyrius attestat: idq; operā dabant impensissimā, vt nō vitiorū tantū effectus, verū & affectus ipsos radicitū extirparēt. Hac eadem de cau-

**A** causa D. Ioannes Nazaræus locustis tantum & agresti melle toto vîte tempore nutritus, eo simplici tenuiç cibo cōtentus, ne corpus ipsius crassioribus pulmē tis pinguefieret, & exquisitarum dapum copia grauaretur. Huiusmodi quippe naturæ corpora nostra sunt, vt escis superfluis grauia reddantur, cumq; ita cor pus aggrauatū fuerit, animā quoç ipsam, quæ per totū diffusa corpus, eius tentatur motibus, identidem onerari segnioremq; fieri necesse est. Namq; vt Sammonicus poëta dicitare solitus, à comessationū cruditate vitiato stomacho reçtos à cerebro sensus auerti manifestū est. Est & Plotini sententia, qui ventri penitus obediunt, periculum esse ne senticescāt. Sed vndénam verius sententiā huiusmodi cōquiramus, quām à diuinis literis, vbi de crassitudine animę tam multa traduntur. Illa nimirum à Deo verba emanarunt: Non permanebit sp̄ritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Porrò anima quæ peccat, crassior efficietur, cōtrà verò virtute attenuari, graciliorq; reddi fertur, virtus siquidem quicquid in ea corporeum est, abstergit & perimit, illaçq; sublata ita fæce, velut igne examinata purior efficitur. Quare Protagonis pictoris continentia nunquā sa-

**B**tis laudaueris, qui in Ialyso pingendo parcè adeò & duriter vitam duxit, vt non nisi lupinis frigida maceratis vīctitarit, qui simul famem sustinerent & sitim, neque sensus nimia dulcedine obstruerent. Dignus ille quidem propter quem Demetrius Rex Ialysum ciuitatem, cùm ab ea parte sola posset Rhodon capere, ne tabulas cremaret, non incenderit, dumq; picturæ parcit, victoriæ occasionem amiserit. Inuenies apud nostræ pietatis proceres, & fabas, & legumina reliqua tantum aqua macerata, in continentioris vītæ usum sumpta. Extat Eutychiani Pontificis ad Baeticos epistola, vbi legas, fabas tantum, & vuas, & quædam huiuscmodi ab Apostolis instituta, super altare offerri solitas.

### D E C I C E R E.



Eque illud est cōtra hieroglyphicam legem, si quis vel legumen, vel fructum aliquem nomini suo cōsonum, pro nomine ipso usurparit, lentem quippe pro Lentulo, fabam pro Fabio.

C I C E R O.

**C**Ecit enim idem Cicero, qui cùm poculum argenteum Dis esset dicaturus, prænomen ac nomen literis signauit: sed pro Ciceronis, ciceris figuram insculpsit, nihil veritus quòd iam id cognomenti verterat in cauillum, ad grauem usq; amicorum expostulationē monentium, vt ad ludibriū euitandum aliud sibi cognomen adscisceret, quod nunquam impetrare potuerunt. Cur enim ipse leguminis honorati, maximēq; utilis nuncupationē abhorret, quod honestissimis familij olim esset summa cum laude datum, vt quisq; scilicet aliquod optimè genus fereret: ita Piso, Lentulus, Fabius vocabatur.

I N C O L V M I T A S.

**S**Vnt qui per ciceris imaginem rerum indicent perennitatē, siquidē ciceri tantum nullæ bestiolæ in horreis innascuntur. quin etiam ad olerum in columitatē excogitatū sit cicerem vñā seri, propterea quòd erucas eum arcere experimēto compertum est.

A R I E S.

**A**Figuræ verò similitudine pro arietino capite ponitur, cui ferè nihil similius videas, siue eius pecoris rictum, siue tortuosam in eo cornuum reciprocationem cōtemplere: vnde optimo eius generi nomen etiam arietino, vt Plinius tradit, idq; religio perwigilio solita est adhibere.

# Pierii Val. Arundo.

M V N I F I C E N T I A.

D  
INuenies & inter Romanæ munificentia partis cicerum largitionem ab Ædi-  
libus populo erogatam, cuius rei mentionem apud Ciceronem inuenias, vbi  
Quæstores magnificenter facere potuisse dicit, si quantum in cicere expensum  
est, in alijs, quæ rem publicam adiuuarent, insumptum esset. Vnde Horatius de  
largitionibus ambitiosis:

*In cicere atq; faba bona tu perdasq; lupinis,  
Latius vt in circu spatiere, aut æneus vt stes  
Nudus agris, nudus nummis insane paternis.*

Quanquam rem omnem alij referunt ad suffragia, que per legumina ferrentur.  
In Florentina ciuitate, vt pote antiquissima Romanorū colonia vtrunc; obser-  
uaui, fabis quippe ferri suffragia, & festo D. Præcursoris die, qui apud eos ma-  
xime omnium sanctus atq; venerabilis est, ciceres à popularibus in siliquis suis  
publicè tota vrbe perfunduntur, vt omnibus esitare volentibus usui sint.

## D E A R V N D I N E.



D papyrum addere libuit arundinem, propterea quod maximam  
cum ea originis habet similitudinem: vtraque enim palustris est, ter-  
renoq; gaudet plurimum limoso, multasq; & varias afferunt morta-  
libus utilitates.

### L I T E R A E.

E  
SVnt verò plures arundinis species, ac perinde diuersa significata: sed quem-  
admodum iuncus literas significabat, propterea quod apud Ægyptios eo  
vterentur in scribendo, ita calamorum fasciculus, quibus nos utimur, eadem ra-  
tione literas indicat: vt apud Persium,

*Inq; manus chartæ nodosaq; venit arundo.*

### S A G I T T A E.

F  
ALij calami sunt longioribus internodis, læuore, proceritate, rectitudine,  
& soliditate præstantes: per hos sagittas innui, ob usum, quem his cōficien-  
dis præbent, poëtarum ferè omnium testimonis comprobatur.

### R E S I P I S C E N S.

G  
Voniam verò ex latioribus arundinibus fistulæ plurimum fieri consue-  
runt, cicutis aliquot cera compactis, Ægyptij sacerdotes fistulæ conditio-  
ne considerata, per eam hominē mente olim caput, postmodū tamen & men-  
tem & rationem adeptū, quiq; vitæ suæ modum imposuisset, significabant: ina-  
nis enim arundo mentis identidem vanitatē indicat, verum vbi iuncta spirituq;  
animata cōcentum harmonicis numeris reddere cœperit, rationis se quodam-  
modo participem effectam ostendit. Ad hæc, tanta illi vis, vt furibundum ho-  
minem composita modulatione possit in meliorem sedatioremq; mentem resti-  
tuere, cuius exemplum rei à Pythagora editum in omniū iam ore versatur: necq;  
alia de causa Mercurio adsculpebatur, quem etiam harmoniae inuētorem fuisse  
tradunt, nisi quod proprium est caduceatoris munus, in diuersum abeuntes a-  
nimis atq; dissonas voluntates, ad concordiam & concentum reuocare.

### F R A G I L I T A S.

H  
ALioqui arundo humanæ fragilitatis indicū habebat. Hinc illud apud Esaiā,  
Arundinē quassatam nō confringes, quā sententiā acutissimus Scotus ita  
dilu-

**A**dilucidat, ut ex eo debere nos miseratione prosequi peccatores admoneat. Interdum & auxilium infirmum. Esaias: Quid confidis in baculo isto arundineo Aegyptio; cui si quis incubuerit, conquassabitur, & perforabit manum eius.

## C A L A M I T A S.

**A**B eiusdem calamitatis significato illud etiam deducitur, ut per diffraictas prostratasq; arundines, ærumnæ, damna, iacturæ, & quæ miseris mortali- bus accidunt mala significantur, vocabulo inde etiā apud Latinos factō, ut huiusmodi incommoda calamitates appellantur.

## I N A N I T A S.

**V**ulgatissimum verò illud est, per arundinem inane aliquid significare: cuius rei causa magis re ipsa patet, quam verbis explicare necesse sit. Illud minime pretereundum, quod arundo in Assertoris nostri pro Rege salutati manū tradita, mysteriū fuit vani fragilisq; sceptri, super quod Gentes omnes prius innitebantur, de quo Esaias XX X V I . Ezech. X X I X . Regum I I I . 18 . Cōfidebamus enim in arundinea virga, vel Aegypti, uel Babylonis, vel cuiuscūq; alterius

**B**principatus, qui Deo contraria sentiret. Eum igitur calamum I E S V S de manibus nostris accepit, ut de illo triumphas, pro vano & inani, infimo fragiliq; bacillo validissimū firmissimūq; nobis sceptrum cōpararet. Idem Assertor noster ad inanitatem huiusmodi respexit, vbi dixit: Nunquid spectatū exiūisti arundinem vento agitatam? Psalmo L X V I I I legas: Extimula feras ex arundineto: feras aiunt interpres, leones intelligendum, propterea quod apud loben legitur, sub omni arbore dormire leonem, iuxta quā densē arundineta: esseq; leones illos rugientes, hoc est, demones, qui cubile sibi sternūt in arundineto: quippe inter eos homines dæmonem habitare, qui leues inanesq; sint, atq; etiam sterile, quos scilicet in petra firmare nequeas, vtpote qui vento vel leuissimo expositi, continuò huc & illuc agitentur dissipenturq;. Deq; eadem instabilitate dictum Psalmo altero supra L X X . Ut arundinem vento expositam.

## M E N S V R A.

**T**N numero argenteo C. Mamilij, ab una facie Mercurius cum pileo & caduceo, ab altera Mamilius ipse cum arundine & cane, qui à pedibus illi allatrat. Su-

**C**pra canem literæ, L I . M E A N . quæ omnia magistratum eius indicant, qui limitibus metandis præfectus fuerit. Arundo enim propter internodia, quæ modò pedum, modò palmorum speciem præ se quandam refert, mensuræ signum habetur. Canis fidei, quam præstare debet is, qui eiusmodi negocio præficiatur. Et à tergo Mercurius concordiam ostendit, quæ ex ipsa limitatione subsequi debet. De arundine id insuper animadvertendum est, in hanc vscq; diem aliquot Italiæ locis visitatissimam mensuram pedum circiter senum vulgo Cannam vocitari. Id etiam animaduertas in literis numo impressis, M E A N . vbi figura A. Græcæ literæ, pro T A posita est.

## S V R D I T A S.

**S**Vnt qui surditatem ostendivellint per arundinis panniculam illam densam, oblongam, teretem, grauem, villo vti sericeo præditam, ac arctissimè constipatam: eius enim flos, siue potius floccus, si aurem intrauerit, exurdat: ideoque plerisq; locis surdones vocitantur. Lanugines eas Latini pollulas appellarunt, ex quibus strata fieri consucuerunt, sed quæ nihilo secius auribus noceant,

# Pierii Val. Sinapi.

## D E S I N A P I.

D

**S**ed iam quid sibi Sinapis velit, inspiciamus; quanquam, ut verū fatear, eram partem hanc pr̄termissurus, quasi superfluam: quia postquam super Sinapi ca collegēā, quæ nostra pr̄estare poterat imbecillitas, venit in mentem mihi videre, si quid Theologi nostri, pr̄ter, quos sequimur, Gr̄ecos, ea super philosophati essent, cùm ecce primo atq; secūdo statim sermone, qui Ambrosio attribuunt, comperi, & copiose et eruditè, utile salutiferumq; ex sinapi condimentū esse confessū: quod quidem siue Ambrosij sit, siue cuiusquam alterius, dubitare coepi meum hoc, extāte illo, & fatuū & insipidū fortè omnibus appariturū. Postea cùm me collegissem, & alia me condiendi ratione usum animaduertisssem, multasq; in domo Domini mansiones esse recordarer, & nullius generis vasa iū ea esse, quæ non alicui apta usui essent, resumpsi animū, porrigente mihi manū Origene, & pudenter, ut decebat, viridia hęc ingressus, alia quædam super Sinapi, quæ Papyro tuo, clarissime Beccadelle, subiungeres, tanquam spicilegus in unum eundemq; manipulum congesta colligai. Sed illud pr̄emonebo, sinapin ab Āgyptiis positam me non inuenisse. Sacras verò nostrorum literas, Gr̄ecorumq; veterum monumenta habere multa, quæ nostra ex eo locupletare possunt hieroglyphica. Quare non temerè fecisse vius fuero, si huius quoq; graminis significationes explicuero.

## F O E C V N D I T A S.

E

**P**ræcipuum aut̄ eius est significatū, ut ex tenui admodū principio lātissimæ sit feracitatis indicium. Vnde illud Assertoris nostri dictum, Si quis habeat fidem quantum est sinapis granum unum, iussu illius montes transferri, eaque omnia fieri, que nullius conatu imaginatione effici posse videant. Exiguū est enim sinapis semen, & pusillo illud corpore scribit Athenaeus: id tamē fœcundę terræ demandatum, quam diligens & laboriosus agricola poluerit, omnium olerum maximum euadit, demumq; abit in arborem vel volucribus sustinendis idoneam. Talis quippe fœcunditas rerum ex antiquæ Theologiæ nostræ lectione feracissimè provenit, cuius quidem semina primo aspectu pusilla admodum vident, verū vbi à perito agricola sata fuerint, in immensum coalescunt, augmenturq; in arborem, in ramos, et in virgulta vndequeq; prorūpentia, in quibus aues cœli congregentur, ut in sacris habetur institutionibus. Aues igitur, hoc est, disputatores, quod interpretatur Adamantius, quippe Rethores, qui velut aues cœli leuibus pennis, verborum duntaxat elegantium nitore freti, disciplinarum excelsa prius sectari, & ardua quæq; appetere videbantur. Pennata enim Homero verba. Et per bracteatas argento columbæ pennas, sermones Dei Theologi aiunt intelligendos. Huiusmodi igitur Rethorum alites, simulac nostram in sinapin inciderint, ipsis deniq; rationibus, & rei ipsius veritate allectæ, non ingratam sibi sedem in ea delegerunt. Ex cuius quidem ramis nō admodum delicate frondescientibus, vi tamen sua consistentibus, nullus fortè loquendi decor, sed optimæ vitæ tantum ratio, quæ sola sit appetenda decerpit. Quanquam Hesychius aues loco hoc Euangelico accipi contendit pro hominibus contemplationi deditis, qui si terrena aliqua tractare necesse habuerint, hoc est, si super sinapis ramo quiescere contigerit, paulò post tamen volatu repetito, non ignauiter in sublime tollantur.

I N T E L.

## INTELLECTVS EFFICACIA.

**A** INDICAT VERÒ SEMEN ipsum (vt nos quoq; de puto nostro aliquid hauriamus) magnam altissimi intellectus efficaciam, quæ sub exili ac propemodum cōtempibili semine lectionis, vt multi putant, etiam fatuæ, delitescebat. Nam simulac semen id ori ingestum est, ac mandi cceptū, acutissimi vi saporis os omne incendit, omnemq; reliquorū ciborū fatuitatem temperat, condimētumq; omne, cui admixtū fuerit, mirificè cōmendat, commanducatū pituitā capit is purgat, perq; os egerit. Sic sacra lectio grauedinē intellectus emendat, abstergitq; vt purificatus per os, quippe per doctōrū verba, diuina possit mysteria degustare. Nam, vt ait Horatius,

*Nemo adeò ferus est, vt non mitescere posset,  
Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

Sed quid indigemus Horatio: cùm Dominus noster dicat, Scrutamini Scripturas: quas ne fastidiamus, vtpote quæ nonnullis gustu asperiores videantur (fuerunt enim qui dicerent, Durus est hic sermo) sinapis huius condimentum efficit. At lachrymas ciet, quod illi obiicit Poëta quidam, dicens:

*Séq; laceffenti fletum factura sinapis.*

**B** Sed ô dulces lachrymas, nulla salsuginis amaritudine vitiatas. Ô amoenissimâ lachrymarum vallem, ô iucundas, ô amabiles, ô semper appetendas lachrymas, si quis ita sit felix, vt lectulum vbiq; suum lachrymis irroret, eas instar panis ducat, & ad surrectæ Crucis conspectum, confixiç; in ea Seruatoris nostri lachrymulam saltem vnam aliquam expresscrit, quam videat Dominus erumpentem. Quid verò si vberiores fuerint, & donec omnis totius corporis inarescat humor, emanare non desinant? Quicunq; enim ita seminarit in lachrymis, lætissimam frugem postmodum est in exultatione demessurus. At inde nomen sinapis habet, quod olfactu luminibus officiat. Nam etymon illi ταρπά τίτιντης πασ, vt medicorum tradit disciplina. Vnde acrem, & incommodam eius naturam incessit Græcus Athenæus. Fac olus id infestum oculis, & perniciosum: nostrum, quod ex agro Domini colligimus, cor in primis exhilarat, cerebrū illustrat, oculos aperit, vt videant sicut Agar fontē aquæ viuæ: paulatim lenit, & ad ambrosij vereç; ecclœstis cibi gustum reddit idoneum: faucium asperitatem emollit, vt nullius vñquam vuæ afficiatur incommodo. Prodest etiam sine fico adhibitum

**C** auribus, vt illæ angelicæ etiam fiant harmoniæ capaces. Alopecias emendat, omnemq; pruritum extinguit, vt nullo prorsus vitio contaminatum corpus offerre Deo properemus. Contra lepras inungitur. Quid enim aliud lepra in scris monumentis, quam vitiorum fordes, malæç; consuetudinis contagiones?

## FIRMITAS DOCTRINÆ.

**Q** VID autem illud, quod semel satum difficulter extirpari potest? Nam semina simulac decidere, haud ita multò post & virent, & feracissimè pullulant: vnde doctrinæ stabilitatem, & propagationem ex eo possumus interpretari. Nam qui semel nostræ huius sinapis suavitatem gustare cœperit, ab ea nūquam amplius, tanquā Vlyssis comites à loto, auelli poterit. Pullulabit in corde quotidie caulis amoenissimus, totaç; spiritus conceptacula seminibus his cōfarcientur, necq; hunc proculcabit lupus, aut vrsus, aut rugiens leo: non effrenis equus, non taurus ferox, non dolosa vulpes in pabulum absument: non frigus aduret, non aestus desiccabit, non aratrum denique contundet: virebit in dies magis, & ad procellas & conculcationes omnium tanquam insuperabile crocum lætius proveniet.

# Pierii Val. Sinapi.

## EXPERGEOFAC TIO.

D

**A**D hæc sinapis expergefactum ac minimè somno grauatum significat intellectum: siquidem terrestris illa contra lethargos, derafo prius capite, illinitur. Noster hic sinapis mus derafo circumcisioq; cordi contra huiusmodi morbum admouetur. Quid enim aliud lethargus est, nisi somnus inexpugnabilis? Atqui quotidie vt vigilemus, vt Deo preces allegemus, suaui huius nostri pun-  
gimur acrimonia. Gustu eius scimus quando hora est de somno surgere, ne gra-  
uati eo, longæ scilicet desidiæ indormientes, obtorpeamus ignauiter. Non gal-  
li cantu, non æris tinnuli strepitu, nō vllius ortu sideris indigemus, vt mane, sed  
planè mane excitati corpus strato corripiamus, atq; tunc, & in dies septies lau-  
des Deo concinamus.

## S V B L I M I V M A P P E T I T O R.

E

**Q**Vid verò quòd per sinapis ramuscum, quem quis ore decerpit, mentem & cogitationem in sublime sese attollentem accipimus? propter præsentan-  
neam excitandi virtutem, quam in eo semine Pythagoras maximè omnium ad-  
mirabatur, qui vix illius terrestris folia degustauerat, præcipuo tamen vnum il-  
lud amore prosequebatur, quòd vim eius in sublime ferri conspiciebat, perinde  
ac si in cœlum niteretur, cùm per nares in cerebrū penetraret, omniaq; hinc pur-  
gatoria, & ad visum mentis vegetiora fieri asseueraret. Maximè itaq; studendū,  
vt cibos omnes oleris huius intinguamus pulmentario, cùm præsertim modi-  
co eius in ollam iniecto, legumina omnia, vt Democritus ait, facillimè deco-  
quantur. Agitè igitur, agitè ferculis omnibus, tam æstate quām hyeme, tam ma-  
ne quām vesperi, vel grana, uel succum eius admisceamus. Utuntur hoc liben-  
ter probi omnes, hoc Pontificiis ecclenis adhibuit assiduè Clemens V I I . Nulla  
enim vñquā vel publica vel priuata ecclena est ab eo instituta, quin nostræ huius  
sinapis agricolæ politoresq; plenis adstarent calathiscis: iucundumq; inter eos  
certamen oriretur, quis eorum id melius vel serere, vel condire didicisset. Idem  
nobis faciendum, vt noster exemplum nobis Pontifex dedit, vt ita nos neq; fa-  
mes occupet, neq; sitis etiam molestet: supra enim nectar, supra omnem, quod  
aiunt, ambrosiam cibus hic, & melle & fauo suauior, mortalibus ad vitam est o-  
mnibus profuturus.

F

**F**RANCISCO FANTONO BIDIZOIENSI,  
MEDICO SALODIANO, DE IIS QVÆ PER CÆPE  
& Hortensiæ quædam alia significantur,

EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS,  
PIERIVS VALERIANVS.



**U**antum risurus sis, Fantone doctissime super apophoreto nostro, non sum nescius,  
quippe qui odoratissima suauissimâq; citria, Salodiana scilicet, quibus nusquam  
preciosiora nascentur, à te dono acceperim: ego contrà Cæpe, alliūmq;, tam olida,  
tam insuauia tibi & Medico Salodiano redonare cogitarim, reliquorūmq; ole-  
rum corbes, quorū tu istic vel hortos integros uno asse comparare possis. Sed quid facias? non ea-  
dem sunt omnibus ingenia. Attamen si quanti hæc, qualiacunq; sint, mihi steterint noueris,  
fortè non ita vilia esse dona estimabis. Non enim cœlo nostro hæc nascentur, sed ex Ægypto in-  
tima hucvsq; magno portorio transferuntur. Neq; sperandū vt hic sata his similia renascantur,  
quia talia sunt, vt in alieno solo semina corrumpantur, vel omnino degenerent. Dices: At  
malo

**A** malo ego nostratia, sapore quorum & cognouimus, & quibus apta condimentis sint, toties experti sumus. Sed vide ne fallaris, priusquam nostrorum experimentū facias. Memineris Aegyptios olim & doctrinā, & ingenio plurimū claruisse, neq; temere ex tota Græcia viros summos doctrinæ nomine ad eos transmeasse, cùm tamen ijs capē tanti facerent, ut id numinis loco coluerint: quod à tam celebri natione factum nos minimè ridiculum existimare debeamus. Ut cunq; autem, ne hīc totam Commentarij rationem alieno loco explicandam suscipiam, ex ipso omnia loco suo videnda tibi proposui, quorū multa licet antiquitate iam obsoleuerint, solent tamen vel eruditis aliquam afferre delectationem, quæ veteres quomodocunq; tradiderint, propterea quod exquisitoribus iuniorum inuentis magis ex comparatione gaudere consueuerimus.

## D E C A E P E.



Lera igitur & sagminea quædā collecturus, ordiar à Cæpe, propter ea quod inter herbarum, bulborum, caudicū, surculorumq; genera memoriam sibi primam cæpe apud Ægyptios vendicauit: quin etiam inter hortensia eorū numina principatum prorsus obtinuit.

**B**

**E**A enim tota lunaris est: cumq; nullum apud nationem eā numen vesaniore cultu habitum fuerit quam Luna ipsa, in vnius Lunæ honorem cæpe coluerunt. Nam vt taceam quod ea dissecta multiplicem Lunæ ipsius effigiē, & quas Græci φάσαι nuncupant, omnes ostentat, siue ea curuata in cornua, siue æqua portione diuisa, siue protuberet, siue quotidiana facie varia sinuet, nunc imensa sit orbe pleno, ac repente nulla. Habet autē cæpe hoc peculiare, quod Plutarchus quarto in Hesiodum Cōmentario tradit, vt reuirescat & cōgerminet decedente paulatimq; deficiente Luna, contrā autem inarescat adolescente, quasi ipsa pro alimento corpus exponat suum. Quamvis rem lōgē aliter acceperint Pelusiotæ, qui cæpe profanum adeò existimarint, vt cibum eius pollutū esse crediderint, ideoq; mensis inferri vetuerint, propterea quod solum olerū omniū contra Lunæ aucta atq; damna vices minuendi & augendi habeat cōtrarias. Quod verò cibus tam acris tamq; veliemens in mensarū etiam delicias venerit, Socrates apud Xenophontē Philosophorū symposio, bellatorū vires acriter eam exci-

**C**tare dicit, & eius esu vino commendationē augeri, ibidē legas. Laudat cas etiā quisquis ille est Apilius, quod ad omnia cōdimenta optima sit & idonea. Quanquā Morus ille Florentinus, cognomento Nobilis, parasitorum omnium, quot sunt, quoq; fuerunt, festiuissimus, cùm cæpas Pontificiis Leonis X ccenis audiūs appeti, trucidariq; indignissimè ferret, aspera declamatione contra oleris eiusmodi esitationē invehi solitus est, impios, impuros, intestabiles eos omnes dictitare atq; reprehēdere, qui humanū corpus tā puro elementorū cādore mūditiaq; compactū ab optimo maximo numine, dignitate, facieq; sibi perq; simili fabrefactū, quod idē ipse rerū opifex sp̄iritu afflasset suo, flāmeisq; stellarū scintillis animasset, isti per spurcissimū cēparū alliū cibū, maleolenti & vsqueadē foetido putore cōtaminare, fęce tam sordida, tam profana polluere, ipsius demū sanctioris animalis animā reddere diis hominibusq; abominabilē cōniterent.

## P R O F A N V M.

**S**ed vt ad Ægyptiaca nostra revertamur, alia insuper afferē causa, cur profanū hoc apud aliquos olus habere: sed ea fabulosa, atq; ex vulgo sumpta, forsan à calūniatoribus in eius gentis irrisionē excogitata. Aiunt enim cēpis ideo

# Pierii Val. Allium, & Rapum.

non vesci Ægyptios, quia Dictys Isidis alumnus, dum has in Nili ripa enatas aue Dlere conare, in amnē decidisset, extinctusque hac inde sit memoria colique cœptus, vt olus id, quasi necis patratæ causa, profanum haberetur. Alij rem in religionē convertere, quod numen vltione ea fese improfanabile esse commonstrarit.

## L A C H R Y M A E.

ID non omiserim, apud quosdam cœpe lachrymarum hieroglyphicum fuisse, eaque de causa imperatum esse à Biante philosopho Alyatti Regi eum ad amicitiam suæ fructū amicè benevoleque accersenti, vt cœpe vesceretur. Ita enim tetricum eius philosophi dictum ferunt: ἡώ ἀλυνθή καλθύω κρόμμινα ἐσθίεται. Nam quod cœpe oculos acriter mordeant, lachrymasque vel sola contrectatione cieant, omnibus exploratum: apteque Columella lachrymosam eam vocat. Iam & Dionysius apud Aristophanem interrogatus, cur ita fleret, cœpe olfacere se respondit, & ea de causa κρόμμινα Græcis dicitur, ὅπερας μνή τὴν εἰσιτητας, quod comedentes iubeat oculorum pupillas occludere. Dantur vero remedio contra caliginē oculorum, quod eam vel olfactu purgent.

## P E R I N I M I C I T I A S I L L V S T R A T V S.

**S**I quis verò velit quempiam indicare, qui ex inimicorum obtrectationibus & iniuriis creuerit, longeque illustrior atque potentior euaserit, quo aduersaria magis vis in eum incubuerit, pro hieroglyphico surculum rosæ flore præditum, emergentem è cœpe figurabit. Experimento siquidem comprobatum est, rosas violasque iuxta cœpe vel allium satas, fragrantiores fieri: ita vnius factorem ad alterius benevolentiam conferre. Tangit rem Plutarchus, vbi ea recenset commoda & utilitates, quas consequi possumus ex suscepis inimicitiis: fieri quippe nos vigilantiores ad vitia declinanda, & ad virtutem capessendam ardenteres, atque in his omnibus maiori conatu laborare, vt quæ veram gloriam paritura sint, omni studio sollicitudineque complectamur.

## A L L I V M.

### M I L I T I A.

**V**Num tantum ex allio hieroglyphicum inueni, vt per id militiam intelligamus, propterea quod & allium & cœpe cibum esse militarem constat. Atque hinc proverbiū apud Sudam, neque alliū, neque fabas existandas, iis qui tranquillum sibi vitæ statum proposuere: per summum allium, bellica negotia dimittenda: per fabas, ciuilia non attingenda, quæ latius in Fabæ Commentario explicuimus. Sed quod ad militarem cibum attinet, Aristophanes, Equitibus, milites memorat, qui coemptis alliis & cœpis naues inscindissent. Et chorus iam antea Alantopolam incitans dixerat, Ut inalliatu strenuè magis pugnes. Neque rem tantum bellicam adiuuat allium, sed rusticæ etiam opem affert. Si quidem, vt Africanus ait, oleum in quo allium contritum fuerit, mirè prodest vitibus eo obvnectis, ne pediculos gignant: & absque oleo tritum oblitumque arborum truncis, ne ab erucis infestentur, opitulatur.

## R A P U M.

### S O L.

**A** pud Ægyptios sacerdotes veluti cœpe Lunæ, ita rapum Solis erat hieroglyphicū, numinibusque alterum, & alterum suis dedicabantur: corpus enim rapi solidū, immutabilē Solis effigiem refert: veluti cœpæ, vti dicebamus, multiplicitas illa tam multiformis tunicarum, Lunæ varietates ostendit. Sanè autores sunt rapum è plumbō dicatum olim fuisse in

**A** in templo Apollinis Delphici, quod Phœbei corporis soliditatem ostenderet.

## F V N G V S.

**F**T fungus nescio quid sapit hieroglyphicum, qui tametsi apud Ægyptios, quos sequimur, nusquam apparet, apud Græcos tamen & Latinos non illeido celebratur significato.

## REPENTE' QVID ET INSPERATO' FACTVM.

**N**Am id præcipuum fuit, estq; adhuc apud omnes hieroglyphicum fungi, vt quotiens noui aliquid præter expectationem repente factū apparuerit, fungum id dictemus. Poëtas quippe funginos, oratores, historicos, philosophos, iurisconsultos vnius tridui studio autoritatē indeptos, et quæ plurima sub Leone X. P. M. miracula vidimus, nocte vna præstantes aliquot, tanquā in Parnaso somniaffent, haberí cceptos, eoq; processum temeritatis, vt ex iis nonnulli milites etiam sibi compararint, qui non appludentibus mortem minitarentur:

*At rerum natura parens nil edere magnum,  
Spectandumq; solet, longo nisi tempore adultum.  
Ipsa etiam maiora suos animalia partus  
Iussa diu gestare, decem bos Luca per annos  
Parturit, ingentem prolem paritura, nitensq;  
Dentis ebur, decora ampla virūm, decora ampla Deorum.*

Sed vt ad funginos revertamur, proverbium est, quod de re subitaria & insperata fertur in primis, nocte vna fungum nasci. Quare apud Dionem legas, Traiani vita, fungum quendam magnum in Decebalis castris à barbaris circumlatū, Latinis etiam literis inscriptum. Literas non ponit autor, sed ex iis quæ subsecuta sunt, manifestè percipitur, admonitionis aliquid id fuisse, caendum scilicet Traiano, ne se tantis tamq; ferocibus copiis committeret: repente enim oriri sole, quod nemo vonus vnuquam expectasset. Quod vt existimem id admonet, quod in eo exercitu vociferationes etiam exaudiebantur à Buris præcipue, atq; aliis gentibus cum Romanis societate coniunctis, Traianum ad pacem hortantibus, & vt saluis rebus retrò domum abiret admonentibus.

## C F A T V I T A S.

**A** pud Plautum, Bacchidibus, fungus fatuitatis, & stupidæ admodum crudelitatis hieroglyphicum est:

*Adeon' me fuisse fungum, vt illi crederem?*

Quod quidem significatum Nicobolus eadē fabula manifestius declarat, dum se omnes quicunq; vbi vbi sunt, qui fuere, quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, bardī, buccones, blenni, anteire longè stultitia & indoctis moribus profitetur. Et prius de re nihili Chrysalus;

*Tanti est, quanti est fungus putridus.*

## D E C V C V R B I T A.

**C**V curbitam apud Ægyptios non inueni in suas literas receptā, apud alios tamen in hoc genere minimè præteritam.

**N**Am apud Onirocritas cucurbita spes inanis præfagit, vtpote quæ cùm ventricosam admodum speciem præse ferat, multumq; identidem nu-

# Pierii Val. Papauer.

trimenti polliceri videatur, illud tamen & tenuer, & nisi condimento aliquo iu- D  
uetur, egregie fatuum est.

## S A L V B R I T A S.

**N**E<sup>q</sup>z tamen cucurbitæ fautores desunt, vt qui pro salubritate ponî eam con-  
tendunt, ansa, vt puto, capta ex proverbio, κελοκωθης ὑγιεστης, quod ex Epi-  
charmo sumptum memorat Athenæus.

## D E P A P A V E R E.

**P**Apauer nonnulli inter segetes enumerât, propterea quòd Maro id Ce-  
reale dixerit: quasi non & olera, & edulia omnia terra nascentia, Cereris  
esse munera cognoscant. Ab hac igit̄ parte significata eius exordiemur.

## C E R E S.

**P**Apauer quidem Cererem, atque adeò terram omnē humano cōmercio ha-  
bitatam, hieroglyphico suo referebat: neq; quidem hoc vna tantū de cau-  
sa; orbicularis enim figura eius perinde ac terræ, protuberat vnde cunque, con-  
uallibus quibusdam veluti subsidentibus, montium quodammodo iugorumq;  
specie, locorumq; reductorum effigie: interiora deniq; folliculis quibusdam di-  
stincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluuiis, & montibus, et urbibus  
dispertiuntur. Innumera præter hæc includit semina, est & hoc terræ benignæ  
proprium. Necq; quidem hoc cibū, nisi concutiat, obtundatur, & ventiletur,  
emittit: neq; terra, nisi exaretur, farriat, vertatur, obteratur, multisq; modis excu-  
tiatur agiteturq; quicquam proficit.

## I V S T I T I A.

**P**Ropter verò rceptacula equis inter se interuallis disgregata, iustitiam, ac le-  
gumlationem, quæ Cereri attribuuntur in primis, hieroglyphicè commono-  
strat: eaq; de causa dea ipsa & legifera, & iustitiae autor appellata est: siue, vt arbi-  
trantur quidam, propterea quòd sementia penes se deposita magno cū scenore  
reddere consuerit. Sanè Virgilius & his & quæ superius dicta sunt considera-  
ratis, non immerito Cereale papauer appellauit. Sunt qui nihil, quod ad erudi-  
tionem faciat, inuestigantes, Cereale papauer à Poëta dictum autument, quòd  
Cererem in Proserpina filia conquirenda cibos sibi ex papauere confecisse tra-  
dant, quasi per somnium ea fuerit inuestiganda, quæ meræ sunt nugæ.

## V E N V S.

**A**蒲 Sicyonios Venus, vt autor est Pausanias, cum papauere in altera ex  
amanibus contento figurabatur, quod dubio procul ad seminij copiam re-  
ferendum est. Nam quantum ad amorem pertinet, in altera manu malum habe-  
batur, quo de Cōmentario suo dictum. Erat verò eius deæ statua auro eboreq;  
fabrefacta, in summo cuius vertice poculum insidebat: quod hieroglyphicum  
eò spectat, quòd maritum Græci, vel dicere velimus amatorem, potionis nomi-  
ne nuncupabant: μόρις enim vtriusq; nomen, & ωδη Platoni amor.

## A M O R.

**N**Imirum autem papauer florens amoris indicium habetur apud sortilegos,  
cuius quidem folium qui amoris periculum facere volunt, pugno super-  
ponūt, alteraç; passa manu illud allidentes, ex crepitu coniiciunt quod quære-  
bant. Explorant enim, an amantes redamentur: nam quo clamorius insonuerit,  
eo se magis amari putant: quòd si sonus oblanguerit, contemptui se habitos ar-  
bitrantur: cuius rei tum alibi, tum eo loco meminit Theocritus:

A Σὲ δὲ πηλέοις ἀπό μαξάντες τὸν πάχειαν μαρανθεῖσαν  
quod uno dici potest versu: Nec supercūffo crepuerere papauerera pugno.

## GENTE S.

**H**VMANI verò generis hieroglyphicum præ se ferre videtur, non ex iis tantum quæ superius de granorum dissepimentis dicta sunt, sed ex eo etiam constat, quod compitalibus, quæ in compitis Laræ, siue Larundæ, vel Maniæ Larum matri siebant, humana capita sacrificabantur. Sed Iunius Brutus consul sacrificij genus abominabile & abhorrendum, suppositis puerorum loco, allij papauerisq; capitibus, celebrandum instituit.

## C A P I T A.

**E**ST enim illud haud obscurum papaueris significatū, vt omnino capitis hieroglyphicum habeatur, adeò nullus olerum fructus insigniore capitis honore conspicuus est: fortè vastior fructus cinaræ, sed aut spinarum, aut integumentorum, quibus confertim circumuallatur, asperitate horridior, cum papaueris & lœuore delicatus, & Regia corona redimitus, maiestatem quandam præ se ferat. Iam & apud interpretes Theocriti μάκρη λέγεται ἡ καφαλή. Sed mihi videtur lo-

B cus potius ex historia desumptus, vbi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum inambulans, nullo responso dato ei nuncio quē Sextus eius filius, quid sibi agendum in Gabios esset sciscitatū miserat, tantum baculo eminentiora papauerum capita decutiebat. Ex quo Sextus intellexit, proceres populi paulatim summouendos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, à quibus oriundi Tarquinij. Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum per fidum nuncium Thrasylbum Milesium consuluisset, quanam arte, quā ve vi sibi principatū stabilire posset, nullum ab eo responsum accepisse: vi disse enim se tantum nuncius memorabat, eum in campum triticeæ segetis ingressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atque ita Periandrum instratum, capitibus ciuitatis cæde & exilio sublati, tyrannidem occupasse.

## D E V E R B E N A.

**C** Apitis, qd in papauere est, significatū, verbenę reminisci facit, in qua de capite identidē nō incuriosa & nunc est, & olim fuit inuestigatio.

## C A P I T A D E O R V M.

**V**Erbenarum fasciculi puluinariib; dicati, Deos apud veteres significabat. Struppos eos vocitabant. Erat verò mos olim dona eiusmodi Deorum capita nuncupare. Sanè apud Tusculanos fasciculus, vel corona herbacea imposta puluinari Castoris, struppum vocabatur. Alij struppum idem quod strophium intellexerunt. Vnde apud Faliscos struppearia nuncupabatur festa, quibus ambulabant coronati. Atteius Philologus Græcum esse vocabulum struppum putat, quippe στρόφιον, & insigne fuisse, quod sacerdotes in capite ornando gestarent, siue ea corona esset, siue aliud gestaminis pro corona: de quo videndus Festus, sed in codicibus emendatis.

## D I V I P RÆ C V R S O R I S C A P V T.

**N**ON temerè verò in nostram usq; diem mos plerisq; Italiæ ciuitatibus perdurauit, vnā è verbenis speciem, eāq; & grandiorē & odoratiorem in D. Ioannis Precursoris memoriā celebrare. Herba enim ea lato folio est, crispatoq;, aspera admodum lanugine, coloris cineritij, multis scissuris corrugato, acutissimi odoris ac periucundi, caule præalto, ramoso, quadrangulari, puniceis floribus ad buglossæ prop̄modum similitudinē condensatis, intra quorum caliccs

# Pierii Val. Verbena & Filix.

grana quatuor singulis, veluti panici papauerisve reperiuntur, quibus excussis per Diculum pars adiuncta remanet, quasi quædam macilenti capitum effigies, id est D. Ioannis caput vulgus dictitat, herbamque eius nomini dicatam, non sine pietatis ostentatione puluinaribus imponit, eademque priuatarum edium ianuas parietes que ornat, tanquam amuletum sit minimè contemnendum. Nec me latet verbenas pro quibuscunque sagminibus in sacris acceptas, & coronationum ritibus herbas quascunque à Capitolio decerptas, pro verbenis habitas: ipsam autem verbenam multis à Dioscoride nominibus appellatam, & quæ super ea plurimi ætate nostra conscripsere, quæ hinc repeterem superfluum esset.

N O V A N V P T A .

**Q**uia verò puellam pinguit verbenam sub amiculum occultantem hieroglyphicam huiusmodi nouam nuptam significare tradunt. Siquidem mos erat nuptiarum sacro faciendo, ut noua nupta corollam de verbenæ floribus à se lectis sub amiculo gestaret. Sunt & alij verbenæ siue verbenacæ, vslus, aliis atque aliis antiquorum cæremoniis, magicis etiam elusionibus accommodati: sed nos ea tantum delibamus, quæ ad alicuius hieroglyphici significationem pertinent.

## D E F I L I C E . V O L A T V S .

E

 Illyx quoniā Struthiocameli pennis assimilatur, sunt qui volatū per herbam cam figurare coeperint, quod mihi non vsquequamq; approbatur. Nam licet unaquæque penna volatus hieroglyphicū sit, instrumentumque eius rei proprium, cum tamen manifestum sit Struthiocamelū ex omnibus alitib. vnu, ob vasti corporis molē, vix posse sese humo attolere, alis verò vt ad cursum tantū adiuuandū, congruū mihi non videt ab eo significatū id desumere, quod ipse sibi natura repugnante præstare minimè possit. Sed de Struthiocamelo satis inter alitū significata. Id de filice proditum, non Struthiocameli tantū causa herbam eam Pteryga vocari à Græcis, sed quod in vniuersum foliū eius sit pennis alitū simile: de quo & Dioscorides & alij plura.

S E C V R I T A S .

**M**agis autem placet illud quod securitatē per filicis hieroglyphicū indicari quidam memoriae prodiderūt, propterea quod eius herbæ odor serpentes fugat, animantiū quippe genus omnino perniciosum: eaq; præcipue de causa rusticī eiusmodi foliis grabatos suos farcire consuesse, vt interpretes Theocriti tradiderunt.

O D I A C A P I T A L I A .

**I**de etiā est filicis hieroglyphicū, vt arundini adalligata capitales indicet inimicitias: adeò em̄ inter se dissidēt, vt altera alterā enecet, coronē modo circundata, vulneribusque alterius stirpe factis, cōtusa altera & imposita efficacissimè mendatur. De quibus ita Celsus: Pessima ex surculis arundo est, quia aspera: eadēque offensa etiā in filice est, sed vsu cognitū est, vtrāq; aduersus alterā medicamentum esse, si cōtrita superimponat. De dissensione ita Plinius: Filices aiunt nō renasci arundine seetas, aut exaratas arundine vomeri imposta: similiter & arundinem exarari vomeri imposta filice præcipiunt. Quod verò ad supradictam pertinet medicinam, apud eundem lib. XXIII. cap. XI. eadem quæ Celsus tradit, legas.

## D E A B S I N T H I O .

 Vid sibi vellet Absinthium de fauo mellis enatum, in Apis Comentario Lucretianum secuti carmen indicauimus: nunc quid simplex sibi velit, exponamus.

S A L V .

## A SALVTIFERA CASTIGATIO.

**S**ignificat enim graminis huius hieroglyphicum obiurgationē, quæ cuipiā salutē attulerit, qua scilicet increpitus qui tota aberrabat via, prolapsus in scelerū voraginē, in meliore mox regressus semitā, abiectis à se vitiis, vitā inde degat inculpabilem. Amarissimum est enim absinthiū gustu, perinde ac obiurgationes vnicuiq; videntur acerbē, sed si haustū non reuomatur, omnē perpurgat intestinorū fēcem: contrā verò mel, quæ placidæ sunt adulations, bilem auget. Dicit enim Horatius ex medicorū dictatis, Dulcia se in bilem vertūt, ideoq; hominē in morbi alicuius incōmodum trahūt: qua de re satis in Ceruo, qui fistulæ sonantis adulazione deceptus, venatoris iaculum in se directū minus aduertit.

## S A C E R D O T I V M .

**E**Rat verò absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, sacerdotum Isiacorum gestamen: huius enim ramum illi præferre solenne habebat oleaginorum ramorum loco, ut apud Dioscoridem lib. IIII. Quod verò Seriphium absinthium, quod & marinū dicitur, autor idem, necq; non Plinius aiunt B Taphosirī in Ægypto lætissimè provenire. Taphosirin urbem Stephanus ideo dictam ait, quod ibi sepultus sit Osiris.

## S A N I T A S.

**Q**uod verò poculum absinthiū quadrigarum agitatoribus propinatū legas, indicat id Latinarum victorem: his enim feriis qui quadrigis vicerat, absinthium in Capitolio bibebat: idq; maiores nostri sanitatem interpretabantur, quod magni satis præmij loco dare se profitebantur.

## H Y S S O P V S.

## E L V T I O.



Yssopus in diuinis literis hieroglyphicū est gratiæ spiritalis, per quā inquinati labe aliqua eluimur. Eius aspergine mundatur quoddam lepræ genus. Lepra passim humana delicta significat, siue peccatorum maculas appellare libeat. Hinc apud Psalmographum, Asperges me Domine hyssopo, & mūdabor, habetur. Eucherius eam pro humilitatis patientięq; hieroglyphico ponit, propterea quod humilis admodum herba est, & lapidi, cui nascendo adherescit, adstricta: cuius radices saxum etiam dicuntur penetrare. Ipsa verò præcipue pulmones curat. In pulmone sedem habere dicitur superbia, in quo scilicet tumor, & anhelitus. Cicero de natura Deorum: In pulmonibus inest raritas ad hauriendum spiritum aptissima. Quod verò spiritus pro superbia vel animi elatione ponatur, idem oratione pro P. Sylla: Res gestæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi nescio quos spiritus attulerunt. Ibi autem apertius: Nunc Capuæ Campano præsidio ac regio spiritu cùm vide rem, Blosios illos mihi videbar videre, ac lubellios.

## D E A S P A R A G O.

## EX ASPERITATE S V A V I T A S.

**M**ite aliquid & lene, quod ex aspera duraq; re proveniret, significare qui vellent, hieroglyphicum Asparagi faciebant, surculum quippe iam maturum & seminibus instructum. Nam spina est, quæ semen illud fert, quo sato molles inde asparagi succidantur. In Beocotia sanè qui nouam nuptam comebant ornabantq; eam spinoso asparagi frutice coronabāt, quoniam, ut apud Plutarchum est de Coniugali vita, suauissimū ille fructum de asperrima spina producit. Sic vxor viro primā illius asperitatē ac duri-

# Pierii Val. Capparis, & Mandragora.

tiam minus aspernanti, dulcem postmodo & suauem convictum præbet. Qui verò, vt idem Plutarchus, primas virginum rixas ferre nequeunt, similes profectò sunt iis, qui prima vuarum acerbitate offensi, eas etiam cùm maturuerint, abhorrent.

## C I T O' C O N F E C T V M.

**A**Tq̄ hæc de spina. Teneriores verò coliculi significatum habent rei quamocysimè paratæ, vel ipsius Augusti dicterio, cui frequentissimū illud erat dicere, Citius quām asparagi coquantur, cùm quid momento minimo properatum innuere volebat. Ita illud apud Dioscoridem animaduertendum, ἐπ' ὀλίγος ἔμβολος, quod in antiquissimæ traductionis codice, Latina quidem phrasī, sed literis Longobardicis scripto, quem perlegi Florentiæ, quemq; Marcellus translationis suæ ducem habuit, breui coctura elixum, legitur. Philemon Comicus, vicitantibus asparago, perinde ac thymo etiam ac cappari, extenuationem corporum videtur exprobrare, vbi ruralis parsimoniæ penitentem virum in scenam producit, querentem scilicet quòd rus, vt medici, conuenientia egrotis tantum esculenta subministret. Addit illud:

τὰ περιγένεα τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πάχεια,  
δίκρως, ἀσπαράγους, αὐτὰς τὰ γέδοντα  
μὴ λιπεῖτε διὰ γανόντων με τοιότοις νεκρότας.

quorum versuum hic est sensus: Atque per Iouem

Innata petris obsoniola capparim,  
Thymumq; & asparagum, & alia huiusmodi,  
Quām vereor, extenuatione præ nimia,  
Ne me cadauer exanimum humi deferant.

Quòd verò Philemon τὰ περιγένεα dicit, vide apud Dioscoridem quoq; in petros nasci asparagum, nulla facta de satiuo, quo nunc plurimū vtimur, mentione.

## D E C A P P A R I.



Ed quod ad Capparim attinet, ad hanc Philemonis sententiam facit Dioscoridis locus, qui eam nulli rei dixit esse utilem, nempe adeò tenue esse nutrimentum eius, vt nullam afferat utilitatem.

## D E M A N D R A G O R A.



Vita super Mandragora dicenda essent, sed ea vel insuauia, vel abhorrenda: quare in iis quæ humano generi perniciem afferunt, temperamentu vtendum est, quoniam etiam nescire quædam inter virtutes reponi solet.

## S O M N I C V L O S V S.

**I**D omnino non dissimulabimus, somniculosum hominem per id genus herbam significari, propterea quòd vis eius media est inter venenū & soporem. Nam si quis vinum ea medicauerit, bibentem in profundum adeò somnum iniiciet, vt expirasse credatur, memorabili Annibalis exemplo, qui missus à Carthaginensibus in Afros qui rebellauerant, non ignarus ille gentem esse vini audiā, magnum eius modum mandragora permiscuit, mox leui cum eis commisso prælio ex industria cessit, nocte inde intempesta relictis intra castra quibusdam sarcinis, & eo vino quod infecerat, fugā simulauit: cūmque Barbari occupatis castris gaudio effusi medicatum vinum hausissent, iaceréntque strati defunctorum in modum, reuersus Annibal nullo negocio eos trucidauit. Rem Fron-

E

F

**A** Fronto exemplis suis adiecit. Quod verò ponit historia vinosos Afros, Cypriani quoque de Afrorum suorum bibacitate multa conqueritur, quæ propemodo dum iam, ut nunc apud Germanos, in ciuilium laudum locum irrepserit. De soporifera verò Mandragoræ vi Medici multa tradidere, idq; præcipue, quod plurimus & efficacissimus est eius usus in soporandis iis, qui vel invrendi vel secandi sunt: altissimum enim per quatuor fermè horas somnum, potionē ita medicata exhausta, perseuerare, ut neq; ignem neque ferrum sentiant.

## A M A T O R I V M .

**P**roposui de veneficiis à mandragora nihil me dicturum, præsertim ea quæ pertinet ad amatoria, de quibus aliquid omnino habetur in sacris literis: sed nunc maioris illud curæ precium esse duco, ut radicis eius figuram, non temerè tam insignem à Deo, siue à natura, ducente Deo, conformatā, enarrem: cuius altera est virili specie, capite capillamento veluti quodam vnde cunque coperto, pube etiam densissimis radicularum filis pudenda virilia cooperiente. Altera fœminina, iisdem velamentis, si quis curiosius rem ipsam inspectare voluerit, naturæ miraculum occultantibus, quotidiani testimoniis veritatem ipsam comprobabitibus.

**B** Quod miror à quibusdam tam pertinaciter negari, cum præsertim vulgatum sit, Pythagorā herbam hanc *αἰθέρωδημοφόν* appellasse, quo vocabulo nihil manifestius ad humani corporis formam exprimendam. Sed, si Deo placet, Pythagoram isti dicunt mysticum aliquid per id nominis intellectus, eam quippe Philosophi locutionem ad poma ea spectare, quæ putat non nulli Melenzanas esse, quod ovalis figure sint, ac perinde testibus assimilentur. Leuis hæc est coniectura, siquidem *αἴθερπτ* vtriusq; generis vocabulum est, testiculi verò forma ad marem tantum pertinet. Sed quod arbitrari videatur Hermolaus Barbarus, vir vnde cunque doctissimus, Melenzana apud Ligures quasi mala insana dici, quam quidem coniecturam, ut inferius apparebit, puto eum ex Columella desumpsisse, cur nō ab amaro potius, quo, nisi conditatur, egredi prædicta sunt, dici ea arbitremur: quod quidem proprius ad Ligustici vocabuli simplicitatem accedit, qui Marezanas eas vocant. Cæterum cum Dioscorides & reliqui medici hanc & aliam Mandragoræ speciem frequenti usum ptam inter venena connumerent, Marezana verò, quæ totius littoralis Ligurię

**C** tractu modò recentia in iusculentis, modò condita aceto fœniculeq; superinsperso, in acetariis & frequenter & copiose anno toto estur, nihil afferunt incommodi, sed & grata gustui, & corpori salubria sunt, nullo mihi pacto videntur inter mandragoras recensenda. Ad hæc cum Dioscorides mandragoræ poma oui vitelli similia dicat, auellanæ nucis alij, Marezana nihil habent quo vel ouorum vitellis, vel id genus nucibus æquiparari possint, imò totius oui speciem & magnitudinem præ se ferunt, plerunque iis etiam grandiora, eò dissimilia, quod punicei coloris fimbriis, ab ea parte quæ Soli exposita est, nō sine spectantium applausu & oblectatione dispescuntur, cumq; valde maturuerint, totæ puniceæ fiunt, parte à Sole tacta semper densius colorata. Sed ut ad formam radicis quæ verè mandragora dicitur, revertamur, id etiam miror, cur vna cum Pythagora Columellam etiam nihil pendant, qui Pythagoricam secutus nuncupationem, ita super ea canit:

*Quamvis semihominis vesano gramine facta*

*Mandragoræ pariat flores, mæstamq; cicutam.*

Quod verò Columella vesano gramine posuit, ad herbæ vim respexit, quæ ali-

# Pierii Val. Bulbi.

ter & morion dicitur: ea enim, vt Medici tradidere, drachmæ vnius pondere, D vel in polenta, vel esculentis aliis data, fatuitatem inducit. Eucherius super hac, Genesi, nihil aliud dicit, nisi mandragoram genus pomi esse paruo peponi similimum, quæ quidem forma ad Ligustica, quæ dicebamus Amarezana, proximè accederet, nisi obstarent reliqua veneno super tradita.

## L A E T I T I A.

**S**ed ut mandragoram ab omni absoluamus ignominia, Xenophon eam pro slætitiae argumento citat, apud quem Symposium Socrates ait, vinū non aliter mcerori mederi, quām mandragora hominibus: lætitiamq; non aliter excitare, quām oleum inspersum igni flammā. Porrò si mandragora venenum esset, aut mansa incōmodum aliquod afferret, cur x x x Geneseos Ruben triticeę messis tempore in agrum exierit mandragoras reperturus, quas ad Liam matrē suam deferret, & Rachel explorata re petierit à sorore, vt in eiusmodi plātæ participatum admitteretur: cui Lia responderit, Parūmne tibi videtur, quōd maritum mihi præripueris, nisi mandragoras etiā filij mei industria conquisitas tibi vendicare cogites? & quæ de nocte mox pacta sequuntur mandragoræ precio concessa. Vnde suspicari possum, apud scriptores nostros parum de mandragoralib; quere, antiquissimumq; eius usum & utilitatem esse temporibus nostris incognitā. Quod verò manifestissimum est, prisco illi seculo, ex historia sacra, cibum omnium preciosissimum fuisse apparet: nostro autem tempore, si ea Ligustica Amarezana est, cùm tot condimentis inferuiat, & olerum omnium per vniuersum annum sit usitatissima, faceſſere iuſſerim eos qui eam infamem imaginantur. Sed qui plura super ea quæſierit, ad Plinium se conferat, lib. x x v. cap. x i.

## D E B V L B I S. N V P T I A E.

 **V**nt qui nuptias, atq; maritalem copulam (ita enim Græci γάμος intellegunt) per hieroglyphicū Bulbi significari vclint: eo enim plurimū veteres vtebātur ad languentem Venerem excitandam. Et viri in nouis nuptiis prima die, autore Varrone de vita Patrum, bulbos comedebant. Hinc illud apud Martialem facetè dictum:

*Cum sit anus coniux, & sint tibi mortua membra,  
Nil aliud bulbis quām satur esse potes.*

Sed hoc Martialis ex Aristophane desumpsisse videtur, vbi iuuenis, Concionatricibus, à duabus vetulis distractus, quærerit ab eis, quanam possit ratione duo eodem tempore nauigia agitare: respondet vna, Postquam bulborū ollam devoraueris. Docet verò M. Varro bulbos aqua decoquere ad usum Veneris. Apitius addit nucleos pineos, & semen erucæ cum pipere.

## D E C I C V T A.

 **E**d quoniam nequitiæ satis vbiq; est, longè utilius fore existimo, si quæ ad ardorem Veneris potius extinguendum proponantur, quām quæ lasciuiam souere doceant, commemoremus.

## C A S T I M O N I A.

**C**icutam nonnulli pro hieroglyphico castimoniac posuere. Causam ego eam esse crediderim, quod si eius herbæ succo testes illinantur, Venus cohibetur, præcipueq; οὐ πονεῖται, quæ scilicet per somnium accident Veneris imaginationes compescuntur.

## S V P P L I C I V M.

**A** V Bi vasa quædam, quid sibi quæc<sup>z</sup> velint, recensuimus, incidimus in calicē, eumq<sup>z</sup> non alia de causa supplicij de aliquo sumpti hieroglyphicum esse docuimus, nisi ob cicutæ succum, qui sōntibus capite damnatis propinari solitus esset, idq<sup>z</sup> præcipue Atheniensium instituto; ibi<sup>z</sup> de calice in sacris etiam litteris differuimus.

## D E R V T A. C A S T I M O N I A.



Adem ratione Ruta quoq<sup>z</sup> hieroglyphicum est castimoniæ, qua ciuta, diuersa tamen naturæ vi: illa, quia plurimūm refrigerat: hæc, quia supra modum exiccat: atq<sup>z</sup>, vt Dioscorides tradit, genituram in potu ciboq<sup>z</sup> extinguit ruta. Theophrastus ob siccitatem indurare, & ob caliditatem exurere dicit. Vt cunctq<sup>z</sup>, ita Ouidius:

*Utilius summas acuentes lumina rutas,*

*Et quicquid Veneri corpora nostra negat.*

**B** Est & magis arcana causa, quām siccitas caliditasve nimia, quæ rutam contingen-  
tioris vitæ hieroglyphicum esse iusserit. Nam cùm serpens, vt suo loco dictum,  
voluptariæ nequitie signum sit, ruta nimirum cùm tota sit serpentibus aduersa-  
ria, eosq<sup>z</sup> vel odore fuget suo, vt pleriq<sup>z</sup> veterum tradidere, quanquam vim eam  
inesse vni sylvestri tradunt, meritò pro castimonia ponitur. Ad id porrò quod  
acuere lumina dicit Ouidius, Apuleius rorem eius herbæ matutinum prodesse  
tradit, vel cùm matutinò maduertit succos in hūc vsum colligendos. Atq<sup>z</sup> alibi,  
roscide folia decocta in vasculo vitro decoquēda, vino veteri admixto, atq<sup>z</sup> ita  
inungendum. Cur verò serpentes rutam exhorrescant, causam eam philosophi  
commiscuntur, quod serpentes frigiditate siccitatēq<sup>z</sup> sint præcipua præditi,  
vnde non immeritò terrarum orbis per serpentis effigiem ostendatur. Siccum  
enim & frigidum est elementum terræ, & Saturno anguis, vt alibi dictū, in ma-  
nu statuitur, cuius sidus & frigiditate & siccitate censi autumant Astronomi.  
Ruta verò quamvis calida admodum, ipsa tamen siccitate longè præstat, adeò  
vt affluentiori quadam ariditatis vi apta sit ad simile corrumpendū, eodem mo-  
do quo Proclus non aliam ob causam galli cantum leonibus horrore esse putat,

**C** nisi quia solaris virtus vtricq<sup>z</sup> insita sit animali, sed longè præstantius gallo, quām  
leoni. Neq<sup>z</sup> dissimulanda est vis rutæ prorsus admiranda, quæ non serpentes  
tantūm fuget, verūm etiam feles (ita foinas nonnulli vocant, de qua loco suo in  
Æluro) prohibeat ne adrepant, si eius herbæ ramuli in columbariū senestrīs &  
ingressibus alijs suspensi fuerint, traditum à Florentino in Constantini Cæsaris  
collectaneis. Quod verò venenis ruta resistat, mustelæ sunt documento, quæ cū  
serpentibus dimicaturæ, cibo eius armantur, vnde eam à nonnullis viperalem  
appellari, tradidit Apuleius. Et Mithridaticum illud aduersus venena medica-  
mentum nulli iam non innotuit: regem quippe Ponti Mithridatem cùm fratribus  
sui timeret insidias, rutæ folia x x. cum duabus nucibus iuglandibus, & toti-  
dem carycis, admixto salis grano, ieunum quotidie accepisse.

## D E C O N I Z A.

## A B L I G V R I T O R.



Egypti sacerdotes hominē qui bona sua abligurisset, & vt Horatius  
diceret, paternas maternasq<sup>z</sup> res fortiter absumplisset, significare si vel-

Aaa ij

# Pierii Val. Coniza.

lent pecudes caprás ve conizam depascentes, pro hieroglyphico facere consue- D  
runt: siquidem constat animalia ea quæ coniza vescuntur, insatiabili inde siti  
confecta deficere. Quoniam verò peculum Ägyptiorum ferè omne in gregi-  
bus constabat, vnde vniuersa ea gens pastores à nonnullis in opprobrium vo-  
cata (quanquam, vt alibi diximus, sacerdotes eorum, quiq; sacro cuipiam ini-  
tiati essent, pastores ita abominabantur, vt ne alloqui quidem eos fas putarent)  
notum ex historia sacra, cùm Pharao coloniam Iosippi parentibus & fratribus  
indulgere meditaretur, non admittendos in Ägyptiorū cōmercia censuit, quia  
Iosippus industriam eorum omnem in armentis esse cōfessus erat, eos tamen &  
commodè & liberaliter, opportunō feracissimoq; loco, seorsum à suorum con-  
fortio habitare iussit. Vt cunque autem, censum Ägyptiorum per oves aut ca-  
pras exprimere moris erat.

## A M A T Æ R E I D E S E R T O R.

S Edenim quæ vis herbæ eius esset in polypos, curq; hominē amata relinque-  
re pernicem, subito tamen eventu aliquo abalienatum, per conizam admo-  
tam Polypo, sacerdotes ipsi cōmonstrare soliti essent, in Polypi cōmentario in-  
ter pisces enarratum est. Exigere verò res mihi videtur, vt quoniam de coniza  
sæpe mentionem facere continget, super ea loco hoc quedam aperire, quæ apud  
autores tam Græcos quām Latinos variè tradita sunt, atq; ea quidem perplexè  
admodum. Origanum herba est vulgò nota Romæ, atq; aliis vniuersæ Italiz  
locis, ὄργανον Græcè, Cunila plurimum Latinè dicta, quam, vtpote præcipuè suam,  
Ligures littorales Cornabuliam vocant, putri, vt prouerbio fertur, aptissimam  
saltamento: nomen ab ea specie sumptum, quæ Cunila bubula appellatur. Cæ-  
terum cùm permultæ eius species ab autoribus referant, eademq; variis cognoscen-  
tis appellebantur, diligētiori cura ad Medicos delegata, satis nos habituri sumus,  
si Cunilam bubulam eam acceperimus, quæ Origani species est, quam à testu-  
dine cùm ea viperam ederit, ad incolumitatem carpi dicit Aristoteles, & ab eo  
Plutarchus. Apud Pliniū legas, contra serpentes priuatim in vino bibi, quæ Cu-  
nila bubula appellatur. Apud Aristotelem, ciconiæ cùm vulnus acceperint (eas  
enim cum serpentibus assidue dimicare cognitum) origanū plagæ imponunt.  
Theodorus Gaza, vir accuratissimus, origanum libenter cunilam vocat: alicu- F  
bi pulicarem, quia pulices necat, stratis supposita, strataq; sub lecticis. Cunilam  
hanc nostratem Satureiam à rusticis vocari, tradit libro x Columella. Horum  
testimonia fuerunt adducenda, quia sunt nonnulli, qui Cunilam bubulam ean-  
dem & origanum esse pertinacius negant. Addam & illud, cùm inter tres præci-  
puas origani species Onites connumeretur, doctissimos ætate nostra viros de  
hac non parum dubitare, eamq; sibi incognitam ingenuè profiteri. Nostrī Bel-  
lunenses agrestem quandam origani speciem vulgò provenientem, caule, foliis  
& floribus grandioribus, odore tantum nō vsquequacq; suaui, sed vastiore, pu-  
lchrum asinīnum vocant, quæ nimirū Cunila bubula est, quæ in Liguribus Cor-  
nabulia, & eodem apud nos vsu, quo apud Ligures, saltamentis inspersa. Puta-  
rim verò Onitis vocabulum ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, qui asinus est, cōmodissimè deductum.  
De formicis verò nostræ huius odore fugatis, experimentum ipse feci, quod ad  
biduum post insersionem efficaciter successit, vt locum omnino desereret. Ne  
verò cuipiam mirum adeò videatur graminis huic eam inesse vim, Ambrosius  
herbam quandam memorat, Gillam appellatam, cuius folia turtur nidis suis ex-  
cluso

**A**cluso fœtu superiaciat, eoç pacto pullos à luporū incursu deprædationeç tutetur: lupus enim folium eiusmodi usque ad fugam abhorret. Leopardus verò allium ita sibi sentit abominabile atq; contrarium, vt si quis eo locū, vbi ille morari sit solitus, confricucrit, exilire cogatur, & aufugere. Ælianuſ primo de Animalium naturis ſcribit, noctuas à ciconiis, ſuo nido procul ſummoueri, platanii eò foliis importatis, quorum contactum noctuæ ferre nequeant, ex eo in torporem dilabentes, ciconiasç ita pullorum ſuorum in columitati proſpicere, qui buſi aſſiduè noctuæ inimicabiliter insidiantur: de quarum alitum inimicitiaſi ſuо loco dictum. Neq; verò ciconiæ tantum, turturæ ſve, aut teſtudines mede- lam ſibi nanciſcuntur naturæ ductu, verū etiam & canes, & ſues, & ex brutis pleraç alia. Canes quidem cùm fellis vitio laborant, gramen illud ſuum depaſcuntur. ſues ſi cephalalgia crucientur, fluuiales cancros inuestigant. Muſtelæ rutam, ſi venenatū quid comedent, carpunt. Angues marathro lippientes oculos depurgant. Huiusce rei quænam ſit cauſa, nō otioſe quæritur à quibusdam, quippe cùm animalia hæc neq; talia didicerint ab alijs, neq; quidem doceri potuerint, cur ita norint quæ ſuis ſint ægritudinibus utilia. Putant igitur ita acci-  
dere: quemadmodum faui odore ſolo apes ad ſeſe alliciunt, & cadauera vultures, vel procul abſentes, ſic etiam cancri ſucs illeſtent, origanum teſtudines, vram formicæ, de qua loco ſuo diximus: id verò nulla ratione fieri, neq; quod ſenſus, & facultatis eius qua vel intelligere vel cognoscere queat, particeps habeātur, cōmentiç ſunt corporum conflaturas, diceret Plinius, in causam adducere, quæ huiusmodi appetitus in animalibus concitent, quæ humorum mutatione varios, dum laborat, appetant vel acores, vel dulcitudines, vel alias, vti vſui ve- nerit, qualitates, fieriç plerunque id importunè, ac præter morem, & indecen- ter, id quod in mulieribus præcipue videre eſt, quæ dum prægnantes ſunt, & la- pidem, & terram, & ſordes alias, & humanam interdum carnem appetūt ad ve- ſcendū: quod superioribus annis in Inſubria accidit, vbi matrona quædā nobi- lis, cùm oculos in coloni ſui toroiores muſculos, qui de coxendicibus protube- rabant, inieciſſet, tanta arrepta eſt auſiditate carnis eius fruſtulum guſtandi, vt niſi compoſ fieret, defecturā ſe profiteretur, aut abortiuum facturam: quo me- tu coniux eius commotus maxima mercede cum colono convenit, vt abſcindī

**C**ſibi muſculi partem pateretur, ne patrona ſua exanimaretur: ille præcij leno- cinio ductus, conditionem accepit, ſucciſum'q; eſt fruſtum, modicoç inſperſo ſale pruniſ toſtum, quo illa devorato in columiſ quāprimū euaſit. Quocirca Medici cùm in effrænatas huiusmodi appetentias incedunt, quæ ſalubria, quæ minus, nouiſſe debent: nam aliquid huiusmodi omnibus ferè grauiter decum- bentibus accidere interdum ſolet. Sribit Mneſitheus medicus in pneumoni- cæ principio, quendam qui cæpe cōcupierat, eualuiſſe: quendam verò qui ſicus appetierat, periſſe, propterea quod appetitio corporis qualitati, qualitas verò texturaç ipsa, vti quæq; eſt, morbis obſequitur. Ex quo manifestum eſſe autu- mant, feras quoq; cùm in pernicioſas & letales ægritudines inciderint, non alia de cauſa in huiusmodi appetentias ferri, quām ob naturæ ipſius (vtar Lucretia- no vocabulo) cōpoſituras, quæ illas ad ea ſpōtē incitat, quæ ſaluti futura videan- tur. In hunc modum diſputant hi, qui nihil aliud brutis animalibus confeſſum volunt, quām ſentire & paſci. Antiquiores tamē philoſophi pleriq; bruta etiā in mentis & intelligentiæ partcipatū admittunt, quorū nos argumenta validiora alibi, & in Elephanti, & in Formicæ cōmentariiſ recitauiinus. Iis verò hic con-

# Pierii Val. Heliotropium, &c.

tenti, quæ ad veterum hieroglyphica facere videantur, prosequamur.

D

## DE HELIOTROPIO ET SELENOTROPIO. TERRENORVM CVM COELESTIBVS TEMPERATVRA.



Vòd si cognitionem, consensumve, aut temperaturam, quam inferioris naturæ istius res cum cœlestibus habent, infimis quippe supra, & supremis infima, occultis quibusdam viribus colligata esse ostendere voluissent, nullo evidentiori signo, proprieve hieroglyphico id exprimere consueverunt, quam cum herbas duas, Solisequā & Lunisequā figurassent. Liceat verò mihi ἡλιοτρόπιον & σεληνοτρόπιον ita Latina facere: illa enim ad Solis motū Solem versus mouetur, hęc verò ad Lunā vertitur. Sunt verò & alijs flores tam arborum quam herbarum, qui hoc imitari videntur, sed his duobus nulli manifestius. Proinde Aegyptijs eandem rerum omnium rationem esse contendebant, ut intellectu alia, vi rationis alia, alia natura, alia sensu superioribus devincirentur, & suam quæc concordiam affectarentur.

E

## DE LVPINO.



Rahit similis quodammodo natura, vt Heliotropio Lupinū subiiciam: nam id quoq; ad Solis cursum vertitur.

H O R A E.

Per eius autem figuram temporis dimensio, vel horæ ipsæ hieroglyphicè significantur: quæ quidem ab eo surculo tam manifestè distinguuntur, ut agricolæ peritiores diurnas horas, aëre etiam nubiloſo, ex eius motu conversioneç deprehendant. Traditum ab Apuleio lib. De re rustica.

S V I S — V I R I B V S P O L L E N S.

ET quoniam id ingenium est lupino vt coli nolit, sitq; negligentia ipsa fertilis, aptè quis fecerit, si hominem qui suopte ingenio vel industria sibi necessaria comparet, eiusmodi surculi gestamine insignuerit.

## DE NYCTERETO.



I verò hominem occursum cuiuspam rei natura expauentem ostendere curassent Aegyptijs, Nycteron herbam & anserem faciebant. Ferunt enim anserem ad primum conspectum eius expauescere, unde & χλωχυνσι vocatur. Herba est coloris ignei, foliis spīng, nec à terra se attollens, noctibus interlucens, & quoniam è longinquo etiam noctibus fulget, νυκτίπολος appellatur.

## DE BLITTO. F A T V V S E T I N S V L S V S.



Atuum & insulsum, turpiq; deditū inertię hominem, per Blittū herbam significare mos erat. Stupidi em̄ saporis herba omnino est, neq; ullam habet acrimoniā: vnde convitum in fœminas mariti faciunt apud Menandrū, βλίτης eas appellantes. Et Truculento Plautus non infacetè dixit blitteam meretricē, quæ non saperet in vino ad rem suam: qui locus imperitè satis à nōnullis invertitur, qui Bletetā & Bletem nescio quod incōmodi calceamenti genus exquisiuere in eiusmodi cōtemptū. Laberius dixit bipedem blitteā belluam. Et Empedocles, vt apud Varronē est, humilem humani generis conditionē ostensurus, natos homines ex terra ait vt Blittū. Sanè illi non men herbæ à stupore est: βλάστης enim stupidus Græcis, stolidusq; & ignauus.

D E

## D E B E T A.

A



Vnt qui betam & blittum idem esse sentiant, Martialis, puto, carmine decepti, qui scripsiterit:

*Ut sapient fatuæ fabrorum prandia betæ,*

*O' quam sâpe petet vina pipérq; coquus:*

quas aliter paratas nihil sapere exquisitoris ganeç proceres profitent. Sedenim Dioscorides blittū à beta secernit, & blittū quidē apud Ægyptios Æclotoripē, apud alios Eriplē, apud Romanos pariter & Græcos blittū appellari: edi oleris modo, ventrē tantū deiicere, medicas vires habere nullas: cùm beta ea sit, quæ Atticis οὗτος, Thessalīs, propter odiū in literam, τοῦτο nuncupet, olus, vbiq; locorū celeberrimū v̄sitatissimūq; alicuius omnino suavitatis, quodq; à ciuibus mensis minimè reiiciatur, quæ pluribus apta medicinis, multas humano generi conferat vtilitates, quas qui nosse voluerit, Dioscoridem legat lib. altero, cap. C X. Theophrastum VIII. Æginetam VI. Plinium XIX. & item alios.

## M O L L I T I E S.

B Per eius verò hieroglyphicū cinedica petulantia, mollisq; & eneruis lasciuia notatur, pervulgato illo Cynici Diogenis dicto, qui cùm à petulcioribus quibusdam pueris convitio incesseretur, quod canis esset, ac subinde fugitarēt, quærente eo cur fugerent, Nemordeas, respondentibus; Bono estote, inquit, animo, canes non edunt betulas.

## D E C A P I L L O V E N E R I S.

### E B R I O S I T A T I S R E M E D I V M.

C  Vi significare hieroglyphicè volūt hominē ebriositate laborantē, ac si bī remediū comminiscantē, vt premonstrarunt Ægyptij, Vpupam & Capillum Veneris herbam faciebant. Vpupa siquidem vuis vescit immodicē, ita vt plerunq; inde ebria fiat: verū simulac se tentari senserit, Capillo Veneris decerpto, efficacissimè sibi medicatur. Herbam hanc Adianton Græci vocāt, ἀράβια διάντελος, hoc est, à nō marcescendo: necq; enim bruma, vt herbæ reliquæ, marcescit, necq; aqua perfusum mersum ve. καμιτεχον multi, hoc est, pulchritudinum, alijs πολύκρων, id est, multicomū, vtrunq; ab effectu vdcant, licet πολύκρων, nonnulli canocomū interpretentur. quin etiam ab effectu saxifragū appellantur.

C Capillū verò Veneris ideo Latini dicunt, quia capillū præcipue tinguit: ad hoc decoquitur in vino cū semine apij, adiecto oleo copioso, vt crispum densumq; faciat. Defluere verò prorsus prohibet, vrsino adipe & ladano admixtis.

## D E A P I A S T R O.

### P O P V L V S L E G E C O E R C I T V S.

 Pem suo cōmentario populum inter alia significare diximus. Eum verò legibus coercitum hieroglyphico aliquo figurare qui vellent, apem & apiastrum herbam proponebāt: qua si pervngantur aluearia, non fugere apes tradūt: nullo enim magis gaudent flore, eaq; de causa μελισσόφυλλον, & melitænā appellatam constat, quæ marrubium est nōnullis.

## D E B R A S S I C A.

 Vod autem ad modō memoratam vppupam & adiantum facit, auxilio etiam esse aiunt brassicā, vbi quis ebrietate tentetur. Nam ante eibum sumpta, largiores potationes ne lādant, efficit, vt autores pleriq; trādunt, præsertim Græci.

# Pierii Val. Brassica.

## INTERTVRBATA LÆTITIA.

D  
**V**Nde qui lætitiam interturbatā importunitate cuiuspiam hieroglyphicē notatam volunt, Brassicā inter duos vitium surculos adsitam constituūt. Vino enim, quod præcipuū est lætitię hieroglyphicū, ea, vt apud Plinium est, auer satur, in primisq; est vitibus inimica, vitesq; illi, vt perniciosa alterutri soueant inter se odia. Nam vites, vt secundo de Diuinatione Tullius, à caulis Bras- sicas, si proptèr sati sint, vt à pèstiferis & nocētibus refugere dicuntur: & quāvis rei cuiuscūq; adminicula clauiculis peruestigēt, quę tanquā manibus apprehe- dant, atq; ita se erigāt, hos tamen, vtcuncq; propè adsint, nulla ex parte cōtingūt. Ad hæc Beritius, vbi & sua, & Tarentini sentētia, nihil in vinetis seminandū cē- set, Brassicā præcipuè summuendā præcipit, vt pote quę vitibus egregiè cōtra- ria sit: & cùm propter naturæ suæ siccitatē multo indigeat humore, evenit vt iu- xtā adsita vitibus alimentū subtrahat. Tanta verò inter vitem & brassicā dissen- sio est, vt si quis vinū dum ea coquitur instillauerit, ne postmodū coquatur effi- ciat, & oleris colorem vitiet. Quiq; prius crudam brassicā ederit, vino quātum- vis largiter hausto tentari nō poterit, quia vis eius occursu brassicę hebetat, fra- ctaq; labascit. Hinc plerisq; Italij regionibus, & totius etiamnū Europę prouin- E ciis mos inoleuit, vt cùm calendæ Augusti vulgo Baccho dicatae habeātur, per- missa eo die vnicuiq; volenti largius epotandi licentia, symposisq; ad hoc insti- tutis, & curiosissimè celebratis, in quibus Augustū se capessere glorient, brassi- cas identidem vt ebrietatis antidotū in ferculis præsumat. Affirmat & illud Be- ritius, quod ex Cicerone retulimus, si iuxta deposita vitis sit, vltro eā effugere, & in contrariā partem farmēta convertere; id quod nos in hortis nostris Casta- lioneis fieri vidimus, extra quorū septū excitata pergula, quam iuxta positæ vi- tes inscenderēt ad meridiem, accidit vt hortulanī incuria differtim brassicę sub- seminarent: tum vites cumprimū pampinos emittere cœperunt, brassicarū iu- xtā surgentiū odore offendæ surculos converterunt, omissaq; percōmodè para- ta pergula: vltra septū ad septentriones se porrexerē. Absuerā ego tris mēses, dum hæc nulla curantur diligentia. Reversus aut̄ auulsis inde caulis coactus sum bonam earum partem pedamentis ac ridicis aliis alieno loco sustentare, quod præter spem feliciter cessit, pergula intra & extra hortos duplicata. Citat Varro Nestoris Alexicepon, elegiaco numero conscriptū, in quo harum inimi- F citiarum causa decantatur, Bacchum quippe furibundi Lycurgi timore percul- sum in mare se proripuisse, in eoq; delituisse, mox ab emersu clandestino Lycur- gum ex insidiis inualisse, quem vite devinxerit; illum indignabundum cùm im- prouisam capturam ferret impatienter, lachrymas emisisse, ex quibus enata sit brassica: atq; hinc orta dissidia, & implacabilis plantarum earum contrarietas. Tabescere enim eam necesse est, si fortiori viti proxima fuerit; vel vitem, si tenel la sit, ipsa tabefaciat. Usqueadē verò odia hæc in vuæ nomen exercentur, vt (quod idem Varro tradit) quod incommodum vua in humano gutture appellatur, odiosum admodū, si nimia destillatione laxata fuerit, cohiberi, retrahiq; facillimè posse credatur, si crudæ brassicæ succus capitū superfundatur. Sed mi- rum est admodum has foliis & pampinis insitas esse aduersus vinū inimicitias, radici verò conciliationem inesse. Nam qui vinum in acetum trium horarū spa- cio verti docent, inter quos Varro ipse est, radicē betæ contusam in dolium conii- ciendam monent; si verò restituere vinum malueris, brassicæ radi- ce cem eodem modo præcipiunt immittendam.

HIEROGLYPHICORVM PIER. VAL. FINIS.

CAELII AVG<sup>•</sup> CVRIO-  
NIS HIEROGLYPHICORVM COMMEN-  
TARIORVM LIBER PRIOR, EA CONTINENS  
quæ per varia deorum & hominum simula-  
cra significantur:

AD BASILIVM · AMERBACCHIVM I. C.  
politissimum,



U<sup>M</sup> difficilestum sit ea in lucem edere, ob ingeniorum morosam sape varietatem, quæ omnibus placeant, opus est illa magni alicuius viri autoritate fulciri, qui & calumniatores ac detractores deterrere posse: & siquid in controvërsia fuerit, diiudicare, rectaq<sub>z</sub> & vera comprobare, falsa autem refellere. Unde etiam fit, ut virtutes illorum quibus scripta dicantur, eiusdem saeculi hominum testimonio celebrentur, et sic illi quoq<sub>z</sub> patrocinij sui præmium amplum referant: memoriam videlicet earum virtutum, quarum quamvis docti ipsi sint, nulla fama ipsorum scriptis ad posteros perveniret. Nam principum quidem atque herorum res gestas memoria mandant Historici: eruditioñis suæ monumenta alijs docti viri relinquunt: horum autem omnium humanitatis, suavitatis, sapientiæ, virtutum testes & præcones non alijs sunt, quam omnis generis scriptores qui illis monumenta sua inscribunt. Quamobrem æquè prudenter mihi rebus suis consuluisse videntur, & qui scripta sua doctorum patrocinio commiserunt, & qui ita rationes suas instituerunt, vt & docti ipsi essent, & à bonarum literarum studiosis celebrarentur. Illi enim scriptis suis autoritatem conciliaverunt, hi virtutes suas ab obliuionis tenebris vindicarunt. Hos igitur ego imitari cupiens, quem alium huic meo Hieroglyphicorum priori Commentariolo patronum conciliarem potius quam te, qui & tanta eruditione atque autoritate es, vt tuo fretus patrocinio liberè in omnium manus venire posse: et familia nostræ ita coniunctus, vt prima etatis bonam partem simul transfigerimus, cuiusq<sub>z</sub> humanitatem singularem ac benevolentiam quotidie experimur.

Hunc igitur meum laborem eodem animo complectere, quo me no-

stramq<sub>z</sub> domum iam dudum amplecteris. Vale. Basileæ,

XIIII. Kal. Sext. CIO. IO. LXVII.

# Cælii Aug. Eneph.

## DE ENEPH, AE GYPTIORVM DEO.

CREATOR, ET CREATIO MVNDI.

**E**R Eneph, quem pro Deo colebant Ægyptij, ipsum totius mundi atq; vniuersitatis creatorum opificemq; pulcherrimo hieroglyphico ostendebant; cui hominis formam tribuebant, eumq; cœrulea ueste indutum, zonamq; tenentem & sceptrum pingebant, ac eius in capite pennam ponebat: vt testatur Eusebius in libris de præparatione Euangelica. Penna enim in capite, significat difficultem inuentu esse creatorem, & nemini conspicuū, sed sublimem, non modò supra sensuum, verùm etiā supra humanæ intelligentiæ captū: humana verò forma, eundem vitæ autorem, & motu qui intellectu cōprehendi possit, circumlatum indicabat. quoniā vt hominis corpus quidem cernitur, mens verò ipsa quæ hominē à cæteris animantibus disiungit, estq; eius naturæ propria, cerni à nullo potest: sic etiā Dei ac summi opificis actiones & motus, quæ ipse in sacris literis posteriora vocat, non secus atq; Aristoteles effectus posteriora, caussas verò priora nominat, ab humano intellectu cerni possunt: mens verò ipsa et Diuina natura, quæ illa moderat & gubernat, in huius corporis carcere absolutè cognosci non potest, & ideo cœrulea ueste indutū eum pingebant, vt coelestem illū esse significant, & in celo habitare, nullius coloris vel accidentis, mixtionisve partipem, etiam si nobis ea fortasse suscipere videatur: & modò irasci, modò placari: quemadmodum ccelum ipsum, cum nullius coloris sit, propter interualli longitudinem cœruleum videtur. & sic simul quoq; eius naturam tantum à nostra distare indicabant, quātum ccelum à terra distat. Sceptrum verò potestatem eius regiam in vniuersam naturam significat, & zona vinculum, quo creata omnia colligat, & in quo vitæ necisq; fata continet: hoc est ortus atq; interitus, & rerum naturalium caussas. Est autem zona circulus ille, quē Astronomi Zodiacum vocant. Præterea hunc Deum ouum ex ore producentem faciebant, quod mundum significabat Dei verbo creatum, vt etiam Sacrae literæ testantur. F

## DE PANE ARCADIAE DEO, VEL SATYRIS ET FAVNIS.

VNIVERSVM, VEL MVNDVS.

**P**Ana, quem & Innum & Faunum vocauère, sic pingebat veteres: Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus varia pantheræ pelle induitum, infima sui parte hispida, & Caprino pede, altera manu fistulam septem calamorum tenentē, altera pedum siue baculum incuruū. hacq; figura vniuersi symbolum cōtineri volebant. Facies enim rubens ætherē significat, bina cornua Solem et Lunā, pantheræ pellis cœlestium



**A**lestium siderum varietatem. Pars eius inferior hispida fingebaratur, propter arbores, virgulta & feras; caprini pedes terræ soliditatem ostendunt: fistula septem calamorum, harmoniam cœli, in qua septem soni sunt, & septem discrimina vocum; virga recurva annum qui in se recurrat; & ideo πᾶς, id est totum, est appellatus. Sic autem symbolum hoc interpretatur Eusebius, Phurnutus & Seruius.

## INDIGENA VEL NOBILIS.

**E**Iusdem Panos simulacro indigenam significari, testatur Virgilius his carminibus:

*Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæq; tenebant,  
Génsq; virūm truncis & duro robore nata.*

Nam Deorum filios aiebant esse Faunos, è terra & diuino semine genitos, Faunorum verò liberos heroas, & demùm ab heroibus homines natos, vnde rectè per Fauni simulacrum etiam generis nobilitas significabitur: est enim in magna parte nobilitatis, non advenam, sed indigenā esse. Quamobrem legimus apud Platonem Atheniensium nobilitatem idcirco cæterarum ciuitatum nobilitati præstitis, quod illi ex ipsa terra geniti essent, nec alio commigrassent.

## S E R M O.

**P**Er eundem Pana & Sermonem significari, tradit Plato, Ägyptiorū arcanorum interpres in Cratylo, quod non secus ac Pan vagari & circumire fингitur: sic sermo omnia complectatur, & per omnia vagetur, versetq; cuncta: & genuinus sit, verus ac falsus. Quod autem verū est ex ipso, id quia leue ac diuinum est, & supernè apud Deum habitat, pectore & capite significari: quod verò falsum, quia infernè inter vulgus hominum manet, inferiore parte quæ hispida est & hircina, ob asperitatem turpidinemq; ostendi: & ideo à Græcis πᾶς appellatum dicit, id est totum, quia sermo totū comprehendit & versat.

## MVNDI HIEROGLYPHICVM.

**M**Vndum alio etiam modo Ägyptij hominis effigie pingebant, complicatis pectibus eū facientes, vestem variā ad talos vscq; indutum & aureū globū capite sustinentē. Pectibus quidē complicatis, propter terræ firmatē, varia & oblonga veste indutum, propter elemētorum ac rerū quæ ex illis gignuntur, & quibus terra vestitur varietatē & copiā: aureū verò globū capiti eius imposuerūt, qui ccelū significaret sphæricum, & circularē eius motū.

## SOLIS SIMVLACRVM.

**S**Olē pingebāt iuuenili & rotūda facie, eūq; in nauī collocabāt, quā crocodilus ferebat: per nauigīū motū eius in humido significātes, hoc est, in ethere vel intelligētiis. nam & ether multi humidū esse putarūt: et in sicco tā diutur nū motū fieri nō posse, & cœlos aqueos dixerūt: vnde in Sacris literis tā s̄epe cœlestīū aquarū mētio fit, & angeli ipsi aquarū nomine à Da uide cōprehendunt. Per crocodilū verò aquā pluuiam, cuius caussa Soli tribuitur.



# Cælii Aug. Osiris, etc.

## O S I R I S.

D

### SOLIS ET LVNÆ CONIVNC TIO.

**I**N Elephantinopoli Ægyptia vrbe Osiridis simulacrum colebatur, viri corpus habens cœrulei coloris, caput verò arietis, quod Solis ac Lunæ coniunctionem significasse, tradit Eusebius. Cœruleus autem color ei propter humiditatem tribuebatur, quia Lunaris cōiunctio humidior est: nec non quia noctes cœruleas facit: tunc enim potissimum noctibus serenis cœruleum videtur cœlum.

### LVNÆ SIMVLACRVM.

**I**N Heliopoli verò eiusdem provinciæ vrbe, Lunæ simulacrum hoc symbolo consecratū erat. Homo accipitris habens faciē, lancea Typhona interficiens. Pingitur autem Typho fluuiatilis equi forma: & totum hoc simulacrum candidi coloris erat, qui color ab alio lumen accipere Lunam significaret: accipitris verò facies à Sole eam lumen capere indicabat, vnde & sp̄iritum attraheret: Soli enim accipiter dicatus erat, qui, vt etiam Pierius testatur, lucis ac sp̄iritus symbolū est, tum propter motus velocitatem, tū quia alis altiora & lucidiora petit. E

### PLVTO.

#### OCCVLT A CONSILIA.

**V**eteres cum consilia & cogitationes occultas esse debere significare volebant, Plutonem pingebant galeatum, et Proserpinam rapientem, tum quod subterranea, quorū Deus dicitur Pluto, lateant absconditaꝝ sinunt, quia raptus clam fiunt: tum deniqꝝ, quod cūm in capite consiliū sedes esse putetur, galea illud tegens aptè consiliorum occultationem significet.

#### INFERIOR VEL MINOR POTES TAS.

**E**iusdem quoqꝝ Plutonis hieroglyphico, breue sceptrū in manu eius ponentes, minorem inferioremve potestatem, vt eius qui alium maiorem principem agnoscit, innuebant: propterea quod Pluto inferorū rex dicatur, & tamen Iouis imperio subiectus.

### SILENVS.

#### SPIRITALIS MOTVS.

F

**S**ilenum quem senem & dormientem pingebant, spirabilis motus symbolum fuisse, testantur veteres: cuius caput candore fulgens propter cœlestem motum faciebant, cœsaries verò longa crassitudinem terrestris aëris significat. Dormire autem illum ebrium finixerunt, quia crassiores sp̄iritus & vapores caput quasi ebrietate quadam grauant, somnumqꝝ inducunt.



### VULCANVS.

#### IGNIS.

**V**ulcani virtutem sub Vulcani, hoc est hominis forma pingebat, in cuius capite pileus erat cœruleus, æthereæ symbolum regionis, ubi integer purusqꝝ ignis inuenitur: nam qui è cœlo in terrā delapsus est, cum imbecillior

**A** becillior sit, materiaq; indigeat & fomento, claudicans fingitur, vt qui seipsum, nisi baculo innixus, sustinere non possit, cum æthereus ille absq; vlo fomento se ipsum sustineat, alat, tueatur.

## H E R C U L E S.

### E L O Q V E N T I A.



I sum est nobis h̄ic recensere hieroglyphicum, quo Galli antiquitū eloquentiæ vim exprimebant. Id autem ex Luciani libello de Hercule Gallico conscripto, sumemus ad verbum, quemadmodum verit Erasmus. Sic igitur inquit: Herculem Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porro deum ipsum noua quadam atq; inusitata figura depingunt. Decrepitus est apud illos, recalvaster, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè canis, cute rugosa, & in aterrimū exusta colorē, cuiusmodi sunt natūræ isti. Charontē potius aut lapetum, quempiam' ve ex ijs qui apud inferos versantur, dices. In summa quidvis potius quam Herculem coniūceres ex imagine. Atq; tali specie cūm sit, tamē Herculis ornatum gerit, vt qui cum leonis exuvium indutus sit, tum clauam dextra teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum lœua prætendat. Denique modis omnibus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam face, re Gallos, quum eiusmodi pingerent effigie: quo nimirum illum talibus picturis vlciscerentur, quod olim regionem ipsorum incursasset, prædas agens, id temporis cūm Geryonis armēta vestigans, occidentalium gentium plerasq; regiones peruestiuit. At nondum dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirandum. Siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominū multitudinem trahit, omnibus per aures reuinctis. Porro vincula catenulæ tenues auro, electro' ve confectæ, pulcherrimis monilibus similes. Atqui cum vinculis vsque adeò fragilibus ducant, tamen neq; de fuga cogitare videntur, quū alioqui cōmodè possint, neq; prorsus obnuntuntur, aut pedibus aduersus trahē tem obtendunt, sese resupinantes: verūm alacres ac lœti sequuntur, ducentē admirantes. Ultrò festinantes omnes et laxatis funiculis etiam anteuertere studentes: perinde quasi grauiter laturi, si soluerent vinculis. Nec illud quidem pigerit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum. Etenim cum non inueniret pictor vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, lœua arcum tenente, summam Dei linguam perterebrauit: atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit: ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat arridens. Hæc ego cum diutius adstans essem contemplatus, admirans, hesitans, indignans, Gallus qui propius adstabat, nostratum literarum nō ignarus, id quod declarauit Græcè optimè loquens, philosophus opinor, ex eo genere philosophorum, quod apud eos esse fertur: Ego tibi hōspes, inquit, picturę istius arcanum explicabo: nam videris vhementer ad eam attonitus ac mirabundus. Orationē nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verūm Herculī illam tribuimus: propter ea quod hic Mercurio longè robustior extiterit. Nam quod senex fingitur, nihil est quod mirere: siquidem facundia solet in senecta demum absolutam vim ostendere. Si modò verum vestri dicūt poetæ, obduci iuuenum densa caligine pectus, contra senectā posse quiddam dicere rudi iuuenta mclius ac præclarus.

# Cælii Aug. Hercules.

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum o- D  
ratores lirioëssam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria, si satis  
memini, flores appellantur: proinde quòd auribus ad linguam vinctos trahit  
senex hic Hercules, qui non aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes mi-  
rari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neq; ve-  
rò ad contumeliam illius illud pertinet, quòd ea perforata sit: nam memini, in-  
quit, & iāmbicos quosdam versiculos apud vos dicere, viris loquacibus extre-  
mam linguam perforatam esse omnibus. Quin de eodem hanc in summa habe-  
mus opinionē, vt quicquid egit, id illum oratione facundiaq; egisse putemus:  
ut pote virum sapientem, ac persuadendo plerosq; sibi subegisse. Iam tela illius  
nimirum rationes sunt acutæ, missiles, citæ, atq; animum sauciantes, vnde pen-  
nigera dicta fuit oratio. Hæc Lucianus, quæ ad huius hieroglyphici explicatio-  
nem sufficere opinor.

## R A T I O N I S C V M A P P E T I T V P V G N A.

**H**erculis Antheū interimentis simulacru in multis antiquis numismatibus E  
cernitur: quod quid significet, nunc explicabimus. Hercules animæ ratio-  
nis participis, spiritusq; symbolū est: Antheus verò corporis. Herculis pectus  
sapientiæ sedes est, atq; prudentiæ, quibus perpetua est cum appetitu ac volu-  
ptatibus pugna: semper enim appetitus rationi oblistit, nec potest ratio supera-  
re, nisi corpus ita in altum, & procul ab terrenarū rerum intuitu extulerit, vt pe-  
des, hoc est affectus, nullum amplius fomentū à tellure accipiant: imò cupidita-  
tes & affectus qui terræ sunt filij, prorsus interficiat. Quo de genere mortis lo-  
qui D. Paulus, cum ait, Mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in  
Deo. Et David: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et Serua-  
tor ipse: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum  
manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum ad fert. Et haec est omnium vi-  
ctoriarum præstantissima, vnde in Scipionis Africani tumulo legitur hic elegā  
tissimus versiculus, MAXIMA CVNCTARVM VICTORIA, VICTA  
VOLVPTAS. & Boëthius hoc ipsum Herculis factum celebrans ait, SVPE-  
RATA TELLVS, SIDERA DONAT. F

## I N G E N I V M, V E L I N T E L L I G E N- T I A E V I S.

**S**ymbolica nō solùm Ægyptiorum, verùm etiam Græcorum theologia, Her-  
culem pro humano ingenio vel intelligentiæ vi ponit: pingitq; illum arcu-  
trium cuspidum sagittam iaculantem: propterea quòd humani ingenij acu-  
men, coelestia, terrena & inferna scrutetur: vel propter tripartitam Philosophiæ  
distributionem, quia ingenio Mathematicas disciplinas, rerum naturaliū causas,  
& diuina mysteria indagamus: aut alio modo, ex Socratiæ scholæ diuisio-  
ne in differendi subtilitate, naturæ obscuritate, vita è moribus eo utimur, ita vt  
sagitta trium cuspidum aut triplicem mundum, aut triplicem con-  
templationem, aut tripartitam philosophiam  
significet.

P R O.

A

## P R O M E T H E V S .

ARTES ET INGENIVM, VEL ARTIVM  
INVENTORES.

Lato in Protagora sub persona So  
cratis, huiusmodi narrat de Artiuū  
origine fabulā: Erat, inquit, aliquā  
do tēpus, quo dīj quidē erant, mor  
talium autem genera non erant. Postquam au  
tem & his tempus fatis constitutum venit, vt  
crearentur, formabant ipsa dīj intra terram ex  
terra & igne permixtis, & ex ījs quæ igne ac  
terra permiscentur. Quum verò in lucem iam  
illa producturi essent, illorum ornandorum,  
**B** facultatumq; singulis, prout deceret, distribu  
endarū curam Prometheo & Epimetheo de  
mandarunt. At Epimetheus sibi distribuendi munus depositit, & Prometheo,  
dum ego distribuo, dicit, Aspice & cōsidera. Sicq; illo persuaso, distributionem  
facit. Hic verò alijs robur absq; celeritate apponebat, alia debiliora velocitate  
ornabat, alia armabat, alijs inermi data natura, aliam quandam facultatem ad sa  
lutem excogitabat. Quæ enim ex ipsis parua fecerat, ījs volatilem fugam aut  
subterraneam habitationem tribuebat. Quæ verò magnitudine auxerat, ea  
hac ipsa seruabat, & reliqua hoc modo exæquans distribuebat: ea industria, vt  
caueret, ne quod genus interiret. Postquam verò mutuæ corruptionis effugia  
ipsis suppeditasset, facilitatem anni tempora & varias cœli tempestates sub dio  
ferendi excogitabat: induēs illa densis pilis, & solidis pellibus, quæ & hyemem  
& æstum arcere possent: & quæ singulis cubilia petentibus proprium ac natu  
rale stratum itidem essent: & sub pedibus alia vngulis, alia pilis & corijs solidis  
ac exunguib; muniuit. Nec non alimenta alijs alia suppeditabat, his herbam  
**C** ex terra, illis arborum fructus: alijs radices, quibusdam verò aliorum animaliū  
laniatum in alimentū dabat. Et his quidem paucam sobolem tribuebat, his ve  
rò quæ ab illis dilaniarentur, multam, quo genus ipsum cōseruaretur. Proinde  
Epimetheus, vt qui non vñquadeò sapiens esset, non animaduertit, se faculta  
tes in bruta animantia expendisse. Restabat adhuc ipsi inornatum hominum  
genus, et quid cum ipso ageret, ambigebat. Quo dubitante, venit Prometheus,  
inspecturus distributionem, & videt reliqua quidem animalia accuratè omnia  
habere, hominem verò nudum, non calceatum & inermem, iamq; fatalis dies  
aderat, qua etiam hominem ex terra in lucem prodire oportebat. Consilij itaq;  
inopia præhensus Prometheus, et quamnam homini salutem reperiret nesciēs,  
Vulcani & Mineruæ artificiosam sapientiā vñā cum igne furatur. Fieri enim  
nullo modo poterat, vt illa absq; igne ab ullo possideretur, aut ullo utilis esset:  
& sic illam homini largitur. Sapientiā itaq; circa parandum victum hoc modo  
homo accepit: artem verò versandi in rep. non habebat. Illa enim apud louem  
erat. Prometheo autem Iouis arcem ingredi non licebat, quoniam Iouis muni  
tiones horrendæ erant. at in cōmunem Mineruæ & Vulcani domum, in qua ar  
tes exercebantur, furtim ingressus erat, & furto sublata ignea Vulcani arte, &



# Pierii Val. Prometheus.

alia Mineruæ, eas homini cōtribuit. Et ex hoc contigit homini vīctus facultas. D Prometheus verò post eam quæ fertur furti pœnam Epimethei caussa dedit. Postquā autem homo diuinæ sortis particeps factus est, primū quidem propter Dei cognitionem ex igne contractam, solus inter omnia animantia deos esse putauit, ijsq; aras & statuas dicauit. Deinde vocem & nomina breui per artem articulauit: habitationes, vestes, calceos, strata, & alimenta ex terra inuenit. Hoc autem modo instructi initio homines sparsim habitabāt, nullas habentes ciuitates. Cumq; feris imbecilliores essent, passim ab illis interimebant. Ars nanq; opificiorum ad alimentum quidem idonea erat auxiliatrix: verū ad bellum contra feras manca. Reip. enim artem nondum habebāt, cuius pars est ars militaris. Quærebant autem, quomodo cōgregarentur ac seruarentur condentes ciuitates. Quum vero cōgregati essent, iniurias mutuò inferebant, vt qui artem gubernandæ reip. non haberēt, quare rursus dispergebantur ac peribant. Iupiter igitur timens generi nostro, ne in totum aboleretur, Mercurium mittit, vt pudore & iustitia homines imbuat, quæ ciuitatum essent ornamenta & vincula, & amicitias inter homines conciliarent. Interrogat itaq; Mercurius, quomodo iustitiam & pudorem hominibus distribuere debeat? Num vt artes distributæ sunt, ita & has distribuam? artes enim sic sunt distributæ, vt unus qui artem medicā aliāmve quāpiam teneat, multis imperitis sufficiat. Itāne ergo & iustitiam & pudorem inter homines ponam? aut in omnes distribuam? In omnes, inquit Iupiter, & omnes eius participes fiant. Necq; enim constabunt ciuitates, si pauci illarum participes fuerint, velut ex alijs artibus. Legem item nomine meo promulges, vt qui pudoris & iustitiae particeps esse non possit, tanquam pestis ciuitatis occidatur. Ex qua narratione colligimus, per Prometheū facem accensam, quæ ignis furtum significet, tenentem, ingenij vim in inuenientis artibus, artiū ve inuentionem & ipsum inuentorem denotari: fax enim animæ illa vis est, quam Aristoteles intellectum agentem vocat, quam Plato & Ägyptiorum theologia cœlestem igniculum lumenve extrinsecus adueniens appellarunt: cuius proprium munus est artium inuentio.

## GRATA ACCEPTI BENEFICII

### MEMORIA.

F

**H**ominis properupem arduā stantis, anulumq; ferreum ex catena, que mōti alligata est, exemptū cum adnexo lapillo in dīgito habentis īmago, gratam accepti beneficij memoriā significat: in eo præsertim cui delicti pœna condonata est. Aīunt enim Prometheum, ob ignem dījū surreptum, & cum mortali bus communicatum, ab loue Caucasi mōtis rupi ferrea catena alligatum fuisse: & paulo pōst ab eodem eius miserto solutum, in huius beneficij memoriam vnum ex illius catenæ anulis cum saxi portione ex rupe sumpta, dīgito alligat, se, indeq; pōst anulorum & lapillorum iungendorum morem emanasse. quo sit ut etiam solus ferreus anulus quo diu Romani vñi sunt, id possit significare.

## DELICTI POENA, VEL VLTIO

### DIVINA.

**I**Dem Prometheus rupi alligatus, pœnam delicti diuinamq; vltionem immiserere denotat, vel iustum iudicium esse, & calamitatem flagelli loco diuinitū immissam, quemadmodum ipse Prometheus diuino iudicio ob ignem cœlitibus furto ablatum, rupi alligatus traditur.

MER.

A

M E R C U R I V S.  
ORATIO, VEL ELOQVENTIA:



Ercurius orationis vim interpretandiꝝ virtutem & eloquentiam si-  
gnificat, vt pote Deorum nuncius atque interpres; vnde Virgilius  
dixit,

*Interpres diuum cælo demissus ab alto.*

Fingitur autem protensus atq; erectus, propter orationis vim, alas in capite &  
pedibus habens, vt significet volucrem per aëra ferri sermonem. nam & Home-  
rus τὰ ἐπὶ πῆδον ταῦτα, hoc est alata verba, appellauit.

V E L O C I O R S E N S V S, V E L I N T E L-  
L E C T V S A G E N S.

**A**mmianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, vt Mercurio supplicaret, exsurgere solitū, quo menti suę lumina preferret: quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus in sacris per Mercurium, intellectum agentem, & celerem ani-  
mi sensuumꝝ motum significatum fuisse.

FIRMITAS ET GRAVITAS ORATIONIS.

**C**VM autem orationem grauem & firmam solidamꝝ esse debere, indicare  
volebant, Mercurium in quadrata basi sine pedibus pingebant, quod ve-  
ri sermonis firmitatem ac robur indicabat: tum etiam, quia sermo sine manuum  
vel pedum adiumento suo fungitur officio.

M E R C A T O R, V E L M E R C A T V R A E T L V C R V M.

**P**Er eandem quoq; Mercurij imaginem quæ marsupium manu teneret, gal-  
lum ad eius basim ponentes, lucrum, mercaturam, mercatorēmve signifi-  
cunt, quòd is mercium & lucri Deus haberetur: quia sermonis ope omnia mer-  
cimonia & cōtractus fiunt. gallum verò idcirco illi adponebant vigilantiæ sym-  
bolum, vt indicarēt mercatores decere vigilantes esse, nec totas somno tribue-  
re noctes.

F V R E T F A L L A X.

**F**Ur quoq; & furandi ars, atq; fallacia, Mercurij Apollini boues furatis im-  
agine significatur, quòd illum eius artis & fallaciariū ac doli fraudisꝝ inuen-  
torem poetæ tradiderint, vnde & illi cognomentum κλέπτης, Phurnuto & Suida  
autoribus, est inditum: ideoꝝ sic de illo cecinit Horatius;

*Callidum quicquid placuit iocoſo*

*Condere furto.*

*Te boues olim, niſi reddidifſes,*

*Per dolum amotas, puerum minaci*

*Voce dum terret, viduus pharetra,*

*Risit Apollo.*

& Prudentius:

*Expertes furandi homines, hac imbuit arte,*

*Mercurius Maia genitus.* —

H Y D R A R G Y R O N.

**P**Er eundem Mercuriū Chemicæ artis professores, argentū liquidum, quod  
vulgo viuū, Græcè hydrargyron appellatur, propter eius mobilitatē intel-

B b b ij

# Cælii Aug. Talaria, etc.

ligunt nam illis singulis metallis planetarū nomina tribuūt: vt plumbō Satur, Dni, stanno Iouis, ferro et chalybi Martis, auro Solis, æri Veneris, argēto Lunæ, vt & Plato in Timæo facere videtur.

## T A L A R I A. V E L O C I T A S.



Alaria Mercurij, velocitatem motumq; significat, quod ijs sublimis per aera feratur, vt Virgilius ait:

— *Et primū pedibus talaria neclit  
Aurea: quæ sublimem alis, siue æquora supra,  
Seu terram rapido pariter cum flamine portant:*

adèò vt si cuiquam significare velimus fugiendum esse, aptè talaria depingere possimus. vnde fit, vt etiam cōmuni sermone dici soleat, Addere pedibus alas, pro celeritate, *Pedibus timor addidit alas.*

## C A D V C E V S.

### P O T E S T A S   E T   V I S   F A T I .

  
St & alia Caducei qui Mercurio attribuitur significatio, præter eas quæ à Pierio sunt enumeratae. Caduceus enim fati potestatem significat, vel afflatum quandam diuinū, ductumq; quo non modò mentes nostræ, verùm etiam creatæ omnia mouentur & gubernant: atq; vinculum quo cum Deo colligati sumus, ac inter nos: ipsiusq; fati necessitatem omnia stringentem. Quod præclarè indicasse videtur Virgilius his verbis:

*Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco,  
Pallentesq; alias sub tristia Tartara mittit:  
Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat:  
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat  
Nubila.* —

Sic enim pingebat ab Ægyptijs Caduceus ille, Macrobio autore, in specie draconum maris & foeminae coniunctorū, qui parte media voluminis sui, inuicem nodo, quem vocant Herculis, obligabantur: primæq; partes corum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli iungebant: & postmodum caudæ re. F uocabantur ad capulum Caducei, ornabanturq; alijs ex eadem capuli parte nascientibus.

## C O N C O R D I A.

IDem Mercurij Caduceus angues illos circumvolutos habens, quos ipse, vt poetæ narrant, pugnantes cum inuenisset, diremit, ita vt ambo Caduceo eius adhæserint, Concordiæ symbolum est, vt in antiquis numismatibus appareat, ac inter cætera in M. Antonij triumviri numismate quodā, in cuius vna parte, mulieris laurea corona sub capitis velamine redimite caput est, cum his literis: I I I. V I R. R. P. C. in altera duæ manus iunctæ Caduceum hunc tenentes, cum hac inscriptione: M. A N T O N. C. CÆSAR. quod proculdubio pro Concordiæ, quæ tunc inter Cæsarem, Antoniū & Lepidum erat, symbolo positum fuit, idemq; Caduceus res quæ eandem vim habent, similesve sunt, denotat, duobus serpentibus, eiusdem videlicet generis animalibus.

A R.



Rgus circa totum caput oculos habens, de quo sic canit Ouidius:

*Centum luminibus cinctū caput Argus habebat,*

*Inq suis vicibus capiebant bina quietem,  
Catera seruabant, atq; in statione manebant:*

& Statius,

*Speletat in occiduis stellatum visibus Argum:*

**H**ic, inquam, vniuersæ mundi machine typus est: cuius caput ecclii præ se fert imaginem, oculi stellarum, quæ inferiora omnia custodiunt & fouent. Voluerūt enim Theologi Symboli mundum animal esse: idq; sub Argi imagine significarunt: & terram quoq; moueri dixerunt. Ait enim Mercurius Trismegistus in Pimandro, terram non



solum moueri, verum etiam vario motu agitari: sed tamen ita, ut cum reliquis elementis comparata propter motus tarditatem, immota videatur: idq; huiusmodi argumēto probare nititur: Non est, inquit, credendum, illam quæ omnia nutrit, fouet, concipit & parit, motus expertem esse: fieri enim nequit, ut quod non mouetur, gignat & pariatur. Ut igitur stellæ ac sidera huiusc mundi oculi sunt, sic herbæ, arbores & plantæ omnes capillorum locum obtinent: metalla verò & lapides, ossium: nil mirum igitur, si sub Argi imagine mundum vniuersum comprehendit Aegyptiorum theologia.

### ENDYMI ON.



Vm plura sint mortis genera, illud maximè & à sapientibus gentiū, & Sacrarum literarū testimonio comprobat, & cōmendat: cum qui piē

C & sancte vixerūt, iamq; altero illo genere mortis, de quo in Hercule Antheū int̄crimente dimisimus, mortui, hoc est prauis cupiditatibus deuictis, & ad Deum anhelātes, ac cum eo cōiungi (quod in hoc corporis carcere fieri non potest) cupientes, ab eo in cœlū trahunt̄, corpore, nō secus atq; altissimo somno morte cōsopito: quemadmodum mori cupiuit Paulus,



cum diceret, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hoc aut genus mortis osculū vocauere symbolici Theologi: de quo videt̄ loquutus esse Salomon in Cantico, cum ait: Osculet̄ me osculo oris sui. quod sub Endymionis, quem Diana in mōte altissimo consopitū somno osculatur, imagine adumbrarūt. Aiunt enim Diana, ut quæ siderum vim quam ipsa recipit, ad inferiora transmittat, reginā esse et dominam cœlestiū proportionū atq; intelligentiarū: Endymionem verò animam hominis pī significare, cuius amore capti ecclites, ut illam sibi conjungere possint atq; osculari, in alto monte, hoc est, dum cogitationem & mentem in cœlum attollit somno altissimo cōsopitam, id est morte huius corporis.

# Cælii Aug. Pacificator, etc.

Nam cum corpus impedimento sit, quo minus perfectè Deo coniungi possi. Dmus, sequitur eo soluto nos liberè in cœlum euolatueros. Quod quanto citius fit, tanto maiores Deo gratias habere debemus: nec tamen recusare quamdiu ei visum fuerit, huius corporis carcerem æquo animo ferre; sed assiduè illum rogare, qui solus omnia bona largitur, ut interea saltem cupiditates nostras, quæ nos ab eius complexu abstrahere possunt, interimat. Quod vt faciat, clementiam eius supplex manus tendens rogo & obsecro.

## P A C I F I C A T O R   H A B I T U S.



Oluimus hic omittere, priusquam viriles imagines absoluueremus, quin ea adiiceremus, quæ Quintilianus de Pacificatore habitu scribit. Sic enim ait: Fit & ille habitus, qui in statuis pacificator esse solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachioq; ab aure protenso, manum infesto pollice protendit: qui quidem maximè placet ijs, qui se dicere sublatâ manu iactant: cuiusmodi habitus hodie cernitur Romæ in pulcherrima statua, quæ pro æde Lateranensi stat.



E

## QVOMODO PINGI SOLERENT A<sup>4</sup> VETERIBVS FAVOR, EIVS'QVE CONTRARIVM.

CVm ijs quæ de Pacificatore habitu diximus, faciunt, quæ de fauoris eiusq; contrarij symbolo scribit Politianus in Miscellaneis: fauorem enim pollicibus pressis & eius contrarium versis significari solitum ait, idq; Horatij, Iuuenalis, Pliniij & Prudentij autoritate probat. Sic namque ait Horatius in primo Epistolarum:

*Consentire suis studijs qui crediderit te,  
Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludus.*

F

Iuuenalis verò hoc modo:

*Et verso pollice vulgi,  
Quemlibet occidunt populariter.*

Plinius autem libro naturalis Historiæ vigesimo octavo, pollices, cum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Et Prudentius:

*Et quoties victor ferrum iugulo inserit, illa  
Delicias ait esse suas, pectusq; iacentis  
Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi.*

Ex quibus patet, eos qui fauerent, pollicem premere: qui verò fauorem denegarent, vertere solitos.

## F I D I V S   D E V S.

### F I D E S.



Ræstantissimum extat Romæ in antiquo marmore Fidij simulacrum, sic expressum: Vir est imberbis quidem, sed tamen maturam præ se ferens ætatem,

**A**etatem, cui adiectum est nomen, HONOR, hic VERITATI, quæ virginis forma expressa est, manū porrigit, prenditq; in medio autem AMOR est puerili ætate: quod hæc tria sint, quibus Fides nititur, quæq; illam inuiolatam conseruant: nempe honoris studium, veritas promissorum, ut videlicet ab utroq; seruētur, & amor, qui nisi adsit et faueat, facile fides corrumpitur: nam fidem honos sustinet, veritas parit, amor nutrit.



## S O M N V S.

### V E R A E T F A L S A S O M N I A.

**B**  Mago virilis facie resoluta & languenti, candida subtus veste & suprà nigra induiti, quasi diem & noctem indicaret, cornu manu tenens, Philostrato autore, somnum significat: quod cum vera somnia immittit, nigrum cornu habere singitur: cum vero falsa, eburneum. Vnde & geminæ somni portæ à Virgilio singuntur, his verbis:

*Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur  
Cornea: qua veris facilis datur exi'us umbris.  
Altera candenti perfecta nitens Elephanto:  
Sed falsa ad cælum manes insomnia mittunt.*

quoniam, ut inquit Macrobius ex Porphyrii autoritate, latet omne verum: hoc tamen anima cum ab officijs corporis somno paulum libera est, interdum aspicit: nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit. Et cum eum aspicit, tamen non libero & perfecto lumine vider, sed intericto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. quod Virgilius his verbis indicauit:

*Aspice, namq; omnem, quæ nunc obducta tuenti  
Mortales hebetat visus, tibi & humida circum  
Caligat, nubem eripiam.—*

**C** Hoc igitur velamen quod nigro colore significatur, cum in quiete ad verum usque aciem introscientis admittit, cornu esse creditur: cuius hæc est natura, ut tenuatum visui peruum sit: cum autem à vero hebetat, ac repellit obturum, ebur putatur: cuius corpus ita natura densatum est, ut ad quamvis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad ulteriora rendente penetretur. Hæc Macrobius. Seruius vero aliam adfert rationem: ait enim per portam corneam oculos significari, qui & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris, quia frigus non sentiunt, ut & Cicero in libris de natura Deorum testatur. Per eburneam vero portæ os, propter dentes, quod ea quæ loquimur, falsa esse possint: ea vero quæ videmus, sine dubio vera sint. Aut vero ait, corneam portam idcirco veram dici, quod, ut iij qui de somniorum interpretatione scripserunt, testantur, quæ somnia personæ statum & fortunam non excedunt, vera sint, & simplicia, ut cornu est: quæ vero supra fortunam sunt, & nimium habent ornatum, falsa: vnde eburnea quasi ornator porta singitur.

# Cælii Aug. Hecate.

## HONOS ET VIRTUS.

D

**I**N quibusdam Vitellij Cæsaris numismati-  
bus inueniunt pulcherrime Honoris ac Vir-  
tutis imagines, in quibus Virtus sic est expres-  
sa: Iuuenis galeatus cum pennis supra galeā,  
hastam sinistra, sceptrū dextra tenens, ocreas  
habens, & sub dextro pede testudinē, Hono-  
rem qui muliebri forma est expressus, intuēs.  
Habet autē caput galeatum, ut fortitudine ad  
virtutem opus esse indicet, quo nos ab immi-  
nentibus insidījs tueamur. eandemq; ob caus-  
sam & hastam habet: pennę verò vel crista, in-  
genij acumen significant, & sublimia cogitan-  
da. Sceptrum potestatem vitiorum domandorum, & cupiditatum frenandarū.  
**E**Ocreæ duplēcēm habent significationem, primū quod qui virtutem sectātur,  
semper ad locū, si opus sit, virtutis exercendæ caussa mutandum parati esse de-  
bent. Deinde quia pedes & crura imbecillitatem quam ex hoc terreo corpore  
suscipimus, quæ nos cupiditatū istib; obnoxios reddit: prudentia, cuius sym-  
bolum est testudo, quam sub pede habet, diligenter muniamus, sicq; gressus no-  
stros dirigendos, prudentia duce, ut ne nos met ipsos in peccandi necessitatem  
conīciamus: semperq; in omnibus rebus honorē spectandum & intuendum,  
non autem opes. Honos muliebri potissimum formā depingitur: quod mulie-  
res maximē honoris studiosas esse deceat. Est autem seminuda mulieris imago,  
propter opum contemplationem, eademq; cornucopiæ gestat, & galeam pede  
premit: quia ex virtute omniū rerū copia prouenit, & virum in honore ob vir-  
tutem constitutum omnes venerantur.



## H E C A T E .

L V N A.



Vnam sub Hecates imagine pin-  
gebant, propter varias eius cor-  
poris figuræ: Hecate enim cum  
tribus capitibus pingitur, quorum  
dextrum equi est, sinistrum canis, medium  
hominis. Luna enim ex Solis distantia varias  
figuras sumere videtur. & cum nouilunium  
pingere volebant, candidis vel aureis vesti-  
bus indutam, atque ardente facem tenen-  
tem eam faciebant: cum medium ostendere  
volebant, cistam ei in manu ponebant, quia  
crescente lumine fruges maturat. Plenilunij  
autem virtutem ferrugineo calore denota-  
runt: tuincque ramum Laureum & papauer manu tenere fingebar: ramum  
quidem Laureum, quoniam à Sole ignea fit: Laurus enim Soli consecrata est:  
papauer verò propter fertilitatem multitudinemq; animarum, quæ in ea tanquam  
in ciuitate habitare putabantur. Duplicem enim tellurem Ægyptiorum philo-  
sophia



F

A sophia statuebat: superiorem vnam, & inferiorem alteram: superioremque tellurem Lunam esse putabant, inferiorem vero hanc frugum procreaticem, quam nos mortales habitamus: illam enim animas corpore solutas incolere putabant: quia cum Aegypti ex Hebræoruni, à quibus multa didicerunt, theologia esse quendam locum, in quem animæ corpore solutæ transmigrant, ibiisque beatorum sedes esse, & multa præterea de cœlesti illa patria, & sancta ciuitate eiusque regionibus audiuerint, & in plenilunio maculas quasdam in Lunari orbe viserent, quæ in nullo alio sidere cernerentur, & terrarum quandam montiumque & lacuum imaginem præse ferrent, diuina mysteria & arcana humana intelligentia metiri volentes, ea omnia in Luna esse putabant, eamque cœlestem illam tellurem esse aiebant. Nec desuerunt qui duplicem mundum statuentes, vnum in quo perfecta rerum omnium quæ in hoc nostro orbe sunt, exempla atque imagines cernuntur, ab ipso creatore minimè corruptioni obnoxiae factæ, quas ideas vocauere: ex quibus post & ad illarum imitationem, quæ in hoc mundo sunt omnia creata sint: mundum illum id earum Lunam esse dixerunt.

B runt. Sic enim ratiocinabantur: ut architectus, pulcherrimam aliquam dominum templi mve ædificaturus, imaginem eius perfectissimam mente concipit, quæ cum ex materia concreta non sit facta, corruptioni minimè est obnoxia, nisi cum architectus ipse corrumpitur, hoc est aut moritur, aut mente alienatur, neque post ædificium ipsum tam perfectum & absolutum reddere potest, ut ideam illam quam conceperat æquet: ita & summus ille opifex atque architectus, mundum hunc creaturus, eius & omnium quæ in eo esse volebat, imaginem perfectissimam concepit: quæ imago, ut pote in eius qui omni corpore solutus est, quicunque omnia potest mente cōcepta, ita perfecta fuit, ut nihil perfectius excogitari posset: & re ipsa extitit, quia potentissimus est qui eam fecit. Et quæ admodum imago humana mente concepta, sine sui artificis corruptione corrumpi non potest, sic illam quæ opificem habet nulli corruptioni obnoxium, sempiternam fore, necesse est fateri. Hanc autem imaginem Lunam esse volebant, cui etiam creator vim hæc inferiora ad sui exemplum, sed minus perfecta, gignendi dederit: quam vim Naturam appellarunt. Et sic Lunæ multitudinem

C animarū, vel quod in ea corpore solutæ habitarent, vel quod ab illa in mortalia corpora influerent immitterenturque, vel quod perfectissimas illarum contineret imagines. Sed est & alia ratio, cur illi fertilitas multitudoque animarum tribuatur: quia videlicet Luna crescente, plantæ, & fructus, nec non & anima magis crescunt, & quia partui præesse putatur. Nec tamen absurdam prorsus illorum sententiam existimarem, qui huius mundi imaginem in Luna esse putarunt, modò ne de diuina illa idea, ad cuius exemplar omnia sunt creata, intellexissent, quæ non magis quam Deus ipse mortalibus oculis cerni potest, cum diuinam illam sempiternam fore sit necesse, Lunam vero & Solem mutationi obnoxium esse, Sacræ literæ testentur. Sed si huius mundi imaginem tanquam in speculo cerni dixissent, facile illis assentirer. Lunare enim corpus speculo simile esse, solarium radiorum reflexio, quam in eo videmus, indicat, itemque aqueæ naturæ, quæ in speculis est, esse philosophorum omnium illi humiditatis ad rerum generationē caussam tribuentium consensus, & res ipsa docet. Cum igitur talis sit Luna, & in plenilunio terra inter solem & illam positâ, huiusmodi maculæ in eius corpore cernantur, quæ medium orbis terrarum

# Cælii Aug. Persephone, etc.

partem, ut illam à Geographis pingi videmus, imitentur, quis non credat macula D  
las illas terræ imaginem esse? Nam quod illas ob corporis inæqualitatem fie-  
ri dicunt, id absurdissimum videtur in cœlesti corpore: & falsum esse, testatur so-  
larium radiorum tanta reflexio: quæ nisi ex politissimo nitidissimo corpore  
fieri nullo modo posset. Quod verò alij vapes esse putant, quos illa assidue  
ad se trahat: primum dico fieri nō posse, si vapes essent, vt semper eandem fi-  
guram situmq; seruarent: deinde Mathematicorum, hoc est Opticas certissimas  
verissimasq; rationes, id falsum ostendere. Nam cum vapes non supra me-  
diam aëris regionem attollantur, necesse esset, Lunam à Britanis, aut Hispanis,  
aut Ægyptijs, quorū acies supra vapes illos, qui in nostris solūmodò regio-  
nibus essent, tenderet, sine maculis cerni: nam si quis forte diceret, vapes illos  
totam medium aëris regionē occupare, & ideo ab omnibus videri, is sciat, si ita  
se res haberet, nos non maculas, sed totum Lunarē orbem quasi velamine quo-  
dam obductum visuros. Ex quo patet, cum eadem maculæ & quæ ab omnibus  
gentibus cernantur, vapes eos nō esse. Sed & ipsarum macularum figura o-  
ptimè orbis terrarum imaginē, vt ex tam longinquo tractu perspici potest, præ E  
se fert: quemadmodum quilibet videre potest.

## PERSEPHONE, SIVE PROSERPINA.


### SEMINVM VIRTVS ET GENERATIO.



Eminum virtutē & gignendi vim, quæ potissimum in terra est, vete-  
res muliebri forma, germina quædam protendentem pinxerunt:  
hancq; imaginem Bonam deam vel Persephonem appellarunt: se-  
men non antè germinare significantes, quām in terram proiectum  
aliquandiu ibi latuerit.

## DIONYSIVS.

### PROMISCVA GIGNENDI VIRTVS PLANTARVM.



Voniam verò plantæ non solùm ex semine, verùm etiam quædam  
ex surculis plantatis nascuntur, hanc promiscuam gignendi vim, sub  
Dionysij imagine expresserunt, quem muliebri forma & cornua ha- F  
bentem pingebant.

## I V N O.

### QUATVOR ELEMENTA.



Vno catena de cœlo ab Ioue suspē-  
sa, & lapides pedibus alligatos ha-  
bens, ab Homero singitur: ita vt v-  
num pedem cōtractiorem habeat  
altero, quæ imago quatuor elementorū sym-  
bolum est. Juno enim ipsa aërem significat: ca-  
tena ignem quo cætera colligantur atq; miscē-  
tur, lapis altiori pedi appensus, aquā, alter ve-  
rò terram: quæ omnia Iupiter, quem coeli re-  
ctorem significare volunt, ita cœlo alligauit,  
vt ex illo pendeant, ipsiusq; qui cœlum mo-  
ueat, nutu gubernentur.



TEM-

**A** T E M P E S T A T I S M U T A T I O N E M , E T A R C A N A  
T E M P O R E P A T E F I E R I .

**E** Adem Iuno nubibus vndiq; septa, ita vt vix cerni possit, tum mutationem tempestatis, cum Iuno aëris symbolum sit, tum res alta vetustatis caligine mersas, aut alioqui obscuras absconditasq; quas tamen tempus patefaciet, tum temporis breuitatem significat.

## S P E S F A L L A X .

**E** Adem quoq; Iuno ex nubibus ficta, res de quibus agitur fictas & falsas esse significat, spemq; fallacem, admonetq; vt caueamus nobis ab illusoribus, vel ne falso, vt sàpe fit, amore capiamur, nosq; fœminis deludendos præbeamus. Aiunt enim, Iunonem ab Ixione adulterij solicitatam, illi corpus ex nubibus sui imaginem præ se ferens obtulisse, cum quo ille iacuerit.

## E V R O P A .

## A N I M Æ H O M I N I S I N C O R P O R E S T A T V S .

**B**  Vlier tauro insidens, ac per mare delata, facie tamen in tergum conversa, & littus quod longè liquit respiciens, significat animam hominis, quam corpus per huius mundi pelagus defert, cum ipsa tamē tellurem quam deseruit, hoc est Deum creatorem atq; opificem, auidis oculis intueatur. Et hic est Platonicus ille animæ circulus, atq; rationis motus, cum videlicet mente à diuinis ad humanas res cogitandas ipsaç; creata, conversa, tandem ad Dei contemplationem reddit. ideoq; poëte finixerunt, Europam Agenoris Phœnicum regis filiam, ab Ioue sub forma bouis aut vituli raptā, & per mare in Cretam delatam fuisse: cuius fabulæ mystica explicatio est quam modò protulimus.



**C** D I A N A .

## R E R V M M U T A T I O .

 Irgo cui Mercurius vestem porrigit, Diana est, quæ rerum mutationem ex incremento & diminutione factam significat. Finixerunt enim Græci poëtæ, Iouem cum videret Diannam nudam incedentem, quod id virginem minimè decere videretur, Mercurio, vt ei vestem faceret, mandasse: cumq; multas ei Mercurius vestes fecisset, nullam tamen illi aptam facere potuisse: propterea quod illa dum visuam pararet, assidue mutaretur, ita vt post illam non posset induere. Est ergo hæc figura



# Cælii Aug. Danae, etc.

incrementi & diminutionis, rerumve aut consilij & mentis mutationis hiero- D  
glyphicum.

## DANAЕ CVM AVREA PLVVIA.

ANIMI PVLCHRITVDO, ET COELESTIVM BO-  
NORVM AFFLVENTIA.

**D**Anae formosissimæ mulieri, aurum in gremio pluisse finxere poetæ, per Danaen animi pulchritudinem significantes, quæ naturalibus virtutibus continetur, quas Deus amat, per aureum verò imbre cœlestium bonorum affluentiam, quæ ex diuino amore eiusq; benignitate sunt petenda. Omnium enim bonorum perfecta copia à Deo solo datur.

## P A S I P H A E.

ANIMA CVM AEREO VEHICULO.

**P**Asiphaë Solis filia, & Minois Cretæ regis vxor, quam in vaccam transmutatam, ex tauro Minotaurum peperisse ferunt, qui media ex parte homo erat, reliqua taurus, animam significat cum suo æthereo vehiculo, quo illam corpori coniungi Platonici tradidere. Aiunt enim animas nostras in beatis illis sedibus & cœlesti regione, æthereū igneūm- ve quandam vehiculum, quo deferantur & moueantur habere, cū nihil quod sit expers corporis moueri possit. quod & David vates comprobare videtur, cum canit, Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flamمام vrentem. Addunt deinde Platonici illas, quamvis hunc igneum vehiculum habeant, tam- men corpori, hoc est terreo vehiculo, ob ignis subtilitatem & terræ crassitudi- nem, nisi aliquo intercedente medio quod utriusque naturæ sit particeps, iun- gi non posse, ideoq; illam dum per cœlestes orbes & elementa descendens transit, paulatim crassiore se quasi veste induere, aëreumq; sibi vehiculum com- parare, quo facile terreo huic corpori copuletur. Id autem facit corporis induen- di cupiditate, vt idem aiunt, accensa: taurus enim corpus significat, vacca ficta aëreum vehiculum: Pasiphae ipsam animam, ex qua copula oritur Minotaurus, F id est homo ex anima & corpore conflatus.

## P A N D O R A.

**P**Andora mulier pyxidem in manu habens apertam, aduersam fortu- nam, generis obscuritatem, infelicitatem, paupertatem, infamiam, ægritudinem, spei frustrationem, humanae sortis miseriam nobis ad- umbrat. nam cum haec virtutes omnes in pyxide inclusas teneret, eam, vt quid intus esset videret, aperiens, omnes elabi passa est, malis retentis, & spe sola, quæ vasculi labro adhæsit, vt narrat Hesiodus: eam enim à Vulcano factam, & ab omnibus diis muneribus, quæ pyxidi illi inclu- serant, ornatam, postq; Epimetheo con- iugem datam tradit.

E V R I .

**A** E V R Y D I C E.  
A P P E T I T V S.

**V**rydice quam in pede momordit serpens, appetitum hominis significat, quem animi affectus exultabant, pedes enim ac præsertim calcaneum, cupiditatum hieroglyphicum sunt. vnde Seruator discipulorum suorum pedes lauare voluit, vt eos ab affectibus terrenis mundos redderet. Et Petro nolenti vt se lauaret, dixit, Nisi lauero te, non habebis partem mecum. & in Genesi dixit Deus serpenti, Insidiaberis calcaneo eius, nec solum hoc in Sa-

**B** cris literis, verum etiam in Græcorum fabulis legimus, Achillem propterea quod puer Stygiis aquis fuisset immersus, nulla in parte vulnerari potuisse, præterquam in pedibus, qui abluti non fuerant: vt indicarent eum fortem fuisse, nisi affectibus vinceretur propriis. Neque abhorret ab hoc sensu quod tradunt, lasonem aureum vellus petentem, vnum calceum in flumine, quod solum in toto terrarum orbe nulli vento est obnoxium, amisisse: hoc est, dum virtutem sectatur, & immortalitatem, aliqua affectuum parte exutum fuisse, & Virgilii, Didonem morituram vnum calceum exuisse, scribit his verbis:

Ipsa mola, manibusq; piis, altaria iuxta  
Unum exuta pedem, vinclis in ueste recincta  
Testatur moritura deos, & conscia fati  
Sidera.—

hoc est, vno affectu, nempe mortis formidine exutam, quæ Didonis figura reperientium firmumq; consilium significat.

## C Y B E L E.

AGRICVLTVRA, VEL VICTORIA  
POPVLORVM.

**C** YBELES turritam coronam habentis simulacrum, tellurem indicat, & vrbes quas illa sustinet domitas: vel victoriam de agricolis seditionis partam: vel tellurem agricultura domandam, & eam quæ habatur fertiliorum esse ea quæ minus incolitur. Vbi enim hominum frequentia, ibi artes & industria valent. Quod verò currui eius Leones adiunxere, vt in antiquis marmoribus numismatibusq; videre licet, id significat nullam esse terram adeo sterilem & asperam, quæ labore & industria fertilis redi non possit, vel illam vim gignendi à sole capere, cum leo sit animal Phœbæ naturæ. Hanc ipsam si non in curru, sed humi sedente vel stantem cum circino pinxeris, Geometriæ, si cum quadrante, Geographiæ, si cum ligone vel taurum prope se habentem, Agriculturæ simulacrum habebis.



# Cælii Aug. Charites, etc.

## T R E S C H A R I T E S .

D



Res Charites sorores fuisse traduntur. Pingebantur autem iuuenes virgines, ridentes, manibus implexis, soluta ac perlucida veste: quarum natu maxima, Hesiodo autore, Aegle vocatur, media Euphrosyne, tertia Thalia. Quid autem hæc omnia significarent, pulchrè docet Seneca de Beneficiis libro primo, in hunc modum: Quare, inquit, tres Gratiae, & quare sorores, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare virgines, soluta ac perlucida veste? Alij quidem videri volunt vnam esse quæ det beneficium, alteram quæ accipiat, tertiam quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiumque. Sed vtrumlibet ex istis iudica verū. Quid ista nos iuuat scientia? Quid ille consertis manibus in se redeuntium chorus? Ob hoc quia ordo beneficij per manum transeuntis, nihilominus ad dantem revertitur, & totius speciem perdit, si usquam interruptus est: pulcherrimus, si cohæsit & vices seruauit. Ideo ridentes, quia promerentium vultus hilares sunt, quales solent esse qui dant & qui accipiunt beneficia. Iuuenes, quia non debet beneficiorū memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt & sincera, & omnibus sancta, in quibus nihil esse alligati decet, nec astricti. Solutis itaque tunicis utuntur, perlucidis autem, quia beneficia conspicere volunt. Hæc Seneca: nos autem etiam illud minimè silentio prætereundum censemus, quod una faciem auertere & occultare fingitur: ut indicet, eum qui munus dat, id clam facere debere, iuxta Seruatoris dictum, Cum facis eleemosynā, noli tuba canere ante te. & alio in loco: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera. Altera Charis faciem apertam ostentat, quia eius qui beneficium accipit, est id ostendare & prædicare: tertia partem faciei ostendit, & partem occultat: significans beneficij retributionem celandam esse, ostendendumque ipsum beneficium.

E



F

## G O R G O N E S .

### A N I M A E T R E S I N H O M I N E .



Orgones capita, draconum squamis obsita, dentes maximos aporum instar, item manus & alas habere finguntur: eas tres Phorci filias fuisse tradunt, nomine Euryale, Stheno, & Medusa, ex quibus Medusa sola mortalis fuisse perhibetur, reliquæ duæ immortales: ideoque Medusam Perseus decollavit. Hæc Gorgones animarū hieroglyphicum sunt. Tradit enim Ægyptiorum Theologia, & cum ea Platonica quoque schola, tres in homine animas esse, quarum singulæ apud Hebræos proprium nomen habent: una enim Nephes vocatur, quæ Latinè Viuens vel Sentiens dici potest: quam cum bestiis communem habemus, & hæc mortal is est, quam Medusa innuit: est enim corpori proxima, eiisque adglutinata, & sensibus, corporisque affectiōnibus obnoxia: de qua volunt acutiores Theologi intellectisse Christum, cū dixit, Tristis est anima mea usque ad mortem: & Qui non habuerit odio animam suam,

**A** perdet eam: ideoq; finixerunt Perseum, qui diuinum spiritum meliorem q; genium significat, hanc obtruncasse: debent enim qui altiora contemplari volunt atque diuina, hanc prorsus interimere, ne quid sensus animæ quæ rationis particeps est, obesse possit. Altera anima Ruah, id est spiritus nuncupatur, quæ rationis particeps est. Tertia dicitur Nessimah, id est Lumen, ut à Pythagora & Dauide fuit appellata, quam D. Augustinus diuinitatis partem, & Plato mentem vocat. Ideo autem dixerunt has tres sorores homines suo aspectu in saxa convertere: quia quamvis illas in nobis habeamus, illarum tamen naturam nemo absolutè potest scrutari, nisi Medusa obtruncata, id est corporearum affectionum impedimento prius fuerit liberatus: imò qui eas intueri volunt, saxis eos similes esse ad alia oportet. Oculus autem quem sibi inuicem hæ tres sorores mutuò dant, significat lumen quod habemus extrinsecus, à Deo nobis dari, atq; ab una in alteram animam deriuari.

### VIRGO CAPILOS HABENS ERECTOS.

HOMINIS NATURA.

B



Lato dixit hominem arbori similem esse, verùm in hoc ab illa differre, quod illa radices in terra fixas habet, homo autē in cœlo: quo capilli capitis radicum similitudinem quandam habentes indicant. Radix autem vera hominis est anima, quæ cœlitus est demissa, & per quam viuimus, spiramus, & vitales fructus ferimus, ut arbor ex radice vitam trahit: vnde in Cantico legimus, Comæ tuæ iunctæ canalibus: quod de coelestibus riuis, ex quibus virtus in nos descendit, est intelligendum. nam quæ de capillis & barba in Sacris literis dicuntur, ea o-



**C**mnia ad animam referri, testantur Origenes & Hieronymus. Vnde si quis virginem capillos in cœlum erectos habentem pinxerit, aptè animam vel hominis naturam expresserit.

### VIRGO ABS CISIS CAPILLIS.

IMBECILLITAS ET MORS.



Irgo cui abscessi sint capilli, imbecillitatem virium ingenij, animive, aut etiā mortem significat: quia non modò in Sacris literis videmus Sampsonis robur in capillis fuisse, quibus abscessis facile captus & victus fuit: verūm etiam Euripides finxit Alcestem mori non potuisse, donec illi à Mercurio cœlitus demisso crinis absindere: & Nisus non prius à Minoë interfici potuit, quām illi ab eius filia pilus fatalis absindere tur. Nec Dido apud Virgilium antè mori potuit, quām Iris ab Iunone missa ei flauum vertice crinem auferret,

# Cælii Aug. Astræa.

A S T R A E A.

D

I V S T I T I A.



Stræam, Astræ Gigantis & Auroræ,  
vel Iouis & Themidis filiam, pro iu-  
stitia sumi notissimum est: singunt e-  
nim illam vitiis crescētibus indigna-  
tam in cœlum euolasse, locūmque inter Leo-  
nem & Libram medium tenuisse, imò etiā ipsam  
Libram ei tribuunt, qua quid cuique debeatur,  
expendat. Quamobrem sic de illa cecinit Oui-  
dius:

— *Et virgo, cæde madentes  
Ultima cœlestium terras Astræa reliquit.*

& Seneca in Octau.

*Neglecta terras fugit & mores feros,  
Hominum & cruenta cæde pollutas manus,  
Astræa virgo, siderum magnum decus.*

Eam quoq; vt Gellius & Chrysippus tradunt, forma atq; filo virginali, aspectu  
vehemēti & formidabili, luminibus oculorū acribus, nec humilem, nec atrocē,  
sed reverendæ cuiusdam tristitiæ dignitate pingi solitam, omnes ferè norunt:  
cui nostri pictores modò lancem, modò securim virgarumq; fascem adiiciunt.  
Illud autem ferè inauditum est, & tamen pulcherrimum, quod Alexander A-  
phrodisæus scribit, Iustitiam ab Ægyptiis sine capite pingi solitam, per manum  
sinistram porrecta palma discapedinata: quoniam sinistra genuina pigritia  
nulla calliditate prædita, æquitati aptior quam dextra videtur. Collocatur au-  
tem inter Leonem & Libram, quia iustum iudicem intrepido & forti animo es-  
se oportet, vt nullius minis aut precibus ab æquo & bono dimoueatur: eun-  
demq; decet crimina omnium atque merita ad lanceam discutere & ponderare,  
vt cuique quod meritus est tribuat. Caput verò ei nō tam ademisse mihi viden-  
tur, quam inter sidera occultasse, vt indicarent à iudice neminem videri debere: F  
vnde Athenis in Areopago, rei velato capite caussam dicere iubebantur, ne iu-  
dicum affectus mouere possent. condit ergo caput inter sidera, solum Deum  
intuens: & ideo à nobis cerni non potest: debet enim iudicis mens  
ad extreum usq; donec sententia sit lata, occulta  
esse, ne qua fraus struī possit.



P R I O R I S L I B R I F I N I S.

A CAELII AVGST. CVRIONIS HIEROGLYPHICORVM COMMENTARIORVM LIBER SECUNDVS,  
EA CONTINENS QVAE PER SERPENTEM, CERBERVM, FELEM, VITULUM, Capricornum, Cancrum, Aquilam, Craterem, Lyram, Arcum, Nodum, Catenam, Quinarium numerum, Pentagonum, Pyramidem, Cubum, Octaëdrum, Icosaëdrum, Papauer, Iridem, Hyacinthum, Narcissum, Hysopum, Myrtum, Salicem, Cedrum, Palmam & alia huiusmodi significantur,

AD THEODORVM ZUINGGERVM PHILosophum & Medicum præstantissimum.

**B** L T E R A M hanc mysticarum imaginum Partem, quam cum superiore Valerianis quasi racemationem quandam diuinis Commentariis adiecimus, tibi, doctissime Zuinggere, donare atq; in tuo nomine edere statui: non quidem quod tuæ famæ aliquid scriptis meis ornamenti adiicere posse sperem, quam tu ingenij tui magnitudine, atq; illustribus monumentis, quibus rem literariam promoues, ab aliis illustrari non pateris: sed vt & hi mei labores nomini tuo inscripti, plus autoritatis inveniant, & tu aliquid meæ in te obseruantiae indicium habeas, tenue quidem illud ac rude, longeq; impar iis quibus tu nos ornare soles, sed ex candido in te animo profectum, & tali qui libentius, si posset, maiora dignioraq; tibi commendaret. Sed tuæ humanitatis erit, mentem non munus spectare. Quod si feceris, & ingenij ac prudentiæ tuae acumine, ad intimos animi mei sensus penetraueris, tanti te hoc facturum non dubito, quanti regium aliquod munus: & quemadmodum me amare iamdudum cœpisti, sic hunc meum immaturum fœtum fouendum suscipes. Quod quoniam mihi certò polliceor, plura non addam. Vale. Basil. X 1111.  
Kal. Sext. CIO. IO. LXVII.

## S E R P E N S.

ANIMA E T C O R P V S.

**C** Acillum, cui serpens circumvolutus est, non modò apud Hebreos, & in Sacris literis, in quibus legimus serpentis in cruce positi asperitu populum Israelis à morte liberatum fuisse: verùm etiam apud Ægyptios & Romanos animæ atque corporis salutare symbolum fuit. Nam cum cætera omnia reptilia crassioris & magis terreæ sint substantiæ, serpentem spiritus & vitæ tenacissimum animal esse constat, quod & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam vtilissimum sit, & ad acuendum visum herbam inuenisse, nec non ad sese in vitam reuocandum quandam herbam cognoscere traditur. Et cum Romani oraculo admoniti, Epidauruni mississent ad Æsculapium, quem Medicinæ & salutis Deum existimabant, accersendum, serpentem Romam aduixerunt.

Ccc iiiij

# Cælii Aug. Cerberus, etc.

## C E R B E R U S .

### TRES COELI REGIONES: VEL TRIPLEX DEI POTESTAS.

D



Eteres tres tantum cœli regiones faciebant: nempe, Ortū, Occasum, & Meridiem, nam in Septentrione inferos putabant esse, propterea quod Sol nunquam eò perveniat: quemadmodum & Sacrae literæ Aquilonem interdum accipiunt: et impios ad sinistram à Deo in extremo illo iudicio detrudendos. Sinistram vero in eodem Septentrione esse theologis, quis dubitet, cum impij in eandem cum dæmonie regionem sint detrudendi: ideoq; harum trium regionum symbolum finixerunt Cerberū canem tricipitem, quo etiam tria Dei regna significant, cœlestē, terrenū & infernū.

### TRES NATVRALES NECESSITATES.

**E**Vndem Cerberum tricipitem finxere poetæ inferne domus aditum custodi: eo hieroglyphico tres necessitates naturales, quæ hominē à sempiternarum rerum contemplatione abducunt, significantes: nempe famam, sitim, & somnum. & ideo Virgilius singit Sibyllam, quæ Æneam mentem ad magnarū rerum contemplationem convertere volentem, monet, ut huic Cerbero melle soporatam & odoratis frugibus offam obiiciat, statimq; illo relicto transeat: ut indicet, esse quidē his necessitatibus satisfaciendū, sed nō prorsus indulgendū.

### F E L I S.

### L I B E R T A T I S A P P E T E N T I A.



Elis præterea quæ de illo scripsit Pierius, libertatis appetentiæ hieroglyphicum fuit, quo prisci Alani, Burgundiones & Suevi, teste Methodio, in militaribus signis vti solebant: perinde ut Feles carcerem ferre nō possunt, sic se seruitutis impatientissimos esse testantes.

### V I T V L V S.

### C O N C V P I S C E N D I V I S.



Ansuetus & domesticus vitulus, vel bos, concupiscendi appetēdiq; vim quæ in nobis est, denotat: quia constat, nullum animal è quæ appetitui obedire & venereum esse, atq; Vitulus, siue Taurus.

F

### C A P R I C O R N V S.

### M O R S , V E L D E F V N C T O R V M A N I M Ā , E T S E C V N D A F O R T V N A .



Apricorni signum quod in multis Augusti Cæsaris numismatibus videmus, summam, vt Astronomi tradunt, sub se natis portendens felicitatem, à Platonicis deorum porta vocatur: quia per eum tradūt, animas corporis vinculo solutas, rursus in cœlū ascendere, ubi diuinæ naturæ participes fiunt. ideoq; hoc signū sidereum animas defunctorum mortemve significat, & nonnūquam secundam fortunam summamq; felicitatem, vt diximus.




C A N .

## C A N C E R.

ORTVS HOMINIS, VEL VITA.



Ancer ex eorundem Platonicorū sententia, ortum hominis vitamq; notat, volunt enim animas per Cācri ianuā in humana corpora demitti, & vt Capricornum deorum, sic Cancrū hominum portam vocāt, quod per eam egredientes animę humanā in naturam transeant.



## A Q V I L A.

DIVINI NVMINIS PRÆSENTIA.



B Quila prēter ea quae de illa scripsit Pierius, in Sacris diuini numinis præsentiam vel effluxum quendam significat, quo ad maiorem superioremq; rerum diuinorum cognitionē ducimur, vt Cabalistē trādunt, vnde Moses dicit, Sicut aquila provocans filios suos ad volandū, et super eos volitans expandit alas suas, assumpsit eum, atq; portauit humeris suis.

## C R A T E R C O E L E S T I S.

O B L I V I O.



C Rater ille sidereus, qui ab Astronomis inter Leonē & Cancrum collocatur, obliuionem significat: quoniam ex Platonicorum sententia, animę cum in humana corpora demittuntur, de cœlo per Cancri ianuam descendentes, & per Capricornum rursus corpore solutae in cœlum ascendentes, cum descendunt ex cratero illo, quem Bacchi poculum vocant, obliuionem bibunt: & sic cœlestium rerum obliuiscuntur, sed non omnes æquè, verūm aliæ magis, aliæ minus, prout magis minusve ex eo poculo hauſere, ex quo patet, poculum illud obliuionis poculum esse, eiusq; imagine obliuionem significari.

## L Y R A.

A V D I T V S.



Yra duo habens foramina incurua, aures et auditum significat, quoniam vt in Lyra fidibus illis & neruis tactis aër proximus cōmotus ad duo illa foramina inflectitur, & tandem in Lyræ conuexum, ubi quoq; aër inclusus est, reflectēs sonitum edit: sic vox aërem extra aures nostras cōmouens in aurium foramina impellit, qui in pelliculam quandam instar tympani tensam, appulsus, aërem qui intus est naturalem mouet: is autem commotus neruos quosdam excitat, in quibus est auditus. Propter hanc ergo similitudinem Lyra auris & auditus hieroglyphicum est.

## A R C V S.

A C V T I D O L O R E S.



P Er Arcum in Lunæ virginali forma expressæ manu positum tensumq; acutí dolores indicantur: quia nullus intensior dolor quam partus, cui Lucina siue Luna præest, esse putatur.

# Cælii Aug. Nodus, etc.

## N O D V S .

D

### N E C E S S I T A S .



Er nodum necessitas, Macrobio teste, significatur: quæ enim vincita sunt, se ipsa dissoluere nequeunt: quod si nodo gladium adiicias qui cum rescindat, fortunam, fatum & necessitatem virtute superari in die cabis: quoniam Alexander Magnus, Gordium illum fatalemque nodum gladio rescidit, & sic fatum ipsum vicit. & Vetus est dictum, Sapiens dominabitur astris.

## CATENA AVREA HOMERICA.

### CONNEXIO RERVM HUMANARVM CVM DIVINIS, VEL DIVINÆ PROVIDENTIÆ VIS.

**D**ubium nō est, quin Catena illa aurea Homericæ, quam pendere de cælo in terras Deum iussisse cōmemorat Iliados lib. viii. his verbis: Agedum aureā restim è cælo suspendite, eaq; cuncti dñ ac deæ apprehensa, me hinc detrahite in terram: nullo id quantolibet nixu poteritis efficere. At cum mihi facere idem irato libuerit, in terras vos vniuersos & in maria usq; detrahám. Quinetiam circumligata reste ad summitatem Olympi, omnia supernè attollám, vt intelligatis quantum ego deos simul atque homines antecello. Dubium, inquam, non est, vel Macrobio & Luciano testibus, quin illa rerum humanarum cum diuinis connexionem, & commune quoddam vinculum, quo Deus & summus ille Pater quem vult nos ad se trahit, mentesq; nostras in cœlum attollit, quo nos alioqui propriis viribus, quantolibet conatu ascendere non possemus, significet: adeò vt qui mentem suam diuinitùs gubernari significare velit, is aptè catenam hanc ex stella pendentem & contrahentem pingere possit. Ea est enim diuini afflatus, & igniculi illius, cuius Plato omnes homines participes esse voluit, vis, vt mētes ad creatorem cōvertat, & in cœlum trahat. Dixit autem Plato, omnes homines eius igniculi cœlestis participes esse, quia qui eius non sunt participes, quamvis formam corporis humanam habeant, non tamen homines sunt, sed belluis inferiores deterscib. Est præterea connexio illa & alio modo intelligēda, vt eam interpretatur Macrobius: nam quæ modò diximus, ex Luciani Dialogis, cùm Mercurium fingit de Ioue propter hanc catenam conquerentem, dicta sunt, & ad fatorum vim afflatumque diuinum referuntur. Macrobius verò ait, catenam hanc sic conflatam esse, vt ex summo Deo mens manet, ex mente anima, que et condit & vita compleat omnia quæ sequuntur; cunctaq; unus fulgor illuminat, & in vniuersis appareat, iuxta Peripateticorum sententiam, vt in multis speculis per ordinē positis vultus unus appareat. Cumq; omnia continua successionibus se sequantur degenerantia per ordinem, inquit, ad imum meandi, inuenietur pressius intuenti, à summo Deo ad ultimam usq; rerum fæcem, vna se mutuis vinculis relians, & nusquam interrupta connexio, quæ per catenam hanc significatur, quā Lucretius auream funem vocat, his verbis:

Haud (vt opinor) enim mortalia sæcla supernè  
Aurea de cœlo demisit funis in arua.

### S O L I S V I S .

**P**laton autem in Theæteto per hanc catenam solem significari vult, cum ait: Et ad hæc Colophonem insuper addam auream illam catenam, qua nihil aliud

A aliud quām Solem Homerus ostendere voluit. Quandiu enim circuitus ille & Sol mouetur, omnia sunt ac seruantur inter deos & homines. Si verò staret hoc totum velut ligatum, omnia corrumperentur, & fierent inuersa.

## S A C R A R V M R E R V M C O G N I T I O.

P Er eandem quoq; catenam sacrarum cœlestiumq; rerum cognitio mihi ex Homeri verbis significari videtur, cū ait neminem quantolibet nixu illa apprehensa Deum de cœlo detrahere posse, ipsum verò eadem cuncta sursum attollere. nam & si literarum ac philosophiæ studia, sint quasi gradus quidam & catena, ad cœlestium rerum cognitionem: nihilominus si quis per eos gradus ipsius creatoris naturam indagare velit, nullo id ingenij acumine, diligentia ve aut labore affequetur: hoc enim esset Deum de cœlo detrahere, & humano ingenio subiicere. Si verò alicui Deus ipse sui cognitionem dederit, is totus illi coniunctus facillimè cœlestia affequetur. Quo hieroglyphico monemur, diuinorum rerum cognitionem non ex Philosophorum libris, sed precibus & pietate à Deo petendam esse.

## M V S ē, E A R V M' Q V E A F F L A T V S.

B C Atena verò ferrea magnetem lapidem alligatum habens, vt Plato in Ione tradit, Musarum connexionem et commune vinculum, atq; afflatum illum ex quo præstantes poetæ vim quandam diuinam affectuum concitandorum capiunt, significat.


Q V I N A R I V S N U M E R V S, E T  
Q V A T E R N A R I V S.M E R C V R I V S, E T A R T I V M  
I N V E N T O R E S.

**P** Er Quinarium numerum Leo Baptista Albertus Mercurium figurari ait. Martianus verò & alij Quaternarium eius symbolum esse volunt, propter artium inuentionem, vt qui numeri sint perfectissimi. Ex quo patet, per huiusmodi numeros etiam artium inuentionem inuentoresq; significari.

## P E N T A G O N V M.

## S A L V S.

**D** Entagonum salutis symbolum fuisse, testatur Lucianus eo in libello in quo agit de quodam qui lapsus erat inter salutandum: cuius rei origo talis com memoratur. Antiochus is qui  $\Sigma \Omega \Theta \Pi$  cognomento dictus est, cum aduersus Galatas pugnaret, nec satis ex sententia res succederet, essetq; in discrimine, per quietem vel vidit, vel se vidisse simulauit, vt militum animos in spem erigeret, Alexandrum Magnum se monentem, vt salutis symbolum assumeret, idq; pro tessera tribunis daret, eorumq; vestibus insueret: ea re fore vt victoria potiretur. Symbolum autem illi huiusmodi ostendisse, triangulum triplicem inuicem insertū ex lineis quinque constantem, in quibus  $\Upsilon \Gamma \mathrm{E} \mathrm{I}$  scriptum erat. sic enim salus sanitasve Græcè appellatur. vnde & hoc signum in



## Cælii Aug. Pyramis.

veteribus Antiochi numis adhuc cernitur: quod signum Mathematici à quinq<sup>z</sup> D. angulis Pentagonum vocant.

P Y R A M I S.  
R E R V M N A T V R A , V E L M A T E -  
R I A P R I M A .

Er Pyramidem veteres rerum naturam & substantiam illam informem formas recipientem significare voluerunt: quod ut Pyramis à puncto & summo fastigio incipiēs, paulatim in omnes partes dilatast: sic rerū omnium natura ab unico principio & fonte, qui diuidi non potest, nempe à Deo summo opifice profecta, varias deinceps formas suscipit, & in varia genera atque species diffunditur, omniaque apicis illi & puncto coniungit, à quo omnia manant & fluunt. Verum & alia huius rei ratio, nempe Astronomica reddi potest: quoniam Aegyptij summi Astronomi fuere, imò ipsius Astronomiae inuentores. Tradunt autem Astronomi, esse circulum quendam in Sphæra, vel cœlesti illa machina, sub quo sol & reliqua errantia sidera, cursus suos circuitusque conficiant, & in quo omnium animantium vita, rerumque naturalium ortus atque interitus sit positus: adeò ut etiam Aristoteles in libris de Ortu atque interitu, dicat generationis atque corruptionis, omnisque mutationis vel incrementi causam esse accessum & recessum solis in circulo obliquo: nam circulum illum, de quo agimus, obliquum vocat Aristoteles: Astronomi vero, propterea quod ex eo pendeat animantium vita, Zodiacum vocauere. Hunc igitur circulum, cui soli inter cœlestes circulos latitudinem tribuunt, in duodecim partes, quas Signa nuncuparunt, partiuntur: aiuntque cum illo diuidi etiam inferiora omnia, adeò ut quicquid sub uno ex illis signis contineatur ad centrum usque terræ, id omne in signo esse dicatur. & sic signum volūt esse velut Pyramidem quandam, cuius basis in cœlo sit: nam fundamentum Astronomicum cœlum est, & apex in centro terræ. Cum igitur in Pyramidibus illis omnia fiāt, sitque accessus solis, qui est quasi punctum quoddam ad signa illa ortus, & recessus ab illis interitus rerum naturalium causa, aptè videtur per Pyramidem natura rerum omnium parentes significari.



E

## ANIMA HOMINIS.

**S**ed & animam hominis sub Pyramidis forma adumbrare voluisse videntur iidem Ägyptij, qui magnifica regum atq; heroum sepultra, sub ingentibus Pyramidibus fecerint: vt testarentur corpore soluto & corrupto, animam superesse, quæ cùm summo opifici visum esset, hoc est circulo illo triginta sex milium annorum circumacto, aliud corpus genitura & sibi factura esset: non secus ac Pyramis, vt Geometris notum est, vertice immoto manente circumacta basi circulum describit, & toto corpore conum: vt circulus annorū illud curriculum significet, conus verò corpus quod curriculo illo conficitur. Nam Ägyptiorum fuit illa opinio de rebus in eundem statum triginta sex millium anno-

Arum spacio restituendis, & ab illis se id accepisse, testatur Plato: qui etiam hoc ipsum, id est animam nostram Pyramidis formam habere mihi testari videtur, in Timæo, cùm ait sic factam fuisse à Deo animam. vnam accepisse illum ex uniuerso portionem, quæ proculdubio unitas puncto illo, qui in Pyramidis vertice est, significatur: secundam autem primæ partis duplam: tertiam secundæ sesquialteram, & primæ triplam: quartam secundæ duplam: quintam tertiae triplam: sextam primæ octuplam: postremò septimam, quæ partibus sex & viginti primam excederet: posthac dupla & tripla interualla repleuisse: Quibus numeris prosectori nihil aliud significat, nisi expansionem illam linearum quæ à puncto ad basim tractæ angulos efficiunt, & per interualla ipsas superficies quæ lineis clauduntur. ex quo apparet illum hoc quoque, ut alia, ab Aegyptijs accepisse.


I G N I S:

**I**gnem quoque Pyramidis formam habere, testatur idem Plato: propterea quod cùm in imo latus sit, circa materiem & fomentum quo pascitur, in acutam flamam quæ cæcum spectat, desinit. nam per basim materia concreta significatur, per reliquum corpus, materia iam ad formam recipiendam parata, & quasi fermentata: per punctum ipsa informis & simplicissima substâlia, vnde minus mirum est, quod suprà diximus, per Pyramidi animam significari, ut quæ igneæ naturæ ab eodem Platone esse tradatur, & corpori non secus ac Pyramis basi, vel ignis fomento, adhæreat.

C V B V S.

T E R R A.

**C**ubum, hoc est tesseram, octo angulorum & sex laterum terram significare tradidit Plato ex Timæi Locrensis Pythagorici philosophi disciplina, quam Pythagoras, ut testatur Iustinus historicus, ab Aegyptijs potissimum didicerat. terram vero per cubum depinabant, ob eius stabilitatem grauedinemque, quia ut cubus quocunque volvatur, semper iacet, nec facile




**C**mouetur, sic terra per se immobilis, si aliqua fortuita vi commoueatur, statim rursus iacens quiescit.

O C T A E D R V M.

A E R.

**A**er idem philosophi Octaedri formam tribuere, que octo triangulis æqualibus, & æqualium laterum, id est octo basibus, & sex angulis solidis: viginti quatuor vero planis continentur. quod ut melius intelligatur, explicandum est quid sit angulus solidus, quid item planus. Angulus planus, inquit Euclides, est duarum linearum in plane se mutuò tangentium, & non in directum iacentium mutua inclinatio. solidus vero angulus est, qui pluribus quam duobus angulis planis continetur, qui non eodem sunt plano, & ad vnum constituantur punctum. Ideo autem hanc illi formam tribuerunt, quia in ascensi ignem consequitur, & in terræ cauernas penetrat. Octaedri enim forma ascendit in duos vtrique vertices, & apicissime Sphæræ includi potest, ut docet Euclides.



D d d


# Cælii Aug. Icosaedrum. &c.

## ICOSAEDRVM.

A. Q V A.

**Q**quam verò Icosaëdri figuram tenere dixerunt. Est autem ico-saëdrum, Euclide autore, figura solida, quæ viginti triangulis æqualibus & æqualium laterū continetur, propterea quod aqua sua natura mobilis sit, & diuisioni flexuīq; per facilis. His quoq; figuris ipsam elementorum ad inuicem proportionem indicare voluerunt, quæ ex basi sive laterum & angulorum numero colligitur. Octaëdri enim ad Pyramidem est proportio dupla in lateribus, in angulis solidis sesquialtera, in planis verò dupla: ex quibus proportionib; fit harmonia duplicis diapason & diapente: Pyramidis verò ad cubū in laterib; sesquialtera proportio, in angulis verò dupla, ex quibus diapason iterum & diapente. Cubi E ad ico-saëdrū in lateribus proportio est tripla sesquitertia, in angulis sesquialtera, vnde diapason, diapente & diatessaron in basibus, in angulis verò diapente. Icosaëdri verò ad Octaëdrum in basibus dupla sesquialtera, in angulis autē dupla, vnde diapason & diapente in basibus: in angulis verò iterum diapason con-surgit, quæ proportiones & harmonie pariter & in elementis per has figurās si-gnificatis esse traduntur.

D



V E R.



A V T V M N V S.



A E S T A S.



H Y E M S.



F

A

V E R.

**C**Ista florū, autore Eusebio, Ver significat: quia vere cuncta florescunt.

Æ S T A S.

**C**Ista spicis referta, eodem Eusebio teste, æstātē denotat: quod æstātē segetes & spicæ demetantur.

A V T V M N V S.

**C**Ornu copiæ vuis & pomis plenum, autumnū indicat: quoniam tunc vi-

na fiunt, &amp; omnes fructus pleno cōpiæ cornu fundi videntur.

H Y E M S.

**M**Ensa apud ignem parata hyemē significat: quia frigus & quies post æstā-

tis labores parta, terræq; opes congestæ ad lautiū vitæ genus inuitare vi-

dentur, vnde poëta, inuitat genialis hyems, &amp; Horatius:

*Vides ut alta stet nūe candidum**Soracte, nec iam sustineant onus**Sylva laborantes, gelūq;**Flumina constiterint acuto.**Dissolue frigus, ligna super foco**Large reponens: atq; benignius**Deprome quadrum Sabina**O Taliarche, merum dyota.*

P A P A V E R.

C I V I T A S.



Apauer præter ea quæ de illo scripsit Pierius, Eusebio autore, ciuitatis symbolū est: quia, vt in ciuitate multi homines habitant, sic in pa-

paueris capite quasi intra eadem mœnia multa sunt semina: &amp; vt ci-

uitas in vicos &amp; domos est distributa, sic &amp; papaueris caput in mul-

tas intus partes est diuīsum, multaç; interstitia habet.

## I R I S H E R B A.

E L O Q V E N T I A.



Ridem herbam eloquentiæ symbolum esse, nemini mirum videri de-  
bet: cum Homerus fingat Troianorum oratores vt qui disertissimi  
essent, Lirioessam, id est ridem herbam floridā comedisse, quod elo-  
quentiæ præcepta illos haussisse significat: propterea quod eius her-  
bæ flos colorum varietate atq; ornatu, Irudi ecclasti, quæ & ipsa eloquentiæ dea  
habebatur, similis sit: & quia talem oportet esse orationem, nempe colorum ac  
figurarum varietate distinctam: multasq; hæc herba eloquentiæ similes vires  
habet, nam vt de illa tradunt medici, iris halitus prauum odorem corrigit, gra-  
tumq; & suauem reddit spiritū, & venena repellit: sic etiam ornata oratio quasi  
suavis quidam halitus gratiam conciliat, & animi venena, hoc est perturbatio-  
nes depellit. Hanc herbam quidam volunt olim hyacinthum appellatam: quod  
indicare videtur Ouidius Metamorph. lib. x, his verbis:

*Flos oritur, formamq; capit quam lilia, si non**Purpureus color his, argenteus effet in illis.**Non satis hoc Phœbo est: is enim fuit autor honoris.**Ipse suos gemitus folijs inscribit, & hya**Flos habet inscriptum, funestaq; littera ducta est.*

# Cælii Aug. Hyacinthus, &c.

Sed hanc quæstionem medicis permittimus: nos de illa quæ hodie hyacinthus D  
vocatur, mox dicemus separatim, hanc vulgo lilyum cœruleum vel purpureum  
appellari scimus.

## HYACINTHVS.

### SAPIENTIA.

 Yacinthus, quem ab Apolline in florem conuersum poëtæ fabulan-  
tur, prudentiæ ac sapientiæ symbolum est. Nam cum Apollo Musa-  
rum ingenij, ac literarum Deus sit, Hyacinthum puerum ab illo ob-  
formam adamatum, poëtæ finixerunt: quia sensus naturalis minimè  
corruptus puer est, hoc est prudentia caret, sed tamen formosus est, quia mentē  
ad sui contemplationem excitat: qua contemplatione fit, ut tandem sensus, iuue-  
nili ætate atq; ferore illo deposito, prudentiæ & sapientiæ florem ex se gignat,  
suaissimis virtutum odoribus fragrantem: quorum post memoria literarum  
monumentis ad posteros manat.

## NARCISSVS FLOS.

### CORPORIS FORMA.

 Arcissus flos corporis formam quæ citò corruptitur, & iuuētæ flo-  
rem qui citò transit, significat, vt & rosa, & viola, & omnes flores qui  
citò corrumpuntur. idcirco enim poëtæ finixerent, Narcissum formo-  
sissimum puerum, dum suam formā quam in fonte cernebat, cupidè  
nimis admiratur, in fontem prolapsum perijisse, & in florem huiusmodi conuer-  
sum: vt indicarent, non hanc fluxam corporis formam, sed animi præstantiam,  
& diuinam illam æternamq; pulchritudinem esse adamandam.

## HYSSOPVS.

### EXPIATIO PECCATORVM.

 Yssopus herba pulmones purgans, & caput, qua vtebantur Hebræi  
cum sanguine animalium, ad populum aspersione lustrandum, gra-  
dum diuinum significat, & vinculum illud, quo cum Deo coniungi-  
mūr: & coniuncti à peccatis expiamur. Hinc Dauid, Asperges me  
Deus hyssopo, & mundabor.

## MYRTVS.

### GRATIA.


 Yrtus Veneri dicata, & ob id coniugula dicta, multis morbis sanandis  
utilissima, gratiæ & bonæ valetudinis symbolum est.

## SALIX.

### HÆREBITAS.

 Alix pulcherrimo hieroglyphico, præter ea quæ à Pierio scripta sunt,  
hæreditatem significat vel diuinam, vel humanam. quoniam vt salix  
iucunda arbor est, quæ ad torrentes nascitur, sic ex hæreditatis abun-  
dantia, quæ etiam per torrentem adumbratur iucunditas lætitiaq;  
oritur, quod & vox ipsa Hebraica qua in Sacris literis salix nominatur, indicat.  
nam vehirbe nachal appellatur, quod & iucunditates hæreditatis, & salicem tor-  
rentis significat.

## CORPORA NOSTRA.

 Corpora quoq; nostra salicis hieroglyphico significantur. quoniam vt salix,  
nisi torrentis aquis irrigetur, non crescit; sic & corpora nostra, imo & nos-  
met

Amet ipsis, nisi cœlestibus aquis irrigemur, & secundum decursum illarum plantati simus, fructum nullum ad vitam ferric possumus. Vnde Dauid de beato viro, Hic arbori similis est ad aquæ riuum scæ.

## CEDRVS, SIVE CITHRVS.

## MISERICORDIA VEL PIETAS.

 Edrus siue Citrus arbor, fructus gignens odore ac sapore præstantissimos, misericordiae pietatisque symbolum est, propter magnas utilissimasque mortalium generi vires. Primùm enim præbet resinam elecṭissimam, que citria dicitur, dentium doloribus utilissimam. succus eius elephantiasin curat, & pulmonis vlcera: valet contra venena, ardetque velut facula. Vnde Hebræi fructu eius solennem quendam diem celebrabant, quasi diuinæ misericordiae opem implorantes. Quos æmulati Lacedæmonij, dcos suos coronare solebant ijs fructibus quos oxymala persica nuncupant, idem per illos significantes quod Hebrei per Citrum. Lignum quoque eius corruptioni nimè obnoxium, facit ut cedrus pro immortalitate æternitaté accipiatur;

## PALMA.

## H O M O.

 Alma in mysticis literis celebratissima, duplice de causa hominis simulachrum esse putatur. primùm quia fructum non fert sine coitu, sed replentur eius rami gemmis masculine, quasi semine quodam: deinde quia in superiore parte habet quasi cerebrum, quod Hebrei Halulab, Arabes verò Chedar, vel Gemar vocant, quo corrupto moritur arbor, sicut cerebro læso homo interit: quod quidem huic soli inter plaitas contingit. tertio quod comam in cacumine habeat, & ramos in manuum modum protenos, & fructus digitorum figuram præse ferentes, vnde dactyli, id est digitii sunt appellati. pulpa quoque ipsorum fructuum caro nuncupatur, multum sanitati conferens, & vel ex vi quadam animali, vel ex Phœbæa natura summae nutritionis, adeò ut multi sancti Patres in solitudine vitam agentes, eo solùm cibo contenti fuerint: quemadmodum & hodie quoque multi in Africa populi eo tantum fructu vicitant.

## IVDÆA.

Per Palmam præterea Iudæa notabatur, propterea quod ea potissimum regio palmis abundet, & quod Iudæi in sacris suis eius folijs vterentur, habentque diem solennem de palmarum nomine appellatum: vnde in multis Romanorum numismatibus videmus palmam, & mulierem mœstam sub ea sedentem, cum huiusmodi inscriptione,

## IVDÆA CAPTA.



CÆLI AUGUST. HIEROGLYPHI  
corum Finis.

# Index

## INDEX RЕ- RVM ET VERBO- RVM MEMORABI- lium locupletissimum.

### A



- Litera 350.a 351.a 352.b  
 A. litera absolutionis nota 128.c.a  
 A. litera cur prima 27.b.c  
 A. triplex quid in veterū monumentis si-  
     gnificet 372.c  
 Aete 350.e  
 Aaron cur vitulum, & cur hircum immo-  
     larit 26.e  
 Aaronis dexteræ auricule extremū cuius  
     hostie sanguine tangebatur 238.a  
 ¶ Abactoris nomē meruit Abrabā 169.a  
 Abantes quomodo comam gestandam pri-  
     mi excogitarint 230.d  
 Abderite à ranis è regione sua expulsi  
     212.b  
 abdicatio filiorum 152.d  
 aberranti in sylvis viū monstrantelephan-  
     tes 20.d  
 Abionitarum hæresim aboleuit D. Ioan-  
     nes Euangelija 142.b  
 abliguritor omnium 196.f  
 Abliguritoris indicium 422.c  
 abolitus 216.e  
 Aborigenes quo casu Rome manserunt  
     158.b  
 abortus 81.a 107.b  
 Abradere in rotundum capillorum faciem  
     prohibitum 230.b  
 Abraham moralē innuit philosophiam  
     280.c  
 Abraxas Basiliidis 131.b  
 absentia diurna 144.c  
 absinthium marinum 420.a  
 Absinthij symbolum 420.a vis ibid.  
 absolutum nihil in humano opere 210.c  
 absteniens per noctuan indicatus cur  
     148.b  
 abstinentia cibi potusq; 94.d.e  
 abstinentie tenuitas 349.d  
 absurdæ res 28.b  
 abyssus 284.e.f  
 abyssum cur vocarint Dei iudicia Prophe-  
     tae 206.f  
 Academia noua à Carneade 153.a  
 ¶ Acena 265.d.e  
 acanthias 192.f Achelois 350.f  
 Achilles ceruorū medullis enutritus 52.e  
     Chironi curanus à Peleo datus 343.f  
     inuolabilis præter pedes 257.e  
     vnde dictus 52.f  
 Achilles ad tumulum que libamina ferunt  
     quotannis Theffali 403.d.e  
 Achilles Bochus Bononiensis 51.a  
 Achilles Maffeus 210.e

- accipiter Soli dicatus 426.d.e  
 accipiter, eiusq; symbols 151.c. et seq.  
 accipiter animi symbolum 156.a idem  
 & Osiris Plutarcho 151.d Insigne  
 erat Sagittariorum Venatorū milltum  
 155.e quando fœminæ consortium ap-  
     petit 151.e sacerdotij symbolum  
 156.a sanguinis symbolum 154.b  
 sursum volans quid, & deorsum quid  
 151.f 152.a  
 accipitris artificioſa pugna 155.d ossa  
     ex tibijs aurum attrahunt 151.d  
     significatio in sacris 152.b  
 accipitres septem vulturē insectantes quid  
 155.c  
 accipitrina herba ad oculorū morbos cur  
     adhibetur 151.d  
 accusator inanis 175.b  
 acerbitas 388.f  
 acetii conficiendi ratio 424.f  
 acinacem attestari Scythis maximum iura-  
     mentum 315.f  
 acinaces ibid.  
 acoris audius 183.f  
 Acridopagi in Aethiopia 202.f  
 Acteon à suis canibus deuoratus, quid  
 52.a 55.a.b  
 Acteus demon 292.f  
 Actiaca victoria 15.f  
 Actiæ matris Augusti somnium 111.f  
 Actij Synceri laus 143.f 164.e  
 actus in mensuris, quid 265.f  
 acuti hominis symbolum 396.e  
 ¶ Ada regina Carū obsonia exquisita Alc-  
     xandro mittit 411.b  
 Adad quid Assyrii 15.e  
 Adagartis quid ibid.  
 Adam quid Hebreis 153.b  
 Adami cingulum quid significet 392.f  
 Adani pomum 392.e adamas 306.a  
 adamanti collatus Christus & Iob 306.c  
 adamantē emollit hircinus sanguis 306.d  
 Adelbertus Brauemburgi regulus iniquè  
     ab Attone Mogunitino deceptus 254.e  
 adianton 424.b  
 ad Gallinas, villa 372.f  
 adlocutio, multorum numismatum inscri-  
     ptio 238.e  
 Admetus iunxit Leonem & aprum 2.d  
 admirator sui 50.d  
 adolescentis generosi natura qualis esse de-  
     bet 40.e 395.f  
 Adonis 322.f ab apro confititus quid  
 68.a.b huius simulachrum ibid.c  
 adoranti conuenit stare 46.a ado-  
     ratio ibid. 275.e adoratio per cir-  
     culum indicata 287.a per manus  
     symbolum 253.f  
 adoraturos sedere iubet Pythagoras 46.c  
 aduena 184.e  
 aduentus vel migratio 334.c  
 aduersarius contradicens quo signo in lu-  
     cem editus 227.c  
 adulatio 348.f  
 adulationibus deditus 393.c  
 adulator 188.c  
 adulator & scurra 43.d  
 adulatorum illecebtre 89.c  
     infidelitas 196.b  
 ab adulatoribus pessundatus 51.c  
 adulteriæ coniugis maritus 73.e  
 adulteri qua poena affici soliti 98.d  
 adulterium per muranam 209.c  
 ¶ Aedes 363.c.d ædificatio 368.a  
 ædificationis principium unde 344.c  
 ædilis curulis 320.f ædilium ordines  
     duo ibid.  
 æditimus 320.a æditius ibid.  
 Aegydius Viterbiensis 123.a.d 322.c  
 Aegilus, Atheniensium tribus 391.d  
 Aeginetarum iuuentuti pollices præcisi ab  
     Atheniensibus 260.f  
 Aegira Achæiæ ciuitas 410.e  
 Aegon Argiuorum rex ut creatus 137.f  
 ægritudine conflictatus 153.a  
 Aegyptus 117.c 329.c  
 Aegyptus colli imago 243.b cur per  
     cor significatur 242.e.f per croco-  
     dili symbolum 207.f humida & ca-  
     lida 242.f Romanos effeminavit  
 35.b quid in diuinis significet 153.f  
 Aegyptiacæ literæ que 351.a  
 Aegyptiaci soli fertilitas unde 10.f  
 Aegypti captiuitas quid 153.f  
 Aegypti delicie 35.a  
 Aegypto quomodo promissa libertas 35.b  
 Aegyptius sophista 211.a  
 Aegypti summi astronomi 438.e  
 Aegypti ab Aethiopibus multos ritus di-  
     cuntur accipisse 147.f à Cam-  
     byses diuexati 12.f à quibus signifi-  
     cationes suas communiſcebantur 44.b  
     ciuitates multas in Hetruria fundauerunt  
 301.a . caduera vitro condita die  
     asserabant 40.d diuino cultui scriui-  
     entes carnis abstinentia & vino 411.e  
 cur maritimis abstinerint 221.e no-  
     teti cum die pari horarum numero as-  
     sidue partuntur 208.e puritatem  
     aduauerunt 220.e quomodo mun-  
     dam patiebantur 134.f  
 Aegypti & Phœnices quomodo Solem  
     Lunam & stellas deos intellexerint  
 326.c  
 Aegypti reges ac sacerdotes vino abstine-  
     bant 390.c  
 Aegyptiorum opinio de mundi figura  
 24.d peculium in gregibus 422.d  
     statue quales 366.e  
 Aegyptiorum Iupiter quis 29.b  
 Aegyrensis Amorem & Fortunam in eo-  
     dem delibro colebant 288.d  
 ægythus auis que Aegyptijs 182.f  
 Aeliani locus 83.b  
 Aelij

# Hieroglyphicorum.

Aelij Veri Imp. lectulus qualis	401.f	329.a	Albertus Magnus alitur	8.e	105.e
Aelio Pertinaci signum datum de inua-		æthereus ardor	Albini natale solum quod		138.b
dendo regno, quale	33.f	Aethiopia quid sonet Hcbræis	Albino Cludio quid portendebant cornua		
ælurus & felis an idem animal	100.d	Aethiopes pijs fuerunt olim	56.f		
cur Lunæ simulachrum	101.c	147.f pu-	albis vestibus delectatur Deus	296.c	
æluri oculi ad Lunæ rices vel maiores vel		blico dannati iudicio sponte sibi mor-	albis vestibus vti in Imperatorum Rom.		
minores	100.e	tem consicccabant 147.f ybinam ha-	funeribus mos olim	157.b	
Aematholice sues solidis sunt vnguisbus,		bitent	Alcathus Leonem occidit	239.f	
& non diuisis	69.c	242.f	alcea cur leonis cauda dicta	7.c	
Acolipile	105.f 106.a	Aethiopum ad epulas cur Iupiter cum reli-	alcedo 180.d raro appetet	180.f	
Aeneæ Platonici locus	190.f	quis diis invitatus dicatur	alcedonis nidus qualis	180.e	
Acolus cur Hippote filius dictus	104.f	Aethiopum pedes tumor obnoxij	alcedonum incubatus tempore, mare tran-		
Aeoli filij & filie	104.f	actatis species due	quillum	180.e	
æqualitas	161.f 369.d	Aetnae montis lucū incolebant canes	Alceste Admeti regis coniux	156.e	
æquinoctia	46.d	40.d	Alcibiadis catarinx	177.e	
Aequitas in Elephanto	18.b	Affectus motum vt ad affectionem perue-	Alcithoe cur in respertilionem mutata		
Aequiuoca, cuius sint Xenophontis, igno-		natur, excitat	179.f		
ratur	230.e	109.a	Alcmæonis de sapore sententia	240.e	
aer	280.e 439.b	mita quomodo pingebatur	Alcyonij dies	180.e	
aeris elementum per accipitrem	155.f	17.f mu-	Aldi Manutij insigne	335.f	
aeris symbolum per columban	158.c	liebri specie effigia	alectorie gemmæ vis	173.e	
ærci clavi cur configendis nauibus aptisa-		398.a	Alexandru Aeropum Thessalis equitibus		
simi	360.b	Africæ symbolum per scorpium	prefecit Alexander Magnus	162.f	
æris signandi mos à iano inuentus	228.b	Africani elegans sententia	Alexand. Macedo Louis Ammonis filius fa-		
æris soliditas ac diurnitas	110.c	Agamemnonis clypei inscriptio	buloſe creditus	5.b	
ærumne	284.d 344.d	Agamemnonem cur Homerus equipara-	Alexander pueras Darij captiuas summa		
æruminosus	297.b.c	uerit boui	integritate seruauit	247.d	
æs perpetuitatem denotat	360.b	Agathocles graui obsidione presit Car-	Alexandri Bucephalus	29.a	
æs olim pecudum nota signatum	76.f	thaginenses	Alexandri capitii insidens hirundo quid		
Aeschinem tragicam simiam vocavit De-		340.d.e	162.f cōmentum aduersus ingruentem		
mosthenes	49.e	Agathocles Siciliæ tyrannus à Timo hi-	sommum	128.e	
Aeschylus primum excogitauit colubras		storico notatus	continentia	247.d	
Eumenidum crinibus obvolutas	181.d	151.d	effigiem qui gestabant, prospere sibi o-		
Aeschylj dictum de leonis catulo 6.e lo-		Agathyrus	mnia successura putabant 226.e mos in		
cus 149.a tragedie	389.b	agelastos	præbendis auribus tam reo quam accusa-		
Aesculapius 117.a 381.e cur intonsa		Ager quid in diuinis literis significet	tori	237.b	
barba	232.b	400.c.	numisma cur leoninum		
cur serpentis insignia		Agesilai dicterium d. sagittarii	spolium habeat 3.c responsum Ad e		
gestet	113.a	310.b	reginæ Carum	411.b	
in solitudine Tithic		aggerum construendorum norma ab hi-	Alexandri studiosissimus Antoninus Seue-		
montis expositus	40.c	runib. accepta	ri filius	226.f	
à capella a-		aggregatio	Alexandro an meritò fulmen attributum		
litis Ibid.		Aglaus alter, proaerbiu	324.c.f 325.a		
sub anguis specie multis		agnen	Alexandrum decimum tertium Deum ad		
apparuit	117.f	agna aurea Atrei, quid	duodecim suos colebat Atheneſes	324.c	
Aesculapij caput cur lucre redimitum		agnus	Alexandri Aphrodisi locus	435.d	
373.d		agni insolito colore nati quid portendant,	Alexander Mediceus trucidatus	332.f	
Aesculapij simulichrum	381.e	et quibus imperium	Alexander Phereus hæſta qua Polyphra-		
apud solos Sicyonios	232.b	68.f	nen interemit consecrauit	311.c	
Aesculapij simulachro cur canis adscul-		agricola	Alexander Seuerus ex leporinæ carnis		
ptus	40.c	agricultura 15.f 316.d 339.e 354.f	ſeu formosus factus	96.b	
Aesculapio attributa ars	323.c	385.c 405.c	Alexandri Seueri mortem indicans por-		
cur gal-		agriculturæ monſtravit Saturnus	tentum	372.f 391.f	
lum ſe debere dixerit Socrates	172.f	228.b	Alexandria cur vocata Leontopolis	3.c	
cur immoletur gallina	172.c	Agrigentini taurum Phalaridis in mare	Alexandrie verbis prima descriptio farina		
æſtas	67.b 405.b	proiecerunt	signata	184.e	
æſtas et hyenis	68.a	35.c	alienæ opis indigus	201.f	
Aestyi Germani aprorum formas pro ar-		Ajax Locrensis draconem mansuetum	alienigenarum procus	209.b	
mis gestabant	67.f	in delicus habuit	alienus ab amore	92.a	
Aesynimio Megarensi quid responderit		117.b	alimonia	393.b	
Apollo	128.1	Ale animarum Platoni que	Alilat & Oratal Arabum Dij	254.c	
ab inuenientate libidinosus	202.c	153.d	alis insignita erant capita sacerdotū Ae-		
ætatum distinctio varia	272.e	alas pedibus addere	gyptiorum	256.a	
æternitas 288.a 319.d 328.d cur per		429.d	Alithæus Turrianus	368.e	
basiſcum indicata	105.c	Alæus Telephumi expositum in Panthium			
æternum, perpetuumq;	286.f	montem			
æthera cur patrem putauerunt nonnulli		52.f			
		Alastres demones			
		292.f			
		alba cur ad Dei cultum adhibita			
		286.d			
		alba ueste decorabantur liberti manumis-			
		sione accepta			
		296.e			
		albata			
		296.d			

# Index

allium militie symbolum	417.e	Amphilocheus Olenius ab ansere adamatus		anguis quo tempore exuuum deponit
allio incitantur ad pugnam galli	173.d	145.c	103.e	
neq; allium neq; fabas esitandas, proverb.		Amphion à quo lyram acceperit	347.f	anguium magna vis congregata in Aethio-
417.f		348.c		pia
allium odit Leopardus	59.c.d	amplitudo nominis	212.e	115.f
Almæ significatum	132.d	amuletum	375.d	anguibus vis magica inest
Alpini milites	102.a	amygdala pro canitie	279.a	106.b
Aloisius Cornelius	361.a	amygdala floris multitudine, aliarum etiam		angulus solidus
alta, & altum	285.b	frugum feracem annū pollicetur	378.e	439.c
altum nil sapiens	180.c	amygdalus temperantie hieroglyphicum		anima
alumine oblitera materia non succenditur		379.b		153.b
120.e		¶ Anacharsis quo gestu dormire depre-		332.c
¶ Amans ardet	120.a	hensus	247.c	anima Deus' re
amaranthus	403.d	Anacharsis Scythæ dictum	389.b.c	269.f
amarities de vite dulcedine .	187.d	Anacharsis statuis quid inscriptum	247.c	anima hominis
Amasios cadaver combustum à Cambyses		Anacreontis versus de fastu muliebri	35.d	438.f
in ignominiam	341.d	Anaxagoras cur iudicarit hominē sapien-		anima cum aereo vehiculo
Amatæ rei desertor	422.d	tissimum omnium animantium	251.f	433.d.e
amator	120.a	Anaxagoræ opinio de Sole	326.d	anima corporis
amatores mortui	342.e.f	Anaxilas Reginus	97.b	436.b
amatoria delicie 100.b illecebre 157.d		Anazarbeni cur oleas habeant fœcondissi-		anima corporis affectibus tangitur
amatorium	421.a	mas	388.b	202.b
Amazones è serpentum coriis tegumenta		anceps consiliij	81.e	generat cogitationes
bellica faciebant	303.e	anchore hieroglyphica	335.e	229.f
Amethystus contra ebrietatem stat	307.c	anchore alligatus Delphinus quid	195.e	purpurea
ambiguæ oues que	76.e	anchoram habuerunt Indi pro caduceo		204.f
Ambres liber Aegyptiacus	278.a	336.c		sanguine nutriti videtur
D. Ambroso puero apes in labellis conse-		anchoris duabus inniti	336.a	154.b
disse dicuntur	186.c	anchusa pisces	215.f	anima leonis cur vehementius moueatur
amicitia	40.f	ancile	312.c.f	7.c
amicitia firma	220.f	Andrys Physicus ad Nicandrum glosse-	313.a	animæ hominis in corpore status
amicitia confirmatio	408.d	mata adiecit	209.b	433.a.b
amicitiae hieroglyphica plurima	398.f	anemona	403.b	animæ & animi differentia
amicus inutilis & ingratus	162.d	Angelus Cæstus	297.d	153.b
amicorum comparandorum ratio	254.a.b	Angelus Colotius	164.a.c	animæ cum corde commercium
Amnianus Marcellinus Grecanico fuit in-		angeli	238.e	154.c
genio	260.f	angelorum cura que	234.e	animæ per pisces indicate
Amniani Marcellini locus	429.a	hierarchie tres	402.c	222.b
Ammionius Alexandrinus Origene & Por-		nomina & mu-		animam spoue non exturbandum cur iudi-
phyrio discipulis clarus	91.c	nera	322.e	carint veteres
amolitio	241.a	angelos nos vocamus, quos Gentiles Ge-	223.a.b.c	340.b
amor	309.d	nios	40.d	animæ humanae vineis comparantur
342.c	347.e	Angeronæ effigies qualis	261.b	391.a
394.b	356.c	ibid.c		animæ defunctorum
amor fidem nutrit	431.4	Angleuarij	114.c	436.f
amor slatus	408.a	anguilla	210.d & seq.	animas mortuorum in fabis habitare
amor geminus quomodo exercitus	161.a	mutationem non		413.c
amor in simpliciorem etatem	15.f	facile fert	ibid.f	animadversio
mutuus	342.e	mortua ad fundum	219.f	316.b
oculatus ne anæ-	394.f	residet		animaduersio secura
cus	357.f	anguillæ generatio	210.c	227.f
perditus	395.a	anguillarum capture copiosa quando		animal nullum homine diutius viuere exi-
turpis	375.d	210.b		stimat Aristoteles
amoris firmitas	198.f	anguimanos cur vocarit elephantos Lucre-		149.c
amoris impuris factas	196.c	tius	17.a.b	animal nullū sacrificandū putabant Theo-
amoris indicium	418.f	anguineum ouum quod 115.e		logi veteres
nutrimentum		ad iudiciorū		412.c
120.b		victoriā confert	ibid.	animalia fœcundiora que
petulantia	16.a	anguineos pedes habuerunt Gigantes		11.c
progressus	394.d	118.c		frigida
laquei & retia	358.a.b	anguipedum Syrtium historia elegans		& timida que
radij		108.a.b		197.f
in amantum oculis qui	309.c.d	anguis significata	102.d.& seq.	natura ductu in
symbolum	400.f	anguis caudam admordens quid	111.f	morbis sibi medentur
vulnra	309.c	anguis, nisi anguem comedat, non fiet dra-		423.a.b.c rati-
amoris veri fructus	374.c	co, proverbo.	111.d	onis expertia voluptate afficiuntur
				93.a
amori cur ale attribute	155.b			animalia tertij generis non gignunt
amori persuadendi magna vis inest	184.a			92.b
Amorū agminis descriptio, acclusus	394.			animalium curandorum causa
b.c.d.& seq.				304.b.c
				animalibus omnibus quibus sanguis, ijsde
				& cor est
				154.c
				animalibus qui primi vescuntur penuria
				frugum id coacti fecerunt
				412.a
				animus
				152.a
				406.f
				407.4
				animus ad humilia dieclitus
				127.a
				alatus Zoroastri
				153.c
				à ritu depurgatus
				215.f
				diniris intentus
				126.d
				gratus
				196.c
				regendus
				407.f
				susitate permulcendus
				186.f
				animus vita;
				340.a.b
				animi afflictio
				189.c
				candor
				165.a
				desponsio
				37.e
				domitor
				15.g
				elatio
				descripta
				35.a
				puritas
				172.f
				vis la-
				befactata
				64.a.b
				animi pulchritudo
				433.d
				animi corporisq; vires
				2.e
				animi feritas per quercum significata.
				376.c
				animi magnitudo in canibus
				42.c
				animi patria non est corpus
				144.f
				finne

# Hieroglyphicorum.

Anne Samuelis matris precatio qualis		rē in fronte purpureo	78.c	per gallum 173.a per lupum 79.d
206.a	L. Antonius F. b. Quadratus torquibus et	per gryphem	167.f	
Annibalis cōsiliū Antiocho datum in na-	armillis à Tito C. ēsare donatus	Apollo in Delphinum mutatus	194.f	
uali prælio quale	354.e	tibijs libenter cecinit	349.c	
Annibal strategem	420.f	Apollinis affectus expressus ab Ouidio		
annonā	358.c 404.c	43.d cum Hecate certamen	100.f	
Annonē felicitas & penuria	25.e	Panionij adēm quomodo primum edi-		
annus	104.e 287.c 327.e 359.f	ficandam putarint Gr. eci	367.b.c	
annus mensesq;	13.a	Muse 350.e sagittæ in Gr. eos im-		
annus cur per palmam indicetur	369.a	misse	310.b	
annus Aegyptius	285.f	Apollinis pedibus serpens triceps subiicie-		
annus iniens	228.d	batur	118.b	
anni Aegyptiacirationes due	290.a.b	Apollini acceptū ferebat Cretenses vnius-		
anni constitutio apud Persas	131.b	cuiusq; malii liberationem	194.f	
quālitates quatuor 229.c tempor. tria-		Apollini cur cygni sacri	164.d	
Aegyptiū	292.b	Apollini Lyceo cur templum dicatū apud		
anni symbolum cur vultur	130.c	Sicyonios	82.c	
annum quomodo metiebantur Aegyptiū		Apollini quē nam animalia dicata	173.a	
130.f	Anthonius	Apollonius	354.d	
annum vnum viuunt passeres mares	150.c	Apollonij Rhodij locus	122.c 239.e	
annorum centena	131.b	Apollonius Tyaneus	57.b	
annorum certus numerus	67.c.d	Apollonij Ty.anci præsagium sue commo-		
anser 174.d cur detrimenti symbolum		rationis apud Barfanum	13.a.b	
175.a cur liquidis & frigidis delecte-		Apostoli	28.e 141.c	
tur cibis	174.f	apotheosis Imperatorum	27.f 139.b.c	
anseris exēpla amoris erga homines	175.a	fœminarum 171.d multis regibus de-		
anseris ingenii auersum à poeticis studiis		creta	324.c	
174.f	anulum arctum non gestandum cur dixe-	appetentia	121.e	
anseris honores à Romanis instituti	174.d	appetentis vis in hepate	134.c	
anseres Taurum montem penetrantes cur		appetitio affectum excitat	109.a	
lapillis rostra sua occludant	174.e	appetitus rationi obſiſit	427.e	
anserum iecinoribus canes pascendos insi-		Appion Grammaticus cymbalum mundi à		
tit Heliogabalus	174.d	Tiberio rocatuſ	59.f	
anserum oletum omnia adurit	175.a	Appioni cor asini obiectum	88.a	
Anser poëta pessimus.	ibid.	Aptera ciuitas unde nomen fortita	155.a	
Antagoras poeta quid responderit Antigo-		apua pīcīs 215.f Veneris sacra.	ibid.	
no	221.d	apua ad ignem, prouerb.	ibid.	
Anteuorta & Postuorta	228.a	Apuleiana fabula argumentum	401.f	
Anteus	427.d.e	¶ Aqua	40.b 439.d	
Anteus ab Hercule collisus quid	247.e	aqua mihi hæret	256.8	
Anth. anis	354.d	aqua celestis	426.c	
anthia pīcīs	213.b	aqua vocabulo qua signentur	281.d &	
anthracinē vestes	297.b	284.c		
Anthropius taurum dedit Agamemnoni		aquæductus & fontes. Ieoninis figuris or-		
& Menelao	29.d	nati	10.f	
Antigoni dictum argutum	1.c	aquani generationis causam putarunt mul-		
Antiochi numisna	418.d	ti, & cur	60.b	
Antiochi laus ab æqualitate	193.d	aquam rauue dare, prouerb.	211.e	
Antiochus cognomento Accipiter	155.c	aqua & acre uaturam rerum constare pu-		
Antiochus Soter	351.d 438.c	tabant Assyrij	222.e	
antipathia inter camelum & equum	94.d	aquarum segregations apud Mosen quid		
Antipatri epigramma de Platone	141.d	219.f		
Antipatri parsimonia ficta	296.f	aquis comparata disciplina	281.e	
antiquitas	352.d	aqüila	137.c. & seq.	
Antisthenis ditterium	34.f in adulato-	aqüila Aurelianum infantem de cunis su-		
res	200.b	stulit 138.c carnem bubulam in Ma-		
Antisthenis argutum responsum ad Dioge-		xiimi cellam, & Louis Præſtis facellum		
nem	189.e	abiecit 138.c Claudi dextero hume-		
Antoninus Pius cur semper in vrbe federit	111.a	ro confedit 138.b dedicata iustis Im-		
111.a		peratorum & regum 139.b in educan-		
Antonini Pij mansuetum ingenium	173.f	da prole iniqua 140.b Gordij currus		
Antonino imperiū portendit agnus velle-		iu. 2		

# Index

- iugo insidens 137.f Ioui gestat tela  
142.a lapidem in nido collocat 142.c  
mactandam Helenam liberauit 139.e  
Maximo imperij auspiciū dedit 138.b  
aquila obſtraga que 139.d  
aquila panem de manu Octauiani rapiens  
quid 138.b  
aquila pollet viſu 141.e 142.b qui-  
bus imperium & regnum premonstra-  
uerit 137.e. & seq. quot vno tem-  
pore pariat 138.a volucrum regina  
139.a vnde dicta 25.b  
aquila vulturina 139.d  
aquire conſpectus felicitate indicat 137.f  
Aquila cognomento gaudebat Pyrrhus  
138.f  
aquire etymon 142.b  
aquire nidiſ cum pullis à C. Mario puero  
repertus, quid portendebat 138.a pen-  
ne aliarum avium pennas cōtaſtu cor-  
rumpunt 140.c.d  
præconium ex Sofitheī dicto 141.e  
aquire ſenectus, prouerb. 141.a  
aquire cur bellum cum ſerpente 117.f  
cur tantum tribuerit Pindarus 139.a  
aqualam ſacrarunt Perſe ante Romanos  
137.c  
aquire due in culmine domus, vbi Alexan-  
der natus 138.c  
aquire gerendis rebus ſe duces præbentes  
138.c  
aquierum duarū ex auro apud Delphos  
ſignificatio 143.a insignia quedam  
ibid. pulli à vulturib. diſcerpti 133.b  
aqualis ſenectibus roſtrum magis incur-  
uatur 141.a.b  
Aquila Pontici opinio improbatur 132.d  
Aquilei expugnatio quibus indicijs pre-  
cognita 125.e  
aqualinus lapis ad multa remedia 142.d  
Aquilo 436.d  
Aquilo quatenus vocetur dexter, & quo-  
modo pro dēmonie accipiatur 24.e  
Aquilone ſpirante gignitur masculus fo-  
etus 24.b  
aqualus color 142.b  
¶ Ara 363.c.d  
ara Diana de ex cornibus ceruinis 54.a  
ara ſacrificialis 364.c  
Arabes fidem in manibus colebant 254.c  
Arabia cur nullum ſuillum genus habeat  
64.c  
Arameorū opinio de duabus legib. 322.c  
aranearum telle quid Aristoni Chio 193.d  
araneus 193.a  
araneorum telle quid in Sacris 193.b  
Arati locus 167.c  
arationis partes procuratæ 26.d  
aratrum 354.c  
Araxa fœmina 110.b ex Hercule filios  
genuit tres. ibid.  
arbiter genius' re 40.c  
arbores ſine tēpeſtate cecidiffe, ſuaq; ſpon-  
te mox reſurrexiſſe 380.a  
arbusta terrenis mētibus aſſimilata 371.b  
arca ſœderis cur ex cedar ſit fabrefacta  
373.c  
arcæ Noes ligna cur quadrata 290.b  
Arcades cur rudes dicti 66.a Proſele-  
nes cur 329.e.f  
Arcadum geſtamen quale 329.f mos in  
eligendo rege 2.f  
arcam Domini vacce ſœtæ traxerunt  
28.d  
arcana tempore pateſieri 433.a  
arcana reuelata 201.d  
arcana ſacrorum 243.c  
arcana tegenda 48.e  
archangelorum cura que 331.c  
Archemorus celebritatis Nemecorum cau-  
ſa 382.a  
Archidami dictum in Chjorum legatum  
219.c  
architectura per hirundinem 162.b  
arcus 308.f 309.a cur fuerit dedicatus  
Amori 309.c  
ardea 183.a per coitum ſanguinem ex  
oculis emittit 183.a tempeſtatis ſi-  
gnūm. ibid.  
in Areopago rei velato capite cauſam di-  
cebant 435.f  
Argaman 323.a  
Arge 350.e  
argentum liquidum 429.c  
Argiphon cur Mercurius dictus 118.e  
Argiuī, & Argiuorum numi 100.d  
Argiuī primū vſi ſcutis ligneis 312.c  
Argus 430.a  
Argus cur bouem cuſtodiſerit 26.b  
aries 77.d. & seq. & 414.c  
aries in Iſocratis ſepulchro cur adſcriptus  
78.b  
aries in Sacris literis quid 75.c  
arietinum caput cur Hammonis ſignum  
78.d  
Arij Lacedæmoniorum regis epiftola  
143.b.c  
Arion quo habitu delphino rectus 194.d  
Aristander Thelmesius 162.f  
Aristandri Thelmesij diuifio dentiū 240.f  
Aristandri ſententia de olco 387.c  
Aristides Italicas res deſcripſit 139.f  
Ariſhippus quid obiceſerit Diogeni 37.d  
Ariſhippi reſponſum de diuitiibus & philio  
ſophis 276.f  
Ariſton quibus ſimiles aiebat dialeſtice ſe-  
ctatores 201.b  
Ariſtonymi dictum in adulatores 51.f  
Ariſtophanis locus 210.b.373.f  
Ariſtoſteles & Plinius de fuciſ diſſident  
189.d  
Ariſtot. locuſ 43.f 192.e 212.f 213.a  
Ariſtotelis cōſilium Calliſtheni datū quod  
174.f ſconma in Athenienses 277.b  
ſententia de Taranda 198.b  
Ariſtotelis non videtur legitimus liber, De  
mirabilibus auscultationibus 181.b  
Ariſtoteli conciliatus Plinius 213.a  
Ariſtotimus quomodo perierit 361.f  
Arithmetica quomodo ab Aegyptiis oſten-  
datur 280.f  
arma, armorumq; genera varia 308.b  
& ſequent.  
arma bellica 374.b  
arma per ſapientiam adminiſtranda 310.c  
armorum apparatus ſine corde irritus  
54.f  
armatam Venerem cur coluerint Lacedæ-  
monij 308.d  
armatos Deos omnes cur finixerint Greſi  
308.c  
Armenica prima pelta 311.e  
Armenica ſecunda pelta. ibid.  
Armenius mus 100.c  
armi 305.f  
armillæ 305.f vnde dictæ. ibid.  
armillarum donis & coronis honestati qui  
305.f  
armillarum ſymbolum quod 305.e  
aromatica ſuper ignem quamobrem impo-  
ſita 344.a  
aromatarius 183.b  
aron agreſte cur paſcatur vṛſa 59.e  
Arone & ſtripsi mares tantum cur sacrificia-  
to reſcebat 246.c  
Ariani locus 220.d  
ars naturæ vitrix 360.d  
ars & ingenium 135.a.428.a  
artes cur per manus ſignificantur 250.d  
artes inanis 410.d  
artes nullæ ante ignis vſum ſunt reperitæ  
344.c  
artium inuentores 428.a 438.b  
artibus proprijs elufiſ 184.b  
Arſinoe miserabilis interitus 145.f  
Artaxerxes cognomento Mnemon, ſicu-  
bus & pane hordeaceo vefci coactus  
411.c  
Artaxerxis Mnemonis de fici & horde-  
aci panis prætantia, teſtimonium  
391.e  
Artemiſia quale ſepulchrum ſtruxerit  
156.d  
articulus 267.d  
artiſcium 188.d  
artiſcioſum opus 357.e  
aruales fratres 405.d  
Arneris 131.a  
Aruiragus 337.a  
aruncum quid vocet Plinius 71.e  
arundo mēſuare ſignum 415.G  
arundinis flocci efficacia. ibid.  
arundinis & filicis inter ſe inimicitæ  
419.f  
arundo in manus tradita Christo, quid indi-  
carit 415.a  
474-

# Hieroglyphicorum.

aruspex	99.c	aspidum ictus letalis	106.b	auditorum frequentia	58.e
¶ Ascia	316.c	assentatoribus nullum genus animantium		auditus	54.b
Astolia sacra cur Baccho instituta	71.e.f	perniciosius	51.f	quomodo fiat.	ibid.
Aſconij Pediani locus	69.c	assertor	377.a	auditus ex leporino simulachro intelligi-	
asclopax	174.c	assertor multorum	212.b	tur	95.c
aselliceps homo	87.c	asse lignei & scortei à Numa populo da-		auditus ē longinquo	99.b
asello fabulam narrare surdo	87.d	ti in congiario	26.f	auditus promptus	24.f
Asia per tres serpentes indicata	113.b	asidere cuiquam	320.d	auditu quē nam ex quadrupedum genere	
asillus 190.d quomodo nascatur.	ibid.	Assyrii cur abstinerint piscibus	223.b	præsent	24.f
asina animal est ad onera portanda geni-		cur columbam coluerint	158.c	Auerroes ab Aristotele dissentit in testibus	
tum 88.b foetus excludit in tenebris		Aſtabora	339.e	245.e	
90.a		Aſtoba	339.e	aues cœli	415.f
asina prioris populi symbolum	88.b	Aſtreæ	435.d	aues ex arborum folliculis natas in Britan-	
asine pullus iuniorem populum indicat.		Aſtreæ dicta Ceres Poëtis	154.b	nia fabulantur nonnulli	191.f
ibid.		astrologia	280.f	augurium mortis	82.b.c
asinus Aegyptius	88.d	astutia prava	176.d	auguriis in captandis mos sacerdotum	
asinus ab omni rationis r̄su est semotus		Aſtyagis ſomnium	389.f	340.b	
87.e animal dæmoniacum 88.c hu-		¶ Atalantæ ceruus dicabatur	55.c	D. Augustini laus	132.c
mane commoditat̄ asiduus minister		Atargate & Derceto	223.c	Augustale insigne	340.f
91.c		Atecotti iuniores	114.f	Augustus cingulo ex vituli marini pelle co-	
asinus in fabulis quis	87.e	Athalaricus Romanum imperium attruit		fecto cur r̄sus	372.d
87.d ad lyram 87.d inter simias 88.f		131.c		Augustus infans ranas obstrepenes silcre	
salutis augurium dedit	90.d	Athenarū arcana mysteria vniuersum or-		iubis	211.d
sapientie symbolum	91.c	bem eluerunt	248.a	Augustus nepotes suos literas & natare do-	
asinus putardarum vitium autor & pre-		Athenienses Aegyptiorum coloni	228.b	cuit	49.b
monstrator	90.e	Athenienses famis vltione multati quod vr		Augusti Cæsaris numisna	436.f
asini auriculae	87.f	sam Diane interfecerunt in Munychio		Augusti genesis	72.e
asini curis post obitum vtilis	91.a	eius sacello natam 86.a hospites &		Augusti milites	104.f
asini portantis iuuentutem, & serpentis fu-		aduenas omni officij genere prosequen-		Augusti præsagium ex dracone	112.f
bula	103.f	bantur 279.d.e Niciana clade vendi-		Augusto decretus currus ex quatuor ele-	
asini & sali auiculae odium vnde	104.a	ti pro seruis apud Syracusas	34.c	phantis	17.f
asini vmbra, prouerbium	87.a	Athenienses quod nam votū fecerint Dia-		Augusto in littore deambulanti ē mari ad	
ab asino excuti, prouerbium	88.f	næ, & cur 73.c quot deos coluerint		pedes profiliū piscis	218.c.d
asinum currentem pingere 88.e		324.c		Augustus mensis	
literas docere	87.d	Atheniensium nobilitas	426.b	aulicorum vita	338.a
asinum parere	87.d	Atheniensium in boue mactando mos	27.d	Aureliano Imp. quo præsigio imperium	
asinī Apollini mactati 88.d auditu pre-		Atheniensium male consulta, noctua for-		ostensum	112.e
ter mures cæteris præstant animantibus		tonare dicebatur	147.b	Aurelius Augurellus senex scripsit Chry-	
24.f 87.f ad bellum gerendum apud		Athenodorus philosophus	352.c	sopciacarne	164.e
Saracorras adornantur 89.e difficul-		Atlantis	50.b	Aureoli tyranni tumulus	208.d
ter occiduntur 88.d extra prouin-		Atlas 367.e cur cœlum gestare fingatur		auriga celestis quis	322.b
ciam non peregrinantur 87.d omnium		ibid.f		auris consecrata Memorie	238.c
quadrupedum inuerecundissimi 88.a		athlete oleo delibuti certabant	257.d	auriculis asini quis non habet	89.b
asinī Palestini equos perniciitate prouoca-		athlete siccis ficubus pasti	393.b	auribus cur carebat Louis simulachrum a-	
re dicuntur	89.d	atomis suis quid sibi voluerit Democritus		pud Cretenses	237.b
in Asinos post obitum deiici	88.a	103.b		auritus	237.c
asinaria mola, ex Euangelio desumpta		atratī & atratæ v̄estes	297.b	aurum solare metallum Chymicis	151.d
89.e		atramentarius piscis lolligo	203.c	auri nomen quid	153.e
asinī vngulae abortiuis euocandis pro-		atramentum in aquas euomit ſepia, atra-		Afonij locus	294.b
sunt	90.a	mentiq; vis	203.c	auspicium regium	159.b
asio axis 183.c imitatrix.	ibid.d	Atrei & Thyestis discordia vnde	76.b	auspicio Canaria	44.e
asio Fauonij flantibus appetet	183.d	atri festiq; dies	98.e.203.e	auspicio, portentiq; felicia per aquilam	
Asopus	350.f	Atropos	356.b.e	137.e	
aspalatho tactus ceruus moritur	53.a	atrum & nigrum	203.e	auster quomodo accipiatur	24.d
aspasragus	420.c	Attica ficubus nobilis	393.b	austri flatus foemineum foetum producunt	
citius quam asparagi coquantur, prouerb.		Attile datum augurium per ciconiam		24.b	
420.d		125.e		Autocabali	377.e
asperitas symbolum	400.d	Attonis Moguntini Archiepiscopi impro-		autores veteres multi nostra etate in lucem	
aspicere, quid in sacris significet	235.a	bum factum	254.e	prolati	253.a
aspis alita ab Aegyptio	117.b	¶ Avaritia	255.e	autoritas	37.c 368.b
aspis cur dicta ſomniculosa à Sisenna		audiendi promptitudo	71.c	autoritas per manus symbolum	251.c
106.c				autoritas imperatoria & triumphalis ho-	
				nos	

# Index.

<i>nos</i>	372.e	<i>this</i>	172.e	<i>Boethij locus</i>	427.f
<i>autumnus</i>	440.e	<i>Beelphegor</i>	248.e	<i>Boeotij stupidi dicti</i>	66.c
<i>Auxesia simulachrum cur ex olea</i>	386.e	<i>Beelzebub demō muscae hieroglyphicum</i>		<i>bonum de malo diligere</i>	400.e
<i>auxiliares</i>	228.f	191.b		<i>bonum omen</i>	90.d
<i>auxiliū imploratio</i>	162.d	<i>belbi</i>	83.c	<i>bona citō labentia</i>	397.e
<i>auxiliū imploratio apud Scythas qualis</i>	26.c	<i>bellator strenuus</i>	61.a.b.	<i>Bona dea, vel Persephone</i>	432.e
<i>¶ Azymorum calathus quid</i>	277.b.c	<i>bellatori aliquando cedere necesse</i>	31.a	<i>Bonorum obsequium</i>	23.f
<i>azymorum festum amaritudine &amp; humilitate celebrabatur</i>	189.b	<i>bellatorem decet seuitia</i>	2.e	<i>bonorum cœlestium affluentia</i>	433.d
	B	<i>Bellerophon coercuit amoris petulantiam</i>	16.a	<i>Boreas</i>	119.e
<b>B</b> <i>Litera</i>	351.b	<i>Bellerophontis imago</i>	322.b	<i>bos ab Argo custodita cur</i>	26.b
<i>Baccheia supellex</i>	377.a	<i>Bellica columna quæ nam dicta Romæ</i>		<i>bos ad sacrificium quomodo ducebatur à Persis</i>	26.e
<i>baculi &amp; virgæ differentia</i>	305.d	367.a		<i>bos arator triclinium Vespasiani ascendit</i>	26.b
<i>Bacchus</i>	29.d 322.f	<i>bellicus apparatus, vel castra</i>	250.a	<i>bos integer à Germanis Bononiæ tostus</i>	
<i>Bacchus cur tauro &amp; pardali similis datur</i>	376.e	<i>Bellona Minerua</i>	387.d	178.a	
<i>Bacchus idem &amp; Sol nonnullis</i>	104.e	<i>Bellonæ templum</i>	367.a	<i>bos per linguam inambulat</i>	26.e
<i>Bacchus Sycites</i>	392.c	<i>bellum 31.d 77.e 295.c 310.f</i>	341.e	<i>bos sub iugo, proverbum</i>	28.f
<i>Bacchus taurinis cornib. insignitus</i>	410.c	<i>bellum indicum</i>	308.f	<i>bouis effigies in Atheniensium numismate</i>	
<i>Bacchi simulachrum ex vite aut fico apud Naxios fieri solitum</i>	392.c	<i>bellum marinis fluctibus comparatum</i>	336.b	26.e	
<i>Baccho cur delphinus adipictus</i>	194.f	<i>bellum, pax</i>	365.a	<i>bouis precium 26.f significatio</i>	26.d
<i>Baccho cur dedicata ferula 403.e.f. cur obliuio.</i>	Ibid.	<i>belli incommoda &amp; damna</i>	115.c	<i>significatum in sacris literis</i>	28.c
<i>Baieth Aegyptij quid. &amp; Bai</i>	153.b	<i>belli nubes</i>	284.c	<i>boui honor habitus à veteribus</i>	26.f
<i>Balbino &amp; Gordiano statuæ cum elephan- tis decretae à senatu Rom.</i>	20.b	<i>bello inutilis</i>	260.e	<i>boui vnde nomen</i>	26.d
<i>baltheus</i>	301.f	<i>Bembi ænea Aegyptiaca tabula mire anti-</i>		<i>bouem Deliorum pecuniam cur pu. ariunt</i>	
<i>baptisimus</i>	297.a	<i>quitatis 124.f 144.a 167.f</i>		<i>nonnulli</i>	27.b
<i>baptisimus vera purificatio</i>	218.c	<i>Benedictus Agnellus</i>	338.c	<i>bouem occidere, antiquitus capitale</i>	27.d
<i>Baptista Casalius</i>	194.f	<i>Benedictus Lampridius</i>	217.c	<i>bouem quando sacrificabant Lacedemo-</i>	
<i>barba in Sacris literis quid</i>	425.c	<i>beneficij accepti grata memoria</i>	248.e	<i>nij</i>	173.f
<i>barba intonsa cur Aesculapius</i>	232.b	<i>benevolus</i>	174.c	<i>Bouem quando sacrificabat Romani</i>	30.b
<i>barba symbolum virtutum</i>	232.a	<i>benignitas</i>	139.c	<i>boves olim vocati Itali</i>	27.c
<i>barbam cur se gestare dixerit Diogenes</i>	231.f	<i>D.Bernardus</i>	40.a	<i>boves arantes imaginari, quid</i>	26.d
<i>barbam cur soli Lacedemonij rasitarint</i>	230.c	<i>de D. Bernardo quæ somniauerit</i>	mater	<i>boum cornua cur sceno circumligabantur</i>	
<i>barba nutrire sacerdotibus mandauit</i>	229.f	<i>pregnans.</i>	Ibid.	<i>30.f</i>	
<i>barbam perpetua declamatione laudavit Pierius</i>	231.e	<i>Bernardus Vibienius</i>	120.d	<i>boum natura</i>	30.d
<i>Barthol. Carolus Picolomineus</i>	71.e	<i>Bernardinus Maffeus Card.</i>	102.b	<i>bouillo extenso corio quomodo opem im-</i>	
<i>Bartholomeus Lampridius</i>	303.e	<i>Bernardinus Pollanus</i>	120.c	<i>plorabant Scythæ</i>	26.c
<i>Basilidis Abraxas</i>	131.b	<i>Bernardinus Tomitanus</i>	259.b	<i>¶ Braccati milites</i>	404.f
<i>Basilius Magnus philosophie latebras omnines penetravit</i>	309.c	<i>Bersabea quid Hebræis</i>	285.c	<i>brachiati milites qui</i>	115.a
<i>Basiliscus 105.a. in honore habitus ab Aegyptijs.</i>	Ibid.	<i>Beta &amp; bliti differentia</i>	424.a	<i>bracteatae argento pennæ</i>	415.f
<i>basiliscus ex ibidis ouo</i>	128.a	<i>¶ Bianenses</i>	113.f	<i>brassica ebrietatem arcet</i>	424.c
<i>Basiliscus stella</i>	106.a	<i>Biantis philosophi dictum ad Alyatiū re-</i>		<i>brassica vitibus inimica</i>	424.d.e
<i>Basilisci sanguis cur à plerisq; adseruatur</i>	106.a	<i>gem</i>	417.d	<i>dissi- dij causæ.</i>	Ibid.f
<i>basilici sibilis quibus sit formidabilis</i>	105.c	<i>bibaces cur aquilæ senectuti comparentur</i>		<i>Brcscit</i>	322.e
<i>Bassiano Antonino quales statuæ decretae à Macrino Imperatore</i>	319.c	141.a		<i>Bretti populi &amp; Brettus</i>	147.a
<i>Bataui milites qui</i>	114.e	<i>bibacissimus</i>	216.d	<i>brevis vita</i>	264.a
<i>Batti nauigatio</i>	322.a	<i>Biblia quo tempore conuersa in linguam</i>		<i>Briareus Centimarus</i>	252.e
<i>¶ Beatitudo futuri seculi</i>	186.c	<i>Grecam à LXX interpretibus</i>	132.e	<i>Britannia vrsoru seuitia nobilitata</i>	86.b
<i>Bebryciae Lauri effectus</i>	373.c	<i>bicipitium</i>	227.e	<i>Britanni olum anserem religiosum optimabuntur</i>	146.d
<i>Bech Phrygibus quid</i>	74.a	<i>bifrons cur Ianus</i>	228.a	<i>Bromus Bacchus</i>	180.f
<i>quid Scy-</i>		<i>bigati numi</i>	233.b	<i>brumalia quando celebrantur.</i>	ibid.
		<i>bile caret columba</i>	219.d	<i>Brutia vocata olim Italia</i>	147.b
		<i>Bithon &amp; Bitonis robur</i>	29.e.f	<i>Brutum hebetē putabat Tarquinius</i>	74.e
		<i>Bithyni iudicia ex aduerso Solis cur exer-</i>		<i>brutorū cultus vnde apud Aegyptios</i>	47.c
		<i>cere consuerant</i>	233.f	<i>¶ Bubalus, primus omnium Fortune simus</i>	
		<i>¶ Blitteca meretrix</i>	423.f	<i>lachrum Smyrnæ effinxit</i>	410.b
		<i>blitti symbolum</i>	423.f	<i>Bubulci nonien in familias Romanas ad-</i>	
		<i>Blondi opinio ventilata</i>	127.b	<i>nussum</i>	27.c
		<i>¶ Boca pisces vocalis</i>	218.d	<i>L.Buca numum eudit Cesari</i>	288.b
		<i>Bocca anguillas diis immolare consuec-</i>		<i>Bucephali</i>	29.a
		<i>runt</i>	218.a	<i>Bucephali equi apud Thessalos</i>	29.b
				<i>bullæ</i>	

# Hieroglyphicorum.

<b>bulla</b>	301.a	<i>bulle gestamen vnde accessum</i>	
ptum Ibid. vnde dicta Ibid. b		<i>puerile gestamen</i>	
stanien fuit	104.c		
<b>bulla cordis erat figura</b>	242.a		
<b>bulla primus omnium donatus Tarquinij</b>			
Prisci filius	301.b		
<b>bulbi hieroglyphicum</b>	421.e		
<b>bulborum efficacia</b>	421.e		
<b>Bupalus</b>	34.f		
<b>Busiridis nomen vnde</b>	29.c		
<b>butto, accipitris genus quod</b>	151.d		
<b>Bythonis &amp; Cleobis fratrū pictas</b>	386.b		
	C		
<b>C Litera, cōdemnationis nota</b>	128.c		
<b>Cabalistica</b>	329.b		
<b>Cacus Auentinas</b>	86.c		
<b>cadavera vitro condita adserabant Aegyptij</b>			
ptij	40.d		
<b>caduceatoris munus</b>	414.f		
<b>caduceus</b>	115.a & seq. 429.e		
<b>caduceis numismata insignita multa</b>			
115.f			
<b>cæcitas</b>	99.a.236.f		
<b>cædes multiplex</b>	397.d		
<b>Celij Calcagnini laus</b>	45.c		
<b>cœpæ efficacia</b>	417.b		
<b>cœpis cur non recessantur Aegyptij</b>			
417.c.d			
<b>Cœsa vocatur elephas Maurorum lingua</b>			
17.e			
<b>Cœsar</b>	315.d		
<b>Cœsar apud Gades inspecta Alexандri imagine ingemuit</b>	325.a		
<b>Cœsar conterratus, non inuenito corde in bouis opimi extis</b>	242.b		
<b>Cœsar regum nomen respuit</b>	303.a		
<b>Cœsaris mors in Solis signis indicata</b>			
327.c			
<b>Cœsaris numerus cufus à L. Buca</b>	228.b		
<b>C. Cœsaris numi symbolum</b>	17.c		
<b>calamitas</b>	104.c		
<b>calamitatis signum</b>	415.a		
<b>calathiscorum effigies columnis Aegyptiæ addi solita</b>	367.d		
<b>calathus azymorum quid</b>	277.b.c		
<b>calathus Cereris</b>	367.d		
<b>Calauria Apollini sacra</b>	194.f		
<b>calcaneum, ac huius hieroglyphica</b>	258.c		
<b>caleaneum, et tenere calcaneum</b>	257.f		
<b>calcaneum flectere</b>	17.c		
<b>calceamenta Aegyptiorum papyracea</b>			
413.a			
<b>Calculus</b>	300.c		
<b>Calchas augur</b>	150.c		
<b>calendæ Augusti Baccho dicatae</b>	424.c		
<b>Calenus Megaram cepit</b>	6.d		
<b>calidi facultas</b>	323.d		
<b>caliga</b>	298.e		
<b>caligare</b>	1346.a.b		
<b>Caligula Cœsar</b>	298.e		
<b>C. Caligula vetera familiarium insignia nobilissimo cuique ademit</b>	305.f		
<b>C. Caligule coronæ exploratorie dictæ</b>			
332.a			
<b>C. Caligule sceleratum facinus animo conceptum quod</b>		315.f	
<b>calix multa in diuinis literis significat.</b>			
409.a			
<b>calix pro mortis cruciatu ponitur</b>			
409.b			
<b>Calix supplicij symbolum</b>		422.a	
<b>calliditas</b>	110.c	dolosa 97.c.	
<b>Callimachi locus</b>			205.d
<b>Calliope</b>			351.a
<b>caluaria asini ad loci fertilitatem facit</b>			
90.e			
<b>calumniator</b>		238.b	
<b>calumniatores cur basifisco comparati</b>			
105.d			
<b>calumniis afflictus</b>			105.c
<b>calx</b>			258.d
<b>Calidonij apri mater quæ</b>			63.e
<b>Cambyse anima in leone reperta à Pythagoricis</b>			12.f
<b>Cambyses abolere conatus est immane homines sacrificandi morem</b>			340.e
<b>Cambyses diueXauit Aegyptios</b>			12.f
<b>Cambyses de Simandij sepulchro aureum circulum sustulit</b>			287.c
<b>camelus ad duodecimū diem sine potu perdurat</b>			94.e
<b>camelus animal profanum</b>			93.c
<b>camelus animantium omnium tortuosissimum est</b>			94.a
<b>camelus matrem suam nunquam superuerit</b>			
<b>camelitæ</b>			94.c
<b>camelus quasi camerus</b>			93.e
<b>camelus quatuor femora gerit</b>			93.e
<b>cameli estientes à poctis sunt appellati</b>			
94.e			
<b>cameli mansueti bilisq; expertes</b>			94.d
<b>Campeginæ familiæ claritas</b>			334.b
<b>campestre, genus indumenti</b>			300.a.b
<b>campestres elephanti quales</b>			19.d
<b>camus</b>			355.c.d
<b>cana cur fides Virgilio</b>			254.c.d
<b>Canaria auspicia</b>			44.e
<b>cancellus pinnophylax &amp; pinnotheres</b>			
201.f			
<b>cancer</b>			200.e
<b>cancer cur inter sidera collocatus</b>			
201.e			
<b>cancer in numis quid</b>			200.e
<b>candelabri significatio in sacris quæ</b>			
386.c			
<b>candida vel obscura quænam dicimus</b>			
285.a.b			
<b>Candulus</b>			50.b
<b>Canicipes</b>			45.e
<b>canicula</b>			285.f
<b>canicula sidus frugibus inimicum</b>			44.e
<b>canis cur vocatus Diogenis</b>			43.a
<b>canis describitur</b>			39.b
<b>canis &amp; gallus cur ad parricidij suppli-</b>			
<b>cium adhibebantur</b>			107.d
<b>canis in diuinis literis quid</b>			43.d
<b>canis mira industria cōscientis lapillos in amphoram oleariam</b>			170.a
<b>canis qualis expetitur à venatoribus</b>			
44.b			
<b>canis quomodo militis officium videatur obire</b>			40.b
<b>canis serpens in Tænaro</b>			41.d
<b>canis simulachro Mercurij cur adiectus</b>			
239.d			
<b>canis viuus in diuinis literis quid</b>			42.e.f
<b>canis fiduci symbolum</b>			415.c
<b>canis fidelitatis mira quedam exempla</b>			
41.a			
<b>canis impudentia</b>			88.4
<b>canis oculum habere quis dicatur</b>			
44.f			
<b>canis significatio in diuinis literis quæ sit</b>			
39.b			
<b>canis vsus quis</b>			39.d
<b>canem comedebant Oxyryncites pop.</b>			
222.f			
<b>per Canem quando iuret Socrates</b>			
40.f			
<b>canes alebantur in Daulia in Mineruæ tēplo</b>			
40.b			
<b>canes Alexandro Macedoni missi ab Alba-niæ rege</b>			
42.c			
<b>canes felis vitio medentur decerto gramine</b>			59.d
<b>canes in crucem quando rapti à Romanis</b>			
44.c			
<b>canes laribus diuis presides</b>			40.b
<b>canes quibus Diuis sacri</b>			44.d
<b>canes sepulchrales apud Hircanos</b>			
134.a			
<b>canes mutos quos vocet Dominus</b>			39.e
<b>canities</b>			23.d
<b>canities per amygdalam intelligitur</b>			
379.a			
<b>Canopi astutum inuentum</b>			406.c
<b>cantrius in fossa</b>			37.f
<b>cantharis</b>			61.d
<b>cantharus</b>			60.b
<b>canthari typus</b>			377.b
<b>capaides anguille</b>			218.a
<b>caper ab Hercule domitus quid</b>			73.d
<b>caper cur Baccho mastabatur</b>			71.e
<b>caper pascens aciliuora petet</b>			201.f
<b>capro inspecto elephantus fugit in Capris an riualitas</b>			18.c
			73.f
<b>Caphzicl</b>			323.c
<b>Caphiate</b>			357.a
<b>capillus Veneris</b>	424.b	Eius vires	
	Ibid.c		
<b>capitale apud quos, bouem interimere</b>			
27.d			
<b>capparis</b>			420.e
<b>capparum libidinem nō perfrigerare, contra recentiorum opinionem</b>			379.c
<b>capra</b>			
71.c & seq.			

# Index

<i>capra per aures an spiritu emittat &amp; recipiat</i>	71.c	<i>Cartadolorum regio</i>	47.d	<i>celeritas</i>	31.f 155.e 325.d
<i>capram abeneam Phliasij colebant</i>	fol. 71.e	<i>Carthaginensium immanitas in sacrificandis nobilibus adolescentibus Saturno</i>	340.d	<i>Cenchrenae, leones vocatae</i>	13.c
<i>capram in Acropolim Athenis adire legem prohibitum</i>	71.e	<i>Caryatarum opprobrium</i>	367.a	<i>Cenci hasta, prouerb.</i>	311.c
<i>capra in sacris quid</i>	72.c	<i>Cassandra Antipatri, Abderitis à ranis profigatis agrum in Macedonia concessit</i>	211.e	<i>Censorinus quo tempore floruerit</i>	131.b
<i>caprarum cornua qua ratione vitibus fer-tilitatem adferunt</i>	71.f	<i>caſita Gellij considerata</i>	127.a	<i>Centauri forma duplex, quid</i>	36.b
<i>capriceps avis liene caret</i>	182.a.b	<i>cassus lumine</i>	235.b	<i>Centaurorum forma &amp; significatio</i>	32.d
<i>Capricornus</i>	436.f	<i>caſtagio</i>	12.e 316.d	<i>Centenarie coenæ que</i>	67.b
<i>caprificus</i>	383.e.f	<i>caſtagio ingenua</i>	403.e	<i>centipeda pifcis</i>	215.c
<i>caprifici ramus, Iunonis ſimulachro cur ap-positus</i>	383.f	<i>caſtagio fulutifera</i>	420.a	<i>centum, &amp; centenarius numerus</i>	269.c
<i>caprifici vis</i>	23.d	<i>caſtimonia</i>	300.a 413.e	<i>Centurio</i>	270.f
<i>caprimulgus</i>	184.a.b	<i>caſtimonia è concupiscentia</i>	249.a	<i>Centurionis signum quomodo figurabatur apud veteres</i>	318.a.d
<i>Caprotina Iuno</i>	384.a	<i>caſtimonia ſymbolum</i>	421.f & 412.a	<i>cephalus pifcis</i>	214.a
<i>Caprotina Nonæ</i>	383.f	<i>caſtitas</i>	158.c 382.f	<i>cephali quomodo capiantur Venetiis</i>	214.b
<i>captator</i>	215.b	<i>caſtorea</i>	188.b	<i>Cephas nomen Diuo Petro conueniens</i>	
<i>captiuitas</i>	253.d	<i>Caſtorum capita pilea cur</i>	293.d	<i>Cephioni muſa</i>	350.e
<i>captiuitatis impatiens</i>	86.f	<i>caſtra bellicisq; apparatus</i>	250.a	<i>cepphus avis</i>	167.b.d.e
<i>captiuitatis prudens declinator</i>	214.b	<i>caſtra quomodo fabricata, &amp; caſtrenſia ornamenti, honoresq;</i>	317.d 318.a	<i>Ceramicus</i>	366.d
<i>captiuis sub hasta vendebantur</i>	311.a	<i>cataracta</i>	284.a	<i>Cerberus</i>	436.d
<i>caput, ac huius hieroglyphica</i>	225.a	<i>catena</i>	358.e	<i>Cerberi hieroglyphica</i>	41.c
<i>caput abradi in illum portendit</i>	231.a	<i>cathedra</i>	320.c.d	<i>cercopithecus cur cynocephalus</i>	45.e
<i>caput adiurare &amp; deuouere</i>	326.c	<i>Cato grammaticus dictus Latina Siren</i>	150.f	<i>cercopitheci</i>	47.e
<i>caput Christi cur spinis fuerit coronatum</i>	400.c	<i>Catonis in lurconem dictum</i>	240.d	<i>cercopitheci ſibimet aliquando caudas abro-rodunt</i>	197.e
<i>caput humanum ad mundani orbis ſimiili-tudinem compactum</i>	225.c	<i>M. Catonis Proprætoris numus qualis</i>	253.d	<i>cerebrum &amp; cor regitur à Sole</i>	239.c
<i>caput leonis quid notet</i>	3.a	<i>Catonis ſententia in Romanorum luxum</i>	221.c	<i>cerebro leſo homo interit</i>	462.e
<i>capitis hieroglyphicum</i>	419.a	<i>Catonis ſcomma in Lentulum</i>	241.a	<i>Ceres</i>	38.a 68.b 343.c 404.e
<i>capitis rafſatio ſeruitutem indicabat</i>	230.b	<i>Catulli locus</i>	7.c 97.b. 163.b.c	<i>418.d</i>	
<i>capiti manus imposta quid</i>	226.c	<i>193.b 218.b 235.e 327.d 328.f</i>		<i>Ceres vnde dicta</i>	54.b
<i>capita, Cesarum æde tacta de cœlo, omni-bus ſtatuis deciderunt</i>	ibid.	<i>342.f 403.b.c</i>		<i>Ceres eadem &amp; Venus</i>	32.2.
<i>in capite confilij ſedes</i>	426.e	<i>catulina carne epulæ celebriores olim</i>		<i>Ceres legifera.</i>	15.f. 26.d. 154.b
<i>capitibus brutorum, humana corpora in-ſigniuerunt Aegyptij</i>	232.c	<i>44.d</i>		<i>162.b</i>	
<i>Capys</i>	111.b.c	<i>catulus leonis in Republica non alendus</i>		<i>Ceres recta draconibus</i>	128.f
<i>Car Cyrus vulnerans quo premo hone-ſtatus ab Artaxerxe</i>	175.e	<i>fol. 6.e</i>		<i>Ceres &amp; Falacralis flamen</i>	297.b
<i>Carboni, de abroſis fasciis à muribus, quid reſponderit Cato</i>	99.e	<i>cattus</i>	100.d	<i>Cereris sacrificatur ſus</i>	63.c
<i>cardamini circumfullantes herbas ex-terre cogit</i>	140.d	<i>Cauartianus vicus</i>	15.f	<i>ceruarij lupi ſeptentrionalibus regioni-bus frequentes</i>	85.c
<i>Cardinales ſacerdotes</i>	368.b	<i>Caucaſo alligatus Prometheus</i>	428.e	<i>ceruus</i>	51.e seq.
<i>cardo</i>	ibid.	<i>cauda</i>	245.e	<i>ceruus accerrimi auditus eſt</i>	24.f
<i>carduus in ſacris quid</i>	400.d	<i>cauda, leonini index animi</i>	7.c	<i>ceruus fistula pastorali demulcetur</i>	51.c
<i>cardui ſcolymus</i>	403.a	<i>caudam nigram que habebant, de iis cur-giſtandum retuerit Pythagoras</i>	fol.	<i>ceruus Indicas &amp; Græcas voces intelligeſ-</i>	
<i>Carne deæ ſacra</i>	413.c	<i>240.a</i>		<i>52.b</i>	
<i>Carneades ad ſumma peruenit ſenectu-tem</i>	153.a	<i>caudex Comicis quid</i>	111.f	<i>ceruus post coitum ſolitarius in ſcrubibus delitescit</i>	54.c.d
<i>caro ſub frigida &amp; humoris plena ſom-nos ciet</i>	96.c	<i>Cecina Volaterranus cur hirundines ſe-cum in expeditionibus ſerebat</i>	163.f	<i>ceruus torquem abeneum collo gestans ab Agathocle interfefitus</i>	55.d.e
<i>carnes lupinis dentibus laceratæ cur dul-ciiores</i>	77.a	<i>Cecropis an euocata anima</i>	10.d	<i>cerui etas quatenus ex cornibus &amp; deni-bus noſcatur</i>	
<i>Carolus Magnus purpurā imperatoriam ab interitu primus vindicauit</i>	131.c	<i>Cecropis effigies biceps cur</i>	228.b	<i>pugna cum ſer-pente</i>	
<i>carpere</i>	240.f	<i>Cedrus</i>	441.a	<i>ruminatio</i>	
<i>Carpocrates hæreticus</i>	238.b.c	<i>cedrus eternitatis eſt hieroglyphicum</i>	373.e	<i>nacitas</i>	
		<i>cedri conſideratio</i>	373.d	<i>ceruum enecans Hercules quid</i>	53.f. 54.c
		<i>cedro digna loqui qui dicantur</i>	373.e	<i>cerui in Diana tutela</i>	54.a
		<i>Ceionij Posthumij augurium de oblata te-studine</i>	200.c	<i>vnde dicitur</i>	
		<i>celebritas</i>	325.b.c 330.d 349.a	<i>Ibid.b</i>	
				<i>cerui quomodo ex Sicilia in Calabrianis tranſnatant</i>	53.c
				<i>cerui vocati cerui fugitiui</i>	54.c
				<i>ceruis Achætis cornua decidua recidiu-ſus annis omnibus</i>	56.d
				<i>ceruini cornu ſuffitū ad abigendos serpen-tes remedium</i>	52.c
				<i>ceruix</i>	

# Hieroglyphicorum.

ceruix superbiæ symbolum	232.c	poris partem emoduletur	Ibid.a.b	civilis	295.b
ceruix audaciæ & ferocitatis symbolum		cicadæ cantus unde	192.b	civilibus seditionibus crescents	210.b
232.c		cicadæ maximè indigene	192.e	civica corona quamobrem sit ex quercu	
ceruix summisionis	Ibid.	cicadæ feminæ taciturnæ creduntur		falsa	375.a
cerulus avis	181.a	192.d		civica corona donatis que & quanta tri-	
cessatio	320.e	cicer	414.b	bui solita	375.d
cessitatio	35.c	cicer erucas ab oleribus arcet	414.c	civitas	440.b
cessandum ignauiter non est	406.d	Cicero	ibid.b	¶ Cladis præsigium	43.c
Chabrie Atheniensis dictum	4.e 54.f	Ciceronis locus	76.b 150.a 175.b	claritas	327.b
Chalos annis mansuetos fert pisces	222.c	190.f 218.b 220.a 258.e 272.b		claritas ex poëtarum scriptis	366.d
chamæleon	198.a	274.d 313.d.e 386.e		clari viri	290.c
chaos	68.c	Ciceronis & Virgilij lectione Tacitus	189.a	Claudiani locus	102.e 113.d 168.a
Chares	55.a	Imp. offendebatur		218.c	
charitas	157.f	Ciceronis salsum dictum in Metellum		Claud. Cæsar in spectaculis exhibuit pan-	
Chedar Arabibus quid	441.b	169.c		theras Africanas	84.c
chelidonia herba	163.f	Ciceronis somnium de Augusti imperio		Claudij Imp. epigramma Aureoli tyranni	
Chenosiris	376.e	355.e		tumulo inscriptum	203.d
cheppa Venetorum pisces quis	215.c	Ciceroni obiectum quòd homo nouus		Claudium asellum quomodo eluserit lu-	
Cherubim species que apud Ezechielem		192.f		bellius Taurca	37.f
305.b		ciconia	124.a & seq.	claudus cur fingatur Vulcanus	136.b
Cherubim super sedere quid	320.c	ciconia lingua caret	126.c mensis in-	clavis	360.e
Chius à Darianis militibus euerriculata		ferri retuta	126.b cur vigilarum,	clavius	359.d
337.f		custodumq; rrbium signum	125.e	clauum in Mineruæ templi postica parte	
Chij Homeri imaginem numis impresse-		quo pacto se à noctuarum insidiis de-		quis figebat	359.e
runt	226.d	fendat	125.d	Cleanthis responsum	91.c
Chimæra	72.c	ciconiæ perpetuum bellum cum serpentibus	126.a	Clearchus	143.c
Chimæra descriptio	16.a symbolum	ciconiæ quomodo pullorum suorum inco-		Clearchus Heraclensis fulmen gestauit	
109.f		lumitiati proficiant	423.a	324.c	
Chiron	36.b	ciconiam occidere multis gentibus capita-		clementia	12.d 325.e 408.f
Chiron an Achillem instituerit	52.f	le fuit, & cur	126.a	clementia Imperatorcm præcipue cōmen-	
chamydes	298.a	cicumia	125.b	dat	20.b
chaenix	406.e	cicurare leonem quid portendat	5.c	Clemens Agrippæ Posthumi seruus cur in	
chaenices farinæ binae Regibus Spartæ		Cidaris	302.f. 303.c	Hetruri latuerit	230.b
ad eoenam non cunctibus mittebantur		cinedum cur vulpem vocarint Siculi		clemens animus	410.c
406.e		97.d		Clementis recognitionum opus	60.sex
chærogillus erinacius	62.f	cinaræ fructus	419.a	codem locus recognitus	Ibid.
CHRISTVS 283.c 326.f 362.c	402.c	Cincius Manlius	359.e	Cleobes	29.f. matrem currui imposi-
Christus homo Deus	15.f	cinctus Latinis quid	245.b.	tan ad Iunonis templum vexit	Ibid.
Christi anima nequaquam apud inferos paf-		Cingani unde dicti	184.c	Cleomedis opinio de mundi figura	
sa	4.d	cingulum Hieremie	299.d	24.d	
Christi humilitas	148.d	cinnamus avis	183.b	Cleomenes cum Scythis meri potationibus	
Christi quinq; vulnera per pentalpha		circulus	286.c	contendit	389.c
351.e.f		circulus obliquus	438.e	Cleo cur sit vocatus larus Aristophani	
Christi sepulture symbolum ex sacra hi-		circulus cœli, vocatus Iupiter à Persis	286.f	167.b	
storia	4.d	circulus principium nūræculorum	288.d	Cleopatæ virilis animus	231.f
Christi symbolū per pelecanum	146.a.b	circumæstu corporis adorandum iubet Py-		clepsydrarum vſus rbi primū	46.c
Christi victoria	366.c	thagoras	287.a	clibanus	243.c.e
Christum gestare humeris quid	116.c.d	circuncisio	47.f antiquissima apud	Clio	351.a
Christianæ pictatis successus	334.f	Aegyptios Ibid. ab Abrahamo ut si-		clipei & clipei differentia	313.c
Christophori veri quinam	116.d	gnum Hbreis data	48.a	Cliti insolentia que	324.c
¶ Cibariæ donationes canistris offeruntur		cisibria	377.a.b	Clitor fluius pisces progenerat vocales	
405.b		cithara	347.b.	219.b	
Cibus antiquitus Atheniensibus ficus, Ar-		Citheronius Leo vocatus Hyllus	2.f	Clotho	356.b.e
cadibus glans, Carmais palmæ, Indis ca-		citò confessum	420.d	clupea	216.b Lunæ naturam imita-
lani, Mæotius milium, Persis carda-		citus	441.a	tur	Ibid.
nium	412.b	civis oppressus à peregrino	27.c	clypeum neutro genere	313.f
cibus pro doctrina	371.c	civium scruator	375.a	clypeus aureus in D. Claudij honorem Ro-	
cibus in sacris literis quid	277.c.d	civibus genuinum est in uicem sibi inuidere		me in Curia affixus	314.a
ciborum varietate satur	67.a	202.f		clypei Agamemnonis inscriptio	4.d
cicada	191.f			clypei Græcorum Neptunum, Troiano-	
cicada ore caret 192.a per quamnam cor-				rum Mineruam pictos habebant	
				313.f	

# Index

clypei militibus ab Imperatoribus honori dabantur 313.e Diis dedicabantur Ibid. & 314.a	columbae & ruspertilionis discordia fol. 179.e	consensus 253.f
clypeos qui merebantur 314.a	columbae etymon 157.e	consilium 301.c
clypeis inscribebantur facta pulchra 313.e	columba felix auspicium fuere Aeneae & Julio Cesari 159.b	consilium per cordis symbolum 242.a
clupea lapis quartanæ medetur 215.e	columbae natura actionesq; mysticæ expli- cate, & quomodo ad ysus transferenda 160.f	consilia occulta 426.e
Cnidii missa nauis à Periandro cur in al- to mari remorata 212.e,f	columba obsonium Regibus parabatur grassante peste 159.e	consuetudo perniciosa 184.a,b
Cochlea Romanas delicias auxit 203.a	columbae oculos habere quid 160.e	consularis magistratus annuus 293.e
Cocis vel Cotionis exemplum 42.c	columbae cur parcant Syri 158.c	consulatus primi hieroglyphicum 269.b
coccygium 181.f coccyx Ibidem	columbarii ac turturum par quis dicatur obtulisse 157.c	consultatio 320.d
Coei 200.f	columbarum alæ gypso illitæ summisq; te- ctis affixe quid 159.b	consultorum bene stabilitas 228.b,c
cœlesti rerum omnium promptuarium 247.f	columnæ, ac earum symbola 365.d	consummatio 134.e
cœlestes spiritus 331.c	columnæ mulieres, virginales 367.c	consummationis sacrificium 238.z
cœlestium bonorum affluentia 433.d	columnæ Traiano & Hadriano erectæ 365.f	Constantia 34.e, 120.a
cœlibaris hasta que 311.a	columnarum significatio in sacris 367.c	Constantij Imp. pompa Romæ ingrediens 113.c,d
cœlum 288.b 243.b 309.e	in Columnis statuæ plerisq; à Senatu decre- te 365.f	conferentatio multitudinis 71.d
cœlum cur cœruleum 425.e	colonna hastilia 70.a 71.f	contatio 315.b
cœlum decimum 306.f	colus 356.a	contemplatio 237.f
cœlum nil nisi sanctum profert 23.a	colus & capilli in sacris quid 229.f & 230.a	contemptibilis 392.b
cœlum quo motu rotetur 24.c	comessationes perniciose valitudini 107.e	contemptor diuîum 234.f
cœlum vteres pro capite 225.e	Comethus Diana templum violauit 405.e	contentio laudis 96.c
cœlum fœcundum cur dixerit Hesiodus 281.f	compositatio amicitie causa instituta 408.e	continentia 110.c 247.b
cœlum unde dictum 330.c	conditorium 244.c	continentia in quibus rebus consistat 296.b
cœli tres regiones 436.d	condonatio 385.f	continentie exemplum in tauro 22.e
cœli alieni impatiens 209.f	concentus cur odori comparatus 277.e	continentie fructus 379.b
cœli secunditas 246.e	concha Veneri dicata 202.a	contrarietas 287.e 310.4
Cœli virilia Saturni falce recisa quid 220.b	conchylium 205.b	contumacia 106.c
cœlo alieno melior effectus 396.f	concordia 346.d 408.f per cadu- ccum indicata 115.d per cordis sym- bolum 244.c per cornices indica- ta 149.a per mel & lac 188.a per pauorem 170.c	contumax 180.d 238.b
cœli aquæ 426.c	concordia vnde dicta 347.c	contumeliosus 176.d
cogitatio 64.e	concordia rei familiaris 176.b	conuersio hyemalis que 199.b
cogitatio alta 141.f	concordie symbolum 429.f	conuiciorum contemptor 140.4
cogitatio vel sensus imaginationem creat 109.a	concordie discordiaq; effectus 19.b	conuiuia lautiora piscibus olim erant opè parè instructa Romanis 221.b
cogitationes generat anima 229.f	concupiscentia 134.b	cor 127.d 241.f
cogitationum procellis quomodo obuiam itur 280.d,e	concupiscentiæ signum vmbilicus 249.a	cor, animæ receptaculum 242.c 10- luntatis fons 134.c
cohortes, earumq; insignia 113.c	concupiscendi ris 436.e	confilium & rerum agendarū radicem continet 242.c
coitus incœpti indicium quod 272.d	concupiscere quid 244.f	cor Dei, in sacris quid 242.b
collegium nullum sine prævaricatore 398.c	congiarium 320.a	cor habet & iecur omne animal quod san- guine præditum est 242.b
collyrides confperse 387.e	congri & polypi certamen 197.a	cor hominis anniculi duarum est drach- marum 152.e
Colores 339.c	congruere vocis etymon 128.f	cor in senium vergens imminuitur 152.e
color niger Soli dedicatus 169.d,e	coniugium 262.a 358.c,f	cor, per anularem digitum 261.f per anuli hieroglyphicum 302.e
coloris nigri signum quod 157.b	coniugij commoda 344.f	cor omnibus, qui sanguis 154.e
coluber gaudet latebris 107.e	coniugij fidem non violant columbae 157.a	cor quibus dicatur exedi 153.4
coluber terræ filius & indigena 115.d	coniugis mores ferendi 209.e,f	cordis aperta simplicitas 48.b
colubrorum ingens vis in Sardium subur- banis locis quando visa 115.c	coniugula myrtus cur dicta 440.e	cordis cum sanguine commercium 154.e
columba 157.a & seq.	coniunctio maritalis 311.b	cordis figura cur bulla 242.a
columba æris symbolum 158.c	conizæ animalibus perniciosa 422.d	cordis significata 244.c
columba argentea cui aurum in dorso, quid 160.c,e	conscientia igne examinata 243.c	cordis symbolum 297.c
columba caret bile 159.d		corde prestandum 301.b
columba cur ab Assyriis colebatur 158.c		Cora Hetruriae promontorium 230.c
columba fusca Prophetis quid 157.d		Corax primus Rhetoricam docuit Syracu- sis post Hieronis obitum 169.c
columba munda & simplex est 161.e		corbes fragmentorum duodecim, doctri- nam duodecim Apostolorum significat 408.c,d
columba quieta 159.c		corculum 242.a
columbae esus contra contagium 159.e		corda-

# Hieroglyphicorum.

cordatus	237.c	coronæ Regiæ forma	304.f	209.f
corijs vñs in militaribus tegumentis	295.d	coronis se ornarunt veteres conuiua cele-		
Corinna melico carmine superauit Pinda-		brantes	304.f	craticula
rum	303.b			244.d
Corinthiacæ ædcs quibus Dijs sacrae fol.		corpus	292.e	Cratis Pergameni historia de aquila
365.c		corpus animæ receptaculum	408.a	139.f
Corinthiacæ columnæ	ibid. & 367.c	corpus humanum quod perfectius à picto-		creatio
cornabulia	422.e	ribus & statuariis habeatur	290.c	creator mundi
cornabulia Liguribus quæ	59.b	corpus Lunare	215.e 432.c.d	crepusculum
cornea pocula	410.c	corpus nullum sine næuo	398.c	cresendi vis à Luna est
cornea porta	431.c	corpus vel immunditia	269.d	328.f
Cornelia Annia viuā se vltro in arcā cum		corpus vas appellatum	408.a	Cretam per cupressum significari
viro defuncto damnauit	399.f	corporis forma	440.e	380.a
Cornelius Muscus Bitontinus presul fol.	130.b	corpora nullis odorib. delibuta aurā sua-		cribrum
Cornelius Tacitus mendacij arguitur	90.f	ucolentem emiscent	411.f	277.f 278.b.c
Cornelij Castalij Feltrensis epigramma fe-		corpora per ætates & secula immuniun-		cribrum cur sub sepia ponant Aegyptij
stiuissimum	219.f	tur	263.c	276.f
Cornelij Nepotis sententia improbata	126.c	corpora nostra salicis hieroglyphico si-		crimen
cornicari	149.c	gnificata	440.f	246.c
cornix 148.e duo tantum qua exclu-		correctio	157.c 292.e	Crispi Passieni dictum de adulatione
dit	Ibid.	corrugare frontem	7.c	51.e
cornix aliquot hominum ætates dicitur vi-		corruptor omnium	120.f	crocodilus
uere	149.f	Corficum mel parum suave	187.4	205.e 426.c
cornix concordiae symbolum	149.a	Cortonacenses milites qui	113.e	crocodilus elinguis est
cornicis & noctuæ confusus sanguis coi-		coruus 168.c animal inauspicatiissimū		ibid.
re non potest	148.b	169.d		crocodilus ibidis admota penna obtorpe-
cornicis sepulchro & columnæ honos ha-		coruus contumaciæ nota inustus	168.f	scit
bitus à Marrhe rege	149.d		169.a	128.b
cornices ad Palladis arcem nō aduolabant		coruus cur Apollini sacer	169.c.e	crocodilus vbinam oua sua ponat
Athenis	149.b.c	coruus emissus à Noe quid	169.a	260.c
cornicum oculos effodientem puerū dam-		coruus lapideus Diadori rhetoris sepul-		crocodili adeps ad quid vtilis
nauerunt Arcopagitæ	150.b	chro impositus à Metello	169.c	207.4
cornicum oculos configere , prouerbium	150.a	coruus lauro sibi medetur	159.e	crocodili morsus incurabilis
cornicum viuacitas	149.d.e	coruus à Phœbo missus, vt aquam adserret		207.4
cornu copie	440.a	coruus quo tēpore pullos excludat	169.d	crocodili oculi quales
cornua	304.f	corui crocitatus frequentioris pluiae in-		206.c.e
cornua antennarum	31.a	dicium	169.f	crocodili r̄visus in aquis hebes, in terris a-
cornua cerui	56.d	corui lapillos in vase fictilia cōuidentis mi-		errimus
cornua elephanti speciosa	18.f	ra historiæ	169.f 170.a	206.d
cornua fluminibus attributa cur	25.d	corui quo nihil efficacius ad intinguēdum		crocodilo vbinam vescebantur
cornua honoris & potentie signum fol.	56.d	capillum	169.e	207.c
cornua in librīs quæ vocentur	248.f	corui quibus malū auguriū fuerint	168.f	crocodili mansueti
cornua multa in numismatis multiplicis cō-		corylus vitibus vicinitate sua nocet	71.f	207.d
moditatis indicia sunt	409.e	corythalia Dianæ quodnam sacrum fece-		crocodilorum hostes cur delphini
cornua poculorū vñsum præbuerūt	410.b	rint Lacedemonij	43.a	196.4
cornuum differentia in boue mare & fœ-		Cosmas Gerius	217.b	crocata
mina	27.e	Cosmi Medicis laus	16.e 22.e 224.e	83.d
cornuti milites	114.d 183.e	coſi	189.c	Crofus Lampsacenis excidium intermina-
corona vnde dicta	304.f 410.c	coturnix	176.f	381.b
corona aurea quæ	305.f	coturnix Alcibiadis è ſinu volans	177.c	Cromyonia
corona ciuica non temerè data	735.d	coturnix cur Herculis sacrificabatur	177.e	63.e 67.d.e
Corona vrbs	149.b	coturnix, ſimulac biberit, reliqua aquam		Crotoniatae bonæ valetudinis laude infi-
corone Musarum ex pennis	155.a	turbat	177.b.c	gnes
corone poëtarum ex quibus conſtabant		cur impura habeat		110.4
377.c.d		ur	177.a	Crucis Dominicæ ſignū minimè fortuitum
corone Regiæ quot radiis conſtabant	56.e.f	cur maligna	Ibid.b	371.d
		cur veratrum appetat	177.d	crudelitatis 314.e animaduersionis ſeueri-
		coturnicis impietas aduersus Lunam		tatisq; indicium
		177.a.c		315.c
		coturnice cur vescebantur Aegyptij	177.b	crura femoraq; concidua
		coturnices cur à mensis ſummoſi à nonnul-		93.e
		lis medicis	177.d	¶ Cubica figura cur ſemper recta
		¶ Crabrones ex afini cerebro	31.f	290.c
		crapula	13.b	cubitus geometricus
		Crassus vxores tres abſq; luctu ſepelivit		264.f
				cubitus in mensura quis
				264.e
				cubitus regius quis
				264.f
				cubus
				292.a 439.b
				cuculus
				181.b timidissimus
				Ibid.
				cuculus boni augurij est avis
				181.f
				cuculus in lunonis ſceptro
				181.c.f
				cuculum cur paruæ aucs fugiant
				181.d
				cucumeres infanti ſebricitanti appofiti vt
				cutem contingant, feruorem omnem in
				ſe recipiunt
				91.c
				cucupha
				125.b & seq.
				cucurbita quid præſagiat
				418.c
				Culex
				188.f
				Culicis ex coſis generantur
				289.c
				culicum ſequititia in Leones
				8.f
				cultus canis
				44.c
				Cumis in antris reſponsi dari ſolita
				292.f
				cuncus
				360.a cuniculus
				97.a
				cunila bubula
				59.b 422.e contrafer-

# Index

pentes valet	Ibid.c	D. Cypriani laus	157.f & locus	158.a	decemuir quibus notis indicabatur	271.e
cunilam & pulicariam herbam reformatum polypus	198.e	Cyprus Veneris sacra	157.e	Decius cur aurea corona donatus	305.f	
cupiditas late profusa	292.d.e	Cyrenensis pietas in Saturnum	393.d	Declinator insaniae	18.c	
cupiditates & affectus terrae filij	427.e	Cyrus populi cur longæui	186.f	decussatio	78.e	
cupressus arbor funesta	379.f 380.c	Cyrillus aduersum Iulianum Apostolatum		deditio	313.c	
cupressus à carie & vetustate immunis	380.f	scriptit	234.c	deditij qui	294.c	
cupressus in tutela Ditis	380.d	Cyilli locus emendatus	288.c	defensio	313.e	
cupressus mortis indicium	Ibid.	Cyrus à cane nutritus cur	44.c	defensores milites qui	114.c	
cur varie	397.d	Cyrus mulier est dictus	91.f	Dei triplex potestas	436.d	
Curatij iuniores	114.b	Cyrus & Ochus idem apud Tertullianum		delectatio	209.c 392.e	
curis	310.f	90.f		deliciarum torrens Psalmographo quis		
curuca	181.a	Cyris somnum de solis contactu	327.e	283.f		
currus	321.b	Cythera	347.e	deliciosus	265.a	
currus in sacris	322.e	Cytherea unde dicta	347.e	delicta humana	294.d	
curru nuptiali quo, et qui vehabantur	321.e	Cytheriacum pectinem cur dixit Naso		delicti pena	428.f	
curulis sella	321.b	307.e		deliberatum genus orationis	16.b	
curuungua animalia non alenda	6.e	<b>D</b> Litera cur usurpata pro quingenis		delyrij piaculum	69.a	
custodia	78.b 128.d 174.d 227.e	tts	275.b	Dclio natatore indigere	49.b	
391.f 332.b		Dædali nepos cur Athenis ab arce precepis datus	176.e	delphinus	194.b	
custodie symbolum	372.b	Idem in perdicem mutatus, quid	Ibid.	desphinus amoris simulachrum	38.a	
custos	212.a 234.b	Dædalis statuis cur vincula iniecta	357.e	anchore circuolatus quid	335.f 196.e	
cyamon	413.d	dæmon malus	140.f	cur Baccho ad pingebatur	194.e à Cupidine alato frænatus	
¶ Cybele	381.d	dæmon preses nascentibus	115.b	195.f future tenepestatis indicium	195.a omnium animallu velocissimus	
Cybele, que & tellus, cur mater hominum		dæmones aquic laetitia prefecti	223.a	195.d pisces rex	139.e	
dicatur	321.f	dæmones improbi	222.c	veneratio prosecutus à veterib.	194.e	
Cybeles currus	321.f	dæmones leonina fronte visi	10.d	delphini beneficio seruati Arion, Palæom,		
Cybeles currum cur trahant leones	15.f	dæmones per ranas	211.e	Phalantus, Taras, Telemachus, alijs fol.		
Cybeles symbolum pinus	381.d	dæmonum genera sex infra Lunarem globum	292.e.f	194.d.e		
Cybira	158.d	dæmonum varia nomina	292.f	delphini imagine colebatur Neptunus Sunij	195.e	
Cychrei templum in Salamine	112.c	dæmoniaca natura	292.e	delphinum pingit in sylvis, prouerbium	196.c	
Cyclopes monoculi cur	235.f	dactyli	441.b	delphinum nare doces, prouerb.	195.d	
cygnus	164.c & seq.	Dagon Palestinorum idolum collapsum		delphini cur crocodilorum hostis	196.e	
cygnus morti proximus dulcius canit sol.	164.c.e	255.d		humani generis amatores	196.a quibus diis dedicati	
cygni cur Phœbo sacri	164.d	Damagetis statua qualis	290.e	194.f		
cygni dedicantur nautis	165.f	DaniÆ simulachrum cur ex olea	386.e	Delphis aquilæ due ex auro, quid	143.e	
cygni suauius canunt Faunio flante	165.c	damnatio	310.c	Delton vocata Aegyptus, et cur	127.d	
cygni symbolo poëtae nuncupantur	fol.	damnum & utilitas	218.e	Demadis dictum ad Philippum quod	55.e	
164.d		Dan serpens à Moysi factus	110.c	Demetrij vanâ insolentia	324.e	
Cylabre heroï Phæselite offerebant salsa-		Danaus cur ædem Apollini Lycio vocrit		Demetrij Triclinij opinio expensa	134.c	
menta	218.a	81.f 82.a		democracia	128.e	
Cyllenius cur vocatus Mercurius	256.a	Daniel Ranerius	233.b 271.f	Democritus quid per atomos indicare voluerit	103.b	
Cylonem cur trucidarint Athenicenses	8.d	Daphne puella à Spartanis nomine Paphæs culta	372.b	Democriti cōfiliū fratri datū quod	57.e	
Cynica familia unde	39.b	Daphnis cur dicta	372.a	Democriti responsum ad lōgiorem vitam		
Cynici 191.e molesti & impudentes f.		Dardanus in Samothraciam nauigauit		assequendam quale	186.f	
cynocephalus describitur	45.e & seq.	311.e		demolitio	354.e	
cynocephalus cur in fontiū apicibus sta-		Dardano nupsit Pallantis filia	311.e	Demonactis festuum responsum de funi		
turebatur	46.d	Dardanorum pecunia, et Dardanie no-		minis	345.f	
cynocephalus Mercurio sacer	47.a	men	173.d	denonstratiuum genus orationis	16.b	
cynocephalus pari consensu cum Luna		Darij vagina ornata Græcanico quid		Demosthenes notatus	26.f	
afficitur	45.f	316.a		Demosthenes quenam obiecit Philocrate		
cynocephalus pisce non vescitur	47.e	Darij palla que, qualisue	155.c	221.c.d		
cynocephalorum lacte viuebant Numidae		dasypus an idem cum lepore	96.f 97.a	Demosthenis enthymemata lucernam ole-		
45.e		dasypus & lepus vterq; hirtipes dicitur	96.f	bant	342.e	
Cynomya	191.d	¶ Debiliora à validioribus absuntur		Demosthenis in nocte cultum exclama-		
Cynopolitarum deus quis	222.f	140.e		tio	146.e.f	
Cyonie Deæ cur sacrificiant	44.e	decempeda 265.d.e decempedator ibid.		Demosthenis locus	147.b	
Cyparissa Celtarum regis filia	380.d	deceptione	337.f	dena	271.d	
cypariso unde nomen	Ibid.			denario numero finiuit omnia Romulus que		

# Hieroglyphicorum.

que instituit	291.a	Diana	29.c 328.f 433.c	res	364.f
dentes in infantibus quando primò pullulant	348.a	Diana Lucina per nullum	214.d	diluuium	284.d
dentes suos aliquando excutunt elephanti	19.b	Diana regina cœlestium proportionum & intelligentiarum	430.c	dimensio	263.a
dentium diuīsio ex Aristandri sententia	240.f	Diana strangulata	357.4	dingua	238.f
de osculatio Hebreis quid	253.f	Diana raucones & raucae	29.c	Diocletiano datum oraculum quod	2.f
depontani senes qui appellati	124.e	Diana vel Hecate triceps	41.f	Diocletiani milites Iouiniani vocati	143.d
depopulatio	59.b	Diane ædes sacre que	365.d	Diodorus rhetor quo honore iam defunctus à Metello discipulo affectus sit	169.c
Derceto & Atergate	222.f	Diane ædem quo modo construendam putarint veteres	367.c	Diodorus Siculus in hieroglyphicis indagandis non incuriosus fuit	227.c
defidere	320.d	Diane ædem sacravit in Auētino Seruius Tullus	54.4	Diogenes cur barbam se gestare dixerit	231.f
designatio & scopus	133.c	Diane Corythaliæ quod sacrum fecerint Lacedæmonij	73.e	Diogenes cur appellatus Canis	43.a
desolatio	337.e	Diane simulacrum alatum	15.d	Diogenes cur carpebat Musicos	346.f
despicatus	43.b	Diane simulacrum apud Lacedæmonios	356.f 357.a	Diogenes quid responderit Alexādro mitenti oſſium plenam portulanam	43.a
detrimentum per anserem	175.a	Diane simulacrum mammosum	178.d	Diogenis anceps interrogatio	36.b
detrimentum per dentium symbolū	240.f	Diane Soluizonie templum	299.b	Diogenis Cynici dictum	424.b
Deucalionis enatatio qualis	129.a	Diane Triclaris sacrum	405.e	Diogenis dictum de adulatore & obtrectatore	51.f
Deus Opt. Max	326.b.c	Diane vel Hecates simulacrum	229.b.c	Diogenis dictum in adolescentem luxu deliciisq; corruptum	376.c
Deus à quibus circundetur	280.a	quis primus triceps excogitauerit Ibid.		Aliud eiusdem de puerō impudico	Ibid.
Deus in humano corpore	60.d	Dianæ votum factum ab Atheniensibus,		Diogenis dictum apud Xeniadē seruēs	1.b.c
Deus per accipitrem indicatus	151.e	& quod	73.e	Diogenis iocus in athletas	63.d
per eiconiam indicatus	126.c	Dianam gaudere telis & capris ac fugacibus cervis, quid	55.b	Diogenis opinio de sapore	240.c
per circulū		diaulus	266.a	Diogenis salsum dictum	15.b
per crocodili symbolum	205.e	dicacitas	183.f	Diogeni quid obiectum ab Aristippo	37.d
per oculi symbolum	234.c	dicacitatis castigatio	192.b	Diogeni quid responderit Antisthenes	189.e
per septenarius numerum	271.a	dictatori cur nefas equitare	37.c	Diomedes cur templum excitauit Hippolyto	298.f
per spithame appellationem	264.d	Dictynna, Pallas vocatur Nicandro	373.f	Diomedis filie	36.a
Deus non delectatur nisi in albis vestibus	296.d	Dido	435.c	Dionysius	432.e
Deus pater	231.e	didrachma	136.d.e	Dionysius Aegyptiis Osiris dicitur	376.e
Dei aduentus	384.c	dies atri festiq;	98.e	Dionysius cur ad mare fugisse fingitur	194.c
cognitio cur pauçimis innovit	206.f	dies per paonis symbolum	171.b	Dionysij Halicarnassei locus	133.f
dexteræ sapientia	363.d	Dispiter	345.b	Dionysium cur taurina specie figurabant antiqui	23.c
de Deo cognitionem ex operibus perpendicularibus	206.c	difficultas	37.f	Diophanes	186.f
à Deo & sacris alienus	88.c	difficilis atq; morosus	219.d	Diophanes Lacedæmonius	70.e.f
de Deo disputare non est omnium	246.c	digitus	259.c 263.d 267.c.d	Dioscorides Astrologus	152.f
disputandum sobrie	253.a	digitus anularis	261.f	Dioscoridis versio castigatur	420.d
Deorum capita	419.b	cur odoribus ilinebatur ab Aegyptiis Ibid. & 262.a		dipsas	121.4 & seq.
corone ex variis herbis ac plantis	304.c.d	digitus articularis	262.c.d	dipsadem quid vocarit Apollonius poeta	121.d
instuit Mercurius	239.c	digitus Dei, quid	259.d	discēfō subita	198.d
rotae cur octo radiis compactæ	289.c	digitus medius	261.d	discinctus	245.b 299.a
simulachra cur ex cupresso fieri solita	380.f	digitus mensurarum omnium minima	263.a	discincti milites	311.a
dexteræ manus in sacris quid	254.b	digito uno caput scalpere	259.f	disciplina bona	347.b
dexteræ manus symbola	252.c.d	digiti & numeri	267.c. & seq.	disciplina tota aquis comparata	281.e
dexteræ & sinistre mudi partes que	24.c	digitorum diuīsio	267.c	disciplina vera	116.c
Diabolus	73.c	dignitas sacrosancta	56.c	disciplinæ diuinæ	178.e.f
diadema	302.e.f 303.a	Dij	311.b	disciplinæ exoticæ	187.b
Diadumenos ambulanti in agro pileū abstulit aquila	137.f	dij lances habent pedes, prouerb.	357.e	disciplinæ humanae	275.d.e
Diagoræ Rhodij statua	290.c	Dij lares	40.b	disciplina per Mercurium	239.d
dialecticæ	256.b 379.e 280.c 406.f	Dij manes	227.e.f	disciplinarum ordinem primus excogitauit Salomon	280.b.c
dialecticæ Luna æquiparata à Clitomacho	329.d	Dij marini cur cæteris fœcundiiores à poëtis ponantur	220.b	discipulorum pedes loti in cœna Domini	
dialecticæ per araneam	193.d	Dij omnes	364.e	Eee 4	
dialecticæ per culices indicata	189.b	Dij Penates	311.c.d 407.c		
dialecticæ que nibil ad res facit inanis est	410.d	dij praesides homininas cœti quatuor	155.b		
dialecticæ sectatores quibusnam similes dixit Ariston	201.b	dij secundum Lacedæmonios quomodo inuocandi	250.e.f		
dialecticam polypi similem cur dixerit Carnades	196.f	Dij Tutelares	312.a		
		Dij templarotunda cur dedicariunt rete-			

# Index

quid	257.c	258.c	Domitianus muscas perfodiebat	48.f	¶ Austrorum commutatione mutat.
discordia	77.c	343.c	Domitianus cur Medusa caput pro pecto re gestare solitus	227.c	602.a.b
discordia militaris	168.c		Domitiani instabilitas in Domitiam vox-		echini etymon
discordis ciuium locupletatus	210.a		rem	171.d	204.e
deserta proles	29.f		Domitiani nocturna visio de aureo gibbo		echini terrestris duo genera
dissimilator ingenij	83.f		quid	160.c	62.f
dissimilator turpitudinis	101.d		Domitiani mors per Solis signa cognita		echinus vnum nouit magnum
dissolutio	360.a		327.c		¶ Edomitum à virtute vitium
distinctio	64.d		Domitiani sigillum	122.a	122.c
Dithyrambum vincens bouem assequeba-			domus regia cur in medio imperij totius		educatio vniuersitatisq; vitæ instituit
tur	29.d		sits debeat esse	111.a	¶ Effeminatio
Ditis pectora adamantina cur	306.b		Dores vertuntur in a	118.f	effectus
Diti & Saturno sacrificarunt decumatos			Dorice ades quibus Diis sacrae	365.c	¶ Electores Imperij quando constituti.
homines Pelasgi	340.c		Dorice columnæ	365.c	131.d.e
duies avarus	257.b		dorsum	232.f	elementorum concordia
diuitum varie auocationes	94.a		¶ Drachma	136.e	378.d
diuina maiestas	322.c		drachma argenti	14.f	eleemosyna
diuina prouidentia	134.d		drachme due suis cor	136.c	486.c
diuina in occulto	48.f		draco ab Aesculapio educatus	117.f	elephantiasis curatio
diuinorum ab humanis separatio	219.c		draco conspectus, felix prodigium	112.e.f	441.a
diuinitas per capitum symbolum	225.c		draco cur Palladi dedicatus	112.b	elephantus fugit inspecto capro
diuinitas indicium cur triangulum equi-			draco Hesperidum, hortorumq; custos		18.c
laterum	292.b		103.c.d		elephas murcum capiens quid
Diuitenses Gallicana legio	155.c		draco quinque iugerum magnitudine		18.f
diuitiae an sapientia prius optanda	276.f		118.e		elephantis dotes
diuitiae elatum faciunt	171.a		Draco Tauri pater	29.e	16.f & seq.
diuitiae fortunæ appellatae	410.a		draconis etymon	110.c	elephantis studium Romæ ad vmbra Lu-
diuitiae viciſtudinarie	171.a		Draconis multa	112.b	næ
diuitiarum flagellator	172.a		draconi visus acutissimus	146.e	19.e
diuitiarum turpitude	170.f		dracones inter serpentes qui	111.d	elephantis campestres aliis dociliiores, mon-
diuitias per spinas intelligi in Sacris lite-			draconum inuolucrum in caduceo	115.b	tanii praui & insidiosi, palustres deme-
ris	400.e		draconibus vecta Ceres, quid	118.f	tiores & leues
diuus	319.e		Draconis	113.c	19.d
diuturnitas	375.f		Dromoclidis auara improbitas	255.a	elephanti cur turbidam aquā bibant
¶ D.M. literæ quid	227.e.f		Druſi à continentia commendatio	23.a	19.e
¶ Doctime	264.c		¶ Dualis numerus cur immunditia signi-		elephantis Luna noua, flumine se purificat,
docilitas	238.c		ficit	269.d	sermonem patrium intelligunt
docilitatis & obsequij memorabile exem-			ducenta	Ibid.e	elephantis serpentibus certamen asi-
plum in cane	42.f		dulcedinis symbolum	391.d	duum
doctor virtutis	75.b		dulcium appetitus	186.d	17.e
doctoris munus	173.c		duo	269.d	elephantis partus longissimus
doctores & prophete	Ibid. & 341.a		duo millia	273.c	elephantis cor duplex inest, secundū Mau-
doctrine	320.c		durandum	353.b	ros
doctrine cœlestis	281.c		duritas & firmitas oſium leonis	8.d	elephantis nulla belluarum prudentior.
doctrine firmitas	416.c		durities emollita	385.c	19.e
doctrine imperiōue preſtantes	226.d		Dyris	339.c	elephantis super mirabilis historia
Dodon.eum oraculum	340.c	quomodo	E		20.e
interpretatus sit Hercules	Ibid.d		<b>E</b> Litera		elephantis generata tria
doli, fallacieq;	119.b		ebrietatis remedium	350.a	elephantum natu maximus gregem ducit
doli occulti	358.d		ebrietatem quo modo vitabimus	182.b	17.b
dolichus	266.c		ebrietates detestandæ	403.f	elephantum cur Lucam bouem vocarunt.
Doliola facillum Romæ	407.d	ibidem	ebriositas in panthera	107.e	19.4
dolia duo, quid indicabant	207.d		ebriositas remedium	84.a.b	Eleus ager equorum generositati conse-
dolium quid in Platonis Gorgia	407.d		eburnea porta	424.b	cratus
& dolium perforatum quid	Ibid.e		¶ Ecclesiæ unitatis symbolum	398.b	92.e
domestica animalia duo nunquam mansue-			echeneis unde dicta	212.a	Elicius Iupiter unde
ſcentia ſunt, hirundo & muſca	191.b		echidna Hefido quid	16.b	324.f
dominator	4.f		echidna cur dicta Nympha	103.c.d	Eliseus pueros paruulos ei illudentes de-
dominium	212.e	225.d	echinus marinus	204.d	uouit
dominium equum	237.a		echinus terrestris	62.a.b.c	86.e
Dominicus Michaēl Venetus	27.a		echinus terreſtris cubilia sua Aquilonum		Eliesen mulieres, cum Baccho preces fun-
Domitia Augusta quæ	171.c.d				derent, quid petebant
					23.c
					eloquentia
				427.a	440.b
				eloquentia grata per apes	186.a
				eloquentia per caduceum expressa	116.b
				eloquentia per manum dilatatam	256.b
				eloquentia per psittacum	166.d
				eloquentiae necessaria calliditas & pruden-	
				tia	116.b
				eloquentiae symbolum per Sirenas	150.f
				eloquentiae vis	239.a
				eloquentiae vis per Herculem expressa	239.b
				elops pisces	213.c
				Elorus cicures pisces producebat	221.b
				Elpenoris tumulus	374.c
				elusus suis artibus	194.b
				elutio	

# Hieroglyphicorum.

elutio	420.b	præsules	37.c	exploratio	307.f	331.f
Emansor per coruum	163.f	equis cur cōparantur Diomedis filiae	36.a	externæ aues ex Hispania missæ in Italiam		
Emerepes Phrynidius musico cur duas chor-		equis et velis, prouerb.	32.a	176.d		
das è hyra bipenni exciderit	348.e	equis quando cœperint Romani esse supe-		extincta libido	247.e	
Empedoclis carmen de seipso	135.a	riores	30.b	exundare	145.a	
Empedoclis de anima sententia	371.f	Equinis à pedibus secede procul, prouerb.		Ezelino portentum oblatum à pica	166.f	
Empedoclis opinio de corde expenditur.		34.f		F		
152.f de mundi partibus dextris aut si-		Erasminus Roterod. fallitur	273.a	Gemmum ut in antiquorum monu-		
nistris	24.e	274.e		mentis intelligatur	372.c	
emuncte naris quis dicatur	237.e	Erasmi Roterdami laus	22.f	faba Aegyptiū instar numinis fuit	413.b	
Encenare	217.e	Erasmi Rot. mordacitas de esu piscium.		faba funesta habita	413.c	
encobomata	298.a	221.f		fabæ esus prodigiosa somnia parit	198.d	
encyclopediæ	178.f	Ercyne simulachra	118.f	fabæ in iudiciis cur olim estatæ	413.e	
Endymion	430.b	eremita	89.f	à Fabis abstinentum	413.c.e.f	
Eneph Aegyptiorum deus	425.d	eremitæ per deserta Thebaidōs & mon-		fabis suffragia ferri	414.d	
Enhippis cutum	312.c	tem Sinam	411.f	Fabariae calendæ.	413.f	
Ennictum nemus	248.c	Eretrenses à Xerxis militibus euerricula-		Fabius Calvus Rauennas	246.f	
Epaminondas	112.c	tione abducti	337.f	Fabius Maximus cur Ouicula cognomen-		
Epaminondam cur sociū munericis coopta-		Erichtonius cur inuidiam indicat	122.e	atum adeptus	74.c	
uit Pelopides	228.f	erinacius	62.f	Fabij Contatoris virtutes	37.d	
epandytis	295.c	Erotes malo nauis affixus	176.f	Fabio Max. primum concessus equus	37.d	
ephemerus	191.e	erucæ ab oleribus quomodo arceantur.		Q. Fabius Eburnus Louis pullus	175.d	
epigramma ab oraculo in Nicocreontis re-		414.c		Fabius Vigil Spoletinus	33.f	63.4
gis gratiam enunciatum	225.e.f	eruditus impurus	140.e	Fabio Valenti augurium ab aquila oblatū		
Epigrammatum locus	388.d	eruditus quis verè censendus	323.e	" 138.d Vitellio contra Othonem Ibid.		
Ephud	1306.c	Erycinæ Veneris templum	342.f	fabella de leone, vrso, & cane	12.e	
Epidaurus	436.c	erithacus auis solitudine gaudet	134.c	faber lignarius	215.d	
Epies Aegyptius	105.e	Esaiam sustulit Manasses	229.e	Fabricæ prefetti, quinam milites	113.f	
Epimetheus	428.a	Esh Hebreis quid	135.f	114.b		
Epopœus Palladi templum erexit	386.a.b	Ethicæ philosophia	153.b	fabilia instrumenta in squatinae capite,		
Equæ vento grauidæ	36.d	Euboici opisthocome	280.e	215.d		
equarum sylvestrium copia in Syria	36.d	Euchemus Arcas	230.c	fabula oraculi Iouis Ammonis	5.b	
E Q. victoria	34.b	cuentus inexpectati	2.f	Facilitis dea	222.e	
equitare habetur magnificentum	37.d	euerriculatio quomodo fiebat	92.d	faccs 342.c Cupidini dedicatæ	Ibid.d	
equus cur leone ad bellum aptior	31.d	euiratio	337.f	facetiores quidam morbos suos phratori-		
equus cur profanus Aegyptiis	37.c	Eumolpus Athenienses profligavit	246.d	bus commendat, & ita liberantur	91.e	
equus fluinalis	208.a	Eunomi citbaredi statua	115.c	facienda nesciri tutissimum in expeditio-		
equus Marti immolabatur	38.c	Euphranor	192.e	nibus	30.b	
equus multisfariam in numis diuersis con-		Europa 433.a à Ioue raptæ	366.4	Falconarij milites	114.d	
spicitur	34.d	Euphratis symbolum & etymon	Ibid.b	falsum cur ex speculo significatum	307.f	
equus Platonis	35.d	Eurysthenis musa	154.b	falx 316.c Saturno attributa cur	405.c	
equus Soli & ventis mactatus à Lacedæ-		Euterpe	350.c	fama	32.d.e	310.d
monis	38.d	Euthymenis sententia de Nili exundatio-	351.4	fama longè latcq; propagata	324.b	
equus viuus dicatus Ioui, à Salentinis in		ne	339.b.c	fames 43.b 202.f famis vocabulū 43.b		
ignem coniectus	38.c	Euanimatus minima de causa	216.b	famamoriens significatus per aquilam		
equi apud Sardos colubros quo tempore		exanguis de nequitia redditus	183.4	141.4		
deuorarunt	115.c	excæcare oculos populi quid	184.b	familia prodiga	90.c	
equi charactere inusta frons Atheniensium		excandescientia causa	7.a	familia amplitudo	237.f	
captiolorum apud Syracusias	34.c	excellens	373.e	familiaris rei accumulator	196.e	
equi & equitatus Domini, quid Abacho		excessus	272.f	familiaris rei concordia	176.b	
vati	33.c	excubiae	173.b	familiarum imagines & picturæ, nō sunt		
equi fabrefacti à Dionysio Argiuo qua-		excubias disponunt grues	128.d	recentioris ætatis inuenta	110.e	143.b
les	36.e	exultatores	114.f	farina Hebreis quid	277.b.d	
equi fluviales impietate notati	107.4	exhæredator filiorum coriuss	168.c	farræ vicit autem populus Rom. diu	26.a	
equi sacri quibus Diis	38.c	exosculationes cur apud Romanos sanctae		fasciæ ad diadema pertinet	303.a	320.f
equi significatio in diuinis literis	33.c	158.b		fascia candida Regum insigne	303.b	
34.f		exoffare catulos suos leo cur pingatur	7.c	fascia molem Aeliani Romæ ambiens qua-		
equi soluti & pascentes, quid	33.f	expectationem frustratus	167.a	lis	27.f	
equi Thessalici	29.b	expcrgefactio	416.d	fatum 300.a 330.f 331.a.d	352.c	256.a
equorum affectus in dominos	33.c	expiatio peccatorum	440.e	vnde dictum	278.b	
equorum zelotypia	36.d	explicationis sacrificium	238.4	fati definitio ex Chrysippo	331.e	
equis albis quo tempore vehuntur Rome				fati potestas	429.e	

# Index

fatuitas	392.a	ficus Carthaginis & Romani Imperij rui-	Florentini scriptoris de re rustica laus.
fatuitatis symbolum	418.c	ne causa	72.e
fatuus & insulsus	423.f	Ficus dulcedinis hieroglyphicum	Florius Maresius
fatuus per cepillum	167.e	ficus & oliua quam latè sint ab alieno so-	38.f
Faunus	425.f	lo plantande	florum significatio
faunus anguis	108.c	ficus quandoq; ominosa	30.a
Faunus & Picus quo pacto in rete impli-		fici materia fabricis minimè idonea	florus auis
cata à Numa Pompilio	324.f	sub ficu requiescere, quid	182.d
fauor 260.c eius contrarium	430.e	fides	fluctuare
fauoris signum oculus	234.f	fides cana cur Maroni	284.d
Faustina visa sibi in somnis serpentes pâ-		fides lubrica	fluctus exundantes in sacris quid signifi-
rere, quid indicarit	118.e	fides per manum dexteram	cent
Faustinae cur aquila virorum more in con-	171.e	fides vel hosti seruanda	284.b & d
secratione data		fidei creditum	flumen & flumina
D. Faustinae Pie simulachrum	319.e	fidei honos sustinet	283.c.d
fauum & mel in sacris quid	187.f	fidem in manibus cur colebant Arabes.	flumina cum sole cur dicantur genus hu-
¶ Febris letalis à Sole	61.e		manum enutrire
febris medela	50.d	fidelitatis rara quedam exempla in cane.	327.d
febris quid, & vnde dicta	8.d	fidelium simplicitas per asellum exprimi-	fluminibus cæsariem offerebant Greco-
febris sepc capras molestat	72.e	tur	384.b
febre torquentur leones	8.d	Fidius deus	fluialis equus cur dissidijs symbolum.
fel à Marte regitur	77.e	filius per vulpanserem indicatus	219.d
felis	436.e	filij alieni pro suis educati	fluij
felicitas 76.b 116.a 245.f	334.d	filij conspirantes in matrem	25.c 383.c
385.e 389.f		filij in patrem iuste vindictæ historia.	fluij cornigeri cur appellati
felicitas animorum futura	160.c		fluijorum fontiumq; simulachra cum vr-
felicitas vnde oriatur	410.d	filix cur Pteris vocetur à Grecois	nis figurantur
felices seniores milites	101.f	filix serpentis fugat	¶ Fœcunditas 76.c 96.c 172.b 415.e
felis an idem animal cum eluro	100.d	filix Struthiocamelii pennis assimilata.	fœcunditas vera
felis cur Lunæ comparata	354.b		fœdus
femoralia	300.d	filicis & arundinis inter se inimicitiae.	fœdera quibus modis firmabantur apud
fera peculiariter dictus Leo	7.c	419.f	veteres
feracitas 129.c.d 390.f hieroglyphi-		finis in diuinis literis quid	fœderum firmitas
cum eiusdem	Ibid.	249.d	fœmina boum grauiorem mare vocem ha-
feracitas præcognitio	182.b	finis	bet
Ferdinandi II. Neapolitanus regis numerus.	238.c	finis per pedem indicatus	25.c
feritas	376.c	257.f per vmbilicum	fœminæ & pauonis naturæ consensu.
fermentum	278.d.e	firmitas	171.c
ferocia bellum fracta	310.a	firmitas amoris	fœminæ vocabulum in sacrificiis quid.
ferocia emollita	84.f	Firmus Aegypti tyrannus adipe crocodili	246.c
ferocitas 77.d euitanda 30.c	in timi-	cur se perunixerit	fœminam quid deceat
ditatatem versa	56.b	fissa vngula	fœminæ loquaciores turtures vocatae The-
ferocitas per cervicem	232.d	fistula	ocrito
ferocitate posita assumpta māsuetudo	15.f	¶ Flagellum	161.e
ferox à mansueto superatus	182.e	Flamen assiduus Ioui institutus à Numa	fœminarum consecratio
ferræ in oculis	236.e	Pompilio	152.c
ferula 403.e cur Baccho dedicata	Ibid.	Flamines vnde dicti	fœminarum interitus
Fescenina locutio	298.e	Flaminio Consuli ostentum quodnam acci-	171.d
fessinaria	215.f	derit Arctij	fœminis Romanis capitale erat vinum gu-
Festī opinio de mundi partibus	24.c	Flaminis sacerdotibus quales siebant cal-	stare
Festī Pompeij locus emaculatus	222.b	cei	158.e
259.a		Flammae prospere euentus signum	fœni manipulos pro vexillis habuit Ro-
¶ Fiber, & eius etymon	98.c	flammeum	mulus
fibri cur in venatione sibi testes auellant.	98.d	flammeo cooperta noua nupta ducebatur	298.f
fibri partes postriores cur piscium loco à		ad maritum	fœnum habet in cornu
multis habitæ	98.f	flammis vermis quis Apulcio	30.f
fibulare	300.b.c	flectere genua quid	folia quid in diuinis literis significant.
ficulnus pro imbecillo & contemendo.		Flos futuri boni prænuncius	392.f
392.c		flos iuuentutis hieroglyphicum	fontes
figurina symbolum	393.b	flos regius	283.a
		Florentia semper leones aluit.	fontes & aqueductus cur Leoninis figuris
		Florentia situs amoenus	ornati
			10.f
			forma
			formica
			57.d & seq.
			formica Soli cur immoletur in Isthmo.
			57.d
			formicæ & respertilionis discordia
			179.e
			formicæ Neroni mortis appropinquantis
			præsagium attulere
			58.d Tiberio fe-
			rales furunt
			1bid.
			formicæ quomodo fugentur
			422.f
			formicarum esu, morbi opem sibi compa-
			rat vrsa
			59.e
			formicas candidantes habet Paphus insu-
			la
			58.e
			in formicas qui post obitum abeant
			58.a.b
			formi-

# Hieroglyphicorum.

formicaria bona	58.d	fulmine nil celerius	325.a	30.e cur perhorrescat leo	9.b
formidator inanum	80.c	fulminum eliciendorum rationem inuenit		vinearum incolumitate mactabat	
formido	53.b	Numa Pompilius	324.f	Metbonenses	174.a
formido sublata	53.f	fulminum significaciones & naturam de-		gallū se debere Aesculapio cur dixerit So-	
formidolosus & imbellis	246.a	scripsit Pierius	325.c	crates	172.f
formidolosiora sunt animalia, quae frigi-	53.d	fumus	345.d	gallo insignitus clypeus Idomenei	173.b
diora	93.f	fundamentum	256.f	in Gallo mira vis	174.b
fortis	31.f	T. Fundilius Gemilius cur inter cætera o-		gallinaceus pullus exclusus in manu Liuiæ	
fortis significatio	306.a	lcum legauerit	387.c	quid	172.c
fortitudo	375.f	fungi hieroglyphicum	418.a	gallinacei pugnacissimi in Rhodo insula.	
fortitudo per Tigrin amnem	154.a	fingum una nocte nasci, proverb.	418.b	173.e	
fortitudinis simulachrum	2.f	funes primam ex corio	355.c	galli alio incitantur ad pugnam	173.d
fortuna 337.b 288.c huius simulachru.	288.e	funibus metiebantur terram Aegyptij.		in Perside primum orti	173.e
		266.d		gallorum exemplo pugnantes confirma-	
fortuna secunda	436.f	funiculi mensura	266.e.f	uit Themistocles	173.d.e
Fortuna amatoria	410.a	funus	133.f 381.e 413.b	gallorum spectaculum quotannis Perga-	
Fortuna Redux	337.c	furacitas	251.f	mi solitum edi	174.a
fortune aduersæ domitor	83.c	fur & fallax	429.c	Athenis etiam	
Fortune idolum Aegiræ	410.a	fures & fuci qui	189.d	à Themistocle institutum	Ibid.
Fortuna simulachrum	34.c	furius agitandum quem dicant Astronomi		Galli populi quas artes studiosius exercue-	
fortunæ speciosæ inconstantia	56.d	29.f		rint olim	239.b
fortuna ab exili in altum euctus	179.b	furor familiaris leoni	7.c	Gallite cantando excitarunt, dictum Nero-	
fortunarum contempnus	200.a	furor implacabilis	106.c	ni	172.e
fossa	284.f	furor per crocodilum	207.b	Galli sacerdotes Deum Matri ministrabant	
Frenata ferocitas	33.a	furor poëticus	378.a	Galliarum tumultus contra Neronem	172.e
frenum	355.c	fusus	356.a	Gallicum genus leporum	97.a
frenum Corinthi inuentum à Pallade	33.c	futuri seculi beatitudo	186.c	Gallorum mores in osculo adhibendo	158.a
Laphitharum inuentum	32.c	futurum opus, vel quid agendum	238.e	ganea	66.f 221.d
frenum per anchoram indicatum	336.d	fx	251.e	Ganges fluuius	153.e
fragilitas humana	301.f			Ganymedes	374.d
fragilitatis indicium arundo	414.f			Garamantes struthiorum oua cur perqui-	
framea	312.a	G		rant	221.e
Franciscus Bandinus	71.c	Abriel	322.e.f 323.a.b	Garamantarum pilci unde	294.e
Francisci Robortelli laus	259.b	Gabrielis vox & vis in Deo quid		garrulitas	149.b 162.f 166.e
Fridericus II. elephantes in Italiam ex Idu		252.d		garrulitas vanæ	192.d
mæa transfuerit	20.d	Geon annis	153.f & 245.d	Gedeonis petitio à Deo quæ	381.f
frigidæ facultas & vis	323.d	Galba quid instituerit Neronem mortuo.		382.a	
fringilla	183.c	315.f		Gelanor à Danao expulsus	81.f 82.a
frontem glabram imaginari per somnium		Galba quale occupandi imperij presagiū		Gelon Carthaginenses debellauit apud Hi-	
quid	230.c	ostensum fit	251.d	meram	340.e
frontes cur abradendas iussent Lacedæ-	230.c	galea	316.f	Gelonem quomodo seruavit lupus	82.d.e
monij		Galeni & Aristotelis diuersa sententia de		Gelonus	110.b
fructus ex laboribus	27.c	testibus	245.e	Gemar Arabibus quid	441.b
fructus per ouem exprimitur	76.d	Gallienus ambitiosus & imparus	55.c	gemme	306. & 307.
frugalitas	388.a.b	Gallieni Imp. carmen	157.c	per totum	
frugalitatis varia exempla	411.a.b.c	gallina	171.f & seq.	gemmae alectoriae vis	173.e
frugem lætam prænuntiantia que	26.d	gallina auri venenum	172.a	gemme in ornatu Veneri debentur	205.b
frugum opulentia	26.c	cur Aesculapius dicata	172.c	genumarum cura morosa ridetur	307.b
Fuca pisces	215.a	quid Theologis.	1 Ibid.	generatio	60.b
fucus à fure differt	189.d	Ibid.		genesis	115.b
fuga	43.c	gallinæ per quietem vise quid	172.a	Genetici mactabantur canes	44.d
fuga popularis	187.d	gallinæ quomodo à fele tutæ	172.d	genetrix per E, media syllaba, & Venus	
fuga per dorsi simbolum	232.f	gallinago	174.c	Genetrix	252.b
fugacitas	52.c	Gallonij gula notata	126.b	genitale	392.e
fugientia sequi sine spe	210.a	gallus vigilantiae signum	429.b	genitura humana unde	244.e
Fulgentij locus	353.c.d	gallus gallinaceus	172.d	Genium ex myrto significari	373.c
fulgura in sacris literis quid	325.d	Apollini dicitus	173.a	Genij nobis appositi	40.c
fullonis officium quod	257.b	Lunæ dicatus Ibid. cur		Genios præ se ferunt Lares	Ibid.
fulmen	323.f	in parricidae culeum insuebat	107.a	Gensericus quo tempore Romanam ceperit	
fulmen iouis supremi gestamen	324.a	174.b.c cur maxime animal solare.		131.c	
fulmen lauri folia non icit	372.d	9.c cur Mercurio dicatus	173.b	gentes per pisces indicate	222.c.d
fulminis natura	324.a	gallus insidens Tiberij humero quid	172.d	gentium doctrina	281.b.c
		gallū nutritre quid Pythagore	172.f	gentium multarum societas	393.b

# Index

genua	258.d	gratiam quid vocent Theologi	235.a	haſſida auis	226.e	227.a
genua flectere quid	17.c	gratiarum pullus quis	56.b	hasta	310.c	
genus humanum	202.b	gratus animus	40.e	hastæ gestamen inter maximos honores		
Geometria	286.f	grauius anima, quo ſymbole ſolet exprimi	125.c	habitum	310.f	
geometricus cubitus	264.f	13.b		hastam appellarunt ſceptrum regium A-		
Georgius Anſelmus	24.a	Gregorij patriarchæ Cōſtantinopolitani	193.d	gamēnōnis Boeotij	311.c	
Georgium Vallam docentem audiuit Pie-		hærcis		hasta donantur viri fortes	311.a	
rius	338.c	grillus conciliando ſomno eligitur	211.e	hastæ puræ	310.f	
Gephyreorū ſimulacrum in exercitu	115.c	grus auis	128.d. & seq.	hastas pro Diis coluerunt veteres	311.b	
Geranius mons vnde dictus	129.b	grus biceps feracitatis indicium	129.c.d	hazir Arabes ſuem appellant	127.b	
gerendarum rerum ſumma quibus rebus		grues cur in ſublime volantes lapidem af-		¶ Hebdomada in albis que et cur	296.f	
confiſtat	227.a	ſumunt	128.f. 129.a	hebetudo	360.c	
Gerenius cur vocatus Nestor	33.a	gryphs	167.f	hebetior in Venerē ex eſu palumbiū	158.e	
Germani bouem integrum Bononiæ in Ca-		Gryphus Syriæ rex	168.b	Hebrei quanam in re reprehensi ab Ap-		
roli V.coronatione torruerunt	178.b	¶ Gueſtus Aegyptiorum rex cibū men-		pione et Iuliano	70.c.d	
Germanorum iſtitutum olim in ducen-		dicare coactus	411.b	Hebræorum gens falaciſſima	187.c	
dis vxoribus	23.a	Guido Ascanius Sfortia Card.	16.c	Hecate triceps	40.f	431.e
germinatio	166.b	de Gula multatus	204.d	Hecates et Apollinis certamen	100.f	
Geruli qui dicantur	408.c	gustatus	240.c	Hecates fabula	108.d	374.a
Ceryon cur multis manibus et pedibus di-		gustus perfectus in qua parte confiſtat.		Hecates ſimulacrum	375.d	
catur præditus	228.f	240.c		hecatombe	139.c	
Geryonis boues abacti quid	25.d. 228.e	¶ Gyges centimanus	252.e	Hector comam per terga fuſam geſtabat.		
Geryones Hercules opprefſit	228.d.e	cur hyemem		230.c.d		
¶ Gibberofus homo quis dicatur	232.f	denotet	Ibid.	Hectoris cadauer oleo rosaceo obunxit		
gibberofus astuti	196.b	Gygis anulus quale habuerit lapide	115.e	Venus	401.e	
Gigantes quandiu persecutus eſt bello Oſi-		Gylippus depeculator	147.c	hedera cur Baccho ſacra	378.a	celebris
ris	230.e	gymnasium	386.f	apud Aegyptios	376.d	Dionyſio ſa-
gigantes quos vocauerit Commodus Imp.	118.c	gynunica certamina funeralibus celebrari		376.e	Libero Patri cur dicata.	
gigantum anguinei pedes, quid	257.f	ſolita	387.c	376.f		
gilla herba	59.c	<b>H</b> Pro ſ apud antiquos nonnūquam		hedera nō niſi ſenecaſtib. adhærefſcit	377.f	
gillæ herbae virtus	422.f	po nebatur	260.e	hedera ſuffumigata occiduntur vefperii-		
¶ Gladius	314.c.f	habenæ tenere	355.c	liones	179.f	
gladij ancipites in ſanctorū manib.	315.c	Hadrianus Imp. et equalitatis ſtudioſiſſimus.		Helias quomodo Baalis ſacerdotes riferit.		
gladium cur portet iudex	315.b	162.a		205.f		
glandis ſignificatum	376.c	Hadrianus Imp. pacis ſtudioſus	385.e	Heleis ſerpentis ope vicitoriā aduersus Ar-		
glanis pifcis	217.c	Hadrianus pauonem Mycenis in eſe Iu-		cadass conſecuti	117.c	
Glaucem citharistram adamant et anſer		nonis dedicauit	170.f	heledo polypifſpecies vnde dicatur	196.f	
et aries	175.a	Hadriani Sexti P. M. ingenium	140.f	Helenam maſtandam liberauit aquila.		
glaucoma	358.a	hereditas	440.f	139.e		
Glaucopis cur vocata Pallas	122.a	heredipetæ	133.c.f	Heliogabalus perdiſum plumulis in Stra-		
Glaucopis Minerua	146.e	hereditaria portio forſq;	266.d	tis vſus	175.e	
gloriae calcar	165.b	herere aquam	256.e	Heliogabali luxus	67.b.	bipedum et
gloriae ſublimitas	365.e	heres iniuſus	49.d	quadrupedum ſpurciſſimus	73.b	
gloriosus	171.b.c	hereticus	178.f. 179.a	Heliopoli primū phœnix ortus	144.b	
¶ Gordiano tertio quadrigæ elephanto-		hereticirane hieroglyphico notantur.		heliotropium	423.d	
rum decretæ	20.b	211.a		Hellico Heluetius	393.a	
Gordij currus iugo aquila inſidens quid.	137.f	Halieuticon opus à Nigidio elucubratum.		helluo per crocodilum	207.c	
Gorgie tragœdiæ cur reprehensæ	389.b	214.b		helluones taxati	412.d	
Gorgoneū caput ad ſculptū ſcuto Miner-		hallus cur dictus pollex	260.e	Heluidio Pertinaci quodnam ſpectrū ob-		
ue	146.c	Hammon	78.c et d	latum ante mortem	315.f	
¶ Graculæ lauri folio annuum faſtidium		hamus	337.f	Henricus Imperator quando declaratus.		
purgant	159.c	Hanno Ammonita Dauidicis nuncijs bar-		131.e		
gradus in mensuris quid dicatur	265.b	bam abſtulit	232.a	hepar à Ioue regitur	239.b	
Græci	327.e	Hanno Carthaginensis exul cur	5.c	Heptoporta	350.f	
Græculus Romæ ferocem taurum quomo-		Hannonis elephantis mirum ingenium.	20.d.e	Heptabolus lacus	339.c	
do ducebat	23.f	hara, et ex hara productus quis	66.a	Heraclides iocose à Ptolemæo illufſus	91.a	
gramphum quid vocet vulgus	61.c.d	Harpagium, locus in Chalcide	374.d	Heraifcus	261.c	
gratia	307.b. 440.e	Harpocrates	261.b.c	herbam dare	260.c	412.c.f
gratia relata	139.f	Harpocrates ſilentij ſignum	205.e	herbe aculeis armatæ quid in ſacris lite-		
gratiae ſymbolum	400.f	Harpocratis ſigillum cur in anulis geſta-		ris incident	400.d	
		batur	261.a.b	herbis plantisq; variis dij varijs coronati.		
				304.c.d		

Herck

# Hieroglyphicorum.

Hercules	427.4	heroibus cur draco sacer	112.b	Hirpi & Hirpini	120.d	
Hercules Aegyptius primus Leonis gestauit insignia	15.4	Hersiliæ filius cur bullæ gestamine decora tus	301.b	hirquitillare, & hirquitalli	272.d	
Hercules benignè interpretatus est oraculum Dodoneum	340.d	Herus & Leandri fabula quid	247.e	birudo	216.d	
Hercules cancrum deuincens quid	201.c	Hesiodus contra Proclū defensus	163.c.d	hirundo	161.f. & seq.	
Hercules ceruum encans quid	53.f 54.4	Hesiodus quare difficulter profecit	372.d	hirundo in Pyrrhi tabernaculo nidum posuit	163.c	
Hercules cur dictus aurea mala secum asportasse	76.a	Hesiodi germanū poëma de Scuto Herculis	122.b 343.b	hirundo literas ad pedes alligatas portans	163.f	
Hercules Gongazæ Cardinalis Mantuanus	276.b	Hesiodi locus	32.f 103.b 136.a 150.c	hirundo volitans supra caput Alexandri quid	162.f	
Hercules Libycus Syrtes anguipedes effugiens quid	108.c	Hesiodi 186.a 196.f 263.f 321.e	345.f 407.c	birundinis ars & ingenium	Ibid.b	
Hercules oleastro fratrem victorem propositis certaminibus coronauit ex oleastro lucum seuit	387.c	Hesiodi versus duodecim è Theogonia cur sustulerit Seleucus, & quos	307.e	birundinis caput se habere qui imaginatur, quid denotet	163.e	
Hercules omnium virtutum idea	109.f	Hesiodo laureum sceptrū à Musis datum, quid significet	372.d	birundines ædium construendarum normam commonstrarunt	162.c	
Hercules Populum ad Græcos transtulit	381.f	Hesperus	332.d	birundines cur à tecto ablegauit Pythagoras	162.c	
Hercules puer in cunabulis angues profligauit ac elisti	109.f	Hesychij Hierosolymitani laus	250.f	birundinum Musea Aristophani quæ	163.a	
Hercules Pylo bellum intulit	32.f	Hetruscorum doctrina de prodigiis à qui bus manarit	236.b	Hispania	97.b	
Hercules Thesij filiabus virginitate in minimuit primus Iunoni capras immolare instituit.	73.d	hexapus	265.c	Hispania per Geryonis symbolum	228.e	
Herculis ad inferos descensus	381.f	¶ Hiererchie angelorum quot	331.c	Hispanicum leporum genus	97.d	
Herculis clava	375.c	Hicremiæ locus	84.c	¶ Hœdi in diuinis literis quid	73.b	
Herculis columnarū symbolica interpretatio	281.c	Hieroglyphicè loqui, quid	391.c	Homericus nullius disciplinæ nescius	242.f	
Herculis furor in liberos	6.f	Hieroglyphici sensus celebritas & diuinitas	160.c.d	Homeri defuncti anima qua specie euocanda	165.e 166.a	
Herculis nodus	115.b	Hieron cur laudatus à Pindaro	34.c	Homeri locus	112.a 142.a 159.d 167.d	
Herculis progenitores unde oriundi	377.a	Hieron puer à patre expositus	185.f	213.b.c 353.d.e 438.a	Homerum in pauonem abÿsse, cur dixerint Platonici	171.a
Herculis sacrum	395.d	Hieronymus Fracastorius	368.d	homo	340.c 441.b	
Herculis signum summæ nobilitatis ex ære Rome etiamnū extat	393.e & 396.b	Hieronymus Mandolus	70.f	homo bulla	301.f	
Herculis simulachrum in Capitolio interpretatur	396.b.c	Hieronymus Vuolfius	224.c	homo ingluuiosus, intemperans, in sues condendus	66.d	
Herculis virtutes tres	396.b	D.Hieronymi locus	268.c	homo arbori similis	435.b	
Herculi quare sacrificabatur coturnix à Phœnicibus	177.e	D.Hieronymi opinio de Pelecano	146.b	homo mentis impuræ	180.a	
Herculem qua forma Galli faciebant	239.a	hilaritas	236.d 304.e.f 374.b 387.e	homo nihil ac nequam	49.c	
Herculus taurus	23.d	398.a 409.f	398.a	homo rarae consuetudinis	180.f	
Herculaniani iuniores, seniores	143.c	hippicum mensuræ genus quod	266.b	homo qui vel suam vel alienam ferocitatem edomuerit	5.e	
Herculanus Leo quid	14.f & 15.a	hippopinos homo quis	36.a	homo quomodo vertitur in belluam	36.b	
Herculanus morbus aquilino lapide exploratur	142.d	hippoceruum nostra vidit etas dono missum Franciso Galliarum Regi à Friderico Mantuae Duce	56.c	homo solus an comitali morbo laboret		
hermaphroditæ an apud solos Luncenses	135.c	Hippocrates cur pileatus	294.d	177.d	hominis natura	435.a
Hermæa forma cur quadrata	290.c	ab Aesculapio oriundus	Ibid.	hominis etas ut plurimum annorum octoginta & viii	152.f	
Hermæa signa qualia	256.a	Hippolytus Medices Card.	325.f	hominem cur sapientissimum omnium animalium iudicauit Anaxagoras	251.f	
Hermes unde dictus	239.c	Hippolyti Medicei liberalitas	99.f	homine diutius nullum viuit animal preter elephantem	149.e	
Hermolaus Byzantius Stephanum in cōpendium rededit	147.a 194.f	Hippolyti Medicci mors	332.f	homines vtriusq; naturæ	135.c	
Herodes Atheniensis in Neptuni templo dicauit delphino insidentem Palæmonem	194.c	Hippolyto cur templum excitavit Diomedes	298.f	homines in lupos transmutari	81.f	
Herodis scomma in Bradeam	329.f	hipponomes	36.c.f	Homolottorum sacrificium quale	26.c	
Herodotus putat leænam semel tantum párere	11.b	Hipponis sententia de cœli figura	242.f	honor summus	310.e	
heroës & heroum statuæ quales	366.a.b	Hipponis sententia de procreatione	216.c	honos fidem sustinet	431.a	
		Hippota Nestor	33.a	honos & virtus	431.d	
		hippopornos	36.a	honorem quibus tribuerit vetustas	26.a	
		hippopotamus	208.b	honores	313.e	
		huius peruerstas	Ibid.	Honoriani iuniores	114.a	
		Hippothoontis poëtæ sententia	2.f	Honoriani milites	68.f	
		hircus animal libidinosum	73.4	Hore	423.c	
		fornosarum puellarum collegio nutritiebatur		horæ nomen	208.e	
		Mendesio ciuitate	Ibid.			
		hirci hœdiq; immolandi in sacris quid	73.b			
		hircini adipis vis in vite	71.f 72.a			

# Index

• <i>hore Græcis Latinisq; quid</i>	229.c.d	<i>hypenemia oua que</i>	132.b	<i>Ichthyophagorum genus unde</i>	220.d
<i>bore per fluuialem equum</i>	208.d	<i>hypocrita</i>	179.a	<i>Icoſaēdrum</i>	439.d
<i>bore que, &amp; unde nomen</i>	241.b	<i>hypocrite simulachrum</i>	148.c	<i>ictu uno exanimatus</i>	204.c
<i>horarum obseruandarum ratio prisca</i>		<i>hypodytis</i>	295.e	<i>¶ Ideas Platonis cur τετράγωνα vocavit</i>	
46.e		<i>hypomochlium</i>	360.d	Aristoteles	192.c
<i>Horatij locus</i>	16.a 22.c 62.d 69.b 77.a 104.c 107.e 112.b 124.d 126.b 158.d 163.b 165.e 170.f 181.c.d 186.c 248.d 254.d 292.c 354.f 364.f 429.c 430.e 440.b	<i>hyſſopus</i>	440.e	<i>Idomenei clypeus gallo insignitus</i>	173.b
<i>Horcijs Louis statua</i>	69.c	<i>hyſſopi ſymbolum</i>	420.b	<i>Idumæa ficus à Christo cur deuota</i>	392.4
<i>hordei à vitio conſeruandi ratio</i>	373.d	<i>hysteria</i>	69.f	<i>¶ Lechonias in hono ratus</i>	407.c
<i>Horomazes quot deos in ouum incluserit</i>				<i>ieunio curantur Venereæ voluptates</i>	
241.b				109.e	
<i>horrificum</i>	118.d	<b>I</b> <i>Litera</i>	350.b	<i>ieunia Romani Cereri feruntur instituisse</i>	
<i>horoscopus</i>	241.a.b	<i>Iacob contemplationem indicat</i>		412.d	
<i>horti in tutela Veneris sunt</i>	247.b			<i>ieunia à veteribus recepta</i>	412.d
<i>Horus Acgyptiis quis</i>	241.b			<i>Leiunus</i>	214.4
<i>Horus apparuit Osiridi</i>	31.d			<i>Iephata detestabile facinus</i>	70.c
<i>Horus Apollo à Philippo quodam Græcè</i>				<i>Iesus quomodo affererit nos in libertatem</i>	28.f
redditus 233.c <i>mutilus &amp; imperfetus</i>	Ibid.d			<i>¶ Ignarus hominumq; locorumq;</i>	87.c
				<i>ignavia</i>	89.d. 251.f 258.b
<i>hosptialitatis iura</i>	117.b			<i>ignavia honorata</i>	302.c
<i>hostia humana</i>	70.a <i>quibus Diūs im-</i>			<i>ignis</i>	426.f 439.a
<i>molabatur</i>	Ibid.b			<i>ignis ab Aſſertore nostro in terram missus</i>	
<i>hostis infenſiſsimus</i>	310.d		86.e		
<i>hostis profligatus</i>	126.a			<i>ignis à Prometheo furatus quid</i>	135.a
<i>hostis vicitus</i>	82.e			<i>ignis consideratio duplex</i>	344.b
<i>hostium cædes mutua</i>	119.b			<i>ignis cur internuncius dictus</i>	363.d.e
<i>hostium mutua detrimenta</i>	148.a			<i>ignis duplex</i>	135.f
<i>hostibus que optanda dixit Antisthenes</i>	54.f			<i>ignis ex collisſis leonis oſſibus</i>	8.d
				<i>ignis hieroglyphica</i>	341.a.c.d
<i>¶ Humana vita</i>	327.c 347.f			<i>ignis per ſumis ſymbolum</i>	345.d.e
<i>humane vitæ lubricitas</i>	32.d			<i>ignis significatio in ſacris que</i>	344.d
<i>humane vitæ cōmercia</i>	363.c			<i>ignis Vestalis</i>	340.f
<i>humane rote</i>	289.c <i>cur ſex tantum rati-</i>			<i>ignem adorabant Perſe, &amp; Lycij</i>	345.4
<i>diis compacte</i>	Ibid.			<i>ignem aqua permiscere</i>	343.d
<i>humeri quid in ſacris literis</i>	233.a			<i>ignem formidat leo, &amp; cur</i>	9.4
<i>humanitas</i>	292.d			<i>ignem gladio diſsecare</i>	315.c
<i>humilitas</i>	151.f 258.f			<i>ignem Perſe omnibus numinibus antepo-</i>	
<i>humor parens omnium rerum ſecundum</i>				nebant	406.c
<i>Aegyptios &amp; Thaletem Milesiū</i>	242.e			<i>superigne ſolitus</i>	9.4
<i>¶ Hyacinthinus color</i>	295.e			<i>ignobilis à genere ad claritatem euellit</i>	
<i>Hyacinthus in florem mutatus</i>	440.c.d		208.e		
<i>hyena</i>	82.e.f			<i>ignobilitas</i>	183.c
<i>hyena an alternis annis mas &amp; foemina</i>	83.a			<i>ignominia</i>	173.f
				<i>ignorantia</i>	222.d
<i>hyene &amp; pantheræ odium</i>	Ibid.e			<i>¶ Iliados Minerue templum</i>	40.b
<i>Hyantes</i>	66.c			<i>iligni folij calcati à leone viſ</i>	9.b
<i>hyca</i>	217.a			<i>Illybia</i>	295.e 343.c
<i>hydra</i>	122.c & seq.			<i>illecebræ amatorie</i>	157.d
<i>hydrargyron</i>	429.c			<i>¶ Imaginatio excitat appetitionem</i>	
<i>hydriam in ſacram ædem geſtabant venc-</i>			109.a		
<i>rabundi Aegyptij</i>	406.c			<i>imagines &amp; familiarium inſignia, non</i>	
<i>hyemale ſolſatiūm</i>	199.b			ſunt recentioris aetatis inuenta	110.e
<i>hyemal is conuerſio que</i>	Ibid.			143.b	
<i>hyemis</i>	440.a			<i>imagines in anulis geſtare solebant ve-</i>	
<i>hyemis inclemencia Romæ maxima</i>	380.b			teres, & quorum	302.c
				<i>imaginibus maiorum illuſtrium cur Ro-</i>	
<i>hyemis ſymbolum per cornicem</i>	150.c			mania atria ſua compleuerint	377.e
<i>Hyllus Herculis filius</i>	2.f			<i>imbecillitas</i>	100.4
<i>hymnus</i>	307.f			<i>imbecillitas &amp; mos</i>	435.c
				<i>imbecillitas humana</i>	399.c 403.4
				<i>imbecillus fortiori affurgens</i>	180.c
				<i>imbellis</i>	246.a.b
					im-

# Hieroglyphicorum.

imbres aliis aquis magis nutrita <i>m</i>	281.f	inconstantia	201.b	228.c	337.b	insomni <i>de Somnia</i>	3.b
imbres per corui symbolum	168.e	incontinentia reprehensa		23.a		inson <i>tribuunt leoni</i>	
immortalitas	441.b	incrementum nostrum ex quibus constet				instai	144.a
immoderatus impetus	34.c	327.d				insta <i>per echinum</i>	205.a
impatiens alieni coeli	209.f	incrementum præmaturum		383.c		insti	277.a.b
impatiens famis	81.c	incubones		73.d		inst <i>ex elementorum natura specta-</i>	
impedimentum	212.d	incus		353.b		280.d	
Imperator	111.a	incudes à Ioue ad Iunonis pedes appense				in <i>o per coeli symbolum</i>	281.a
Impp.duo	Ibid.e	quid		353.c		in <i>io per birundinem</i>	162.a
Imperatoris optimi munus	126.a	indennis figura		80.e		ires homines pessimi habiti	219.d
Imperatoris qui paribus cum Augusto ho-		index digitus	260.f	idem Medicus, Li-		tinata munditia	100.c
noribus honestandi		chanus, Salutatorius dictus		Ibid.		lectus agens	429.a
Imperatorum & regum iustis dedicata a-		indicti belli signum apud Romanos quod				lectus æthereus	161.f
quila	139.b	308.f				lectus efficacia	416.a
Imperatoria maiestas	138.e	indigena, vel nobilis		426.	interquiescens	52.f	
imperitia	346.a.b.	Indorum mos in trauciendis fluuiis el-			inuercundus	210.d	
imperitia & imperiti hominis simulachru	232.b.c	phantis		19	inuigilatio	57.d	
imperitus disceptator	93.c	Indorum oratio pro concilianda sibi pr'			inuictus	207.c	
imperitus literarum ne de diuinis differere		tipum benivolentia		401.	inuidia cur per Hydram indicata	122.d	
audeat, lege cautum est	93.d	Indorum quædam gens longæua cur			inuidix amuletum	301.c	
imperitorum præcipitum	289.f	117.d			inuidi ciuitatibus inutiles	405.f	
imperium	33.d.315.f	indocilitas	65.f	88.f	inundatio	10.c	
imperium firmum	321.d	indulgentia		191.b	inuolucru draconu in caduceo quid	115.b	
imperij Romani tres insignes mutationes	376.a	indumenta		.e	Ioan. Antonius Pollio	53.b	Geloum
131.e		inexpugnabilis			prinas	404.a.b.c.d	
imperij ampliator	321.b.c	infamia			Ioan. Baptista Montanus Veronensis	325.f	
imperij maiestas summa	327.c	infernum			doctissimus medicus	326.a	
imperij summa	311.a	inferorum rote cur quatuor res tan-			Ioannes Cornelius Fantini F.	300.d	
imperio doctrinæue prestantes	226.d	tum compactæ		289.c	D. Ioan. cur per aquilā indicetur	142.a	
imperfecti symbolum per rancant	210.f	infinitum		352.a	cur locustis tanum & agresti melle nu-		
imperius	67.c	infortunium		99.c	tritus	414.a	
imperius hostilis	284.c	infotunij magni tutela		208.f	Ioannes Grymanus Patriarcha	193.f	
impietas per hippopotamum	208.b	ab Infotuniis potentior		81.a	Ioan. Iacobi Fuggeri laus à literis, litera-		
impieti prælata pietas	124.f	infrænis oris finis infotuniur		34.f	toſq; iuiani studio	224.a	
impius ingratis	158.d	ingenium	41.f.	428.d	Ioannes Lascaris	333.c	
imploratio	100.f	ingenium velox		141.e	Ioannes Petrus antea vocatus Pierius		
imploratio auxilij	162.d	ingenij acumen		48.e.f	130.c		
importunitas ac impudentia	191.a	ingenio acutiore cur singulis purius			Ioannes Sieus	259.b	
impostura	190.e	est cœlum		396.e	Ioannis Manardi Ferrarensis laus	250.b	
improbitas	83.c.f	ingenia recta debilitatur	191.b		Iolaus apud Thebanos diuinis cultus ho-		
improbitas edomita	293.f	peruersa confirmantur			noribus	382.d	
improbitas meretricia	208.c	udacia	ibid.		Iole a Thebis celebrata	374.c	
improbitas per anserem	174.f	ingluiosus		214.c	Ionatha mel gustans quid	187.b	
improbi probiq; viri descriptio et paral-		ingrati erga parentes		245.e	Ionicæ ades quales, & quibus diis edifica-		
lelon	182.c.d	per Inimicitias illustras		47.e	te	365.d	
impudentia	44.f	iniquitas		350.c	Iordanis allegoricè quid	116.d	
impuritas	50.a	iniquus amor		195.a	Iordanis Bonzij domus euersa	125.e	
impurus	176.f	iniuriarum vltio		182.e	Iordanis conuersus retrorsum quid	220.c	
impurus amator	239.f	innocentia	75.c	246.c	Iosippus à fratribus venundatus	25.e	
impuri amoris conditio	196.c.d	innocentia permanu symbolum		371.a	idem somniorum interpres	Ibid.	
Inæqualitas	58.c	innocentia per pisces		251.a.b	Iosippi parentes ac fratres in Aegyptiorū		
inæqualium concordia	34.a	innuus		222.c	commercia non admisi	422.d	
inanis animus	408.a	inquietudo		425.f	Iosippi somnu de Sole, Luna, stellis	327.f	
inanis gloria	58.f	inqullinus		150.b	Iuliie Piæ numus	252.b	
inanitatis significatum	415.a	insatiabilitas		201.d	Iouiani Pontani carmen de Palmarum a-		
inaquosum, quid in sacris literis	281.b	inficitia cur vespertiliones		16.a	more	370.c.f	
inarculum	398.a	infidile		249.c	Iouiani & Iouinianii iuniores & seniores		
incantatio	183.f	insignium cause		179.e	milites	143.c.d	
incepta magna irrita	201.e	insipientia	145.	337.d	Iouij ordines militum	68.e	
incolumentis	59.e	insolentia		304.a.b			
incolumentis symbolum	194.e			329.d			
	414.c			35.c			
	372.b						

# Index

- Iouis Ammonis oraculi fab 5.b  
 Iouis cerebrum vocatus sca 214.c  
 Ioui Horci statua qualis 324.b  
 Iouis Labradeci simulachrum 316.b  
 Iouis prouidentia 235.f  
 Iouis pullus dictus Q. Fabius us 175.d  
 Iouis regnum quale Platoni 22.c  
 Iouis Serapidis simulachru apud en-  
ses quale 226.b apud M. Ises 229.d  
 Iouis simulachrum absque auribus 237.b  
 Iouis simulachrum cupressinum peri-  
slum 5  
 Iouis statua in subdiali ara qualis 2  
 Ioui stantes sacrificabant 4  
 Louem Aegypti spiritum dicebant 10  
 Louen fulmina ciere cur confinxerit veti-  
stas 324.  
 Iphicrat duci quomodo animos adicce-  
rit Socrates 173.f  
 Iphigenia & Orestes Dianæ simulachrum dei 356.f 357.a  
 Iphigema in quænam animantia mutata  
dicatur 55.c  
 Ira 86.c.d 244.a  
 ira delinita 376.d  
 ira Lacebita 20.c  
 iracundia 48.c  
 iracundia iusta & necessaria quæ  
eiusdem effictus 86.d  
 iracundia ex tarditate ferocior 21.b  
 iracundix non obnoxius 159.c  
 Irenei laus 64.f 267.e  
 Iris celestis 440.c  
 Iris herba Ibid.  
 Iris cur aëripes & procellipes 155.f  
 irrisio 89.b 126.c  
 irritatio 315.c  
 irritum 256.d  
 Isaac cur quadragenarius Rebeccam du-  
xerit 273.f  
 Isaac naturæ philosophiam indicat 280.c  
 Isachar asinus à patre appellatus, Genesis  
cap.49. 87.c  
 Isis 285.f 286.a  
 Isis cultum animalium instituit 47.c  
 Isis legum inuentrix 277.b  
 Isis prima repertas spicas capite circuntu-  
lit 304.d  
 Isis superius hemisph. crium 40.f  
 Isidis natus 335.c.d  
 Isidis numen maximum Aegyptiis 101.b  
 Isidi dicat.e tene.e qual.s 286.b,c  
 Isidorus Cynicus Neronem in quibus car-  
pebat 346.f  
 Isigoni Cirni sententia de viperina carne  
117.d  
 Isocrates quam in etate scripsit Panthe-  
naicam orationem 164.c
- Isocratis sepulchro cur magnus' aries ad-  
sculptus 78.b  
 Isocrati statua decreta Athenis 366.e  
 Israëliticus populus cur non ascendebat  
in montem Domini 253.a  
 Israëlitice quo loco lex data 153.f  
 Israëliticos appellavit pastores oviū Ap-  
pion ignominiose 74.f  
 Isthmia cur instituta 381.c  
 Isthmiaci certaminis præmium. 381.c  
 Italii votati Boues olim 27.c  
 Italia ibid. & 34.a  
 Italia olim Bruttia vocata 147.b  
 Italicum leporis genus quod 97.a  
 Italicum stadium quot pedum 1265.f  
 iteratio frequens 262.d.e  
 Ithyphalli 377.e  
 Iubari stellæ nomen unde 15.a  
 Iubelli Tauræ quomodo eluscit Clau-  
dium Asellum 37.f  
 Iudea per palmæ symbolum 441.c  
 Iudei 28.b  
 Ilei asini caput adorare consuēt 89.c  
 ei etiamnum hodie humano sanguine  
icra faciunt 70.c  
 Ili pescem, nisi pinnatum & squamo-  
n non attingunt 217.e  
 Illi sum scenopégia in Bacchi celebri-  
tatem scibant 322.f  
 iude 255.1  
 iudic, iegri esse debent 301.c  
 iudicistatuæ Thebis sine manibus cur-  
255.  
 iudiciale unus orationis 16.b  
 iudicior, seueritas 204.e  
 iudicium solutum unde 120.d  
 iudicium iuositum 346.f  
 iudiciis capilibus cicute succum propi-  
nabant ihenienscs 409.b  
 iugare, iouis iuentum est 359.c  
 iugerum 265.f  
 iugum 358.f 311.a  
 iugum abencui Horatio quid 359.a  
 si lugum mütte, 311.a  
 iugis species qua 359.a  
 Iulianus imp. vigilantia præditus maxima-  
ræ.e  
 Iulij Cesaris cædemyræmonstrans prodi-  
gum 372.f  
 Iulij Cesaris equus huminis propæmodum  
era: pedibus 33.d  
 Iulij Capitolini locus 322.b  
 Iulij Firmici incuria 23.c  
 Iulij Medcis laus, clementiaq; 325.c  
 M. Junius Pypsus 263.b  
 iuniores quæ vocet Ser. Tul. & quos Var-  
ro 272.e  
 Iuno 69.f 170.e 236.e 328.f 380.e  
383.f 402.f  
 Iuno quatuor elementorum symbolum  
432.f
- Iuno ab Ixione adulteriæ sollicitata 433.a  
 Iuno à loue vincta catenis aureis 353.c  
 Iuno cur dicta Lucina 236.c  
 Iuno conseruatrix 111.c domina Ibid.  
 Iuno pronuba 171.d  
 Iuno regnorum præses habita 397.f  
 Iunonis simulachrum apud Argiuos quale  
15.c 181.f  
 Iunoni cur oues ambigue sacrificabantur  
76.e  
 Iunoni quales olim hostias immolabat Ae-  
gyptij 70.b  
 Iunonius 357.c  
 Iunonis flos 402.f  
 Jupiter 29.b 229.b. 290.c 324.a  
359.c  
 Jupiter cum reliquis diis cur ad Aethiopū  
cpulas inuitatus 242.f  
 Jupiter Elicius unde 324.f  
 Jupiter Latialis 70.b  
 Jupiter mundi anima 323.d  
 iuramentum super ferro candenti in Liuo-  
nia 345.c  
 iurare per altare quid 243.b  
 iurgiosus 373.c  
 iurisconsulti cœno implicati qui 217.f  
 ius in armis 308.c  
 iustitia 26.d 133.b 369.d.e 435.d  
 iustitia per Euphratem fluvium 154.a per  
oculi symbolum 233.c per ternarij  
symbolum 292.b per struthio-  
mulum 178.b  
 iustitia speculatrix ac vindex 233.e  
 iustitiæ cultus 15.f  
 iustitiæ locus Platonicis quis 301.d  
 iustitiæ seueritas 315.d  
 iustitiæ symbolum 418.c  
 iustitiæ quomodo depinxerint veteres  
315.a  
 iustitium 180.c  
 iuuenalis locus 13.c 30.b. 149.b  
155.f 221.f 269.b 301.e 329.f 430.f  
 iuuenius 378.f  
 iuuentus renouata 141.b  
 iuuentus semper spei plena 378.f  
 iuuentuti redditus 103.f  
 Lynx 183.c.f lingram habet longam  
183.f  
 iynx à Venere cælitus allata 184.a
- L
- Labor indecessus 57.f servilis  
91.a  
 laboris alieni fructus 188.d.e 214.e  
 laboris tolerantia 129.c  
 à Laborilus quies 28.c 33.f  
 Labrax pisces 167.c  
 lac gallinaceum 410.d  
 lac quid Pindaro 186.d  
 lac sanguinis est colore tantu mutato 411.f  
 lactis & melis gustu imbucabantur infan-  
tes à lanacro 188.c  
 lacte & melle fluens terra quid 186.c.d  
 Lacc-

# Hieroglyphicorum.

Lacedemonij cur frontem abradendam iussent	230.c	largitio cicrum	414.d	Leliuron	292.
Lacedemonij equum ventis immolabant 38.d		larus	167.a & seq.	lenonum improbitas	49.
Lacedemonij iudicorum consanguinei per Abrahamum haberi volunt 143.b		larus cur Herculi dicatus	167.b	lenti qui	315.b
Lacedemonij Leuctrica pugna propemodum oppressi 174.d		larus cephush, prouerb.	167.f	leo cur celo adscriptus 2.e cur solare animal 3.a cur superatus fungatur ab Hercule	15.a
Lacedemonij per aquilā indicati 143.b		larum vocavit Cleonem Aristoph.	167.b	leo dominator animalium 4.f dominus ab homine quid	6.d
Lacedemonij quid responderint Alexander, cum Deus haberi cupuerit 324.d		lares cur caninis tergorib, velabatur 40.c		leo & aper iuncti ab Admeto	2.d
Lacedemoniorum in hospitalitas 279.e		laruarum laecitor	84.c	leo gallum cur perhorrescat	9.c
Lacedemoniorum mos iam parta victoria 173.f		laruis non terretur leo	1.b	leo parciissimi somni cur	3.a
lacerta exicata in viperā mutatur 106.f		lasciuia molitties	259.f	leo percussorem mira obseruatione noscit 12.e	
Lachesis 356.b.c		lasciuia pœnitentia	54.c	leonis anteriora membra robustiora 2.e	
lachrym.e 205.b 307.c		lason	238.f	leouis à Samson strangulati examen a-pum faucibus fauos ingeſit	187.e
lachrymarum hieroglyphicum 417.d		latebr.e	59.e	Leonis X.Pont.inſignia	359.c
Lacones 314.b		latebris gaudere colubrum quid	107.e	leonis effigies	1.b
Lacones pileati pugnabant • 293.d		Latini manumiſi qui	294.c	leonis crymon	3.4
Lactantius de Phœnix poëma, non historiam scribit 144.d		latro 67.d latrocinium	207.b	leonis herba	382.b
Lactantius Ptolemy.eus 70.f		latum vnguem cedere	263.b	leonis herba natura	10.e
Lactantij locus 412.f		laudabilia facienda	59.a	leonis magnanimitas	1.a.b.c
Lactantij Tertullianiq; opinio improbatur 142.f		laudatio ſimilis irrigationi	281.a.b	leonis membra singula mystici significati argumentum præbent	1.a
C.Lælius codem ſemper vultu 44.c		D.Laurentius qualis	244.b	leonis partes anteriores & pectoriores quid	15.f
Lælius Taurellus 22.a		laureate liter.e	373.b	leonem ex vnguibus æſtinare, vndenan ortum	263.b
Lena vefis 297.e		Laurentius Iuſtinianus patriarcha	137.b	leonen Negra deuastantem conficit Al-cathus	239.f
Letitia 25.d 383.c		lauretum Liliæ Auguſtæ	372.c	leoneum quid vocet Martialis	13.b
letitia interturbata 424.d		laureus ſcipio quid indeet	373.c	leones animoſores qui 1.b pauidi ma-gis qui	Ibid.
letitia dator Bacchus 394.c		laurei ſceptri Hefodo dati significatio 372.a		leones domiti, & Magne Deo curruſ ſuce-dentes, quid	15.f
letitia indicium 421.d		Laurus Soli eorſerata	431.f	leones inſomnes cur nonnulli putauerint 3.a	
leua manus quenam indicet numerum 267.d		laurus 371.f Apollinis inſigne Ibid.		leones ſemper febri cruciantur	8.d
leua vis in Deo que 252.d		Eiusdem ignea vis. Ibid. rſta reſo-nat		leones vbi locorū à culicib.infſtentur	8.f
Laidis tumulo leene simulachrum oppoſitum 14.d		laurus Bebrycia 373.c Delphica ce-teris preſtantior	Ibid.	leoniua ſocietas	5.a & b
Lais quo pacto furit ebruta à Theſſalim matronis 200.b		laurus ſuffitionibus adhiberi ſolita	373.a	leoniuum caput per ſonnium quid	4.f
Lamachum ſocium ſibi cooptauit Nicias, & cur 223.f		laurus cur Apollini ſacra 372.4 cuſto-die ſeu tutelle conſerata	372.b	leoniui capitis significatio	2.f
lanima 284.f		Laurus triumphantium inſigne	371.e	Leonardus Iuſtinianus	137.b
lampadum ludus 340.c		laurus vaticinij ſymbolum	372.a	Leontopolis vocata Alexandria	3.c
Lampsacum cur ſalaci Deo ſacra 390.b		Lauri Delphicæ baccharū maguitudo 396.a		Leopardus allio ſugatur	423.a
Lampridiſ locus 386.b		lauri ſolia fulmē non icit	372.d	lepos obortus in incertitia	187.d
Lampyris 120.c		lauri ſolia vridia Pompeij fascibus à Lu-cullianis militibus illigata quid perten-derint	372.f	lepus aæc. 78 nāgū dicitur, quod ſpicere eſt 95.b	
lanata in pelle cur noua nupta ſedebat 76.d.e		Laurum fugiunt anſeres	174.f	lepus cur Veneri dedicatus	395.c
lancea 310.d		Launi milites, eorundemq; inſigne	155.e	lepus Græcum vocabulum	96.f
lanceam dare & accipere 310.f		Lazarus Bonamicus	217.c	lepus impurum animal in diuinis habetur 95.d	
Lanuuij clypei abroſi à muribus 99.c		laureum ſcipionem geſtare quid	159.c	lepus marinus	216.b
Laodice 336.d.e		Laurium	147.d	lepus mas & progenerat, & foetum con-cipit	96.c
lapis 361.c		Leene partus rario cur quibusdam vi-fus	11.c	lepus oculos inter dormientū patefactos ostentat	95.b
lapis è cœlo lapsus, quale ſignum 361.f		leene ſeorti ſimulachrum	14.e	lepus palpebris clausis vigilat, adapertis dormit	Ibid.
lapis & caudex quid Comicis 111.f		leenam ſencl tanum párere putat Aegy-ptij	11.b.c	lepus quaſi leuipes	96.f
lapidem tetragonū colebant Arabes 361.c		legifera Ceres	162.b	lepus tute es, & pulpamentū queris	95.d
laqueus 356.e		legio viceſima	354.d.e	lepus Veneri præcipue deberit	96.a
laqueum mellitum quid vocarit Diogenes 186.a		legumina vel fructus pro gentiliis nomi-nibus vſurpata	414.b		
Laræ, ſive Larundæ humanis capitibus ſa-crificatum 419.a		leguminibus cur abstinentum	413.e.f	Fff 3	

# Index

<i>leporis occurſus ominosus &amp; improſper</i>		<i>libidines</i>	407.e	<i>locuſte &amp; ſegētes depopulantur</i>	202.f
95.e		<i>libidinosus ab incunte ētate</i>	202.a	<i>ſal-</i>	<i>tu pernices ſunt</i>
<i>lepores auriti à poētiſ vocati</i>	Ibid.c	<i>libidinosus quomodo pér oculi indicium</i>		<i>Ibid.</i>	
<i>lepores maſculi femine omnes ab Archelaο vocati</i>	96.c	215.d		<i>locuſtarum certamen</i>	Ibid.d
<i>lepores qui prius in Siciliam portauerit</i>	97.b			<i>locuſtiſ quibusnam vefebatur Ioannes Ba-</i>	
<i>leporum tria genera</i>	Ibid.a	<i>libitinariorum munus</i>	40.e	<i>ptiſta</i>	Ibid.e
<i>leporina caro inclancholiam alit</i>	98.b.c	<i>libri</i>	283.e	<i>locuſtiſ aluntur multi in Aethiopia</i>	
<i>leporinæ carnis eſus formosiores facit ho-</i>		<i>lichanus</i>	260.f 261.d	203.b	
<i>mīnes</i>	1bid.b	<i>lici quænam ad ſe trahat</i>	44.b	<i>logium, Pontificium ornementum quale</i>	
<i>leporinæ ſomnus</i>	95.b	<i>licni vitia</i>	43.e	306.e	
<i>lepra quid in ſacris literis ſignificet</i>	420.b	<i>lienem tenuiſſimum habet canis</i>	43.e	<i>lolium</i>	405.e
<i>Leptitanoruſt institutum</i>	408.b	<i>lienc laborantib. riſus diſſicillimus</i>	44.b	<i>lolligo fundit atramentum</i>	203.c
<i>Lerij peſſimi</i>	219.d	<i>lilium purpurcum</i>	440.c	<i>longeui ex doctis qui</i>	152.f 153.a
<i>Leſbia virgo à delphino feruata</i>	194.e	<i>lilium, liliq; ſymbola</i>	401.f 402.a	<i>longo pōſt tempore prodiens</i>	210.f
<i>Leſbus à Darianis militibus euerriculata</i>		<i>lilium cur flos lunonius, cur item Regius</i>		<i>longo tempore aliquid effectum</i>	19.a
337.f		402.f		<i>loquendū rariſſime &amp; iucundē cum re-</i>	
<i>Lethargi remedium</i>	416.d	<i>lilium ſpeſi ſymbolum eſt</i>	402.a.b	<i>gibus</i>	174.f
<i>Leucadica virgo mirifice à pauone ada-</i>		<i>lilia offerebant Nymphis gentium ſacer-</i>		<i>lotos arbor</i>	327.a.b
<i>mata</i>	171.c	<i>dotes</i>	402.e	<i>vbi fructiſſicet</i>	Ibid.
<i>Leucothoë cur in vefpertilionem mutata</i>		<i>limi oculi</i>	217.a	<i>c.d cur Apollini ſacra</i>	384.a
179.f 180.a		<i>limpidæ aquæ</i>	285.a	<i>lotos capillata</i>	Ibid.b
<i>Leuſtricarum puellarum necem indicauit</i>		<i>lingua</i>	238.f	<i>¶ Luca bōs</i>	19.a
<i>canis</i>	41.a	<i>lingua coercenda</i>	206.b	<i>Lucani ſcarabci</i>	61.c
<i>leucus pifcis ſacer Theocrito</i>	213.a	<i>diſſecta in ſa-</i>		<i>Lucani locus</i>	24.f
<i>Leutychides Lacedemonius</i>	118.c	<i>cris p̄æconi tradiebatur</i>	239.c	<i>Lucas Euangelista</i>	30.c
<i>Leuitæ cur iuſſi abradere pilos omnes cor-</i>		<i>Mercuro ſacra</i>	239.b	<i>Lucas minoritanus</i>	267.f
<i>poris</i>	229.f	<i>optimum &amp; peſi-</i>		<i>lucerna</i>	340.a
<i>Leuitas</i>	193.e	<i>mum in homine</i>	Ibid.	<i>lucerna ardens dictus Io. Baptiſta</i>	341.b
<i>Leuitas in moribus</i>	44.c	<i>plectri instar</i>		<i>lucerna Aristophanis Grammatici, Clean-</i>	
<i>lex, legiſq; appellatio Hebreiſ q{id</i>		350.c.d		<i>this, Demofthenis, Epicteti</i>	342.a
277.b		<i>lingua ferrea, veritatis indicium Pindaro</i>	240.b	<i>lucerna ſignificationes</i>	Ibid.b.c
<i>lex quando data</i>	29.a	<i>lingue cum auribus cognatio</i>	427.d	<i>Lucetius</i>	345.b
<i>legiſ iugum impostaum Iudeiſ</i>	28.f	<i>lingue victimarum Mercurio adoleban-</i>		<i>Luciani libellū de Mercede conductis con-</i>	
<i>legēs</i>	304.e 359.b	<i>tur</i>	239.e	<i>ueritit Pierius in lingua Latinam</i>	167.c
<i>lex diuina de plantandis arboribus myſti-</i>		<i>linguaces</i>	183.f	<i>Luciani locus</i>	427.a.b
<i>cè interpretata</i>	395.f	<i>Lingua ciuitas quæ</i>	147.a	<i>Luciani locus emendatus</i>	167.c
<i>leges, vetus &amp; noua</i>	296.f	<i>linum, lin. q; opificium</i>	299.d.e	<i>luci dare quid</i>	179.d
<i>legum inequalitas</i>	193.c	<i>lincea veſtis</i>	298.a	<i>lucifuga</i>	Ibid.e
<i>¶ Libani medulla ablata à Rege barbaro,</i>		<i>lintæ veſts in aedes ſacras inferende</i>		<i>Lucina</i>	328.f
<i>quomodo intelligendum</i>	373.e	<i>liria</i>	427.d	<i>Lucina cur dicta luno</i>	236.e
<i>liber 103.d 352.d unde dictus</i>	Ibid.	<i>lirioeffa</i>	440.b	<i>Lucina dicta Diana</i>	214.d
<i>Libero Patri aedes ſacrae quæ</i>	365.d	<i>litatio</i>	306.d	<i>Lucretij locus</i>	8.d 15.f 52.c.e 53.e
<i>Libero Patri gratiſſima victimā aſinus</i>	403.e	<i>literæ</i>	47.a 203.c	102.f 103.a 104.e 109.e 136.b	
<i>liberalitas per manus ſymbolum</i>	252.c	<i>lueræ lauro reuinctæ</i>	373.b	149.c 177.d 191.a 244.e 246.e	
<i>liberorum propagatio</i>	340.c	<i>literæ ſeptem</i>	349.e.f	321.f 339.c 340.c 407.f	
<i>liberorum procreatio, quorum inuentum</i>	135.c	<i>literarū Aegyptiacarū charactères</i>	351.a	<i>lucrum</i>	237.f 429.b
<i>liberales artes quæ</i>	277.a	<i>literarum honos apud Aegyptios</i>	277.a	<i>lucrum per capitis ſignum</i>	226.c
<i>liberaliſſima benignitas</i>	409.d	<i>literarum ſymbolum</i>	414.e	<i>luctus</i>	236.d
<i>liberaliſſis</i>	408.f	<i>Liuſe Auguſtæ laurctum</i>	372.f	<i>luctus &amp; querimonia</i>	163.b
<i>liberatores patriæ</i>	293.f	<i>Liuſe currū cum elephantiſ decreuit Clau-</i>		<i>lucubratio</i>	342.a
<i>libertas</i>	293.d.e 296.e	<i>diius</i>	17.f	<i>lucubrationes per lufcinie ſymbolū</i>	166.c
<i>libertas &amp; liberatio à moleſtis</i>	230.c	<i>Liuſus Podocatharus Cypri Archipisco-</i>		<i>Lucumon Hetruscus</i>	301.a
<i>libertas: briſtanorum vera quæ</i>	28.f	<i>pus</i>	199.d	<i>ludi Circenses</i>	322.a
<i>libertas per explicatas manus</i>	252.b	<i>Liuſor</i>	134.c	<i>ludi Taurij quib. Diis, &amp; cur instituti</i>	25.b
<i>libertas triplex</i>	294.b	<i>¶ Loca autorū explicata vide in propriis</i>		<i>ludi teſtacei Romæ</i>	413.e
<i>libido</i>	72.c 119.c	<i>corum nominibus</i>		<i>Ludouicus Aliger</i>	368.e
<i>libido extincta</i>	407.e	<i>Loculi in quæm vexilla ſigebantur, forma</i>		<i>Ludouicus Beccadellus Archiepiscopus</i>	
<i>libidiniſ antidotum</i>	109.d	371.e		<i>Ragusinus</i>	410.d
		<i>locuples</i>	129.f	<i>Ludouicus Podocatharus Card.</i>	199.d
		<i>locupletatio</i>	226.b	<i>lumbi per Veneris ſymbolum</i>	244.f
		<i>locupletatus discordiſ ciuium</i>	210.a	<i>lumen in diuinis literis quid</i>	147.e
		<i>locuſta marina</i>	197.b 202.d	<i>Luminis maioriſ violentia</i>	344.f
		<i>terreſtris</i>		<i>lumina &amp; luminaria cur vocentur viſi cle-</i>	
		215.f		<i>ri</i>	327.b.c
		<i>locuſte &amp; polypi imiſciti.e</i>	197.b	<i>Luna</i>	

# Hieroglyphicorum.

Luna	15.d	45.f	81.c	100.b	328.b	
						& seq.
Luna cur Lunus virili genere aliquando						329.a
lunare corpus					432.d	
Luna mensis				228.f		
Luna Persarum indicium				327.e		
Luna que & I sis				286.a		
Luna quid Pythagorae	328.b		qua parte semper clara & conspicua	Ibid.c		
Luna r v x cur dicta				115.b		
Lune comparata dialectica				329.c		
Lune simulachrum				426.a		
Lune & Solis coniunctio				ibid.		
Lune & Solis certanies				100.a		
Lune facies varia				328.b		
Lune ortus				46.a		
Lune symbolum				417.b		
Lune varietas admirabilis				286.c		
Lune vestatio				335.c		
Lune noue adorande mos				46.b		
Lunata pellis Martiali que				329.f		
Lunulas gestandi mos Romanorum	229.f					
lupa intra quot dies pariat				81.d.e		
lupanaria vnde dicta				80.c		
Lupericalia	44.d		à quo primu[m] instituta	Ibid.		
Lupinis dentibus lacerate carnes cur dulciores				77.a		
lupus				79.d. & seq.		
lupus ab Atheniensibus cultus				79.f		
lupus scille contactu conuclitetur				98.c		
lupi & equi antipathia				84.b		
lupi nomen in sacris quid				80.c		
lupi saxum extimescent				80.d.e		
lupum tenere auribus, prouerb.				81.c		
lurconem quomodo taxauerit Cato	240.d					
luscinia				166.a & seq.		
luscinia modulationis studiosissima				166.b		
pullo suo erudit				Ibid.		
lusciniu[m] quo tempore assidue cantet	166.b					
lusciniu[m] Druso & Britannico doceiles fuere Greco Latino q[ui] sermone	166.b					
luxuriosae delicie				66.d		
Lyceus à soluendo dictus				376.f		
Lyei nomen vnde				261.d		
Lycisca cur Messalinæ cognomentum	8.c					
Lycabanta cur annum dicimus	79.e					
Lycopolitani lupum colunt	Ibid.e					
Lycurus sacrificium humanum Diane offerri solitum in Epheboru[m] flagra conuerit				357.a		
Lycurgi de liberorum institutione concilio	124.c.d					
Lycus demon				292.f		
Lydie rex				316.b		
Lydorum equi, Cyri cameloru[m] odore cōsternati insidentes precipitauerunt				94.d		
Lynceus classen Carthaginensium à Lilybeo Sicilie promotorio prospectare & recensere solitus				85.e		
Lynx in genere luporum recensetur à plurisq;				85.c		
lynxis acutissimus obtutus				85.c		
lynxi Ceruario cognomentū inditum				85.c		
lynxes conuexa montium visu penetrare feruntur				85.d		
lynxi oculi à lynce				85.d		
lynxi oculi à Lynceo Idæ fratre Argonau ta dicti				85.d		
lyncurius lapis ex concreta lyncis urina				85.c		
lyra				346.d.e		
lyra cur in manu Mercurij statuebatur				347.a & quot chôdarum	348.d	
lyre forma					348.c	
Lysander feliciter aduersus Athenienses pugnauit					361.f	
Lysimachi insolentia arrogantiæ; hu[m]is vanitatem quomodo riserit Pasias des					ibid.	
Lysippus cur hastam in manu Alexandri posuerit				310.d & 324.c		
lytre					98.c	
<b>M</b>						
<b>M</b> Litera				314.b.c		
Macarij hæresis				193.b		
Macedo				82.b		
macies ex inedia				85.f		
macilentia echini symbolum				205.a		
macilentia gracilitasq; diuinitati propior quam obesitas				339.d		
Macriana familia Alexadri effigiem quasi sibi familiarem habuit				226.e		
Macrinus Imperator quas statuas decreuerit Bassiano Antonino				319.c		
Macrobius locus				225.f	431.c	
Magna mater				69.f		
magnanimitas leonis				1.a.b.c		
magnanimitas per pudenda				245.f		
Magni Diu qui				311.d		
Magnorum Deorum simulachro vnde ad uecta & quo translata				311.e		
magnus conatus cum dolo				98.a		
Mago annolorum ingentē aceruum effudit in Curia apud Carthaginenses				302.d		
Maia				69.f		
maiorum ferenda difficultas				408.b		
maioris parenum vel apum exemplo				185.d.e		
mala cogitatio				97:f		
mala bonitatis ope superanda				399.b		
mala Veneri dedicata				394.c		
maleficentia				316.e		
maleficus				204.a		
maleficiorum amuletum per vespertilio-				179.f		
malignitas perditissima				177.b		
malleus				353.b.e		
malum ex bonis initii subsecutum				128.a		
malorum irritamentum				353.e.f		
malus sylvestris succus vespis aduersatur				189.f		
malus Punica in Iunonis honorem plantatur					357.c	
malis arboris & fructus hieroglyphica						
malus dæmon				109.b	394.b	
Manææ somniū de Alexandro filio					112.f	
Manalis lapis					361.c	
Manardus medicus					45.c	
Manasses quincuceps					229.e	
mandragoræ soporifera vis				421.a	ra-	
dix					ibid.	
mandragoræ usum temporibus nostris in-						
cognitum					421.c	
Mandri in India					202.c	
Mandro à remis ad imperium venit				392.c		
Mandronis nauis					392.c	
Manes eur dicti					227.f	
Manethon Aegyptius fallitur					3.a.b	
Mania Larum mater					419.a	
manice					358.f	
Manilius locus					218.e.220.f	
manipulus					298.f	
manipularis					298.e	
manobarbuli					143.d	
manus & earundem usus					250.d	251.c
Mantinea					354.d	
Mantuani numis impresserunt Maronis						
imaginem					226.d	
manus ad digitos usq; inuoluta					254.c	à-
uersa ad osculum exposita quid					253.f	
coccino præligata					298.c	
manus Dei quid					250.f	
manus dextera quem numerum indicet					267.d	
manus i[n] triclinio Vespastiani visa quid					251.d	
leua quem numeru[m] indicet					267.d	
manus manum scabit, prouerb.					252.c	
manus sinistra compressis digitiis					255.e	
maxium admouere					252.f	
manum deosculari solent adorantes					253.f	
manus artium ministrae					250.d	
manus complicatae nō sunt amicis tradendæ					255.e	
manus inter loquendum non mouendæ					260.a	
manus post tergum reiecte quid					253.c	
manuum ablutio quid veteribus					251.b	im-
positio						254.c
manus plures se habere qui somniauerit,						255.b
quid						
manus reinittere					252.c	tollere 253:f
manu[m] intendi rationes quot, & que					254.a	
294.c mansuetudo 19.f 30.d 75.c						
386.e						
mansuetudinis miræ exemplu[m] in elephante Romæ						20.b
mappa						297.c
marassus						111.c
marathro lippientes oculos depurgant an-						
gues						59.d
Marcelli laus						34.c

# Index

Marcia & Martia	296.a	Masurij interpretatio de Angerone simulacro	261.b.c	mel, ac ab eo metaphoræ diuinae 186.e.
Marcie concubine plurimum tribuebat		mater siue naturæ genius	131.f	mel adulationis symbolum 420.a cur
Commodus Imp.	340.f	matris nomen in diuinis literis	135.d	in sacrificiis offerri prohibetur 187.b
Marci Aurelii statue forma considerata	260.c	materia prima	438.d	&c e. quid Pindaro 186.b
M.T. Ciceronis iocus	366.b	materia, formaque	286.b	mel Corsicum aliquid amari habet 187.a
Marcomani	114.a	mathematicus	74.b.c	mel & fauum in sacris quid 188.a
Marcomani iuniores	114.f	matrimonium concors	347.d	necclis vsus vitam diutius producit 186.f
ibid.		matronarum impudicitia	92.d	melle & lacte fluens terra quid 186.c
Marcus Crassus agelastos	44.c	Matthæus Macingus Venetus	205.c	melle & lacte imbibebantur infantes suscep-
Marcus Crassus cur dicteris non carpeba-		maturandum	335.e.f	pti à lauacro 188.a
tur à Sicinio	30.f	maturitas	195.e	melle plurimum vsi Pythagorici 186.f
Marcus Euangelista cum Leonis imagine		Mauretania	34.a.b	Melampus 57.b
figuratur	4.f	Maurialites milites	114.b	Melas & Melon cur vocatus Nilus 141.f
Marcus Mantous Patauinus iurconsultus		Mauri feroce	34.b	Meleta 350.e
egregius	346.b.c	Mauri occursus Hadriano fatalis	380.d	Melicerta 194.c huius corpus in Isth-
mare	284.a 354.c	Maximiani Imp. milites cur Herculaniani vo-		mo à delphino expositum 194.d.e
mare à spūytor 220.e cur perniciem vo-		cati	143.d	Melicerta, qui & Palæmon 382.c
carint Aegyptij 219.b mundi ven-		Maximini imperii serpentis indicio pre-		Melisse historia 188.f
ter 225.f nihil ioue dignum producit		monstratum	112.e	Melisti Euboici sententia de olore 165.a
217.d nullius frugis esse dixit Homerus		Maximo Imp. aquila dedit auspicium im-		melitena 424.c
219.b		perij	138.b	Niclophori 396.d
mare perturbatum in insomniis quid fol.	225.f	¶ Meccenas præcipuus Augusto amicus		Melo vocatus aliquando Nilus 339.f
marc per ventris symbolum	249.b	211.d		Melon & Melius Hercules 76.f
maris aqua ad purificationem adhibetur		medice arboris casus Romæ Leoni X. P.		melote quid 395.f
218.b		M. fatalis	380.b	Memnonis statua 384.c
maris imperium	195.a	medici prudentia qualis esse debeat	118.b	memoria grata accepti beneficij 428.e
mare cur Saturni lachrymas vocavit Py-		medici tam manus quam cor crudite de-		memoria 40.e
thagoras	218.f	bent esse	250.b.c	memoria diurna 316.c
mares inter animalia grauius sonant foeni-		medicos esse in Aegypto cur dictum	127.e	memoria mali obliteranda 408.b
nis preterquam in bubus	25.a	medicina multifariam ab oraculis peti so-		memoria post obitum extincta 209.c
mares animi	246.b	let	159.e	Memoria consecrata auris 238.c
mares animi Marti attributi	38.c	medicina lucrum non sanitatem querens		Memphi templum Serapidis 226.a
maris & foemine fœtus quibus indicis co-		inanis ars est	410.d	Memphitica inscriptio de Aegypti liber-
gnoscatur	24.a	medicina petita à Dis	159.e	tate 35.b
marium interitus	230.f	medicina symbolum periconiam	125.e	Menalij equi quales Phormis 36.c
maritalis coniunctio	311.b	medius digitus 260.f 261.d Idem, Medi-		Menalippus Dianæ templum violauit
maritalis copula per cornices	148.f	cus, infamis, impudicus. Ibid. & 269.e		405.e
maritima antiquitus omnia sacra	213.b	medium	248.c	Menandri locus 124.e
maritus coniugis adultere	73.e	medium hominis vbi	ibid.	Menander Samarita hereticus 102.f
Marius Bandinus	71.a	meditatio	259.e	Menapes seniores quinam milites 113.e
Marius Maffeus	116.e	medulla carent ossa leonis	7.c	Menapij 42.d 312.f
Mars & Mauors unde dicti	80.a	Medus asinus primum vim equæ intulit		mendacium 203.d
Mars & Venus per duos accipitres	152.b	92.a		mendacium in extrema parte nigescit
Mars Vltor	308.e	Medusa	121.f & seq.	167.a
Marti cur sacer canis	44.e	Meduse caput quid	32.e	mendacia cur imbecilla 240.b
Marti equus sacer	38.c	Meduse caput Domitianus cur pro pecto		Menis rex cur ab Aegyptiis male audiuit
Marrhes rex quem honorē habuerit cor-		re gestare solitus	227.c	66.d
nici	149.d	Meduse figmentum unde	303.e	Menoni in oxorem data Semiramis 158.f
Marshas cur suillam dicatur caudam ha-		Meduse cur serpentimum caput	121.f	mens quid Tullio 105.f à sensu dece-
buisse	65.f	Megaclis Atheniensis censura de Hesiodo		pta 108.e verborum fons 39.d
Martialis locus	13.b 38.e 100.c 133.f	122.b		mentis attonitæ consernatio 198.c
156.b 204.d 213.d 248.c.d.f 297.d		Megalestus demon	292.f	mentis erigende signum 349.b
299.f		Megarenenses cur aquis abundant	215.f	mentis frater ejus 39.d
Martialis & Quirinalis focij	319.c	Megarensum factum ad fugandos Antipa-		mentis vehemens agitatio 355.e
Martes animal	100.e	tri elephantos quale	18.e	mensarij 364.f
masculus & foemineus fœtus quomodo de-		Megarensum mores, & Megarica sphinx-		mensis 329.b
prehendatur in taurō	24.a	ges	14.d	mensis cur bos appellatus 23.c cur per
masculi vocabulum in sacrificiis	246.c	Megarensum strategema aduersus Antipa-		palmam 369.a
Mastiniss Regi munera missa cum sella		trum	64.a	menses singuli dijs singulis, & quibus at-
curuli à Romanis	321.a	Megarenibus quid acciderit ferrari effra-		tributi 104.f
		ctis carceribus	6.d	mensum Græcorum diuisio 228.f
				mensura à quibusnam principium sume-
				re de-

# Hieroglyphicorum.

re debet	263.a	291.b	in Nilios qui dicantur conueriti	130.e
mensura digitorum filia	ibid.	metallis singulis Planctarum nomina tri-	Mimon dæmon	292.f
mensura qua sit ad salubritatem bibendum	290.d	buta	mimus	183.d
mensurarum nomina	263.c	Metellus coruū lapideum imposuit sepul-	minæ & pax	115.e.f
mensurarum & ponderum ratio cur incer-	ta	chro Diodori rhetoris	Minerua	428.e
ta	263.b.c 266.d	meteora	Minerua Arcadica	357.d
Mephibosetha Ionathæ filius	43.b	Methona	Minerua Pythagoricis cur per triangulū	
mercator & mercatura	429.b	Meticulosus	æquilaterum 292.b cur Trigemina	
mercatorum stationes in Iani habeban-	tur	Metrodori Seepſij ridicula obseruatio cō-	Ibid.c	
	229.c	tra cantharides	Minerua ræveroræ	29.d
Mercurius	61.d 239.b 429.a.b 438.b	metus quid	Minerue clypeo adsculptum Gorgoncum	
Mercurius, vel efficax sermō	246.f	metus comes potentie	caput	146.e
Mercurius x̄p̄oꝝ p̄p̄tis	116.b	¶ Michael	Minerue symbolum per noctuam	146.e
Dcorū pre-	co 239.c	Michael angelus occidentali vento prepo-	Minerue tertium vniuersitatisq; mēsis diem	
concordie signum	415.c	situs	dedicarunt Aegyptij	292.c
dis & sermocinationis dominus	127.d	Michaelis vox quid	Minerue Operatrici sacr gallus	173.c
cur vocatus Cyllenius	256.a	Michael Silvius	ministerium	255.c
cōmittitur ad Xanthi fluvij ripam	239.b.c	Michaelum familia Veneta	Minotauri effigies quando extollebatur	
magnō silentio celebatur ab		Midas cur aſininis auribus fuisse prædicē-	30.b	
Aegyptiis	205.f	tur	Minutio Auguri cur bos aurata posita	
primus literas Aegy- ptiis communicavit	351.a	Midas Satyrum capiens quid	26.a	
primus verba in ordinem redigit	239.c	Midæ pueri formicæ in os tritici granæ cō-	Mirmillones	337.e
ratio- nis & veritatis Deus	290.c	gerabant	misericordio 132.f 146.a 364.b	
sermonis		Midæ quomodo Phrygiæ regnū præmon-	misericordia rel pietas	441.a
præses	239.b	stratum	misericordia per genu	258.e
Mercurus Trismegistus	430.b	migratio	Mithridatis contra venenæ remedium	422.c
Mercurij simulachru apud Corinthios cū		Milanioni ceruus dicabatur	mittere sub iugum	311.a
ariete cur 78.b apud Tanagreos qua- le	78.a	Milichius à nonnullis appellatus Bacchus	mura	303.c
Mercurij simulachro cur canis adiicieba-		392.c	Mitylenæi Sapphus imaginem numis im-	
tur	239.d	miles	presserunt	226.d
Mercurio cur arundo adsculpta	414.f	miles Romane, Aegyptum caue, cur dictū	mixta	15.f
cur dicatus gallus	173.b.	35.a	¶ Moderatio	299.c
lacte cur sup- plicatum	390.b	milices cur vulpibus assimilati ab Aristophane	moderator	234.a
Mercurio linguae victimarum à quib. ado- lebantur	239.e	97.e	modestia	23.b 296.f
per Mercurium in Sacris quid denotetur		milites fagientes galeati lepores vocati à	Modesini lareconsulti locus	354.f
429.b		Cornificio poëta	modius	406.a
Mercurium Nilo prognatū putabant Ae- gyptij	205.f	119.c	medio super sedere quid	ibid.d
meretrix	13.b.c	militaris disciplina	mola 363.a molaris lapis	ibid.
meretrix per mel.	187.a	militaris ordo	molles per comæ symbolum	230.d
meretricia petulantia per equinam imagi- nem indicatur	36.c	militaria signa vocalia & muta	mollities	216.e 424.b
meretricia procacitas	36.a	millitia	mollities lasciuia	259.f
meretrices quænam amatoribus suis com- precantur	51.c	militarium ordinum insigne	monarchiam probauit Isocrates	140.b
meretriculas quam nani poësim vocavit		30.c	Monodos cur vocatus Prusse regis filius	
Plato	198.d	nulum 405.f ex milio præsumptus pa- nis, in columnatatem præstat contra ve- nena	83.d	
merops	124.f 125.a	405.f	monstra domita ab Hercule quid	41.d
buius pietas in pa- rentes	Ibid.	militia antique vestigia Rom. apud Maf- fæos	montani elephantes quales	19.d
incrux lauri folio anuum fastidium pur- gant	159.e	113.d	monumenta aliquot vetusta diuersis locis extantia	399.d.e.f
Messalina	.80.c	mille nonagintaquinq; cur taciturnitatis	monumenta vetusta in agro Bellunensi	
Messalinae salacitas	100.c	signum	160.a	
Messenij	314.b	276.a	mora	179.e
Messeniorum exitium unde animaduerte- rit Thœcolcus vates	392.a	millenarius numeri nota & reliquorū que	moralis philosophia discenda	279.c
messis in diuinis literis quid	405.b	274.c.d	morbus gravis	332.c
messis per falsis symbolum	405.c	milliarium	morbi ad Deorum iram referabant veteres	
messoris ab aquila liberati histrioia	139.f	Milo Crotoniates lunonis sacerdos	159.f	
meta	278.c	cur in certaminibus inuictus 173.c cur	morborum singulorum singuli erant me- di ci apud Aegyptios	
meta triangularis & quadrangularis que		à Theocrito celebratus	127.f	
		Milonis abenea statua in Olympia, eius- deniq; significatio explicata	morborum transitus in rebus inanimis	91.e
		357.c	mordacitas	200.d
		miliius	mores ciuilis imperfecti	190.c
		miliius Britannis sacri	mores coniugis ferendi	209.a.f
		miliius procumbere, prouerb.	mores occulii	81.f
		129.e	mores	

# Index

mores praui	405.e.f	mundus duplex	432.a	mustelæ rutam carpūt ab esu colubrorum
morū dissolutio	292.d	mundus	60.a 330.d.	59.d
varietas	84.c	mundus, vel vniuersum	425.f	muta signa militaria
moribus aliorum accommodatus	197.b	mundi machina	72.a 102.d	30.d
à Moribus bonis alienus	64.c	mens Sol	234.a	420.a
morositas	314.c	moles plena Deo	384.c	mutili
morosus arg; difficilis	204.d	apud Aegyptios	134.f.	mutua officia
Morphò Venus	356.f	bieroglyphicum	426.b	mutuò muliscabunt
mors	237.e 312.b 315.e,f	mundi partes quænam dexteræ, & que		¶ Mycenarum portis statuebantur leonis
	356.d 380.d	sinistre	24.c	effigies
mors difficilis	200.d	municipibus iniuriis suis	164.f	3.b
mors & imbecillitas	435.b	munificentia	18.a 414.d	Mycenis pauo in æde Iunonis ab Hadria-
mors in diuinis literis quid	147.e	munimentum	98.c 317.c	no dedicatus
mors per pellis bieroglyphicum	249.f	munimentum ab infidiis	125.d	170.f
mors pro amaritudine	381.a	multatus de gula	204.b	Mycerinus Aegypti rex
mortis bieroglyphicū per noctuā	147.d	Multimammia Diana	179.d	23.b
mortis indicium Cupressus	380.d	multiscius quo signo in lucē editus	229.d	Mycerini Aegyptiij colos̄i quales
mortes duæ	341.c	multitudo per nouenarium numerū	271.c	255.c
morsus canis rabidi	43.f	multitudo, & unus è multis quid	145.a	Mychea Veneri sacra
morsus ieuni hominis pestilentior	109.f	multitudo infesta	58.d	107.e
mortalium duæ conditiones	217.e	multitudo per vicenalem numerum	273.c	Myiodem muscarū deum imprecatus Her-
mortui exenterati & aromatibus delibuti		multiuolus	178.f	eules
Alexandriæ diutissimè conseruabantur		murenae	209.a,b	191.c
152.f		an serpentibus copu-		Myonia
mortuorum ventres cur eximebant Aegy-		lentur	ibid.	100.c
ptij	67.c 249.d	nuræ & thrissæ euocantur cōcentu &		Myrias
morus arbor	383.d	tintinnabulis	52.d	Myrillo cur iratus Cæsar
Morus parasitus in cęparum alliiq; come-		murænis exponebant olim seruitia Roma-		303.d
dones inuehitur	417.c	ni proceres	209.c	Myrmidonum fabula
Moses cornibus insignis effingitur	56.d	muri pro corona accepti	305.a	58.a
Moses infans in profluentem expositus, à		mus	99.e	Myrtillus
Thamira Pharaonis filia seruatus	281.d	mus albus quis dicatur	100.c	322.b
Moses rogatus ab Israelitis, vt velata facie		auditu		myrtus
loqueretur, & cur	304.f	præstat 24.f		440.e
Mosi cur ab aqua nomen inditum	281.d	in conuiuio candelam		myrtus ab Hecates templo summota
Mosis serpens æreus quid mysticè	110.c	tenuit	47.d	108.d
motacilla	183.e	muris arroſio pernicioſa portendit	99.e	myrtus corona funebris
motus spiritualis	426.c	muris salacitas	100.c	374.c
motus à dexteris partibus oritur	258.a	muriū palatū in gusto sagacissimū	100.a	myrtus pro pudendo muliebri
motus omnis à corde initium habet	242.d	mures negligit elephantus	18.f	373.f
¶ Mula e quum peperit pilo flano	92.f	Musa	227.b 349.f	myrtus Veneri dedicata
mulorum partus ostenti loco habita	92.c	Muse cum Apolline	350.c	Ibid.
muli cur vehiculo lunæ adhibiti sunt	91.f	Muse tres Apollinis filiae que	350.c	myrti consideratio
mulorū vſus tempore belli plurimus	92.a	Muse vnde dictæ	347.b	myrti ramus hilaritatis indicium
mulier ad delinquendum procluis	246.c	Musarum coronæ ex pennis	155.a	374.b
mulier maledicē morigera	89.f	Musarum fons in Parnasso excitatus à Fa-		myrto coronari soliti milites
mulieris amor	342.a	ma	32.e	304.d
mulieris grauidæ appetentia effrenata	423.b	Musarum afflatus	438.a	myrteæ virgæ hieroglyphica significatio
mulieres castigandæ admonendæq;	403.f	Musas mercriculas appellavit Plat.	187.c	374.a
mulieres à Luna debet esse diuersæ	200.a	à Musis & Gratiis alienus	221.a	N
mulieres honoris studiosas esse debere		Musea hirundinum que	163.a	Literæ nota
431.e		musca	190.e	N.D.literæ, quid indicent
mulierosus	54.c	musca in sacrī literis quid	191.a	314.d
muliebris curæ vanitas que	307.e	musca, insigne in Laconum clypeis	191.b	N.L.literarum notæ, quid
muliebris salacitas	101.d	muscae pertinacia ab Homero improbata		128.c 314.d
muliebris statura	290.f	190.f		¶ Nabuchodonosor
muliebris virtus	308.d	Musica	280.f 347.d	65.d
muliebre officium	76.d,e	musica suavis vini gusto concitatur	389.a	Nabuchodonosoris somnium
muliebres columnæ	367.c	musica per cicadam	192.e	362.b
mullus ter anno parit	214.d	per cygnum		Nabuchodonosor Hierosolymam cepit
munditia intaminata	100.c	165.c		142.f
		per lufciniam	166.a	Nenij locus
		musici cur reprehensi à Diogene	346.f	195.c
		mustela cur inauspicatum animal	99.c	Nenius
		mustela cur à Thebanis colebatur	99.d	398.c
		mustela marina	215.a	Nanael
		mustela genitale, straguriæ remedii	99.d	423.c
				narcissus floes
				440.d
				Narcissus puer in florem conuersus
				Ibi-
				dem e
				nares in sacrī quid
				237.d
				Nasamones quo pacto sepeliri voluerint
				319.c
				Nasones vocati Gryphes
				163.b
				nasturtij oleris vis
				140.d
				nasus
				237.c
				nasus simus petulantia signum
				196.a
				nasti adunci signum quod
				141.b
				nationes totius terræ in quot partes diuise
				49.c
				natorum obsequium erga parentes
				15.f
				natura humana
				328.b
				natura rerum varietate delectatur
				107.d
				naturalis philosophia
				279.e,f
				nanigæ

# Hieroglyphicorum.

nauigatio	130.b	Nigræ Veneris facellum rbi	247.d	noctuina oua vini odium inducunt	148.b
nauigatio citæ	195.d	Nigris fluuius	339.c	nocumentum absconditum	376.e
nauigatio secunda	165.e	nigri coloris signum quod	157.b	nodus Herculis	429.e
nauigatio tuta	204.e	nigrum & atrum	203.e	nonaginta	275.f
nauigationis autores	335.d	Nico Attica meretrix cur aif vocata	72.f	Nonæ Caprotinæ	383.f
nauis	334.c et seq.	Nicon demon	292.f	Nomadum rusticitas asperrima	158.b
nauis apud Athenienses colebatur in The-		Nicolaus Cordatus	170.d	nomismatis Lysimachi origo	4.f
sci memoriam	334.e	Nicolaus Leonicenus	233.b	Noricæ alpes quales lepores progignant	
¶Nebrias	215.a	Nicolaus Leonicus Thomæus	233.b	97.4	
Nebridius quid à Iuliano petierit	254.b	Nicolaus Leonicus Patauij Aristotele Græ		Nosora vel Nosola	220.d
Nedes fluuius	391.f	cè prælegit	198.b	Nothus	91.f
necessitas	344.e	Nicolai Leonici Thomæi laus	165.b	nouacula in Fortunæ simulachro	288.d
necessitas in caduceo significata	359.d	Nicolaum Leonicū docentem audiuit Pierius	338.e	nouenarius numerus multitudinem signifi-	
necessitates tres naturales	115.b	Nicola Rodiuli præstantia ac laus		cat	122.d
necessitudinis auersator	436.d	308.a		nouem, nongenta	271.c
necessarium, primum esse debet	182.f	Nicolaus Scombergus Card. Campanus		nox in sacris quid	332.e
nefastus dies	27.b	318.e.f		nox per paonem	171.b
negocia publica declinanda	314.d	Nicostrati Lambi in garrulitatē	163.a	pro morte	
Nemicæ certamina quare instituta	382.a	Nilus	350.f	147.e studiis commodissima	342.c
Nemiceus vitor	382.a	Nilus per aquilam indicatus	141.e	¶Nubes	282.d.e
Nemecorum vitoribus ex apio viridi co-		fertilis,	fertilis, pinguis	nubes bellī Virgilio quid	284.c
rona texebatur	381.c et 382.a	soctifer, pinguis	339.d.f	nucis iuglandis hieroglyphicum	379.b
Nemesis	395.d	cur cum		nullius frugis opus	315.c
Nemesis simulacrum	395.d	tribus vrnis figuretur	339.a	Num, Aegyptiis quid	10.e
Nemeseos simulachrum et inscriptio	265.a	cur Melas & Melon vocatus	141.f	Numa Pompilius inuenit rationem elicien-	
Nemescos locus rbi	238.c	totius humoris fons	243.a	dorum fulminum	324.f
Nemescos signum	355.d	Nili diluuium	242.d	Numa Pompilius Ioui Flaminem aſiduum	
Neomenie dies quis	328.c	Nili diluuium quoniam anni tempore	10.e	sacerdotem instituit	319.e
Nephthe	131.a	Nili fontem phialam appellavit Timæus		Numa populo dedit in congiario ligneos	
Nephthys inferius hémisphærium	40.f	339.a		¶scorteos asses	26.f
Neptunus	25.a	Nili simulachrum quale	339.e	Numa Pompil. quomodo decperit Picum	
Neptunus delphinis imagine rbinam cole-		cur ex nigro lapide		¶ Faunum demones	324.f
batur	195.a	Ibid.f		Numæ ancile	312.c.d
Neptunus piscis cuiusvis signum	195.c	Ninus Bactrianos Semiramidis industria		numen improbabile	413.b
Neptuno sacrificabant thunnum piscato-		expugnauit	159.a	numerosa proles	236.e
res	218.a	Nisus à Minoë interfactus	435.c	Numidæ cyrocephalorum lacte viuebant	
nequitia	196.a 220.a	nitedula vermis	120.c	45.e	
nequitia immoderata	357.f	nitores	387.b	N V M I.	
nequitia inueterata	175.e	Nixidia signa	259.a	Numus L. Aelij Aurclij Comodi	207.f
nequitia in temperantiam versa	247.a	cur sic dicta, & à		T. Aelij Cæsaris Antonini	363.f
nequitiae facinorositas	35.a	quo Roman portata		L. Aelij	253.b
nequitiae frenum	73.a	¶ Nobilitas	293.c	M. Agrippæ	195.b.c 335.d.e
neritos taurus	29.e	nobilitas generis	192.d	M. Agrippæ Cos. III.	321.c
Nero Claudius quoniam ætatis anno subla-		nobilitas per anulum indicata	302.d	Alexandri Pij imp.	402.4
tus est	231.d	per Lunam indicata	329.c	Antonini Pij	18.a 116.a 139.c 137.f
Nero serpentis ope seruatus	117.b	nobilatis nullum discriben apud Aegy-		213.f 233.b 289.a.b 293.c	313.a
Neronis somnium de formicis	113.a	ptios	412.e	325.e 329.c 337.c	364.4 365.b
somnium de asturcone suo	33.f	nobilis, vel indigena	426.a	405.a	
nesciri facienda tutissimum in expeditioni-		nocte meditandum	387.b	Antiochi	15.b 351.d
bus	30.b	noctua	146.d et seq.	Argiuorum	438.d
Nessama	435.a	noctua fortunare dicta Atheniensium etiam		Asia recepta	100.d
¶ Nicarchi epigrammatis explicatio	268.f	male consulta	147.b	Atheniensium	113.b
269.a		noctua in Hieronis hasta visa	146.f	Augusti 71.e.f	207.f 330.e 334.e
Nicagore apparuit Aesculapius sub an-		sidens hasta Pyrrhi	147.f	436.f	
guis specie	117.f	lctale quid		Augusti patris	139.c
Nicādri locus	35.f	¶ inauspicatum afferit	147.d	M. Aurelij Antonini Brit.	429.f 319.f
105.b 106.e	119.b.e	noctua noctis domina	147.e	Aurelij Cæsaris	111.b
Nicias imbecillo fuit corpore	228.f	noctua volat, prouerb.	147.c	M. Aurelij Seueri Alex.	117.e
Nicippus Cous	5.a	noctuæ & cornicis immortales inimicitiæ		Cæsaris Dict. III.	113.c
Nigidius opus Halieuticum elucubrauit		147.d.e	148.a	Caligulæ	319.e
214.f		noctuæ Laurioticæ que	147.c	Caracallæ	293.c
nigra precordia Homero quæ	285.b	noctuæ qua ratione pecuniæ significabant		Cephaleniorum	34.c
		147.c		Cibyrici numi consideratio	158.d
		noctuarum artificiosa pugna	155.d	Claudij P.T. Aug.	402.4
		noctuis pugnantibus opem fert accipiter		Clodij	
		155.d.			

# Index

Clodij Pupieni	320.4	Diuae Sabinæ Augustæ	139.4	Bellunensis	356.c
Constantij Imperatoris	365.b	Sabinæ Aug. Hadriani Aug.	296.4	nuptiae	181.f 321.d 342.f 356.b.c
Corinthiorum	32.c	Saloninæ	78.c. 328.f	370.c 379.b	
Domitie Augustæ Imp.	171.c	Sagittarij nummi qui	310.b	nuptia per tricenarium numerum	273.d
Domitiani	337.c 364.b 365.b	Sapphus imaginæ nummis impressere Mi-		nuptiarum fœderæ cur sacramento ignis et	
Domitiani Cos. XIIII.	320.4	tylenæi	226.d	aqua sanciebantur	344.d
Druſi	216.4	Scribonij Libonis	346.b.c.e	nuptiarum hieroglyphicum per cornices	
Fabatij	105.b	Seleuci nummus	29.f	duas	149.a
Faustine	15.f 149.b 170.e.f 171.d.e	Septimij Getæ	317.c	nuptialia	69.c 344.c
	288.a 289.4 328.c 363.f	L. Septimij Seueri	18.4	nupture olim camelis virginibus suppli-	
Gallieni	32.b.c 55.c 78.c 84.b 168.4	Seueri Alexandri Aug.	328.e	cabant	94.c
	206.c 309.4	Seueri Macrini Aug.	116.4	nuricil	322.f 323.a Nursia antrū
Germanici Imp. Cæsaris Aug.	289.4	Seueri Pij	385.e	292.f	
Ser. Galbae	293.f	Syracusianorum	25.b. 34.c	nutrictionis facultas	179.c
Gordiani Pij	253.c 256.c.d	Tenedius nummus	227.f 316.b.c	¶ Nycteretum herba	423.c
Gratianni	253.c	Ti. Cæsar	178.c	nycticorax	148.c
Hadriani	32.d 34.b 55.c 119.e 124.b	Tib. Claudij	115.f 293.e 402.b	Nympha cur dicta echidna	103.c.d
	139.d 254.f 334.d 363.f 364.4	Tigranis	302.f	Nymphis fontanilibus ædes sacrae	365.c
	385.d 402.b 405.a	Titi nummus	370.b	O	
Hadriani tertium Consulis	228.e	Q. Titi	32.c	O Litera	350.b
Hadriani Traianiq; Imp.	116.4	Titi Vespasiani	195.e 319.e 335.f 404.e	obsecratus in sacris quis dicatur	
Hicremiae	296.4	Vespasiani	26.c 115.f 139.d	235.b	
Iani	228.b 334.c 335.4	Vitellij Cæsar	431.d	obdurari et excæcari quempiam à Deo	
Iani bicipitio imberbi	228.a et alius bici-	Nummi aliquot Herculis clava signati		quid	184.c
pitio barbato		375.e		obedientia per aurium symbolum	238.e
Iuliæ Augustæ	319.e	nummi argentei à senatu Augusto decreti		obelisci Aegyptiorum	366.e
Iuliæ Mamææ	111.d 116.4	consideratio	365.f	obliuio cur dedicata Baccho	403.f
Iuliæ Piæ	396.a 404.e	numi argentei cuiusdam inscriptio	46.c	obolus	136.e obsecratus
Iuliæ Piæ Felicis	170.e 364.a	nummi bigati, et quadrigati	322.b	376.c	
M. Iul. Philippi Aug.	213.f 319.f	nummi cancri figuram habentes	200.f	obsequium	42.e obsonatores
L. Liuinæ Reguli	405.a	nummi continentis muliebre caput galea-		221.c	
Lucille Augustæ	213.f 264.a	tum consideratio	227.d	obtutus amatorius	23.c
C. Mamilij	40.f. 415.b	nummi cuiusdam argentei habentis angues		¶ Occasus	206.d
C. Marij	26.c.d	tres consideratio	113.b	Oceanus Nemeseos pater	339.b
Q. C. Mari	17.e 127.d	nummus Cybelium habens caput	381.d	Oceanus rerum parens Homero	60.b
Diue Mariniane	171.f	nummi duos serpentes continentis confide-		occisi pro patria	366.d
Maximiani Poëni	273.b.c	ratio	111.e	occultum consilium	30.a 426.e
Maximiani	385.e	nummus gallinaceorum conflictu signatus		Ochus auaritia famosus	90.f
Diue Maximine	171.e	173.d		Ochus compulit Aegyptios imaginæ asini	
Metij Macri	330.f	nummi, in quo quadriga cum victoria, con-		auream adorare	90.f
Q. Nasidij	195.e 335.b	sideratio	119.d	Ochus Persarū rex ab Aegyptiis per asi-	
Neptuni imagine	195.b	nummi noctuarum varij	147.b	ni simulachrum notatus	90.e
Neroniani	34.4	nummi ranam habentis consideratio	211.d	Ochus Persarū rex Apin iugulauit	314.e
Neronis Cæsaris August.	214.b 319.f	numinus ferratus quis	316.f	Ochi crudelitas	Ibid.e
	347.d 370.a	numimi veteres	291.e	Octaedrum	439.b
Neronis Claudijs	195.b	numimi vicioriatii	155.4	Octauiani epistole ad Tiberium locus ex-	
Neruæ	33.f 289.4 293.f. 325.e	numisma Atheniensium	26.e	plicatus	252.c
Neruæ Traiani	289.c.d 337.b et c	numisma tricipitis Serapidis	229.4	Octauiano panem de manu rapuit aquile	
noctuarum numismata varia	147.a	numismata aquilam præferentia	139.b	138.b	
Octauiani Augusti	226.d.e	numismata plurima cum serpentibus qua-		octo, octingenta	271.c 275.e
Otacille 296.a Papiriani	34.4	re cusa	117.e	oculus cur Dei signum	234.d
L. Pap. Curforis	32.d	nummorum aliquot consideratio	72.e	oculus mentis quando rectè cernit	141.c
Diue Pauline	171.d	139.4 195.b.c 207.e.f	213.e	oculus, Solis cognomētum apud antiquos	
Peloponnesium	200.e	254.f 258.b 295.f 319.d.e 325.a		376.b	
Pertinacis	330.b	et b 327.4 332.b 354.f 370.b		oculus Venercus quis Hesiodo	235.c
Diui Pet. Pij patris	139.c	372.c 375.b.c 377.a		oculi affectuum moderatores	234.c
M. Pletorij Acad. Cur.	320.f	nupta noua	419.d	oculi Dei in diuinis quid	234.c
C. Poblicij Q. F.	2.f	nupta noua cur in pelle lanata iubebatur		oculi diuinum	105.d
Pomponij Musæ	347.d	sedere 76.d.e curru vesta traduceba-		oculi emisitij, hominis dolosi inceptijs fl-	
C. Posthumij	43.c	tur 321.e quibus modis ducebatur in		gna sunt 211.c fores animi Polimone	
Pyrrhi	139.a	domum ad maritum	343.a	233.c morientibus operiebantur, in ro-	
Romanorum	441.c	nuptæ nouæ offertur colus et fusus in agro		go patefiebant	235.f
				oculorum caliginis remedii	417.d 422.b
				oculis explicantur motus animorū	233.b.c
				oculos	

# Hieroglyphicorum.

oculos iustitiae quales dicebat Chrysippus	olla successa & à Hieremia visu quid	341.e	vulnus à serpentibus acceperint	59.c		
¶ 233.f oculatus	237.c	ollas pulsitabant per urbem Lacene mulie-	origani species	422.f		
Odoacer Italianam affixit	231.c	res in Regum suorum iustis	406.f	Origenes immcrito poëtas taxat	211.b	
odium per pescem interpretatum	219.d	olor	164.c & seq.	Origenes Latinus valde corruptus	4.d	
odia capitalia	419.f	olor cur in hospitalis Pindaro	164.f	Origenis codex emaculatus	383.a	
odoramenta in diuinis literis quid	401.f	olores sepe mutuò depascentes	ibid.	oris vis per colubrum indicata	106.b	
odorari in sacris quid	237.d	Olympie Alexandri matri fulmen personi-	Oritae pane ex piscib. cōfecto vtūtūr	47.e		
Oedipus Coloneus in senectute cōscriptus		nium oblatum quid	325.c	Orizon 41.e Ormicanus dæmon	292.f	
à Sophocle	164.e	Olympie somnum de dracone quid por-	Orontis de suppatorum digitis sententia	268.c.d		
¶ Oenomai equi qua ratione terrefacti	81.	tendebat	112.f	Orpheus 347.b		
Oenotria 147.b	(e.d.e)	Olympiacum stadium	266.a	Orpheus cur in cygnum emigrasse dicatur		
cēstrum fluialis materia producit	190.d	¶ Onesili Regis caput cur honorifice se-	165.d	qua specie huius anima foret		
¶ Offensionis illatae pœnitentia	310.e	pultum	185.f	euocanda	ibid.e	
officium muliebre	76.d.e	onites cunile species	59.c	Orphei simulachrum in Lebethris	380.c	
officia mutua	179.c	Onirocritarum cōmenta à quibus desum-	sudorem emisit	ibid.		
officia mutua, per manus	252.e	pta 236.b onocrotalus	145.b	orta senscere	232.b	
¶ Olea 385.b. & seq. quid in sacris	386.c	operis laboriosi finis, ad fructum respicere	ortus	206.c		
olea Athenis conflagrata litem excitavit		debet	101.c	Orus Apollo, vide Horus	oryx 47.b	
inter Palladem & Neptunum	386.f	¶ Opera laudabilia	305.e	¶ Os & oris fabrica	240.f	
de eadem ibi enata fabula	387.f 388.a	ophiomachus	202.d	os non habere quid	241.a	
olea à quibus inuenta	387.d	Opis	69.f	oscorzones viperas vocant Hetrusci	111.c	
cur Allazbari Cilicie ciuitate sit fœcundissima		opis imploratio	26.b	osculandi manus imperatoris mos	254.b	
388.b cur iupiter coronari solitus	387.f	Opis Dea simulachrum quale	252.f	osculum symbolis Theologis quid	430	
cur Minervæ sacra	388.b	Opis Dea simulachro serpentes appositi,	osculo licebat olim apud Romanos obuias			
quercui	376.d	quid	111.d	quasq; mulieres excipere	158.a	
olea eternitas	386.f	Opis sedendo rem sacram faciebant	46.c	oscula apud Lacedemonios cōcessa	158.a	
olea baccas veteres parsimoniae causa ap-		opem ferre	252.f	apud Megarenses in honorem Dioclis		
ponebant	388.a.b	Oppiani locus	196.f	ibid. Apud Niseos	ibid.	
olea ramus lana circuolatus à quibus ge-		oppida condere, inter ingentia facta recen-	Oscus rex, & populus	111.b		
stari solitus	386.d	sebatur	366.b	Ostris 29.e 68.b 103.d 131.a 246.f		
Mercurij manu	385.d	oppidis condendis quis mos	23.c	376.a		
ramū fertis co-		Opisthomœ vocati Euboici	230.c	Ostris & Anubis expulerunt Gigantes ex		
ronatum vovit Apollini Theseus	386.e	opportunitatis captator	62.4	Italia	41.e	
sacra stirps quando sponte conflagravit		oppugnatio manifesta	355.c	Ostris eodem, quo Ceres, insignitus gesta-		
apud Milesios	386.e	Opio 100.a opulentia	58.d	mīne	406.b	
oleis resens Plato cur à Diogene irrigus		75.f	Ostris Gigantes bello persecutus	230.e		
388.a oleaster in sacris quid	386.c	opulentia felicitatis pars	385.e	Ostris idem qui Dionysius	234.b 376.e	
oleastro coronabatur Olympionicae	387.a	Opulentus	98.f	Ostris Iupiter, pater, iustus, dux	162.b	
olfactus	44.4	opus	250.d	Ostris vox quid Aeg ptijs	230.f 234.e	
oleū in perturbatos maris fluctus infusum,		Opus & labor	27.a	Ostridis imago quæ	234.a 426.d	
tranquillos facit	386.e	¶ Oracula consulta vt medicina multifaria		Ostridis peregrinatio	230.e	
oleum legatum à nonnullis ad gymnica cer-		peteretur	159.c	Ostridis teneb	286.d	
tamina	387.c	Orata Sergius	302.4	offa leonis dura	8.d	
oleum cur concitanda insanæ pharmacū		Oratal & Alilat Arabum Dij	254.c	oſſifraga aquila quæ dicatur	139.d	
vocavit Anacharsis	386.f 387.a	oratio, vel eloquentia	429.a	ostentu quod nam acciderit Flaminio Con		
cur extra corpus quam intra absumi		oratio ardens	243.a	suli	37.f	
maluerit Epaminondas	ibid.	oratio ornata	440.c	ostenta varia	112.e & seq.	
oleum terra erupisse trans Tyberim Augu-		orationis profectus	300.b	oſſracine & scorte pecunie	26.f	
sti temporibus	386.4	orationis firmitas	429.b	ostrea	202.a	
oli fons repente exortus ad Oxum flumen		M. Oratius consul	359.f	cui deo dedicata	ibid.	
in Alexandri exercitu	387.c	oratores vani notati	217.f	¶ Othocarus Bohemia rex oblatum impe-		
olei significatū	186.f	oratoria ars mercenaria inanis est	410.d	rium respuit	131.e	
significatio in sacris		oratoria partes tres	16.b	otij studiosies	183.c	
385.f ras plenum in Panathenaicis vi-		orbis dominium	111.d	otidum caro suauissima	ibid.	
ctoribus dari solitum	387.c.d	orbis terrarum	49.b 288.f	Otus avis modulamine afficitur	52.b	
oliua quam longe ab aliceno solo plantanda		orbem in quot partes diuiserint Astrologi		¶ Oua zephyrea, hypenemia, vel subuen-		
265.e		49.c	ordinis obseruator	129.c	tanea quæ	112.b
oliua surculum columba in arcum Noe im-		ordines equestris Tarentini	34.d	ouatio	374.a	
portauit	385.b.c	Orestæ furiae	260.b	Ouiculæ cognomentum cur tributum Fa-		
de Oliua plantada legendave, Rutilij Tau-		orgyia	265.c	bio	74.c	
ri præceptum	388.b	Oricens 17f	Origanum	Ouidij locus	25.c 44.e 121.c 122.b	
Oliuerius Caraffa rosarum odorem ferre		origanum carpit testudo cum viperam ede-	59.c	177.d 187.a 220.d 228.b 235.d 238.d		
non potuit	61.f	rit	ibid.b	272.d 286.a 322.e 334.c 342.f		
Olla in diuinis literis quid	407.b	origanum cur frumenti aceruis circumspar-		Ggg		
		gendum				
		origanum imponunt plague Ciconie cum				

# Index

384.a 430.a 435.d 440.c	Palladium & Vulcanum masculofeminas	440.b
Ouidij Halieuticon opus 214.b	iudicarunt Aegyptij 134.f 135.c	
ouiles mores 74.d.e	Palladē Nicander Dictynnam vocat 373.f	
ouilis pecoris hostia cur vocata maxima 75.d	pallium & palliatæ comedie 295.a	
ouis 74.d & seq.	palma 369.a & seq. 441.b	
ouis leonem pariens, quid portendat 5.a	palma ænea Athenis in Delphici Apollini	
ouis vrus, multa dicta 76.f	templo dedicata 370.c cur victorie signum 369.f 370.a cruci dominice assimilata 371.c in quo à cunctis arborū generibus differat 371.b Tralibus Cœsarianæ victorie indicium fuit contra Pompeium 370.a	
ouis lupiq; antipathia 77.c	palmæ materies incorrupta 369.e obsecula contra fascinationes 369.b	
ouem offerre Deo, quid 74.e	palmæ species piorum vitam cur significet 371.a	
ouem quando sacrificabant Romani 30.c	palma inter iuncturas lapidum enata ante domum suam Augustus transtulit in compluuium decorū Penatium 370.a	
oues ambiguæ que 76.e	palmæ maritali copula coiungitur 370.c	
oues antiquitus in honore habite 76.a	palmarum alia mas, alia fœmina ibid. carundem mutuus amor ibid.d	
ouium pastor quis in sacris 75.b	Palmarum dies 441.e	
ouum pro carne vitatum 411.f	Palmis ludea abundans ibid.c	
Oxymala Persica 441.a (222.f)	palmata tunica 208.d	
Oxyrynchitæ pīcēm pro Deo coluerunt P	palmus 263.e 264.c	
P Acificator 253.d 430.a	palni dimensio cur varia 263.e	
Pacificatio 260.b	paludamentum 297.e	
Pacunij locus 102.f	palumbes ægrotæ lauri folio sibi medentur 159.c	
pecilie pīcēs 218.d	palumbis etymon 158.e	
peti oculi 235.c	de palumbibus distichon 158.e	
pagurus pīcēs 201.d	palumbus Diadumeno auspicium dedit ad imperium 159.b Alexandro Seuero ibid.	
Palæmon Grammaticus M. Varro nem litterarum porcum appellavit 63.a arrogantisimus fuit ibid.	palustres elephanti quales 19.d	
Palæmon puer delphino rectus 194.c	palustris cur fingatur Hydra 122.e	
eidem nautæ vota faciunt ibid.	Pan 330.c 425.f cur fistulan septem calamis compacta & pectus variis insigne stellis habeat ibid.	
Palæmon, qui & Melicerta 382.c	Pan cuius filius fuerit 72.b	
Palæstini arcam Domini prædam abduxerunt 255.d	Panici furores 52.b	
Palæstini dolos 97.e	Panathenæca orationem in senectute scripsit Isocrates 164.e	
Palamedes cur pullum equinū Soli sacrificandum putarit 38.e	Pandectarum locus restitutus 265.c.e	
Palamedis responsum ad Ulyssem 129.c	302.b 334.b	
Palamæti dæmones 292.f	Pandionis filiæ que 163.b	
palato angustus sedes insit 240.c.d	Pandora 303.f 433.f	
paleæ in sacris literis quid 405.b	panis doctrinæ symbolum 408.c	
Paleologi Atheniensium qui 17.b	Panis gestamen ex binuclea pelle 103.d	
Paliurus quid in sacris 400.d	Panis simulacrum quale 329.b	
Palladium 311.e	Panos in Nymphas procacitas 72.a simulachrum in hortis ibid.	
Pallantis filia nupsit Dardano 311.e	Panos Lycei veneratio 44.d	
Pallas armata 310.c	Panselini populi suilla rescutitur carne 65.c	
Pallas 29.d	Pantheon M. Agrippæ 364.e	
Pallas, Palladisq; statua 303.f	Panthera 83.e & seq.	
Pallas cur dicatur de celo descēdisse 225.e	pantheræ fœmina mare ferocior 86.a	
cur Meduse caput prætendat 122.b	pantheræ etymon 83.f	
cur vocata Tritonia 292.c	pantheræ odore delectantur multa animalia 83.f 84.a	
Pallas ex Iuno ex eul ure 134.e	pantheræ pellis cuius rei signum 72.b	
Pallas ex Ioui capite cur dicatur nata 135.a	pantheræ metuunt hyenam 83.e	
d Pandoram comens & ornans inducta ab Hesiodo 307.e per septenariū numerū 271.b trib. infastissimis bestiis delectata opinione Demosthenis 146.f		
Vulcano mairimonto collocata quid 134.f 135.a		
Palladis Neptuniq; certamen 354.d		
Palladi unde nomen 33.c cur dedicatus draeo 112.b dedicatus tertius cuiusq; mensis dies ab Aegyptiis 292.c tempulum erectum ab Epopœo 386.a.b		

# Hieroglyphicorum.

patrocinium frustra imploratum	148.c	cas	58.e	Persij locus 126.c 129.f 203e 244.f 276.e
Patulius lanus	360.f	pera	299.c	286.e 301.f
pauitatio	313.b	perditio	341.d 345.f	persusibilitas 407.d persuasio 337.d
paulatim quid effectum	356.c	perditio per maris symbolum	284.b	Pertha canis et ciuitas Alexandri 45.b
Paullus gemino ll.	346.f	perditio rerum	172.a.b	pertinacia 35.c 190.f
Paulus Iouiu <i>s</i> 211.e eiusdem eruditio et laus in historia conscribenda	212.a	perdix 175.c dolosus et astutus	176.c	Pertinax sacrificias, cor in extis bouis non inuenit eo die quo occisus
Paulus Iuslitanus	137.a	perdicis impotens salacitas	175.e	242.c
D. Paulus quosnam à fratribus commercio submouet	202.c	perdicis significatio Theologis quae	176.4	perturbator 190.d
Paulus vas preciosum	408.c	Perdicis venatoris improbitas	175.e	pes in mensuris quis 264.e
D. Pauli Epistolarum locus	249.c	perdicem virili genere appellandum pu-		pes supra pedem positus, quid
Pausanie virtus in Plat. eo prelio	366.f	tant Marcellus	175.d	258.b
pauo lunoni dedicatus	170.c	perdices que nobiles, que rustice	176.d	pedes ac horum hieroglyphica 256.d.e.f
pauone laudata superbior, prouerb. 171.c		perdicum plumulis in stratis usus Helio-		et significata 257.a
pauones in Samo prius reperte	170.f	gabulus	175.e	pedes in Deo quid 256.f
pax	295.b. 385.b	perdicu dolus in fallendo venatore	176.c	pedes anguei Gigantum quid 257.f
pax, bellum	365.a	peregrinantes in Aegypto barbam et co-		pedes per locustas indicati 203.4
pax per caduceum indicata	115.f	mam nutriebant	230.e	pedes recti et rectorti 257.f
pacis commoda	388.4 404.c	peregrinatio	163.c	Pescenij Nigri continentia 23.4
pacis, minarumq; hieroglyphicum	115.c	peregrinus	61.f 134.a	Pescenij Nigri responsum militibus 411.b
¶ Peccatorum expiatio	440.c	perennitas	319.b	pestilentia 82.c 310.b
pecten 307.d Veneris sacer Ibid.		perfectio	261.f 287.c	pestilentia in mulieres gravidas seuiens
pectus	242.a 317.c	perfectum nihil in opere humano	210.c	Rome quando 25.b
pecunia 26.e ex corio bubulo olim 26.c vnde dicta	76.f	Periander pueros nobiles castrados iussit,		petalum 303.d
pecunie per noctu significate	147.c.d	decretaque mox reuocauit 212.e.f qua-		petra quid in sacris 362.4
pecunios et cum cruentis cur finixerint		arte sibi principatum stabilierit 419.b		Petronij Arbitri locus 169.d
Deos Phoenices	308.c.d	Pericles cur pileo usus, et cur oratione-		Petrus Alexander 193.f
pedibus addere alas	429.d	et dictus 294.c 317.b ciere fulgu-		Petrus Aliger 368.e
pedicæ	358.f	ra et tonitrua dictus 325.c quid facie-		Petrus Melinus 27.f 61.f 184.e.f 130.e
pediculscarabei	61.c	bat magistratum initurus	42.a	297.d
Pegasus, et vnde natus	32.e	Pericles statue cur caside teclæ	317.b	Petrus Victorius 31.b
peilum	312.a	Periclymenus	32.f	Petro piscatore quibus in rebus opus fol.
Pelasgi nomen cur inuidiosum	195.e	periculi vitandi solertia	214.d	202.b
Pelasgi decumatos homines Diti atq; Sa-		contra Pericula munitus	62.c	petulantia 87.f
turno sacrificarunt	340.c	periculorum fuga	195.a	petulantia domita 73.d
Pelecanus 145.b et seq. Christi symbo-		periculis in euitandis astutia	176.b.c	petulantia perniciosa 150.e
lum 146.a.b quomodo cum pullis		periculosis	315.a	petulantia finis 109.f
capiatur	145.c	pernicies	63.d 118.b	petulantia frenum 23.d
Pelethronius	117.f	pernicies summota	189.a	petulantia supplicium 98.d
pellis	249.f 250.a	pernicitas equi mira	31.f	petulantia iuniores 45.a
pellem animantis gestare, mos fuit heroi-		perpendiculum	368.a	¶ Phœaces à piscib. olim absinebant 221.b
cus	15.b	perpetuitas	361.d 380.f	phalangia parricidio infames 107.a
Pelopides cur laudetur	218.f	perpetuitatem cur Aegypti per Solem et		Phalanthus vbi naufragium fecerit 194.f
Peloponnesij	200.e	Lunam indicarunt	328.e	à delphino seruatus Ibid.
Pelops vnde meruerit Hippodamie nu-		Persephone	432.e	Phalantis scumba in fratres de mutua per-
ptis potiri	373.f	Perse	310.b	uersitate inter se contendentes 219.f
Pelopis auriga	322.b	equum Soli sacrificat 38.d		Phalaris strategema 57.e
Pelusium nigras habet ibes	127.c	homines aquilino naso commendabant		Phalaridis Taurus in mare proiectus ab
pelta 312.c pelta forma	Ibid.d	138.f per Lunam significati	329.c	Agrigentinis 25.c
Penonis Bellunensis laus	23.a	Perse milites cur vocati galli	173.e	phaleræ 305.d
Penates Dij	311.c.d	quo pacto ducebant bouem ad sacrificium		Phallophori 377.e
penna volatus hieroglyphicum	419.c	26.a sacrarunt aquilam ante Romanos		Phanes 103.d
pennæ aquilæ cur aliarum aium plumas		137.c Solem Deu rnicu putarunt	326.e	Pharo usus consilio Iosippi quomodo fa-
corrumpant	140.d	Perfarum mundities	101.f	mem ab Aegypto depulit 25.f
pennæ argento bracteate	415.f	de Persis victoria	366.f	Pharaonis cor indurare quid 184.b
pennigera oratio	427.d	perseuerantissimi mores	120.b	pharetra 309.a.b
pentalpha	351.c.d	Perseus 32.f Pinnipes cur	Ibid.	Pharselite offerebant salamenta Cylabre
pentagonum	438.b	Perfica militia	396.d	heroi 218.a
penula	298.f	Perficum pomum cordi mirificè conferre		phiala 343.c.d
Pephnos insula candicantes habet formi-		367.c Isidi cur sacra Ibid. vnde		Phidias cur testitudinem Veneris simula-
		translatu 397.a cordis symbolum 367.c		chro subieccrit 200.d
		Perfici pomii efficacia	396.e.f	Phidias Victoria signum in Marathone
		Perfica poma singula tricenis numis quan-		cum phiala sculpsit 339.b
		doq; estimata	397.e	Ggg ij

# Index

- Phidias viso leonis vngue totam feri mag-  
 nitudinem representauit 263.b  
 Phigaleium Ceres qualis 38.b  
 philautia 50.d.e  
 Philenion lucubrations suas solitus erat  
     care diuendere 255.f  
 Philemonis auaritia 352.e  
 Philippus quidam Hori & sacerdotū Ae-  
     gyptiorum lemniata in Græcā linguam  
     e vertit 161.e 115.b 128.e  
 Philippi imp. numus 18.a  
 Philippi sonnum post Olympiæ nuptias  
     quale 3.c  
 Philocrati quænam obiecerit Demosthe-  
     nes 221.c.d  
 Philomela in hirundinem mutata 163.b  
 Philonis laus 107.c  
 Philonis pharmaceum, διῶν χεῖρ 159.f  
 philosophia communicata 41.c  
 philosophia, politioresq; literæ à Christia-  
     no homine minimè contempnenda 117.e  
 philosophia triplex partitio indicata in  
     Abraham, Isaac, & Iacob 280.c  
 philosophi viri munus 41.c  
 philosophi cœno inuoluti qui 217.f  
 Philostrati locus emaculatus 19.c  
 Philotis ancillæ memorabile facinus fol.  
     383.f 384.a  
 Philoxenus gruis gulam optabat 240.d  
 Phison Hebreis quid 153.e  
 Phliasij cur ahenam capram inauratam  
     colebant 71.e  
 phœcæ corium fulmine non icitur 208.f  
 phœca 209.f somniculosa Ibid.  
 Phocion orationū Demosth. securis 316.a  
 Phocylide carmen restitutum 219.e  
 Phœbe masculino genere 329.a  
 Phœbus Grypheneus 167.f  
 Phœbi inuentum medicina 323.b.c  
 phœnix avis 143.f & seq.  
 phœnix Orientales habitat solidudines  
     144.b vnicus est ibid.  
 Phœnicis avis descriptio 144.f  
 Phœnicis mors & origo 144.b  
 Phœnices ad cuculi cantum messeni facie-  
     bant 182.a  
 phœnices inter homines qui dicuntur  
     145.a  
 Phœnices plantas diuinis honoribus colue-  
     runt 304.c  
 Phœnices cur Deos cum loculis & crume-  
     nis fixerint 308.c.d  
 phœnices duos aliquando visos qua ratio-  
     ne dictum 144.c  
 à Phœnicibus honor habitus boui 27.b  
 pholis piscis 215.c  
 Phormis Menalij equi quales 36.e  
 Phosphorus 15.a 332.d  
 Phratoris lepidum responsum 406.e  
 Phryges imbelles notantur 173.d  
 Phthiria in columbam mutata 153.d  
 phthiriasis 76.f
- Physiognomica indicia in facie humana  
     47.b  
 Phytalus Cereris hospes 393.b  
 Pica buccinaturū cantum imitata 166.f  
 pica cur Baccho dedicetur 166.e.f  
 pica & huius docilitas 166.e  
 pictura in Palladis templo consideratio  
     219.c.d  
 Pierius libellū de Fulminibus scripsit 325.c  
     pro sacerdotum barbis declamationem  
     conscriptis 231.e  
 Pierius quonam astu circumuentus à Ro-  
     landino Virdunensi 170.b sacrarum li-  
     terarum studiosissimus 130.c.d  
 Pierij nomen ex Petro Sabellicus autori  
     primum imposuit 130.c  
 Pierij Græcum epigramma, alteri Greco  
     respondens 388.e epigramma de Pe-  
     tri Melini nomine 185.a epigramma  
     de virtute per labores acquirēda 369.c  
 epigramma in Framarianū 121.c epi-  
     gramma in Simiæ improbitatem 50.c  
 Nenia in Alexandrum & Hippolytum  
 Mediceos 333.a opusculum de satione  
     croci 378.d præceptores qui 338.c.e  
 protestatio de hoc colligēdo hierogly-  
     phico argumento 201.a studium in  
     hīsc Commentariis quod 23.b
- Pierio Commētarii de Scarabeo quomo-  
     do surreptus 61.f  
 Pierius pater Musarum septem 350.f  
 pietas 29.f 58.b 114.b 341.c 363.d  
 pietas & amor in filios 145.e  
 pietatis impietati præferenda 208.b  
 pietatis in elephante 19.e  
 pietatis nostræ stabilitas 361.f 361.a  
 pileus 293.c  
 pileus libertatis signum 251.b  
 pilei forma 294.e  
 ad Pileum vocati serui, quid 293.f  
 pilea quibus ex rebus consui solita apud  
     Romanos 294.f  
 pili veterum cogitationum indices 229.f  
 Pimpinelus 193.f  
 Pimpleis Nympha 350.f  
 Pindarus cur multum aquilæ tribuerit  
     139.a  
 Pindari dictum in stolidè iudicantes 50.d  
 Pindari laus 283.f  
 Pindari locus 54.e 184.a 197.d 281.c.f  
     284.c  
 pinguedo 387.d pinna 201.e  
 pinnae in moenibus 178.d  
 pinus excisa semel nūquā repullulat 381.a  
 pinus Isthmiaci certaminis præmii 381.c  
     mortis indicium 381.a naturæ imago  
     381.c  
 pinum pro abolitione, supremoq; excidio  
     381.b  
 piorum coetus 328.d 390.f  
 piscatorij ludi, ubi & quo tempore cele-  
     brati 222.b
- pisces gancæ symbolū 221.c natura vorax  
     est 222.c nequam nisi recens 217.d  
 pisces non vescuntur Iudei nisi pinnato &  
     squamofo 217.e  
 pisces taciturnior, prouerb. 218.d  
 pisces ad ieiuniorum consolationem indul-  
     ti 222.a  
 pisces vocales qui & ubi 218.d  
 pisces argenteos in templo Facelitidis de-  
     tulerunt Syriji 221.e  
 pisces mansuetos fert Chalos amnis ibid.  
 piscibus cur abstinentum dixerit Pytha-  
     goras 222.c cur abstinerunt Assyrii  
     222.e opipare instructa lautiora Roma-  
     norum coniuia 221.b recessolis sa-  
     cerdotib. licuit apud Aegyptios 221.e  
 Piscibus orientibus geniti die acissimi sunt  
     218.e  
 pistaciorū maris & fœminæ amor 370.f  
 Pittacus quomodo Phrynonem vicerit  
     337.e  
 Pithecuse insule 50.b  
 Plage flagris inflicte Asiniate vocatæ  
     87.d  
 planetæ Fatorum ministri 352.c  
 plani pisces sacri Plinio 213.c.d.e  
 plantæ ratione loci magis minusue pollēt  
     36.f  
 plantarū gignendi promiscua virtus 432.e  
 plantatio fructiferarum arborum quid si-  
     gnificet in diuinis literis 395.f  
 platani folium arect noctuas 125.d  
 platani folio Ciconiae arcent noctuas à ni-  
     do suo 59.d  
 platani folia arcent vespertiliones 179.f  
 platea auis & platalea 145.b  
 Plato cur equo consenso statim defilierit  
     37.d  
 Plato senex scribendo moritur 164.f  
 Platonis locus 428.a 437.f 439.a  
 Platonis Axiochi locus castigatus 252.f  
     107.c 109.d 153.c.d  
 Platonis epitaphium 141.c equus 35.d  
     ideas cur riperis uata vocari Aristote-  
     les 192.c institutum in eligendo Aca-  
     demie loco improbat 177.f regna  
     duo que 322.c & 323.d  
 Platoni puero apes in labellis confederunt  
     186.a  
 plausus 252.a 313.d  
 Plauti locus 69.b 80.a 84.c 98.c  
     107.e 161.d 180.e 343.e 423.f  
 plebecula 295.d  
 plenilunium 432.c  
 Phlegyæ filiam comprescit Apollo 40.c  
 plenilunij vis in conchiliis que 201.d  
 plethrum 266.a  
 Plinij locus 55.e 93.f 84.a 115.e 168.b  
     183.e 190.e 195.a 212.f 265.d 365.f  
     430.f  
 plotes 214.a  
 plumbeū 360.b plumbei homines, plum-  
     beūm̄q;

# Hieroglyphicorum.

beūmq; ingenium	Ibid.	Polyphrane ab Alexandro Phereo interemptus	311.c	porcum immolabant insania laborantes
plurimi, per quinquagenarium numerum		polypus multa deuorat	196.c	69.a
274.f		polypus atramentum in aquas effundit		porcum tangere non licebat Flaminii Diali
Plutarchus antiquitatis indagator curiosissimus	95.c	203.c auersatur dulcia 198.e colore mutat	197.c	65.c
Romanarum historiarum hostis	138.a	cur parum viuat		porci à Megareſibus in Antipatri elephatos immuſi
Plutarchi locus cōſiderandus	125.b	199.b cur poētices ſymbolum	198.d	64.a
155.f		cur Veneri adſculpebat	199.a	porci quonam aſtu Patauij abducti
176.d	317.b	fāmis impatiens	198.d	100.b
Pluti oculos cur angues duo dicantur lambe		polypus ingenti magnitudine Puteolis re-pertus	199.b	porcos in pugnā inſtruebat Spartani
	112.b	parricidio notatus	107.a	65.f
Pluto	68.b	ſalacifimus	199.a	poroſitates exhalabiles inſunt rebus omnibus
Pluto Adamas cur	306.b.c	polypi caput horrenda ſomnia parit		197.e
Pluto Græcis qui Aegyptiis Serapis	226.b	198.c caro qualis	197.f	porta cornea
Pluto puer pacem in vñis geſtat	385.e	polypi & congri certamen	197.a	431.c eburnea
Plutonis caput galea tectum	316.f	polypi ſimilem dialecticam dixit Carneades	196.f	portæ inferiorum adamantinæ
Plutonis cor ab Herculea ſagitta vulneratum quid	390.c	polypo ſuper in diuersa abeunt Plinius & Plutarchus	196.f	306.b
Plutonem cur Solem interpretentur nonnulli	316.f	polypi cur formidolosi	197.c	portenta & auſpicia felicia per aquilam
pluuiæ per araneum	193.c	Polis vocatus Sol	144.f	137.e.f
pluuiæ indicium per corui frequentiores		Gn. Pompeius mollitiei ſigno notatus		portentosipartus qui habendi
crocitus	169.f	259.f		138.a
pluuiæ vocabulo que ſignentur	281.c.e	Pompeij Magni currum quando ſubierint elephanti	17.f	porticus Perſica Lacedæmonie
¶ Pocula	410.b	Pompeio cur obiectum, quod regi maestatis affectaret inſignia	302.e	Portunus
podagrosus	28.d	pompilus	213.c	poſitum
poderes	295.f	Pomponie Scipionis Africani matri dra-co circumfusus	112.f	poſteriora in diuinis quid ſignificant
pœnitatis genus circulus	287.d	Pomponij Læti laus	165.b	160.e
pœnitentia	244.b	pomum pro bove Herculi oblatum	395.e	potentia pernicioſa
pœnitere	309.d	pomum Veneri dedicatum	396.c	potentia quo pacto euadit amabilis
poëſis 198.d cur polypo ſimilis	199.d	pomorum hieroglyphicum	400.c	162.a
poëta	377.c	poma in armum legere quid	308.e	potentie comes metus
poëta cygni ſymbolo	164.e	pondrum & mensuraru ratio cur incerta	263.b.c	18.a
poëte encomium	211.b	ponere pedem	256.f	potentie excelsioris hieroglyphicū
litur 211.c ſymbolum per ranam	Ibid.b	Pontanus omnium ingenia ſouit	165.a	373.e
poëte gloriæ ſtudio trahuntur	165.b	Pontanus ſenex ſcripsit Vraniam & Me-teora	164.c	in Potentioris ditionem redactus
mali qui 217.f qui laudandi, quive improbandi	211.c	Pontani laus	341.b	199.f
poëtarū coronæ quibus cōtextæ	377.c.d	Pontifex	315.d	potestas Dei triplex
poëcius cur hederacea coronæ attribute		pontificis Hebreorum gestamen pectoris		436.d
378.a		quod, qualere	306.d.e	potestas inferior
poëtiſ ſola gloria & victuri nominis cupi-ditas inſita	372.d	Pontus cur polypos non habeat	198.f	¶ Præcipitania
poëtas immerito taxat Origenes	211.b	popa	27.d	52.b
poëtas lacl ſimul & melle paſci, quomo-do intelligentum	377.d	populus arbor ab antiquis venerata	381.e	preco deorum Mercurius
poëtica viſ	Ibid.	populus temporis ſymbolum	381.e	preconi tradebat lingua in ſacrī diffe-ria
poëticæ amoenitas	186.b	porcuſ fulcus	68.f	239.c
Poleniō quo pacto ſolœcifinū inepiti acto-ris manu factum reprehenderit	256.c	porca triginta capitū foctum pariens La-uiniſ	69.a	precox profectus
pollex ſublatus quid	260.c	porcare	68.f	175.f
versus quid		porcus	63.a.b.c & seq.	D.Precursoris caput
Ibid.d		animal profi-num	93.c	victus
pollicis etymon	260.e	Cercrimactabatur	69.c	quiſ
pollices cur ſpontē ſibi nonnulli amputa-rint	260.e	porcuſ ſemino genere	Ibid.e	202.e
		porci cultus	68.d.e	præfectus militum
pollices inter ſe vinciendi mos in ſocietate		porci grunnitu audito fugit elephas	18.d	113.b
conſtituenda	260.a			prægnantia
pollule	415.c			327.f
pollutus morte locus	379.f			prægnantie diſsimulatrix
polluti in tabernaculum non admitteban-tur apud Mosen	279.c			90.a
Polygnoti opus	90.b			prematurum incrementum
Polymnia	351.a			383.c

# Index

piandis delictis	18.d	299.e quinam olim vocati	39.d	pudoris cura apud Aegyptios maxima
principū sceptri cuiusdā descriptio	208.b	prophete & doctores	173.c	200.b
principatus	376.b	prophetarum oracula	187.f	pudoris simulachrum cur & ubi ab Icaro
ad Principatum incptus quis	34.f	propitiatorum qua longitudine fieri demandatum	269.f	ereclum
principatuū cura circa quæ	331.c	Propertij locus	150.b 155.b 157.b	295.f 296.a
principium ad quem referendum	286.d	Proserpina	69.f 328.f 432.e	puellæ ab Atheniensibus yrse appellatae
principium anni cur aries	78.e.f	Proserpina & Serapis magnorum dæmonum principes	226.b	86.b
principium & finis	352.b	Proserpinæ canes mactabantur	44.d	puellarum quam matronarum ornatus o-
principiū egregium citò desitutum	88.e	Prosper Publicola Sancrutius	46.c	lim sumptuosior
principiū per ventris symbolum	249.b	Prosper Sanctacrutius	79.b	367.d
principij symbolum per caput	225.a	prosperitas	82.d 22.e 330.e	puellas Darij captiuas magna integritate
principia occulta	316.f	prosperitas firma	361.f rerum per aquilam	seruauit Alexander
principiis obſtendum	97.f 98.a	137.d	149.d	247.d
probi viri quietus animus	182.d	Proteus cur in varios se mutare vultus fin-	gatur	272.a
probi viri à potentiorib. ignominioſe ac-		303.f 304.a	puerorum senumq; vita qualis	299.b
cipiuntur	75.a	Protogenis pictoris continetia	414.a	pugilum iuramentum quale
Probi liber De notis antiquis parum cäſti-		prouentus	247.b 255.b 405.a	317.e
gatus, & cur	271.f	prouidentia	57.e 86.c 161.d 365.a.b	pugnaciias
procelle	284.c	prouidentia diuina	226.f	313.e
procidere	258.f	prouinciae princeps	111.e	pugnaciias 31.e 173.c 189.e
Procli sententia de gallis & angelis solitu-		prouinciarum subiugatio	17.d	pulchra incepta turpiter cedentia
ribus	9.c	Prudentia	118.a 121.f 122.a 128.f cur	203.b
procluis ad ritia	258.f	per morum arborem	383.e	pulchritudo
Procne in lusciniam mutata	163.b	per Ganganum fluvium	153.e	402.d
procrastinationis damna	62.e	per lani bicipitium	227.f	pulchritudo sine fruge
procreationis partes quatenus à viro &		prudens captiuitatis declinator	214.b	380.e
fœmina	216.c	Prudentij locus	430.f	pulicaris
procuratoribus pro fpongiis utebatur Ve-		pruina in sacris quid	282.f	422.f
ſpafianus	216.d 217.a	Prunulus Picrij præceptor	338.c	pulicum defectus
procus vetulipeta	78.a	Pruſiæ ſtratagema in prælio nauali	113.d	181.e
prodigus	171.c	¶ Psalni circulares qui	287.e	pulicum significatio mystica
prodigiū quod ad Polydori tumulum Ae-		Pſammetichus	74.a	317.e
nece se obtulit, interpretatio	374.b	Pſapi. on Libycus qua ratione diuinos ho-		pullaria area vel cauea in caſtris
profanus	37.b 65.c	nores affecutus fit	166.d	157.b
profanus per anguillam	209.f	Pſittacus	166.c & seq.	pullus color lugubris
professionis olim cærenonie	392.d	Pſittacus cur humana vocem proprius refe-		pullus gallinaceus exclusus in manu Liui.e
profectus cum etate	85.e	rat	166.d	172.e
profugium	364.b	¶ Pterophori qui Plutarcho	155.f	pulli columbari quibus conueniant 159.e
profugus	32.c	Ptolemynes canem viuum pro rege ele-		puluis in ollam inicetus ab elephanto cur
progenies antiqua	412.e	gerunt	42.b	18.c
progrediens longo pōst tempore	210.f	Ptolemeus Alexandro cur magnam pecu-		pulpa
progressio	392.d	niam miserit	5.b	441.b
progressus vitæ	266.e	Ptolemei Lagi beneficio Biblia conuersa		punicis penis terretur ceruus
proles mascula, & proles fœminea	24.a	in linguam Græcā & LXX. viris	132.e	53.b
proles numeroſa	236.e	Ptolemei Lagi ſuperſatio	226.a.b	punici mali ſymbolum
Prometheus	428.a	Ptolemeus quidam cur n̄gav̄s vocatus	325.b	397.f
Prometheus quibus legibus à vinculis li-		Ptolemeo Aegypti regi que dona missa à		punica mala tam magna quam parua, gra-
beratus	262.b	Romanis	321.a	norū numero non difſident
Promeihei cor à vulture arroſum quid.		¶ Publia Corn. Annia ſe viuā ultrō in ar-		398.b
134.d cor arroſum ab aquila	141.f	cam cum viro damnauit	156.e	punicorum ſrocitatem myrtus iuxta ſat.i
promptuarium cœleſte rerum omnium	247.f	pudenda	245.e	plurimum iuuat
promuſis elephantis	17.a	pudicitia	295.f 402.e	398.f
pronubus digitus & anulus	262.4	quare velata facie pingebatur		purgamentum
properantia	81.c	161.d columbis prima & peculiaris		373.a
prophanum	217.d	157.a in quibus confiſtat	296.b	purificatio
propheta	39.c	tururis ſymbolum iudicata	161.c	218.a
propheta cani affimilatus	39.c	pudor	298.d 360.e	purificator
propheta Hebreis cur dicatur Videns				257.a
277.f				puritas
Propheta 250.e 282.d.c apis nomine				299.f 343.d
appellantur 187.f Videntes appellantur				puritas animi per gallum
				172.f
				puritas maritalis
				344.c
				puritatē adamarunt Aegyptijs
				220.b
				purpura 204.a vorax
				Ibid.
				purpurea lingua acuta & valida
				204.a
				purpurea quomodo capiantur
				204.e
				purpurea anima quomodo intelligendum
				154.c
				purpureum & purpurascre
				204.c
				purpureus color pudoris indicium
				298.d
				puteal
				346.e
				putei, & putorum foſſuræ
				285.b
				¶ Pygmæorum ſtatura
				264.c.d
				pygon

# Hieroglyphicorum.

<b>p</b> ygors	264.f	quercus fortitudinis ac diuturnitatis sym-	recordationis hieroglyphicum	238.4
Pylos quomodo capta	32.f 33.a	bolum	rectus tenor	363.1.b
Pylo cur bellum intulerit Hercules	32.f	quercus iuxta nucem iuglandem sata emo-	redactus in potentioris ditionem	199.f
pyralis ac pyraustis	120.b	ritur	redemptio	274.b
pyramis	438.d	quercus oleæ inimica	reditus in viam	175.f
pyramidis basis	291.b	quercus principatum ostendit	refibulare	300.b.c
pyramides in Aegypto à quo adificatae	291.e	quercus unde dicta	reflandum non est in ventum	62.b
Pyrrhus Aquilæ cognomento gaudebat	138.f	querna corona quare data	refugium	335.f
Pyrrhi hastæ infidens noctua	147.f	quercus & oleæ odium	regimen	337.4
teritus quis 1bid. in tabernaculo hi-		quies	Reginaldi Poli Card. laus	384.e.f 385.4
rundo nidum posuit	163.e	quies à laboribus	regnum	305.c
in usurpanda gloria	138.f	quietam columbam quid Græci	regnis solitudo	140.b symbolum per a-
Pyrrhi cuiusdam heres	193.b	quinarius & quaternarius numerus	pes	186.4
Pyrrhicæ boues in Epiro	22.f	quingenta	regressus	258.b
Pythagoras cur mare vocauerit Saturni		quinquagenarius numerus multitudinem	remedium	373.c
lachrymas	218.f	denotat	remedium in febrem noctis	8.e
Pythagoras iubet adoratuos sedere	46.c	quinquaginta	remedia contra scorpiones	119.e
Tyrrhenus fuit 301.a Aegyptios adiut		quinque	remeligo	212.e
Ibid.		Quintæ legionis signis ad pingebantur c-	remittere manus	252.c
Pythagore preceptum de anulo arcto nō		lephantis & cur	remissio	274.e
gestando 262.c de animalibus curuos		T. Quintij festuum dictum	remora	212.8
vngues habentibus	6.c	Quintiliiani locus emaculatus	renes à Venere reguntur	239.b in Vene-
Pythagorici plurimum melle vñsi	186.f	Quintiliiani locus expeditus	ris sunt potestate	244.f vnde dicti
Pythicum stadium	266.a	430.a	ibidem	
pythones	118.c	Quintiliani sententia de orantis gestu	repandirostrum animal delphinus	194.d
Pythones dæmones & serpentes	109.c	256.b	reptatus serpentum quid mysticè	107.e
consulendos prohibuit Deus	Ibid.	Gn. Quintilius	reptile	103.c
<b>Q</b> Literam veteres olim exclusive-		Quintili de agricultura scripserunt	repugnantia rerum	92.2
runt	321.c	Quinti Cæcilij Metelli dictū celebre	repulsa ignominiosa	169.b
quadragenarium numerum in flagris &		Quintus Fabius Eburnius Iouis pullus	de Repulsa pudor	54.d
plagis exceedere, ignominiosum apud		175.d	requies, ignauiaq;	258.b
Hebreos	274.a	Quirinalis	res gesta cominus	191.4
quadraginta	273.c.f	R	rei domesicæ studiosus	215.d
quadranis Raticus	334.d	Rabidi canis virus	reipub. negotia alaci animo suscipienda	
quadrantalia decrū simulachra apud Ar-		rabiosi canis vrina calcata nocet	135.c	
cadas	290.c	Ibid.	rerum diuinarum cognitione vnde petenda	
quadrantaria foemina	291.a	rabies in cane à splene est	438.4	
quadratum	290.a	rabies in homine quando cognita	rerum omnium gerendarum summa qui-	
quadratus vir	Ibid.d	racemorum magnuudo incredibilis	bis reb. const. 227.4 progressus per	
quadriennium	285.f	radices hyssopi saxa penetrant	calcum 300.c prosperitas per aquilā	
quadrifrons	229.c	radius	indicata 137.d vicissitudo	354.4
quadrifrons cur aliquando Ianus	Ibid.c.d	radij solares	rerum mutatio	433.c
quadrigarum agitatoribus absinthiu pro-		raia 215.b ciusdē machinamentū	rerum natura	438.d
pinatum	420.b	Ibid.	resina Citria	441.4
quadrigas Soli consecratas Rhodij quo-		sanguinem nō nisi in oculis habet	resipiscens	327.b
tannis in mare abiiciunt	38.e	ranæ dare aquam, prouerb.	resipiscens	243.f 348.f
quadrigati numi	322.b	rane vbinam obmutescant	resipiscens per hirundinem	163.c.f
quadringenta	270.c	ranas obstreptentes silere iussit Augustus	resipiscens symbolum	414.f
quadrupedis Mosaici vitis	35.c	infans	restitutor	253.c
qualitas vniuersijs, rei tribus plurimum		rapacitas	retia & retium hieroglyphica	337.c
propositionibus comprehēditur	256.b	Raphael	reuerentia in matres	94.b.c
quartanas sanat clupeæ lapis	215.c	rapina	rex 355.c per apis symbolū	185.d per
Quartodecimani	143.e	raptor	elephatū designatus 17.b optimus	111.f
quaterna millia	274.b	Rapum, Solis hieroglyphicum	potes imbecillioris artificio petitus	21.c
Quat Hebreis quid	145.b	ratio	tutelaris 111.f vultum affectator	18.e
quatuor	270.b	ratio & cupiditas	regis inter apes munus	185.d
quatuor anni qualitates	229.c	rationis modus breuis	regis pij & misericordis symbolum	139.6
quatuor Dij præfides homini nasceti, qui	215.b	rationis cum appetitu pugna	regi suo obsequens populus	185.d
		ratio cinatio	reges fulminare dicuntur	209.a pro Diis
		rationale ornamentum Pont. quale	habiti à multis nationibus	324.d
		Receptus tutus	regum aures innumeræ	87.f
			regibus etiam mortis imperande ius per	

# Index

- internuncium sacerdotibus Memphiti-  
 cis erat 148.a  
 regia claritas 303.d  
 regia potestas 302.e  
 regium augurium 12.f 13.a  
 ¶ Rhadamanthus truculentos vris inge-  
 rere solitus 86.c  
 rhannus in sacris quid 400.d  
 Rhea dea cur ab Assyriis colebatur 222.e  
     cum Saturno rem clam habuit 130.f  
 Rheimij Palæmonis arrogantia 63.a  
 rhetor Corax 169.c  
 rhinoceros 21.a eiusdem cum elephanto  
     pugna 1bid.b  
 rhinocrontis effigies missa Leoni X. ab  
     Emanuele Lusitanorum rege 21.d  
 Rhodia 350.f  
 Rhodij quadrigas Soli cōsecratis quotan-  
     nis in mare iaciunt 38.e  
 Rhodos insula pugnacissimos habuit gal-  
     los 173.e  
 rhombus 355.e  
 ¶ Risus 44.b  
 risus levitatis signum 1bid.c  
 ritualites 77.f  
 ¶ Robur 2.e  
 robur per pollicis significatum 260.d  
 robur Romanorum in legionibus 30.c  
 ex Robore nati qui dicti 376.c  
 robustus 21.c  
 robustus et robur unde dicta 375.f  
 rodere 240.f  
 Rodolphus Habsburgi comes 131.e  
 Rolandini Galli Virdunensis impostura  
     170.b  
 Roma capta à Genserico 131.c domita  
     ab Odoacro 131.c.d quadrata 291.a  
     vetus 1bid.  
 Roma per mulieris caput 227.d  
 Romæ antiquum nomen Cephalon fuit  
 Romæ caput galeatum 317.a (227.d  
 Romæ nomen publicari vetitur 227.d  
 Romanæ virgines nutriebant diligentissi-  
     mè Vestalem ignem 340.f  
 Romanus per togam 295.a  
 Rom. C O S S. 316.b  
 Romani cur equum mactare soliti 38.c  
     originem suam ad Martem referre stu-  
     dent 227.d quando cœperint esse su-  
     periiores etiam equis 30.b  
 Romanorum numisma 441.c  
 Romanorum mos in sacrificiis 30.b  
 Romanum imperium quot annos duraue-  
     rit 131.b  
 Romani imperij mutationes tres 131.e  
 Romulus et Remus cur Martis filii dicti  
     82.d  
 Romulus ubi educatus 291.c  
 Romulus Amasæus 57.a.b 217.c 335.f  
     vocabulo que signentur 281.c.d  
 rosa humanae imbecillitatis hieroglyphi-  
     cum 399.c  
     rosa sine spinis considerata venustatis amo-  
         ris et gratiae signum est 400.f  
     rosa spinis septa, humanae vite speculum  
         400.b  
     rose afflatum quomodo descripsit Vir-  
         gilius 401.a.b  
     rose odor scarabeum enecat 401.f  
     rosam quātū fecerint Indorum Magi 401.b  
     rose in sepulchrorum ornatum adhibite  
         399.d  
     rose quomodo fragrantiores fiant 417.e  
     rosarum halitum multi oderunt 61.f  
     rosas loqui, proverbi. 401.a  
     rosaceum Homero cognitum 401.e  
 Rosciij histrionis claritas 112.e  
 rota et rotæ deorum 289.b.c rotæ hu-  
     manæ et inferorum 1bid.  
 rota currulis quot cōstet apsidibus 163.f  
 rotunda templa cur veteres Diis dedica-  
     runt 364.f  
 Ruah 435.a  
 ¶ Rubeca la avis, vel sylvia 184.c  
 rubeta rana que 211.c  
 rubi symbolum 400.c  
 rubicunda vestis 297.e  
 Rufus Prætorius cur scazonte proscissus  
     126.b  
 rugitus leonis animantibus formidabilis  
     4.f  
 ruminatio 64.e.f  
 ruminatio in sacris quid 55.f  
 ruminantia animalia, carent altera dentiū  
     parte 214.c  
 rusticitas per ranam 211.d  
 ruta continentioris vite hieroglyphicum  
     422.a.b  
 ruta si iuxta sicum seratur, nitior euadit  
     391.e  
 rutam cur exhorrescant serpentes 422.b  
     S  
**S** Pro H nonnunquam apud antiquos  
     ponebatur 260.e  
 S. quid Romanis, et cur tricliniis et dieta  
     rum foribus superponebatur 261.c  
 ¶ Sabaci Aegyptiorum regis successus  
     28.f  
 Sabech 77.f  
 Sabellicus 165.a  
 Sabellicus aliquando noctu vidit 234.d  
     ab Urbano didicit Græcas literas 1bid.  
     Pierij preceptor 130.c 138.c  
 saccium 297.c  
 sacer pisces quis Homero 213.b.c  
 sacer scriba Aegyptiis cur 227.f  
 sacerdos 47.e 303.c  
 sacerdotis boni munus 39.b.c  
 sacerdotis negligentia, error maximus  
     Ibid.f  
 sacerdoti Aegyptio non licebat equo ve-  
     hi 31.c  
 sacerdotes Aegyptij 297.b  
 sacerdotes assentatores et aulici magna in  
     orbem importantes mala 152.c.d Ar-  
     uorum 405.d malit taxantur 217.f  
 sacerdotes tantum circuncisi erant apud  
     Aegyptios 48.b Memphiticis supra  
     Reges erant 148.a  
 sacerdotum Aegyptiorum eruditio 103.a  
 sacerdotum amictus qualis 299.e.f  
 sacerdotibus indumenta ex lino cur impe-  
     rata 413.a  
 sacerdotibus licuit piscibus vesci apud Ae-  
     gyptios 221.e  
 sacerdotes quales esse oporteat 230.a  
 sacerdotium 412.f 420.a  
 sacerdotium sumnum 306.f  
 sacerdotij sacrosancti symbolum 106.b  
 sacoma corona qua ratione deprenderit  
     Archimedes 170.a  
 sacrarum rerum cognitio 438.a  
 sacramentum 69.c  
 sacrificium 1bid.b  
 sacrificia in lustratione que 1bid.c  
 sacrificiorum ritus quo tempore instituti  
     363.e  
 sacrificandi homines immane morem quis  
     sustulerit 340.e  
 sacrificantes primi, herbas et flores, non  
     animalia adhibuerunt 412.a  
 sacrificato quibus licitum vesci 246.c  
 sacrarum literarum professor 39.a  
 sacrorū initia 16.b arcana 243.c tem-  
     pus 349.c  
 sacris initiatus 191.f  
 securia occulta 109.f  
 in Sacre picture consideratio 218.f et 219.a  
 sagacitas 237.c  
 sagacitas et sagire 44.a  
 sagacitas iuuenilis senili experientiae pre-  
     posita 149.f  
 sagitta Herculea vulneratum cor Plutonis  
     quid 309.c  
 sagitte 307.f 309.C seq.  
 sagittarum symbolum 414.e  
 Sagittarij Nerui 114.e  
 Sagittarij seniores Orientales 34.d  
 Sagittarij Venatores 155.e  
 sagum 293.c  
 Sagunenses milites 113.f  
 sal et mare cur auersabantur Aegyptij  
     220.a  
 sal cur hospitibus ante alios cibos apponi-  
     tur 220.f et 221.a in mensa euerte-  
     re, cur ominosum Ibid.  
 sal, quo paſſim vitetur Germania, vnde col-  
     ligatur 219.c  
 salis significatio in diuinis que 200.c  
 salacitas 67.b per crocodilum 207.a  
 salacitas prolificia 150.d  
 salacitatis nomen quid 220.b  
 Salamandra 119.f et seq. an ignem ex-  
     tinguat 120.c  
 Salamandra impunè vescuntur sues 120.f  
 Salis

# Hieroglyphicorum.

Salij	82.b	314.d	Sarmate	38.e	scorpio quænam corporis partes dedicatae		
Saliorum ornatus quis	321.c		sartago	243.f	tae 119.c		
saligna falx cur Priapo attributa	383.a		Saturnus 40.f	falce Cœli pudenda abscedit 246.e	à Scórpio ictus si super asinum foderit, trahit in illum dolor 91.d		
salix	440.f		quid 103.b	filios devorans	scorta vnde dicta 250.a		
salix an fructum ferat	383.b		laneo vinculo ligatus	357.e	scorteæ & ostracinae pecuniae 26.f		
salix castitatis indicium	382.f		Saturni beneficia 228.b	colossus ahenus vbi 70.b.c ad hunc sacrificabatur adolescentes ingenui ibid.	Scribonius Libo 346.b		
salix vinclorum symbolum	382.e		405.c	regnum quale Platoni 322.c	scriptorum sanctorum lucubrationes quid presidijs attulerint nobis 323.e		
salicis etymon	383.c		Saturno decumani homines sacrificati	340.c	sculptura antiqua in Aesculapij prona Roma 409.a		
salicis scm̄ in vino potum sterilitatem inducit	383.a.f		Saturno quæ gentes sacrificabant iuuenes & proprios filios	70.c	Scutum Herculis, an Hesiodi Opus 122.b		
salicem cur οὐρανοφόρον vocavit Homerus	382.f		Saturnalia	340.d	scuta 312.b.c		
saliua ieuni hominis serpentibus letalis	109.e		Satyrum capiens Midas quid	73.d	scuta hastis illisa quid 313.c.d		
Salmonei insana arrogantia	324.e		Satyri quibus in locis	72.c.d	scutis continabantur imagines 313.e		
Salomon Trecensis	253.c		Sauromatæ equos alunt ad sacra & cibum	47.d	scutis lignis primum vbi Argiui 312.c		
Saltatio per turturis symbolum	161.e		Saxum in quo Herculis effigies, colebant Thraces	361.c	Scytha Herculis filius 110.b		
Salubritas	78.a	127.e	Scabo quid Aegyptiis	277.a.b	Scythæ ab Aegyptiis instituti 315.c		
Salubritas per gallinæ symbolum	159.d		Scabellum	320.c	Scytharum iuramentum maximum quod 315.f		
Salubritatis indicium	418.d		Scalenus figura quæ	292.c	mos in ope imploranda 26.c sagitte quo veneno infectæ 107.c		
Salus	117.c	212.e	Scaphos olus	140.d	Sebastianus sagittis impetus 310.b.c		
	312.c	334.c	Scarabeus	59.f & seq.	Sebastianus Corradus, atq; huius Quæstra laudatur 241.d.e		
	363.b		Scarabeus ex aquis primum in lucem prodit 60.b.c rosa odore necatur 401.f		secospita 315.d		
Salus per capitum signum	216.c		Signum Romanorum militum	61.b	secussus 204.c		
Salus auis asino inimica cur	182.f		Scarus 214.b.c	Louis cerebrum Ennio 214.c	Secundi Theodosiani 34.d		
Salutatio	253.e		Quomodo captiuitatem declinat 214.c	quomodo captiuitatem declinat 214.c	securis & Lydorum & Romanorum gêstamen 316.b		
Salutatorius digitus	260.f		Solus piscium ruminat 214.c	Solus piscium ruminat 214.c	securim cur ream constituerint in iudicio Athenienses 27.d		
Samnium armatura	178.e		Scurobates in Semiramin inuestus	158.f	securitas 236.f		
Samphora equi	314.c		Scelus	314.e	319.f	360.f	367.a.b
Samson leonem strangulavit	187.e		Scenopégia Iudeorum in Bacchi celebri- tatem fiebant	322.f	securitas ociosa 213.e		
Sampsonis robur in capillis	435.c		Sceptra 305.c	de Augusti manibus fulmine excussum quid indicarit	securitas periculis libera 1bid.d		
Sampsonis coma	231.b		ex querno truncu quid significet	376.b	securitas per gallinam & rutam 172.c		
Sampsonis quæstio Palæstinis proposita	187.f		regium	376.4	securitas per vespertilionem 179.f		
Samuelis anima an per incantationes euocata	109.c		Sceptri cuiusdam descriptio	208.b	securitatis symbolum in multis veteribus numis 213.e.f		
Sandrocottus Indus	13.a	17.c	Sceptra regia ciconiae capitibus insignita	124.f	securitatis symbolum 419.c		
Sanguis animæ vehiculum nonnullis 154.c			Schoenus	266.c.d	sedatus animus 347.f		
à Marte regitur 239.b antiquitus pro vino positus	390.c		Scillæ contactu conuelliunt lupus	98.c	Sedda olim quæ nunc sella 238.f		
Sanguis cur libaminibus, quæ pro anima siebant, apponebatur	154.b		Scincus, vel scingus	207.b	Sedecchias in captiuitatem abductus 142.f		
Sanguine placare Deos improbarunt Aegyptij	363.f		Scipio	305.d	sedere 320.e		
Sanguinarius	216.a		Scipio laureus quid significet	373.c	sedes 319.b & seq.		
Sanitas	420.b		Scipio Africanus	427.e	sedes firmiter statuta 142.c		
Sapientia 290.b	440.d	cur in quadrato lapide constituta	290.b	Scipionis dicitur de scuto & gladio	seditionis 202.d		
Sapientia 313.b	409.d	per aurum symbolum	237.b	313.c celebre dictum ad Antiochi legatos 33.b	segnitics 200.d		
146.f	per noctuā symbolum	146.f	Scipionis numi argentei inscriptio	349.c	Segregationes aquarum apud Mosen quid 219.c		
homini largita	428.c		Scipionem laureum gestare quid	17.f	Selenotropium 423.d		
Sapientie arma firma & stabilia	317.c		Scolopendra piseis	215.b	Seleucus Antiochiam condidit 336.c		
vis	310.c		Scorili exemplum de seditione	40.c	cur versus XII. ex Hesiode sustulit 307.e		
Sapientie perfectæ vir	278.b		Scorpius	119.a & seq.	res composuit cum Scandrocotto 17.c		
Sapientie vanæ studium	146.f		Scorpij cauda quot habeat compages		Seleuci genus & numi 336.d.f		
Sapor quomodo exploretur	240.c		119.e	119.e	& anulus Ibid.		
Saporem vbi collocet Aristoteles	240.d		Scorpij coelestis vis	119.d	Sella, vel sedes 319.b & seq.		
Sapor rex quid Constantio Imp. suadere			Scorpij & crocodili odium mutuum	119.b	Sella Curulis 321.b		
conatus sit	98.e				Sella eburnea sedebant Consules cum magistratum imibant 321.d		
Saporis Regis gestamen quod	78.d				Semel tantum enixa 11.b		
Sapphirus	306.f				hhb		
Sardanapali incuria	111.f						
Sargus	215.b						

# Index

Semele	108.d	sepulchra	284.f	dictus	273.c.d
semen in utero	357.e	Serapis cur à multis colebatur	226.b	sexaginta	275.c
semen quando prolificum	272.d	Serapidis epigramma de totius mundi mo-		Sexta partica legio quæ	274.c
semen quid in sacris literis	400.c	le 225.e.f simulachrum 25.f simu-		sexcenta	270.e
semimum virtus & generatio	432.e	lachri caput quod 225.e eiusdem si-		sex & senarius numerus	ibid.
semicrinatum caput	230.d.c	gnificatio	226.a	sextans	263.e
seminium triste leonum cur dixerit Lucre-		Serapidis tricipitis numisma	229.a	sextodecimus numerus	272.c
tius	8.d	Serapi cur magnifica templa dedicata , &		¶ Sibi soli natus	209.d
Semiramia protacitas	158.e	vbi	226.a	siccus pro paupere	216.d
Semiramis cui nuperit 158.f efficit ut		Seres populi longe cui	149.f	Sicilie umbilicus vbi	248.c
Perse matrū filiarumq; suarū coniugia		Seriphium absinthium	420.a	Sicilius quo signo figurabatur	272.e
non abhorreant 158.d immoderate		sermo 255.f 426.b. cur cibo compara-		Sicinius cur disterius non lacessuerit M.	
libidinis fuit 158.f diu& p; vocata ibid.		tus 227.e efficax vel Mercurius 246.f		Craßum	30.f
vbi nata & educata	158.e.f	inanis 247.a.b pro liquore aut rore		Sicinius Dentatus quodnam sacrū primus	
Semiramin sub specie columbae colebant		pluuiio acceptus 408.b per oculi hic		fecit Marii	70.b
Assyrii	158.c.e	roglyphicum 234.f urbanus, cibus		Sicinius Dentatus donatus torquib.	305.d
semita quid Theologis, quid via	289.e	est animi	408.a	sielus	136.e 274.b.c
Senecæ locus	133.f 298.e	sermonis intellectus duplex	256.a	Siculi à Römanis orti	96.f
senectus	231.d	sermonis præses Mercurius	239.b.c	Sicyonij, Suarij, Asinij & Porcarij à Cli-	
senectus cur omnis desperet	378.f	sermone nimio extenuat̄ corpora	129.f	sthene vocati	90.f
senectus misera	231.a	serpens	436.b	siderum, id earumq; celestium virtutes Lu-	
senes & seniores qui	272.e	serpēs Apollinem prouocans in Delphis		nari corpore suscipiuntur	329.b
senex musicus	164.c	118.b caudam depascens quid	102.f	signa militaria	341.f
senibus cur supercilia grandiora	236.c.d	103.a gignitur ex humano cadavere		Silenus	426.e
seniorum inter se certamen	124.e	31.f		Sileni	48.f
sensus 270.d 349.b.c à voluptate de-		serpentis effigies à Mose ex ære in contum		Sileni Alcibiadis	49.a
ceptus 108.e maxime brutus	63.e	surrecta cur	117.a	silentium	239.f 337.d opportunum
sensus velocior	429.a	serpentis effigie quid commonstrabat Va-		174.e per indicem digitū 260.f per	
sensus & intellectus significatio	109.a	lentiniani 115.b spolium Neroni pro		piscis symbolum 218.d per ranzru-	
sensus quinam admirati sint, quive asper-		amuleto commendatum à matre	113.a	bete symbolum	211.c
nati	63.f	serpentes alatæ volant ex Arabia in Aegy-		silentij symbolum	397.b
sensus communes in corde	153.c	ptum	127.f	Sillij italicī locus	33.a 234.e
sensus quinq; per virginē prudentes & fa-		serpentes puellarum amasij reperti	110.b	silurus	216.f
tuas indicati	108.f	serpentū symbolica tractatio 102. & seq.		Simandij regis Aegyptij signum	2.e
senuum expers	362.f 363.a	serpentium coria Amazonibus tegumen-		Simandij Regis bibliothecæ inscriptio	
sententia p̄repositrix	258.c	torum bellicorū vsum præstabant 303.e		277.f	
sentiendi vim à Sole habent homines		serra	316.d	Simandij sepulchrum aureo circulo spo-	
328.f		serra pugnare	1bid.e	lianuit Cambyses	287.c.d
sententia in sacris quid	400.d	serra ad squatinae piscis oſis similitudinē		Simeon Antiochenus	125.e
sepes	304.e	efficta	216.a	simi naſi indicium	196.a
sepia 203.b 276.e.f atramentum in a-		Scruij locus	431.c	simia	49.d
qua euomit	203.c	serui fugitiui vocati olim cerui	54.a	simia vnam evertens, ac fortes dissipans	
sepia melanuros	203.d	seruiliis improbitas	293.f	49.f	
sepia machinamentum	215.b	seruitia	408.b	simiæ pastione liberatur à febre leo	8.e
Sepias promontorium	203.d	seruitus 359.a.b longa 237.f per anu-		Syniam cur tantopere oderit leo	ibid.
septem, & septingenta	270.f	li symbolū 262.c per asininas aures		simiæ tristes Luna causa	45.f
septem & septuplū quid Hebreis 262.d.e		237.e per pedum symbolum	257.c	simulachri Cereris apud Phigalenses expli-	
septenarij numeri proportio valde muſi-		per rasitationes capitis	230.b	catio	38.a
ca est	349.f	seruitutis indicia inter somniandum quæ		simulatio per picam	166.f
Septentrion 392.d Eius hieroglyphicum		33.c		simulationum inuolucris obteclus	203.c
Ibid.		Sesonchoſis	245.f	simulator	398.d
Septentrioni inest vis mascula	24.b	Scoſtress	245.f	sinapis unde nomen habeat	416.b Ocu-
septima decoſtio, perfectionem indicat		Scoſtris Aegypti rex	308.e	lis infestum	ibid.
262.f		Scoſtris nanis	335.d	sinapis allegorica consideratio	415.d.e.f
P. Septimi Get. numus	288.e	ſeſtio	312.a	& seq.	
Septuaginta	275.e	ſeſsus	46.f	ſinus	298.b
Septuaginta interpretes quo tempore Bi-		ſeſsus Deo accommodatus	384.d	Siphonum & tuborum aquæ cur per leo-	
bla verterunt in lingua Græcam 132.e		Seueri Alexandri Imp. numus	253.c	nina capitū cruciare soleant	10.f
Sepulchri significantum per cor	244.c	Seueri imperium quo præſagio præmon-		Sirenes	150.e
sepulchra nobilitatis	380.c	stratum	112.e	Sirenū aureæ illecebræ ſuſpense in Apollo-	
ſepulchrorum aliquot inscriptiones		ſeuferitas peculiaris ſenibus	236.c	nis templo	150.f
399.d.e.f		ſexagenarius numerus	269.c	Sirius	285.f
		viduitati		Sirius	

# Hieroglyphicorum.

Sirius stella	331.b	Solem variæ gentes Deū putauerūt	326.c	vniones	307.e
sistere, sistendiq; signum	359.d	solaris annus	290.a	vuam se videre	389.f
sistrum	353.f	solares radij	309.a	somni parciſſimus est leo	3.a
siticolofitas	354.a	Solini locus	129.a	somnium captantes Mercurio victimarum	
sitis cur per corui ſymbolum	121.b	Solitaurilia	69.c	linguas adolebant	239.e
sitis ex morsu diſpadiſ, epota theriaca ſe-		ſolidudo	146.c	sophista per cancri ſymbolum	201.b
datur	121.d	ſolidudo per aquile pullū indicata	140.c	per ranæ ſymbolum	211.a
sitis & ſitibundi ſignificatum	121.e	ſolitudinides	345.f	sophiſtae 64.c 122.b 329.c euitādi	64.b
ſmaragdus 153.e 307.a Veneri dicatus		ſolitudinarius	96.d	sophiſtarum nugæ 89.b oppreſſio	201.c
Ibid.		ſoloiuncus	276.f	Sophocles in ſenectute ſcripſit Oedipum	
Smerdes Magus	155.c	ſolſtitium	188.e	Coloneum	164.e
ſmilacis cum hederā ſimilitudo	378.b	ſolſtitium hyemale	199.b	Sophoclis locus	366.f
Speciebus quatuor diſtinguitur	Ibid.	ſolſtitium vel tempus annum	257.d	ſorex Hecaten, prouerb.	100.f
ſmilacis flos coronis intextus quid ſigniſi-		ſolſtitiales mundi partes appellauerūt dex-		ſoriciſ etymon	Ibid.b
cet	378.c	teras Aegyptij	24.c	ſoriciſ & ſuis conſensus nature	100.b
ſmilacis fructus elegantia	378.d	ſoluere zonam	299.b	Sofithei dictum in laudem aquile	141.e
ſmyntchus cur etiam vocatus forex		Soluizonie Diana templum	Ibid.	Sosipolis Deus ab Helcis cur colebatur	
I51.c		ſomniculosa cur aſpis dicta	106.c	ſoſpitamentum 335.b 359.e	(217.c)
Smyrneorum Fortunæ ſimulachruſ	34.c	ſomniculosus	208.f	ſpartiatarum mos in ſacrificiis	30.b
Sobrietas	74.c	ſomnium pincerne Pharaonis à Iofippo	420.f	Spartanorum origo	112.d
ſobrius nemo cantat	307.c	interpretatum	389.e	ſpathalæ	369.e
ſobrius vicus Rome	390.b	ſomnia Aſtyagis	389.f	ſpeculum	307.f
societas	260.a	ſomnia vera & falſa	431.a	ſpes fallax	433.a
societas leonina	5.a	ſomniis admoniti ad aliquid aggrediendū		ſpes certa de re ambigua	210.a
Socrates codem ſemper vultu	44.c 338.b	qui	160.a.b	irrita	
Socrates cur dixerit ſe gallum debere Ae-		ſomnus	239.e	255.c per florū ſymbolū indicata	401.f
ſculapio 172.f quando iurat per ca-		Somnus Nestoris perſona compellās Agu-		ſpeſ definitio	378.f
nem	40.f	memnonem	112.a	fruſtrator	201.a
Socratis opinio de Sole	326.d	Somnia, ſomniorūq; interpretationes va-		ſimulachrum per oleum	387.e.f
Socratis ſomniū de Platone per cygni ima-		riæ: vt ſi quis per quietem ſomniariſt		Speuſippi vel Antipatri epigramma ad	
ginem	164.f	aures plures ſe habere	237.f	Platonis ſepulchrum	141.d
Sol 32.c 61.c 84.e aurea gleba Euri-		boues arantes imaginari	26.d	ſphæra ænea de Maximini ſtatua delapſa	
pidi 326.d Græcorum indiciū 327.c		caput caninū vel equinū ſe habere	33.b	Antiochiae quid portenderit	288.d
mundi mens 234.a unde dictus 326.		caput ingens ſe habere	226.c	ſphærica figura	287.f
c.d.e cur Centimanus dictus	252.e	capitis partem dexterā denudatā	230.f	ſphinges cur appellate meretrices	14.d
cur per palmaſ 369.f per accipitrem,		caput leoninum	4.f	humancipites 16.c vbi naſcatur	48.d
& cur 151.c per tricipitum Serapi-		ceruum instantem tergo	52.c	ſpica	404.d.e.f
dis	229.a	dentes amifſos dextera parte	24.b	ſpicas repertas Iſis prima capite circumtu-	
Sol & Bacchus idem numen	84.e	equum qui ſe portet	33.c	lit	304.d
Sol & flumina cur dicātur mortale genus		fōrmicas	58.c	ſpina dorsi	244.d
enutrire	327.d	frontem capillis glabram	230.c	ſpine pro diuitiis	400.e
Sol & terra	15.e	fulmen vibratum	325.b.c	quid indiſtent	
Sol, eiusq; hieroglyphica	326.b.c.d	gallinarū gregem ad ſe veniente	172.a	in ſacris literis	400.c
Sol, foliſq; vis	247.f	lyram nuptiarū tempore videre	347.d	ſpirē ſerpentum quid miſticè	107.e
Solis ſimulachrum	426.c	manus plures ſe habere	255.b	ſpirillum quid vocet Opilius	71.e
Solis & Lune certamen in procreandis		manus pulchras	250.d	ſpiritalis motus	426.e
animalibus	101.a	mare perturbatū videre	25.f	ſpiritū	105.f
Solis ortus cur per lotum arborem indica-		mulier ſe in virum commutatam	237.a	ſpiritus pro ſuperbia & animi elatione	
tus 384.b ſimulachruſ per Phœnicem		nasum non habere	237.e	ſpiritus almus	259.d
144.f ſymbolum 417.f viæ 230.f		nauem vel ratem videre	334.d	ſpiritus sanctus, eiusq; dona ſeptem	262.c
vis & beneficium	115.b	occipitum caluum	231.a	ſpiritus sanctus in columba	157.f
Solis vis	437.f	oculos tres ſe habere	236.e	ſpiritus ſibi redditus	315.d.e
Solis & Lune coniunctio	426.d	pectus ſibi transfixum	309.d	ſpirituſ quid vocauit Anaxagoras	105.f
Soli cur dedicati icones	3.b	puer in ſenem ſe mutari	231.d	ſplen à Saturno regitur	239.b
Soli equus mactatus à Lacedemoniis &		ſenex ſe in puerum mutari	231.d	ſplenc laborantib. riſus diffiſillimus	44.b
Perſis	38.d	ſolem obſcurari	327.d	ſplendor nominis	341.b
Solem, Lunam ſtellasq; quomodo deos in-		ſpicas in aure natas	405.a	ſpolium leoninum, virtutis ſignum	15.a
telleſerint Aegyptij & Phœnices 326.c		ſtatura ſe vastæ magnitudinis eſſe	366.c	ſpongia	216.d
Solem Osiris apud Aegyptios ſignificat		ſtellas in mare vel terram cadere	332.c	ſportula	406.e
310.f		ſupercilium coloratum & densum	236.d	ſportulam oſium plenam dono miſit Dio-	
Solem quomodo alloquebantur Indi pro		vini haſtu ſe attentari	388.c	geni Alexander	43.a
conciliāda Principū benevolētia 401.c		vmbilicum, & que circa eum	248.c	ſquamæ in ſacris quid	222.e
				ſquatina	215.d
				ſquilla	201.f
				ſtabilimentum	336.a

# Index

stadiū 265.f Italicum quale Ibid. Pythi-	stupor & admiratio 122.4	ditis apius 63.b 66.f
cum 266.a Olympiacum Ibid.	sturio an silurus 216.f 217.a	sues Aematheolicæ solidis sunt vnguibus
stare 230.e	¶ Suauitas ex asperitate 420.c	69.c
stare conuerit adoranti 46.a	suauitas sublata 391.f	sues agrestes semel pariūt in anno, idq; æ-
stare in diuinis literis quid Ibid.d	subare 67.c	state 67.b
starnæ aues que nūc Romanensib. 176.d	subdere colla iugo 359.a	sues cephalalgia curant esu cancrorū flu-
stathmus 266.f	Subdiales ædes quibus Diis ædificantur	uiatilium 59.d
Stati locus 122.c 325.b 430.a	365.c	subibus dentes atterebantur apud Salami-
statue Aegyptiorum quales 366.a	subiugatio 259.a subiugare Ibid.	nios 63.e
statue giganteæ obtortis sunt crurib. 118.c	sublimitas 151.f	suilla caro aciem ingenij obtundit 63.d
statuarum celebritas in columnis, antiqua	sublimium appetitor 416.d	suille carnis laus 67.e
est 365.f	sublimium rerum indagator 129.a	suillum genus cur nullum in Arabia 64.c
statuarum triumphalium ornamenta que	subsidiūm 316.f	suillo generi cur pepercrint Aegyptij
321.b	subcula 295.f	68.c.f
lla 330.e seq.	subulci templū non ingrediebantur apud	¶ Sybaritarum interitus quando 386.b.c
stella crinita Iulio Cæsare sublatō statim	Aegyptios 65.c	Sybaritarum mollities cur gallinaceos in
apparuit 330.c	subuentanea ora que 132.b	vrbe non patiebantur 173.c
stellæ aliquot Arctico polo affixæ repel-	Suburranēsum & Sacrauiensium cōten-	sycomori hieroglyphicum 392.b
lunt aquam à terra 251.d.e	tio supcrequino capite 38.c	sydus 330.d
stellæ cur exortu Solis extingui videantur	successus voti 106.a	L.Sylle legionum exemplum 42.c
328.a	Suetoniorum pecunia 173.f	syluia avis, vel rubecula 184.c
stellæ mundi oculi 430.b	Suetonij locus 287.b 313.d.e	Symeon puerulus Tridenti à Iudeis in sa-
stellæ per somnium in mare vel terram ca-	Suffeni Catulliani 50.d	cristicum trucidatus 89.b.c
dere visæ, quid 332.c	suffibulum 296.e	Syncerus Actius Sanarius 143.f
stellarum significatum in sacrīs quod	suis viribus pollens 174.	Synodi sextæ locus emendatus 75.d.e
stellio 202.d (331.d.e.f)	suos tantūm curans 175.b	Syphaci cur dona missa sint à Romanis
Stephanum de Gentibus Hermolaus By-	Sulpitij Galbæ canterius prolapsus in ipsa	321.4
zantius in compendiu contraxit 194.f	longi itineris porta 37.e	Syracusana mensa que Platoni 67.1
Stephani de Vrbib. locus 126.a 220.d	sumina 368.b	Syracusani 34.c
sterilitas 92.b 383.a.b	sumina calliditas ingenij 5.a	Syracusorum numus 25.b
sterilitas mularum propria 92.c	summissio 232.e	Syri cur columbae pepercrint 158.c
stipula in sacrīs literis quid 405.b	sumptus publici priuatiq; 287.f	Syrij detulcrunt pisces argenteos in tem-
stola 297.a	superbia 35.c in pulmone 420.c per cer-	pla Facelitidis deæ 222.c
stoliditatis ludibrium 88.f	uicem 232.d	Syrtes anguipedes 108.4
stomachus 261.e	supercilium 236.c 238.4	T
stomachus à Luna regitur 239.b	supercilium in tutela lunonis 236.e	Abanus 190.c
strages Megarenſiù à leonibus edita 6.d.e	supercilium in luto veteres solebant velli-	tabellarij fides 149.c
Stratoclis improba auaritia 255.a	care 236.d	tabularum in Theodosij insigniis interpre-
strenuus 310.f 312.c	superciliorum contractio 7.c	tatio 226.f 227.z
struppearia festa 419.c	superciliosi qui dicantur 238.a	taciturnitas 275.f 276.z
struppi Ibid.	superflua summiota 231.a	taciturnitas lœnæ 14.d
struthiocamelus 178.b & seq. ambiguus	super humerale sacerdotale Aegyptiorum	Tacitus Imp. amariores cibos appetit
inter terrestria & aëria Ibid.e	306.e	189.a Idem Virgiliani carminis dulce-
struthiocamelus currit pernicissime 178.f	superstitione nationes omnes aliquando	dine offendebatur, & Ciceronis lectio-
incubatu oua non fouet, nec pullos nu-	contaminatæ 79.d	ne 1bid.
trit 179.4	supparum 298.4	tenie que 286.d
struthiocamelus cur colla tantum frutice	supplex 253.c	tenie Isidi dicatae quales 286.b.c Osi-
occultet 179.b	supplices apud veteres coronatos fuisse	ridis quales 1bid.
struthiocameli pennæ æquales 178.c	supplicatio 386.d (371.f	talaria 429.d
earundem vsus ad conos bellicos & ga-	supplicationes quando fieri solite 364.a	talaria pennata Mercurij 155.f
leas adornandas Ibid.d	supplicium capitale 409.	talpa 98.f 99 a liquidius audit 98.b
struthiocameli stoliditas 178.d 179.a	supplicij significatum 422.a	talpe cor ad presagium confert 99.b
struthiorum oua dissecta in æquas partes	suppreſſa 360.d	Thalhibius, cur porcum, quem Agamen-
Garamātis præbēt vſum pileorū 194.e	surditas 54.b 184.c	non pro iuramento statuerat, in mare
struthiorum oua cur præquirant Gara-	surditatis symbolum 415.c	precipitem dedit 69.c
mantes 121.e	Sus vnde dictæ apud Persas 402.d	talus, princeps libidinis locus 257.e
studiorum profectui, corporis officient	sus Boeotia 66.c	Tanagreorū pestilentium quomodo Mer-
incommoda 178.a	sus cur in Creta sacra 68.d.e	curius expiauerit 78.a
stultitia 74.d	sus Mineruam 66.b	Tanaquil in templo M. Anci diu adseruat
stulti ad cribrum, prouerb. 278.c	suis grunnitum fugit elephas 64.a	356.c
stupidus tardusq;	sue tangere non licet Aegyptiū 65.c	Tantali symbolica interpretatio 257.b
stupor	sue nullum animal pluribus variisq; con-	taranda 198.b
		Taras

# Hieroglyphicorum.

Taras delphino vectus	194.c	templa sacra, Flora, Herculi, Marti, Lui-	testudo prudentiæ symbolum	431.è
Tardas aues quas vocent Hispani	180.b	næ, Proserpinæ, Soli, Veneri quæ	testudo ore robustissima	200.e
tardigrada testudo	200.d	365.c	testudinis munimentum	Ibid.c
Tarentini	34.d	tempus 104.b 331.e 381.e 405.c	testudinis segnities disticho expressa	
Tarquinij Prisci filius car omniū primus		temporis diuturnitas	Ibid.d	
donatus bulla	301.b	temporis significatio varia	104.c.d	
Tarquinio Prisco ex itinere pileum absti-		tenacitas	376.f	
lit aquila	137.f	tenebre funestumve	206.d	
Tarquinius Superbus papauerum capita		tenebrae in diuinis literis quid	147.e	
decutit	419.b	Tenedia securis	227.f	
Tarquinij Superbi currus fistilis	321.d	Tenedius quomodo à Darianis militibus		
metus angue conspecto quid	111.c	vastata	337.f	
Tarquiniorum origo	419.b	Tenediorum regis lex quæ	316.b.c	
Taruifini leones quid	16.c	tentamentum	345.c	
Tauri populi qui	29.c	tentoria ex quib.rebus fieri solita	250.a	
Tauricæ Dianæ sacrificium quale	70.b	tercenta sexagintaquinq;	270.a.b	
Taurij ludi quib. diis, & cur instituti	25.b	Tereus Thrax Procnen duxit in uxorem		
taurina specie fluuij qui	25.c	163.d Philomelam deflorauit	Ibid.	
taurus animal vencrem	436.f	terga dare	232.f	
taurus describitur	22. & deinceps.	Ter iungi milites	97.b	
à lupo superatus apud Argiuos quid		terminus 133.c 258.d 278.c	365.e	
27.c dextro obligato genu mansue-		Terminus lapideus Capitolij	361.d	
tè ducitur 23.f Soli à Persis dedica-		terna millia	273.e	
tus	26.a	ternarius numerus cur Palladi & iustitiae		
Taurus coelestis cur Veneri dicatus	22.f	dicatus	292.d	
taurus Herculeus	23.d	terra 115.c 321.f 364.d	439.b	
tauri auricula quid	25.a	terra & aqua	353.c	
tauri collo alligata caprifuci vis quæ	383.a	terra cur omnium mater credita	329.a	
tauri significata	22.e	terra frugifera	26.4	
tauri significatum in sacris	31.a	Terra, quæ & Maia	69.f	
tauri temperantia 22.d robur	Ibid.	terra per Scorpium indicata	119.d	
taurum quando sacrificabant Spartiate		terre filius coluber	115.d	
30.c		terre fines onnes in Dei manu esse, cur		
taurorum immolatio Hebreis quid	23.e	dixerint veteres	251.d	
tauros cur immolabunt Neptuno, & qua-		terrarum dominatio	214.e	
les	25.a.b	terrarum umbilicus	143.a	
Taygeto in monte ventis equum immola-		terreno rum cum celestibus temperatura		
bant Lacedæmonij	38.d	423. d		
¶ Tegea Arcadia ciuitas	376.d	terrenis addictus	203.b	
Tegos pro lupanari	Ibid.	terrificus leo	4.d	
telamones	367.f	terror	121.f 227.c	
Telemachus delphino seruatus	194.d	torrentis in sacris quid	383.c.d	
Telefillæ cur galeata statua erecta	366.c	Tertij Theodosiani	294.b	
Telephus	52.f	Tertiodecimani	42.d.e	
tellus duplex	431.f 432.a	Tertulliani laks	144.e	
Tellus cur hominum mater dicta	321.f	testacea plenilunio magis pingueſcunt		
telum unde dictum	309.b	201.d		
temonis hieroglyphica	337.a	testamentum nouum eget auxilio veteris,		
temonem nauibus inmittere à quibus di-		vetusq; noui	284.f	
dicerint homines	130.b	testamentorum tabulae apud veteres quo-		
temperantia 245.d 299.c	355.c.d	modo signabantur	302.b	
383.e.f		testes fibri Pontici prestantiores	98.d	
temperantia, modestiæ;	202.d	testes quantum ad genituram conferant	245.d	
temperantia elephanti	18.b	testes virtutis indicia	246.d	
temperantia per cubiti symbolum	265.a	testiculos sibi secuisse vel abstulisse quis		
per Nilum	153.f	dicatur	146.d	
temperantia vis	110.d	testimonia seruorum contra dominos nul-		
tempestas per ardeam	183.b	la	147.c	
piam	203.f	testudo	199.f	
tempeſtatis mutationem pateſieri	433.a	testudo cur Veneris simulachro apposita à		
tempeſtatis præſagium per echinū	204.f	Phidia	200.a	
		334.a		

# Index

Thomas Miliarius	177.f	titillatio	244.d 390.b	tripos aureus Socrati adiudicatus	405.f	
Thomas Petrosanctius	271.a	Titoplus	350.f	triticum à lolio repurgandum	405.f	
thorax	317.b & deinceps	Titulus	303.c. à Num rege factus	Trito Boëtis quid	292.c	
Thoracum indago in paludibus exploran-		Tityi iecur, à vulture cur fingatur abrodi	134.b.c	Tritogenia	292.b & c	
dis qualis	98.b	¶ Toga & togata comoedia	295.a.b	Triton cur biformis pingebatur	218.c	
Thrasibulus Milesius	419.b	toga picta	298.d	Tritone	350.f	
Thrasibuli simulachro cur adsculpta nui-		toga vtebantur & viri & mulieres	295.b	Tritones tubicines in Saturniae ædis festi-		
stla	99.c	tolerantia	355.b	gio	349.f	
Thrasibuli statua in Olympia	39.d.e	tondere in sacris quid	229.f	Tritonia cur vocata Pallas	292.c	
thrion fici folium cur dictum	392.d	tonitrus	25.d	tritura quo anni tempore potissimum fit		
Thronax mons	181.f	Tonitrus vocatus filius Clearchi	324.e	355.a		
thunnus 217.a huius captura ubi	Ibid.	torcularis hieroglyphicum in sacris literis		triumphator	257.e	
thunnum pescatores Neptuno sacrificabat		390.e		trumphus	231.b	
218.a		torpedo pisces	212.a	trochilus	322.b	
thuribulum	243.a	torpedini pisci ignavia præditus cur af-		trochili adhiantem crocodilum accedunt		
thus in Sacris quid	344.a	similetur	212.c	pabuli gratia	207.c	
Thyrsus circufusa hedera coopertus quid		torques	305.d	Troezen	354.c.d	
significet	376.e	torques aheneus in corui collo inuentus,		Troezenij Neptunum colunt	354.c	
Tiara	303.c	qui ab Agathocle venando interfectus		Troiani bellum tempus ex passeribus augu-		
tibiae Veneri sacre	349.b	fuit	55.d.e	ratus Calchas	150.d	
tribute	Ibid.	torquem qui meruit duplam consequeba-		Trophonius, eiusq; simulachra	115.f	
tibicines expectare, proverb.	349.c	tur annonam	305.e	Trophoniana oracula	Ibid.	
Tiberius à quo oppressus	172.e	torquium species	305.e	truculentia	260.d	
Tiberius fulmina corruscationesq; expa-		torquibus donatus Sicinnius Dentatus		¶ Tubi 349.a Marti dicata	Ibid.	
uescens, laurcam sibi imponere soli-		305.d		tuborum & siphonum aquæ cur per leoni-		
tutus	372.d	torquilla	183.f	na capita soleant eructare	10.f	
Tib. Gracchus quo gestu se populo cōmen-		torrens	283.e.f	tumultus	308.f	
darit	226.c	toruitas unde dicta	23.e	tunica & tunicatus	295.d	
Tiberius Imp. noctu vidit	234.d	toruum tueri	Ibid.	turbida aquam cur bibant elephanti	19.e	
Tiberij Cæs. serpens à formicis corrosus		toto & aperto pectore	24.f	turbines	284.e	
quid portendebat	113.a	¶ Tractabilitas.	94.d	turbo puerilis	355.e	
Tib. Cæsaris numus	178.c	Tragelaphi in Diuinis literis qui	56.b	Turcarū matutinales acclamations qua-		
Tib. Claudiij Cæs. numus	252.b	Traiana aqua	289.d.e	lcs	287.e	
Tib. Gracchi oppresio per angues in ga-		Traiani columna, colossum habuit super-		turdus 184.c sibi mortem cacat	Ibid.	
lea significata	218.d	impositum	365.f	turdus surditate laborat	184.c	
Tiberij humero insidēs gallus quid	172.d	Traiani Hadriani numus	254.f	turibulum	343.c.d	
Tiberij Imper. nequitia	172.e	Tranquilli locus	190.e	turtur	161.a & deinceps	
Tibulli locus	104.a 158.c.d 355.f 377.e	tranquillitas	180.e	turtur tibiarum cantu delectatur	161.c	
Tigranes candidam fasciam ad Pompeij		transmutatus	181.d	turturis continentissima viduitas	Ibid.b	
pedes abiecit	302.f	transuersum digitum non secedere	263.b	oblatio, in sacris quid	Ibid.d	
Tigris	84.d	trapezitarum mensæ in lanis habeban-		pulli, quid	Ibid.	
Tigris auditio tympani sono insanit, ita vt		tur	229.c	turturum par quis dicatur obtulisse	157.e	
semetipsum dentibus impedit	85.b	trecenta	269.f 270.a	quando Deo offerimus	Ibid.c	
Tigris cur vocata sagitta ab Armenis	309.e	trepidatio	95.e 159.d	tutela	335.f	
Tigris equum citatisimum ter repetito		tria	269.d	¶ Tympanum	349.d	
cursu affequitur	85.b	tria mala quæ	344.d	Tyndarus cur Venerem conicit in vincu-		
Tigris fluuius unde dictus	154.a	trias	280.b	la	356.f	
timidus minima quaq; de re	181.b	triangulū & equilaterum cur diuinitatis in-		Tyndarus raptæ filiæ iniurias quomodo		
Timo Demeam assentatorem ligone per-		diciū	292.b	putauit vlciscendas	38.c	
cussit	51.f	cur Minerua, Vrticige-		Typho	426.d	
Timoleon cum Bomilcare & Asdrubale		na Tritogenia	Ibid.	Typho latrociniis infamis	207.b	
feliciter pugnat	382.c	tribas mulier per gallinam	171.f	ab Osiride dominus	208.c	
tinca	215.c	tribunitia potestas ab Imperatoribus v-		Typhon	131.e	
tintinnabulum	349.d	surpari solita	298.f	Typhonis suem infectantis fabula	65.c	
tippula	193.d.e	tributum remissum Italiæ à Nerua	33.f	tyrannus per polypis symbolum	197.b	
Tirestas	57.b	Tricarenus Geryon	228.e	tyranni symbolum per noctuam	148.c	
Titanum genitalia defecta quid	247.e	tricenarius numerus	269.c	Tyrij Apollinem suum cur Alexadrinum		
Titi Liuij imago Patauij qualis	260.f	tricipitium	228.d	cognominarunt	357.b	
261.a		tridens	338.b	cur Deorum		
T. Liuij locus	24.c 314.b	triginta	354.c	status vincula iniiciebant	Ibid.	
Titi Vespasianii numus	295.c	trigla	215.a cur Diane dicata	Ibid.	Tyrij cur Carthaginem ædificare inter-	
		trinum & trinitas rerum	291.f	miserint	45.28.a	
				Tyriorum numus	335.d	
				Tyrhenæ		

# Hieroglyphicorum.

Tyrrheni n. uigandi facilitate claruerunt 195.d Delphini cognominati ibid.	malo insignis 395.c	Verticigena . 292.8
V	Venus Morphus 356.f	Vesontes 312.f
V Acca Veneri dedicata 25.4 Vaccæ vox quid in sacris literis 28.c	Venus biplurim vocata 158.f verecunda 247.d vult crapulatum non familiari- cum 67.c	vespa vnde procreetur 189.e
Vacillatio 256.c.f	Veneris armata simulachrum cur apud Lacedæmonios 308.d currum cur- trahant passeræ 150.e digressio ab Erycis monte 157.f	vespæ 31.e
Valentiniani quid per serpentis effigiem comonstrabant 115.b	Veneris Erycinæ templum 342.f	vesparum habitationes & cæle quales 190.a.b
Valentianenses milites 97.b.c	Veneris in tutela sunt horit 247.b	vespis aduersatur malua sylvestris 189.f
Valeria Luperea ab aquila liberata fol. 139.e	Veneris Mycheæ sacræ que 107.e	Vespasianus partus treis , per querinos ramos fatales totidem premonstrati 376.b
Valerius Soranus cur neci traditus fol. 261.b	nigra facellum ubi 247.d prophana- tæ templum 200.b sedes in lumbis 157.e simulachrum insidens arieti 77.f symbolum 418.f statua ibid.	Vespasianus aliquot ex plebe miraculose sanuit 227.a.b
væletudo inoffensa 403.d	Veneris simulachro cur testudinem adie- cerit Phidias 200.a	Vespasianus deslotio vestigial exigebat 18.f procuratoribus pro spongiis utebatur 216.d
valetudinis diuturnæ prosperitas 186.e	Veneri cur adsculptus polypus 199.a	Vespasiani signum 122.a
validior à deteriore superatus 83.e	cur dedicata columbae 157.a	Vespasiani triclinium ascendit bos arator 26.b
vane sapientie studium 146.f	dicata concha 202.c	Vespasiano recens electo defuit autoritas 227.a
vaniloquentia 63.f	Venerem cur cœpedibus constringendam finixerint veteres 247.c cur in vini- cula coicccrit Tyndarus 356.f lan- guentem excitantia 421.e	vespertilio 179.b.c & deinceps vespertilio sola volatilium lac & mammas habet 170.d
vaniloquentia euitata 18.d	Venerem spinosas in pectore curas ferre 400.b	vespertilionis & columbae discordia fol. 179.e
Variae genus Pantherarum 84.c	venter 249.b originis indicium ibid.	vespertilionis & fornicæ discordia 179.e
varietas rerum grata 107.d	venter caret auribus, proverb. 249.d	vespertiliones arcetetur platani foliis ibid.f occiduntur hedera suffumigata 180.a
M.Varro literatum porcus appellatus à Palemone 63.a 66.a	venter mare aliquando denotat 225.f	vespillo 40.d
Varro nauali corona donatus à Pompeio 335.e	ventrissvariæ significata 249.b.c	Vesta 135.f 136.a 311.f 344.b.c 364.c
Varronis opinio de mundi partibus 24.c	in Ventrem pugnos ingerere 249.c	Vesta sedens sculpi pinguis; solita 319.d
vas animæ quid D.Paulo 407.a	ventriloqui qui dicantur in sacris 249.e	Veste rotundam æden Numa Pompilius consecrauit 364.d
vasa indignationis que 407.a	ventum attestari, Scythis maximum iura- mentum 315.f	Veste simulachrum quanam figura erat
vasa pro seruitiis ponuntur 408.c	vento græuidæ factæ equæ 36.d	Vestales virgines 296.e (344.c)
vasitas 118.e	ventorum presagium per echinum 204.f	Vestalium mitia 384.b
vaticinium 372.a	vèntis equum inuolabunt Lacedem. 38.d	veteres minus vitiostis in philosophando 245.e
vaticinijsymbolum laurus 372.a	venustas 95.f 307.b	vetustas 377.e
vaticinia ex cane quis primus desumpse- rit 39.e	venustatis symbolum 400.f	vetustas quibus honorem tribuit 26.a
Qubertas 409.a	verpres delictorum symbola ibid.c	vetustatis symbolum hedera 377.e
Qvectis 360.d	ver 439.f	vexatio 249.f
vehemens cupiditas 184.a	ver & hyems 129.d	Qvgolinus Campegius 334.b
velamen simulachri fidei albū fuit 254.c.d	ver, hyems, sol 252.d	Via in diuinis literis quid 257.4
velia 183.c	veratrum cur appetant coturnices 177.d	vix & segnitæ differentia 289.e
Vedius nebulo reprehensus à Cicerone 47.d	verbæ descriptio 419.c	vix per pedes symbolum 257.c
vehemens appetentia 53.f	Verbum quid Theologis 142.b.c	victimæ quales & que numinibus immo- labantur 70.4
Veientana sylua quando exaruit 372.f	verba per gladij symbolum 314.f	victor hostis 82.f
velocitas 195.c 309.e 429.d	verborum fons mens est 39.d	victoria 30.b 303.b 369.f 373.a
velocitas negotiorum 29.f	verecundia 240.f	victoria & gloria per accipitrem 154.f
venator 358.b.c	L.Ver Aug.numus 289.b	155.d
venationis antiquæ ratio in Sicilia dū cer- uos venantur 53.b.c	veritas 301.c 304.a	victoria maritima 321.c naualis 335.d.e
veneficiorum amuletum 81.e.f	veritas fidem parit 431.a	perpetua 155.b per galli symbolū 173.f
venenatarum sagittarum ictus quomodo sanabantur 159.f	veritas, veritatisq; signum nudum 326.e	per noctuā apud Athenienses 147.b
venia 262.c	veritatis dulcedo 39.c	cur per oleum indicatur 387.b
Venus 68.b 356.f 395.c vnde dicta 356.a	veritatis symbolum 397.c	victorie Dauale Piscarie principis laus insignis 156.c & deinceps
Venus Ægyptiæ 220.b cur aurea voca- ta 22.f cum pectine cur Romæ ali- quando colebatur 307.d cur eadem barbata ibid.	vernū tempus 125.c 162.e 182.a	victoriæ præsigium 43.c
Venus Genetrix 252.b eidem templum eréctum, & à quo ibid.	verni temporis amœnitas 78.f	victoriæ signum cur alatum 154.f 155.a
Venus in antro statuta, & quare 395.c	verriculum 337.e	victoria vti nescius 197.d
	versicoloris vestis 297.f	Victoriati numi 155.a
	versipellis 198.a	

# Index

Victorini rhetoris locus	46.c	adferant	107.c	vis aperta	358.e
victus frugalis commendatur	412.c	viperarum vterus an à catulis exedatur		vis lconi peculiaris	3.a
victus prouisio	19.b	107.b		viscum vnde proueniat	184.b
Videntes appellantur Prophetæ	229.c	viperis conditis vescentes diutissimè viuunt		vita	344.f diuina
vidua per seuerantis continentie	157.a	117.d		vitalis	340.f
viduitas continentissima	161.b	viperalis herba	422.c	per cordis hiero-	
vicere	356.f	viperino istui viperæ remedium est fol.		glyphicum	242.b
vigilantia	95.b	117.c		vita morsq; per oculi symbolum	235.e
vigilantia custodiæq;	3.4	vir probus	290.c	vita breuitas	4.4 262.4.c
vigilantiam præstant ranæ oculi, lusciniæ	210.c.f	vir frugi, vxor prodiga	90.a	vitæ humanae cōditio	218.f cursus
carne		vir patræ cur dictus scarabeus	61.a	vitæ progressus	266.e 289.e
vigilia perpetua nullum vtitur animal	3.b	vir vnde cunq; perfectus	55.e	vitam instituisse sapienter qui dicantur	
vigiliæ speculationesq;	125.e	viri amor in mulierem infidam	203.f	51.c.f	
viginti	272.f	viri probi animus quietus, improbi in-		Vitellij Cæsaris numisma	431.d
Vincentius Caprilis	250.c	quietus describitur	182.c.d	Vitelliana dominatio crudelis	26.b
vincla iugalia Maroni quæ	262.a	fermo		Viterbiensis columnæ cum duabus accipi-	
vinculum	282.c	241.f		tribus quid denotare videtur	155.d
vinculum per anuli symbolum	262.b	viri symbolum per barbam	231.f	vitiæ emendati signum	398.e
vincula	255.b	viris loquacibus extrema lingua perfora-		vitia	358.e
vincula iugalia	299.a	ta	427.d	vitiis diutissq; nomen, idem	94.b
vindemie prouentus plenus vnde prefa-		virago	86.a 99.d	vitiis quis datur liberari	35.b
gitur	182.b	vires	305.c	vitiosus	28.d
vindemiarum licentia in regno Neapolitanó	389.c	vires cedere sapientiae et eloquentiae fol.		vitiis libertatis indicium	389.d laboris
vindices milites qui	114.c	15.b		390.a	
vindicta	12.e	viribus suis pollens	423.e	vitis Rhei sacra	389.f
vinearum in columitas	174.a	virga cur Palladi accommodatur	116.b	vitis supra caput Hecates pretendi solita,	
vineas infestant Aphrici venti	174.a	virgæ et baculi differentia	305.d	quid sibi velit	376.e
vinitor	90.e	Virgilij locus	28.a 29.f	vitis cui Christus se comparat, palmitūq;	
vinum ad iucunditatem, non ebrietatem		30.a 33.b 36.c.d 69.d.e 70.a 71.f		eius consideratio	381.f
creatuum	388.f	84.e 104.c 105.f 110.c 112.b.c		pro Vitibus sacrum	71.e
vinum in acetum conuersum quomodo re-		134.4.c.d 143.b 150.c 159.d 160.		vitula indomita descripta ab Horatio	
stituatur 424.f in sacris oblatum,		b 165.f 167.d.e 168.e 206.c		35.e	
sanguinis signum 390.c marina cōmix-		207.f 229.b 244.d.e 246.b 247.		vitulari et vitulantes quid	25.d
tum aqua facilius conseruatur 194.e		c 256.c 257.d 262.e 278.b 284.		vitulus	436.e
mentem, non secus ac alæ corpus, attol-		c 288.f 295.d.e 311.f 321.d 322.		vitulus marinus	108.f fulmine
lit	389.e	c.d 323.c 341.e 355.f 386.d 403.		non tangitur	ibid.
vini odium ex eſu ouorum noctue	fol.	c 426.a		vituli hieroglyphicum quod	25.d
148.b		Virgilij locus in appendicibus	399.f	vituli significatio in sacris que	30.f
vino apud Carthaginenses quibus interdi-		Virgilij opusculum dc Rosa	401.a	vitulum offerre quid	23.b
ctum 389.c intemperantius vten-		virginale columnæ	367.c	viuacitas	55.d
tes, melancholicos fieri 390.a nul-		virginitas	307.a	viuificare in sacris literis quid	147.e
lum tormentum efficacius ad veritatem		virginitatis imago per apes	188.b	¶ Vlna	265.d
elicendam adhibetur 166.f olim absti-		virgo abscissis capillis	435.c	vltio	84.f 188.c
nabant Romanæ mulieres, quarum vna		virgo capillos erectos habens	ibid.b	vltio diuina	428.f
ob resignatos celle vinaria loculos sui		virginis signum cur vitæ aueretur	fol.	vltio per digitos commorsos indicata	
inedia necata 389.d se ingurgitare cur		90.b		259.f	
adolescentibus quandoque permisum		virginem párere non absurdum	132.c.d	Vlysses ordinis desertor	129.c
389.d		virgines Armatae que	308.d.e	Vlysses τον πόνον	197.d
vina vetustas commendat	377.e	virginum custodia	200.a	Vlyssis caput pileatum	293.c
violæ quomodo fragrantiores fiant	fol.	virgula diuina que Ciceroni	116.e	genus nobile	ibid.
417.c		virtus 15.a-375.e	eneruata deliciis	Vlyssis socij non nisi necessitate coacti pi-	
vipera an mariti caput amputet, incertum	106.d	61.e.f solidæ	305.e	scantur	221.b
viperae dente tactus nulla deinceps venena		virtus indagatrix cur draconi assimilata	110.c	Vlyssis socij quomodo virga vel in bruta-	
reformidat 117.d iecur conditum		virtus, munimentū quod auferri non po-		vel in homines transformati	116.b
aduersus serpentum iecus remedium		test		Vlyssi naufrago Pallas olcum attulit quo	
117.d		virtutis decor	231.b	perungeretur	401.e
viperae edebantur in desperatissimis mor-		Virtutis ac Honoris imagines	431.d	Vlyssi quid responderit Palamedes	129.c
bis 177.d in Arabia cur innoxie		virtuti cedit improbitas	209.a	Vlyxis etymon	87.e
117.e quomodo abortum mulieribus		virtutes labore comparantur	369.c	¶ Vmbra	341.f

# Hieroglyphicorum.

Vicia	263.d	Vr Hebraica lingua quid significet fol.	309.e	
vncus	360.b	86.d	vulnera amoris	309.e
vndecim & duodecim	272.c	Vr Madianitarum rex ab Israelitis occi-	vulnerat culex susurrando	94.b
vngendi cadauera mos Aegyptius	49.c	sus, quid significet	à vento concipit	130.e & seq.
vngi & vntio, & non vngi, in sacris quid	257.d	Vrbanus Bolzanus Pierij patruus	130.f quot oua parturiat.	
vnguentum in Aaronis barba quid	fol.	233.a	131.b vua	
401.f		338.d	non attingit	133.b
vngues demordere, & rodere	259.f	Vrbanus Græcas literas docuit	vulturis celestis afflatus quamnam habet	133.e
vngula bifida	64.d	vrbes cur olim editis in locis ponebantur	vim	133.e
vngula duplex	65.a	322.a	vulturis cor amuletum ad varia	133.c ni-
vngula bifida in sacris quid	55.f	vrbiū origines variè ab autoribus tra-	dum nemo vidit	dum nemo vidit
vnicornis quomodo capiatur	21.e	duntur	134.a.b præfigitura	134.a.b
vnigenitus	60.d	Vriel	vbi strages futura sit, ac acies cōcurrerē	134.d
vniones gemmæ	307.a	vrina rabiosi canis	133.d studium in educandis pullis	132.f
vntas	296.b	43.f	133.a visus & odoratus exquisitissimus	ibid.c
vntas & vnio	326.d	vrinator	vultures omnes fœminæ	131.f
vniuersalia rerum multis voluminibus ex-	291.f	49.a 209.a	vultures pro sepulchris apud Iberos	134.e
plicauit Mercurius	239.d	Vrna Ostridi dedicata	vulturum oua zephyreā & hypenemia	132.b
vniuersum vel mundus	425.f	vrna tres	vulturina aquila	139.d
vniuersi Deus	330.a	vrſa auerſis vestigii cauum irrepit	vulturina penna parturientes adiuuat	132.c
vnius diei vita	191.e	86.c	vxor cur ducenda	134.e inimica mari-
Vocalia signa militaria	30.a	fœmina mare ferocior	to 106.d malum necessarium	106.d
vocalis prima	27.b	86.b	344.e	344.e
vocalibus septem musica expressa	349.f	fœtum edit sine oculis	X	
vocis qualitates quōd, quæne	349.f	85.f	Enophontis nomine liber de Ae-	
vocum compositiones apud Aegyptios		In vrfas abire quid	quikocis	162.d
quam vim habeant	153.b	86.c	Xenophontis locus	130.f
C.Voctienus cur à Senatu punitus	fol.	vrſus quomodo capturam euadit	Xerxes fœllit insomnium	387.d
260.e,f		86.f		
volare verba, Horatio quid	155.a	vrſi caput imbecillum		
Volcanalia quando celebrari solita	fol.	86.e		
364.e		vrſi primum antra habitationibus commo-		
Volcanus	344.b	da ostenderunt		
Volcani templum apud Actnam	40.d	86.a ex Britannia		
volumen	118.f	aduicti ad pop. Rom. spectacula, ma-		
volumen vnde dictum	248.e	ximè admirationi fuerunt		
volumina serpentum quid denotent	fol.	86.b quan-		
107.e		diu pedum suetu viuunt		
voluminum cornua que	248.f	ibid.a		
voluntas bona per errorem obfuscata	346.a	salutis ergò alucaria incessunt		
voluntatis fons, cor	134.c	86.e,f		
voluptas	272.c	vrſis nomen ab irritatione olim impositū		
ex patientia	261.b	86.d		
mature extinta	109.f	vrſi ferocia Hierosolymitani excidij in-		
vires eneruat	ibid.a	dicium		
voluptatem ex myrto significari	373.e	86.e		
voluptates quomodo coërcendæ	250.e	vrſica in sacris literis quid		
voluptatum ac malorum affectuum dissi-		400.d		
patio	126.f	vrſus aut difficerter aut nunquam capi po-		
Voluptaria Venus	93.a	test		
voracitas infatiabilis	215.a	86.f		
vorago	284.f	vrſus bos Germanica		
Vortuna	288.c	86.f		
Vot. XX. note in numis & aris quid sibi		¶ Vrtilitas & damnum		
velint	273.a.b	228.c		
voit ineffacia	128.b	¶ Vua in somniis visa, quid portendat		
vota concepta, & nuncupata	243.b	389.f		
vox humana, quid	206.b	vrue laxatio quomodo cohabeatur		
¶ Vpupa	182.b	424.f		
vpupa quid Theologis	182.c	Vulcanus	426.f	
vpupa vuis rēscens immodicè, quomodo		Vulcanus claudus cur fingatur	136.b	
ebrietati medetur	182.b	Vulcani parentes qui	136.a	
		Vulcano iuncta Pallas quid	134.f 135.a	
		Vulcano pīsciculi pro animis humanis da-		
		bantur	222.b	
		Vulcanum & Pallada masculo fœminas iu-		
		dicarunt Aegyptij	134.f 135.c	
		Vulpanser	146.c	
		vulpecule pellis assuenda Leonis spolia,		
		prouerb.	98.a	
		vulpes	97.c & seq.	
		vulpis lepidum responsum ad pardum		
		97.c		
		vulpis lupiç; nomen à Prophetis nunquā		
		ad bonum usurpatum	ibid.	
		vulpi quid responderit leena de prolis fœ-		
		cunditate	11.b	
		vulpem cur Siculi cin.edū vocarint	97.d	
		vulpinari quid & vnde	ibid.c	
		vulnus amatorium	107.c	

# Index

## GRAE CARVM VOCVM QVÆ TO- TO OPERE OCCVR- runt, Index.

A



Γνυλοπῆς  
ἀγαῖ  
ἀστικότευμορ  
ἀετίνει lapis  
ἀέρνηλας palma

- ἄλιπος  
ἄλιπρος scarabeus  
ἄλιπος λάχνηλα  
ἄλιπτρον ἵππαδῶ  
ἄλιγρὸς Venus  
τὸ ἄλλα πιειγνῶδε  
ἄλλομαι  
ἄλωπειγνηνηγάλωπικά  
ἄμεν  
ἄμφιπιτος Luna  
ἄνδριγνη πασcentum Deus  
ἄνδρος αικια  
ἄνδριστη  
ἄντερος  
ἄντιπελαργῆν  
ἄντιχειρ  
ἄξιαν δειλίσκει, prouerb.  
ἄπαξου  
ἄπειρων γῦ  
ἄποσοραπάνηγν, ἄποσορακιομός  
ἄργυρος Mercurius  
ἄργονθ  
ἄργος  
ἄρτιος αὐταφάργειον ὅπλον ἄναι dixit Antiphenes  
αρήσινθος Polluci quid  
ἱψ ἄρχε 288.b ἀπροκύνη  
ἄταργαν bōnes que  
ἄτιμαγιλᾶν  
ἄτιμαδλᾶν  
ἄθυγετεis  
ἄθύγετη mare  
ἄτιμὸς τῶιχος τῶι χάρα καὶ ἄπιθνοκών, prouerb.  
ἄφνη 220.f ἄφνη  
ἄφωνοτροπος τῷρ ιχνῶν

B

- Βαλεντάργοι  
βαζήρχητευμορ  
βεβάκην  
βειπιγ τωειδὲν  
βημα  
βεβάλιορ  
βεγρήνης iocatus Dionysius  
βειτ  
βειριμα  
βεσ ἐπι γλώσηη βίβηκε  
βεσ ἐπι φάτνη  
βεταρε  
βιφόνθ  
βεῶπιε  
βῶ  
βωμὸς φσίξιμο

F


## Γ Litera

γινισιευτυ Dores	118.f	δύρα	583.d
γάσος	28.a	δηρεῖα Matia	2.e
γαμφόνυχα γῆν	6.e	δὸς	205.f
γασηρ δι ὁλασα	249.b	δημολίστης	2.d
γάσηρ ἐπιχρῆτα	249.d	δηράος Apollo	360.f
γατρίσιαδη	249.e	δέται	69.b
γλαυξίστα	147.b		
γρυπόgenus duplex	138.f	I Δι τοῦ ἀφύνει	225.f
γυπαετος 239.d pullos suos fastidit	140.b	ιεράξ 153.b ιερομ	213.b
	△	ιετέρηα 386.e ιετηνος	229.e
Δ Litera	351.e	Ιπποδένημηρα	32.a
δαρνηφάγει	372.b	Ιππόνα	32.f
διαβάσιον multa Draconis	27.a	ικθύων μὴ γόσσαδαι	218.d
δικαῖος	265.d.e	K Καὶ βίλαται χρὼς	197.e
διλτωτηρ	351.c	καληκήλων obolus	200.e
διλφιόσκημα Vlysses cur	194.d	λαυδάρης σοφάτηρος	60.e
δηγματοσπιδεος	106.b	λέπτη	314.e
δέμητρα	118.f	λαρσίαν μὲν δίην, quid Pythagoræ	153.e
δημοράγοι	30.f	λαρυκομάνης Greccur	230.d
διάξιορος Mercurius	239.c	λαρυκόν θύμα 44.e παρπός	255.b.c
δίνης ὄφελαμος	233.c	λαταρτίην	55.f
διομηδέαν ενάγητα	36.a	λαταχενιος Iupiter	236.a
διχότομος Luna	286.c	λευδολογία	58.f
δρίπανος	316.c	λεραντες cur iocatus Ptolemaeus	325.b
διωρχία ή ταχτων θέον, numi inscriptio	111.e	λιτρόν 214.d ηγιηδίην	184.d
διοδηλαδιώρ coniunctum Augusti quale	104.f	λίχας καρδάρης	184.e
διέρογ	252.e 263.f CT 264.c	λινὺς τόρνος iocatus Agathocles	151.d
	E	λιντὴ τολεηρ	335.e
Ε Αρ	183.a	Κορρατις equi	314.e
εἰγίλασηρ ὁ λίων, παρομία	8.d	λέραν έχηη μέλο	186.e
ιερέα	186.a	λαπίνοσην, prouerb.	278.e
ικατηβελτης Apollo	118.b	λεσμο	330.d
ικατένχερ	252.c	λεγες ἀστηροπόντας	77.d.e
ικατηρηρόνην	149.a	λερόμυνος	417.d
ιλαφιάν Diana	176.c.d	λερτων έγιητερον	110.e
ιλαφορ ανθρα quemnam uocent Græci	53.e	λιράρην 149.e κνανιφία	386.e
ιλαχθε τόμ, prouerb.	314.c	λινηνο θύλων dixerit Theocritus	165.b
ιλιφατος διαφορης θάνη	19.d	κολλοι	356.a
ιλικβίταρος oculus quis	235.c	λινομιχ	44.f
ιμπλοναι	197.f	λιπαρίτης λαρπός	380.f
ιννάτηγα ποξώνη	149.e 271.c	λινωκει πίνων 43.d πωτίλλην	163.a
ιννάτηλεμοισι σφέντυλοι	271.c		
ιννάτηρον ιερηινηινησιμον 119.e 271.e		Λ In Lacedemoniorum scutis	314.b
hydra ονικάφαλος ηγιητηκηντακηφαλος		λάξας, λάξ@, λάξας, λάξε	363.b
271.e d 274.f		λαγής unde formetur	95.e
βειρόβεσ	272.d	λαλέην	238.f
βεικνίάση	266.e	λερηα	402.e
βειστηρη	6.f	λευκαρούδης 402.e λίνηγέλαση	8.d
ιπεια τηρεθητα cur dixit Homerus	155.a	λύκυθοι	387.b
ιπινιμια	245.c	λινύκτιμερφέρος	404.f
ιπίπιμπηρ 270.d ιπονιών	7.c	λεπορένηδη salamandra	120.c
ιρένιος Mercurius	239.c	λοζογράφεις iocatus Demosthenes ab Aeschine	
ιρημα	342.f	342.b	
ιρωδιος unde dictus	18.a	λέγει quid D.Ioanni	142.b
ιρων δειμον nascenitum	115.b	λινηγνίτης	79.e
ισια	135.f	λίνος περισ οι βοης σπαύλη	80.f
ιμβεσιόθη	76.e	λινοσπάδαι 81.a.b λυνδρεγού	80.a
ιο πράτηη	351.f	M	
ιρύθρομος leo 4.f ιρφρονη	342.e	Μ Αραβερ	103.e
	Z	μάχαιραν έξειση ἀπετρέφην	315.a
Ζεῦξη	359.c	μιλανέρων μὲν γένεδαι	203.d
ζίση cur Iouem Græci	345.b	μέροπει homines	125.a
	H	μέλον	76.f
Η Μορφόφεις κοτηξ	406.e	μιλανειδης Luna que	286.c
ηεγινηα 79.e ηεγινηος leo 1.b		μέτε νέην, μέτε γράμματα	49.b
	Θ	μεση μνάμενα συμπέταν	261.d
Θεός unde dictus	234.e	μηνημόνουσορ gemmis insculptum	403.f
θεωρης Philonis pharmacum	259.f	μενηνης	21.d

# Hieroglyphicorum.

μουσικῶς μόδης quid Orpheo	23.e	ποσιδωνίας	354.c	βέω	159.d
μυρφῶν Solem esse putauit Anaxagoras	308.d	πόσις ηγετῶν	418.f	βύρων	ibid.
ενδέσιατρος 100.a μυρφῶν	326.d	πραστήρος περιστράφεις	159.c	βύσχης accipiter	15..d
ενυπνεῖν cur vocabant Neptunum	190.d	πρόστατην	76.a	βυγάνη	217.e
ενέργειαν καταπλάτης 53.e μυρφῶν	25.b	προσθετική βίση πλάνης προσθετική πόλης	74.d	τυφλότερος δοπάλανος	99.a
N	107.e	πτησίστρα ἵππα	155.a	τύχη Luna cur dicta	15.b
Aερηνοφόρος	403.e	πνανίψια	386.c	τύχη φερεπόλος	2..e
vōs	108.f	πνηρτός	8.d	τῷ βίσιῳ τὸν ἴγκελλω	210.a
vōs quid Anaxagorae	105.f	πνηρόποτος Ether cur Orpheo	345.b	τιμιλακέσιων μῆ γενεσιδῶν	167.e
τυπτέλαιρος	423.f	πνηρόποτος λεβύν	404.f	τι σχοινών χεμαρρήσ	266.e
O	P			X	
Βελιόνος ἄξιος	366.a	ράντες	306.e	Y Litera	65.e
στρηπτος	190.e	ρινόπτεις	330.e	ὑγίης	438.e
επολύγυρη φαντή	132.c	ρινόπτης	21.d	ὑγιανής ὑγιάνης	351.d.e 252.a
επέσχοντος	210.d	ρινός	120.e	ὑνα	217.a
έμαρορίτης χειλιδνας περικύν, quid	276.f	ρέδειτην μορ	401.f	ὑν δινένης	67.f
ῦνος quid significet	162.f	S		ὑπέτης οἱ πόποι Γινδαροι qui	255.f
ῆντος πάτη, παγος + brygiae	89.e	in equis quid	314.c	ὕραξ	100.b
έργαζον	87.f	οσλός	256.f	ὕς	65.e
έρθροστην ποσὲ ἐρθροβίκη χειλιδών	256.c	οσονογύης	183.e	ὕς διὰ βόλων	64.e
έστησερία	163.c	οιμνής δεεις que	184.d	ὕς εἰνόμαση	66.b
έστησερία	386.e	οινταρη	424.a	ὑφαντος ἐρθελμός Luciano quis	235.d
έφεως ὅμεις	112.b	οικιοτοπον atramentum	204.b		
έφειος δάλπαξ, ηγετὴ δέος	109.d	οικιοτοπον	276.f	Φ Apos	26.d
έρθαλμος ὕδαινος Luciano quis	235.d	οιγιας	354.d	φάσης, αἱ	286.e
έρισσορος Spartani	112.d	οικοροδίζου	173.d	φάνατον columbae que	157.e
έρισσον Argiphon	118.e	οινύσιην	7.e	φερονος cochlea	203.b
έρισσογοι	221.e	οικάπεις	148.e	φεριπόλες τύχη	238.e
Honi Apollinis loci aliquot uel emulatii, uel acu-		οισινδει βραδίνης	195.e	φολέμιος βανός	364.b
ratius expensi. 6.f 19.b 27.e 55.d		οισιδαμή	263.d	φιλοτικανος oleu que	387.b
111.f 125.b.e 132.a 145.c Ε d. 146.d		οιρόν	100.b	φρίνες μίλανων Homero que	285.b
147.e 150.d 155.f 176.f 177.b 179.d.e		οιφανει μήσιοπεδαι	304.e	φιλικόρ	328.f
199.b		οικλογραφία	366.c	φιτόδη	36.f
P	T	οιγκικημίνα corpora	102.f	φωλάδος ἀρίστος	86.e
Πλατειανης μενσια que	326.f	οιχονοιφαλος cur dictus Pericles	294.e	φωλισθηρη	215.e
πανδίμητος	264.a	οῖνος Mercurius	317.b	φως φίλορ καρτη	340.b
πατεσιλενος Luna	73.a			X	
πατεσιλενον quando sublata	286.c	T		X Aίρεση	351.f
πάρχος qui	139.e	Αραιτινήσιν	34.d	χέρι κέρα πιστή pronerb.	252.e
περιφειακην προσωπικην	321.f	ταχίρος Neptunus cur	25.b	τέρη κέρα τηλ. βάλλειν	252.f
πηκηδης	287.e	ταυρειδην Βλεπηρ	23.e	χειριδενίσιμη	162.f
πιδημορφης cur dictus Thersites	264.f	ταυρογόνης scarabeus	61.c	χιλάμινος	423.f
πιδητος	50.c	ταυροκράτοι fluijū cur	25.c	χιλάμινος	5.f
πιρδην ποσης οικιας	407.d	ταυροπολος Diana, Ε cur dicti	20.e	χιλάνη	297.f
πιρειλοβης αι	176.c	ταυροφάγος Bacchus	29.d	χιλοπολέη	67.c
πιρειλοβης αι	197.f	τιλάσαι	367.f	χιοροπολέη	74.e
πιρεισθης	157.f	τιλάσθαι	287.c	χρυσιμαλην quemnam uocarit Diogenes	116.b
πληγαι	197.f	τιλαρη	291.c	χρυσιφρατης Mercurius	212.f
πιλακης	52.e	τιρετίσματα	102.c.d	Ω	217.f
πιλικης	354.d	τιφανίδης	237.c	Ω Διονούρη	
πιλικης Vlysses	197.d	τιγιαφοροι Athenienses	192.c	ωσης, αἱ	
πορφυρησην	204.d	τιγιγίημη	272.d	Τ Ε Λ Ο Ζ.	

BASILEÆ EX OFFICINA THOMÆ GVARINI,  
Anno M. D. LXXV. mense Martio.



PALMA GVAR.



